Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Vmore fo. 109.

DIVI AMBROSII EPI

SCOPI MEDIOLANENSIS OMNIA OPERA, PER eruditos uiros, ex accurata diuersorum codicum collatione emendata, Græcis quæ uel aberant, uel erant corruptissima pleriscp in locis feliciter restitutis, in quatuor ordines digesta, quorum primus habet mores, secundus pugnas aduersus hæreticos, tertius orationes, epistolas, & concionnes ad populum, Quartus explanationes uoluminum ueteris & noui testamenti.

Inspice lector & comperies alium Ambrosium quàm antehac habuisti.

Guardado en casa de Daniel de Recondar durante la dissolucion de la Compañia de Jesus 1932

Soy de Manuel de

BIBLIOTECA DEUSTO

APVD INCLYTAM BASILEAM.
AN. M. D. XXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI. S. D.

PRIMVS hic Tomus continet τὰ ἠθικὰ hoc est, quæ ad mores Christianorum instituendos faciunt, quorum oportet primam esse curam. Quæ uidebantur νόθα non semouimus. Vel quia pauca sunt, uel quia non indigna lectu cuiuscunq; sunt. Pagina centesima septuagesimaquarta, libellus cui titulus ad uirginem deuotam, nihil prorsus habet Ambrosij, nec in phrasi, nec in sententijs. Ad id persuadendum, satis arbitror monuisse lectorem ut inspiciat.

Pagina centesima septuagesima octaua, Libellus qui hunc proxime sequitur titulo ad uirginem lapsam, uidetur non inerudítus, Apparet declamationem esse, qualis est illa Sancti Hieronymi de matre & filia reconciliandis. & habetur inter huius opera, si titulis habenda fides: quanquam hic, ne deprehenderetur fucus, scriba omisit principium, & in fine quædam adiecit, aliaq; nonnulla uariauit. Huius extrema pars in qua consolatur uirginem, non est nouus libellus ut à typographis distinctus est, sed extremum caput superioris.

In huius initio uersu nono pro rupit lege ruit. Et pagina centesima octuagesima uersu secundo ante corrumpi, dele, ante. Hinc uersu decimoquinto pro aditum, lege adytum, significat enim arcanum turpitudinis.

CATALOGVS.

Officiorum libri.	III	Pag. 3, 45, et 76.
De uirginibus.	III	95, 105, et 112.
Ad uirgines exhortatio.	I	139.
Institutio uirginis	I	155.
Ad uirginem deuotam		174.
Ad uirginem lapsam		178
De uiduis	I	187
De pœnitentia	II	202 et 225
Exhortatio ad pœnitentiam		235
De fuga seculi	I	237
De bono mortis	I	255

REVERENDISSIMO

DOMINO D. IOANNI A LASCO ARCHIEPISCOPO Gnesnensi, ac totius Poloniæ primati, Erasmus Rot. S. D.

PRISCI mortales, ornatissime præsul, quod æternum cunctisq; uenerandum esse uolebant, numini cuipiam dedicabant, ut uel religio petulantiam hominum deterreret ab iniuria. Exemplum hoc à lucis ac templis paulatim demigrauit ad studia, ut si quid noui operis parare tur æditioni, celebri cuipiam gratioso q; nomini consecraretur. Id tot iam seculis adeo receptum est, ut aduersus ratiõis exactores, uel sola sufficiat præscriptio. Illud tamen ineptum uideri potest, quod quidam aliena dicant uiris primatibus, nec aliena modo, uerum etiam ea quibus ipsorum opera nihil prorsus accessit, nisi forte q̃d eadẽ deprauatiora reddiderunt. Alioqui quũ nũc nouorum librorum γάργαρα, ut habet uetus comœdia, penè nos obruant, mihi præclarius esse facinus uidetur, ueterum autorum monumenta temporũ iniuria scribarumq; temeritate collapsa restituere, q̃ noua cudere uolumina, præsertim quum quod sua ætate uere dixit Ecclesiastes, nihil esse nouum sub sole, & scribendi plures libros nullum esse finem, in hoc seculum multo uerius dici possit. Inter priscos autem ecclesiæ doctores latinos, uix alium arbitror esse digniorem cuius extent integræ lucubrationes, q̃ diuum Ambrosium. Hoc & ex animo dictum uideri uelim, & citra cuiusquã contumeliam. Sit linguarum ac scripturarũ peritior Hieronymus, sit elaborationis phraleos Hilarius, sit in quæstionũ nodis explicandis argutior Augustinus, alijs item dotibus excelluerint alij, sed quem mihi dabis, qui pari synceritate tractet sacras literas, qui cautius uitarit suspecta dogmata, qui sic ubiq; gerat Christianum Episcopum, qui sic spiret paterna uiscera, qui summã præsulis auctoritatem, cũ summa mansuetudine cõiunxerit? Vbiq; sentias illum hoc affici quod loquitur. Et adest dictioni modesta quædam ac pia iucunditas, grataq; ciuilitas. Est quẽ non omnino sine causa doctorem mellifluum uocant. At hic iuxta nomen suũ uere cœlesti manat Ambrosia, dignus qui sit q̃d dicitur Ambrosius, hoc est, immortalis, non solum apud Christum, uerum etiã apud homines. Quantum aũt sudoris exhaustum sit in hoc restituendo, dum collatione ueterum codicũ emendantur deprauata, restituuntur amputata, resecantur assuta, reponunt̃ græca, quæ uel aberãt prorsus, uel figuris nihil significantibus fuerant addita, tuæ prudẽtiæ fuerit æstimare. Vt autem tam insignem ecclesiæ doctorẽ tui nominis auspicio potissimũ ueluti renatum in lucem prodire uellem, causa fuit Ioannes à Lasco, te patruum non minus morum ornamentis quàm nomine referens. Nam iuuenis senem sic exprimit, ut in eo ueluti renatus uideri queas. Is tui simulacrum quoties mihi depingebat oratione, toties agnoscebam ita narrante imaginis expressæ antitypon. Adeo dum patruum depingit, seipsum depingebat imprudens. Hunc mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuictorem paululos licet meuses contigisse, non in postrema felicitatis parte po
no. Vtinam mihi liceret per adulationis inuidiam prædicare dei dotes quas in illo
& amaui, & ueneratus sum. Illud nō possum nō fateri, senex iuuenis cōuictu factus
sum melior, ac sobrietatem, temperantiam, uerecundiam, linguæ moderationem,
modestiam, pudicitiam, integritatem quam iuuenis à sene discere debuerat, à iuue
ne senex didici. O gentem pietati natam. Nec alio nomine mihi uidetur felicior Po
lonia, quàm quod talem regem, talem sortita sit Archiepiscopum, quorum insignis
pietas, pari studio certat hos fatales bellorum & opinionum tumultus componere,
prolapsosq; Christiani populi mores instaurare. Quumq; eò processerit tua uene
randa senectus, ut merito possit à negocijs impetrare dimissionem, tamen ad ec
clesiæ patriæq; commoda procuranda iuuenis es. Hic igitur ueteris prouerbij ue
nit in mentem, ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς χὴν ὅμοιον. Itaq; uisum est pulcre con
gruere ut proficisceretur Ambrosius præsul ad præsulem, claris natalibus insignis,
ad nobilissimum, pius ad pietatis antistitem, eruditus ad eruditionis eximium pa
tronum, uirgo & uirginitatis præco facundissimus, ad omnis pudicitiæ exemplar
incomparabile, denicq; pacificator ad episcopum pacis ac tranquillitatis publicæ
studiosissimum. Cui rei dicas Ambrosium diuinitus fuisse datum. Hoc agebat illa
facunda lingua quum Liguriæ consularem ageret præsidem, sedabat tumultus, sa
ciebat concordiam non minus accurate quàm dextre ac feliciter: nec id solum in his
regionibus, ubi fungebatur magistratu, uerum etiam quoties res apud alios specta
bant ad seditionem. Ambrosius ueluti peritus ac felix nauclerus ad sedandam tem
pestatem accersebatur. Ac ne multa commemorans, plus æquo præfationem ex
tendam. Quum extincto Auxentio, qui fouerat Arianos, Mediolani per Episco
pos ageretur de præsule subrogando, tantaq; studiorum uariantium contentione
flagrarēt comitia, dum pars Arianæ factionis, pars orthodoxorum flagitat episco
pum, ut res ad extremos tumultus tendere uideretur, Theodosius, Cæsarum pijssi
mus, eò legat Ambrosium, ut rerum exitiales motus componeret. Is dum pro dele
gato munere templum ingressus, singulari facundia suadet concordiam, subito cun
cta populi modo dissidentis studia in unum conuersa sunt, iamq; iunctis uocibus
suffragijsq; concordibus, Ambrosium episcopum flagitant. Multa causatur ille,
se prophanæ functionis hominem esse, sacrarum rerum imperitum, nondum sa
cro lauacro renatum, quum Paulus uetet etiam neophytum ad ecclesiæ guberna
cula admoueri. Sed hic frustra facundus erat. Quo uehementius ille detrectat, hoc
magis accenduntur populi studia. Quid multis? imperator perspiciens diuinitus
geri negocium, populi constantem approbat uoluntatem. Ambrosius frustra re
luctans pro præside consulari, fit præsul infulatus, pro fascibus sumit pedum, ante
præfectus gregi dominico, quàm in gregem dominicum cooptatus: exitiabile dissi
dium extinguitur, & ecclesiæ sua redditur concordia. Sed quod Insubrium uni gra
tulamur ecclesiæ, hoc iam dudum optamus ecclesiæ catholicæ, uidelicet ut exoria
tur aliquis Ambrosio similis, qui paribus auspicijs hunc miserandum orbis tumul
tum, quo nulla ætas uidit quicquam pernicioſius, redigat in tranquillitatem. Sal
tem talis quispiam nobis exoriatur ex pontificum theologorum aut monacho
rum ordine, qualis tunc prodijt Ambrosius è classe catechumenorum ecq; propha
no

no magistratu. Magnum pondus habet morum integritas, magnam habet auto
ritatem coniuncta mansuetudini constantia, denicq; plurimum ualet eloquentiæ co
pulata prudentia. Sed hoc malum non simplex, hæc lues quæ non solum ecclesiam
tot opinionibus discidit, uerum etiam principum animos implacabili dissidio com
mittit, hominem requirit datum cœlitus, cuius autoritatem reuereatur populus, cu
ius constantiæ cedat & principum sublimitas. Nulla ex uictoria armis parta, plus
laudis tulit Theodosius, quàm quod ab Ambrosio se uinci passus est. Babylæ pa
rum feliciter cessit, quod imperatorem impia cæde funestatum, templo prohibuit.
imò feliciter cessit ipsi, qui præsulis autoritatem sua morte confirmauit. At Ambro
sio cessit felicius, qui summa constantia suam tuens autoritatem, ipsum etiam Cæ
sarem Christo lucrifecit, ac pulcherrimum exemplum omnibus monarchis ædidit,
quanta sit episcoporum dignitas, si modo uere sint quod audiūt. Nec dubito, quin
tales simus habituri principes aliquot, quales fuit Theodosius, si tales haberemus
episcopos qualis erat Ambrosius, & haberemus opinor, nisi populi mores aliena
rent benigni numinis fauorem. Quoq; magis liqueat quod dicimus, primum rem,
deinde personas expendamus. Thessalonicæ quidam è comitatu cæsaris, per popu
li tumultum fuerat interfectus. Cæsar ira dissimulata, plebem ad ludos Circenses
euocat. Ibi repente circūfusa militibus inermi multitudine, promiscue sæuitum est
in noxios iuxta & innoxios, pœnaq; non meritis est data, sed furori. Id factum ho
die iustum uideri posset. Quoties enim in bello trucidantur, quibus ex pacto dedi
tionis, erat promissa incolumitas? Quoties oppido capto, sæuitur propemodum
atrocius in immerentes, quàm in nocentes? & sæuitiam excusat odium criminis.
Hæc de re. Iam mihi cogita Ambrosium unius ciuitatis episcopū, quæ tum, ut opi
nor, minus erat ampla minusq; frequens, quàm nunc est, nullis alijs armatum præ
sidijs, quàm quæ decent episcopum, lingua, precibus & uitæ sanctimonia: ex aduer
so considera, Cæsarum illius temporis potentiam, cui si conferas horum temporum
ditionem eam duntaxat, quam Cæsaris titulus addit electis (Nam Carolus & sine
Cæsaris titulo principum maximus est) rem uix seriam esse dicas, & tamen talis epi
scopus, talem Cæsarem, ob præcipitatum uindictæ ius, ab ecclesiæ foribus submo
uit, exprobrans crudelitatis immanitatem, docensq; illum à consortio Christiani
gregis alienum esse. Reuersus est in regiam Cæsar, agnoscens æquissimum esse, ut
Christi legibus cedat humanæ potentiæ fastigium. Ibi post sex menses mœrore la
chrymisq; transactos, per Ruffinum aulæ præfectum agit, ut anathematis uincu
lo solueretur, quo saltem ferijs natalicijs, nam instabant, liceret interesse. Nihil agit
Ruffinus, ipse Cæsar impatiens non iræ sed mœroris, adit Ambrosium, nō in tem
plum, ne iterum repelleretur, sed in locum quem Græci domum salutatoriam ap
pellant. Nam ibi forte tum sedebat episcopus omnibus expositus, si quis quid
uellet consulere. Patienter fert obiurgantem, nec prius absoluitur, quàm, præter so
lennem pœnitentibus satisfactionem, etiam legem aduersus ædictorum imperia
lium sæuitiam pollicēretur. Ilico prodita lex, ut si qui per ædictum Cæsaris iube
rentur occidi, in tricesimum usq; diem proferretur executio, quo spacium esset co
gnoscendi, locusq; daretur uel Christiarīæ clementiæ, uel necessariæ seueritati: mox
posito regiō diademate, Cæsaris personam exuit, pœnitentis suscepit, humi pro
stratus

ſtratus,ac lachrymis ubertim effuſis rigans ſolum,ſupplici uoce precatus eſt domini miſericordiam. Cui hæc non uiderentur in Cæſare pluſquàm ſatis? Sed mane dum auditurus, quod & inuictam epiſcopi conſtantiam, & Cæſaris non fucatam pietatem magis illuſtret. Quum ex more munus detuliſſet ad altare, rediens conſtitit intra cancellos. Id uidens Ambroſius,per diaconum percontatur,quur ibi moraretur. Reſpondenti,ut uideam peragi myſteria,rurſum miſſo diacono renunciauit,ut agnoſceret ſuum locum,nam eum, in quo conſiſteret, eſſe ſacerdotibus deſignatum. Purpura inquit,imperatorem facit,ſacerdotem nequaquam. Quid expectas? ut Cæſaris uicta lenitas tandem excandeſcat? Nequaquam, uerum excuſat ſe quod non in contemptum loci reſtiterit illic, ſed quod quoniam Conſtantinopoli repperiſſet hunc morem,ut Cæſar intra cancellos uideret peragi myſteria, credidiſſet idem eſſe receptum Mediolani. His placide dictis, abijt in locum præſcriptum. Nec eo contentus,ubi reuerſus eſt Conſtantinopolim, etiam quum inuitaretur ut intra cancellos ex more conſiſteret,dum peraguntur myſteria,negauit ſe facturum,addens ſe neminem noſſe, qui uere ſciret epiſcopum gerere præter unum Ambroſium. O noſtri ſeculi prolapſos mores. Si nunc dignetur princeps quilibet templum adire,extruitur illi tabernaculum altari ſublimius: & intra cancellos non modo conſiſtunt proceres aulæ, uerum etiam ſordidi negociatores, quos Cicero uix recipit inter honeſtos ciues,decanos & eccleſiæ primores è ſellis ſuis deturbant. Quanto minus faſtus addebat Theodoſio ſceptrum ac diadema, quàm iſtis addit,ſordido quæſtu,nec ſemper iuſto,pauxillum partum pecuniæ. Simili conſtantia reſtitit Iuſtinæ Auguſtæ,minitanti ut aut Arianos reciperet,aut iret in exilium. Ille uero nihil pauefactus,non prodam inquit,lupis gregem mihi commiſſum. Hic occide ſi libet. Sed nemo poteſt Ambroſium agere, niſi qui pro pietate mori paratus eſt. Imò difficillimum eſt cuiquam uere ſacerdotem agere,qui libenter aliud eſt quàm ſacerdos. Onera ſunt uerius quàm ornamẽta, quæ libertatem adimunt cum dignitate,ſitq; nonnunquam,ut dum utrunq; uolunt eſſe, nec principes ſint nec ſacerdotes. Sed deſino,ne uitæ Ambroſianæ uidear hiſtoriam texere. In hoc diuerticulum me deduxit horum temporum miſeranda calamitas. Nunc ad inſtitutum reuertimur. Quemadmodum ſingularis quædam huius uiri integritas, cum ſumma conſtantia pariq; manſuetudine coniuncta fecit, ut nec regali faſtigio cederet, nec malorum improbitati ſuccumberet, gratus autem eſſet ac uenerandus etiam alienis ac parum amicis,ita nullius unquam ſcripta latius inclaruerunt, aut minus obnoxia fuerunt inuidiæ quàm huius. Quibuſdam ſero contigit ſua gloria, nonnullis diu luctamen fuit cum æmulis, complurium labores penitus interciderunt. Ne quid horum accideret Ambroſio,cauſam ego præcipuam arbitror,perpetuam quandam in ſcriptis omnibus moderationem, quæ nec in redarguendis hominum uitijs obliuiſcitur Chriſtianæ manſuetudinis,dicas eum dolere,non iraſci: nec uſquam excurrit in leuitatis aut oſtentationis ſpeciem,ut ubiq; pectus uere Romanum imò Chriſtianum agnoſcas. Erant qui Cyprianum uerterent in Caprianum, Origenes ne mortuus quidem hydram inuidiæ potuit effugere, Hieronymo ad extremum uſq; uitæ diem,amarulenta cum æmulis rixa fuit. Tertullianus bis perierat,primum deprauatione,deinde ſitu, niſi nuper Beatus Rhenanus cũ luci reddidiſſet.

didiſſet. Idem euenerat propemodũ Irenæo tam indigno qui periret, Ambroſius à nemine non honorifice citatur, etiam ab hæreticis: tanta erat nominis autoritas uiuo,quæ uix alijs à rogo contigit. Alius fortaſſe diſertius laudauit uirginitatem,ſed huius mellita facundia uirgines ex ultimis mundi regionibus, hoc eſt, è Mauritania Mediolanum pellexit, ambientes illic ſacro uelo decorari. Alius fortaſſe uehementius diſputauit. Sed hic grandem illum cetum in eccleſiæ ſagenam pertraxit, Auguſtinum. Vnus Hieronymus,quanquam illum aliquot locis multa cum honoris præfatione citat, tamen alicubi minus candide de libris eius ſentire uidetur. Siquidem in præfatione in Didymi librum de ſpiritu ſancto ab ipſo uerſum, taxat libellos cuiuſdam de ſpiritu, ex græcis bonis latinos non bonos, in quibus nulla uis ſit argumentorum,ſed tantum orationis facies exquiſitis hinc inde coloribus pigmentata. Rurſus in præfatione, qua præfatur in homilias in Lucam, recitante Ruffino,nam opus hoc intercidit, taxat illum in commentarijs in Lucam, ut uerbis ludentem,ſententijs dormitantem,deniq; græcorum plumis ſeſe uenditantem. Verum ſiue hoc uere ſcripſit in Ambroſium,ut inimicus exprobrat Ruffinus, ſiue in alium,certe à nomine temperauit,quod ipſum uenerandæ cuiuſdam autoritatis eſt argumentum. In catalogo ſcriptorum, nec laudat eum, nec uituperat, Ne in alterutram inquit, partem aut adulatio in me reprehendatur aut ueritas. Ac ne lucubrationes quidem illius recenſet, qd tamen in alijs ſolet. Ex quo diuinare licet Hieronymo quædã in Ambroſij libris diſplicuiſſe, quæ ob ſingularẽ hominis autoritatem ſupprimere maluerit quàm euulgare. Nec ea res quicquam officit gloriæ ſacri doctoris. Nam & Hieronymus erat homo, & nihil eſt humanum ex omni parte beatum,nec eadem placent omnibus. Illud confitendum,at non improbandum,quod pleraq; quæ ſcripſit Ambroſius hauſit è græcorum commentarijs,præſertim Origenis,ſed ita,ut quod ſanum eſſet excerperet,quod à ſynceritate doctrinæ catholicæ alienum aut contentioſum, diſſimularet, nec errorem proferens, nec autorem prodens,quorum alterum non erat tutum,alterum inuidioſum. Quod in illo comprobat etiam diuus Hieronymus epiſt. ad Pammachium & Oceanum. Nuper inquiens,ſanctus Ambroſius ſic Hexaëmeron illius compilauit, ut magis Hippolyti ſententias Baſilijq; ſequeretur. Rurſus ad Pammachium & Marcellam. Habuit inquit Ambroſium, cuius penè omnes libri Origenis ſermonibus pleni ſunt. Nec Ciceroni quiſquam uitio uertit,quod in philoſophicis argumentis, græcos ſequeretur,non ut interpres,ſed ut imitator. Nec erat corniculæ furtum,quod græcorũ noia,quæ pleraq; tũ apud Latinos magna laborabant dogmatũ improbatorũ inuidia, preſſit,ſed cauti paſtoris oẽm offendiculi diſſidijq; materiam excludentis. Porrò dicendi character, nec flaccidus eſt, nec humilis, quo nomine taxare uidetur libellos de ſpiritu ſancto Hieronymus,excuſante Auguſtino,quod rem licet grandem,tamẽ ſubtilem docenti non laudanti conueniret oratio demiſſior: ſed habet interim ſuos aculeos,ubi res poſtulat, propius tamen accedens ad argutam iucunditatem, quam ad δεινωσιν illam & affectus penè tragicos, in quos interdum exardeſcit Hieronymus & Hilarius. Ac plerunq; totus fere ſermo ex uarijs ſententiarum generibus uelut ex teſſellis contextus eſt,quo dicendi genere ſupra modum delectatus uidetur Seneca. Hoc non minus creber eſt Ambroſius, ſed tamen

mollior, ut frustra reclamante Fabio, qui uult orationem esse ueluti luminibus di-
stinctam, non uelut emblematibus compactam, frequenter & diuisionem, & argu-
mentum & transitum, et conclusionem siue clausulam argumentationis per senten-
tiam efferat. Interdum totus apparatus collectionis, hoc est propositio, assumptio,
ratio, confirmatio, expolitio meris constat sententijs. Passim accinuntur epiphone-
mata, uixq; alius crebrius aut frequentius utitur sententiarum genere, quas appel-
lant νοήματα, in quibus latet aliquid arguti sensus, quod quum non exprimatur, in-
telligitur, ob hoc ipsum gratius, quia dictum obscurius. Porrò densitatis satietatem
ac tedium excludit uarietas, tam felix, ut naturæ rem esse dicas non affectationis,
quod hoc dicendi genus à puero imbiberat. Nonnunquam eandem sententiam
aliter atq; aliter uariatam repetens, uelut infigit animis, quod elabi non uult. Inte-
rim plurimum addit iucunditatis, illa paucis uerbis modulata breuitas. Nusquam
enim sermo longis ambagibus uix tandem absoluens periodum, obscuritate mole
stus est, quod in Augustini scriptis offendit Hieronymum, sed cõmatibus, & colis,
concentu nonnunquam, numero plerunq; iucundus, tinnulus & compositus ince-
dit. Horum omnium non pigeret ex ipsius libris exempla proferre, nisi non solum
perlongum uideretur, uerum etiam hic intempestiuum. Augustinus in libris de do
ctrina Christiana quædam huius generis commonstrauit. In summa, hæc rheto-
rices imperitis frustra dicerentur, peritis in procliui fuerit animaduertere, præsertim
si legant huius libros de uirginibus & uiduis. Nam hic uelut in argumento plausi-
bili magis expromit, ne dicam ostentat, dictionis ornamenta. Igitur Ambrosium si
minus omni ex parte restitutum, certe multo minus deprauatum dedimus. Super-
est ut huic conatui faueat Roma quæ genuit Ambrosium, faueat Liguria, quæ præ
fidem meruit, faueat Insubria, quæ præsulẽ asciuit, deniq; faueat quacunq; patet or
bis Christianus, insigni Christianæ pietatis doctori. Vixit Insubribus, sed scripsit
omnibus. Proinde hoc quicquid est studij nostri præsulum sanctissime, si tua cel-
situdo comiter approbarit, alios qui plus quàm ego præstare ualent, ad similem in-
dustriam extimulabit. Bene uale. Datum Basileæ Id. August. Anno
M. D. XXVII.

NIHIL ex his quæ prius fuerant excusa detraxi. Quæ uidebantur esse notha, suis tomis indicaui. Primus nihil habet, in quod cadat ulla suspicio. Nam libros de uocatione gentium in aliud semoui-
mus uolumen, de quo nostram opinionem & illud cofirmat, quod Augustinus libris ad Bonifacium, quum ex Ambrosianis lucu-
brationibus recenseat aliquot testimonia aduersus Pelagianam hæresim, multo post exortam quàm illa scriberet Ambrosius, tamen ex his libris, qui uelut ex pro-
fesso pugnant aduersus illorum dogmata, nullum adfert: ut alterutrum fuerit ne-
cesse, aut Ambrosium extrema senectute cõgressum cum Pelagianis, aut opus alte
rius esse, quod mihi fit probabilius. Extra controuersiam est, Ambrosium iam uita
defunctum quum Augustinus scriberet aduersus Iulianum: lege primum librum.
Creditur Hegesipppum de excidio urbis Hierosolymitanæ uertisse è græco, quod
opus non addidimus, uel quia uix credibile est esse Ambrosij, uel quia iam toties
excusum nusquam non est ad manum. Sanctus Augustinus libro ad Bonifacium
quarto, capite undecimo, non semel profert testimonium ex Ambrosij commenta
rijs quibus exposuit Esaiam. Quod opus sanè dolemus hactenus inueniri non po-
tuisse. Rursus contra Iulianum Pelagianæ hæreseos instauratorem, refert eius uer-
ba, ex commentarijs in psalmũ quadragesimũ octauum, nec hos hactenus inueni-
re licuit. Idem aduersus eundem libro secundo crebro refert Ambrosij testimoniũ
ex libro de sacramento regenerationis, uel de philosophia. Ioannes Tritenhemius
abbas in catalogo refert, illius in psalmos libros undecim, quos tamen negat sibi cõ
spectos esse. Idem recẽset librum de iudicijs, de quadragintaduabus mansionibus,
nec hos repertos. Addit librum Hymnorum & Præfationum, quẽ intercidisse do-
leo. Declarant enim hæc fragmenta quæ nunc in templis canũtur deprauatissima,
illum in modulandis lyricis haud quaquam infelici fuisse uena. Et tamen his sub-
motis quidam maluerunt nugaces nænias, fortasse deliri cuiuspiam, in quibus nec
sensus est sanus, nec latinitas pura, nec ulla metri ratio. Hoc tãtum præferunt Am
brosianis, quod ab eiusdem ordinis sodali uenerint. Ex Anglia quidam docti mise
runt ad me speciminis loco paginam descriptam ex commentarijs in epist. ad He-
bræos, quibus præfixum erat Ambrosij nomẽ, sed tota phrasis magis referebat Re
migium aut Anselmum, aut alium eius notæ scriptorem, cq; Ambrosium. Qui uitã
Ambrosij descripsit, titulo S. Paulini, meminit cuiusdã libri, quem Ambrosius scri-
pserit infanti, quem excitarat à mortuis, de quo sentiens nescio. Porro si quis me ro
get, quid de hoc historico sentiã, dicam paucis, hac lege, ut nihilo secius suo quisq;
fruatur iudicio. Idem est artifex, qui tam multa contaminauit in scriptis Hierony-
mianis, & Augustinianis, natus ad hunc ludum. Habebat historiam Ambrosianæ
uitæ, ei attexuit præfationẽ et uices lepidam. Intertexuit interloquutiones, addidit
coronidem, & affinxit aliquot prodigia. Adiungerem causas quur ita sentiam, sed
apud impitos id frustra fecero, peritos monuisse satis fuerit. Cõferat qui uolet Pau
lini stilum, cum huius assutis pannis, deinde perpendat quanta sit orõnis inæquali-
tas. Postremo quot locis sic frigeat, ut facile appareat illum fingere. Bene uale lec-
tor, & fruere quod damus bonis auspicijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI VITA, TITVLO PAVLINI EPIscopi ad beatum Augustinum conscripta.

HORTARIS uenerabilis pater Augustine, ut sicut beati uiri, Athanasius episcopus & Hieronymus presbyter, stilo prosecuti sunt uitas sanctorum Pauli & Antonij in heremo positorũ, sicut etiam Martini uenerabilis episcopi Turonensis ecclesiæ, Seuerus seruus dei sermone contexuit, sic etiam ego beati Ambrosij episcopi Mediolanẽsis ecclesiæ, meo prosequar stilo. Sed ego ut meritis tantorum uirorum, qui muri ecclesiarum sunt & eloquentiæ fontes, ita etiam sermone me imparẽ noui. Tamen quia absurdum esse opinor quod præcipis declinare, ea quæ à probatissimis uiris qui illi ante me astiterũt, & maxime ab sorore ipsius uenerabili Marcellina didici, uel quæ ipse uidi cum illi astarẽ, uel quæ ab his agnoui qui illum in diuersis prouincijs post obitum ipsius se uidisse narrarunt, uel quæ ad illum scripta sunt cum adhuc obijsse nesciretur, Adiutus orationibus tuis & meritis tanti uiri, licet inculto sermone breuiter strictimq; describam: Vt lectoris animum & si sermo offendit, tamen breuitas ad legendum prouocet, ne uerborum fucis ueritatem obducam: Ne dum scriptor elegantiæ pompam requirit, lector tantarum uirtutum amittat scientiam, Quem non magis uerborum phaleras pompasq; sermonum, quàm uirtutes rerum, gratiamq; spiritussancti spectare conuenit. Siquidem nouerimus uiatores gratiorem habere aquam breui uena stillantem, forte cum sitiunt, q̃ profluentis fontis riuos, quorum copiam non sitis tempore reperire possunt. Et hordeaceus panis dulcis solet esse, etiam his qui centenis uicibus ferculorum quotidiani conuiuij copias ructare consuerunt. Sed & hortorum amœna mirantibus herbæ agrestes placere consuerunt. Quamobrem obsecro uos omnes in quorum manibus liber iste uersabitur, ut credatis uera esse quæ dicimus. Nec putet me quisquam studio amoris aliquid quod fide careat posuisse. Quandoquidem melius sit penitus nihil dicere, quàm aliquid falsi proferre, cum sciamus nos omnium sermonum nostrorum reddituros esse rationem. Nec dubi-
Matt.12. tem & si non ab omnibus omnia, tamen ab diuersis diuersa sciri, & ea cognita nonnullis esse, quæ etiam minus ipse aut audire aut uidere potui. Vnde ab die natiuitatis eius narrandi initium sumam, ut gratia uiri ab incunabulis quæ fuerit agnoscatur. Igitur posito in administratione præfecturæ Galliarum patre eius Ambrosio, natus est Ambrosius, qui infans in area prætorij in cunabulis positus, cum dormiret aperto ore, subito examen apum aduenies, faciem eius atq; ora compleuit, ita ut ingrediendi egrediendiq; frequentarent uices. Quæ pater qui prope cum matre uel filia deambulabat, ne abigerẽtu. ab ancilla quæ curam nutriendi infantis susceperat, prohibens, sollicita enim erat ne infanti nocerent, Expectabat tamen patrio affectu, quo fine illud miraculum clauderetur. At illæ post aliquandiu euolantes, in tantam aëris multitudinem subleuatæ sunt, ut humanis oculis minime uiderentur. Quo facto territus pater ait: Si uixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Operabatur enim iam tunc dominus in seruuli sui infantia, ut impleretur quod dictum est: Fauum mellis sermones boni. Illud enim examen apum, scriptorum ipsius nobis genera-

generabat fauos, qui cœlestia dona annunciarent, & mentes hominum de terrenis ad cœlum erigerent. Postea uero cum adoleuisset, & esset in urbe Roma constitutus cum matre uidua & sorore quæ uirginitatem iam fuerat professa, comite alia uirgine, cuius uirginis soror Candida, & ipsa est eiusdem professionis quæ nũc Carthagine degit iam anus, cum uideret sacerdotibus à domestica sororis uel matris manus osculari, ipse ludens offerebat dexteram, dicens, & sibi id ab eis fieri oportere, siquidem episcopum se futurum esse memoraret: Loquebatur enim in illo spiritussanctus: qui illũ ad sacerdotiũ nũtriebat. Illa uero ut adolescẽtẽ & nesciẽtem quid diceret respuebat. Sed postq; edoctus est liberalibus disciplinis, ex urbe egressus est: Professusq́ue in auditorio præfecturæ prætorij, ita splendide causas perorabat, ut eligeretur à uiro illustri, Probo, tunc præfecto prætorij ad consilium tribuendum. Post quod consularitatis suscepit insignia, ut regeret Liguriam Æmiliamq́ue prouincias, uenitq́ue Mediolanum. Per idem tempus mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ episcopo (qui Dionysio beatæ memoriæ confessore ad exilium destinato, incubabat ecclesiam) cum populus ad seditionem esset, quæ illi cura sedandæ seditionis, ne populus ciuitatis in periculum sui uerteretur, perrexit ad ecclesiam. Ibiq́ue cum alloqueretur plebem, subito uox fertur infantis in populo sonuisse, Ambrosium episcopum. Itaque qui antea turbulentissime dissidebant, quia & Arriani sibi & catholici sibi episcopũ cupiebant, superatis alterutris ordinari repẽte in hunc unũ mirabili & incredibili concordia consenserũt. Quo ille cognito, egressus ecclesiam tribunal sibi parari fecit, quippe mox futurus episcopus altiora cõscendit. Tũc contra consuetudinem suam tormenta iussit personis adhibere. Quod cũ faceret, populus nihilominus acclamabat: Peccatũ tuum super nos. Sed non similiter is populus tunc clamauit sicut populus Iudæorum. Illi enim uocibus suis sanguinem dominicũ effuderunt, dicentes: Sanguis huius super nos: Isti uero catechumenum scientes, fideli uoce remissionẽ illi peccatorum omniũ per baptismatis gratiã promittebant. Tũc ille turbatus reuertens domum, philosophiam profiteri uoluit, futurus sed uerus philosophus Christi, qui contẽptis secularibus põpis, piscatorum secuturus esset uestigia, qui Christo populos congregarunt: Non fucis uerborum, sed simplici sermone & ueræ fidei ratione, missi sine pera, sine uirga, etiam ipsos philosophos conuerterunt. Quod ubi ne faceret reuocatus est, publicas mulieres publice ad se ingredi fecit. ad hoc tantum, ut uisis his, populi intentio reuocaretur. At uero populus magis magisq́ue clamabat: Peccatum tuum super nos. At ille cum uideret nihil intentionem suam proficere posse, fugam parauit. Egressus noctis medio ciuitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanensis, quæ Romana dicitur, inuenitur. Deus enim qui ecclesiæ suæ catholicæ murum parabat aduersus inimicos suos, & turrem erigebat, dabat contra faciem Damasci, hoc est perfidiam hæreticorum, fugam illius impediuit. Qui inuentus cum custodiretur à populo, missa relatio est ad dementissimum imperatorem tunc Valentinianum, qui summo gaudio accepit quod iudices à se directi ad sacerdotium peterentur. Lætabatur etiam Probus præfectus, quod uerbum eius impleretur in Ambrosio. Dixerat enim proficiscenti cum mandata ab eodem darentur ut moris est: Vade age non ut iudex, sed ut episcopus. Pendente itaque relatione iterũ fugã parauit, atque in possessione cuiusdã Leontij clariss

tij dariſſimi uiri aliquandiu delituit. Sed ubi relationi reſponſum eſt, ab eodem Leontio proditur, præceptum enim erat uicario ut ſiſteret rebus perficiendis. Qui iniuncta ſibi cum uellet implere, propoſito edicto, conuenit omnes, ut ſi uellent, ſibi conſulere rebuſq; ſuis, proderent uirum. Productus itaq; & adductus Mediolanum, cum intelligeret circa ſe dei uoluntatem, nec ſe diutius poſſe reſiſtere, poſtulauit non ſe niſi à catholico epiſcopo debere baptizari. Sollicitam enim habebat perfidiam Arrianorum. Baptizatus itaq; fertur omnia Eccleſiaſtica officia impleſſe ad quæ octaua die epiſcopus ordinatus eſt cum ſumma gratia & lætitia cunctorum. Igitur poſt annos aliquot ordinationis ſuæ, ad urbem Romam, hoc eſt ad proprium ſolum perrexit, ibiq; ſanctam puellam de qua ſupra memorauimus, cui manum offerre ſolitus erat, in domo propria cum germana ſicut reliquerat, inuenit, iam matre defuncta. Atq; cum illa dexteram illius oſcularetur, ſubridens ait illi: Ecce ut dicebam tibi ſacerdotis manum oſcularis. Per idem tempus cum trans Tyberim apud quandam dariſſimam inuitatus, ut ſacrificium in domo offerret, quædam balneatrix atq; paralytica in lecto iacebat. Cum cognouiſſet ibidem eſſe domini ſacerdotem, in ſellula ſe ad eandem domum ad quam ille inuitatus aduenerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus, ueſtimenta attigit. Quæ cum exoſcularetur, ſtatim ſanitate recepta ambulare cœpit, ut impleretur illud dominicum dictum ad Apoſtolos: Etiam maiora his facietis, credentes in nomine meo. Quod tamen ſignum ſanitatis ut mirabile fuit, ita etiam Gionem poſt annos plurimos ſanctis uiris referentibus poſitus in urbe cognoui. Sirmium uero cum ad ordinandum epiſcopum Anemium perrexiſſet, ibiq; Iuſtinæ tunc temporis reginæ potentia & multitudine coadunata de eccleſia pelleretur, ut non ab ipſo, ſed ab hæreticis Arrianis epiſcopus in eadem eccleſia ordinaretur, eſſetq; conſtitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ à muliere excitabantur, una de uirginibus Arrianorum impudentior cæteris, tribunal conſcendens, apprehenſo ueſtimento ſacerdotis, cum illum attrahere uellet ad partem mulierum, ut ab ipſis cæſus de eccleſia pelleretur, audiuit (ut ipſe ſolitus erat referre) Et ſi ego indignus tanto ſacerdotio ſum, tamen te non conuenit uel profeſſionem tuam in quemcunque ſacerdotem manus inijcere, unde debes uereri dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat. Quod dictum exitus confirmauit. Nam alio die mortuam ad ſepulchrum uſque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non leuē aduerſarijs incuſſit metum, pacemq; magnam eccleſiæ catholicæ, in ordinando epiſcopo tribuit. Ordinato itaque catholico ſacerdote Mediolanum reuertitur, ibiq; ſupradictæ Iuſtinæ mulieris innumeras inſidias ſuſtinuit, quæ muneribus atque honoribus aduerſus ſanctum uirum oblatis, populum excitabat: ſed infirmorum mentes talibus promiſſis decipiebantur. Promittebat enim tribunatus & diuerſas alias dignitates, his qui illum de eccleſia raptum ad exilium perduxiſſent. Quod cum multi conarentur, ſed deo præſule, perficere non ualuerunt, unus infelicior cæteris nomine Eutimius, tanto furore excitatus eſt, ut iuxta eccleſiam ſibi domum pararet, atque in eadem carrum conſtitueret, quo facilius raptum ſuperpoſitum carpento ad exilium perduxiſſet. Sed iniquitas eius in uerticem ipſius deſcendit. Poſt annum eodem die quo illum rapere ſe arbitrabatur, in eodem carpento impoſitus, de eadem domo ipſe ad exilium deſtinatus eſt, reputans

Ioan. 14

ſibi

ſibi iuſto iudicio dei id in ſe eſſe conuerſum, ut in eodem carpento dirigeretur ad exilium, quod ipſe parauerat ſacerdoti. Cui non minimum ſolatij ſacerdos præbuit dando ſumptus, uel alia quæ erant neceſſaria. Sed hæc confeſſio hominis nec mulieris furorem, nec uoces ſonorum Arrianorum dementia repreſſit. Maiore enim accenſi demētia, baſilicam Portianam inuadere nitebantur. Exercitus etiam armatus ad cuſtodiendas fores eccleſiæ eſt directus, ut nemo auderet catholicam eccleſiā ingredi. Sed dominus qui de aduerſarijs ſuis eccleſiæ ſuæ triumphos donare conſueuit, ad eccleſiæ ſuæ munimētum militū corda conuertit, ut aduerſis ſcutis eccleſiæ fores ſeruarent, nec egredi dimitterent, ſed ingredi eccleſiam plebem catholicā minime prohiberent. Sed nec hoc ſatis erat miſſis militibus, niſi ut etiā pro catholica fide cū plebe pariter acclamaretur. Hoc in tempore primo antiphonæ, hymni ac uigiliæ in eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperūt: Cuius celebritatis deuotio uſque in hodiernum diem, non ſolum in eadem eccleſia, ſed rum per omnes penè prouincias occidentis manet. Per idem tempus ſancti martyres Prothaſius & Geruaſius ſe ſacerdoti reuelauerunt, erant enim in baſilica poſiti in qua ſunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed ſancti martyres Nabor & Felix celeberrime frequentabantur: Prothaſij uero & Geruaſij martyrum, ut nomina, ita etiam ſepultura incognita erant, intantum ut ſupra ipſorum ſepulchra ambularent omnes qui uellent ad cancellos peruenire, quibus ſanctorum Naboris & Felicis martyrum corpora, ab iniuria ſepulchri defendebantur: Sed ubi ſanctorum martyrum ſunt corpora lauata & in lectis poſita, multorum ibi ſanatæ ægritudines perdocentur. Cæcus etiam Seuerus nomine, qui nunc uſque in eadem baſilica quæ dicitur Ambroſiana, in qua martyrum corpora ſunt tranſlata religioſe ſeruit, ubi ueſtem martyrum attigit, ſtatim lumen recepit. Obſeſſa etiam corpora ab ſpiritibus immundis curata ſumma cum gratia domum repetebant. Sed his beneficijs martyrum inquā tum creſcebat fides eccleſiæ catholicæ, intantū Arrianorum perfidia minuebatur. Deniq; ex hoc tempore ſedari cœpit perſecutio quæ Iuſtinæ furore accendebatur, ut ſacerdos de eccleſia pelleretur: Tamen quoniā intra palatiū multitudo Arrianorum cum Iuſtina conſtituta deridebat tantam dei gratiam, quā eccleſiæ ſuæ catholicæ dominus Ieſus meritis martyrum ſuorū conferre dignatus eſt, uenerabilēq; uirū Ambroſium narrabat pecunia cōparaſſe homines qui ſe uexari ab immundis ſpiritibus mentirent, atq; ut ab illo, ſicut & à martyribus ſe torqueri dicerent: Sed hoc Iudaico ore loquebantur Arriani ſuppares ſcilicet eorum: Illi enim de domino dicebāt quoniam in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Iſti de martyribus uel de domini ſacerdote loquebantur, q; nō dei gratia quæ per ipſos operabat immūdi ſpiritus pellerentur, ſed accepta pecunia ſe torqueri mentirent. Clamabāt eñ dæmones, Scimus uos martyres. Et Arriani dicebant: Neſcimus eſſe martyres. Iam hoc & in euangelio legimus, ubi dixerunt dæmones ad dominum, Scimus te quia ſis dei filius. Et Iudæi dixerunt: Hic aūt unde ſit neſcimus. Sed non hic teſtimonium accipitur dæmonum, ſed confeſſio. Vnde miſeriores Arriani uel Iudæi, ut quod confitentur dæmones, illi negant. Deus tamen qui gratiam eccleſiæ ſuæ augere conſueuit, non paſſus eſt diu inſultari à perfidis, ſanctis ſuis: Vnus itaque ex ipſa multitudine, ſubito arreptus ſpiritu immundo, clamare cœpit, ita torqueri eos ut ipſe torquebatur qui negarent martyres, uel qui non crederent in trinitatis uni-

A tatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem quam docet Ambrosius. At illi hac uoce confusi qui conuerti debuerant, & dignam tali confusione agere pœnitẽtiam, in piscina demersum hominem necauerũt, perfidiæ homicidium iungentes, Deduxit enim illos ad hunc finem digna necessitas. Sanctus uero Ambrosius episcopus maioris humilitatis uir factus, donatã sibi à domino gratiam reseruauit, crescebatq; quotidie fide & amore coram deo & hominibus. Per idem tempus erat quidam uir de hæresi Arrianorũ, acerrimus nimiũ disputator & durus, atq; incõuertibilis ad fidem catholicam. Is constitutus in ecclesia tractante episcopo, uidit (ut ipse postmodum loquebatur) angelum ad aures episcopi tractantis loquentẽ, ut uerba angeli populo episcopus renunciare uideret. Quo uiso cõuersus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere. Fuerũt etiã duo cubicularij tunc tẽporis Gratiani imperatoris de hæresi Arrianorum, qui tractandã episcopo quæstionem proponerent: Ad quam audiendam altero die ad Basilicam Portianam se affuturos promiserant: Erat enim quæstio de incarnatione domini. Sed alio die miserandi homines superbiæ tumore completi, nec memores promissorum, contemnentes deum in sacerdote ipsius, nec plebis expectantis considerantes iniuriam, immemores etiam dictorũ dominicorum: Quoniã qui scandalizauerit unum ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo eius alligetur, & demergatur in profundum maris, conscendentes in equos quasi gratia gestandi, ciuitatem egressi sunt, expectante sacerdote & plebe in ecclesia cõstituta. Sed huius cõtumaciæ qui finis fuerit, horresco referens, Subito enim præcipitati, miseras animas emiserunt, atque corpora illorum sepulturæ sunt tradita. Sanctus uero Ambrosius cum ignorasset quod factum esset, nec diutius posset plebem tenere, ascendens pro tribunali, de eadem quæstione quæ fuerat proposita, sermonẽ adorsus est dicens: Debitũ fratres curo soluendũ, sed hesternos meos nõ inuenio creditores, & reliqua quæ scripta sunt in libro qui de incarnatione domini intitulatur. Occiso itaq; Gratiano imperatore, recipiendi corporis eius causa, secundam ad Maximum suscepit legationẽ: Apud quem q̃m constanter egerit, qui uoluerit cognoscere, ipsius legationis epistolã ad Valentinianum iuniorem datam cum legerit approbabit. Nobis enim alienũ à promissione uisum est illa inserere, ne adiunctæ epistolæ prolixitas fastidium legenti afferret. Ipsum uero Maximum à cõmunionis consortio segregauit, admonẽs ut effusi sanguinis dñi sui, & quod est grauius, innocẽtis ageret pœnitentiã, si sibi apud deũ uellet esse consultũ. Sed ille cũ pœnitentiã declinat superbo spiritu, nõ solũ futurã, sed etiã præsentẽ salutẽ amisit, regnũq; quod arripuerat, fœmineo quodãmodo timore deposuit, ut procuratorẽ se reipublicæ nomine præfuisse cõfiteret. Mortua uero Iustina quidã aruspex Innocẽtij nomine, nõ ope, in causa maleficiorum cũ à iudice torqueret, aliud q̃m interrogaret fateri cœpit: Clamabat em̃, ab angelo maiora tormẽta sibi adhiberi eo qui custodiret Ambrosiũ, qm̃ temporibus Iustinæ ad excitãdã odia populorũ in ep̃m, cacumẽ tecti ecclesiæ cõscendẽs medio noctis sacrificauerit: Sed quãto instantius & sollicitius opera malignã exercebat, tãto magis amor populi circa fidẽ Catholicã & dñi sacerdotẽ cõualescebat: Mississe etiã se & dæmones q illũ internecarẽt fatebat: Sed dæmones renũciasse, senõ solũ ad ipsum appropinquare minime posse, uerum etiã nec ad fores domus in q̃ manebat ep̃s, quia ignis insuperabilis omne illud ædificiũ cõmuniret, ut etiã longe positi urerẽtur, atq; ita cessasse artes suas, quibus aduersus domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur.

Alius

Alius etiam gladium ferens ad cubiculum usq; peruenit, ut interficeret sacerdotẽ, sed cum eleuasset manum destricto gladio dextera obrigente remansit. Tunc se missum à Iustina postq; confessus est, brachium quod inique cum extenderetur rigerat, sanatum est cõfessione. Per idem tempus cũ uir illustris Probus, puerum suum notarium, qui spiritu immũdo grauiter uexabatur, direxisset ad episcopũ, egressum urbe dimisit diabolus, timens ad uirũ sanctum perduci: Atq; ita puer q̃diu Mediolani apud ep̃m fuit, nulla cõminatio diaboli apparuit. Sed ubi egressus de Mediolano est, & prope urbẽ peruenit, idem spiritus qui illũ antea habuerat, uexare cœpit. Qui cũ interrogaretur ab exorcistis, cur q̃diu Mediolani fuit, nõ in illo apparuisset, cõfessus est diabolus timuisse se Ambrosium, & ideo recessisse ad tẽpus, atq; expectasse in illo loco ubi ab illo recesserat, donec reuerteretur, quo reuertente, uas quod deseruerat repetisset. Extincto itaq; Maximo, posito Theodosio impatore Mediolani, Ambrosio uero episcopo constituto Aquileiæ, in partibus orientis in quodam castello à Christianis uiris synagoga Iudæorum & lucus Valentinianorum incẽdio cõcremata sunt, propterea quod Iudæi uel Valentiniani insultarẽt monachis Christianis. Valentinianorum enim hæreses triginta deos colunt. Sed de huiusmodi facto comes orientis ad imperatorem relationẽ direxit: Qua acta imperator præcepe rat ut synagoga ab episcopo reædificaretur. Sed huius præcepti tenor cum ad aures peruenisset uenerabilis uiri Ambrosij episcopi, direxit ad imperatorẽ epistolã, quia ipse in tempore excurrere non poterat, qua illum conuenit ut id quod ab eodem statutum fuerat reuocaretur, seruariq; sibi deberi ab eo audientiam, quoniam si dignus non esset qui ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo audiretur, uel cui preces suas aut cui sua uota cõmitteret. Paratum etiam se esse pro tali negocio mortem subire, ne dissimulatione sui præuaricatorem faceret imperatorem, qui tam iniusta contra ecclesiam præcepisset. Postea uero cum Mediolanũ reuertitur, posito imperatore in ecclesia de eadem causa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit domini personam loquentis imperatori: Ego te ex ultimo imperatorem feci: ego tibi exercitum inimici tui tradidi, ego copias quas ille aduersum te exercitui suo præparauerat dedi, ego inimicum tuũ in potestate tua redegi, ego de semine tuo supra solium regni constitui, ego te triumphare sine labore feci, & tu de me inimicis meis donas triumphos. Cui descendenti exedram, imperator ait: Contra nos posuisti hodie episcope. At ille respondens ait: Non se contra ipsum sed pro ipso fuisse locutum. Tũc imperator: Reuera inquit dura præceperã cõtra episcopũ de synagoga reparãda. In monachos uero uindicandum esse, à comitibus qui in tempore aderant dicebatur. Quib9 episcopus: Ego quidẽ cũ imperatore nũc ago, uobiscũ uero mihi aliter agendum est: Atq; ita obtinuit, ut illa quæ statuta fuerant reuocarentur. Nec prius ad altare accedere uoluit, nisi fide sua imperator illum agere debere testatur. Cui episcopus: Ergo ago fide tua. Respõdit imperator: Age fide mea. Qua spõsione iterata, iam securus peregit sacerdos diuina mysteria. Hæc autẽ scripta sunt in epistola quam ad germanam suam fecit: In qua tractatum inseruit, quem eodẽ die habuit de baculo nuceo, qui à propheta Hieremia uisus esse describitur. Per idẽ tempus causa Thessalonicẽsis ciuitatis non minima successit tribulatio sacerdoti, cum penè cõperissет ciuitatem deletam: Promiserat enim illi imperator se ueniã daturum ciuibus supradictæ ciuitatis, sed agentibus comitibus occulte cũ imperatore, ignorãte

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdote usq; in horam tertiam gladio ciuitas est donata: atq; plurimi interempti innocentes. Quod factum ubi comperisset sacerdos, copiam imperatori ingrediendi ecclesiam denegauit: Nec prius dignum iudicauit cœtui ecclesiæ uel sacramentorum communioni quàm publicam ageret pœnitentiam. Cui imperator contra asserebat: Dauid adulterium simul & homicidiū perpetrasse: Sed responsum ilico est: Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Quod ubi audiuit clementissimus imperator: ita suscepit animo, ut publicam pœnitentiam non abhorreret: Cuius correctionis profectus secundam illi parauit uictoriam. Per idem tempus duo potentissimi & sapientissimi uiri Persarum ad famam sacerdotis uenere Mediolanum, deferentes secum plurimas quæstiones, ut ex illis probarent sapientiam uiri. Cum quo ab hora diei prima usq; ad horam fere tertiā noctis per interpretem disputauerūt, admirantesq; discesserunt ab eo. Et ut se probarent non ob aliam causam uenisse nisi ut certo certius nossent uirum quem fama compererant: Alia die ualefacientes imperatori, profecti sunt urbem Romā, illic uolentes cognoscere potentiam illustris uiri Probi. qua cognita ad propria reuerterunt. Sed egresso Theodosio de Italia, & Constantinopoli constituto, Valentiniano augusto intra gallias posito, directa relatio est sub nomine senatus à Symmacho tunc præfecto urbis de repetēda ara uictoriæ & sumptibus cæremoniarum. Sed ubi comperit sacerdos, misso libello ad imperatorem postulauit ut ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, præclarissimum libellum conscripsit, ut contra nihil unquam auderet. Symmachus uir eloquentissimus respōderet. Sed postq; augustæ memoriæ Valētinianus in Viennensi ciuitate (quæ est galliarū ciuitas) uitam finiuit, Eugenius suscepit imperium, qui ubi imperare cœpit, non multo post petētibus tunc Flauiano præfecto & Arbogaste comite, aram uictoriæ & sumptus cæremoniarum, quod Valētinianus augustæ memoriæ adhuc in iuniorib annis constitutus, petentibus denegauerat, oblitus fidei suæ concessit. Hoc ubi audiuit sacerdos, relicta ciuitate Mediolanensi, ad quam ille festinato ueniebat, ad Bononiensem ciuitatem emigrauit, atq; inde Fabentiam usq; perrexit. Vbi cum aliquantis degeret diebus, inuitatus à Florentinis, ad Thusciam usq; descendit, declinans magis aspectum sacrilegi uiri, non formidans imperantis iniuriam. Nam epistolam ad eundem dedit, in qua conuenit conscientiam illius, de qua pauca de multis ponenda duxi. Et si imperatoria potestas magna sit, tamen considerato quantus sit deus qui corda hominum uidet, conscientiam interiorem interrogat. Nouit omnia antequā fiant, nouit interna pectoris tui. Ipsi falli uos non patimini, & deum uultis celare? Non cecidit in animum tuum quicq;, si illi agebant tam perseueranter, nónne tuum fuit imperator pro dei summi & ueri & uiui ueneratione perseuerantius obsistere & negare quod erat iniuria sacrilegis? Et iterum: Quomodo igitur meis uocibus & apud deum, & apud omnes homines tenēor? Aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere nisi consulerem mihi, quia non potui tibi. In supradicta itaq; ciuitate Florentinorum, cum in domo clarissimi quondam uiri Decentis, & quod est amplius, Christiani, maneret filius ipsius Pansophius nomine admodum paruulus, cum spiritu immundo laboraret, frequenti oratione & impositione manus sacerdotis ipsius est sanatus. Sed post aliquantos dies subita infirmitate correptus infantulus exhalauit spiritum: Cuius mater ualde religiosa

osa & plena fide ac timore dei, ablato illo de superiore parte domus, ad inferiora descendit, ac in lecto sacerdotis ipso absente composuit: Quemcū reuertens sacerdos in lectulo inuenisset, Erat enim illoque in tempore extra domum positus, miseratus matrem & fidem ipsius contemplatus, Helisæo similis supra corpus infantis se ipse composuit, atque orando meruit uiuum reddere matri quem mortuum inuenerat. Ad quem etiam infantulum libellum conscripsit, ut quod ætatis infantia scire non poterat legendo agnosceret. Verumtamen factum scriptis suis non commemorauit, sed quo affectu declinauerit commemorare, non est nostrū iudicare. In eadem etiam ciuitate basilicam constituit, in qua deposuit reliquias martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononiensi ciuitate leuauerat: Posita enim erant corpora martyrum inter corpora Iudeorum. Nec erat cognitum populo Christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti ipsi reuelarent. Quæ cum deponerentur sub altari quod in eadem basilica constitutum est, magna illic totius plebis sanctæ lætitia atque exultatio fuit, pœnæ dæmonum confitentium martyrum merita. Per idem tempus Arbogastes comes aduersum gentem suam, hoc est Francorum, bellum parauit, atque pugnando non paruam multitudinem manu fudit, cum residuis uero pacem firmauit. Sed cum in conuiuio à regibus gentis suæ interrogaretur, Vtrum sciret Ambrosium, & respondisset nosse se uirum, & diligi ab eo, atque frequenter cum illo conuiuari solitum: Audiuit: Inde hoc uincis omnes. quia ab illo uiro diligeris qui dicit sol, sta, & stat. Quod ego ideo posui, ut cuius famæ fuerit uir sanctus etiam apud Barbaras gentes, legentes agnoscant. Nam & nos referente iuuene in quodam Arbogastis, admodum religiosum cognouimus qui tunc interfuit. Erat enim in tempore quo hæc loquebatur uini minister. Profectus itaque sacerdos de Thusciæ partibus Mediolanum reuertitur. Iam inde egresso Eugenio contra Theodosium imperatorem, ibiq; Christiani imperatoris præstolabatur aduentum securus de dei potentia quod non traderet credentem in se hominibus iniustis, nec relinqueret uirgam peccatorum super sortem iustorum, ne extenderent iusti ad iniquitates manus suas. Promiserat enim Arbogastes tunc comes, & Fabianus præfectus de Mediolano egredientes cum uictores reuertissent, stabulum se esse facturos in basilica ecclesiæ Mediolanensis, atque clericos sub armis probaturos, Sed miserandi homines cum dæmonibus suis male crediili sunt, & aperiunt os suum in blasphemiam ad deum, spem sibi uictoriæ ademerunt. Causa autem commotionis hæc fuit, quia munera imperatoris qui se sacrilegio commiscuerat, ab ecclesia respuebantur, nec orandi illi cum ecclesia societas tribuebatur: Sed dominus qui ecclesiam suam tueri consueuit, de cœlo iaculatus est iudicium, atque omnem uictoriam ad religiosum imperatorem trāstulit Theodosium. Extincto itaque Eugenio à satellitibus eius, cum scripta acciperet imperatoris non illi alia cura maior fuit quàm ut pro his interueniret quos renatos inuenerat: obsecratus est prius scriptis imperatorem misso diacono, postea uero quàm directus est Ioannes tunc tribunus & notarius, qui nunc præfectus est ad tuitionem eorum qui ad ecclesiam confugerunt, etiam ipse Aquileiam perrexit, precatus pro eis: quibus sceleris uenia impetrata est, quia Christianus imperator prouolutus pedibus sacerdotis, testabatur meritis & orationibus eius saluatum se esse. Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uertens itaq; de urbe Aquileiensi,uno die præcessit imperatorem.Nec diu clementissimæ memoriæ Theodosius impator susceptis filijs in ecclesia & traditis sacerdoti in hac luce fuit.Post cuius obitum ferè triennium superuixit. Quo in tempore sancti Nazarij martyris corpus, quod erat in horto positum extra ciuitatem, leuatum ad basilicam Apostolorum quæ est in Romana, transtulit. Vidimus enim in sepulchro quo iacebat corpus martyris, qui quando sit passus, usque in hodiernum diem scire non possumus, sanguinem martyris ita recentem, quasi eadem die fuisset,effusus: Caput etiam ita integrum atque incorruptum cum capillis capitis atq; barba,ut nobis uideretur eodem tempore quo leuabatur,lotum atq; compositum in sepulchro.Et quid mirum,quandoquidem dominus hoc in euangelio ante promisit,quod capillus de capite eorum non periret.Etiam odore tanto repleti sumus, ut omnium aromatum uinceret suauitatem .Leuato corpore martyris & in lectica composito,statim ad sanctum Celsum martyrem, qui in eodem horto positus est, cum sancto sacerdote ad orationem perreximus. Nunc̄q; tamen illum antea orasse in eodem loco compertum habemus. Sed hoc erat signum reuelati martyris,si sanctus sacerdos ad locum ad quem nunc̄q; antea fuerat oratum,isset.Cognouimus tamen à custodibus loci ipsius,quod à parentibus illis traditum sit, non discedere de loco illo per oīem generationem & progeniē suorum, eo quod thesauri magni in eodem loco positi essent.Et uere magni thesauri, quos non erugo neq; tinea exterminat, neque fures effodiunt & furantur,quia custos eorum Christus est, & locus eorum aula cœlestis est,quibus uiuere Christus fuit,& mori lucrum. Translato corpore martyris ad basilicam Apostolorum,ubi pridie sanctorum apostolorum reliquiæ summa omnium deuotione positæ fuerant, cum tractaret episcopus,quidam de populo repletus spiritu immundo,clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio.At ille conuersus ad eum ait:Obmutesce diabole,quia non te torquet Ambrosius,sed fides sanctorū & inuidia tua,quoniam illo uides ascēdere homines unde tu deiectus es.Nam Ambrosius non scit inflari, Quo dicto, ille qui clamabat obmutuit,prostratusque in terra est,nec amplius uocem quam obstrepi possit emisit.Per idem tēpus cum consulatus sui imperator Honorius in urbe Mediolanēsi Libycarum ferarum exhiberet munus,populo illuc cōcurrēte data copia est:Missis militibus ab Stilicone comite,hortatu Eusepij præfecti, ut Cresconius quidam de ecclesia raperetur. Quem cōfugientem ad altare domini,sanctus episcopus cum clericis qui in tempore aderant defendendum circumdedit:Sed multitudo militum,quæ duces suos habebat de perfidia Arrianorum prævaluit aduersum paucos, Atque ablato Crescōnio exultantes ad amphitheatrū reuerterunt,ecclesiæ luctum nō modicum relinquētes:Nam sacerdos prostratus ante altare domini factum diu fleuit.Sed in tempore cum reuertissent & renunciassent his à quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saltu celeri ad eundem locum ita quo sederant qui de ecclesia triumphabant,ascendentes grauiter laniatos reliquerunt. Quod ubi uidit tunc Stilico comes, pœnitentia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret sacerdoti, & illesum quidem illum qui ablatus fuerat dimiserat. Sed quia grauissimorum criminum erat reus, & aliter emendari non poterat,ad exilium destinatur, non multo post indulgentiæ prosequente. Per idem tempus cum ad palatium pergeret, quem pro loco officij nostri sequeremur,Theodolo tunc notario, qui postea summa cum gratia Vtinensem rexit ecclesiam,cum casu quidam pede esset lapsus, atque prostratus faceret in terra,ridente:Conuersus sacerdos ait,& tu qui stas uide ne cadas:Quo dicto statim is qui alienum lapsum riserat suum doluit. Per idem tempus Fritigil quædam regina Marcomannorū,cum à quodam Christiano uiro qui ad illam forte de Italiæ partibus aduenerat, referente sibi audiret famam uiri,Christo credidit, cuius illum seruulum recognouerat, missisque muneribus placatos ab ecclesia postulauit, ut scriptis ipsius qualiter credere deberet informaretur. Ad quam ille epistolam fecit præclaram in modum catechismi, in qua etiam admonet ut suaderet uiro Romanis pacem seruare. Qua accepta epistola mulier suasit uiro,& cū populo suo se Romanis tradidit.Quæ cum aduenisset Mediolanum,plurimum doluit quod sanctū sacerdotem ad quem festinarat minime repperisset: Iam enim de hac luce migrauerat. Temporibus uero Gratiani (ut retro redeam) cum ad prætorium Macedonij tunc magistri officiorum pro quodam intercedendo perrexisset, atque præcepto supradicti uiri fores inuenisset clausas, nec copiam ingrediēdi adeptus esset ait: Et tu quidem uenies ad ecclesiam, nec clausas ianuas inuenies quam ingrediaris. Quod factum est:Mortuo Gratiano,cōfugiens etenim Macedonius ad ecclesiam, patentibus ianuis aditum reperire non poterat. Ipse autem uir uenerabilis episcopus erat multæ abstinentiæ,& uigiliarum multarum & laborum, quotidiano ieiunio macerans corpus. Cui prandendi nunquam consuetudo fuit nisi die sabbato & dominico,uel cum natalicia celeberrimorum martyrum essent. Orandi etiam assiduitas magna die ac nocte. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros,nisi cum aliqua infirmitate corpus eius attenuaretur .Erat enim in illo sollicitudo omniū ecclesiarum,interueniēdi etiam magna assiduitas & constantia. In rebus etiam diuinis implendis fortissimus labor, intantum ut quod implere solitus erat circa baptizandos, quinque postea episcopi tempore quo decessit uix implerent. Sollicitus etiam pro pauperibus & captiuis nimium: Nam in tempore quo episcopus ordinatus est, aurum omne atque argentum quod habere poterat, ecclesiæ uel pauperibus contulit. Prædia etiam quæ habebat, reseruato usu fructu germanæ suæ, donauit ecclesiæ suæ:Nihil sibi quod hic suum diceret derelinquens, ut nudus atque expeditus miles Christi dominum sequeretur. Qui cum diues esset, propter nos pauper factus est, ut nos eius inopia ditaremur. Erat enim gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus. Siquidem quotiēscunque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat ut & illum flere compelleret. Videbatur etiam sibi cum iacente iacere. Causas autem criminum quas illi cōfitebantur, nulli nisi domino soli apud quē intercedebat,loquebat:Bonū relinquēs exemplū posteris sacerdotibus ut intercessores apud deū sint, magis q̄ accusatores apud homines. Nā & secundū apostolū,circa huiusmodi hominem confirmanda charitas est,quia ipse sui accusator est. Nec expectat accusatorem sed præuenit,ut confitendo suum alleuet ipse delictum,nec habeat quod aduersarius crimiņetur. Ideoq; scriptura dicit: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vocem enim eripit aduersario & quasi dentes quosdā paratos ad prædam criminationis infestæ peccatorum suorum confessione confringit,dans honorem deo, cui nuda sunt omnia, & qui uult uitam magis peccatoris quam mortem: Nam ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequatur emendatio facti, ut pœnitens non faciat pœnitenda. Humiliet etiam animam suam sicut Dauid sanctus, qui post quàm audiuit à propheta, dimissum est peccatum tuū, humilior factus est in emendatione peccati, ita ut cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret. Flebat etiam amarissime quotiēscunq; forte nunciatum illi fuerat de cuiuscunq; sancti obitu sacerdotis, intantū ut nos illū consolari uideremur, ignorantes pium affectum uiri, nec qua ratione ita fleret intelligentes. Quibus ille huiusmodi responsum reddebat: Non se flere quia recesserat qui fuerat mortuus nunciatus, sed quia se præcesserat: Vel quia difficile esset inuenire uirum qui summo sacerdotio dignus haberetur. Ipse autem de sua morte ante prædixit quod usq; Pascha nobiscum futurus esset, quod quidem metuit dominum obsecrando, quo maturius hinc liberaretur. Ingemiscebat enim uehementer cum uideret radicem omnium malorum auariciam pullulare, quæ neq; copia neq; inopia minui potest, magis magisq; increscere hominibus, & maxime in his qui in potestatibus erant constituti, ita ut interueniendi illi apud illos grauissimus labor esset, quia omnia precio distrahebantur. Quæ res primo omne malū inuexit Italiæ, & exinde omnia uerguntur in peius. Et quid dicam si in huiusmodi personis ita rabiem suam exercent, qui solent aut filiorum aut propinquorum causas prætendere, ad excusandas excusationes in peccatis. Quandoquidem plerosque ceperit etiam cœlibes sacerdotes uel Leuitas, quibus portio deus est, ut etiam ipsi illam appetant. Et uæ mihi misero quia nec fine mundi prouocamur, ut tam graui iugo seruitutis liberari uelimus, quo dimergimur ad profundum inferni, ut faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. Attamen beatus ille qui quando conuersus diruptis uinculis, atque proiecto iugo huiusmodi dominationis, tenebit & allidet paruulos eius ad petram, hoc est, omnes intentiones eius allidet ad Christum, qui secundum Apostolum petra est, quæ omnes ad se allisos interimit, ipsa inuiolabilis manens, nec reum faciens eum qui ad se alliserit nequissimi uteri deteriores partus, sed innocentem: Ita ut securus possit dicere, Portio mea dominus, Quia cui nihil in seculo est, illi uero portio est Christus: Et qui contempserit pauca, multa percipiet, insuper & uitam æternā possidebit. Ante paucos uero dies cū lectulo detineret, cū quadragesimū tertiū psalmū dictaret, me excipiente & uidente, subito in modū scuti breuis ignis caput eius cooperuit, atq; paulatim per os ipsius tanq; in domo habitator ingressus est. Post qd' facta est facies eius uelut nix. Postea uero reuersus est uultus eius ad speciē suā Quod cū fieret, stupore percussus obrigui, nec potui scribere quæ ab illo dicebantur, nisi posteaq; uisio ipsa transibat. Dicebat enim in tpe testimoniū scripturæ diuinæ, quod ego optime retinebā. Nam scribendi uel dictandi ipso die finem fecit. Sed quidē ipsum psalmū explere nō potuit: Ego uero id qd' usum à me fuerat, honorabili uiro Casto diacono (sub cuius cura degebā) statim retuli. At ille repletus gratia dei, spiritusſancti aduentum me in illo uidisse edocuit lectione Actuū apostolorū. Superioribus autē diebus cū Stiliconis tunc comitis seruus qui dæmonio laborauerat, cum in Ambrosiana basilica iā sanus maneret, cōmendatus à dño suo, ferebatur eū q; libenter ab eodem haberetur, facere falsas epistolas tribunatus compertū est: ita tantū ut teneret

homines

homines qui ad ministrandum pergebant. Sed ubi ad personā serui sui peruenit comes Stilico, ipse in seruo suo noluit uindicare. Homines etiā qui decepti fuerāt interuentu sacerdotis dimisit, de ipso uero seruo sacerdoti questus est. Quē uir sanctus cum de ecclesia Ambrosiana egrederetur, requiri fecit atq; ad se perduci. Quem cum interrogasset & deprehendisset auctorem tanti flagitij, ait: Oportet illū tradi sathanæ in interitum carnis, ne talia aliquis in posterum audeat admittere. 1. Cor. 5. Quē eodem momēto cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis sancti, spiritus immūdus arreptū discerpere cœpit. Quo uiso, nō minimo timore repleti sumus & admiratione. Multos etiā diebus ipsis imponente illo manus & imperante, ab spiritibus immūdis uidimus esse purgatos. Per idem tēpus Nicētius quidā ex tribuno & notario quodā pedū dolore tenebatur, ut raro in publico uideretur: Cum ad altare accessisset ut sacramēta perciperet, calcatusq; casu à sacerdote exclamare audiuimus: Vade & amodo saluus eris. Nec se amplius doluisse pedes testabatur, tempore quo sanctus sacerdos de hac luce migrauit, lachrymis testabatur. Sed post dies hos ordinato sacerdote ecclesiæ Ticinēsi incidit in infirmitatē: Qua cum plurimis diebus detineretur in lectulo, comes Stilico dixisse fertur. Quod tanto uiro recedente de corpore interitus immineret Italiæ: Vnde cōuocatis ad se nobilibus uiris illius ciuitatis, quos diligi à sancto sacerdote cognouerat, partim interminatus est illis, partim blando sermone persuasit ut pergerēt ad sanctum sacerdotē, suaderent illi ut sibi uiuendi peteret à domino cōmeatum. Quod ille ubi ab illis audiuit, respondit: Nō ita inter uos uixi ut rādeat me uiuere, nec timeo mori quoniam dominū bonum habemus. Per idē tēp⁹ cū in extrema parte porticus in q̄ iacebat, in uno positi Castus, Polemius, Venerius & Felix tunc diaconi secū tractarent, uoce ita repressa ut uix inuicem se audirēt, qui post obitū illius episcopus ordinādus esset, atq; cū de nomine sancti loquerentē Simpliciani, tāq; interesset tractatui cum longe positus ab ipsis iaceret, approbās exclamauit tertio: Senex, sed bonus, Erat enim Simplicianus æui maturior. Qua uoce audita expauescentes fugerunt. Defuncto tamen eo non alius illi successit in sacerdotio nisi is quē ille bonum senem trina uoce signauerat. Cui Simpliciano Venerius quem supra memorauimus successor fuit. Felix uero nunc usq; Bononiensem regit ecclesiam. Castus autē & Polemius nutriti ab Ambrosio bonæ arboris boni fructus, in ecclesia Mediolanensi diaconij funguntur officio. In eodem tamen loco in quo iacebat (sicut referēte sancto Basiano episcopo Laudensis ecclesiæ, qui ab eodē audierat didicimus, cum oraret unà cum supradicto sacerdote) uiderat dominum Iesum aduenisse ad se, & arridentem sibi. Nec multos post dies ablatus est. Sed eodem tempore quo à nobis migrauit ad dominum ab hora circiter undecima diei, usq; ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum crucis orauit: Nos uero labia illius moueri uidebamus, uocem autē non audiebamus. Horatus aūt sacerdos ecclesiæ Vercellēsis, tū in superiora domus sequi eū cōposuisset, tertio uocē uocātis se audiuit. dicēriscq; sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui, descendēs obtulit sancto dñi corpus, Quo accepto ubi glutiuit, emisit spiritū. Bonū uiaticū secū ferēs, ut in uirtute escæ anima refectior, angelorū nūc consortio quorū uita uixit in terris & Heliæ societate lætet: Quia ut Helias nūcq; regibus uel ullis potestatibus, ita & iste pro dei timore loq ueritus est. Atq; inde ad ecclesiā maiorē tarda q̄ hora q̄ defūctus est, corpus ipsius portatū est: Ibiq; eadē fuit

nocte

Universidad de Deusto
Biblioteca

nocte quam uigilamus in paſcha, quem plurimi infantes baptizati cũ à fonte uenirent uiderũt, ita ut aliqui ſedentẽ in cathedra tribunáli dicerent, alij uero aſcendentem ſuis parentibus digito oſtenderent, ſed illi uidẽtes uidere nõ poterant, quia mũdatos oculos nõ habebãt. Plurimi aũt ſtellam ſupra corpus eius ſe uidere narrabãt: Sed luceſcente die dominico cum corpus illius peractis ſacramẽtis diuinis de eccleſia leuaretur, portandũ ad Baſilicam Ambroſianã in qua poſitus eſt, ita ibi dæmonũ turba clamabat ſe ab illo torqueri, ut eiulatus eorum ferri nõ poſſit. Quæ gratia ſacerdotis, nõ ſolum in illo loco, uerum etiã in plurimis prouincijs uſq; in hodiernum manet. Iactabant etiam turba uirorũ ac mulierum oraria uel ſemicinctia ſua, ut corpus ſancti aliquatenus ab ipſis cõtingeretur. Erat enim exequiarum turba innũerabilis totius dignitatis, totiuſq; ſexus, omniũq; penè ætatum, non ſolum Chriſtiano rum, ſed etiam Iudeorũ & paganorum, maiore tamẽ gratia ordo præcedebat eorũ qui fuerãt baptizati. Eadẽ qua obijt die, ſicut textus epiſtolæ loquit, qui à ſucceſſore eius uenerabili uiro Simpliciano ſuſceptus eſt, de partibus oriẽtis ad ipſum tãq; ad huc nobiſcũ uiuẽte directa, quæ nũc uſq; Mediolani habet in monaſterio cuiuſdã uiri ſancti, apparuit, orãs cum illis, & imponẽs illis manus. Habet eñ diem epiſtola quæ directa eſt: Qua lecta inuenimus diem eſſe quo ille defunctus eſt. Intra Thuſciã ciuitate Florẽtiana, ubi nũc uir ſanctus Zenobius nomine, eps eſt, quia promiſerat ſe petẽtibus illis illos ſe ſæpi⁹ uiſitaturũ, frequẽter ad altare quod eſt in baſilica Ambroſiana, quæ ibidẽ ab ipſo cõſtituta eſt, uiſum orare, ipſo ſancto uiro ſacerdote Zenobio referẽte didicimus. In eadem etiã domo in qua declinans Eugeniũ miſit tempore quo Ragadaiſus ſupradictã ciuitatem obſedebat, cum iã de ſe penitus deſperaſſent uiri ciuitatis, per uiſum cuidam apparuit, & promiſit alio die ſalutem illis affuturam. Quo referente ciuiũ animi ſunt erecti: Nam altero die adueniente Stilicone tũc comite cum exercitu, facta eſt de hoſte uictoria. Hæc Pãſophia religioſa fœmina, matre pueri Panſophij referente cognouimus. Maſcezeli etiam deſperante de ſalute ſua uel exercitus quẽ ducebat contra Gildonem, baculum tenens manu in uiſu noctis apparuit, atq; cũ prouolueretur ad pedes ſancti uiri, Maſcezel, percutiẽs in terra ſenex baculo quo regebatur tertio, hac enim illi ſpecie apparuerat & ait: Hic hic hic, ſignans locum, deditq; intellectum uiro, quem uiſitatione dignum fuerat arbitratus, ut agnoſceret in ipſo loco in quo ſanctum domini uiderat ſacerdotẽ, die tertia uictoriã adepturum, atq; ita ſecurus bellum & inchoauit & cõſummauit: Nos tamen ea Mediolani poſiti, ipſo Maſcezeli referente cognouimus: Nam & in hac prouincia in qua nunc poſiti deſcribimus, plurimis hoc ipſum retulit ſacerdotibus, quibus etiam referentibus ſecurius ante nobis cognita huic libro adiungere arbitrati ſumus. Siſinni etiam & Alexandri martyrũ, qui noſtris temporibus, hoc eſt, poſt obitũ ſancti Ambroſij in Anauniæ partibus perſequẽtibus gẽtilibus uiris, martyrij coronam adepti ſunt, cum reliquias Mediolanenſes ſumma cũ deuotione ſuſcepe-
runt, adueniente quodã cæco & referente cognouimus, qui eodẽ tacto lectulo, in quo ſanctorum reliquiæ portabãtur, lumen recepit, eo q; per uiſum noctis uidiſſet nauem appropinquare littori, in qua erat multitudo ablatorum: Quibus deſcendẽtibus ad terram cũ unum de turba precaretur, ut ſciret qui eſſent ij uiri, audierit, Ambroſium eiuſq; cõſortes. Quo audito nomine, cum deprecaretur ut lumen reciperet, audierit ab eo: Perge Mediolanũ, & occurre fratribus meis qui illò uenturi ſunt, de

ſignans

ſignans diem, & recipies lumen. Erat enim uir (ut ipſe diſſerebat) de littore Dalmateno, nec ſe ante ueniſſe in ciuitatem aſſerebat, priuſq; recto itinere reliquijs ſancto rum occurriſſet, nondum uidens, ſed tacto loculo uidere cœpiſſe. His itaq; decurſis, non arbitror graue uideri, ſi paululum promiſſi noſtri metas exceſſerimus, ut dñi dictum quod per os ſanctorum prophetarum locutus eſt, completum eſſe doceamus: Sedẽtem aduerſus fratrem ſuum & detrahentem occulte, perſequebar. Et alibi: Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Vt quicunq; forte huiuſmodi captus eſt conſuetudine, cum legerit qualiter in his qui ſancto uiro detrahere auſi ſunt, fuerit uindicatum, ipſe etiam in alijs emẽdetur. Igitur Donatus quídam natione Apher, presbyter tamen eccleſiæ Mediolanenſis, cum in cõuiuio poſitus in quo erant nonnulli militares religioſi, detraheret memoriæ ſacerdotis, aſpernantibus illis & deferentibus linguam nequam, ſubito uulnere percuſſus graui, de eodem loco in quo iacebat, alienis manibus ſubleuatus, in lectulum poſitus eſt, atq; inde ad ſepulchrũ uſq; perductus. In urbe etiam Carthaginẽſi, cum apud Fortunatum diaconum fratrem uenerabilis uiri Aurelij epiſcopi ad conuiuium eõueniſſem, unà cum Vincentio Coloſſitano epiſcopo, Murano etiam epiſcopo Bolitano, ſed & alijs epiſcopis & diaconibus, tunc Maurano epiſcopo detrahenti ſancto uiro, retuli exitum preſbyteri ſuperius memorati, quod ille de alio dictum de ſe oraculum, maturo ſuo exitu comprobauit. Nam de eodem loco in quo iacebat, cum ſubito uulnere ingenti eſſet percuſſus, alienis manibus ad lectumq; portatus eſt, atq; inde ad domum in qua hoſpitabatur reductus, diem clauſit. Is finis uirorum detrahentium fuit, quem uidentes qui tunc aderant admirati ſunt. Vnde hortor & obſecro omnem hominem qui hunc librum legerit, ut imitetur uitam uiri, laudet dei gratiam, declinet detrahentium linguas, ſi uult magis cõſortium habere cum Ambroſio in reſurrectione uitæ, quàm cum detrahentibus illi ſubire ſupplicium, quod nullus ſapiens non declinat. Tuam etiam precor beatitudinem pater Auguſtine, ut pro me humillimo & peccatore Paulino cum omnibus ſanctis qui tecum inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in ueritate orare digneris, ut quia in adipiſcenda gratia cum tanto uiro non ſum dignus habere conſortium, adeptus meorum ueniam peccatorum, ſit mihi præmium fugiſſe ſupplicium.

Pſal. 49
Pſal. 100

CAPITA LIBRI PRIMI OFFICIORVM.

Epiſcopi proprium munus, docere populum. Caput. I
Tacendo fugimus periculum, & diſcimus recte dicere. Cap. II
Taciturnitatem moderandam eſſe, & q; in ira ſilendum ſit. Cap. III
Orationem non affectus promat ſed ratio. Hinc enim inſidias loquenti tendit hoſtis inuiſibilis. Cap. IIII
Quod etiam carnales inimicos cum nos inſtinctu diaboli ad conuitia prouocant, patientia ſuperare debeamus. Cap. V Exẽplũ patiẽtiæ Dauid. Cã. VI
Qd' pſalmus .38. nõ ſolũ ſilẽtij laude, ſed etiã cõtẽptu rerũ ualde ſit mirabilis. VII
Quod nomen officij nõ ſolũ philoſophis, ſed etiã noſtris uſitatũ ſit. Ca. VIII
Officij diuiſio, & honeſtũ atq; utile unde metiant Chriſtiani. Cap. IX
De decoro, & q; primum officium ſit linguæ moderatio. Cap. X
Officium omne aut medium aut perfectum eſſe. Cap. XI
Non externis ſed internis & æternis bonis æſtimatur felicitas Ca. XII

Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum,etiam cum non putatur,regere omnia quæ creauit. Cap. XIII
Deū nihil p̃terire,& ſcripturarū teſtimonijs,& ſolis cōprobat exēplo. Ca. XIIII
His quibus diſplicet,quod bonis male & malis ſit bene,ſatiſfacere debere Lazari & Pauli exempla. Cap. XV
Commemoratis beatitudinib.de Euang.hic laborem dicit eſſe,mercedem in cœlo. Caput. XVI
Adoleſcentis officia,& exempla huic ætati propoſita. Cap. XVII
De bono uerecūdiæ,quod maxime in ſancta dei eminuit genitrice, & quod geſtus exterioris hominis perſæpe qualitatem interioris oſtendat. Cap. XVIII
In omnibus actis uiriliter agendum,nec quicquam affectatum aut fœmineum attentandum. Cap. XIX
Intemperantium hominū conſortia,mulierū quoq; cōmertia uitanda. Ca. XX
De iracundia in ſe reprimenda,& in alijs mitiganda. Cap. XXI
De cogitationib.& appetitu,& decoro ſermonis i cōfabulādo & i diſceptādo. XXII
Qd' ioca q̃ philoſophi ponū. inter officia penitus ab eccleſia ſint remouēda. XXIII
De tribus quæ in uita actiua neceſſario ſunt obſeruanda,& quod appetitum rationi cedere conueniat. Cap. XXIIII
Qd' uirtutes.4.principales,in patribus noſtris nō mediocriter ſint cōſūmatæ XXV
Quid in ueritatis inueſtigatione ſeruandum ſit. Cap. XXVI
Qd' uirtutes quatuor ita pplexæ ſint,ut ab inuicē ſeparari nequeāt. Cap. XXVII
Primum quod philoſophi dicunt & ſecundū iuſticiæ munus apud nos excludi,tertium uero à noſtris mutuatum. Cap. XXVIII
Iuſticiam & fidem hoſtibus etiam exhibendam. Cap. XXIX
De beneficentia. ca. XXX De reddēdo beneficio Cap. XXXI
Beneuolentiam liberalitate potiorem eſſe. Cap. XXXII
Beneuolentiā in eccleſia maxime,& earundē uirtutū hoibus perſeuerare. XXXIII
Laus beneuolentiæ. Cap. XXXIIII De fortitudine. Cap. XXXV
Fortitudinem maxime in aio & contemptu rerū cōſtare labentiū. Ca. XXXVI
Mala æquanimiter toleranda & interdum etiā declinanda. Cap. XXXVII
Quod prouidentia magnū munimen fortitudinis ſit. Ca. XXXVIII
Fortitudinem aduerſus omnia uitia dimicare debere. Cap: XXXIX
Virtutem bellicam noſtris etiam non inuſitatam. Cap. XL
Fortitudinem non ſolū in uincendo,ſed etiam plus in tolerando cōſtare. Ca. XLI
Poteſtates non iritandas, & adulationibus nō attendendum. Cap. XLII
De temperantia & eius partibus. Cap. XLIII
Officio ſibi congruo quenq; ſtudere debere. Cap. XLIIII
De pulchro & honeſto. Ca. XLV
Qd' pulchra & honeſta ſint naturalia. Turpia uero cōtra nāturā. Ca. XLVI
Quarum paſſionū reſtrictione,pulchrum illud poſſit acquiri. Cap. XLVII
De tribus generibus hominum, iniurias accipientium. Cap. XLVIII
De uanitate calcanda. Cap. XLIX
Quod officiorum gratia miniſtris altaris maxime deceat. Cap. L

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. OFFICIORVM LIB. PRIMVS.

Epiſcopi proprium munus,docere populum. CAP. I.

NON arrogans uideri arbitror,ſi inter filios ſuſcipiam affectum docendi,cum ipſe humilitatis magiſter dixerit, Venite filij audite me, timorem domini docebo uos. In quo licet & humilitatem uerecundiæ eius ſpectare & gratiam. Dicendo enim, timorem domini, qui communis uidetur eſſe omnibus,expreſſit inſigne documentum uerecundiæ. Et tamen cum ipſe timor initium ſapientiæ ſit & effector beatitudinis (quoniam timentes deum beati ſunt) præceptorem ſe ſapientiæ edocendæ,& demonſtratorem beatitudinis adipiſcendæ,†euidenter ſignificauit. Et nos ergo ad imitandam uerecundiam ſeduli,ad conferendam gratiam non uſurpatores,quæ illi ſpiritus infudit ſapientiæ,ea per illum nobis manifeſtata & uſu comperta atq; exemplo, uobis quaſi liberis tradimus,cum iam effugere nō poſſimus officium docendi, quod nobis refugientibus impoſuit ſacerdotij
B neceſſitudo. Dedit enim deus quoſdam quidem apoſtolos,quoſdam autem prophetas,alios uero euangeliſtas,alios autem paſtores & doctores. Non igitur mihi apoſtolorum gloriam uindico. Quis enim hoc,niſi quos ipſe filius elegit dei? Non prophetarū gratiam, Non uirtutem euangeliſtarū, Non paſtorum circunſpectionem,ſed tantūmodo intentionem & diligentiam circa ſcripturas diuinas opto aſſequi,quam ultimam poſuit apoſtolus inter officia ſanctorum,& hanc ipſam,ut docendi ſtudio poſſim diſcere. Vnus enim uerus magiſter eſt, qui ſolus non didicit, quod omnes doceret. Homines autē diſcunt prius quod doceant,& ab illo accipiūt quod alijs tradant. Quod ne ipſum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus atq; adminiſtrationis infulis ad ſacerdotiū, docere uos cœpi, quod ipſe nō didici. Itaq; factum eſt,ut prius docere inciperem, quàm diſcere. Diſcendum igitur mihi ſimul & docendū eſt,quoniam nō uacaui ante diſcere. Et quantumlibet quiſq; profecerit,nemo eſt qui doceri non egeat dum uiuit.

Aliás pudēter

Ephe.4.

Tacendo fugimus periculum,& diſcimus recte dicere. Cap. II.

QVid autem præ cæteris debemus diſcere quàm tacere, ut poſſimus loqui,ne prius me lox condemnet mea quàm abſoluat aliena? Scriptum eſt enim: Ex uerbis tuis condemnaberis. Quid opus igitur,ut properes periculum ſuſcipere cōdemnationis loquendo, cum tacendo poſſis eſſe tutior? Complures uidi loquendo peccatum incidiſſe,uix quenquā tacendo. Ideoq; tacere noſſe quàm loqui,difficilius eſt. Scio loqui pleroſq; cum tacere neſciant. Rarum eſt tacere quenquam,cum ſibi loqui nihil proſit. Sapiens eſt ergo qui nouit tacere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cere. Deniq; sapientia dei dixit: Dominus dedit mihi linguam eruditionis, ut sciam quando oporteat sermonem dicere. Merito ergo sapiens, qui à domino accipit quo
Eccle. 20. tempore sibi loquendum sit. Vnde bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit usque
Alias peccato adiuncta. ad tempus. Ideo sancti domini qui sciebant, quia uox hominis plerũq; peccati annuncia est, & initiũ erroris humani sermo est hominis, amabant tacere. Deniq; sanctus domini ait: Dixi, custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Sciebat enim & legerat diuinæ esse protectionis, ut homo à linguæ suæ flagello absconderetur. & à conscientiæ suæ testimonio. Verberamur enim tacito cogitationis nostræ opprobrio, & iudicio conscientiæ, uerberamur uocis nostræ uerbere, cum loquimur ea, quorum sono cæditur animus noster, & meus consauciatur. Quis enim est, qui mundum cor à peccatorum habeat coniuuione, aut nõ delinquat in lingua sua? Et ideo quia neminẽ sciebat castum eos seruare posse ab immunditia sermonis, ipse sibi silentio legem imposuit innocentiæ, ut tacendo culpam declinaret, quam uix esfugere posset loquendo. Audiamus ergo cautionis magistrũ: Dixi, custodiam uias
Psal. 38. meas, Hoc est, tacito cogitationis præcepto, indixi mihi, ut custodirem uias meas. Aliæ sunt uiæ, quas debemus sequi, aliæ quas custodire. Sequi uias domini, custodire nostras, ne in culpam dirigantur. Potes autem custodire, si non cito loquaris. Lex
Deut. 6. dicit: Audi Israël dominum deum tuum. Non dicit loquere, sed audi. Ideo Eua lapsa est, quia locuta est uiro, quod non audierat à domino deo suo. Prima uox dei dicit tibi: Audi. Si audias, custodis uias tuas, & si lapsus es, cito corrige. In quo enim corrigit iunior uiam suam, nisi in custodiendo uerba domini? Tace ergo prius & audi, & non delinques in lingua tua. Graue malum, ut aliquis ore suo condemnetur.
D Etenim si pro ocioso uerbo reddet unusquisq; rationem, quantomagis pro uerbo impuritatis & turpitudinis? Grauiora sunt enim uerba præcipitationis quàm ociosa. Ergo si pro ocioso uerbo ratio poscitur, quantomagis pro sermone impietatis pœna exoluitur?

Taciturnitatem moderandam esse, & quod in ira silendum sit. Cap. III.

Eccle. 3. QVID igitur? Mutos nos esse oportet? Minime. Est enim tempus tacendi, & tempus loquendi. Deinde si pro ocioso uerbo reddemus rationẽ, uideamus ne reddamus & pro ocioso silentio. Est enim & negocioſum silentium, ut erat Susannæ, quæ plus egit tacendo, quàm si esset locuta Tacendo enim apud homines, locuta est deo. Nec ullum maius indicium suæ castitatis inuenit quàm silentium. Conscientia loquebatur, ubi uox nõ audiebatur, nec quærebat pro se hominũ iudicium, quæ habebat domini testimonium. Ab illo igitur uolebat absolui, quem sciebat nullo modo posse falli. Ipse dominus in euangelio tacens operabatur salutem hominum. Recte ergo Dauid, non silentium sibi indixit perpetuum, sed custodiam. Custodiamus ergo cor nostrum, custodiamus os
Prouerb. 4. nostrum. Vtrunq; enim scriptũ est, Hic ut custodiamus os. Alibi tibi dicitur: Omni custodia serua cor tuum. Si custodiebat Dauid, tu non custodies? Si immunda la-
Esaie. 6. bia habebat Esaias qui dixit: O miser ego quoniã compunctus sum, quia cum sim homo & immunda labia habeam. Si propheta domini immunda habebat labia,
Eccle. 28. quomodo nos munda habemus? Et cui, nisi unicuiq; nostrũ scriptum est: Sepi possessionem

A sessionem tuam spinis, & aurum & argentum tuum alliga, & ori tuo fac ostium & uectem, & uerbis tuis iugum & stateram. Possessio tua, mens tua est. Aurum tuũ, cor tuum est. Argentum tuum, eloquium tuum est. Eloquia domini, eloquia casta, Psal. 11. argentum igne examinatum. Bona etiam possessio, mens bona. Deniq; possessio preciosa, homo mundus. Sepi ergo hanc possessionem, & circumuallato cogitationibus, munito spinis sollicitudinũ, ne in eam irruant & captiuam ducant irrationabiles corporis passiones, ne incursent motus graues, ne diripiant uindemiam eius transeuntes uiam. Custodi interiorem hominem tuum. Noli eum quasi uilem negligere ac fastidire, quia preciosa possessio est. Et merito preciosa, cuius fructus non caducus & temporalis, sed stabilis atq; æternæ salutis est. Cole ergo possessionem tuam, ut sint tibi agri. Alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coherceatur. Cito lutum colligit amnis exundans. Alliga sensum tuum, non sit remissus ac defluus, ne dicatur de te, Non est malagma ponere, neque oleum, neque alligaturam. Habet suas habenas mentis sobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit ori tuo ostium, ut clauda
tur ubi oportet, & obseretur diligentius, ne quis in iracundiam excitet uocem tuam & contumeliam rependas contumeliæ. Audisti hodie lectum: Irascimini & nolite Psal. 4.
peccare. Ergo & si irascimur, quia affectus naturæ est, non potestatis, malum sermonem non proferamus de ore nostro, ne in culpam ruamus. Sed iugũ sit uerbis tuis & statera, hoc est, humilitas atque mensura, ut lingua tua menti subdita sit. Restringatur habenæ uinculis, frenos habeat suos, quibus reuocari possit. Ad mensuram
B sermones proferat libra examinatos iustitiæ, ut sit grauitas in sensu, in sermone põdus, atque in uerbis modus.

Orationem non affectus promat, sed ratio. Hinc enim insidias loquenti tendit hostis inuisibilis. Caput IIII.

HAEC si custodiat aliquis, fit mitis, mansuetus, modestus. Custodiendo enim os suum, & retinendo linguã suam, nec prius loquendo quàm Alias cor.
interroget, & expendat atque examinet uerba sua, si dicendum hoc, Alias interrogetur.
si dicendum aduersum hunc, si tempus sermonis sit huius, is profecto exercet modestiam, ac mansuetudinem, & patientiam, ut nõ ex indignatione & ira in sermonem erumpat, non alicuius passionis indicium det in uerbis suis, non ardorem libidinis flammare in sermone suo indicet, & inesse dictis suis stimulos iracundiæ, postremo ne sermo qui commendare interiora debet, uitium aliquod esse in moribus aperiat & prodat. Tunc enim maxime insidiatur aduersarius, quando uidet nobis passiones aliquas generari, tunc fomites mouet, laqueos parat. Vnde non immerito (sicut audistis hodie legi) propheta dicit: Quia ipse liberauit mẽ de Psal. 90.
laqueo uenantiũ, & à uerbo aspero. Symmachus irritationis uerbum dixit, Alij perturbationis. Laqueus aduersarij est sermo noster, sed etiam ipse non minus aduersarius est nobis. Loquimur plerunq; quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos uulneret. Quanto tolerabilius est, alieno gladio quàm nostro perire? Explorat ergo aduersarius nostra arma, & concutit sua tela. Si uiderit moueri me, inserit aculeos suos, ut seminaria iurgiorum excitet. Si emisero uerbum indecorum, laqueum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C suum stringit. Interdum mihi escam proponit uindictæ possibilitatem,ut dum uindicare cupió,ipse me inferam laqueo,& nodum mortis astringam mihi.Si quis ergo hunc aduersarium sentit præsentem esse,tunc magis custodiam adhibere debet ori suo,ne det locum aduersario. Sed non multi hunc uident.

Quod etiam carnales inimicos cum nos instinctu diaboli ad conuitia prouocant, patientia superare debeamus. Huius rei exemplum inducitur Dauid lacessitus à Semei. Cap. V.

SED etiam ille cauendus est, qui uideri potest, quicũq; irritat, quicunq; incitat,quicunq; exasperat,quicũq; incentiua luxuriæ aut libidinis suggerit. Quando ergo aliquis nobis conuitiatur, lacessit, ad uiolentiam prouocat,ad iurgium uocat,tunc silentium exerceamus,tunc muti fieri non erubescamus. Peccator est enim qui nos prouocat,qui iniuriam facit, & nos similes sui fieri desiderat. Deniq; si taceas,si dissimules, solet dicere, Quid taces? Loquere si audes. Sed non audes,Mutus es,elinguem te feci. Si ergo taceas,plus rumpitur,victum se reputat, irrisum posthabitum atque illusum. Si respondeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem inuenit. Si enim taceas,dicetur, Ille conuitiatus est huic,contempsit iste.Si referas contumeliã,dicetur:Ambo conuitiati sunt. Vterq; condemnatur, nemo absoluitur. Ergo illius est studium,ut iritet, ut similia illi loquar,similia agam. Iusti est autem dissimulare, nihil loqui,tenere bonum truD ctum conscientiæ,plus committere bonorum iudicio,quàm criminantis insolentiæ, contentum esse grauitate morum suorum. Hoc est enim silere à bonis, quia bene sibi conscius, falsis non debet moueri, nec æstimare plus ponderis in alieno esse conuitio,quàm in suo testimonio. Ita fit,ut etiam humilitatem custodiat. Si autem nolit humilior uideri,talia tractat, & dicit ipse secum,Hic ergo ut me contemnat,& in conspectu meo loquatur talia aduersum me, quasi non possim ego ei aperire os meum,Cur non etiam ego dicam,in quibus eum mœstificare possim? Hic ergo ut mihi iniurias faciat, quasi uir non sim, quasi uindicare me nõ possim? Hic ut me crimenetur, quasi ego non possim grauiora in eo componere? Qui talia dicit,non est mitis atque humilis,non est sine tentatione. Tentator eum exagitat, ipse ei tales opiniones inserit.Plerunq; adhibet hominem atq; apponit nequam spiritus qui hæc illi dicat. Sed tu in petra fixum uestigium tene. Et si seruus conuitium dicat, iustus tacet. Et si infirmus contumeliam faciat, iustus tacet. Etsi pauper criminetur,iustus nõ respondet. Hæc sunt arma iusti, ut cedendo uincat. Sicut periti iaculandi cedentes solent uincere, & fugientes grauioribus sequentem uulnerare ictibus.

Exemplum patientiæ Dauid. Caput VI

Psal.38. QVID enim est opus moueri,cũ audimus conuitia? Cur non imitamur dicentem: Obmutui & humiliatus sum, & siluí à bonis? An hoc dixit tantũmodo, non etiam fecit Dauid? Imò & fecit. Nam cum ei conuitiaretur Semei filius Gemini,tacebat Dauid, & quãuis septus armatis nõ retorquebat conuitiũ,nõ ultionem quærebat,eouscq; ut dicente sibi Saruiæ filio quod

A quod uindicare in eum uellet, non permiserit. Ibat ergo tanquam mutus & humiliatus,ibat tacens,nec mouebatur,cum uir appellaretur sanguinis,qui erat conscius propriæ mansuetudinis.Non ergo mouebatur conuitijs,cui abundabat bonorum operum conscientia. Itaque is qui cito iniuria mouetur, facit se dignum uideri contumelia, dum uult ea indignus probari. Melior est itaque qui contemnit iniuriam, quàm qui dolet. Qui enim contemnit,quasi non sentiat ita despicit, qui autem dolet quasi senserit torquetur.

Quod psalmus xxxviij.non solum silentij laude,sed etiam contemptu rerum ualde sit mirabilis. Caput VII.

NEQVE improuide ad uos filios meos scribens, huius psalmi procemio usus sum,quem psalmum prophẽta Dauid sancto Idithun canendum dedit. Ego uobis tenendum suadeo,delectatus eius sensu profundo & uirtute sententiarum.Aduertimus enim ex his quæ breuiter libauimus, & silendi patientiam, & oportunitatem loquendi,& in posterioribus contemptum diuitiarum, quæ maxima uirtutum fundamenta sunt, hoc psalmo doceri. Dum igitur hunc psalmum considero, successit animo de officijs scribere. De quibus etiã si quidam philosophiæ studentes scripserunt,ut Panætius, & filius eius apud Græcos,Tullius apud Latinos, nõ alienum duxi à nostro munere, ut & ipse scriberem. Et sicut Tullius ad erudiendum filium, ita ego quoque ad uos informandos filios meos. Neque enim minus uos diligo quos in Euangelio genui, quàm si coniugio
B suscepissem. Non enim uehementior est natura ad diligendum,quàm gratia. Plus certe diligere debemus, quos perpetuo nobiscum putamus futuros, quàm quos in hoc tantum seculo. Illi degeneres nascuntur frequenter, qui dedeceant patrem,uos ante elegimus ut diligamus. Itaque illi necessitate diliguntur, quæ non satis idonea atque diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra, uos iudicio, quo magnum charitati pondus ad uim diligendi adiungitur, probare quos diligas, & diligere quos elegeris.

Quod nomen officij, non solum philosophis, sed etiam nostris usitatum sit. Caput VIII.

ERGO quoniã personæ conueniunt, uideamus utrum res ipsa cõueniat scribere de officijs, Et utrum hoc nomẽ philosophorum tantummodo scholæ aptum sit,an etiam in scripturis reperiatur diuinis. Pulchre itaq; dum legimus hodie Euangelium (quasi adhortaretur ad scribendum) spiritus sanctus obtulit nobis lectionem, qua confirmaremur etiam in nobis officium dici posse. Nam cum Zacharias sacerdos obmutuisset in templo, & loqui nõ Luc.1. posset, factum est, inquit, ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Legimus igitur officium dici à nobis posse. Nec ratio ipsa abhorret, quandoquidem officium ab efficiendo dictum putamus,quasi efficium, sed propter decorem officiũ unde. sermonis una immutata litera, officium nuncupari. Vel certe, ut ea agas, quæ nulli officiant, prosint omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Officij diuisio, & honestum atque utile unde metiantur Christiani. Caput IX.

OFFICIA autem ab honesto & utili duci existimauerunt, & de ijs duobus eligere quid præstet. Deinde incidere ut duo concurrant honesta, & duo utilia, & quæratur quid honestius, & quid utilius. Primum igitur in tres partes officium diuiditur, honestum & utile, & quid præstantius. Deinde hæc tria in quinque genera diuiserunt, In duo honesta, & duo utilia, & eligendi iudicium. Prima igitur pertinere dicunt ad decus honestatemq; uitæ. Secunda ad uitæ commoda, copias, opes, facultates. De ijs eligendi subesse iudicium. Hæc illi. Nos autem nihil omnino nisi quod deceat & honestum sit, futurorũ magis quàm præsentium metimur formula. Nihilq; utile nisi quod ad uitæ illius æternæ prosit gratiam definimus, non quod ad delectationem præsentis. Neque aliqua commoda in facultatibus & copijs opum constituimus, sed incommoda hæc putamus, si non reijciantur, eaque oneri magis cum sint æstimari, quàm dispendio cum erogantur. Non superfluum igitur scriptionis nostræ est opus, quia officium diuersa æstimamus regula, atq; illi æstimauerunt. Illi seculi commoda in bonis ducunt, Nos hæc etiam in detrimentis, quoniam qui hic recipit bona, ut ille diues, illic cruciatur, & Lazarus qui mala hic pertulit, illic consolationẽ inuenit. Deinde qui illa non legunt nostra legent si uolent, qui non sermonum suppellectilem neque artem dicendi, sed simplicem rerum exquirunt gratiam.

De decoro, & quod primum officium sit linguæ moderatio. Caput X.

D DECORVM autem in nostris scripturis primo constitui loco (quod Græce πρέπον dicitur) instruimur & docemur, legentes: Te decet hymnus deus in Syon, Vel græce σοὶ πρέπει ὑμνὸς ὁ θεὸς ἐν σιών. Et apostolus ait: Loquere quæ decent sanam doctrinam. Et alibi: Decebat autem eum per quem omnia, & propter quem omnia, multis filijs in gloriam adductis, ducem salutis eorũ per passionẽ consummari. Nunquid prior Panætius, nunquid Aristoteles, qui & ipse disputauit de officio, quàm Dauid, cum & ipse Pythagoras qui legitur Socrate antiquior, prophetam secutus Dauid, legem silentij dederit suis? Sed ille, ut per quinquennium discipulis usum inhiberet loquendi, Dauid autem non ut naturæ munus imminueret, sed ut custodiam proferendi sermonis doceret. Et Pythagoras quidem, ut non loquendo loqui doceret, Dauid ut loquendo magis disceremus loqui. Quomodo enim sine exercitio doctrina, aut sine usu profectus? Qui disciplinam bellicam uult assequi, quotidie exercitatur armis, & tanquã in procinctu positus præludit prælium, & uelut coram posito prætendit hoste, atq; ad peritiam uiresq; iaculandi, uel suos explorat lacertos, uel aduersariorum declinat ictus, & uigilanti exit obtutu. Qui nauim in mari regere gubernaculis studet, uel remis ducere, prius in fluuio præludit. Qui canendi suauitatem & uocis affectant præstantiam, prius sensim canendo uocem excitant. Et qui uiribus corporis legitimoq; luctandi certamine coronã petunt, quotidiano usu palæstræ durantes membra, nutrientes patientiam, laborem assuescunt. Necnon ipsa natura nos in parUulis

Psal.64. Titum.2. Hebræ.2.

A uulis docet, quod prius sonos meditantur loquendi, ut loqui discant. Ita q; sonus ex citatio quædam & palæstra uocis est. Ita ergo qui uolunt discere cautionem loquendi, quod naturæ est non negent, quod custodiæ est exerceant, ut qui in specula sunt, speculando intendant, non dormiendo. Omnis enim res proprijs ac domesticis exercitijs augetur. Ergo Dauid tacebat, non semper sed pro tempore. Non iugiter neque omnibus, sed iritanti aduersario, prouocanti peccatori non respondebat. Et sicut alibi ait, Loquentes uanitatem & cogitantes dolum, non audiebat quasi surdus & quasi mutus nõ aperiebat illis os suum. Quia & alibi habes: Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius, ne similis illi fias. Primum igitur officium est, loquendi modus. Hoc sacrificium laudis deo denditur. Hoc reuerentia exhibetur, cum scripturæ diuinæ leguntur. Hoc honorantur parentes. Scio loqui plerosq; cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cum sibi non prosit loqui. Sapiens ut loquatur, multa prius considerat, quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. Est ergo & tacendi & loquendi modus. Est etiam factis modus. Pulchrum est igitur tenere mensuram officij.

Aliàs exercitatio.

Psal.37. Prouerb.26.

Officium omne aut medium, aut perfectum esse. Caput XI.

B OFFICIVM autem omne, aut medium aut perfectum est, quod æque scripturarum autôritate probare possumus. Habemus etenim in euangelio dixisse dominum: Si uis in uitam æternam uenire, serua mandata. Dicit ille: Quæ? Iesus autem dixit illi: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrem & matrem, Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc sunt media officia, quibus aliquid deest. Denique dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, Quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus, Si uis perfectus esse, uade uende bona tua, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Et supra habes scriptum, ubi diligendos inimicos, & orandum dicit pro calumniantibus & persequentibus nos, & benedicere maledicentes, Hoc nos facere debemus, si uolumus perfecti esse, sicut pater noster qui in cœlo est, qui super bonos & malos solem suum iubet radios suos effundere, & pluuia & rore terras uniuersorum, sine ulla discretione pinguescere. Hoc est igitur perfectum officium quod κατόρθωμα dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquos potuerunt lapsus habere. Bona etiam misericordia, quæ & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectũ patrem. Nihil tam cõmendat Christianam animã, quàm misericordia. Primũ in pauperes, ut cõmunes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad usum generat fructus terrarũ, ut quod habes largiaris pauperi, & consortem & cõformem tuũ adiuues. Tu nummũ largiris, ille uitam accipit. Tu pecuniã das, ille substantiã suam æstimat. Tuus denarius census illius est. Ad hæc plus ille tibi confert, cum sit debitor salutis. Si nudum uestias, teipsum induis iusticiam. Si peregrinũ sub tectum inducas tuum, si susceptas egentem, ille tibi acquiret sanctorum amicitias & æterna tabernacula. Non mediocris ista gratia. Corporalia seminas, & recipis spiritalia. Miraris iudicium domini de sancto Iob, mirare uirtutem eius, qui poterat dicere, Oculus eram cæcorum,

Matth.19.

Matth.5.

Iob.29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C pes claudorum. Ego eram infirmorum pater, uelleribus agnorum meorum calefacti sunt hûmeri eorum. Foris non habitabat peregrinus. Ostium autem meum omni uenienti patebat. Beatus planè de cuius domo nunquã uacuo sinu pauper exiuit. Neque enim quisquam magis beatus quàm qui intelligit super pauperis necessitatem, & infirmi atq; inopis ærumnam. In die iudicij habebit salutem à domino, quem habebit suæ debitorem misericordiæ.

Non externis, sed internis & æternis bonis æstimatur felicitas. Caput XII.

SED plerique reuocantur ab officio dispensatricis misericordiæ, dum putant hominis actus non curare dominum, aut nescire eum quid in occultis geramus, quid tegat nostra cõscientia, aut iudicium eius nequaquam iustum uideri, quando peccatores diuitijs abundare uident, gaudere honoribus, sanitate, liberis, contra autem iustos inopes degere, inhonoros, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequenti. Nec mediocris ea quæstio, quando quidem tres illi reges amici Iob, propterea eum peccatorem pronunciabant, quia inopem factum ex diuite, orbatum liberis ex fœcundo parente, perfusum ulceribus, inhorrentem uili cibo, exaratum uulneribus à capite usque ad pedes uidebant. Aliâs uibicib. Iob.21. Quibus hanc sanctus Iob proponit assertionem: Si ego propter peccata mea hæc patior, cur impij uiuunt? Inueterauerunt autem, & in diuitijs semen eorum secundum uoluntatem, filij eorum in oculis, domus eorum abundant, timor nusquam, D flagellum autem à domino non est ipsis. Hæc uidens infirmus corde exagitatur, & studium auertit suum. Cuius dicturus sermones ante, sanctus præmisit Iob, dicens: Portate me, ego autem loquar, deinde ridete me. Nam & si arguor, quasi homo arguor. Portate ergo onus sermonũ meorum. Dicturus enim sum, quod non probo, sed aduos redarguendos, proferam sermones iniquos. Aut certe, quia ita est uersus. Quid autem? Nunquid ab homine arguor? Hoc est, homo me non potest redarguere, quia peccaui. Etsi argui dignus sum, quia non ex euidenti culpa me arguitis, sed ex iniurijs æstimatis merita delictorum. Videns ergo infirmus abundare iniustos successibus prosperis, se autem atteri, dicit domino, Discede à me, uias tuas scire nolo. Quid prodest, quia seruimus ei? Aut quæ utilitas, quia occurrimus ipsi? In manibus eorum omnia bona, opera autem impiorum non uidet. Laudatur in Platone, quod in Politia sua posuit, eum qui contra iusticiam disputandi partes recepisset, postulare ueniam dictorum quæ non probaret, & ueri inueniendi atque examinandæ disputationis gratia, illam sibi impositam personam dicere. Quod eousque Tullius probauit, ut ipse in libris quos scripsit de republica, eam sententiam dicendam putauerit. Quanto antiquior illis Iob, qui hæc primus repperit? Nec eloquentiæ phalerandæ gratia, sed ueritatis probandæ prætermittenda æstimauit. Statimq; ipse quæstionem enodem reddidit, subijciens, quod extinguatur lucerna impiorum, & futura sit eorum euersio. Non falli deum doctorem sapientiæ & disciplinæ, sed esse ueritatis iudicem. Et ideo non secundum forensem abundantiam æstimandam beatitudinem singulorum, sed secundum interiorem conscientiam, quæ innocentium, & flagitiosorum merita discernit uera, atque incorrupta

A corrupta pœnarum præmiorumq; arbitra. Moritur innocens in potestate simplicitatis suæ, in abundantia propriæ uoluntatis, sicut adipe repletam animã gerens. At uero peccator quamuis foris abundet, & delitijs diffluat, odoribus fragret, in amaritudine animæ uitam exigit, & ultimum diem claudit, nihil secum eorum quæ epulatus fuerat referens, bonorum nihil secum auferens, nisi precia scelerum suorũ. Hæc cogitans, nega si potes diuini esse iudicij remunerationẽ. Ille suo affectu beatus, hic miser. Ille suo iudicio absolutus, hic reus. Ille in exitu lætus, hic mœrens. Cui absolui potest, qui nec sibi innocens est? Dicite, inquit, mihi, ubi est protectio tabernaculorũ eius? Signum eius non inuenietur. Vita etenim facinorosi, ut somniũ. Aperuit oculos transiuit requies eius, euanuit delectatio, licet ipsa quæ uidetur etiã dum uiuunt impiorum requies in inferno sit. Viuentes enim in inferna descendũt, Psal.54. Vides conuiuium peccatoris, interroga eius conscientiam. Nonne grauius omnibus fœtet sepulchris? Intueris lætitiam eius, & salubritatem miraris corporis, filiorum atque opum abundantiam, Introspice ulcera & uibices animæ eius, cordisque mœstitudinem. Nam de opibus quid loquar, cum legeris, Quia in abundantia est uita eius, cum scias quia & si tibi uideatur diues, sibi pauper est, & tuum iudiciũ suo refellat? De multitudine quoque filiorum, & de indolentia quid loquar, cum se ipse lugeat, & sine hærede futurum iudicet, cum imitatores sui successores suos esse nolit? Nulla enim hæreditas peccatoris. Ergo impius ipse sibi pœna est, Iustus autem ipse sibi gloria. Et utrique aut bonorum aut malorum operum merces ex seipso soluitur.

B Deum, etiam cum non putatur, regere omnia quæ creauit. Caput XIII.

SED reuertamur ad propositum, ne diuisionem factam præteriisse uideamur, quia occurrimus opinioni eorum, qui uidentes scelleratos quosq; diuites, lætos, honoratos, potentes, cum plerique iustorum egeant atq; infirmi sint, putant uel nihil deum curare de nobis, ut Epicurei dicunt, uel nescire actus hominum, ut flagitiosi putant, uel si scit omnia, iniquum esse iudicem, ut bonos egere patiatur, abundare improbos. Nec superfluus uelut quidam excursus fuit, ut opinioni huiusmodi, ipsorum affectus responderet quos beatos iudicant, cum ipsi se miseros putent. Arbitratus enim sum, quod ipsi sibi facilius quàm nobis crediderint. Quo decurso, prolciue æstimo, ut refellam cætera. Et primo eorum assertionem, qui deum putant curam mundi nequaquam habere, sicut Aristoteles asserit, usque ad lunam eius descendere prouidentiam. Et quis operator negligat operis sui curam? Quis deserat & destituat, quod ipse condendum putauit? Si iniuria est regere, nonne est maior iniuria fecisse, cum aliquid non fecisse nulla iniusticia sit, non curare quod feceris, summa inclementia? Quod si aut deum creatorem suum abnegant, aut ferarum & bestiarum se haberi numero censent, quid de illis dicamus, qui hac se condemnant iniuria? Per omnia deum ire ipsi asserunt, & omnia in uirtute eius consistere, uim & maiestatem eius per omnia elementa penetrare, terras, cœlum, maria, & putant iniuriam eius, si mentem hominis qua nihil nobis ipse præstantius dedit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dedit,penetret, & diuinæ maiestatis ingrediatur scientia? Sed horum magistrum uelut ebrium,& uoluptatis patronum,ipsi qui putantur sobrij irrident philosophi. Nam de Aristotelis opinione quid loquar, qui putat deum suis contentum esse finibus, & præscripto regni modo degere,ut poëtarum loquuntur fabulæ, qui mundum in tres ferunt esse diuisum,ut alij cœlum,alij mare,alij inferna cohercenda imperij sorte obuenerint,eosq; cauere, ne usurpata alienarū partium sollicitudine,inter se bellum excitent. Similiter ergo asserit, quod terrarum curam non habeat, sicut maris uel inferni nō habet.Et quomodo ipsi excludunt,quos sequūtur poëtas?

Deum nihil præterire & scripturarum testimonijs,& Solis compro batur exemplo, qui licet creatura sit, tamen uel lumine uel calore cuncta penetret. Cap. XIIII.

SEQVITVR illa responsio,utrum deum,si operis sui cura non præterierit, prætereat scientia. Ergo qui plantauit aurem non audit? qui finxit oculum, non uidet, nou considerat? Non præterijt hæc uana opinio sanctos prophetas. Denicq; Dauid inducit eos loquentes, quos superbia inflatos asserit. Quid enim tam superbū, quàm cum ipsi sub peccato sint, alios
Psal.93. indigne ferant peccatores uiuere,dicētes: Vsquequo peccatores domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Et infra: Et dixerunt, Non uidebit dominus, nec intelliget deus Iacob. Quibus respondet propheta dicens: Intelligite nunc insipientes in populo,& stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem,non audiet, aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes nō arguet, qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt. Qui ea quæ uana sunt deprehendit, ea quæ facta sunt nescit, & ignorat quod ipse fecit? Potest
D opus suum ignorare artifex? Homo est,& in opere suo latentia deprehendit,& deus opus suum nescit? Altius ergo profundum in opere,quàm in autore. Et fecit aliquid quod supra se esset, cuius meritum ignoraret autor, cuius affectum nesciret
Hiere.17. arbiter. Hæc illis. Cæterum nobis satis est ipsius testimoniū qui ait:Ego sum scru-
Lucæ.5. tans corda & renes. Et in euangelio quod ait dominus Iesus: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Sciebat enim quod cogitarent mala.Denicq; euangelista testa-
Lucæ.6. tur dicens: Sciebat enim Iesus cogitationes eorum. Quorum non poterit satis moueri opinio, si facta eorum considerēmus. Nolunt supra se esse iudicem, quem nihil fallat. Nolunt ei dare occultorum scientiam, qui metuunt occulta sua prodi.
Iob.24. Sed etiam dominus sciens opera eorum, tradidit eos in tenebras. In nocte,inquit, erit fur. Et oculus adulteri seruabit tenebras, dicens: Non considerabit me oculus, & latibulum personæ opposuit suæ. Omnis enim qui lucem fugit, diligit tenebras, studens latere,cum deum latere non possit,qui intra profundum abyssi,& intra hominum mentes,non solum tractata, sed etiam uoluenda cognoscit. Denique & ille
Eccle.23. qui dicit in Ecclesiastico: Quis uidet me, & tenebræ cooperiunt me & parietes? Quem uereor? quamuis in lecto positus hæc cogitet,ubi nō putauerit comprehenditur. Et erit inquit dedecus, quod non intellexerit timorem dei. Quid autem tam stolidum quàm putare quod deum quicquam prætereat, cum sol qui minister luminis est, etiam abdita penetret, & in fundamenta domus uel secreta conclauia uis

A uis caloris eius irrumpat? Quis neget uerna temperie tepefieri interiora terrarum, quas glacies hiberna constrinxerit? Norunt ergo arborum occulta uim caloris uel frigoris, adeo ut radices arborum, aut urantur frigore, aut fotu solis uiresc ant. Denique ubi clementia cœli arriserit, uarios terra se fundit in fructus. Si igitur radius solis fundit lumen suum super omnem terrā, & in ea quæ clausa sunt se inserit, nec uectibus ferreis aut grauium ualuarum obicibus, quo minus penetret impeditur, quomodo non potest intelligibilis dei splendor in cogitationes hominum & corda semet quæ ipse creauit inserere,sed ea quæ ipse fecit non uidet, & fecit ut meliora sint quæ facta sunt,& potentiora quàm ipse est qui ea fecit,ut possint quando uolunt cognitionem sui operatoris latere? Tantam ergo uirtutem & potestatem inse ruit mentibus nostris,ut eam comprehendere cum uelit ipse non possit?

His quibus displicet quod bonis malè & malis sit bene,satisfacere debere Lazari & Pauli exemplo. Cap. XIIII.

DVO absoluimus,& ut arbitramur nō incongrue nobis huiusmodi cecidit disputatio. Tertium genus quæstionis restat huiusmodi: Cur peccatores abundent opibus & diuitijs, epulentur iugiter,sine mœrore,sine luctu,iusti autem egeant,& afficiantur aut coniugum amissione, aut liberorum? Quibus satisfacere debuit illa euangelij parabola, quod diues bysso & Luce.16.
purpura induebatur, & epulas copiosas exhibebat quotidie,pauper autem plenus ulceribus de mensa eius colligebat reliquias. Post obitum uero utriusq;, pauper e-
B rat in sinu Abraæ requiem habens, diues in supplicijs. Nónne euidens est,meritorum aut præmia aut supplicia post mortem manere? Et recte,quia in certamine labor est, post certamen alijs uictoria, alijs ignominia. Nunquid priusquam cursus conficiatur,palma cuiquam datur, aut defertur corona? Merito Paulus certamen, 2.Timoth.4.
inquit, bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, quod reliquum,reposita est mihi corona iusticiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non solum autem mihi,sed & omnibus qui diligūt aduentum eius. In illa,inquit, die reddet, non hic. Hic autem in laboribus, in periculis, in naufragijs,quasi athleta bonus decertabat, quia sciebat, quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Ergo non potest quis præmium accipere,nisi legitime certauerit. Nec est gloriosa uictoria,nisi ubi fuerint laboriosa certamina.

Commemoratis beatitudinibus de euangelio,hic laborem dicit esse, mercedem in cœlo,ponens exemplum athletarum & spectatorum. Caput XVI.

NONNE iniustus est,qui ante quærat præmium quam certamen fuerit absolutum? Idcoq; dominus in euangelio ait,Beati pauperes spiritu, Matth.5.
quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Non dixit, Beati diuites,sed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio diuino, ubi ærumna æstimatur humano. Beati qui esuriunt, quia ipsi saturabuntur. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem habebunt. Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur deus. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Beati qui persecutionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

C secutionem patiuntur propter iustitiam,quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis,cum uobis maledicent homines & persequentur,& dicent omne malum aduersum uos,propter iustitiam. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlo.Futuram non præsentem,in cœlo non in terra,mercedem promisit esse reddendam.Quid alibi poscis,quod alibi debetur? Quid præpropere coronam exigis antequam uincas? Quid detergere puluerem? quid requiescere cupis? Quid epulari gestis antequam stadium soluatur? Adhuc populus spectat, adhuc athletæ in stemmate sunt, & tu iam ocium petis? Sed forte dicas, Cur impij lætantur? Cur luxuriantur? Cur etiam ipsi non mecum laborant? Quoniã qui non subscripserint ad coronam,non tenentur ad laborem certaminis.Qui in stadium non descenderint, non se perfundunt oleo, nisi obliniunt puluere. Quos manet gloria, expectat iniuria. Vnguentati spectare solent,non decertare,nõ solem,æstus,puluerem,imbresq; perpeti.Dicant ergo & ipsis athletæ, Venite,nobiscum laborate.Sed respondebũt spectatores,Nos hic interim de uobis iudicamus,uos autem sine nobis coronæ (si uiceritis) gloriam uendicabitis. Isti igitur qui in delitijs,qui in luxuria, rapinis, quæstibus, honoribus studia posuerunt sua. spectatores magis quàm præliatores sunt. Habent lucrum laboris, fructum uirtutis non habent. Fouent ocium, astutia & improbitate aggerant diuitiarum aceruos, sed exoluent (feram licet) nequitiæ suæ pœnam. Horum requies in inferno,tua uero in cœlo.Horum do
Iob.21. mus in sepulchro,tua in paradiso. Vnde pulchre,uigilare eos in tumulo Iob dixit, quia soporem quietis habere non possunt, quem ille dormiuit qui resurrexit. Noli
D igitur ut paruulus sapere,ut paruulus loqui,ut paruulus cogitare, ut paruulus uendicare ea quæ sunt posterioris ætatis. Perfectorum est corona. Expecta ut ueniat
1.Cor.13. quod perfectum est,quando nõ per speciem & in ænigmate,sed facie ad faciem formam ipsam redopertæ ueritatis possis cognoscere. Tunc qua causa ille diues fuerit,qui erat improbus & raptor alieni,qua causa potens alius,qua causa ille abundauerit liberis,ille fultus honoribus reuelabitur.Fortasse ut dicatur raptori,diues eras qua causa aliena rapiebas? Egestas non compulit,inopia non coëgit. Nónne ideo te diuitem feci,ut excusationem habere non possis? Dicatur etiam potenti,cur non affuisti uiduæ,orphanis quoq; iniuriam patientibus? Nunquid tu infirmus eras? Nunquid non poteras subuenire? Ideo te feci potentem,ut nõ inferres uiolentiam,
Eccle.4. sed repelleres.Nónne tibi scriptum est:Eripe iniuriam patientem? Nónne tibi scri
Psal.81. ptum est: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate? Dicatur etiã abundanti liberis: Hónoribus cumulaui te, salubritatem corporis concessi tibi, cur non secutus es præcepta mea? Famule meus quid feci tibi,aut quid contristaui te? Nónne ego tibi liberos dedi,honores contuli,salutem donaui? Cur me negabas? Cur æstimabas quod ad scientiam meam quæ gereres,non peruenirent? Cur tenebas dona mea, despiciebas mandata mea? Deniq; de Iuda prodítore hæc colligere licet,qui & apostolus inter duodecim electus est,& loculos pecuniarũ quas pauperibus erogaret,commissos habebat,ne uideretur,aut quasi inhonorus,aut quasi egenus dominum prodidisse.Et ideo ut iustificaretur in eo dominus,hæc ei cõtulit, ut non quasi iniuria exasperatus,sed quasi prætiaricatus gratiam,maiori esset offensæ obnoxius.

Adolescentis

A

Adolescentis officia,& exempla huic ætati proposita. Cap. XVII.

QVoniam igitur & pœnam improbitati, & uirtuti fore præmium,satis claruit,de officijs aggrediamur dicere, quæ nobis ab adolescentia spectanda sunt, ut cum ætate accrescant simul studia bonorum actuum. Est igitur bonorum adolescentium timorem dei habere,deferre parentibus honorem,habere senioribus reuerentiam,castitatem tueri,non aspernari humilitatem,diligere clementiam ac uerecundiam,quæ ornamento sunt minori ætati. Vt enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, ita in adolescẽtibus uerecũdia, uelut quadam dote commendatur naturæ.Erat Isaac deum timens, utpote Abraæ indoles, honorem deferẽs patri usq; eo, ut aduersus paternam uoluntatẽ nec mortem recusaret. Ioseph quoq; cum somniasset quod sol & luna & stellæ adorarent eum, sedulum tamen obsequium deferebat patri, Castus ita ut ne sermonem quidem audire uellet nisi pudicum, humilis usq; ad seruitutem, uerecundus usq; ad fugam ,patiens usq; ad carcerem, remissor iniuriæ usq; ad remunerationem. Cuius tanta uerecundia fuit, ut comprehensus à muliere,uestem in manibus eius fugiens mallet relinquere, quàm uerecundiam deponere. Moyses quoq; & Hieremias electi à domino, ut oracula dei prædicarent populo,quod poterant per gratiam,excusabant per uerecundiam.

De bono uerecundiæ,quod maxime in sancta dei eminuit genitrice,& quod gestus exterioris hominis persæpe qualitatem interioris ostendat. Cap. XVIII.

B

PVlchra igitur uirtus uerecundiæ,& suauis gratia,quæ non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne modum progrediaris loquẽdi,ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis, plerunq; in uerbis refulget.Ipsum uocis sonum libret modestia, ne cuiusquam offendat aurem uox fortior.Deniq; in ipso canendi genere,prima disciplina uerecundia est,immo etiam in omni usu loquendi, ut sensim quis aut psallere,aut canere,aut postremo loqui incipiat, ut uerecunda principia commẽdent processum. Silentium quoq; ipsum in quo est reliquarum uirtutum ocium, maximus actus uerecundiæ est.Deniq; si aut infantiæ putatur,aut superbiæ,probro datur,si uerecundiæ,laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna, & grauius uerecundiæ cẽs uitæ damnum putabat,nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem. Deo soli loquebatur,cui poterat casta uerecundia eloqui, refugiebat ora intueri uirorũ. Est enim & in oculis uerecundia,ut nec uidere uiros fœmina,nec uideri uelit. Neq; uero quisq; solius hanc laudem castitatis putet. Est enim uerecundia pudicitiæ comes,cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regẽdæ castitatis pudor est comes,qui ipse præteredat ad ea quæ prima pericula sunt, pudicitiam temerari non sinat.Hic primus in ipso cognitionis ingressu domini matrem commendat legentibus,& tanquam testis locuples, dignam quæ ad tale munus eligeretur,astruit,qd in cubiculo, quod sola, quod salutata ab angelo tacet, & mota est in introitu eius, quod ad uirilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus uirginis. Itaq; quam-

C uis esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uis esset humilis, præ uerecundia tamen non resalutauit, nec ullum responsum retu
lit, nisi ubi de suscipienda domini generatione cognouit, ut qualitatem effectus di
sceret, non ut sermonem refelleret. In ipsa quoq; oratione nostra multum uerecun
dia placet, multum conciliat gratiæ apud deum nostrum. Nónne hæc prætulit pu
blicanum, & commendauit eum qui nec oculos audebat ad cælum leuare? Ideo iu
stificatur magis domini iudicio, q̄ ille pharisæus, quem deformauit præsumptio.
Ideoq; oremus in incorruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deum locu
1.Pet.3. ples, ut ait Petrus: Magna igitur modestia, quæ cum sit etiam sui iuris remissior:
nihil sibi usurpans, nihil uendicans, & quodammodo inter uires suas contractior,
diues est apud deum, apud quem nemo diues. Diues est modestia, quia portio dei
est. Paulus quoq; oratione deferri præcepit cum uerecundia & sobrietate. Primam
hanc & quasi præuiam uult esse orationis futuræ, ut non glorietur peccatoris ora
tio, sed quasi colore pudoris obducta, quo plus defert uerecundiæ de recordatione
Tullius lib. 1. de officio de cori. delicti, eo uberiorem mereatur gratiam. Est etiam in ipso motu, gestu, incessu, te
nenda uerecundia. Habitus enim mentis, in corporis statu cernitur. Hinc homo cor
dis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior,
& constantior & purior, & maturior æstimatur. Itaque uox quædam est animi, cor
poris motus. Meministis filiũ quendam amicum cum sedulis se uideretur com
mendare officijs, hoc solo tamen in clerum à me non receptum, quod gestus eius
plurimum dedeceret. Alterum quoque cum in clero reperissem, iubere me ne un
quam præiret mihi, quia uelut quodam insolentis incessus uerbere oculos feriret
D meos. Idque dixi, cum redderetur post offensam muneri, hoc solum excepi, nec fe
fellit sententia. Vterque enim ab ecclesia recessit, ut qualis incessu prodebatur, talis
perfidia animi demonstraretur. Namque alter Arianæ infestationis tempore fi
dem deseruit, alter pecuniæ studio ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum ne
gauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quædam scurrarum per
cursantium. Sunt etiam qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, &
quasi quædam fercula pomparum, & statuarum motus nutantium, ut quotiens
cunque gradum transferunt, modulos quosdam seruare uideantur. Nec cursim am
bulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, uel iusta neces
sitas. Nam plerunque festinantes anhelos uidemus torquere ora, quibus si cau
sa desit festinationis necessariæ, næuus iustæ offensionis est. Sed non de his di
co, quibus rara properatio ex causa nascitur, sed quibus iugis & continua in na
turam uertitur. nec in illis ergo tanquam simulacrorum effigies probo, nec in istis
tanquam excussorum ruinas. Est etiam gressus probabilis, in quo sit species aucto
ritatis, grauitatisq; pondus, tranquillitatis uestigium, ita tamen si studium desit at
que affectatio, sed motus sit purus ac simplex: Nihil enim fucatum placet, motum
natura informet. Si quid sane in natura uitij est, industria emendet, ut ars desit,
non desit correctio. Quod si etiam ista spectantur altius, quantomagis cauendum
est, ne quid turpe ore exeat. Hoc enim grauiter coinquinat hominem. Non enim
cibus inquinat hominem, sed iniusta obtrectatio, sed uerborum obscœnitas. Hæc
etiam uulgo pudori sunt, In nostro uero officio, nullum uerbum quod inhoneste
cadat, non incutit uerecundiam. Et non solum nihil ipsi indecorum loqui, sed ne au

rem quidem

A rem quidem debemus huiusmodi præbere dictis, sicut Ioseph ne incongrua suæ
audiret uerecundiæ, ueste fugit relicta, quoniam quem delectat audire, alterum lo
qui prouocat. Intelligere quoque quod turpe sit, pudori maximo est. Spectare ue
ro si quid huiusmodi fortuito accidat, quanti horroris est? Quod ergo in alijs di
splicet, nunquid potest in seipso placere? Hæc ipsa natura nos docet, quæ perfecte
quidem omnes partes nostri corporis explicauit, ut & necessitati consuleret & gra
tiam uenustaret. Sed tamen eas quæ decoræ aspectu forent, in quibus formæ
apex quasi in arce quadam locatus, & figuræ suauitas, & uultus species emineret,
operandiq; usus esset parator, obuias atque apertas reliquit. Eas uero in quibus
esset naturalis obsequium necessitatis, nõ deforme sui præberent spectaculum, par
tim tanquam in ipso emendauit atque obscondit corpore, partim docuit & suasit *alias commen dauit.*
tegendas. Nónne igitur ipsa natura est magistra uerecundiæ? Cuius exemplo
modestia hominum (quam à modo scientiæ quid deceret appellatam arbitror)
id quod in hac nostri corporis fabrica abditum repperit, operuit & texit, ut ostium
illud tegebatur quod ex transuerso faciendum in arca illa Noe iusto dictum est, in
qua uel ecclesiæ uel nostri figura est corporis, per quod ostium egeruntur reliquiæ
ciborum. Ergo naturæ opifex, sic nostræ studuit uerecundiæ, sic decorum illud &
honestum in nostro custodiuit corpore, ut uelut ductus quosdam aquæ, exitus
tuniculorum nostrorum post tergum relegaret, atque ab aspectu nostro auerte
ret, ne purgatio uentris usum oculorum offenderet. De quo pulchre Apostolus ait: Quæ uidentur, inquit, membra corporis infirmiora, necessariora sunt. Et *1.Cor.12.*
B quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abundantiorem honorem
circundamus, & quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiorem ha
bent. Etenim imitatione naturæ industria auxit gratiam. Quod alio loco etiam
altius interpretati sumus, ut non solum abscondamus ab oculis, uerumetiam quæ
abscondenda accepimus, eorum indicia ususque membrorum suis appellationi
bus nuncupare indecorum putemus. Denique si casu aperiantur hæ partes, con
funditur uerecundia, si studio, impudentia æstimatur. Vnde & filius Noe Cham *Gen.9.*
offensam retulit, quia nudatum uidens patrem risit. Qui autem operuerunt pa
trem, acceperunt benedictionis gratiam. Ex quo mos uetus, & in urbe Roma, & in
plerisque ciuitatibus fuit, ut filij cum parentibus puberes, uel generi non lauarent,
ne paternæ reuerentiæ auctoritas minueretur, licet plerique se & in lauacro quan
tum possunt tegant, re uel illic ubi nudum totum est corpus, huiusmodi intecta
portio sit. Sacerdotes quoq; ueteri more, sicut in Exodo legimus, brachas acci *Exo.28.*
piebant, sicut ad Mosen dictum est à domino: Et facies illis brachas lineas, ut te
gatur turpitudo pudoris, à lumbis usq; ad femora erunt, & habebit eas Aaron &
filij eius, cum intrabunt in tabernaculum testimonij, & cum accedent sacrificare ad
aram sancti, & non inducent super se peccatum, ne moriantur. Quod nonnulli no
strorum seruare adhuc feruntur, pleriq; spiritali interpretatione ad cautionem ue
recundiæ, & custodiam castitatis dictum arbitrantur.

C 2 In omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

In omnibus actis uiriliter agendum, nec quicquam affectatum aut fœmineum attentandum. Caput. XIX.

DELECTAVIT me diutius in partibus demorari uerecundiæ, quia ad uos loquebar, qui aut bona eius ex uobis recognoscitis, aut damna ignoratis. Quæ cum sit omnibus ætatibus, personis, temporibus & locis apta, tamen adolescentes, iuuenilesq; annos maxime decet. In omni autem seruandum ætate, ut deceat quod agas, & cõueniat, & quadret sibi ordo uitæ suæ. Vnde Tullius etiam ordinem putat in illo decoro seruari oportere, idq; positum dicit in formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. Quæ difficile ait loquendo explicari posse, & ideo satis esse intelligi. Formositatem autem cur posuerit, non satis intelligo, quamuis ille etiam uires corporis laudet, nos certe in pulchritudine corporis locum uirtutis non ponimus, gratiam tamen non excludimus, quia uerecundia & uultus ipsos solet pudore perfundere, gratioresq; reddere. Vt enim artifex in materia commodiore melius operari solet, sic uerecundia in ipso quoq; corporis decore plus eminet, ita tamen ut etiam ipse non sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis quàm expetitus, non preciosis & albentibus adiutus uestimentis, sed communibus, ut honestati uel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori. Vox ipsa non remissa, non fracta, nihil fœmineum sonans, qualem multi grauitatis specie simulare consuerũt, sed formam quandam & regulam ac succum uirilem reseruans. Hoc est enim pulchritudinem uiuendi tenere, conuenientia cuiq; sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorũ optimus, hic ornatus, ad omnem
D actionem accommodus. Sed ut molliculum & infractum, aut uocis sonum, aut gestum corporis non probo, ita neq; agrestem ac rusticum. Naturam imitemur. Eius effigies, formula disciplinæ, forma honestatis est.

Tullius lib. 1. de officio decori.

Intemperantium hominum consortia, mulierum quoq; commercia uitanda. Cap. XX.

HABET sanè suos scopulos uerecundia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit, si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie iocunditatis uenenum infundũt bonis, hi si assidui sint, & maxime in conuiuio, ludo, ac ioco, eneruãt grauitatem illam uirilem. Caueamus itaq; ne dum relaxare animum uolumus, soluamus omnem harmoniã, quasi cõcentum quendam bonorum operum. Vsus enim cito inflectit naturam. Vnde & prudenter factis conuenire ecclesiasticis, & maxime ministrorum officijs arbitror, declinare extraneorum conuiuia, uel ut ipsi hospitales sitis peregrinantibus, uel ut ea cautione nullus sit opprobrio locus. Conuiuia quippe extraneorum occupationes habẽt, tum etiam epulandi produnt cupiditatem. Surrepunt etiam fabulæ frequenter de seculo ac uoluptatibus, claudere aures non potes; prohibere, putat superbiæ, surrepunt etiam præter uoluntatem pocula. Melius est tuæ domui semel excuses, quàm alienæ frequenter: & ut ipse sobrius surgas, tamen ex alienâ insolentia condemnari non debet præsentia tua. Viduarum ac uirginum domos, nisi uisitandi gratia, iuniores adire nõ est opus. Et hoc cum senioribus, hoc est, uel cum episcopo, uel si grauior est causa cum presbyteris. Quid necesse est, ut demus obtrectandi locum secularibus? Quid opus est, ut illæ quoque uisitationes crebræ accipiant [illegible]britatem?

quid si

A Quid si aliqua illarum forte labatur? Cur alieni lapsus subeas inuidiam? Quàm multos etiam fortes illecebra decepit? quanti non dederunt errori locum, & dederunt suspicioni? Cur non illa tempora quibus ab ecclesia uacas, lectioni impendas? Cur non Christum reuisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cum diuina legimus oracula. Quid nobis cũ alienis domibus? Vna est domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos ueniãt, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. Humiles nos esse decet, mites, mansuetos, graues, patientes, modum tenere in omnibus, ut nullum uitium esse in moribus, uel tacitus uultus, uel sermo annunciet.

De iracundia in se reprimenda, & in alijs mitiganda. Cap. XXI.

CAVEATVR iracundia, aut si præcaueri non potest, cohibeatur. Mala enim lex peccati indignatio est, quæ ita animum perturbat, ut rationi non relinquat locum. Primum est igitur, si fieri potest, ut morum tranquillitas usu quodam affectioni proposito in naturam uertat. Deinde quoniam ita plerunq; motus infixus est naturæ ac moribus, ut euelli atq; euitari non queat, si præuideri potuerit, ratione opprimatur. Aut si prius occupatus fuerit animus ab indignatione, quàm consilio prospici ac prouideri potuerit, ne occupare tuũ, meditare quomodo motum animi tui uincas, iracundiam temperes. Resiste iræ si potes, cede si non potes, quia scriptum est: Date locum iræ. Iacob fratri indignanti pie cessit, & Rebeccæ, id est, patientiæ instructus consilio, abesse maluit & peregrinari, quàm excitare fratris indignationem, & tũc redire, cum fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud deum inuenit gratiam. Quibus deinde obsequijs, quantis muneribus fratrem ipsum reconciliauit sibi, ut ille præreptæ benedictionis non meminisset, meminisset delatæ satisfactionis. Ergo si præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquas locum tuum. Locus tuus patientia est, locus tuus sapientia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignationis est. Aut si te contumacia respondentis mouerit, & peruersitas impulerit ad indignationem, si non potueris mitigare mentem, reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Deinde inquire pacem, & sequere eam. Pacem illam sancti Iacob uide, qua primum sedato animum. Si non prævalueris, frenos linguæ impone tuæ. Deinde reconciliationis studium non prætermittas. Hæc oratores seculi de nostris usurpata in suis posuere libris. Sed ille sensus huius habet gratiam, qui prior dixit. Vitemus ergo aut temperemus iracundiam, ne sit eius aut in laudibus exceptio, aut in uitijs exaggeratio. Non mediocre est, mitigare iracundiam, non inferius quàm omnino non commoueri. Hoc nostrum est, naturæ illud. Illæ denique commotiones in pueris innoxiæ sunt, quæ plus habent gratiæ, quàm amaritudinis. Et si cito pueri inter se mouentur, facile sedantur, & maiori suauitate in se recurrunt. Nesciunt se subdole artificioseq; tractare. Nolite hos contemnere pueros, de quibus dominus ait: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnũ cælorum. Itaq; & ipse dominus, hoc est dei uirtus, sicut puer cum malediceretur, non remaledixit, cum percu-

Roma. 12. Gen. 27.

Psal. 33.

Matt. 18.

C 3 teretur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C teretur,non repercussit.Ita ergo te compara,ut quasi puer iniuriam non tencas, ma liciam non exerceas,omnia à te innocenter proficiscantur. Non consideres quid ab alijs in te referatur,locum tuum serua,simplicitatem & puritatem tui pectoris custo di.Noli respondere irato ad iracundiam eius,siue imprudenti ad imprudentiã eius. Cito culpa culpam excutit.Si lapides teras,nõne ignis erumpit? Ferunt gentiles, ut in maius omnia uerbis extollere solent,Archytæ Tarentini dictũ philosophi,quod ad uillicum suum dixerit: O te infœlicem, quàm te afflictarem nisi iratus essem. Sed etiam Dauid,& armatam dexteram in indignatione compresserat.Et quanto plus est non remaledicere, quàm non uindicare? & bellatores aduersus Nabal ad ultionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat.Vnde aduertimus,tempesti uis quoq; intercessionibus non solum cedere nos,sed etiam delectari oportere. Eo usq; autem delectatus est, ut benediceret interueniẽtem, quod ab studio uindictæ
Psal.54. reuocatus foret. Iam dixerat de inimicis suis: Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi: Audiamus turbatus in ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Illi ergo ad ira cundiam prouocabant,hic tranquillitatem eligebat. Iam dixerat: Irascimini & no
Psal.4. lite peccare.Moralis magister,qui naturalem affectum inflectendum magis ratio ne doctrinæ,quàm extirpandum nouerat, moralia docet. Hoc est: Irascimini ubi culpa est,cui irasci debeatis. Non potest enim fieri, ut non rerum indignitate mo ueamur, alioquin non uirtus,sed lenitudo & remissiõ iudicatur.Irascimini ergo ita, ut à culpa abstineatis. Vel sic: Si irascimini, nolite peccare, sed uincite ratione ira
D cundiam.Vel certe sic: Si irascimini,uobis irascimini,quia commoti estis,& nõ pec cabitis. Qui enim sibi irascitur quia cito commotus est,desinit irasci alteri. Qui aũt
Prouer.16. ulciscitur iram suam iustam probare,plus inflammatur,& cito in culpam cadit. Melior est autem secundum Salomonem, qui iracundiam continet, quàm qui urbem ca pit,quia ira etiam fortes decipit. Cauere igitur debemus, ne in perturbationes pri us incidamus, quàm animos nostros ratio componat. Exanimat enim mentem plerunq; aut ira,aut dolor,aut formido mortis, & improuiso percellit ictu. Ideo præuenire pulchrum est cogitatione, quæ uoluendo mentem exerceat, ne repen tinis excitetur commotionibus, sed iugo quodam rationis & habenis constricta mitescat.

De cogitationibus & appetitu, & decoro sermonis in confabulando, & in disceptando. Caput. XXII.

SVNT autem gemini motus,hoc est cogitationum & appetitus, alteri co gitationum,alteri appetitus,non confusi,sed discreti & dispares.Cogita tiones uerum exquirere & quasi emolere maneris habent, appetitus ad aliquid impellit agendum atq; excitat. Itaq; ipso genere naturæ suæ, & cogitationes tranquillitatem sedationis infundunt, & appetitus motum agendi excutit. Ita ergo informati simus, ut bonarum rerum subeat animum cogitatio, appetitus autem rationi obtemperet (si uere ut illud decorum custodiamus, ani mum uolumus intendere) ne rationem excludat rei alicuius affectus, sed ratio quid honestati conueniat,examinet. Et quoniam ad conseruationem decoris spe

ctare

A ctare diximus,ut sciamus in factis dictisue quis modus, prior autem ordo loquen di quàm faciendi est,sermo in duo diuiditur, In colloquium familiare,& in tracta tum disceptationemq; fidei atq; iusticiæ. In utroq; seruandum ne sit aliqua pertur batio,sed tanquam mitis & placidus,& beneuolentiæ plenus & gratiæ,sine ulla ser mo ducatur contumelia. Absit pertinax in familiari sermone contentio, quæstio nes enim magis excitare inanes,quàm utilitatis aliquid afferre solet.Disceptatio si ne ira,suauitas,sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensio ne. Et sicut in omni actu uitæ id cauere debemus,ne rationem nimius animi motus excludat,sed teneamus consilij locum, ita etiam in sermone formulam eam tenere conuenit,ne aut ira excitetur,aut odium,aut cupiditatis nostræ,aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia.Sit igitur sermo huiusmodi de scripturis maxime.Quid enim magis nos oportet loqui,quàm de conuersatione optima, adhortatione obseruationis,disciplinæq; custodia? Habeat caput eius rationem,& finis modum.Sermo enim tediosus iras excitat.Quàm uero indecorum,ut cum omnis confabulatio habere soleat incrementum gratiæ, habeat næuum offensionis. Tractatus quoq; de doctrina fidei,de magisterio continentiæ, de disceptatione iusticiæ, de hortatione diligentiæ,non unus semper,sed ut se dederit lectio,nobis & arripiendus est,& pro ut possumus prosequendus: neq; nimium prolixus,neq; cito interruptus,ne uel fa stidium derelinquat,uel desidiam prodat atq; incuriam. Oratio sit pura, simplex, dilucida,atq; manifesta,plena grauitatis & ponderis, non affectata elegantia, sed non intermissa gratia.

B Quod ioca quæ philosophi ponunt inter officia,penitus ab eccle sia sint remouenda. Caput. XXIIII.

MVLTA præterea de ratione dicendi dant præcepta seculares uiri,quæ no bis prætereunda arbitror,ut de iocandi disciplina. Nam licet interdum honesta ioca ac suauia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula. Quoniam quæ in scripturis sanctis non reperimus,ea quemadmodum usurpare possumus? Cauendum est etiam in fabulis,ne inflectant grauitatem se uerioris propositi. Væ uobis qui ridetis quia flebitis,ait dominus,& nos ridẽdi ma Luc.6. teriam requirimus,ut hic ridentes,illic fleamus? Non solum profusos, sed omnes etiam iocos declinandos arbitror, plenum tamen suauitatis & gratiæ sermonem esse non indecorum.Nam de uoce quid loquar,quam simplicem & puram esse sa tis arbitror? Canoram autem esse, naturæ est, non industriæ. Sit sanè distincta pronunciationis modo,& plena succi uirilis, ut agrestem ac subrusticum fugiat so num,non ut rithmum affectet scænicum,sed mysticum seruet.

De tribus quæ in uita actiua necessario sunt obseruanda, & quod appetitum rationi cedere conueniat. Cap. XXIIII.

DE ratione dicendi satis dictum puto, nunc de actione uitæ quid con gruat consideremus. Tria autem in hoc genere spectanda cernimus. Vnum, ut rationi appetitus, non reluctetur. Hoc enim solum modo possunt officia nostra illi decoro conuenire. Si enim appetitus rationi obediat, facile id quod deceat in omnibus officijs conseruari potest. Deinde ne ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

C iore ſtudio quàm res ipſa eſt quæ ſuſcipitur, uel minore, aut paruam magno ambitu ſuſcepiſſe, aut magnam inferiore deſtituiſſe uideamur. Tertium de moderatione ſtudiorum operumq; noſtrorum. De ordine quoq; rerum, & de opportunitate temporum, non diſſimulandum puto. Sed primum illud quaſi fundamentum eſt omnium, ut appetitus rationi pareat. Secundum & tertium, idem eſt, hoc eſt, in utroq; moderatio. Vacat enim apud nos ſpeciei liberalitas, quæ pulchritudo habetur, & dignitatis contemplatio. Sequitur de ordine rerum, & de opportunitate temporum. Ac per hoc tria ſunt, quæ uideamus, utrum in aliquo ſanctorum conſummata poſſimus docere. Primum igitur ipſe pater Abraam, qui ad magiſterium futuræ ſucceſſionis informatus & inſtructus eſt, iuſſus exire de terra ſua, & de cognatione ſua, & de domo patris ſui, nónne multiplicitate neceſſitudinis perſtrictus affectu, tamen appetitum rationi obedientem præbuit? Quē enim terræ ſuæ, cognatio- Gen. 12
nis, domus quoq; propriæ gratia, non delectaret? Et hunc ergo mulcebat ſuorum ſuauitas, ſed imperij cæleſtis & remunerationis æternæ conſideratio mouebat amplius. Nónne conſiderabat uxorem imbecillem ad labores, teneram ad iniurias, decoram ad incentiua inſolentium, ſine ſummo non poſſe duci periculo? Et tamen ſubire omnia, quàm excuſare conſultius dijudicauit. Deinde cum deſcenderet in Ægyptum, monuit, ut diceret ſe ſororem eſſe, non uxorem ipſius. Aduerte quanti appetitus. Timebat uxoris pudori, timebat propriæ ſaluti, ſuſpectas habebat Ægyptiorum libidines, & tamē prævaluit apud eum ratiō exequendæ deuotionis. Conſiderauit enim quod dei fauore ubiq; tutus eſſe poſſet, offenſo autem domino, ctiD am domi non poſſet illæſus manere. Vicit igitur appetitum ratio, & obedientem ſibi præſtitit. Capto nepote, non perterritus, neq; tot regum turbatus populis, bellum repetijt, uictoria potitus, prædæ partem cuius ipſe fuit autor recuſauit. Promiſſo quoq; ſibi filio, cum conſideraret emortui corporis ſui uires depoſitas, ſterilitatem coniugis, & ſupremam ſenectutem, etiam contra uſum naturæ deo credidit. Aduerte conuenire omnia. Appetitus non defuit, ſed repreſſus eſt, animus æqualis gerendis, qui nec magna pro uilibus, nec minora pro magnis duceret. Moderatio pro negocijs, ordo rerum, opportunitas temporum, menſura uerborum. Fide primus, iuſticia præcipuus, in prælio ſtrenuus, in uictoria non auarus, domi hoſpitalis, uxori ſedulus. Sanctum quoq; eius nepotem Iacob delectabat domi ſecurum degere, ſed mater uoluit eum peregrinari, ut daret fraternæ iracundiæ locum. Vicit appetitum, conſilij ſalubritas. Exul domo, profugus à parentibus, ubiq; tamen conuenientem menſuram negocijs tenuit, & temporibus opportunitatem reſeruauit. Acceptus domi parentibus, ut alter maturitate prouocatus obſequij benedictionem daret, alter amore pio propenderet. Fraterno quoq; iudicio prælatus, cum cibum ſuum fratri cedendum putaſſet, delectabatur utiq; alimento ſecundum naturam, ſed ſecundum pietatem ceſſit petito. Paſtor domino gregis fidus, ſocero gener ſedulus, impiger in labore, in conuiuio parcus, in ſatiſfactione prævius, in remuneratione largus. Deniq; ſic fraternam mitigauit iracundiam, ut cuius uerebatur inimicitias, adipiſceretur gratiam. Quid de Ioſeph loquar, qui utiq; habebat cupiditatem libertatis, & ſuſcepit ſeruitij neceſſitatem? Quàm ſubditus in ſeruitute, quàm in uirtute conſtans, quàm benignus in carcere, ſapiens in interpretatione, in poteſtate mo

A ſtate moderatus, in ubertate prouidus, in fame iuſtus, ordinem laudiſ rebus adiungens, & opportunitatem temporibus, æquitatem populis officij ſui moderatione diſpenſans? Iob quoq; iuxta ſecundis atq; aduerſis rebus irreprehenſibilis, patiens, gratus deo atq; acceptus, uexabatur doloribus, ſed ſe conſolabatur. Dauid etiam fortis in bello, patiens in aduerſis, in Hieruſalem pacificus, in uictoria manſuetus, in peccato dolens, in ſenectute prouidus, rerum modos, uices temporū, per ſingularum ſorꝑs ſeruauit ætatum, ut mihi uideatur non minus uiuendi genere, ꝙ canendi ſuauitate prædulcis moralem deo ſui fudiſſe meriti cantilenam. Quod his uiris principalium uirtutum officium defuit? Quarum primo loco conſtituerunt prudentiam, quæ in ueri inueſtigatione verſatur, & ſcientiæ plenioris infundit cupiditatem. Secundo iuſticiam, quæ ſuum cuiq; tribuit, alienum non uendicat, utilitatem propriam negligit, ut communem æqꝙtatem cuſtodiat. Tertio fortitudinem, quæ & in rebus bellicis excelſi animi magnitudine, & domi eminet, corporiſq; præſtat uiribus. Quarto temperantiam, quæ modum ordinemq; ſeruat omnium, quæ uel agenda uel dicenda arbitramur. *Alias immortalem.*

Quod uirtutes quatuor principales, in patribus noſtris non mediocriter ſint conſummatæ. Cap. XXV.

HAEC forſitan aliquis dicat primo loco poni oportuiſſe, quoniam ab his quatuor uirtutibus naſcuntur officiorum genera. Sed hoc artis eſt, ut primo officium definiatur, poſtea certa in genera diuidatur. Nos autem artem fugimus, exempla maiorum proponimus, quæ neq; obB ſcuritatem afferunt ad inteiligendum, neque ad tractandum uerſutias. Sit igitur nobis uita maiorum, diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commentarium, imitandi reuerentia, non diſputandi aſtutia. Fuit igitur in ſancto Abraam primo loco prudentia, de quo dicit ſcriptura: Credidit Abraam deo, & reputatum eſt illi ad iuſticiam. Nemo enim prudens, qui deum neſcit. Denique inſipiens dixit: *Gen. 15* Quia non eſt deus. Nam ſapiens non diceret. Quomodo enim ſapiens, qui non *Pſal. 52.* requirit autorem ſuum, qui dicit lapidi: Pater meus es tu, qui dicit diabolo, ut Manichæus: Autor meus es tu? Quomodo ſapiens ut Arianus, qui mauult imperfectum autorem habere atque degenerem, quàm uerum atque perfectum? Quomodo ſapiens, ut Marcion atque Eunomius, qui malunt deum malum quàm bonum habere? Quomodo ſapiens, qui deum ſuum non timet? Initium *Eccle. 1.* enim ſapientiæ timor domini. Et alibi habes: Sapientes non declinant de ore domini, ſed tractant in confeſſionibus ſuis. Simul quoque dicendo ſcriptura: Reputatum eſt ei ad iuſticiam, alterius uirtutis gratiam ei detulit. Primum igitur noſtri definierunt prudentiam in ueri conſiſtere cognitione. Quis enim illorum ante Abraam, Dauid, Salomonem? Deinde iuſticiam ſpectare ad ſocietatem generis humani. Denique Dauid ait: Diſperſit dedit pauperibus, iuſticia eius manet *Pſal. 111.* in æternum. Iuſtus miſeretur, iuſtus commodat. Sapienti & iuſto, totus mundus diuitiarum eſt. Iuſtus communia pro ſuis habet, ſua pro communibus. Iuſtus ſeipſum priuſquam alios accuſat. Ille enim iuſtus, qui nec ſibi parcit, & oc- *Prouer. 18.*
culta ſua facere non patitur. Vide quàm iuſtus Abraam. In ſenectute ſuſcepe-
rat

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rat filium per repromissionem, reposcenti domino negandum ad sacrificium (quamuis unicum) non putauit. Aduerte hic omnes uirtutes quatuor, in uno facto. Fuit sapientiæ deo credere, nec filij gratiam anteferre autoris præcepto. Fuit iusticiæ, acceptum reddere. Fuit fortitudinis, appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiam pater, interrogabat filius, tentabatur affectus patrius, sed non uincebatur. Repetebat filius appellationem paternam, compungebat paterna uisceratio, sed non minuebat deuotionem. Accedit & quarta uirtus temperantia. Tenebat iustus & pietatis modum, & executionis ordinem. Deniq; dum sacrificio necessaria uehit, dum ignem adolet, dum filium ligat, dum gladium educit, hoc immolandi ordine meruit, ut filium reseruaret. Quid sapientius sancto Iacob, qui deum uidit facie ad faciem, & meruit benedictionem? Quid iustius, qui ea quæ acquisierat oblatis muneribus cum fratre diuisit? Quid fortius, qui cum deo luctatus est? Quid modestius, qui modestiam ita & locis & temporibus deferebat, ut filiæ iniuriam mallet prætexere coniugio quàm uindicare, eo quod inter alienos positus amori potius consulendum, quàm odia colligenda censebat? Noe quàm sapiens, qui tantam fabricauit arcam? Quàm iustus, qui ad semen omnium reseruatus, solus ex omnibus & præteritæ generationis superstes est factus, & autor futuræ, mundo potius & uniuersis magis quàm sibi natus? Quàm fortis, ut diluuium uinceret? Quàm temperans, ut diluuium toleraret? quãdo introiret, qua moderatione degeret, quando coruum, quando columbam dimitteret, quando recipe
D ret reuertentes, quando exeundi oportunitatem captaret, agnosceret?

Quid in ueritatis inuestigatione seruandum sit. Cap. XXVI.

ITAQVE tractant in ueri inuestigatione tenendum illud decorum, ut summo studio requiratur quid uerum sit, non falsa pro ueris ducere, non obscuris uera inuoluere, non superfluis uel implexis atque ambiguis occupare animum. Quid tam indecorum, quàm uenerari signa quæ ipsi faciunt? Quid tam obscurum, quàm de astronomia & geometria tractare quod probant, & profundi aëris spacia metiri, cœlum quoq; & mare numeris includere, relinquere causam salutis, erroris quærere? An non ille eruditus in omni sapientia Ægyptiorum Moyses probauit ista? Sed illam sapientiam detrimentum & stulticiam iudicauit, & auersus ab ea, intimo deum quæsiuit affectu. Ideoq; uidit, interrogauit, audiuit loquentem. Quis magis sapiens, quàm ille quem docuit deus, qui omnem sapientiam Ægyptiorum, omniumq; artium potentias operis sui uirtute euacuauit? Non hic incognita pro cognitis habebat, hisq; temere assentiebatur. Quæ duo in hoc maxime naturali atq; honesto loco uitanda dicunt, qui sibi nec contra naturam esse nec turpe iudicant saxa adorare, & à simulacris auxilium petere, quæ nihil sentiant. Quanto igitur excelsior uirtus est sapientia, tanto magis enitendum esse arbitror nobis, ut assequi eam possimus. Itaque ne quid contra naturam, ne quid turpe atque indecorum sentiamus, duo hæc, id est, & tempus & diligentiam ad considerationem rerum examinandi gratia conferre debemus. Nihil est enim magis quo homo cæteris animantibus præstet, quàm quod

A rationis est particeps, causas rerum requirit, generis sui auctorem inuestigandum putat, in cuius potestate uitæ nec isq; nostræ potestas sit, qui mundum hunc suo nutu regat, cui sciamus rationem esse reddendam nostrorum actuum. Nihil est enim quod magis proficiat ad uitam honestam, quàm ut credamus eum iudicem futurum, quẽ & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectent. Omnibus igitur hominibus ineſt secundũ naturam humanam uerum inuestigare, quod ad studium cognitionis & scientiæ trahit, & inquirendi infundit cupiditatem. In quo excellere uniuersis pulchrum uidetur, sed paucorum est assequi, qui uoluendo cogitationes, consilia examinando, non mediocrem impendunt laborem, ut ad illud beate honesteq; uiuendum peruenire possint, atque operibus appropinquare. Non enim qui dixerit, inquit, mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit ea quæ dico. Nam studia scientiæ sine factis, haud scio an etiam inuoluant magis. *Matth. 7.*

Quod uirtutes quatuor ita perplexæ sint, ut ab inuicem seperari nequeant. Cap. XXVII.

PRIMVS igitur officij fons prudentia est. Quid enim tam plenum officij, quàm deferre auctori studium atq; reuerentiam? Qui tamen fons & in uirtutes deriuatur cæteras. Neq; enim potest iusticia sine prudentia esse, cum examinare quid iustum, quid ue iniustum sit, non mediocris prudentiæ sit. Summus in utroque error. Qui enim iustum iudicat iniustum, iniustum uero iustum, execrabilis erit apud deum. Vt quid abundant iusticiæ imprudenti, Salomon ait? Neque iterum prudentia sine iusticia est. Pietas enim in deum, initium intellectus. Quo aduertimus illud ab huius sæculi translatum magis quàm inuentum sapientibus, quia pietas fundamẽtum est omnium uirtutum. Iusticiæ autem pietas est prima in deum, secunda in patriam, tertia in parentes. Itẽ in omnes, quæ & ipsa secundum naturæ est magisterium. Siquidem ab ineunte ætate ubi primum sensus infundi cœperit, uitam amamus tanquam dei munus, patriã parentesq; diligimus. Deinde æquales quibus sociari cupimus. Hinc charitas nascitur, quæ alios sibi præfert, non quærens quæ sua sunt, in quibus est principatus iusticiæ. Omnibus quoq; animantibus innascitur, primum salutem tueri, cauere quæ noceant, expetere quæ prosint, ut pastũ, ut latibula, quibus se à periculis, imbribus, sole defendant, qd' est prudentiæ. Succedit quoq; ut oim genera animantiũ, cõgregabilia natura sint, primo generis sui ac formæ consortibus, tum etiam cæteris, ut uidemus boues armentis, equos gregibus, & maxime pares patibus delectari. Cernos quoq; ceruis, & plerunq; hominibus adiungi. Iam de procreandi studio & sobolis, uel etiã generantiũ amore, quid loquar, in quo est forma iusticiæ præcipua? Liquet igitur & has & reliquas cognatas sibi esse uirtutes. Siquidẽ & fortitudo quæ uel in bello tuetur à barbaris patriam, uel domi defendit infirmos, uel à latronibus socios, plena sit iusticiæ, & scire quo consilio defendat atque adiuuet, captare etiam temporum & locorum oportunitates, prudentiæ ac modestiæ sit. Et temperantia ipsa sine prudentia modũ scire non possit, oportunitatem noscere, & secundum mensuram reddere sit iusticiæ. Et in oibus istis magnanimitas necessaria sit, & quæ-

Tullius l. 1. de origine honestiex quatuor fontibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dam fortitudo mentis, plerunq; & corporis, ut quis quod uelit possit implere.

Primum quod philosophi dicunt & secundum iusticiæ munus apud nos excludi, tertium uero à nostris mutuatum. Cap. XXVIII

IVsticia igitur ad societatem generis humani, & ad communitatem refertur. Societatis enim ratio diuiditur in duas partes, iusticiam & beneficentiam, quam eandem liberalitatem & benignitatem uocant. Iusticia mihi excelsior uidetur, liberalitas gratior. Illa censuram tenet, ista bonitatem. Sed primum ipsum quod putant philosophi iusticiæ munus, apud nos excluditur. Dicunt enim illi eam primam esse iusticiæ formam, ut nemini quis noceat nisi lacessitus iniuria. Quod Euangelij auctoritate uacuat. Vult em scriptura, ut sit in nobis spiritus filij hominis, qui uenit conferre gratiam, non inferre iniuriam. Deinde formam iusticiæ putauerũt, ut quis communia, id est, publica pro publicis habeat, priuata pro suis. Nec hoc quidem secundum naturam. Natura enim omnia omnibus in cõmune profudit. Sic enim deus generari iussit omnia, ut pastus omnibus communis esset, & terra ergo foret omnium quædam communis possessio. Natura igitur ius commune genera uit, usurpatio ius fecit priuatum. Quo in loco aiunt placuisse stoicis, quæ in terris gignãtur, omnia ad usus hominum creari. Homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alijs alij prodesse possint. Vnde hoc, nisi de nostris scripturis dicendum sumpserunt? Moyses enim scripsit, quia
Gen.1. dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram & secundũ similitudinẽ, &
D habeat potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & pecorum, & omniũ repen-
Psal.8. tium super terram. Et Dauid ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi, uolucres cæli, & pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris didicerunt, & ideo censent propter hominem esse generata. Hominem quoq; hominis causa generatum esse in libris Moysi reperimus, di
Gen.2. cente domino: Non est bonum esse hominẽ solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Ad adiumentũ ergo mulier data est uiro, quæ generaret, ut homo homini adiumento foret. Deniq; antequam mulier formaretur, dictum est de Adam: Non est inuentus adiutor similis illi. Adiumentum enim homo nisi de homine habere non poterat. Ex omnibus igitur animantibus nullum animal simile, & ut absolute dicamus, nullus adiutor hominis inuentus est. Muliebris igitur sexus adiutor expectabatur. Ergo secundum dei uoluntatem, uel naturæ copulam, inuicem nobis esse auxilio debemus, certare officijs, uelut in medio omnes utilitates ponere, & ut uerbo scripturæ utar, adiumentum ferre alter alteri, uel studio, uel officio, uel pecunia, uel operibus, uel quolibet modo, ut inter nos societatis augeatur gratia, nec quisq; ab officio uel periculi terrore reuocetur, sed omnia sua ducat, uel aduersa uel prospera. Deniq; sanctus Moyses pro populo patrum bella suscipere grauia non reformidauit, nec regis potentissimi trepidauit arma, nec barbaricæ immanitatis expauit ferociam, sed abiecit salutem suam, ut plebi libertatem redderet. Magnus itaq; iusticiæ splendor, quæ alijs potius nata q̃ sibi, cõmunitatem & societatem nostram adiuuat, excelsitatem tenet, ut suo iudicio omnia subiecta habeat, opem alijs ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc

A hanc uirtutis arcem tenere, nisi prima auaricia infirmaret atq; inflecteret tantæ uirtutis uigorem? Etenim dũ augere opes, aggerare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, præstare diuitijs, iusticiæ formam exuimus, beneficentiam cõmunem amittimus. Quomodo enim potest iustus esse, qui studet eripere alteri quod sibi quærat? Potentiæ quoque cupiditas, formã iustitiæ uirilem effœminat. Quõ enim potest pro alijs interuenire, qui alios sibi subijcere conat, & infirmo aduersus potentes opem ferre, qui ipse grauem libertati affectat potentiam?

Iusticiam & fidem hostibus etiam exhibendam. Cap. XXIX.

QVANTA autem iusticia sit, ex hoc intelligi potest, q; nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quæ etiam hostibus reseruatur, ut si constitutus sit cum hoste, aut locus aut dies prælio, aduersus iusticiam putetur, aut loco præuenire, aut tempore. Interest enim utrum aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur, an superiore gratia, uel aliquo euentu. Si quidem uehementioribus hostibus & infidis, & his qui amplius læserint uehemẽtior refertur ultio, ut Madianitis, qui per mulieres suas plerosq; peccare fecerãt ex plebe iudæorum, unde & dei in populum patrum iracundia effusa est. Et ideo factum est, ut nullum Moyses uictor superesse pateretur: Gabaonitas aũt qui fraude magis quã bello tentauerant plebem patrum, non expugnaret Iesus, sed conditionis impositæ afficeret iniuria: Syros uero Helisæus quos obsidentes in ciuitatem duxerat momentaria cæcitate percussos, cum quo ingrederentur uidere non
B possent, uolenti regi israel percutere nõ acquieuerat, dicens: Non percuties quos nõ 4.Reg.6.
captiuasti in lancea & in gladio tuo, pone eis panem & aquam ut manducent & bibant, & remittantur, & eant ad dominum suum: ut humanitate prouocati gratiã repræsentarent. Denique postea in terram israel uenire piratæ syriæ destiterunt. Si ergo in bello iusticia ualet, quanto magis in pace seruanda est? Et hanc gratiam propheta his detulit, qui ad eum corripiendum uenerant. Sic enim legimus: quod in obsidionẽ eius miserat rex syriæ exercitum suum, cognito quod Helisæus esset, qui consilijs & argumentationibus eius obuiaret omnibus. Quem uidens exercitũ Giezi seruus prophetæ, de salutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit propheta: Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis. Et rogante propheta ut aperirentur oculi seruo suo, aperti sunt. Vidit itaq; Giezi totum montem equis repletum & curribus in circuitu Helisæi. Quibus descendentibus ait propheta: Percutiat dominus cæcitate exercitũ syriæ. Quo impetrato dixit ad Syros: Venite post me, & ducam uos ad hominem quem quæritis. Et uiderunt Helisæum quem corripere gestiebant, & uidentes tenere non poterant. Liquet igitur etiam in bello fidẽ & iusticiam seruari oportere, nec ullũ decorum esse posse, si uioletur fides. Deniq; etiam aduersarios molli ueteres appellatione nominabant, ut peregrinos uocarẽt. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Quod æque etiam ipsum de nostris assumptum dicere possumus. Aduersarios enim suos hebræi allophylos, hoc est, alienigenas, latino appellabant uocabulo. Deniq; in libro regnorum primo 1.Reg.4.
sic legimus: Et factum est in diebus illis, conuenerunt alienigenæ in pugnã ad Israel. Fundamentum ergo est iusticiæ fides. Iustorum enim corda meditãtur fidem, & qui se iustus accusat, iusticiam supra fidem collocat. Nam tũc iusticia eius apparet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C si uera fateatur. Deniq; & dominus per Esaiam: Ecce, inquit, mitto lapidem in fun
Esa.28. damentum Syon, id est, Christum in fundamētum ecclesiæ. Fides enim omnium Christus. Ecclesia autem quædam forma iusticiæ est, commune ius omnium. In commune orat, in commune operatur, in commune tentatur. Deniq; qui seipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dignus Christo est. Ideo & Paulus fundamentum posuit Christum, ut supra eum opera iusticiæ locaremus, quia fides fundamētum est. In operibus autem aut malis iniquitas, aut bonis iusticia est.

De beneficentia. Caput. XXX.

Tullius lib. 1. quēadmodum ex beneficētia quæ iusticiæ coniuncta est officia manēt

SED iam de beneficentia loquamur, quæ diuiditur etiam ipsa in benevolentiam & liberalitatē. Ex his igitur duabus constat beneficentia, ut sit perfecta. Non enim satis est benevelle, sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona uoluntate proficiscatur. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam si inuitus facias, quæ
2.Cor.9. tibi merces est? Vnde Apostolus generaliter inquit: Si uolens hoc ago, mercedem habeo: si inuitus, dispensatio mihi credita est. In Euangelio quoq; multas di-
1.Cor.9. sciplinas accepimus iustæ liberalitatis. Pulchrum est igitur bene uelle, & eo largiri consilio, ut prosis, non ut noceas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedem adulterij largiendum putes, non est beneficentia ista ubi nulla est benevolentia. Officere enim istud est, nō prodesse alteri: si largiaris ei qui conspiret aduersus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos, qui impugnent ecclesiam. Non est hæc probabilis liberalitas, si adiuues eum qui aduersus uiduam & pu
D pillos graui decernit iudicio, aut ui aliqua possessiones eorum eripere conatur. Non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat, si iniuste quærat, & iuste dispensandum putet, nisi forte, ut ille Zachæus, reddas quadruplum prius ei quem fraudaueris, & gentilitatis uitia fidei studio & credentis operatione compenses. Fundamentum igitur habeat liberalitas tua. hoc primum quæritur, ut cum fide conferas, fraudem non facias oblatis, ne dicas te plus conferre & minus conferas. Quid enim opus est dicere? Fraus promissi est: in tua potestate est largiri quod ue-
Act.5. lis. Fraus fundamentum soluit, & opus corruit. Nunquid Petrus ita indignatione efferbuit: ut Ananiam extingui uellet, uel uxorem eius? Sed exemplo eorum noluit perire cæteros. Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantiæ causa magis quàm misericordiæ largiaris. Affectus tuus nomen imponit operi tuo. Quomodo à te proficiscitur, sic æstimatur. Vides quàm moralem iudicem habeas? Te consulit,
Mat.6. quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat. Nesciat inquit sinistra, tua quid faciat dextera tua. Non de corpore loquitur, sed etiam unanimus tuus, frater tuus quod facis nesciat, nedum hic mercedē quæris iactantiæ, illic remunerationis fructū amittas. Perfecta aūt est liberalitas, ubi silentio quis tegit opus suū & necessitatibus singulorū occulte subuenit, quē laudat os pauperis, & nō labia sua. Deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore cōmendatur, ut primū operis circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eū sine sumptu esse, fame laborare, erumnam perpeti, qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit, aut captiuitatis suorum, aut calumniæ, & non adiuues: si sit in carcere, & pœnis & supplicijs propter debitū aliqd' iustus excrucietur. Nam & si omnibus debetur

A debetur misericordia, tamē iusto amplius: si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortē, plus apud te pecuniæ tua ualeat, quā uita morituri. De quo pulchre Iob dixit: Benedictio perituri in me ueniebat. Iob.29.
Personarum quidem deus acceptor non est, quia nouit omnia. Nos autem omnibus quidem debemus misericordiam. Sed quia pleriq; fraude eam quærunt, & fingunt erumnam, ideo ubi causa manifestatur, persona cognoscitur, tēpus urget, largius se debet profundere misericordia. Non enim auarus dominus est, ut plurimū quærat. Beatus quidē qui dimittit omnia, & seqtur eū. Sed & ille beatus est, qui qd' habet ex affectu facit. Deniq; duo æra uiduæ illius diuitum muneribus prætulit, Luc.21.
quia totum illa quod habuit cōtulit. Illi autem ex abundanti partem exiguam contulerunt. Affectus igitur diuitem collationem aut pauperem facit, & preciū rebus imponit. Cæterum deus nō uult simul effusi opes, sed dispēsari, nisi forte ut Heli sæus qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, ut nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret. Est etiam illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui nō despicias, si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptū de- 3. Reg. 19.
poscere, aut alicui postulare subsidium necessitati, non tamen ut illi ditiores eo fieri uelint, quod tu posses conferre inopibus. Causa enim præstat, nō gratia. Neque enim propterea te domino dicasti, ut tuos diuites facias, sed ut uitam tibi perpetuā fructu boni operis acquiras; & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere, pretium tuū quærūt, uitæ tuæ fructum adimere cōtendunt. Et accu
B sat quod eum diuitem non feceris, cum te ille uelit æternæ uitæ fraudare mercede. Consilium præmisimus, autoritatem petamus. Primū igitur neminem debet pudere, si ex diuite pauper fiat, dū largitur pauperi, quia Christus pauper factus est cum dives esset, ut nos sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur, ut bona ratio sit exinaniti patrimonij, si quis pauperum famem reppulit; inopiam subleuauit. Vnde & consiliū in hoc do, Apostolus dicit, Hoc enim uobis utile est, ut chri- 2. Cor. 8.
stum imitemini. Consilium bonis datur, correptio errantes coercet. Denique quasi bonis dicit: Qui nō tantū facere sed & uelle cœpistis ab anno præterito. Perfectorū utrūq; est non pars. Itaq; docet, & liberalitatem sine benevolentia, & benevolentiā sine liberalitate non esse perfectam. Vnde ad perfectū hortatur dicens: Nūc ergo & facere consummate, ut quemadmodū prompta est in uobis uoluntas faciendi: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim uoluntas prompta est, secundū id quod habet accepta est, nō secundū id quod nō habet. Non enim ut alijs refectio sit, uobis aūt angustia, sed ex æqualitate in hoc tempore uestra abundantia sit ad illorum inopiam, ut & illorum abūdantia sit ad uestrā inopiā, ut fiat æqualitas, sicut scriptū est: Qui multū, non abundauit, & qui modicū nō minorauit. Aduertimus quemadmodū & benevolentiā, & liberalitatem, & modum comprehendit, & fructū atq; personas. Idcirco modū, quia imperfectis dabat consiliū. Nō enim patiunt angustias, nisi imperfecti. Sed & si quis ecclesiā nolēs grauare in sacerdotio aliquo cōstitutus, aut ministerio, non totū quod habet conferat, sed operetur cū honestate quantum officio satis est, nō mihi imperfectus uidetur. Et puto quod hic angustiā non animi sed reifamiliaris dixerit. De personis autem puto dictū, ut uestra abundantia sit ad illorū inopiā, & illorū abundantia ad uestrā inopiam, id est, ut populi

D abun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C abundantia sit bonæ operationis ad illorum subleuandam alendo inopiam,& illorum abundantia spiritalis, adiuuet in plebe inopiam meriti spiritalis, & conferat ei gratiam. Vnde exemplum optimum posuit: Qui multum,nō abundauit, & qui modicū,nō minuit.Bene hortatur ad officium misericordiæ omnes homines istud exemplum,quoniā & qui plurimum auri possidet non abundat,quia nihil est quicquid in hoc seculo est,& qui exiguū habet nō minuit,quia nihil est quod amittit.Res sine dispendio est,quæ tota dispendium est. Est etiā sic intellectus bonus: Qui plurimum habet,& si non donat,non abundat,quia quantūuis acquirat,eget semper qui plus concupiscit.Et qui exiguū habet, non minuit,quia non multum est quod pauperem pascit.Similiter ergo & ille pauper qui confert spiritalia ꝓ pecuniarijs, & si plurimum habeat gratiæ,non abundat.Non enim onerat gratia, sed alleuat
Luc.7. mentem.Sed etiam sic potest intelligi: Non abundas ó homo.Quantum est enim quod accepisti,& si tibi multum est? Iohannes quo nemo maior est inter natos mulierum,inferior tamen erat eo qui minor est in regno cœlorum. Potest & sic intelligi:Non abundat dei gratia corporaliter, quia spiritalis est. Quis eius potest aut magnitudinem aut latitudinem comprehendere quam non uidet? Fides si fuerit sicut granū sinapis,montes transferre potest,& non tibi datur ultra granū sinapis. Si in te abūdet gratia,est uerendum ne mens tua tanto munere incipiat extolli, quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui grauius corruerūt, quàm si nullā habuissent dei gratiam.Et qui parum habet,non minuit,quia non est corporeum ut diuidat, & quod parum uidetur habenti,plurimum est cui nihil deest.Considerandæ etiam in largiendo ætas atq; debilitas, nonnūquā etiā uerecundia, quæ ingenuos prodit
D natales, ut senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt uictum quærere. Similiter & debilitas corporis,& hæc iuuanda promptius.Tū si quis ex diuitijs cecidit in egestatē,& maxime si nō uitio suo,sed aut latrocinijs,aut proscriptiōe, aut calūnijs quæ habebat amisit.Sed forte dicat aliquis:Cæcus uno loco sedet & præteritur,& iuuenis ualidus frequenter accipit. Verum est, quia obrepit propter importunitatem.Non est illud iudicij, sed tedij. Nam & dominus ait in euangelio,de eo qui iam clauserat ostium suum, si quis ostium eius procacius pulset,quia surgit & dat illi propter importunitatem.

De reddendo beneficio. Caput XXXI.

PVLCHRVM quoq; est,propensiorem eius haberi rationem, qui tibi aut beneficium aliquod aut munus contulit,si ipse in necessitatem incidit. Quid enim tam contra officium, q̄ non reddere quod acceperis? Nec mensura pari sed uberiore reddendum arbitror, & usum pensandum beneficij, ut tanto subuenias,quanto eius grumnam repellas.Etenim superiorem non esse in referendo q̄ in conferendo beneficio, hoc est minorem esse,quoniam qui prior contulit,tempore superior est,humanitate prior.Vnde imitāda nobis est in hoc quoq; natura terrarū,quæ susceptum semen multiplicatiori solet numero reddere quā acceperit.Ideo est tibi scriptū :Sicut agricultura est homo insipiens,& tanquam uinea homo egens sensu.Si reliqueris eum desolabitur.Sicut agricultura ergo etiā sapiens,ut tanquam fœnerata sibi maiore mensura semina suscepta restituat. Terra ergo aut spontaneos fructus germinat, aut creditos uberiore cumulo

A cumulo refundit ac reddit.Vtrunq; debes quodam hæreditario usu parentis, ne relinquatis sicut infœcundus ager.Esto tamen ut aliquis excusare possit quod nō dederit,quomodo excusare potest quod nō reddiderit? Non dare cuiquā uix licet,nō reddere uero non licet.Ideo pulchre Salomon ait: Si sederis cœnare ad mēsam potentis,sapienter intellige ea quæ apponuntur tibi.& mitte manum tuā,sciens quod oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es,noli concupiscere escas eius,hæc enim obtinent uitā falsam.Quem nos imitari cupientes,sentētias scripsimus.Conferre gratiam bonū est,at qui referre nescit,durissimus.Humanitatis exemplū, ipsa terra suggerit.Spontaneos fructus ministrat quos non seueris, multiplicatū quoq; reddit quod acceperit. Negare tibi pecuniā numeratam nō licet,quō licet acceptam non referre gratiā? In Prouerbijs quoq; habes,quod ita plurimum redhibitio ista gratiæ apud deum cōsueuit ualere,ut etiā in die ruinæ inueniat gratiam,qñ possunt præponderare peccata.Et quid alijs utar exemplis,cū dñs ipse remunerationē uberiorem sanctorū meritis in euangelio polliceatur, atq; exhortet ut operemur bonum opus dicēs: Dimittite,& dimittetur uobis:date & dabitur uobis, mensurā bonam, Luc.6.
cōmotam,superefluentem dabunt in sinum uestrum? Itaq; & illud conuiuium Salomonis,non de cibis sed de operibus est bonis. Quo enim melius epulantur animi q̄ bonis factis? Aut quid aliud tam facile pōt iustorum explere mentes, q̄ boni operis conscientia? Qui aūt iocundior cibus,q̄ facere uoluntatē dei? Quem cibum sibi solū dominus abūdare memorabat, sicut scriptū est in euangelio: Meus cibus Ioh.4.
est,ut faciam uoluntatē patris mei qui est in cœlo.Hoc cibo delectemur,de quo ait
B propheta:Delectare in domino. Hoc cibo delectātur qui superiores delectationes Psal.36.
mirabili ingenio cōprehenderunt,qui possunt scire,qualis sit illa munda & intelligibilis mētis delectatio.Edamus ergo panē sapientiæ,& saturemur in uerbo dei,quia nō in solo pane sed in omni uerbo dei uita est hominis facti ad imaginem dei. De Deu.8.
poculo uero satis expresse dicit sanctus Iob: Sicut terra expectans pluuiam, sic & Iob.29.
isti sermones meos.

Beneuolentiam liberalitate potiorem esse. Cap.XXXII.

PVLCHRVM est ergo ut diuinarū scripturarum humescamus alloquio, & quasi ros sic in nos dei uerba descendāt. Cum igitur sederis ad illam mensam potentis,intellige quis sit iste potens,& in paradiso delectationis positus,atq; in conuiuio sapientiæ collocatus,considera quæ apponuntur tibi.Scriptura diuina,conuiuium sapientiæ est,singuli libri,singula sunt fercula. Intellige prius quæ habeantur in ferculis dapes,& tunc mitte manū, ut ea quæ legis uel quæ accipis à dño deo tuo,operibus exequaris,& collatā in te gratiā officijs repræsentes,ut Petrus & Paulus, qui euangelizando uicē quandā largitori muneris reddiderunt, ut possint singuli dicere: Gratia aūt dei sum id quod sum, & gratia eius in me egena non fuit,sed abundātiūs illis omnibus laboraui. Alius ergo fructum accepti be- 1. Cor.15.
neficij,ut aurum auro,argentum argēto rependit,alius laborem,alius,haud scio an etiam locupletius,soluū restituit affectum.Quid enim si reddendi nulla facultas supetit? In beneficio reddendo plus animus q̄ census operatur,magisq; præponderat beneuolentia,q̄ possibilitas referēdi muneris. Gratia enim in eo ipso quod habetur refertur. Magna igitur beneuolentia, quæ etiā si nihil conferat plus exhibet, & cum ille patrimonio nihil habeat,largitur pluribus, idq; facit sine ullo suo dispen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dio,& lucro omnium.Et ideo præstat beneuolẽtia supra ipsam liberalitatẽ. Ditior hæc moribus,q̃ illa muneribus. Plures enim sunt qui indigent beneficio, q̃ qui abundant.Est autem beneuolentia coniuncta liberalitati,à qua ipsa liberalitas profiscitur:cũ largitatis affectum sequitur largiendi usus, est separata atq; discreta. Vbi enim deest liberalitas,beneuolentia manet cõmunis quædam parens omniũ, quæ amicitiã cõnectit & copulat,in cõsilijs fidelis,in prosperis læta, in tristibus mœsta,ut unusquisq; beneuolẽtis se magis q̃ sapientis credat cõsilio,ut Dauid cũ esset prudentior,Ionathæ tamen iunioris consilijs acquiescebat. Tolle ex usu hominum beneuolentiam,tanquã solem è mũdo tuleris,ita erit: quia sine ea usus hominum esse non potest,ut peregrinanti monstrare uiam, reuocare errantem,deferre hospitiũ. Non igitur mediocris uirtus ,de qua sibi plaudebat Iob dicens:Foris aũt nõ habitabat hospes ,ianua mea omni uenienti patebat. Aquam de aqua profluenti dare,lumen de lumine accendere.Beneuolentia itaq; in his est omnibus,tanquã fons aquæ reficiẽs sitientẽ,tanquã lumen quod etiam in alijs luceat,nec illis desit, qui de suo lumine alijs lumen accenderint.Est etiã illa beneuolentiæ liberalitas,ut si quod habes debitoris chirographum,scindẽs restituas,nihil à debitore consecutus debiti.Quod exemplo sui facere nos debere Iob sanctus admonet. Nam qui habet nõ mutuat,qui non habet,non liberat syngraphã.Quid igitur etiã si ipse non exigas, auaris hæredibus reseruas,quã potes cum beneuolẽtiæ laude sine damno pecuniæ repræsentare? Atq; ut plenius discutiamus,beneuolentia à domesticis primum profecta personis,id est,à filijs, parentibus,fratribus,per coniunctionum gradus in ciuitatum peruenit ambitũ, & de paradiso egressa mundũ repleuit.Deniq; cũ in uiro & fœmina beneuolentem deus posuisset affectum,dixit:Erũt ambo in una carne,& in uno spiritu . Vnde se Eua serpenti credidit,quoniam quæ beneuolentiã acceperat,esse maleuolentiam non opinabatur.

Iob.31.

D

Beneuolentiam in ecclesia maxime,& earundem uirtutum hominibus perseuerare. Caput XXXIII.

AVGETVR beneuolentia cœtu ecclesiæ, fidei cõsortio ,initiandi societate,percipiendæ gratiæ necessitudine,mysteriorũ cõmunione . Hæc enim etiam appellationes necessitudinum ,reuerentiam filiorũ ,auctoritatem & pietatem patrum,germanitatem fratrum sibi uendicant,Multum igitur ad cumulãdam spectat beneuolentiam necessitudo gratiæ,Adiuuant etiam pariũ studia uirtutũ.Siquidẽ beneuolẽtia etiã morũ facit similitudinẽ. Deniq; Ionathas filius regis imitabatur sancti Dauid mansuetudinẽ, ppter quod diligebat eũ: Vnde & illud:Cũ sancto sanctus eris, nõ solũ ad cõuersationẽ,sed etiã ad beneuolentiã deriuandũ uidetur.Nam utiq; & filij Noë simul habitabãt, & nõ erat in his morũ concordia.Habitabant etiam in domo patris Esaũ & Iacob ,sed discrepabãt. Non enim erat beneuolentia inter eos ,quæ sibi præferret alterum, sed magis contentio,quæ præriperet benedictionem.Nã cũ alter prædurus, alter mansuetus esset, inter dispares mores,& studia compugnantia,beneuolentia esse non poterat .Adde quia sanctus Iacob paternæ degenerem domus uirtuti ,præferre non poterat. Nihil autem tam consociabile , quàm cum æquitate iusticia , quæ uelut compar & socia beneuolentiæ, facit ut eos quos pares nobis credimus diligamus. Habet autem

Psal.17.

A autem in se beneuolentia etiam fortitudinem. Nam cum amicitia ex beneuolentiæ fonte procedat , non dubitat pro amico grauia uitæ sustinere pericula. Et si mala mihi,inquit,euenerint,per illum sustineo.

Laus beneuolentiæ. Caput. XXXIIII.

BENEVOLENTIA etiam gladium iracundiæ extorquere consueuit. Beneuolentia facit,ut amici uulnera utilia magis,quàm uoluntaria inimici oscula sint . Beneuolentia facit, ut unus fiat ex pluribus , quoniam & si plures amici sint unus fiunt , in quibus unus spiritus & una sententia est. Simul aduertimus etiam correptiones in amicitia gratas esse, quæ aculeos habent, dolorem non habent.Compungimur enim censorijs sermonibus , sed beneuolentiæ delectamur sedulitate.Ad summam,non omnibus eadem semper officia debentur , nec personarum semper, sed plerunq; caussarum & temporum prælationes sunt,ut uicinum quis interdum magis quàm fratrem adiuuerit. Quoniam & Salomon dicit: Melior est uicinus in proximo,q̃ frater longe habitans. Et ideo plerunq; amici se beneuolentiæ quisq; committit,quàm fratris necessitudini. Tantum ualet beneuolentia,ut plerunq; pignora uincat naturæ.

Proverb. 27.

De fortitudine,quam sine iusticia uirtutem non esse manifestis declaratur indicijs. Caput. XXXV.

B SATIS copiose iusticiæ loco honesti naturam & uim tractauimus . Nũc de fortitudine tractemus , quæ uelut excelsior cæteris , diuiditur in res bellicas & domesticas. Sed bellicarum rerum studium à nostro officio iam alienum uidetur,quia animi magis quàm corporis officio intendimus,nec ad arma iam spectat usus noster,sed ad pacis negocia. Maiores autem nostri,ut Iesus Naue,Hieroboal,Samson,Dauid,summã rebus quoq; bellicis retulere gloriam.Est itaq; fortitudo uelut excelsior cæteris, sed nunquam incomitata uirtus.Non enim seipsam cõmittit sibi,alioquin fortitudo sine iusticia , iniquitatis materia est.Quo enim ualidior est,eo promptior est,ut inferiorem opprimat , cum in ipsis rebus bellicis iusta bella an iniusta sint , spectandum putetur . Nunq; Dauid nisi lacessitus bellum intulit. Itaq; prudentiam fortitudinis comitem habuit in prælio.Nam & aduersus Goliam immani mole corporis uirum,singulari certamine dimicaturus,arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis lacertis magis quàm alienis integumentis nititur. Deinde eminus quo grauius feriret , ictu lapidis hostem interemit,postea nunquam nisi consulto domino bellum adorsus est.Ideo in omnibus uictor prælijs, usq; ad summam senectam manu promptus, bello aduersum Titanas suscepto , feroçibus bellator miscebatur agminibus , gloriæ cupidus , incuriosus saluti.s. Sed non hæc sola prædara fortitudo est, sed etiam illorum gloriosam fortitudinem ,accipimus , qui per fidem magnitudine animi obstruxerunt leonum ora,extinxerunt uirtutem ignis, effugarunt aciem gladij ,conualuerunt de infirmitate fortes, qui non comitatu & legionibus succincti,communem cum multis uictoriam , sed nuda uirtute animi singularem de perfidis retulerunt triumphum . Quàm insuperabilis Daniel , qui circa latera sua rugientes non expauit leones . Fremebant bestiæ,& ille epulabatur.

Heb.11.

D Fortitu

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Fortitudinẽ maxime in animo & contẽptu rerũ constare labentiũ. Cap. XXXVI.

NON igitur in uiribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in uirtute animi. Neq; in inferenda sed in depellenda iniuria lex uirtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam si potest, tã est in uitio, cũ ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hãc prius orsus
Exo. 2. est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cũ uidisset Hebræũ ab Ægyptio iniuriã accipientem, defendit ita ut Ægyptiũ sterneret, atque in arena absconderet. Salo-
Prouerb. 24. mon quoq; ait: Eripe eum qui ducitur ad mortẽ. Vnde igitur hoc, uel Tullius, uel etiã Panætius, aut ipse Aristoteles transtulerint apertũ est satis, quanquã etiam his duobus antiquior dixerit Iob: Saluum feci pauperem de manu potentis, & pupil-
Iob. 29. lum cui adiutor non erat, adiuui. Benedictio perituri in me ueniebat. Nõne hic fortissimus, qui tam fortiter pertulit impetus diaboli, & uicit eũ in uirtute mẽtis suæ? Neque uero de eius dubitandum fortitudine, cui dicit dominus: Accinge sicut uir
Iob. 40. lumbos tuos, suscipe altitudinem & uirtutem, omnem autem iniuriosum humilia-
Heb. 6. to. Apostolus quoque ait: Habetis fortissimam consolationem. Est ergo fortis qui se in dolore aliquo cõsolatur. Et reuera iure ea fortitudo uocatur, quando unusquisq; seipsum uincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi uento quodam uariarum rerum circumfertur mutatione. Quid autem excelsius & magnificentius, quàm exercere mentem, afficere carnem & in seruitutem redigere, ut obediat imperio, consilijs obtemperet, ut in adeundis laboribus impigre exequatur propositum animi ac uoluntatem? Hæc igitur prima uis fortitudinis, quoniã in duobus
D generibus fortitudo spectatur animi. Primo ut externa corporis pro minimis habeat, & quasi superflua despicienda magis quàm expetenda ducat. Secundo, ut ea quæ summa sunt, omnesq; res in quibus honestas & illud πρέπον cernitur, præclara animi intentione usque ad effectũ persequatur. Quid enim tam præclarũ, quã ut ita animum tuum informes, ut neq; diuitias, neque uoluptates, neque honores in maximis constituas, neque in his studium omne conteras? Quod cum ita affectus animo fueris, necesse est ut illud honestum ac decorum præponendum putes, illiq; mentem ita intendas tuam, ut quicquid acciderit quo frangi animi solent, aut patri monij amissio, aut honoris imminutio, aut obtrectatio infidelium, quasi superior non sentias. Deinde ut te salutis ipsius pericula pro iusticia suscepta non moueant. Hæc uera fortitudo est, quam habet christi athleta, qui nisi legitime certauerit non
Ro. 5. coronatur. An mediocrẽ tibi uidetur præceptum fortitudinis? Tribulatio patientiã operatur, patientia probationem, probatio uero spẽ. Vi de quot certamina, & una corona. Quod præceptum non dat, nisi qui est confortatus in christo Iesu, cuius ca-
2 Cor. 7. ro requiem non habebat, afflictio undique: foris pugnæ, intus timores. Et quãuis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus, animo tamen non frangebatur, sed præliabat, adeo ut potẽtior suis fieret infirmitatibus. Itaque considera quemadmodum eos qui ad officia ecclesiæ accedunt, despicientiã rerum
Col. 2. humanarum habere doceat. Si ergo mortui estis cum christo ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelã ipso usu. Et infra: Si ergo consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. Et iterũ: Mortificate ergo membra

A membra uestra, quæ sunt super terrã. Et hæc quidẽ adhuc omnibus fidelibus. Tibi aũt fili contemptũ diuitiarũ, prophanarũ quoq; & aniliũ fabularũ suadet declinationem, nihil permittẽs nisi qd' te exerceat ad pietatem, quia corporalis exercitatio nulli rei usui est, pietas aũt ad omnia utilis. Exerceat ergo te pietas ad iusticiã, conti- 1. Timo. 4.
nentiam, mansuetudinẽ, ut fugias iuuenilia opera, confirmatus & radicatus in gratia, bonũ fidei subeas certamen, nõ te implices negocijs secularibus, qm̃ deo militas. Etenim si is qui imperatori militat à susceptionibus litiũ, actu negociorum forensium, uenditione mercium prohibetur humanis legibus, quanto magis qui fidei exercet militiam, ab omni usu negociationis abstinere debet, agelluli sui contẽtus fructibus si habet, si non habet, stipendiorum suorum fructu? Siquidem bonus testis
Psal. 36. est, qui dicit: Iuuenis fui & senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Ea est enim tranquillitas animi & temperantia, quæ neq; studio quærendi afficitur, neq; egestatis metu angitur.

Mala æquanimiter toleranda, & interdũ etiã declinanda. Ca. XXXVII.

EST etiam quæ dicitur uacuitas animi ab angoribus, ut neq; in doloribus molliores simus, neq; in prosperis elatiores. Quod si hi qui ad cappessendã rempublicã adhortant aliquos, hæc præcepta dant, quanto magis nos qui ad officiũ ecclesiæ uocamur, talia debemus agere quæ placeant deo, ut & prætẽdat in nobis uirtus Christi, & ita simus nostro, pbati imperatori, ut mẽbra nostra arma iusticiæ sint, arma nõ carnalia in quibus peccatũ re-
B gnet, sed arma fortia deo, quibus peccatum destruatur? Moriatur caro nostra, ut in ea omnis culpa moriatur, & quasi ex mortuis uiuẽtes, nouis resurgamus operibus ac moribus. Hæc sunt plena honesti & decori officij stipẽdia fortitudinis. Sed quia in omnibus q̃ agimus, nõ solũ quid honestũ, sed etiã quid possibile sit quærimus, ne forte aggrediamur aliquid qd' nõ possimus exequi: unde nos tẽpore persecutionis de ciuitate in ciuitatẽ cedere, imò ut ipsius uerbo utar, fugere uult dominus, ne temere aliquis dũ martyrij desiderat gloriã, offerat se periculis, quæ fortasse caro infirmior aut remissior animus ferre ac tolerare non queat.

Quod prouidentia magnum munimen fortitudinis sit. Ca. XXXVIII.

NEC rursus propter ignauiã cedere quis ac deserere fidẽ debet, metu periculi. Qua gratia pparandus est animus, exercẽda mens, stabilienda ad constantiã, ut nullis pturbari animus possit terroribus, nullis frãgi molestijs, nullis supplicijs cedere. Quæ difficile quidẽ sustinent. Sed quia omnia supplicia grauiorũ suppliciorũ uincunt formidine, ideo si cõsilio firmes animum tuũ, nec à rõne discedendũ putes, & pponas diuini iudicij metũ, perpetui supplicij tormenta, potes animi subire tolerantiã. Hoc igitur diligẽtiæ est, ut quis ita se cõparet, Illud ingenij, ñ quis põt uigore mẽtis præuidere quæ futura sunt, & tanq; ante oculos locare, quid possit accidere, & quid agere debeat, si ita acciderit, definire, interdũ duo & tria simul uoluere aio, quæ cõijciat, aut singula aut cõiuncta accidere posse, & aut singulis aut coniunctis disponere actus quos intelligat, pfuturos. Fortis ergo est uiri, nõ dissimulare cũ aliquid immineat, sed prætendere & tanq; explorare de specula quãdam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris,

ne for

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ne forte dicat postea: Ideo ista incidi, quia nō arbitrabar posse euenire. Deniq; nisi explorentur aduersa, cito occupant: Vt in bello improuisus hostis uix sustinetur, & si imparatos inueniat facile opprimit, ita animum mala inexplorata plus frangunt. In his ergo duobus illa est animi excellentia, ut primū animus tuus bonis exercita-
Matth.5. tus cogitationibus, mūdo corde qd' uerum & honestū est uideat. Beati enim mundo corde, quia ipsi etiam deum uidebunt: atq; id quod honestum est solū bonum iudicet. Deinde nullis perturbetur occupatiōibus, nullis cupiditatibus fluctuet. Neq; uero id quisquā facile facit. Quid em̄ tam difficile, q̄ despicere tanq; ex arce aliqua sapientiæ, opes aliaq; omnia, quæ plerisq; uidentur magna & præcelsa? Deinde ut iudiciū tuum stabili ratione confirmes, & quæ iudicaueris leuia, tanq; nihil profutura contēnas. Deinde, ut si quid acciderit aduersi, idq; graue & acerbū putetur, ita fe-
Iob.1. ras, ut nihil præter naturā accidisse p[illegible]cū legeris: Nudus sum natus, nudus exibo, quæ dns dedit dns abstulit: & uti q; & filios amiserat & facultates: seruesq; in o-
Iob.2. mnibus personā sapientis & iusti, sicut ille seruauit qui ait: Sicut dño placuit ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Et infra: Sicut una insipientiū mulierū locuta es. Si bona suscepimus de manu dñi, quæ mala sunt non sustinebimus?

Fortitudinem aduersus omnia uitia dimicare debere, præcipue aduersus auaritiam. Caput. XXXIX.

D NON est igitur mediocris nec discreta à cæteris animi fortitudo, quæ bellum cum uirtutibus gerat, sed quæ sola defendat ornamenta uirtutum omnium & iudicia custodiat, & quæ inexpiabili prælio aduersus omnia uicia decernat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus uoluptates, dura aduersus illecebras, quibus aurem deferre nesciat, nec (ut dicitur) aue dicat, pecuniam negligat, auariciam fugiat tanquam labem quandam quæ uirtutem effœminet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quàm lucro uinci. Frequenter pulsis hostibus inclinata in fugam aduersariorum acie, dum exuuijs cæsorum capitur prædator, inter ipsos quos strauit miserandus occubuit, & triumphis suis deiectæ legiones dum spolijs occupantur, hostem in se reuocarunt qui fugerat. Fortitudo igitur tam immanem pestem repellat & proterat, nec tentetur cupiditatibus, nec frangatur metu, quia uirtus sibi constat, ut fortiter omnia persequatur uitia, tanquam uirtutis uenena: iracundiam uelut quibusdam propulset armis, quæ tollit consilium, & tanquam ægritudinem uitet. Gloriæ quoque caueat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, semper autem usurpata. Quid horum sancto Iob, uel in uirtute defuit, uel in uitio obrepsit? Quomodo laborem ægritudinis, frigoris, famis, pertulit? Quomodo despexit salutis periculum? Nunquid rapinis diuitiæ coaceruatæ, de quibus tanta inopibus affluebant? Nunquid auaricia, census, aut uoluptatis studia cupiditatesq; excitauit? Nunquid trium regum iniuriosa contentio, uel seruorum contumelia in iram excussit? Nunquid gloria sicut leuem extulit, qui imprecabatur grauia sibi, si unquam uel non uoluntariam celauisset culpam, uel reueritus esset multitudinem plebis, quo minus annunciaret eam in conspectu omnium? Neq; enim consentaneæ sunt uitijs uirtutes, sed sibi constant. Quis igitur tam fortis, quàm sanctus Iob? Cui secundus adiudicari potest, qui parem uix reperit?

Virtutem

A

Virtutem bellicam nostris etiam non inusitatam. Caput. XXXX.

SED fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet, ut putent solam esse prælialem fortitudinem, & ideo me ad ista deflexisse, quia illa nostris deforet? Quàm fortis Iesus Naue, ut uno prælio quinq; reges captos sterneret cum populis suis? Deinde cum aduersum Gabaonitas susgeret prælium, & uereretur ne nox impediret uictoriam, magnitudine mentis & fidei clamauit: Stet sol, & stetit dum uictoria consummaretur. Gedeon in trecentis uiris de ingenti populo & acerbo hoste reuexit triumphum. Ionathas adolescens uirtutem fecit in magno prælio. Quid de Machabæis loquar? Sed prius de populo dicam patrum, qui cum essent parati ad repugnandum pro templo dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die lacessiti sabbati, maluerunt uulneribus offerre nuda corpora quàm repugnare, ne uiolarent sabbatum. Itaq; omnes læti se obtulerunt morti. Sed Machabæi considerantes quod hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiam cum ipsi in bellum prouocarentur, ulti sunt innocentium necem fratrum suorum. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cum bellum accenderet per duces suos Lysiam, Nicanorem, Gorgiam, ita cum orientalibus suis & Assyrijs attritus est copijs, ut quadraginta & octo milia in medio campi à tribus milibus prosternerentur. Virtutem ducis Iudæ Machabæi de uno eius milite considerate. Nanq; Eleazarus cum supereminentem cæteris elephantem lorica uestitum regia aduerteret, arbitratus quod in eo esset rex, cursu concito in mediū legionis se
B proripuit, & abiecto clypeo utraq; manu interficiebat bestiam, atq; intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaq; cadens bestia oppressit Eleazarum, atq; ita mortuus est. Quanta igitur uirtus animi, primo ut mortem non timeret, deinde ut circūfusus legionibus inimicorum, in cōfertos raperet hostes, medium pene traret agmē, & contēpta morte ferocior, abiecto clypeo, utraq; manu uulneratæ mole bestiæ subiret ac sustineret, post infra ipsam succederet, quo pleniori feriret ictu, cuius ruina inclusus magis q̄ oppressus, suo est sepultus triūpho. Nec fefellit opinio uirtū, quis regius fefellerit habitus. Tāto enim uirtutis spectaculo defixi hostes, inermem occupatū incursare non ausi, post casum quentis bestiæ sic trepidauerūt, ut impares se oēs unius uirtuti arbitrarentur, Deniq; rex Antiochus, qui cū centū uiginti milibus hominū armatus uenerat, & cū triginta duobus elephātis, ita ut ad ortum solis per singulas bestias uelut mōtes quidā armorū coruscq; tanq; lampadibus ardentibus refulgerent, unius territus fortitudine pacem rogaret. Itaq; Eleazarus hæredem uirtutis suæ pacem reliquit. Sed hæc triumphorum sint.

Fortitudinem non solum in uincendo, sed etiam plus in tolerando constare. Caput. XLI.

VERVM quia fortitudo non solum secundis rebus, sed etiam aduersis probatur, spectemus Iudæ Machabæi exitum. Is enim post uictū Nicanorem regis Demetrij ducem, securior aduersus uiginti milia exercitus regis, cum nongentis uiris bellum adorsus, uolentibus his cedere nemultitudine opprimerentur, glorioſam magis mortem, q̄ turpē fugam suasit: Ne crimen inquit nostræ relinquamus gloriæ. Itaq; cōmisso prælio, cum à primo ortu 1.Macha.9.
diei in uesperam dimicaretur, dextrum cornu in quo ualidissimam manum aduer-

tit hostium

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tit hostium,aggressus facile auertit.Sed dum fugientes sequitur, à tergo uulneri lo
cum præbuit,Ita glorioſiorem triumphis mortẽ inuenit. Quid Ionathan fratrem
eius attexam,qui cum parua manu aduersus exercitus regios pugnans, desertus à
ſuis & cum duobus tantum relictus reparauit bellum, auertit hostem, fugitantes
ſuos ad ſocietatem reuocauit triumphi? Habes fortitudinem bellicam,in qua non
mediocris honesti ac decori forma est, quod mortem seruituti præferat ac turpitu
dini.Quid aũt de martyrum dicam passionibus? Et ne longius euagemur,nõ mino
2.Machab.7 rem de ſuperbo rege Antiocho Machabæi pueri reuexerunt triumphum,q̃ paren
tes proprij,Siquidem illi armati,isti sine armis uicerunt.Stetit inuicta septem pue
rorum cohors,regijs cincta legionibus,defecerunt supplicia,cesserunt tortores,non
defecerunt martyres.Alius corium capitis exutus,ſpeciem mutauerat, uirtutẽ auxe
rat.Alius linguam iussus amputandã,statim,respondit:Non solos dñs audit lo
quentes,qui audiebat Moysen tacentem. Plus audit tacitas cogitationes ſuorũ, q̃
uoces omniũ.Linguæ flagellum times,flagellũ sanguinis nõ times? Habet & san
guis uocẽ ſuam, qua clamat ad deũ, sicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar,
quæ ſpectabat læta filiorũ,quot funera tot trophæa,& morientium uocibus tanq̃
psallentiũ cantibus delectabatur, pulcherrimã uentris ſui citharã in filijs cernens,&
pietatis harmoniã omni lyræ numero dulciorẽ? Quid de bimulis loquar,qui ante
palmã uictoriæ acceperunt,q̃ ſensum naturæ? Quid de ſancta Agne,quæ in dua
rum maximarũ rerum posita periculo,castitatis & salutis, castitatẽ protexit, salutẽ
cũ immortalitate cõmutauit,Non prætereamus etiã sanctũ Laurentiũ, qui cũ uide
D ret Sixtũ episcopũ ſuũ ad martyrium duci,flere cœpit,nõ passionẽ illius, sed ſuã re
mansionẽ. Itaq; his uerbis appellare cœpit: Quó progrederis sine filio pater? Quó
ſacerdos sancte sine diacono properas. Nunq̃ sacrificiũ sine ministro offerre cõsue
ueras.Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire cer
te, utrum idoneum ministrũ elegeris. Cui cõmisisti dñici sanguinis consecrationẽ,
cui consummandorũ consortium ſacramentorũ,huic cõsortiũ tui sanguinis negas.
Vide ne periclitetur iudiciũ tuum,dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli, de
trimentum est magistri.Quid quod illustres & præstantes uiri discipulorũ certami
nibus q̃ ſuis uincunt? Deniq; Abraam filiũ obtulit,Petrus Stephanũ præmisit: Et
tu pater ostende in filio uirtutem tuam,offer quem eruditi,ut ſecurus iudicij tui co
mitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc Sixtus:Non ego te fili relinquo ac dese
ro,ſed maiora tibi debentur certamina.Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ cursum re
cipimus,te quaſi iuuenem manet glorioſior de tyrãno triumphus.Mox uenies,fle
re deſiſte,post triduum me ſequeris.Inter ſacerdotem & leuitam hic medius nume
rus decet. Non erat tuum sub magistro uincere, quaſi adiutorem quæreres. Quid
consortium passionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem eius dimitto. Quid
præsentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum præcedant,fortes ſequan
tur, ut uincant sine magistro,qui iam non indigent magistro. Sic & Helias Heli
ſæum reliquit.Tibi ergo cõmendo nostræ uirtutis ſucceſſionem. Talis erat conten
tio,digna sanè,de qua certarent ſacerdos & minister,quis prior pateretur p Christi
nomine.In fabulis ferunt tragicis,excitatos theatri magnos esse plausus, cũ ſe Pyla
des Orestem diceret,Oreſtes,ut erat,Orestem ſe esse asseueraret,ille ut pro Oreſte
necaret,Oreſtes ne Pyladem pro ſe pateret necari.Sed illis nõ licebat uiuere,quod
utercq;

A utercq; esset parricidij reus, alter qui feciſſet,alter qui adiuuisset.Hic Laurentiũ san
ctum ad hoc nullus urgebat nisi amor deuotionis,tamen & ipse post triduũ,cum
illuſo tyranno impoſitus ſuper craticulam exureretur, Assum est, inquit, uersa &
manduca.Ita animi uirtute uincebat ignis naturam.

Poteſtates non iritandas,& adulationibus non attendendũ. Cap. XLII.

QAVENDVM etiam reor,ne dum aliqui nimia gloriæ ducuntur cupidi
tate,insolentius abutantur poteſtatibus, & plerunq; auersos à nobis
animos gentilium,in ſtudia perſecutionis excitent atq; inflammẽt ad
iracundiam.Itaq; ut illi perſeuerare possint & supplicia uincere,quãtos
perire faciunt? Prospiciendum etiam, nẽ adulantibus aperiamus aurem.Emolliri
enim adulatione,non solum fortitudinis non esse,ſed etiam ignauiæ uidetur.

De temperantia & eius partibus. Caput XLIII.

QVONIAM de tribus uirtutibus diximus, reſtat ut de quarta uirtute
dicamus,quæ tẽperantia ac modeſtia uocatur.In qua maxime trãquil
litas animi,ſtudiũ manſuetudinis, moderationis gratia, honeſti cura,
decoris conſideratio ſpectatur & quæritur. Ordo igitur quidam uitæ
nobis tenendus est, ut à uerecundia prima quædam fundamenta ducantur,quæ
ſocia ac familiaris est mentis placiditati proteruiam fugitans,ab omni aliena luxu,
ſobrietatem diligit,honeſtatem fouet,decorum illud requirit. Sequatur cõuersati
B onis electio,ut adiungamur probatiſſimis quibuſq; senioribus. Namq; ut æqua
lium usus dulcior, ita senum tutior est,qui magiſterio quodam & ductu uitæ colo
rat mores adoleſcentium, & uelut murice probitatis inficit. Namq; ſi hi qui sunt
ignari locorum,cum ſollertibus uiarum iter adoriri geſtiunt,quanto magis adole
ſcẽtes cum senibus debent nouum ſibi iter uitæ aggredi,quo minus errare possint,
& à uero tramite uirtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eoſdem & ma
giſtros uitæ & teſtes habere. Quærendum est etiam in omni actu,quid perſonis,
temporibus conueniat atque ætatibus,quid etiam ſingulorum ingenijs ſit accõmo
dum.Sæpe enim quod alterum decet,alterum non decet.Aliud iuueni aptũ,aliud
ſeni:aliud in periculis,aliud in rebus ſecundis.Saltauit ante arcam domini Dauid,
non ſaltauit Samuel. Nec ideo ille reprehenſus, ſed magis iſte laudatus. Mutauit
uultum coram rege, cui nomen Achis.At hoc ſi feciſſet remota formidine quo mi
nus cognoſceretur,neq; aquã leuitatis reprehenſione carere potuiſſet.Saul quoque
uallatus choro prophetarum,etiam ipſe prophetauit, & de ſolo quaſi indigno me
moratum est:Et Saul inter prophetas.

Officio ſibi congruo,quenq; ſtudere debere. Cap. XLIIII.

NVSQVISQVE igitur ſuũ ingeniũ nouerit, & ad id ſe applicet qd
ſibi aptum elegerit.Itaq; quid ſequatur prius conſideret. Non ſolũ no
uerit bona ſua,ſed etiam uitia cognoſcat,æqualemq; ſe iudicem ſui præ
beat,ut bonis intendat,uitia declinet.Alius diſtinguendæ lectioni apti
or:alius pſalmo gratior:alius exorcizãdis qui malo laborant ſpiritu ſollicitior: alius
ſacrario opportunior habetur.Hæc omnia ſpectet ſacerdos, & qd cuique cõgruat

Universidad de Deusto
Biblioteca

C id officij deputet. Quo etenim unumquenq; suum ducit ingenium, aut quod offi/
cium decet, id maiore implet gratia. Sed id cũ in omni uita difficile sit, tum in nostro
actu difficillimum est. Amat enim unusquisq; sequi uitam parentum. Deniq; ple/
riq; ad militiam feruntur, quorum militauerunt parentes, alij ad actiones diuersas.
In ecclesiastico uero officio nihil rarius inuenias, quàm eum qui sequatur institutũ
patris, uel quia graues deterrent actus, uel quia in lubrica ætate difficilior abstinen/
tia, uel quia alacri adolescentiæ uidetur uita obscurior, & ideo ad ea cõuertuntur stu
dia, quæ plausibiliora arbitrantur. Præsentia quippe plures quàm futura præferũt.
Illi autem præsentibus, nos futuris militamus. Vnde quo præstantior causa, eo de/
bet esse cura attentior.

De pulchro & honesto. Cap. XLV.

ENEAMVS igitur uerecundiam, & eam quæ totius uitæ ornatũ attol/
lit modestiam. Non enim mediocre est, rebus singulis modum seruare
atq; impartiri ordinem, in quo uere prælucet illud quod decorũ dicitur,
quod ita cum honesto iungitur ut separari non queat. Siquidẽ & quod
decet, honestum est, & quod honestum est decet, ut magis in sermone distinctio sit
quàm in uirtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potest, explicari non po
test. Et ut conemur aliquid eruere distinctionis, honestas uelut bona ualitudo est, et
quædam salubritas corporis, decus autem tanquã uenustas & pulchritudo sit. Sicut
ergo pulchritudo super salubritatem ac ualetudinem uidetur excellere, & tamen si/
ne his esse non potest, neq; ullo separari modo, quoniam nisi bona ualetudo sit, pul
D chritudo esse ac uenustas nõ potest: sic honestas decorum illud in se continet, ut ab
ea profectum uideatur, & sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius ope
ris actusq; nostri honestas est, & sicut species est decorũ, quod cum honestate con/
fusum opinione distinguitur. Nam & si in aliquo uideatur excellere, tamen in radi/
ce est honestatis, sed flore præcipuo, ut sine ea decidat, in ea floreat. Quid enim est
honestas, nisi quæ turpitudinem, quasi mortem fugiat? Quid uero inhonestum, ni
si quod ariditatem ac mortem afferat? Virente igitur substantia uirtutis, decorum il
lud tanquam flos emicat, quia radix salua est. At uero propositi nostri radice uitio/
sa, nihil germinat. Habes hoc in nostris aliquãto expressius. Dicit enim Dauid: Do
Psal.92. minus regnauit, decorem induit. Et Apostolus ait: Sicut in die, honeste ambulate.
Rom.13. Quod Græce dicitur εὐσχημόνως. Hoc autẽ proprie significat, bono habitu, bona spe/
cie. Deus ergo primum hominem cum conderet, bona habitudine, bona membro/
rum compositione formauit, & optimam ei speciem dedit, remissionem non dede/
rat peccatorum: sed posteaquam renouauit eum spiritu, & infudit ei gratiam, qui ue/
nerat in serui forma, & in hominis specie, assumpsit decorem redemptionis huma/
næ. Et ideo dixit propheta: Dominus regnauit, decorẽ induit. Deinde alibi dicit:
Psal.64. Te decet hymnus deus in Syon. Hoc est dicere, Honestũ est, ut te timeamus, te dili
1.Cor.14. gamus, te precemur, te honorificemus. Scriptum est enim: Omnia uestra honeste
fiant. Sed possumus & hominem timere, diligere, rogare, honorare. Hymnus specia
1.Timoth.2. liter deo dicitur. Hoc tanquam excellentius cæteris credere est decorum, quod deferi
mus deo. Mulierem quoq; in habitu ornato orare conuenit, sed specialiter eam de
cet orare uelatam, & orare promittentem castitatem cum bona conuersãtione.

Quod

A Quod naturalia pulchra sint & honesta: Turpia uero contra naturam.
Caput XLVI.

EST igitur decorum quod præminet, cuius diuisio gemina est. Nam est
decorum, quasi generale, quod per uniuersitatem funditur honestatis,
& quasi toto spectatur corpore. Est etiam speciale, quod in parte ali/
qua enitet. Illud generale ita est, ac si æquabilem formam atque uniuer
sitatem honestatis in omni actu suo habeat concinentem, cũ omnis sibi eius uita
consentit, nec in ulla aliqua re discrepat. Hoc speciale, cum aliquem actum in suis
habet uirtutibus præminentem. Simul illud aduerte, quod & decorum est, secun/
dum naturam uiuere, secundum naturam degere, & turpe est quod fit contra na/
turam. Ait enim Apostolus quasi interrogans: Decet mulierem nõ uelatam orare 1.Cor.11.
deum? Nec ipsa natura nos docet. Quod quidem si comam habeat ignominia
est illi, quoniam contra naturam est. Et iterum dicit: Mulier uero si capillos ha/
beat, gloria est illi. Est enim secundum naturam, quoniamquidem capilli pro uela/
mine sunt. Hoc est enim naturale uelamen. Personã igitur nobis & speciem natura
ipsa dispensat, quam seruare debemus, utinamq; & innocentiã eius custodire pos/
simus, nec acceptam nostra malicia mutaret. Habes hunc decorem generalem, quia
fecit deus mũdi istius pulchritudinem. Habes & per partes, quia cum faceret deus
lucem, & diem noctemq; distingueret, cum conderet cœlum, cum terras & maria se
pararet, cum solem & lunam & stellas cõstitueret lucere super terram, probauit sin/
B gula. Ergo decorum hoc, quod in singulis mundi partibus elucebat, in uniuersitate
respleduit, sicut probat sapientia, dicens: Ego eram cui applaudebat, cum lætare/ Prouerb.8.
tur orbe perfecto. Similiter ergo & in fabrica humani corporis grata est uniuscuius
que membri portio. Sed plus in cõmune compositio membrorum apta delectat,
quod ita sibi quadrare & conuenire uideantur.

Quarum passionum restrictione, pulchrum illud possit acquiri. Cap. XLVII.

SI quis igitur æquabilitatem uniuersæ uitæ, & singularum actionũ mo/
dos seruet, ordinem quoq; & constantiam dictorum atque operum,
moderationemq; custodiat, in eius uita decorum illud excellit, & quasi
in quodam speculo elucet. Accedat tamen suauis sermo, ut conciliet si/
bi affectum audientium, gratumq; se uel familiaribus, uel ciuibus, uel si fieri potest
omnibus præbeat, neque adulantem se, neq; adulandum cuiquã exhibeat. Alterũ
enim calliditatis est, uanitatis alterum. Non despiciat quid de se unusquisq;, & ma
xime uir optimus sentiat. Hoc enim modo discit bonis deferre reuerentiam. Nam
negligere bonorum iudicia, uel arrogantiæ, uel dissolutionis est, quorum alterum
superbiæ ascribitur, alterum negligẽtiæ. Caueat etiam motus animi sui. Ipse enim
sibi & obseruandus & circumspiciendus est, & ut aduersum se cauendus, ita etiam
de se tuendus. Sunt enim motus, in quibus est appetitus ille, qui quasi quodã pro
rumpit impetu. Vnde græce ὁρμὴ dicitur, quod ui quadam se repente proripiat.
Non mediocris in his uis quædam animi atq; naturæ est. Quæ tamen uis gemina
est. Vna in appetitu, altera in ratione posita, quæ appetitum refrenet & sibi obedi
entem præstet, & ducat quó uelit, & tanquam sedulo magisterio edoceat quid fie/
ri, quid euitari oporteat, ut bonæ dominatrici obtẽperet. Solliciti enim debemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C esse,ne quid temere aut incurioſe geramus, aut quicquam omnino cuius probabi lem non poſſimus rationem reddere. Actus enim noſtri cauſa, & ſi non omnibus redditur,tamẽ ab omnibus examinatur. Nec uero habemus,in quo nos poſſimus excuſare. Nam & ſi uis quædam naturæ in omni appetitu ſit,tamen idem appeti tus rationi ſubiectus eſt lege naturæ ipſius,& obedit ei. Vnde boni ſpeculatoris eſt, ita prætendere animo,ut appetitus neq; præcurrat rationem neq; deſerat,ne præ currendo perturbet atq; excludat,eámque deſerendo deſtituat. Perturbatio tollit conſtantiam,deſtitutio prodit ignauiam,accuſat pigriciam. Perturbata enim men te latius ſe ac longius fundit appetitus, & tanquam efferato impetu frenos ratio nis non ſuſcipit,nec ulla ſentit aurigæ moderamina, quibus poſſit reflecti. Vnde plerumque non ſolum dum animus exagitatur amittitur ratio,ſed etiam inflam matur uultus, uel iracundia, uel libidine,palleſcit timore,uoluptate ſe non capit, & nimia geſtit lætitia. Hæc cum fiunt, abiicitur illa naturalis quædam cenſura grauitasq; morum,nec teneri poteſt illa quæ in rebus gerendis atq; conſilijs ſola poteſt auctoritatem ſuam,atque illud quod deceat tenere conſtantia. Grauior autem ap petitus ex indignatione nimia naſcitur, quàm acceptæ plærumq; accendit iniuriæ dolor. De quo ſatis nos Pſalmi quem in præfatione poſuimus præcepta inſtruunt. Pulchre autem & hoc accidit,ut ſcripturi de officijs,ea præfationis noſtræ aſſertio ne uteremur,quæ & ipſa ad officij magiſterium pertineret.

De tribus generibus hominum,iniurias accipientium. Cap. XLVIII.

D SED quia ſupra,ut oportebat,perſtrinximus,quemadmodum unuſquiſ que cauere poſſit ne excitetur accepta iniuria,uerentes ne præfatio pro lixior fieret,nunc de eo uberius diſputandum arbitror. Locus enim o portunus eſt,ut in partibus temperantiæ dicamus,quemadmodũ re primatur iracundia. Tria itaq; genera eſſe hominum,iniuriam accipiẽtium,in ſcri pturis diuinis demonſtrare uolumus ſi poſſumus. Vnum eſt eorũ quibus peccator inſultat,cõuitiatur,inequitat. Iis quia deeſt iuſticia,pudor creſcit,augetur dolor. Ho rum ſimiles plurimi de meo ordine,de meo numero. Nam mihi infirmo ſi quis in iuriam facit,forſitan, licet infirmus,donẽ iniuriã meam. Si crimen obijciat,nõ ſum tantus,ut ſim contentus conſcientia mea, etiam ſi me eius obiecti alienũ nouerim, Deut.19. ſed cupio abluere ingenui pudoris notã,tanq; infirmus. Ergo oculũ ,p oculo & dẽ tem ,p dente exigo, & conuitiũ conuitio rependo. Si uero is ſum qui proficiam,& ſi nondum perfectus,non retorqueo contumeliam, & ſi influat ille conuitijs & inun det aures meas contumelijs, ego taceo, & nihil reſpondeo. Si uero perfectus ſim (uerbi gratia loquor, nam ueritate infirmus ſum) ſi ergo perfectus ſim, benedico maledicentem, ſicut benedicebat & Paulus,qui ait: Maledicimur & benedicimus. 1.Cor.4. Audierat enim dicentem: Diligite inimicos ueſtros,orate pro calumniantibus & Math.5. perſequentibus uos. Ideo Paulus perſecutionem patiebatur & ſuſtinebat,quia uin cebat & mitigabat humanum affectum, propoſitæ mercedis gratia, ut filius dei fieret, ſi dilexiſſet inimicum. Tamẽ & ſanctum Dauid in hoc quoque genere uirtu 2 Reg. 16. tis imparem Paulo non fuiſſe edocere poſſumus: Qui primo quidem cum ma lediceret ei filius Semei, & crimina obijceret,tacebat & humiliabatur,& ſilebat à bonis ſuis, hoc eſt, bonorum operum conſcientia, deinde expetebat maledici

A dici ſibi,quia maledicto illo diuinam exquirebat miſericordiam. Vide autem quo modo & humilitatem & iuſticiam & prudentiam emerendæ à domino gratiæ re ſeruauerit. Primo dicit: Ideo maledicit mihi,quia dominus dixit illi, ut maledicat. Habes humilitatem,quia ea quæ diuinitus imperabãtur,æquanimiter quaſi ſeruu lus ferenda arbitrabatur. Iterũ dixit: Ecce filius meus qui exiuit de uentre meo quæ rit animã meam. Habes iuſticiam. Si enim à noſtris grauiora patimur,cur indigne ferimus quæ inferuntur ab alienis? Tertio ait: Dimitte illum ut maledicat, quoniã dixit illi dominus, ut uideat humiliationem meam, & retribuet mihi dominus pro maledicto hoc. Nec iam ſolum conuitiantem pertulit, ſed etiam lapidantem & ſe quentem,illæſum reliquit,quinetiam poſt uictoriam petenti ueniam libenter igno uit. Quod eo inſerui,ut euangelico ſpiritu ſanctum Dauid non ſolum inoffenſum, ſed etiam gratum fuiſſe conuitianti docerem,& delectatum potius quàm exaſpera tum iniurijs,pro quibus mercedem ſibi reddendam arbitrabatur. Sed tamẽ quam uis perfectus, adhuc pfectiora quærebat. Incaleſcebat iniuriæ dolore quaſi homo, ſed uincebat ſpiritu,quaſi bonus miles. Tolerabat quaſi athleta fortis,patientiæ au tem finis promiſſorum expectatio,& ideo dicebat: Notum fac mihi domine finem meum,& numerum dierum meorum,qui eſt,ut ſciam quid deſit mihi. Finem illum Pſal.38. quærit promiſſorum cœleſtium,uel illum quando unuſquiſq; ſurget in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus,deinde hi qui ſunt Chriſti,qui in aduentum eius crediderunt,de 1.Cor.15. inde finis. Tradito enim regno deo & patri, & euacuatis omnibus poteſtatibus, ut Apoſtolus dixit,perfectio incipit. Hic ergo impedimentũ,hic infirmitas etiam per B fectorũ,illic plena perfectio. Ideo & dies illos requirit uitæ æternæ qui ſunt,non qui prætereunt,ut cognoſcat quid ſibi deſit,quæ terra ſit repromiſſionis,perpetuos fru ctus ferens,quæ prima apud patrem manſio,quæ ſecũda,quæ tertia, in quibus pro ratione meritorum unuſquiſq; requieſcit. Illa ergo nobis expetenda in quibus perfe ctio,in quibus ueritas eſt. Hic umbra,hic imago,illic ueritas. Vmbra in lege, ima go in euangelio,ueritas in cœleſtibus. Ante agnus offerebatur,offerebatur uitulus, nunc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo,quaſi recipiens paſſionẽ,& offert ſeipſe quaſi ſacerdos,ut peccata noſtra dimittat. Hic in imagine, ibi in ueritate,ubi apud patrem pro nobis quaſi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambula mus,in imagine uidemus,illic facie ad faciem, ubi plena perfectio,quia perfectio o mnis in ueritate eſt.

De uanitate calcanda. Caput XLIX.

ERGO dum hic ſumus,ſeruemus imaginem,ut ibi perueniamus ad ue ritatem. Sit in nobis imago iuſticiæ,ſit imago ſapiẽtiæ, quia ueniemus ad illum diem,& ſecũdum imaginem æſtimabimur. Non inueniat in te aduerſarius imaginem ſuam,non rabiem,non furorem. In his enim imago nequitiæ eſt. Aduerſarius enim diabolus ſicut leo rugiens quærit quem occi 1.Petri.5. dat,quem deuoret. Non inueniat auri cupiditatem,non argenti aceruos,non uitio rum ſimulacra,ne auferat tibi uocem libertatis. Vox enim libertatis illa eſt,ut dicas, Veniet huius mundi princeps,& in me inueniet nihil. Itaq; ſi ſecurus es,quod nihil Ioh.14 in te inueniat,cũ uenerit perſcrutari,dices illud quod dixit ad Laban Iacob patriar cha: Cognoſce ſi quid tuorum apud me eſt. Merito beatus Iacob apud quem nihil Gen.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Laban ſuum potuit reperire. Abſconderat enim Rachel ſimulacra deorum eius au
rea & argentea. Itaque ſi ſapientia, ſi fides, ſi contemptus ſeculi, ſi gratia tua abſcon
dat omnem perfidiam, beatus eris, quia non reſpicis in uanitates & inſanias falſas.
An mediocre eſt tollere uocem aduerſario, ut arguendi te non habere poſſit autori
tatem? Itaq; qui non reſpicit in uanitates, non cõturbatur, qui enim reſpicit contur
batur, & uaniſſime quidem. Quid eſt enim congregare opes, niſi uanũ? quia cadu
ca quærere, uanum eſt ſatis. Cum autem congregaueris, qui ſcias, an poſſidere liceat
tibi? Nónne uanum eſt ut mercator noctibus ac diebus conficiat iter, quo aggera
re poſſit theſauri aceruos, merces congerat, conturbetur ad precium ne forte mino
ris uendat quàm emerit, aucupetur locorum precia, & ſubito aut latrones in ſe in
uidia famoſæ negociationis excitet, aut non expectatis ſereniorib⁹ flatibus, dum
lucrum quærit, naufragium impatiens mẽtis incidat? An non conturbatur etiam
ille uane, qui ſummo labore coaceruat, quod neſciat cui hæredi relinquat? Sæpe qđ
auarus ſumma congeſſerit ſollicitudine, præcipiti effuſione dilapidat hæres luxurio
ſus, & diu quæſita, turpis helluo, præſentium cæcus, futuri improuidus, quadam ab
ſorbet uoragine. Sæpe etiam ſperatus ſucceſſor inuidiam partæ acquirit hæredita
tis, & celeri obitu extraneis aditæ ſucceſſionis tranſcribit compendia. Quid ergo ua
ne araneam texis, quæ inanis & ſine fructu eſt, & tanquam caſſes ſuſpendis inutiles
diuitiarum copias, quæ & ſi fluant nihil proſunt, imò exuunt te imaginem dei, & in
duunt terreni imaginem? Si tyranni aliquis imaginem habeat, nõne obnoxius eſt
damnationi? Tu deponis imaginem æterni imperatoris, & erigis in te imaginem
mortis. Erige magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli, & attolle imaginem
D Chriſti. Hæc in te fulgeat in tua ciuitate, hoc eſt in anima reſplendeat, quæ obliterat
Pſal.72. uitiorum imagines. De quibus ait Dauid: Domine, in ciuitate tua, ad nihilũ dedu
ces imagines eorum. Cum enim depinxerit illam Hieruſalem dominus ad imagi
nem ſuam, tunc aduerſariorum omnis imago delebitur.

Quod officiorum gratia miniſtros altaris maxime deceat, quod teſti monio Leuitici comprobatur. Cap. L.

VOD ſi euangelio domini etiam populus ipſe ad deſpicientiam opum
informatus atq; inſtitutus eſt, quãtomagis uos leuitas oportet terrenis
nõ teneri cupiditatibus, quorum deus portio eſt. Nam cum diuideretur
à Moyſe poſſeſſio terrena patrũ populo, excepit leuitas dominus à ter
renæ poſſeſſionis conſortio, quod ipſe illis eſſet funiculus hæreditatis. Vnde ait Da
Pſal.15. uid: Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Deniq; ſic appellatur Leuita, ipſe
meus, uel ipſe pro me. Magnũ ergo munus eius, ut de eo dominus dicat, ipſe meus.
Matth.17. Vel quemadmodũ Petro dixit de ſtatere in ore piſcis reperto: Dabis eis pro me &
1.Timoth.3. pro te. Vnde & Apoſtolus cum epiſcopum dixiſſet debere eſſe ſobrium, pudicum,
ornatum, hoſpitalem, docibilem, non auarum, non litigioſum, domui ſuæ bene præ
poſitum, addidit, diaconos ſimiliter oportet eſſe graues, non bilingues, non multo
uino deditos, non turpe lucrum ſectantes, habentes myſterium fidei in conſcientia
pura. Et hi autem probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimẽ habentes. Ad
uertimus quanta in nobis requirantur, ut abſtinens ſit à uino miniſter domini, ut te
ſtimonio bono fulciatur, non ſolum fidelium, ſed etiam ab his qui foris ſunt. Decet
enim

A enim actuum operumq; noſtrorum teſtem eſſe publicam exiſtimationem & atte
ſtationem, ne derogetur muneri, ut qui uidet miniſtrum altaris congruis ornatum
uirtutibus, autorẽ prædicet, & dominum ueneretur, qui tales ſeruulos habeat. Laus
enim domini, ubi munda poſſeſſio, & innocens familiæ diſciplina. De caſtimonia
autem quid loquar, quando una tantum nec repetita permittitur copula? Et in ipſo
ergo coniugio lex eſt, non iterare coniugiũ, nec ſecundæ coniugis ſortiri coniunctio
nem. Quod pleriſq; mirum uidetur, cur etiam ante baptiſmum iterato coniugio ad
electionem mugeris & ordinationis prærogatiuam impedimenta generentur, cum
etiam delicta obeſſe non ſoleant, ſi lauacri remiſſa fuerint ſacramento. Sed intellige
re debemus, quia in baptiſmo culpa dimitti poteſt, lex aboleri non poteſt. In coniu
gio non culpa ſed lex eſt: Quod culpæ eſt, igitur in baptiſmate relaxatur, quod legis
eſt, in coniugio non ſoluitur. Quomodo autem poteſt hortator eſſe uiduitatis, qui
ipſe coniugia frequentauerit? Inoffenſum autem exhibendum & immaculatũ mi
niſterium, nec ullo coniugali coitu uiolandum cognoſcitis, qui integro corpore, in
corrupto pudore, alieni etiam ab ipſo conſortio coniugali, ſacri miniſterij gratiam
recepiſtis. Quod eo non præterij, quia in pleriſq; abditioribus locis cum miniſteriũ
gererent, uel etiam ſacerdotium, filios ſuſceperunt, & id tanquam uſu ueteri defen
dunt, quando per interualla dierum ſacrificium deferebatur, & tamẽ caſtificabatur
etiam populus per biduum aut per triduum, ut ad ſacrificium purus accederet, ut in
ueteri teſtamento legimus: Et lauabat ueſtimenta ſua. Si in figura tanta obſeruan Exodi.19.
tia, quanta in ueritate? Diſce ſacerdos atq; Leuita, quid ſit lauare ueſtimenta tua,
etiam populus ut mundum corpus celebrandis exhibeas ſacramentis. Si populus ſine ablutione
B ueſtimentorum ſuorum prohibebatur accedere ad hoſtiam ſuam, tu illotus mente
pariter & corpore, audes pro alijs ſupplicare, audes pro alijs miniſtrare? Nõ medio
cre officium Leuitarum, de quibus dicit dominus: Ecce eligo Leuitas de medio filio Numeri.3.
rum Iſraël pro omni primogenito aperiente uuluam in filijs Iſraël, redemptiones
eorum erunt iuſti, & erunt mihi Leuitæ. Mihi enim ſanctificaui primogenitum in
terra Ægypti. Cognouimus, quia nõ inter cæteros Leuitæ computantur, ſed omni
bus præferuntur, qui eliguntur ex omnibus, & ſanctificantur, ut primogenita fru
ctuum atq; primitiæ quæ domino deputantur, in quibus eſt uotorum ſolutio, & re
demptio peccatorum. Non accipies, inquit, eos inter filios Iſraël, & conſtitues Leui
tas ſuper tabernaculũ teſtimonij, & ſuper omnia uaſa eius, altare & ſuper quæcun
que ſunt in ipſo. Ipſi tollant tabernaculum, & omnia uaſa eius, & ipſi miniſtrent in
eo, & in circuitu tabernaculi caſtra ipſi conſtituant, & promouendo, tabernaculum
ipſi deponant Leuitæ, & conſtituendo caſtra, rurſum ipſum tabernaculum ipſi ſta
tuant. Alienigena quicunq; acceſſerit, morte moriatur. Tu ergo electus ex omni nu
mero filiorum Iſraël, inter ſacros fructus quaſi primogenitus æſtimatus, præpoſi
tus tabernaculo, ut prætendas in caſtris ſanctitatis & fidei, ad quæ ſi alienigena ac
ceſſerit morte morietur, poſitus ut operias arcam teſtamenti. Non enim omnes ui
dent alta myſteriorum, quia operiuntur à Leuitis, ne uideant qui uidere nõ debent,
& ſumant qui ſeruare nõ poſſunt. Moyſes deniq; circunciſionem uidit ſpiritalem,
ſed operuit eam ut in ſigno circunciſionẽ præſcriberet. Vidit & azyma ſyncerítatis
& ueritatis, uidit paſſionem domini, operuit azymis corporalibus azyma ueritatis,
operuit paſſionem dñi, agni uel uituli immolatione, & boni Leuitæ ſeruauerũt my

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sterium fidei ſuæ ſub hoc tegmine,& tu mediocre putas, quod commiſſum eſt tibi. Primum ut alta dei uideas,quod eſt ſapientiæ,deinde ut excubias pro populo deferas,quod eſt iuſticiæ,caſtra defendas,tabernaculumq; tuearis,quod eſt fortitudinis,teipſum continentem ac ſobrium præſtes,quod eſt temperantiæ.Hæc uirtutum genera principalia,conſtituerunt etiam hi qui foris ſunt.ſed cõmunitatis ſuperiorẽ ordinem quàm ſapientiæ iudicauerunt,cum ſapientia fundamentum ſit,iuſticia o-
1.Cor.3. pus ſit,quod manere non poteſt niſi fundamentum habeat.Fundamentum autem
Eccle.1. Chriſtus eſt.Prima ergo fides,quæ eſt ſapientia,ut Salomon dicit,ſecutus patrem,
Deut.6. Initium ſapientiæ timor domini. Et lex dicit: Diliges dominũ deum tuum, diliges proximum tuum. Pulchrum eſt igitur,ut gratiam tuam atq; officia in ſocietatẽ humani generis conferas. Sed primum illud decorũ eſt,ut quod habes precioſiſſimũ, hoc eſt mentem tuam(qua nihil habes præſtantius)deo deputes.Cum ſolueris autori debitum, licet ut opera tua in beneficentiam & adiumenta hominum cõferas, atque opem feras neceſſitatibus,aut pecunia,aut officio,aut etiam quocunq; munere,quod late patet in ueſtro miniſterio,Pecunia,ut ſubuenias,debito obligatum liberes, Officio,ut ſeruanda ſuſcipias,quæ metuit amittere,qui deponenda credidit.
Quando non ſit reddendum depoſitum. Officium eſt igitur depoſitum ſeruare ac reddere. Sed interdum cõmutatio fit,aut tempore,aut neceſſitate, ut non ſit officium reddere quod acceperis, Vt ſi quis contra patriam opem Barbaris ferens pecuniam apertus hoſtis repoſcat, aut ſi cui reddas cum aſſit qui extorqueat,ſi furenti reſtituas cum ſeruare non queat,ſi inſanienti gladium depoſitum non neges quo ſe ille interimat,nónne ſoluiſſe contra officiũ
D eſt? Si furto quæſita ſciens ſuſcipias, ut fraudetur qui amiſerat, nónne contra officium eſt? Eſt etiam contra officium nonnunquam ſoluere promiſſum, ſacramen-
Matth.14. tum cuſtodire,ut Herodes,qui iurauit quoniã quicquid petitus eſſet daret filiæ He-
Iudic.11. rodiadis, & necem Iohannis præſtitit, ne promiſſum negaret. Nam de Iepte quid dicam,qui immolauit filiam, quæ ſibi uictori prima occurrerat, quo uotum impleret quod ſpoponderat,ut quicquid ſibi primum occurriſſet offerret deo.Melius fuerat nihil tale promittere,quàm promiſſum parricidio ſoluere. Hæc quanti conſilij ſit proſpicere,non ignoratis. Et ideo eligatur leuita, qui ſacrarium cuſtodiat,ne fallatur conſilio,ne fidem deſerat,ne mortem timeat,ne quid intemperantius gerat,ut ſpecie ipſa grauitatem præferat, nec ſolum animum, ſed etiam oculos continentes habere quem deceat, ne uel ipſe frontem ſobrietatis fortuitus uiolet occurſus,Quo
Matth.5. niam qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam,adulterauit eam in corde ſuo. Ita adulterium non ſolum facti colluuione, ſed etiam aſpectus intentione commititur. Magna hæc uidentur ac nimis ſeuera, ſed in magno munere non ſuperflua, quando tanta eſt Leuitarum gratia, ut de his Moyſes in benedictionibus diceret:
Deut.33. Dare Leui ueros eius,date Leui manifeſtos eius, date Leui ſortem ſuffragij ſui, & ueritates eius uiro ſancto, quem tentauerunt in tentationibus, maledixerunt ſuper aquam contradictionis,Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ,non noui te,& fratres ſuos non cognouit, & filios ſuos abdicauit, hic cuſtodit uerba tua, & teſtamentũ tuum obſeruabit. Illi ergo ueri eius & manifeſti eius, qui nihil in corde doli habeant, nihil fraudis occultent, ſed uerba eius cuſtodiant, & in corde ſuo conferant,ſicut conferebat & Maria, qui ſuos parentes officio ſuo non nouerint præferendos, qui uiolatores oderint caſtitatis, pudicitiæ ulciſcantur iniuriam, nouerint officiorum tempora,

A pora,quod maius,quod minus ſit,quod cuiq; aptũ ſit tempori,& ut id ſolũ ſequatur quod honeſtum eſt. Sanè ubi duo honeſta, id quod honeſtius eſt, præponendum putent. Hi iure benedicti.Si quis ergo manifeſtet iuſticias dei & incenſum ponat,benedic domine uirtutem ipſius, opera manuũ eius ſuſcipe, ut gratiã propheticæ benedictionis inueniat apud eum qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

CAPITVLA LIBRI SECVNDI OFFICIORVM.

Honeſtate uitam acquiri beatam. Caput I.
Beatitudinem multis & diuerſis modis philoſophos æſtimaſſe, ſed iuxta noſtros in cognitione diuina ſolummodo & bonis operibus conſtare. Cap. II.
Omnia philoſophorum apud nos argumenta uaneſcere, qui aut in ſola rerum ſcientia, aut uoluptate, aut commoditate corporis & externa beatitudinẽ conſtituere. Caput III.
Beatitudinẽ doloribus & neceſſitatibus adipiſci,exempla de patribus. Cap.IIII.
Quæ putantur bona plerunq; impedimento eſſe ad beatam & ad æternã uitam,& quæ mala,materias quaſdam eſſe uirtutũ & æternarũ beatitudinũ. Cap. V.
De utili non quæſtuoſo illo,ſed,iuſto & honeſto. Cap. VI.
Vtilitatem præcipue fide & dilectione & æquitate metiendam,exempla de Dauid & Moyſe, qui idcirco maxime diligebantur à populis, quia pro ipſis ſeſe obiectarent periculis. Cap. VII.
Conſilia plurimũ ad cõciliationẽ ualere aliorũ,qd' claruit in Salomone. C. VIII.
Virtutes omnes indiuiduas ſed opinione uulgi ſeiunctas, nec tamen apud ipſum uulgus alteram ſine altera comprobari, nõ ſolum à philoſophis, ſed plus etiam intimatur à noſtris. Cap. IX.
Myſtica interpretatio ſuper Salomone & regina Saba. Cap. X.
Quod à probis uiris conſilium ſit requirendum,exempla de patribus. Cap. XI.
Improbos homines licet prudentes uideantur fugiendos. Cap. XII.
Sapientiam uitioſos homines ſibi uendicare non debere, quippe quæ nullum conſortium cum uitijs poteſt habere. Cap. XIII.
Quod prudentia omnibus uirtutibus ſit aſſocia,maxime in cupiditate calcanda. Caput XIIII.
De liberalitate quæ non ſolum facultatum diſperſione ſed & benecuolentia conſtat & conſilio. Cap. XV.
De ſobrietate quæ & temperantia, in liberalitate ſeruãda, exemplum de Ioſeph & eius prudentiſſimo per interpretationem ſomnij conſilio. Cap. XVI.
A qualis meriti uiro conſilium ſit requirendum.Introducuntur Paulus & Ioſeph. Caput XVII.
Quod mali conſiliarij ſæpe fiant in ruinam, Introducitur Roboam conſilio iuuenũ deceptus. Cap. XVIII.
Iuſticia & benecuolentia & affabilitate non fucata plurimos poſſe conciliari. Caput XIX.
Ad commendationes hominum plurimum ualere ſi probatis adhæreant,exempla de pa

Universidad de Deusto
Biblioteca

C de patribus,& dispares etiam ætate,uitæ delectari similitudine,exemplum poni tur de petro & Iohanne. Cap. XX.
De laude miserationis & hospitalitatis, & malo productionis & inanis fauoris, & hoc maxime in sacerdotibus reprehenditur qui omnia ornate & ordinate age re debent. Cap. XXI.
De modo inter remissionem & seueritatem cõseruando,& quod simulata remissio grauiores aliquando causas adoriatur,exemplũ de Absalon. Cap. XXII.
Quod pecunia redempti non diu fidem custodiant. Cap. XXIII.
Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxime ecclesiasticos, nec inferiores ordines simulatis uirtutibus episcopo derogare, nec item episcopũ clero esse in uidum,sed iustum in omnibus maxime in iudicando. Cap. XXIIII.
Fauores & beneficia plus pauperibus quàm diuitibus eroganda, quia de eo quod diues forte dedignatur pauper maximam tibi habet gratiam,& quod beneficia non sola pecunia fiant. Cap. XXV.
De malo auaritiæ,exempla de Balaam,& Acham,& Dalila. Cap. XXVI.
De benignitate,& quod excõmunicatio tardius sit exerenda. Cap. XXVII.
De bono compassionis,& quod sacris ecclesiarũ thesauris nõ sit parcendũ tempore necessitatis,Exempli causa inducitur Laurẽtius,& ipse Ambro. Cap. XXVIII.
Deposita uiduarũ, imò omniũ fideliũ in ecclesia cum sui etiã periculo cõseruanda, exemplũ de Onia & Heliodoro,& seipso,& Ticinensi episcopo. Cap. XXIX.
Qui fugiendi,& qui sint in bono zelandi. Cap. XXX.

D

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS OFFICIORVM LIBER SECVNDVS.

Honestate uitam acquiri beatam. Caput I.

SVPERIORE libro de officijs tractauimus,quæ cõuenire honestati arbitrabamur,in qua uitam beatã positam esse minime dubitabamus,quã scriptura appellat uitam æternam. Tantus enim splendor honestatis est,ut uitam beatam efficiant,tranquillitas cõscientiæ,& securitas innocentiæ. Et ideo sicut exortus sol,lunæ globum & cætera stellarum abscõdit lumina,ita fulgor honestatis,ubi uero & incorrupto uibrat decore,cætera quæ putant bona secundũ uoluptatẽ corporis, aut secundũ seculũ clara & illustria,obũbrat. Beata planè,quæ nõ alienis æstimat iudicijs, sed domesticis percipit sensibus, tanctq; sui iudex. Neq; enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neq; pro supplicio pauet. Itaq; quo minus sequitur gloriam,eo magis super eam eminet. Nam qui gloriã requirunt,his iam merces præsentiũ, umbra futurorũ est, quæ impediat uitã æternã, quod

A quod in Euangelio scriptum est: Amen dico uobis,receperunt mercedem suam,de his scilicet qui uelut tuba canendo uulgare liberalitatem suam quam faciunt circa pauperes gestiunt. Similiter & de ieiunio quod ostentationis causa faciũt, Habent inquit mercedem suam. Honestatis igitur est uel misericordiam facere uel ieiunium deferre in absconcito,ut mercedem uidearis à solo deo tuo quærere, non etiam ab hominibus. Nam qui ab hominibus quærit, habet mercedem suam, qui autem à deo,habet uitam æternam,quam præstare non potest nisi autor æternitatis, sicut il lud est: Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiso. Vnde expressius scriptura ui tam æternam appellauit eam quæ sic sit beata, ut non hominum opinionibus æsti manda relinqueretur,sed diuino iudicio committeretur. *Matth.6.* *Luce.23.*

Beatitudinem multis & diuersis modis philosophos æstimasse, sed iuxta nostros in cognitione diuina solummodo & bonis operibus constare. Caput II.

TANQVE philosophi uitam beatam, alij in non dolendo posuerunt,ut Hieronymus, Alij in rerum scientia,ut Herillus, qui audiens ab Aristotele & Theophrasto mirabiliter laudatam esse rerum scientiam, solam eam quasi summũ bonum posuit,cum illi eam quasi bonũ,nõ quasi solum bonũ laudauerint. Alij uoluptatem dixerunt, ut Epicurus. Alij ut Calipho,& post eum Diodorus,ita interpretati sunt, ut alter ad uoluptatem, alter ad uacuitatem doloris, consortiũ honestatis adiungerent, quod sine ea non possit esse beata uita. Zenon stoicus, solum & summũ bonum quod honestũ est: Aristoteles autẽ
B & Theophrastus & cæteri Peripatetici,in uirtute quidem, hoc est,in honestate uitã beatam esse,sed compleri eius beatitudinem etiam corporis uoluptatibus atq; extern is bonis asseruerunt. Scriptura autem diuina,uitam beatam in cognitione posuit diuinitatis,& fructu bonæ operationis. Denicq; utriusq; assertionis euangelicũ sup petit testimonium. Nam & de scientia ita dicit dominus Iesus: Hæc est autem uita æterna,ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christũ. Et de operibus ita respondit: Omnis qui reliquerit domum,uel fratres,aut sorores,aut patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Sed ne æstimetur hoc recens esse, & prius tractatum à philosophis,quàm in euangelio prædicatum,anteriores euangelio philosophi,id est, Aristoteles, & Theophrastus uel Zenon atque Hieronymus sed posteriores prophetis, accipiant, quàm longe antequam philosophorum nomen audiretur, per os sancti Dauid utrunq; aperte uideatur expressum. Scriptum est enim: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Habemus & alibi: Beatus uir qui timet dominum, in mandatis eius cupiet nimis. Docuimus de cognitione, cuius præmium æternitatis fructum esse cõmemorauit, adijciens propheta,quæ sint in domo huius timentis dominum, uel eruditi in lege, & cupientis in mandatis diuinis: Gloriæ,inquit, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. De operibus quoque in eodem psalmo subiunxit,uitæ æternæ suppetere præmium uiro iusto. Denique ait: Beatus uir qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in seculum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus. Et infra: Dispersit dedit pauperibus, iustitia *Ioan.17.* *Matth.19.* *Psal.95.* *Psal.111.* *ibidem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

C iustícia eius manet in æternum. Habet ergo uitam æternam fides, quia fundamentum est bonum. Habent & bona facta, quia uir iustus & dictis & rebus probatur. Nam & si exercitatus sit in sermonibus, & desidiosus in operibus, prudentiã suam factis repellit, & grauius est scire quid facias, nec feciſſe quod faciendũ cognoueris. Contra quoq; strennuum esse in operibus, affectu infidum, ita est ac si uitioso fundamento pulchra culminum uelis eleuare fastigia, quod quo plus struxeris, plus corruit, quia sine munimento fidei, bona opera, non possunt manere. Infida statio in portu nauem perforat, & arenosum solum cito cedit, nec potest impositæ ædificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo præmij, ubi uirtutum perfectio, & quædam in factis atq; dictis æqualitas est sobrietatis.

Omnia philosophorum apud nos argumenta uanescere, qui aut in sola rerum scientia, aut uoluptate, aut commoditate corporis & externa beatitudinem constituere. Cap. III.

ET quoniam sola rerum scientia exposa est, uel quasi inanis secundũ philosophiæ disputationes superfluas, uel quasi semiperfecta sententia, cõsideremus quàm enodem de eo diuina scriptura absoluat sententiam, de quo tam multiplices & implicatas atq; cõfusas uidemus esse quæstiones philosophiæ. Nihil enim bonum scriptura nisi quod honestum asserit, uirtutemq; in omni rerum statu beatam iudicat, quæ necq; augeatur bonis corporis, uel externis, neq; minuatur aduersis, nihilq; beatum, nisi quod à peccato alienũ sit, plenum innocentiæ, plenum gratiæ dei. Scriptum est enim: Beatus uir qui non abijt in
D consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non se- Psal.1.
dit, sed in lege domini fuit uoluntas eius. Et alibi: Beati immaculati in uia, qui ambu- Psal.118.
lant in lege domini. Innocentia igitur & scientia beatum faciunt. Bonæ quoque operationis mercedem esse beatitudinem uitæ æternæ, superius aduertimus. Restat igitur, ut spreto patrocinio uoluptatis, aut doloris metu (quorum alterum quasi infractum & molliculum, alterum quasi euiratum & infirmum despuitur) in ipsis dolori-
Matth.5. bus uitam beatam eminere demonstrem. Quod facile doceri potest, cũ legerimus: Beati estis, cum uobis maledicent & persequentur, & dicent omne malũ aduersum
Matth.16. uos, mentientes propter iusticiam. Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlo. Sic em̃ persecuti sunt & prophetas ante uos. Et alibi: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.

Beatitudinem doloribus & necessitatibus adipisci, exempla de patribus. Caput IIII.

EST ergo beatitudo & in doloribus, quos plena suauitatis uirtus comprimit & cohercet, ipsa sibi domestico opibus abundans, uel ad conscientiam uel ad gratiam. Neq; enim parum beatus Moyses, cum Ægyptiorum uallatus populis, & mari clausus, per fluctũs sibi & populo patrũ pedestrem uiam pijs meritis inuenisset. Quando aũt fortior, quàm tunc erat Moyses, cum extremis circũuentus periculis, non desperabat salutem, sed exigebat triumphum? Quid Aaron, quando se beatiorem credidit, quàm tunc quando medius stetit inter uiuos ac mortuos, & obiectu sui statuit mortem, ne ad uiuorũ transiret agmina

A agmina à cadaueribus mortuorum? Quid de puero Daniele loquar, qui tam sapiens erat, ut inter leones fame exasperatos, nulla bestialis sæuitiæ formidine frangeretur, Ita alienus à metu ut posset epulari, nec uereretur ne ad pastum exemplo sui feras prouocaret? Est ergo & in dolore uirtus, quæ sibi bonæ suauitatem exhibeat conscientiæ, & ideo indicio est, quod non minuat dolor uirtutis uoluptatem. Sicut ergo nulla uirtuti decessio beatitudinis per dolorem, ita etiam nulla accessio per uoluptatem corporis, aut commodorum gratia. De quibus pulchre Apostolus ait: Quæ mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimenta esse. Et ad Phil.3
didit: Propter quem omnia duxi damna, & æstimo ut stercora, ut Christum lucri- Hebr.11.
faciam. Denicq; Moyses damnum suum credidit thesauros esse Ægyptiorum, & opprobrium dominicæ crucis prætulit, nec tunc diues cum abundaret pecunia, nec postea pauper cum egeret alimento, nisi forte tunc alicui minus beatus uidetur fuisse, cum in deserto quotidiana alimonia sibi & populo suo deforet. Sed quod summi boni ac beatitudinis nemo negare audeat, manna ei, hoc est, panis angelorum ministrabatur è cælo, carnes quoq; quotidiana pluuia totius plebis epulis redundabant. Heliæ quoq; sancto panis ad uictum deerat, si quæreretur, sed non uidebatur deesse, quia non quærebatur. Itaq; diurno coruorum obsequio, mane panis, caro ad uesperam deferebatur. Nunquid ideo minus beatus, quia pauper erat sibi? Minime. Immo eo magis beatus, quia deo diues. Alijs enim quàm sibi diuitem esse præstat, ut iste erat, qui tempore famis cibum à uidua petebat, largitus ei ut hydria farinæ per triennium & sex menses non deficeret, & per quotidia-
B nos usus olei uas uiduæ inopi sufficeret ac ministraret. Merito ibi uolebat Petrus esse, ubi istos uidebat. Merito in monte cum Christo in gloria apparuerunt, quia & ipse pauper factus est, cum diues esset. Nullum ergo adminiculum præstant diuitiæ ad uitam beatam. Quod euidenter dominus in euangelio demonstrauit dicens: Beati pauperes quoniam uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuriunt & Luc.6.
sitiunt iusticiam, quia ipsi saturabuntur. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Itaq; paupertatem, famem, dolorem, quæ putantur mala, non solum impedimento non esse ad uitam beatam, sed etiam adiumento, euidentissime pronunciatum est.

Quæ putantur bona plerunq; impedimento esse ad beatam & æternam uitam, & quæ mala, materias quasdam esse uirtutum & æternarum beatitudinum. Caput. V.

SED & illa quæ uidentur bona, diuitias, satietatem, lætitiam, expertem doloris, detrimento esse ad fructum beatitudinis, dominico declaratum iudicio liquet, cum dicitur: Væ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram: Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Et illis qui ridetis, quia lugebunt. Sic ergo non solum adminiculo non sunt ad uitam beatam, corporis aut externa bona, sed etiam dispendio sunt. Inde enim beatus Nabuthe 3.Reg.21.
etiam cum lapidaretur à diuite, quia pauper & infirmus aduersus opes regias solo erat affectu & religione diues, ut pecunia regali nõ commutaret paternæ uineæ hæreditatem, eoq; perfectus, quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum. Inde quoq; miser Achab, etiam suo iudicio, quia pauperem necari fecerat, ut eius possideret uineam. Certum est, solũ & summum bonum esse uirtutem, eamq;

F abunda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C abundare ſolam ad uitæ fructum beatæ,nec externis aut corporis bonis, ſed uirtute ſola uitam præſtari beatam, per quam uita æterna acquiritur. Vita enim beata fructus præſentium,uita autem æterna ſpes futurorum eſt. Sunt tamen qui in hoc corpore tam infirmo,tam fragili,impoſſibilem uitam beatã putant, in quo neceſſe eſt angi,dolere,deplorare,ægreſcere, quaſi uero ego in corporis exultatione dicam uitam beatam conſiſtere,& non in altitudine ſapientiæ,ſuauitate conſcientiæ,uirtutis ſublimitate. Non enim in paſſione eſſe,ſed uictorem eſſe paſſionis beatum eſt, nec frangi temporalis motu doloris metuentem accidere hæc quæ grauia ad uim doloris ferunt,cæcitatem,exilium,famem,ſtuprum filiæ,amiſſionem liberorum. Quis neget beatum Iſaac,qui non uidebat in ſenectute, & beatitudines ſuis benedictionibus conferebat? An non beatus Iacob, qui profugus patria domo, mercennarius paſtor exilium ſuſtinuit, filiæ pudicitiam ingemuit eſſe temeratam, famem pertulit? Non ergo beati, quorum fide deus accipit teſtimonium, cum dicitur: Deus Abraam,deus Iſaac,deus Iacob? Miſera eſt ſeruitus, ſed non miſer Ioſeph,immo plane beatus,cũ dominæ libidines in ſeruitute poſitus coërceret. Quid de ſancto Dauid loquar,qui trium filiorum deplorauit obitum, Ammon & Abſalon,atq; infantuli ex ea quæ fuit Vriæ nati,& quod his durius,inceſtum filiæ Thamar? Quomodo non beatus, de cuius ſucceſſione beatitudinis autor exortus eſt,
Iob.20. qui plurimos fecit beatos? Beati enim qui non uiderunt & crediderunt. Fuerunt & ipſi in ſenſu infirmitatis,ſed conualuerunt de infirmitate fortes. Quid laboriſius autem ſancto Iob,uel in domus incendio,uel filiorum decem interitu momẽ-
D tario,uel doloribus corporis? Nunquid minus beatus,quàm ſi illa non pertuliſſet, in quibus magis probatus eſt? Eſto tamen, fuiſſe in illis aliquid acerbitatis, quem uirtus animi non abſcondit dolorem? Neq; enim profundum mare negauerim, quia uadoſa ſunt littora:Neq; cœlum lucidum,quia interdum obtexitur nubibus: neque terram fœcundam, quia aliquibus locis ieiuna glarea eſt, aut lætas segetes, quia intermixtam ſolent habere ſterilem auenam. Similiter puta, beatæ meſſem conſcientiæ interpellari aliquo acerbo dolore. Nonne totius manipulis uitæ beatæ,ſi quid forte accidit aduerſi atq; amaritudinis, tanquam ſterilis auena abſconditur,aut tanquam lolij amaritudo frumenti ſuauitate obducitur? Sed iam ad propoſita pergamus.

De utili,non quæſtuoſo illo,ſed iuſto & honeſto. Cap.VI.

SVPERIORE libro ita diuiſionem fecimus,ut primo loco eſſet honeſtum ac decorum,à quo officia ducerentur,ſecundo loco quid utile.Et quemadmodum in primo diximus,quia inter honeſtum & decorũ eſt quædam diſtinctio, quæ magis intelligi quàm explicari poſſit, ſic & cum utile tractamus,conſiderandum uidetur quid utilius. Vtilitatem autem non pecuniarij lucri æſtimatione ſubducimus, ſed acquiſitione pietatis, ſicut Apoſtolus ait:
1.Tim.4. Pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens uitæ præſentis & futuræ. Itaq; in ſcripturis diuinis, ſi diligẽter quæramus, ſæpe inuenimus quod honeſtum
1.Cor.6. eſt,utile uocari.Omnia mihi licent,ſed nõ omnia utilia ſunt. Supra de uitijs loquebatur. Nunc ergo dicit: Licet peccare, ſed non decet. In poteſtate ſunt peccata, ſed non ſunt honeſta.Luxuriari promptũ eſt,ſed non iuſtum. Non enim deo eſca, ſed uentri

A uentri colligitur. Ergo quia quod utile, id etiam iuſtum, iuſtum eſt, ut ſeruiamus Chriſto, qui nos redemit. Ideo iuſti qui pro eius nomine morti ſe obtulerunt. Iniuſti qui declinauerunt, de quibus dicitur: Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Id eſt,quis iuſticiæ meæ profectus? Vnde & illi: Allige Pſal.29
mus iuſtum,quia inutilis eſt nobis,id eſt,iniuſtus,qui nos arguit,condemnat,corripit. Licet hoc poſſit etiam ad auaritiam hominum impiorum deriuari, quæ perfidiæ uicina eſt.Sicut in Iuda proditore legimus, qui auariciæ ſtudio & pecuniæ cupiditate,laqueum proditionis incurrit atq; incidit. De hac igitur tractandum eſt utilitate,quæ ſit plena honeſtatis,ſicut ipſis uerbis definiuit Apoſtolus dicens:Hoc au- 1.Cor.7.
tem ad utilitatem ueſtram dico,non ut laqueũ iniiciam uobis,ſed ad id quod honeſtum eſt. Liquet igitur quod honeſtum eſt,utile & iuſtum eſſe,& quod utile,honeſtum & iuſtum,& quod iuſtum,utile & honeſtum. Neq; enim mihi ad mercatores lucri cupidine auaros,ſed ad filios ſermo eſt,& ſermo de officijs, quæ uobis(quos elegi in miniſterium domini) inculcare geſtio atq; infundere, ut ea quæ mentibus ac moribus ueſtris uſu atq; inſtitutione inolita atq; impreſſa ſunt, etiam ſermone ac diſciplina aperiãtur.Itaq; de utilitate dicturus,utar illo uerſiculo prophetico: De
clina cor meum in teſtimonia tua,& non in auariciam,ne utilitatis ſonus excitet pe- Pſal.118.
cuniæ cupiditatem.Deniq; aliqui habent: Declina cor meum in teſtimonia tua, & non ad utilitatem,hoc eſt, illam quæſtuum nundinas aucupãtem utilitatem,illam uſu hominum ad pecuniæ ſtudia inflexam ac deriuatam. Vulgo enim hoc ſolum dicunt utile quod quæſtuoſum.Nos autem de ea tractamus utilitate,quæ damnis
B quæritur,ut Chriſtum lucremur,cuius quæſtus eſt pietas cum ſufficientia.Magnus profecto quæſtus quo pietatem acquirimus,quæ apud deum diues eſt, non caducis facultatibus,ſed muneribus æternis,in quibus non tentatio lubrica, ſed cõſtans & perpetua ſit gratia.Eſt ergo utilitas,alia corporalis,alia pietatis, ſicut diuiſit Apo
ſtolus. Corporalis enim exercitatio ad modicum inquit utilis eſt, pietas autem ad 1.Timo.4.
omnia utilis eſt. Quid autem tam honeſtum, quàm integritas? Quid tam decorum, quàm immaculatum ſeruare corpus, & inuiolatum atq; incontaminatum pudorem? Quid etiam tam decorum, quàm ut uidua uxor defuncto coniugi fidem ſeruet? Quid etiam hoc utilius, quo regnum cœleſte acquiritur? Sunt enim qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum.

Vtilitatem præcipue fide ac dilectione & æquitate metiendam, exempla de Dauid & Moyſe,qui idcirco maxime diligebantur à populis,quia pro ipſis ſeſe obiectarent periculis. Cap.VII.

EST igitur non ſolum familiare cõtubernium honeſtatis & utilitatis, ſed eadem quoq; utilitas quæ honeſtas. Ideo & ille qui regnum cœlorum uolebat omnibus aperire,nõ quod ſibi utile quærebat ſed quod omnibus. Vnde ordo quidam nobis & gradus faciendus eſt, etiam ab his uſitatis & communibus ad ea quæ ſunt præcellentia, ut ex pluribus utilitatis colligamus profectum.Ac primum nouerimus nihil tam utile q̃ diligi, nihil tam inutile quàm nõ amari.Nam odio haberi,exitiale ac nimis capitale arbitror.Itaq; id agamus,ut omni ſedulitate commendemus exiſtimationem opinionemq; noſtram,ac primum placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectũ hominum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilq; quod tam facile illabatur hu
manis sensibus. Ea si mansuetudine morũ ac facilitate animi, moderatione præcepti
& affabilitatẽ sermonis, uerborumq; honore, patienti quoq; sermonum uice, mo
destiæq; adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis.
Legimus enim non solum in priuatis, sed etiam in ipsis regibus, quantum facilitas
blandæ affabilitatis profecerit, aut superbia uerborumq; obfuerit tumor, ut regna
ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Iam siquis consilio, usu, ministerio, officijs
popularem cõprehendat gratiam, aut siquis periculum suũ pro uniuersa plebe offe
rat, nõ est dubium quod tantũ charitatis à plebe in eum refundatur, ut populus sa
lutem eius & gratiam sibi præferat. Quantas Moyses à populo illatas absorbebat
contumelias, & cũ dominus in insolentes uindicare uellet, se tamen pro populo of
ferebat frequenter, ut indignationi diuinæ plebem subduceret. Quàm miti ser
mone post iniurias appellabat populum, consolabatur in laboribus, delinibat ora
culis, fouebat operibus. Et cum deo constanter loqueretur, homines tamen humili
& grata appellatione affari solebat. Merito æstimatus est supra homines, ut & uul
tui eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent, quia sic
sibi totius plebis mentes deuinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, q̃
pro factis admirarent. Quid eius imitator sanctus Dauid, electus ex omnibus ad
plebem regendã, quàm mitis & blandus, humilis spiritu, sedulus corde, facilis affa
tu? Ante regnum se pro omnibus offerebat, rex cum omnibus æquabat suam mi
litiam, & partiebatur laborem, fortis in prælio, mansuetus in imperio, patiens in cõ
D uitio, ferre magis promptus quàm referre iniurias. Ideo tam carus erat omnibus, ut
iuuenis ad regnum etiã inuitus peteretur, & resistens cogeretur, senex ne prælio in
teresset à suis rogaretur, quod mallent omnes pro ipso periclitari, quàm illum pro
omnibus. Ita sibi gratis officijs plebem obligauerat. Primum ut in discordijs po
puli exulare in Hebron mallet, quàm in Hierusalem regnare. Deinde ut etiam in
hoste positam uirtutem diligeret, iusticiam etiam his qui arma contra se tulerant
æque ac suis præstandam putaret. Deniq; fortissimum aduersæ partis propugnato
rem Abner ducem, & inferentem prælia miratus est, & orantem pacis gratiam, nõ
aspernatus honorauit conuiuio, interemptum insidijs, doluit & fleuit, prosequutus
exequias, honestauit, mortem ultus, cõscientiæ fidem præstitit, quam filio inter hæ
reditaria iura transcripsit, magis sollicitus, ne innocentis mortem inultam relinque
ret, quàm quo suam mortem doleret. Non mediocre istud præsertim in rege, sic obi
re humilitatis munia, ut communem se exhiberet etiam infimis, alieno periculo ci
bum non quærere, potum recusare, peccatum fateri, seq; ipsum pro populo offerre
morti, ut in se diuina indignatio conuerteretur, cum ferienti angelo offerens se dice
2. Reg. 24. ret: Ecce sum ego qui peccaui, & ego pastor malum feci, & iste grex quid fecit? Fiat
manus tua in me. Nam quid alia dicam, quod dolum meditantibus os suum non
aperiebat, & tanquam non audiens, nullum sermonem referendũ putabat. Non re
spondebat conuitijs, cum sibi derogaretur orabat, cum maledíceretur benedicebat.
Ambulans in simplicitate, & superborum fugitans arrogantiam, sectator extitit im
Psal. 101. maculatorum. Qui cinerem miscebat alimentis suis, cum peccata propria deplora
ret, & potum suum temperabat fletibus. Merito sic expetitus est ab uniuerso po
2. Reg. 5. pulo, ut uenirent ad eum omnes tribus Israël dicentes: Ecce nos ossa tua & caro tua
sumus, &

A sumus, & heri & nudiustertius cum esset Saul & regnaret super nos, tu eras qui pro
ducebas & inducebas Israël. Et dixit tibi dns: Tu pasces populum meum. Et quid
plura de eo dicam, de quo huiusmodi dei processit sententia, ut de eo diceret: Inue
ni Dauid seruum meum secundũ cor meum? Quis enim in sanctitate cordis & iu
stícia sicut iste ambulauit, ut impleret uoluntatem dei? Propter quem & delinquen
tibus posteris eius uenia data, & prærogatiua est reseruata hæredibus. Quis igitur
non diligeret eum, quem uidebat ita carum amicis, ut quia ipse syncere amicos dili
gebat, æque diligi se à suis amicis arbitraretur? Deniq; parentes eum filijs suis, filij
pferebant paretibus. Vnde grauiter indignatus Saul, percutere Ionathan filiũ suũ 1. Reg. 20.
hasta uoluit, quia pluris apud eum ualere Dauid amicitiã iudicabat, quàm uel pie
tatem uel autoritatem paternam. Etenim ad incentiuum charitatis cõmunis pluri
mum proficit, si quis uicem amãtibus reddat, nec minus redamare se probet, quàm
ipse amatur, idq; amicitiæ fidelis patet exemplis. Quid enim tam populare q̃ gra
tia? Quid tam insitum naturæ, quàm ut diligentem diligas? Quid tam inolitũ atq;
impressum affectibus humanis, q̃ ut eum amare inducas in animum, à quo te ama
ri uelis? Merito sapiens dicit: Perde pecuniam propter fratrem & amicum. Et alibi: Eccl. 29.
Amicum salutare non erubescam, & à facie illius non me abscondam. Siquidem ui Eccl. 22.
tæ & immortalitatis medicamentum in amico esse, ecclesiasticus sermo testatur. Et
summum in caritate præsidium nemo dubitauerit, cum Apostolus dicat: Omnia 1. Cor. 13.
suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquã cadit. Ideo Da
uid non cecidit, quia carus fuit omnibus, & diligi à subiectis q̃ timeri maluit. Ti
B mor enim tẽporalis tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam. Itaq;
ubi timor decesserit, audacia obrepit, quoniam fidem non timor cogit, sed affectus
exhibet. Prima ergo ad cõmendationem nostri est charitas. Bonum est ergo, testi
monium habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur fides, ut committere se
tuo affectui non uereantur etiam alieni, quem pluribus carum aduerterint. Simili
ter etiam per fidem ad charitatem peruenitur, ut qui uni aut duobus præstiterit fi
dem, tanquam influat in animos uniuersorum, & omnium acquirat gratiam.

Cõsilia plurimorũ ad conciliationẽ ualere aliorũ, qd̃ claruit in Salomone. Ca. VIII.

DVo igitur hæc ad commendationem nostri plurimum operantur, cha
ritas & fides, & tertium hoc si habeas quod in te admiratione dignum
pleriq; existiment, & iure honorandum putent. Et quia consiliorũ usus
maxime conciliat homines, ideo prudentia & iusticia in unoquoq; de
siderantur, & ea expectãtur à pluribus, ut in quo ea sint illi deferatur fides, quo pos
sit utile consilium ac fidele desideranti dare. Quis enim ei se committat, quem non
putet plus sapere, q̃ ipse sapiat qui quærit consilium? Necesse est igitur, ut præstan
tior sit à quo consilium petitur, quàm ille est qui petit. Quid enim consulas homi
nem, quem non arbitreris posse melius aliquid reperire, q̃ ipse intelligis? Quod si
eum inueneris qui uiuacitate ingenij, mentis uigore atq; autoritate præstet, & acce
dat eò ut exemplo & usu paratior sit, præsentia soluat pericula, prospiciat futura, de
nunciet imminentia, argumenta expediat, remedium ferat in tẽpore, paratus sit nõ
solum ad consulendum sed etiam ad subueniendum, huic ita fides habetur, ut dicat
qui consilium petit: Et si mala mihi euenerint, per illum sustineo. Huiusmodi igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uiro ſalutem noſtram & exiſtimationem cõmittimus,qui ſit ut(ſupra diximus) iuſtus & prudens.Facit enim iuſticia,ut nullus ſit fraudis metus, facit etiã prudentia, ut nulla erroris ſuſpitio ſit.Promptius tamen nos iuſto uiro cũ prudenti committimus, ut ſecundũ uſum uulgi loquar. Cæterũ ſapientũ definitione,in quo una uirtus eſt,concurrunt cæteræ,nec poteſt ſine iuſticia eſſe prudentia.Quod etiam in no-
Pſal.36. ſtris inuenimus.Dicit eñ Dauid:Iuſtus aũt miſereꝫ & fœnerat. Quid fœneret iu-
Pſal.111. ſtus,alibi dicit,Iocundus uir qui miſeretur & fœnerat, diſponet ſermones ſuos in iudicio.Ipſum illud nobile Salomonis iudicium,nõne ſapiẽtiæ plenũ ac iuſticiæ eſt? Itaq; ſpectemus illud ſi ita eſt. Duæ inquit mulieres in conſpectu regis Salomonis ſteterunt,& dixit una ad eum:Audi me dñe,Ego & hæc mulier in uno habitãtes cubiculo,ante diem tertium partu edito ſinguꝫos filios ſuſcepimus,& eramus una,arbiter nullus domi,nec ulla alia fœmina nobiſcum niſi nos ſolæ,& mortuus eſt filius eius hac nocte,ut obdormiuit ſuper eũ,& ſurrexit media nocte, & accepit filiũ meũ de ſinu meo, & collocauit eum in ſinu ſuo, & filium ſuum mortuum poſuit in ſinu meo. Et ſurrexi mane ut lactarem paruulum,& inueni eum mortuum. Et conſideraui illum diluculo,& non erat filius meus. Et reſpõdit altera: Non, ſed filius meus eſt hic qui uiuit,filius autem tuus qui mortuus eſt.Et hæc erat cõtentio, cum utraq; filium ſibi uẽdicaret ſuperſtitem,defunctum autem ſuum negaret. Tunc rex iuſſit afferri machæram,& infantem diuidi,& ſingulas partes dari ſingulis, dimidiã uni, & dimidiam alteri. Exclamauit mulier quæ uero erat affectu percita: Nequaquam dñe infantem diuidas,detur potius illi & uiuat,& nõ interficias eum. At reſpondit
D altera:Neq; meus neq; huius ſit infans,diuidite eum.Et ſtatuit rex dari infantem ei mulieri quæ dixerat:nolite interficere eum,ſed date eum illi mulieri,quia mota ſunt inquit uiſcera eius in filio ſuo. Itaq; non immerito æſtimatus eſt intellectus dei in eo eſſe,in quo occulta ſunt dei.Quid autem occultius, quàm internorum uiſcerum teſtimonia,in quæ ſapientis intellectus uelut quidam pietatis deſcendit arbiter, & uelut quandam genitalis alui uocem eruit, qua maternus patuit affectus,qui elegerat filium ſuum uel apud alienam uiuere,quàm in conſpectu matris necari? Sapientiæ igitur fuit,latentes diſtinguere conſcientias,ex occultis eruere ueritatem,& uelut quadam machæra ita ſpiritus gladio penetrare,non ſolum uteri,ſed etiam animæ & mentis uiſcera.Iuſticiæ quoq; ut quæ ſuum necauerat, alienum non tolleret, ſed uera mater reciperet ſuum.Deniq; etiam ſcriptura hoc pronunciat. Audiuit inquit omnis Iſraël hoc iudicium,quod iudicauit rex,& timuerunt à facie regis, eo q; intellectus dei in eo eſſet,ut faceret iuſticiam. Deniq; & ipſe Salomon ita popoſcit ſapientiam,ut daretur ſibi cor prudens audire & iudicare cum iuſticia.

Virtutes omnes indiuiduas,ſed opinione uulgi ſeiunctas,nec tamen apud ipſum uulgus alteram ſine altera comprobari,non ſolum à philoſophis, ſed plus etiam intimatur à noſtris. Caput. IX.

IQVET igitur etiam ſecundum ſcripturam diuinam quæ antiquior eſt, ſapientiam ſine iuſticia eſſe non poſſe, quia ubi una earum uirtutum, ibi utraq; eſt. Daniel quoq; quàm ſapienter alta interrogatione fraudulentæ accuſationis deprehendit mendacium, ut calumniatorum ſibi reſpon

A ſibi reſponſio non conueniret. Prudentiæ igitur fuit uocis ſuæ teſtimonio reos prodere. Iuſticiæ quoq; nocentes ſupplicio dare,innocentem ſubducere. Est ergo indiuiduum ſapientiæ atq; iuſticiæ cõtubernium,ſed uulgi uſu diuiditur una quædam forma uirtutum, ut temperantia ſit in deſpiciendis uoluptatibus, fortitudo ſpectetur in laboribus & periculis, prudentia in delectu bonorum, ſciens commoda & aduerſa diſtinguere, iuſticia quæ ſit bona cuſtos iuris alieni, & uindex proprietatis,ſuum cuiq; conſeruans. Sit igitur nobis communis opinionis gratia, quadripartita hæc facta diuiſio, ut ab illa ſubtili diſputatione philoſophiæ ſapientiæq;,quæ limandæ ueritatis cauſa quaſi ex adyto quodam eruitur,retrahentes pedem,forenſem uſum ac popularem ſenſum ſequamur. Hac igitur diuiſione ſeruata, reuertamur ad propoſitum. Prudentiſſimo cuiq; cauſam noſtram committimus, & ab eo conſilium promptius quàm à cæteris poſcimus.Præſtat tamen fidele iuſti conſilium uiri,& ſapientiſſimi ingenio frequenter præponderat. Vtilia enim Prouer.27.
uulnera amici,quàm alienorum oſcula.

Myſtica interpretatio ſuper Salomone & regina Saba. Caput X.

DENIQVE quia iuſti iudicium eſt,ſapiẽtis autem argumentum. In illo cenſura diſceptationis, in hoc calliditas inuentionis. Quod ſi utrunq; connectas,erit magna conſiliorum ſalubritas, quæ ab uniuerſis ſpectatur admiratione ſapientiæ & amore iuſticiæ, ut omnes quærant audi-
B re ſapientiam eius uiri,in quo utriuſq; uirtutis copula ſit. Sicut quærebant omnes reges terræ uidere faciem Salomonis, & audire ſapientiam eius, ita ut & Saba re- 3.Reg.10.
gina ueniret ad eum,& tentaret eum in quæſtionibus.Et uenit inquit,& omnia locuta eſt quæ habebat in corde ſuo, & audiuit omnem ſapientiam Salomonis, nec ullum uerbum præteriuit eam. Quæ ſit iſta, quam nihil prætereat, nec ſit aliquid quod ei non annunciauerit uerus Salomon,cognoſce ô homo ex his quæ audis loquentem. Verus eſt inquit ſermo quem audiui in terra mea de ſermonibus tuis, & de prudentia tua, & non credidi his qui dicebant mihi, donec ueni, & uiderunt oculi mei, & nunc non eſt nec dimidia quidem pars ſecundum ea quæ annunciabantur mihi: Appoſuiſti bona ſuper omnia quæ audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ,& beati pueri tui qui aſſiſtunt tibi, qui audiunt omnem prudentiam tuam. Intellige conuiuium ueri Salomonis, & quæ apponuntur in eo conuiuio intellige ſapienter, & conſidera in qua terra congregatio nationum audierit famam ſapientiæ ueræ atq; iuſticiæ, & quibus eum uiderit oculis, contemplantibus utiq; quæ non uidentur. Quoniam quæ uidentur temporalia ſunt, quæ autem non ui- 2.Cor.4.
dentur æterna. Quæ ſunt beatæ mulieres, niſi illæ de quibus dicitur: Quia multæ uerbum dei audiunt & pariunt? Et alibi: Quicunq; enim uerbum dei fecerit, ipſe Matt.12.
meus frater & ſoror & mater eſt. Qui etiam pueri tui beati qui aſſiſtunt,niſi Paulus qui dicebat: Vſq; in hunc diem ſto proteſtans minori ac maiori, & Symeon qui expectabat in templo ut uideret conſolationem Iſraël? Quomodo ergo dimitti poſceret,niſi quia aſſiſtens domino, diſcedendi habere facultatem non poterat:niſi uocantatem domini adeptus eſſet? Exempli cauſa propoſitus eſt nobis Salomon,à quo certatim ut audiretur eius ſapientia poſtulabatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Quod à probis uiris consilium sit requirendum: Exemplum de patribus. Cap. XI.

IOSEPH quoq; nec in carcere feriatus erat, quo minus de rebus incertis consuleretur. Cuius consilium Ægypto uniuersæ profuit, ut non sentiret septem annorum sterilitatem, aliosq; populos miseræ famis leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis regalium consultorum arbiter factus, consilijs suis emendauit præsentia, annunciauit futura. Ex his enim quæ frequenter interpretatus ostenderat ueri se esse annuncium, fides ei in omnibus deferebatur. Sed etiam tertius locus de his qui admiratione digni æstimarentur, Ioseph, Salomonis & Danielis exemplo decursus uidetur. Nam quid de Moyse loquar, cuius omnis israël quotidie consilia præstolabatur, quorum uita fidem faciebat prudentiæ, admirationemq; eius augebat? Quis se non committeret consilio Moysi, cui seniores si qua supra suũ intellectũ & uirtutẽ esse arbitrarentur dijudicanda seruabant? Quis Danielis consilium refugeret, de quo ipse deus dixit: Quis Daniele sapientior? Aut quomodo dubitare homines de eorum mentibus possent, quibus deus tantam conferebat gratiam? Moysi consilio bella conficiebantur, Moysi meritis de cœlo affluebat alimonia, potus è petra. Quàm purus Danielis animus, ut mulceret barbaros mores, mitigaret leones? Quæ in illo temperantia? quanta animi & corporis continentia? Nec immerito mirabilis factus omnibus, quãdo quod uehementer admirantur homines, regalibus fultus amicitijs, aurum non quærebat, nec delatum sibi honorem pluris faciebat quàm fidem. Quinetiam periclitari malebat pro lege domini, quàm pro gratia hominis inflecti. Nam de sancti Ioseph quem penè præterieram castimonia & iusticia quid dicam, quarum altera illecebras heriles respuit, refutauit præmia, altera mortem contempsit, metum repulit, carcerem præoptauit? Quis hũc priuatæ causæ ad consulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus & mens fertilis, temporis sterilitatem quodam consiliorum & cordis ubere fœcundauit?

Exech. 28.

D

Improbos homines licet prudentes uideantur fugiendos. Cap. XII.

ADVERTIMVS igitur, quod in acquirendis consilijs plurimum adiungat uitæ probitas, uirtutum prærogatiua, beneuolentiæ usus, frugalitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis è turbida aqua potum petat? Itaq; ubi luxuria est, ubi intemperantia, ubi uitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriendum existimet? Quis non despiciat morum colluuionem? Quis utilem causæ alienæ iudicet, quem uidet inutilem uitæ suæ? Quis iterum improbum, maleuolum, contumeliosum, non fugiat, & ad nocendum paratum? Quis non eum omni studio declinet? Quis uero, quis instructum ad consilij opem, difficilem tamen accessu, ambiat, in quo sit illud, tanquam si quis aquæ fontem præludat? Quid enim prodest habere sapientiam, si consilium neges? Si consulendi intercludas copiam, clausisti fontem, ut necalijs influat, nec tibi prosit. Pulchre autem & de illo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eam uitiorum sordibus, eo quod aquæ exitum contaminet. Degeneres animos uita arguit. Quomodo enim eum potes iudicare consilio superiorem, quem uideas inferiorem moribus?

A

ribus? Supra me debet esse, cui me committere paro. An uero idoneum eum putabo, qui mihi det consilium, quod non dat sibi, & mihi eum uacare credam, qui sibi non uacet, cuius animum uoluptates occupent, libido deuinciat, auaricia subiuget, cupiditas perturbet, quatiat metus? Quomodo hic consilij locus, ubi nullus quieti? Admirandus mihi & suspiciendus consiliarius, quem propitius dominus patribus dedit, offensus abstulit. Huius imitator debet esse, qui potest consilium dare, & alienam à uitijs custodire prudentiam, quia nihil iniquitatum in illam incurrit.

Sapientiam uitiosos homines sibi uendicare non debere, quippe quæ nullum consortium cum uitijs potest habere. Cap. XIII.

QVIS igitur tantam uultu speciem præferat pulchritudinis, & beluinis posterioribus ac ferinis unguibus formæ superioris dehonestet gratiã, cum tam admirabilis & præclara forma uirtutum sit, & specialiter pulchritudo sapientiæ, sicut series scripturæ indicat? Est enim hæc speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem, luci comparata inuenitur prior. Lucem etenim hanc suscipit nox, sapientiam autem non uincit malicia. Diximus de eius pulchritudine, & scripturæ testimonio comprobauimus, superest ut doceamus scripturæ auctoritate nullum ei contubernium cum uitijs esse, sed individuam cum cæteris uirtutibus coniunctionem, cuius spiritus est disertus, sine inquinamento, certus, sanctus, amans bonum, acutus, qui nihil uetet benefacere, be
B nignus, stabilis, securus, omnem habens uirtutem, omnia prospiciens.

Quod prudentia omnibus uirtutibus sit associa, maxime in cupiditate calcanda Caput XIIII.

OMNIA igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habet consortium. Nam quomodo potest utile consilium dare, nisi habeat iusticiã, induat constantiam, mortem non formidet, nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adulatione à uero deflectendum putet, exilium non refugiat, quæ nouerit sapienti patriam mundum esse, egestatem non timeat, quæ nihil deesse sapienti sciat, cui totus mundus diuitiarum est? Quid enim præcelsius illo uiro, qui auro moueri nesciat, contemptum habeat pecuniarum, & uelut ex arce quadam despiciat hominum cupiditates? Quod qui fecerit, hũc homines supra hominem esse arbitrantur. Quis est inquit, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita sua. Quomodo enim non admirandus, qui diuitias spernit, quas plerique saluti propriæ prætulerunt? Decet igitur omnes censura frugalitatis, continentiæ auctoritas, & maxime cum qui honore præstet, ne præminentem uirum thesauri possideant sui, & pecunijs seruiat, qui præest liberis. Illud magis decet, ut supra thesaurum sit animo, & infra amicum obsequio. Humilitas enim gratiam auget. Hæc plena laudis & digna primario uiro, nõ communem cum Tyrijs negociatoribus & Galathis mercatoribus habere turpis lucri cupidinem, nec omne bonum locare in pecunia, & tanquam mercennario munere quotidianos numerare quæstus calculari compendio.

Eccl. 31.

De libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De liberalitate, quæ non solum facultatum dispersione, sed & beneuolentia constat & consilio. Caput XV.

QVOD si ab his sobrium gerere animum, laudabile est, quãto illud præstantius si dilectionem multitudinis liberalitate acquiras, neq; superflua circa importunos, neque restricta circa indigentes? Plurima sunt genera liberalitatis sunt, non solũ quotidiano sumptu egentibus, quo uitam suam sustinere possint, disponere ac dispensare alimoniam: uerumetiã his qui publice egere uerecundantur consulere ac subuenire, quatenus communis egenorum alimonia non exhauriatur. De eo enim loquor qui præest alicui muneri, ut si officium sacerdotis gerat, aut dispensatoris, ut de his suggerat episcopo, nec repriat si quem positum in necessitate aliqua cognouerit, aut deiectũ opibus ad inopiæ necessitatem redactum, maxime si non effusione adolescentiæ, sed direptione alicuius & amissione patrimonij in eam reciderit iniuriam, ut sumptum exercere diurnum non queat. Summa etiam liberalitas, captiuos redimere, eripere ex hostiũ manibus, subtrahere neci homines, & maxime fœminas turpitudini, reddere parẽtibus liberos, parẽtes liberis, ciues patriæ restituere. Nota sunt hæc nimis Illyrici uastitate & Thraciæ, quãti ubiq; uenales erãt toto captiui orbe, quos si reuoces unius prouinciæ numerum explere non possint. Fuerunt tamen qui etiam quos ecclesiæ redemerunt in seruitutem reuocare uellent, ipsa grauiores captiuitate, qui inuiderent alienam misericordiam. Ipsi si in captiuitatem uenissent seruirent liberi, si uenditi fuissent seruitutis ministerium non recusarent, & uolunt alienam libertatem rescindere, qui suam seruitutem non possent rescindere, nisi forte precium recipere
D emptori placeret, in quo tamen non rescinditur seruitus, sed redimitur. Præcipua est igitur liberalitas, redimere captiuos, & maxime ab hoste barbaro qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam, nisi quod auaricia reseruauerit ad redempti onem: æs alienum subire, si debitor soluendo non sit, atque artetur ad solutionem quæ sit iure debita, & inopia destituta: enutrire paruulos, pupillos tueri. Sunt etiã qui uirgines orbatas parentibus tuendæ pudicitiæ gratia connubio locent, nec solum studio sed etiam sumptu adiuuent. Est etiam genus illud liberalitatis quod Apostolus docet, si quis fidelis habet uiduas subministret illis, ut earum alimonijs
1. Timot. 5. ecclesia non grauetur, ut his quæ uere uiduæ sunt sufficiat. Vtilis igitur huiusmodi liberalitas, sed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiam uiri boni, qui tenues sunt censu, contenti quidem exiguo ad sui usum, sed non idonei ad subsidium leuandæ paupertatis alienæ. Tamen suppetit aliud beneficentiæ genus, quo iuuare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas, una quæ subsidio rei adiuuat, id est, usu pecuniæ, altera quæ operarum collatione impenditur, multo frequenter splendidior, multóque darior. Quanto illustrius Abraam captũ armis uictricibus recepit nepotem, quàm si redemisset? Quanto utilius regem Pharaonem sanctus Ioseph consilio prouidentiæ iuuit, quàm si contulisset pecuniam? Pecunia enim unius ciuitatis non redemit ubertatem, prospicientia totius Ægypti per quinquennium famem reppulit. Facile autem pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt. Hæc usu augentur, pecunia minuitur, & citò deficit atque ipsam destituit benignitatem, ut quo pluribus largiri uolueris, eo pauciores adiuues, & sæpe tibi desit quod alijs conferendum putaueris.

A ris. Consilij autem operisq; collatio, quo in plures diffunditur, eo redundantior manet, & in suum fontem recurrit. In se enim refluit ubertas prudentiæ, & quo pluribus fluxerit, eo exercitius fit omne quod remanet.

De sobrietate, quæ & temperantia, in liberalitate seruanda. Exemplum de Ioseph & eius prudentissimo per interpretationem somnij consilio. Caput. XVI.

SOLVET igitur debere esse liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas, cuius sobrietas tenenda est, maxime sacerdotibus, ut non pro iactantia, sed pro iusticia dispensent. Nusquam enim maior auiditas petitionis: Veniunt ualidi, ueniunt nullam causam nisi uagandi habentes, & uolunt subsidia uacuare pauperum, exinanire sumptum, nec exiguo contenti maiora quærunt, ambitu uestium captantes petitionis suffragium, & nataliũ simulatione licitantes incremẽta quæstuum. His si quis facile deferat fidem, cito exinanit pauperum alimonijs profutura compendia. Modus astit largiendi, ut nec illi inanes recedant, neq; transcribatur uita pauperum in spolia fraudulentorum. Ea ergo mensura sit, ut neq; humanitas deseratur, nec destituatur necessitas. Pleriq; simulant debita: sit ueri examen. Exutos se per latrocinia deplorant: aut iniuria fidem faciat, aut cognitio personæ, quo propensius iuuentur. Ab ecclesia relegatis sumptus impartiendus, si desit eis alendi copia. Itaq; qui modum seruat, auarus nulli, sed largus omnibus est. Non enim solas aures præbere debemus audiendis precantium uoci-
B bus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, quàm uox pauperi. Neq; uero fieri potest, ut non extorqueat amplius importunitas uociferantium, sed non semper impudentiæ locus sit. Videndus est ille qui te non uidet, requirendus ille, qui erubescit uideri. Ille etiam clausus in carcere, occurrat tibi, ille affectus ægritudine mentem tuam personet, qui aures non potest. Quo plus te operari uiderit populus, magis diliget. Scio pleroscq; sacerdotes, quo plus contulerunt plus abundasse, quoniam quicunq; bonum operarium uidet, ipsi confert, quod ille suo officio dispenset, securus quod ad pauperẽ sua perueniat misericordia. Nemo enim uult nisi pauperi proficere suam collationem. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem uiderit, utrunq; despiciet, si aut superfluis erogationibus dissipet alieni fructus laboris, aut recondat sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiam calcar plerunq; adhibendum uidetur. Modus ideo, ut quod benefacis id quotidie facere possis, ne subtrahas necessitati quod indulseris effusioni. Calcar propterea, quia melius operatur pecunia in pauperis cibo quàm in diuitis sacculo. Caue ne intra loculos tuos includas salutem inopum, & tanquam in tumulis sepelias uitam pauperum. Potuit donare Ioseph totas opes ægypti, & effundere thesauros regios, noluit tamen de alieno effusus uideri: maluit frumenta uendere, quàm donare esurientibus, quia si paucis donasset pluribus defuisset. Eam liberalitatem probauit, quæ abũdaret omnibus. Patefecit horrea ut omnes emerent subsidium frumentarium, ne gratis accipiendo cultus terrarum relinquerent, quoniam qui alieno utitur suum negligit. Itaq; primum omnium coaceruauit pecunias, deinde instrumenta cætera, ad postremum iura terrarum regi acquisiuit, non ut omnes exueret suo, sed fulciret, publicum tributum cõ-

stitueret

Universidad de Deusto
Biblioteca

C stituerat,quo sua tutius habere possent.Quod ita fuit gratum omnibus quibus ter
ras ademerat,ut non uenditionem sui iuris,sed redemptionem salutis putarent.De
Gen.47. nicq; dixerunt: Sanasti nos,inuenimus gratiam in conspectu domini nostri. Nam
& de proprietate nihil amiserāt,qui ius receperant,& de utilitate nihil perdiderant,
qui acquisierant perpetuitatem. O uirum magnum qui non largitatis superfluæ
temporalem captauit gloriam,sed perpetuam commoditatem constituit prouiden
tiæ.Fecit enim ut tributis populi se iuuarent suis, nec in tempore necessitatis aliena
subsidia desiderarent.Melius enim fuit conferre aliquid de fructibus,quàm totum
de iure amittere.Quintam portionem collationis statuit, & in prouidendo perspi
Gen.41. cacior,& in tributo liberalior. Denicq; nunquam postea Ægyptus huiusmodi fa
mem pertulit.Quàm præclare autem collegit futura,Primum quàm argute regalis
interpres somnij ueritatem expressit.Somnium regis primum hoc fuit.Septem iu
uencæ ascendebant de flumine uisu decoræ,& pingues corpore, & ad oram pasce
bantur fluminis.Aliæ quoq; uitulæ uisu deformes ac ieiunæ corpore, post illas iu
uencas ascendebant de flumine,& iuxta eas in ipso riparum thoro pascebantur,&
uisæ sunt hæ uitulæ tenues atq; exiles deuorare illas quæ præstabant & forma &
gratia. Et somnium secundum hoc fuit,Septem spicæ pingues,electæ & bonæ de
terra surgebant,& post eas septem spicæ exiles & uento corruptæ ac marcidæ se sub
iicere moliebantur,& uisum est quod lætas & uberes spicas, steriles spicæ & tenues
deuorauerunt. Hoc somnium ita aperuit sanctus Ioseph, eo quod septem iuuen
cæ septem anni forent,& septem spicæ similiter septem anni forent, ex fœtu & fru
D ctu interpretatus tempora.Fœtus enim iuuencæ annum exprimit, & fructus sege
tis annum consumat integrum.Quæ ideo ascendebant de flumine,quod dies anni
ac tempora, fluminis prætereunt modo & cursim labuntur. Annos itaq; septem
priores,uberes terræ fertiles ac fœcundos declarat futuros.Posteriores autem alios
septem annos sterileis atque infœcundos, quorum sterilitas absumptura foret uber
tatem superiorum. Qua gratia prospiciendum admonuit, ut uberioribus annis
congregaretur subsidium frumentarium, quod sustentare posset inopiam futuræ
infœcunditatis.Quid primum mirer? Ingenium quo in ipsum ueritatis descendit
cubile,an consilium quo tam graui atq; diuturnæ prospexit necessitati, an uigilan
tiam atq; iusticiam, quarum altera imposito sibi tanto munere congregauit tam
multiplices commeatus,altera æqualitatem per omnes seruauit? Nam de magna
nimitate quid loquar? quod uenditus à fratribus in seruitutem non retulit iniu
riam, sed famem depulit? Quid de suauitate qua dilecti fratris præsentiam pia
fraude quæsiuit,quem simulato per elegantiam furto reum statuit rapinæ, ut obsi
Gen.49. dem teneret gratiæ? Vnde merito ei à patre dicitur: Filius ampliatus meus Io
seph,filius meus ampliatus,zelotes filius meus,filius meus adolescentior. Adiuuet
te deus meus, & benedicat te benedictione cœli à summo, benedictione terræ ha
bentis omnia propter benedictiones patris tui & matris tuæ. Præualuit super be
Deut.33. nedictiones montium manentium & desideria collium æternorum. & in Deute
ronomio: Qui uisus est inquit in rubo, ueniat super caput Ioseph, & super uerticē
ipsius,honorificus inter fratres suos primitiuus,tauri decus eius, cornua unicornis
cornua ipsius. In ipsis gentes uentilabit simul usq; ad extremum terræ. Ipsi decem
milia Effraim,& ipsi milia Manasses.

Aqualis

Aqualis meriti uiro consilium sit requirendum,Introducuntur Paulus & Ioseph. Caput XVII.

TALIS itaq; debet esse qui consilium alteri det,ut seipsum formam alijs
præbeat ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate,
in grauitate,ut sit eius sermo salubris atque irreprehensibilis,consilium
utile,uita honesta,sententia decora.Talis erat Paulus,qui cōsilium da
bat uirginibus,magisterium sacerdotibus,ut primum seipsum præberet nobis for- 1.Cor.7.
mam ad imitandum.Ideo & humiliari sciebat,sicut sciuit & Ioseph,qui summo or
tus patriarcharum genere,non dedignatus degenerem seruitutem,exhibebat eam
obsequijs,illustrabat uirtutibus. Sciuit humiliari, qui & uenditores & emptorem
passus est,& dominum appellabat eum. Audi humiliantem se: Si dominus meus Gen.39.
præter me nihil scit in domo sua, & omnia quæcunq; habet dedit in manus meas,
neq; subtractum est à me quicquam præter tē,quæ uxor illius es,quomodo faciam
uerbum malum hoc,& peccabo coram domino? Plena uox humilitatis,plena casti
moniæ.Humilitatis, quia domino deferebat honorificentiam, quia referebat gra
tiam.Plena quoq; castimoniæ,quia turpi flagicio contaminari,graue peccatum pu
tabat. Talis igitur debet esse consiliarius,qui nihil nebulosum habeat, nihil fallax,
nihil fabulosum,nihil simulatum quod uitam eius ac mores refellat,nihil improbū
ac maleuolum, quod auertat consulentes. Alia sunt enim quæ fugiuntur, alia quæ
contemnuntur. Fugimus ea quæ possunt nocere, quæ malicioſe possunt in noxam
serpere,ut si is qui consulitur dubia sit fide,& pecuniæ auidus,ut possit precio muta
B ri,si iniurioſus,hic fugitur ac declinatur.Qui uero uoluptuarius,intemperans,& si a
lienus à fraude,tamen auarus & cupidior lucri turpis,hic contemnitur. Quod enim
specimen industriæ, quem fructum laboris ædere potest, quàm recipere animo cu
ram ac sollicitudinem,qui se torpori dederit atq; ignauiæ? Ideo boni uir consilij di
cit:Ego autem didici,in quibus sum sufficiens esse. Sciebat enim omnium malorū
radicem esse auaritiam,& ideo suo contentus erat,alienū non requirebat. Satis mi
hi,inquit,est quod habeo,siue parum siue plurimum habeam, mihi plurimum est.
Expressius aliquid dicendum uidetur.Signato uerbo usus est.Sufficit mihi,inquit,
in quo sum,id est,nec deest nec superfluit.Nō deest,quia nihil quæro amplius. Nō
superfluit,quia non soli mihi habeo,sed pluribus. Hoc de pecunia. Cæterum de o
mnibus dici potest,quia sufficiebant illi præsentia,hoc est,non honorem maiorem,
non obsequia uberiora desiderabat,non gloriæ immodicæ cupidus,aut gratiam in
debite quærebat,sed debiti finem certaminis,patiens laboris,securus meriti præsto
labatur.Scio,inquit,& humiliari.Non ergo indocta humilitas,sed quæ habeat sui
modestiam & scientiā,laudi datur. Est enim humilitas formidinis, est & imperitiæ
atq; ignorantiæ.Ideo & scriptura ait: Et humiles spiritu saluabit. Prædare ergo di Psal.33.
xit:Scio & humiliari,id est,quo in loco, qua moderatione, quo fine,in quo officio,
in quo munere. Nesciuit Pharisæus humiliari, ideo deiectus est, sciuit publicanus,
ideo iustificatus est. Sciebat & abundare Paulus,qui animum habebat diuitem,&
si thesaurum diuitis non habebat.Sciebat abundare,quia non quærebat datum in
pecunia, sed requirebat fructum in gratia. Possumus & sic intelligere, quia sciebat
abundare,qui poterat dicere:Os nostrum patet ad uos ô Corinthij,cor nostrū di 2.Corinth.6.
latatum est.In omnibus erat imbutus,& saturari & esurire.Beatus qui sciebat satu

Grari

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rari in Christo. Non ergo illa corporalis sed spiritalis est saturitas, quâ operatur sci-
Deut. 8. entia. Et merito scientia opus est, quia nõ in pane solo uiuit homo, sed in omni uer-
bo dei. Ergo qui sic sciebat saturari & sic esurire, sciebat ut semp noua quæreret, esuri
re & sitire dominum. Sciebat esurire, qui sciebat, quia esurientes manducabunt, scie-
bat & poterat abundare, qui nihil habebat, & possidebat omnia.

Quod mali consiliarij sæpe fiant in ruinam, Introducitur Roboam con-
silio iuuenum deceptus. Cap. XVIII.

GREGIE itaque uiros alicui præsidentes muneri commendat iusticia,
Econtra iniquitas destituit atque impugnat. Exemplo nobis est scriptu-
3 Reg. 12. ra quæ dicit, cum populus Israël post mortem Salomonis rogasset fi-
lium eius Roboam, ut releuaret ceruices eorum à seruitute dura, & pa-
terni imperij temperaret austeritatem, illum spreto senili cõsilio de suggestione ado
lescentium responsum dedisse huiusmodi, quod & onus adijceret super patris iugũ
& leuiora grauioribus supplicijs mutaret. Quo responso exasperati populi respon-
derunt, Non est nobis portio cum Dauid, neq; hæreditas in filijs Iesse. Reuertere
unusquisq; in tabernacula tua Israël, quoniam hic homo neq; in principem neque
in ducem erit nobis. Itaque desertus à populo ac destitutus, uix duarum tribuũ pro
pter Dauid meritum habere potuit societatem.

Iusticia & beneuolentia & affabilitate non fucata plurimos
posse conciliari. Cap. XIX.

D CLARET ergo quoniam & æquitas imperia cõfirmet, & iniusticia dissol
uat. Nam quomodo potest malicia regnũ possidere, quæ ne unam qui-
dem priuatã potest regere familiam? Summa igitur benignitate opus
est, ut non solum publica gubernacula, sed etiam priuata iura tueamur.
Plurimum iuuat beneuolentia, quæ omnes studet beneficijs amplecti, deuincire of-
ficijs, oppignerare gratia. Affabilitatem quoq; sermonis diximus ad conciliandam
gratiam ualere plurimũ. Sed hanc uolumus esse synceram ac sobriam sine ulla adu
latione, ne simplicitatem ac puritatem alloquij dedeceat sermonis adulatio. Forma
enim esse debemus cæteris, non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate, ac
fide. Quales haberi uolumus, tales simus, & qualem affectum habemus, talem ape
riamus. Neq; dicamus in corde nostro uerbum iniquum, quod abscondi putemus
silentio ab eo qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoscit secreta uiscerũ
qui sensum uisceribus infudit. Ergo tanquam sub oculis constituti iudicis, quicquid
gerimus, in luce positum putemus, ut omnibus manifestetur.

Ad cõmendationes hominũ plurimũ ualere si probatis adhæreant: Exem
pla de patribus. Et dispares etiã ætate, uitæ delectari similitu-
dine, Exemplũ ponitur de Petro & Iohãne. Ca. XX.

PLVRIMVM itaq; prodest unicuicq; bonis iungi. Adolescẽtibus quo-
que utile, ut claros & sapientes uiros sequantur, quoniã qui congredié
sapientibus, sapiens est, qui autẽ cohæret imprudentibus, imprudens
agnoscitur. Et ad institutionẽ itaq; bonis iungi plurimũ proficit, & ad
probitatis

A probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes eorum se imitatores esse, qui
bus adhæserint, & ea conualescit opinio, quod ab his uiuendi acceperint similitudi
nem, cũ quibus cõuersandi hauserint cupiditatem. Inde tãtus Iesus Naue, quod eũ
non solum erudiuit ad legis scientiam Moysi copula, uerumetiam sanctificauit ad
gratiam. Denicq; cum in eius tabernaculo diuina refulgeret præsentia, & uideretur
maiestas dñi, solus erat in tabernaculo Iesus Naue. Moyses cum deo loquebatur:
Iesus pariter nube sacra tegebatur. Presbyteri & populus deorsum stabant: Iesus
cum Moyse ad accipiendam legem ascendebat. Omnis populus intra castra erat.
Iesus extra castra in tabernaculo testimonij: Cum columna nubis descenderet &
loqueretur cũ Moyse, quasi fidus astabat minister. Nec exibat de tabernaculo iu-
uenis, cum seniores longe positi diuina trepidarent miracula. Vbicq; igitur inter ad-
miranda opera & reuerẽda secreta sancto Moysi individuus adhærebat. Vnde fa
ctum est, ut qui fuerat socius conuersationis, fieret successor potestatis. Merito uir
huiusmodi euasit, ut sisteret fluminũ cursus, diceret: Stet Sol, & staret Sol quasi eius
spectator, uictoriæ noctem differret, diẽ produceret. Quod quidẽ Moysi negatũ
est, solus eligeretur, ut populum introduceret in terrã repromissionis. Magnus uir
fidei miraculis, magnus triũphis. Illius augustiora opera, huius prosperiora. Vter
q; igitur diuina subnixus gratia, ultra humanam processit cõditionem. Ille mari,
hic cœlo imperauit. Pulchra itaque copula seniorum atq; adolescentium. Alij te-
stimonio: alij solatio sunt: alij magisterio: alij delectationi. Omitto quod Abrahæ
B adhæsit Loth adolescentulus etiam proficiscenti, ne forte hoc propinquitatis ma-
gis fuisse existimetur, & necessariæ potius q̃ uoluntariæ adiunctionis. Quid de He-
lia atque Helisæo loquamur? Licet nõ expresse Helisæum iuuenem scriptura signi-
ficauerit, aduertimus tamen & colligimus iuniorem fuisse. In actibus Apostolorũ
Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silan, Paulus Timotheum, Paulus Titum.
Sed illis superioribus uidemas diuisa officia, ut seniores consilio prævalerent, iu-
uenes ministerio. Plerumque etiam uirtutibus pares, dispares ætatibus, sui dele
ctantur copula, sicut delectabãtur Petrus & Iohannes. Nam adolescentẽ legimus
in Euangelio Iohannem & sua uoce, licet meritis & sapientia nulli fuerit seniorum
secundus. Erat enim in eo senectus uenerabilis morum, & cana prudentia. Vita e- Sap. 4.
nim immaculata, bonæ senectutis stipendium est.

De laude miserationis & hospitalitatis, & malo prodigalitatis & inanis
fauoris, & hoc maxime in sacerdotibus reprehẽditur, qui omnia
ornate & ordinate agere debent. Caput XXI.

ADIVVAT hoc quoque ad profectum bonæ existimationis, si de po-
tentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum
sine perturbatione fieri potest, ne uideamur iactantiæ magis causa fa-
cere, quàm misericordiæ, & grauiora inferre uulnera, dũ leuioribus me
deri desideramus. Iam si oppressum opibus potentis, & factione magis quàm sce
leris sui precio grauatum liberaueris, egregiæ conualescit opinionis testimonium.
Commendat plerosque etiam hospitalitas. Est enim publica species humanitatis,
ut peregrinus hospitio non egeat, suscipiatur officiose, pateat aduenienti ianua.
Valde id decorum totius est orbis existimatione, peregrinos cũ honore suscipere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nō deesse mensæ hospitalitatis gratiā, occurrere officijs liberalitatis, explorare aduentus hospitum. Quod Abrahæ laudi est datum, qui ante ianuam suam speculabatur, ne forte præteriret peregrinus aliquis, & diligenter prætendebat excubias ut occurreret, ut præueniret, ut rogaret, ne transiret hospes, dicens: Domine si inue
Gen.18. ni gratiam ante te, ne præterieris puerū tuum. Et ideo pro hospitalitatis mercede
Gen.19. fructum posteritatis recepit. Loth quoq; nepos eius, non solū genere, sed etiā uirtute proximus, propter hospitalitatis affectum, Sodomitana à se suisq; supplicia detorsit. Decet igitur hospitalem esse, benignum, iustum, non alienipidum, immò de suo iure cedentē potius aliqua, si fuerit lacessitus. q̄ aliena iura pulsantē, fugitantem litiū, abhorrentem à iurgijs, redimentē concordiā & tranquillitatis gratiam. Si quidem de suo iure uirum bonū aliquid relaxare, non solū liberalitatis, sed plerū que etiam commoditatis est. Primū dispendio litis carere non mediocre est lucrū. Deinde accedit ad fructum quo augetur amicitia, ex qua oriuntur plurimæ cōmoditates, quæ contemnenti aliquo in tempore postea fructuosæ sint. In officijs autē hospitalibus omnibus quidem humanitas impartienda est, iustis autē uberior de
Matth.10. ferenda honorificentia. Quicunq; enim iustū receperit in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, ut dominus pronūciauit. Tanta aūt est apud deū hospitalitatis gratia, ut ne potus quidē aquæ frigidæ à præmijs remunerationis immunis sit. Vides quia Abraam deum recepit hospitio dum hospites quærit? Vides quia Loth angelos suscepit? Qui scis an & tu cum suscipis hospitem suscipias Christū? Licet in hospite sit Christus, quia Christus in paupere est, sicut ipse ait: In carcere eram, &
D nistis ad me, nudus eram, & operuistis me. Suaue est igitur non pecuniæ, sed gratiæ studere. Verum hoc malum iamdudū humanis influxit mentibus, ut pecunia honori sit, & animi hominū diuitiarum admiratione capiantur. Inde se immersit auaricia, ueluti quædam bonorum ariditas officiorum, ut homines damnū putēt, quicquid præter morem impenditur. Sed etiam in hoc aduersus auariciā, ne quod
Prouer.15. afferre possit impedimentum, prospexit scriptura uenerabilis, dicens: Quia melior est hospitalitas cum oleribus. Et infra: Melior est panis in suauitate cum pace. Non enim prodigos nos docet esse scriptura, sed liberales. Largitatis enim duo sunt genera. Vnum liberalitatis, alterum prodigæ effusionis. Liberale est hospitio suscipere, nudum uestire, redimere captiuos, non habentes sumptum iuuare.
Prouer.21a. Prodigum est, sumptuosis effluere conuiuijs & uino plurimo. Vnde legisti: Prodigum est uinum, & contumeliosa ebrietas. Prodigum est popularis fauoris gratia exinanire proprias opes. Quod faciunt qui ludis circensibus uel etiam theatralibus & muneribus gladiatorijs uel etiam uenationibus patrimonium dilapidant suum, ut uincant superiorum celebritates, cū totum illud sit inane quod agunt. Q̄ quidem etiā bonorū operū sumptibus immoderatū e[illegible] non deceat. Pulchra liberalitas erga ipsos quoq; pauperes mensuram tenere, ut abūdes pluribus, nō conciliandi fauoris gratia ultra modū fluere. Quicqd ex affectu puro ac syncero, pmitur, hoc est decorū, nō superfluas ædificatiōes aggredi, nec p̄termittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc conuenit, ornare dei templum decore cōgruo, ut etiā hoc cultu aula domini resplendeat, impensas misericordiæ conuenientes frequentare, quantum oporteat largiri peregrinis, non superflua sed competentia, non redundantia, sed cōgrua humanitati, ne sumptu pauperum, alienam sibi quærat gratiā, ne re-

A ne restrictiorem erga clericos aut indulgentiorem se præbeat. Alterum enim inhumanum, alterum prodigum, si aut sumptus desit necessitati eorum, quos à sordidis negociationis aucupijs retrahere debeas, aut uoluptati superfluat.

De modo inter remissionem & seueritatem conseruando, & quod simulata remissio grauiores aliquando causas adoriatur, exemplum de Absalon. Caput XXII.

QVIETIAM uerborum ipsorum & præceptorū esse mensuram cōuenit, ne aut nimia remissio uideatur, aut nimia seueritas. Plericq; enim remissiores malunt esse, ut uideantur boni. Sed nihil simulatū & fictum ueræ uirtutis esse certum est, quinetiā diuturnum esse non solet. In principio uernat, in processu tanquā flosculus dissipatur & soluitur, quod autem uerum ac syncerū alta radice fundatur. Et ut exemplis assertiones nostras probemus (quoniam quæ simulata sunt diuturna esse non possunt, sed tanquam ad tempus uirentia cito decidunt) ex ea familia ex qua nobis plurima ad uirtutis profectū exempla accersiuimus, unū simulationis & fraudis proferamus testimoniū. Absalon erat Da 2.Reg.15.
uid regis filius decore insignis, egregius forma, præstans iuuenta, ita ut uir talis in Israël non reperiretur, à uestigio pedis usq; ad uerticē immaculatus. Is fecit sibi currus, & equos, & uiros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, & stabat ante portā in uia, & si quem aduertisset regis iudicia quærentē, accedebat ad eum, dicens: Ex qua ciuitate es tu? Respondit ille: Ex una tribu sum de tribubus
B Israël seruus tuus. Referebat Absalon: Verba tua bona sunt & directa, & qui te audiat non est tibi datus à rege. Quis cōstituet me iudicem? Et quisquis ad me ueniet, cuicunq; fuerit iudicium necessariū, iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederent adorare eum, extendens manus suas, apprehendebat atq; osculabatur eos. Sic conuertit in se corda omniū, dum blanditiæ huiusmodi in timorum tangunt uiscerum sensum. Sed delicati isti & ambitiosi, elegerunt honorabilia & grata ad tempus & iocunda. Vbi autem patua processit dilatio, quam prudens omniū propheta paulisper cedendo interponendam putauit, non potuerunt tolerare ac sustinere. Denicq; non dubitans de uictoria Dauid, cōmendabat filiū dimicaturis, ut ei parcerent. Ideoq; nec prælio interesse maluit, ne uel referre arma parricidæ licet uideretur, sed tamen filio. Liquet igitur ea esse perpetua ac solida quæ uera sunt, & quæ syncere potius quàm dolo congregantur. Ea uero quæ simulatione atque assentatione parta sunt, non posse diu perseuerare. Aliàs filioli.

Quod pecunia redempti non diu fidem custodiant, quia quos semel pecunia redemeris, semper se remissione & adulatione putant recommendos. Caput XXIII.

QVIS igitur uel illos qui pecunia ad obedientiam redimuntur, uel eos qui assentatione inuitātur, fidos sibi arbitretur? Nam & illi frequenter se uendere uolunt, & isti imperia dura ferre nō possunt. Leui assentatiuncula facile capiuntur, si perstrinxeris uerbo, immurmurant, deserunt, infesti abeunt, indignantes relinquūt, imperare malunt quàm obedire. Quasi obnoxios beneficio, sub iectos sibi debere esse existimant, quos præpositos sibi habere debeant. Quis igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sibi fideles putet,quos uel pecunia uel adulatione sibi obligandos crediderit? Nam & ille qui pecuniam acceperit, uilem se & despectum indicat, nisi sæpe redimatur, itaque frequenter expectat precium suum: & ille qui obsecratione ambitus uidetur, uult semper rogari.

Bonis tantum artibus ad honores nitendum,maxime ecclesiasticos, nec inferiores ordines simulatis uirtutibus episcopo derogare, nec item episcopum clero esse inuidum, sed iustum in omnibus, maxime in iudicando. Cap. XXIIII.

ERGO bonis artibus & syncero proposito nitendum ad honorem arbitror,& maxime ecclesiasticū,ut neq; resupina arrogātia,uel remissa negligentia sit,neq; turpis affectatio,& indecora ambitio. Ad omnia abundat animi directa simplicitas, satisq; seipsa cōmendat. In ipso uero munere,neq; seueritatem esse duram conuenit,nec nimiam remissionē,ne aut potestatem exercere,aut susceptū officiū nequaquā implere uideamur. Enitendū quoq; ut beneficijs atq; officijs obligemus plurimos,& collatam reseruemus gratiā,ne iure beneficij fiant immemores,qui se grauiter læsos dolent. Sæpe em̄ usu uenit,ut quos gratia foueris uel aliquo superiore cumulaueris gradu,auertas si indigne aliquē eis præponendū iudices. Sed & sacerdotem beneficijs suis uel iudicijs fauere conuenit, ut æquitatem custodiat,& presbytero uel ministro deferre ut parenti. Neq; eos qui
D semel probati sunt arrogantes esse oportet,sed magis tanquā memores gratiæ,humilitatem tenere: neq; offendi sacerdotem,si aut presbyter,aut minister,aut quisquā de clero,aut misericordia,aut ieiunio,aut integritate,aut doctrina, aut lectione existimationem accumulet suam. Gratia enim ecclesiæ,laus doctoris est,bonum opus alicuius prædicari,ita tamen si nullo studio fiat iactātiæ. Laudent enim unūquenq; proximorū labia,& nō os suū,& cōmendent opera nō studia sua. Cæterū si quis nō obediat episcopo,extollere atq; exaltare sese desiderans,obumbrare merita episcopi simulata affectatione doctrinæ,aut humilitatis,aut misericordiæ, is à uero deuius superbit, Quoniam ueritatis ea est regula, ut nihil facias cōmendandi tui causa, quo minor alius fiat,neque si quid boni habeas,id ad deformationē alterius & uituperationem exerceas. Non defendas improbū,& sancta indigno cōmittenda arbitreris, neq; iterū urgeas & impugnes,cuius crimen nō deprehenderis. Nam cum in omnibus iniusticia cito offendat,tum maxime in ecclesia,ubi æquitatē esse oportet, ubi æqualitatē haberi decet,ut nihil sibi potentior plus uindicet,nihil usurpet ditior Siue enim pauper siue diues in Christo unū sunt. Nihil sanctior plus sibi arroget, Ipsum enim par est esse humiliorē. Sed nec personā alterius accipiamus in iudicio, gratia absit,causam merita decernant. Nihil sic opinionē,imò fidem grauat,quàm si in iudicādo potentiori dones causam inferioris, uel pauperem innocentē arguas, diuitem excuses reum culpæ. Pronum quippe est genus hominū fauere honoratioribus,ne læsos se putent,ne uicti doleant. Sed primū si offensam uereris,nō recipias iudicium,si sacerdos es,aut si quisquā alius, non lacessas. Licet tibi silere in negocio duntaxat pecuniario, quanquā sit constantiæ adesse æquitati. In causa autem dei, ubi cōmunionis periculum est,etiam dissimulare,peccatum est non leue.

Fauores

A Fauores & beneficia plus pauperibus quàm diuitibus eroganda,quia de eo quod diues forte dedignatur,pauper maximam tibi habet gratiam,& quod beneficia non sola fiant pecunia.

Caput XXV.

QVID aūt tibi prodest fauere diuiti? An quia citius amantem remuneret? His enim fauemus frequentius, à quibus referendæ uicē speramus gratiæ. Sed eo magis infirmo & inopi nos studere cōuenit,quia pro eo qui non habet,remunerationē speramus à domino Iesu,qui sub specie conuiuij generalem uirtutis ædidit formā,ut his potius nostra cōferamus beneficia qui nobis ea nō possunt repræsentare, dicens, ad conuiuiū atq; epulas non eos qui diuites sunt,sed pauperes inuitādos. Diuites enim rogari uidentur,ut ipsi quoq; nobis reddant cōuiuiū. Pauperes (quia nō habent quod restituant) cum acceperint,remuneratorem nobis faciunt dominū,qui se pro paupere obligandum obtulit. Ad ipsum quoque seculi usum collatio beneficij facta in pauperes magis quàm in locupletes,plus iuuat,quia diues dedignatur beneficiū,& pudet eū debitorē esse gratiæ, Quinetiā id quod collatū est sibi,meritis suis arrogat,quod uel ut debitū acceperit, uel ideo datum sit,eo quòd is qui dedit,reddendū sibi à diuite uberius æstimauerit. Ita in accipiendo beneficio,eoipso quod acceperint diuites,dedisse se magis q̄ accepisse existimant. Pauper uero & si nō habet unde reddat pecuniā,refert gratiam. In quo certum est,quod plus reddat q̄ acceperit. Pecunia enim nūmo soluitur,gratia nunq̄ exinanit̄. Reddendo uacuatur pecunia,gratia aūt & habendo soluitur,& soluendo retinet̄. Deinde quod diues refugit,pauper fatetur,quod sit obligatus debi-
B to,sibiq̄ subuentū,non honori suo delatū putat, donatos sibi arbitratur filios,uitā redditā,seruatā familiā. Quanto igitur melius,apud bonos quàm apud ingratos locare beneficiū? Vnde dominus ad discipulos ait: Nolite possidere aurū,neq; argentum,neq; pecuniā,qua uelut falce,pullulantē in pectoribus humanis succidit auaritiam. Petrus quoq; claudo (qui ex utero matris suæ portabatur) ait: Argentū & aurum nō habeo,sed quod habeo do tibi. In nomine Iesu Christi Nazareni, surge & ambula. Itaq; pecuniā nō dedit,sanitatē dedit. Quanto melius est salutē habere sine pecunia,q̄ pecuniā sine salute. Surrexit claudus qd' nō sperabat,pecuniā nō accepit quā sperabat. Sed hæc uix in sanctis domini reperiuntur,ut diuitiæ cōtemptui sint.

Matth.10.

Act.3.

De malo auaritiæ,Exempla de Balaam,& Acham,& Dalila. Cap.XXVI.

CAETERVM ita incubuerunt mores hominū ad admirationem diuitiarum,ut nemo nisi diues honore dignus putetur. Neque hic recens usus, sed iamdudū,quod peius est,inoleuit hoc uitiū humanis mentibus. Siquidem cum Hiericho magna ciuitas tubarū sacerdotalium sono corruisset,& Iesus Naue potiretur uictoria,cognouit infirmatā esse uirtutē populi per auaritiam atq; auri cupiditatē. Nam cum de spolijs urbis incensæ,sustulisset Acham ue stem auream & ducenta argenti didrachmata,& linguā auream,oblatus domino negare nō potuit,sed prodidit furtū. Vetus igitur & antiqua auaritia est, quæ cū ipsis diuinæ legis cœpit oraculis,imò propter ipsam reprimendam lex dei data est. Propter auaritiam Balac putauit Balaam præmijs posse tentari, ut malediceret populum patrum, & uicisset auaritia,nisi dominus à maledicto eum abstinere uetuisset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Et propter auaritiã præcipitatus Acham, in exitiũ deduxerat totam plebem parentum. Itaq; Iesus Naue, qui potuit solem sistere ne procederet, auaritiã hominũ non potuit sistere, ne serperet. Ad uocem eius sol stetit, auaritia nõ stetit. Sole itaq; stante confecit Iesus triumphũ, auaritia autẽ procedente penè amisit uictoriã. Quid fortissimum omnium Samson? nónne Dalilæ mulieris auaritia decepit? Itaq; ille qui rugientem leonẽ manibus discerpsit suis, qui uinctus & alienigenis traditus, sine ullo adiutore solus dissolutis uinculis, mille ex his peremit uiros, qui funes intextos neruis uelut mollia sparti fila dirupit, is super genua mulieris inflexa ceruice truncatus inuicti crinis ornatum prærogatiuã suæ uirtutis amisit. Influxit pecunia in gremium mulieris, & à uiro discessit gratia. Feralis igit auaritia, illecebrosa pecunia, quæ habẽtes cõtaminat, nõ habentes nõ iuuat. Esto tamẽ ut aliquãdo adiuuet pecunia, inferiorẽ tamen & ipsum desiderantẽ. Quid ad eũ, qui nõ desiderat, qui nõ requirit, qui auxilio eius nõ indiget, studio nõ flectitur? Quid ut alijs sit ille copiosior qui habet? Nunquid idcirco honestior quia habet quo honestas plerunq; amittitur, quia habet quod custodiat, magis cẽp; quod possideat? Illud em possidemus quo utimur. Quod aũt ultra usum est, nõ utiq; habet possessionis fructũ, sed custodiæ periculũ. Quod ergo non facile ejicitur

De benignitate, & quod excõmunicatio tardius sit exerenda. Cap. XXVII.

D Ad summã nouimus quod pecuniæ contẽptus iusticiæ forma sit, & ideo auaritiam declinare debemus, & omni studio intendere, ne quid faciamus unquã aduersus iusticiã, sed in omnibus gestis & operibus custodiamus eam. Si uolumus commendare nos deo, charitatẽ habeamus, unanimes simus, humilitatẽ sequamur, alter alterũ existimantes superiorẽ sibi. Hæc est enim humilitas, si nihil sibi quis arroget, sed inferiorẽ se esse existimet. Episcopus ut membris suis utatur clericis, & maxime ministris qui sunt uere filij, quẽ cuiq; uidebit aptũ muneri ei deputet. Cum dolore amputatur etiã quæ putruit pars corporis & diu tractatur si potest sanari medicamentis, si nõ potest, tunc à medico bono abscinditur. Sic episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia auferre ulcera, adurere aliqua, nõ abscindere, postremo quod sanari nõ potest cum dolore abscindere. Vnde pulcherrimũ illud præceptũ magis eminet, ut cogitemus nõ quæ nostra sunt, sed quæ aliorũ. Hoc enim modo nihil erit, quod uel irati nostro indulgeamus affectui, uel fauentes nostræ plus iusto tribuamus aliquid uoluntati.

De bono compassionis, & quod sacris ecclesiarũ thesauris non sit parcendum tempore necessitatis, Exempli causa inducitur Laurentius & ipse Ambrosius. Cap. XXVIII.

Hoc maximum incentiuũ misericordiæ, ut cõpatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorũ quantum possumus iuuemus, & plus interdum quàm possumus. Melius est enim pro misericordia causas præstare, uel inuidiã perpeti, cẽp; prætendere inclementiã, Vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus uasa mystica, ut captiuos redimeremus, quod Arrianis displicere poterat, nec tam factum displicere, quàm ut esset quod in nobis reprehenderent. Quis aũt est tam durus, immitis, ferreus, cui displiceat quod homo redimitur à morte, fœmina ab impuritatibus Barbarorum, quæ grauiores morte

A morte sunt, adolescentulæ, uel pueruli, uel infantes ab idolorũ cõtagijs, quibus mortis metu inquinabantur? Quã causam nos etsi non sine ratione aliqua gessimus, tamen ita in populo prosecuti sumus, ut cõfiteremur, multoq; fuisse cõmodius astruere, ut animas dño quàm aurũ seruaremus. Qui enim sine auro misit apostolos, & ecclesias sine auro cõgregauit. Aurum ecclesia habet, nõ ut seruet, sed ut eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantũ auri atq; argenti de templo domini Assyrij sustulerint? Nõne melius conflat sacerdos propter alimoniã pauperũ, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis? Nõne dicturus est dñs: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurũ, ut ministrasses alimoniã. Cur tot captiui deducti in cõmertium sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, ut uasa uiuentiũ seruares, cẽp; metallorũ. His nõ posset responsum referri. Quid enim dicerem? Timui ne templo dei ornatus deesset. Responderet: Aurũ sacramenta non quærunt, neq; auro placent, quæ auro nõ emuntur. Ornatas sacramentorũ, redemptio captiuorũ est. Et uere illa sunt uasa preciosa, quæ redimunt animas à morte. Ille uerus thesaurus est domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tũc uas dominici sanguinis agnosco, cum in utroq; uidero redemptionẽ, ut calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quàm pulchrũ ut cũ agmina captiuorũ ab ecclesia redimũtur, dicatur: Hos Christus redemit, Ecce aurũ quod probari potest, Ecce aurũ utile, Ecce aurũ Christi, quod à morte liberat, Ecce aurũ quo redimitur pudi

B citia, seruatur castitas. Hos ergo malui uobis liberos tradere, cẽp; aurũ reseruare. Hic numerus captiuorũ, hic ordo præstantior est, cẽp; species poculorũ. Huic muneri proficere debuit aurũ redemptoris, ut redimeret periclitantes. Agnosco infusum auro sanguinẽ Christi, non solũ irrutilasse, uerũetiam diuinæ operationis impressisse uirtutem redemptionis munere. Tale aurũ sanctus martyr Laurentius domino reseruauit, à quo cũ quærerentur thesauri ecclesiæ, promisit demonstraturũ se, Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes, dicẽs: Hi sunt thesauri ecclesiæ. Et uere thesauri, in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Deniq; apostolus ait: Habemus thesaurũ in uasis fictilibus. 2. Cor. 4.
Quos meliores thesauros habet Christus, quàm eos in quibus se esse dixit? Sic em scriptum est: Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, hospes eram, & collegistis me. Et infra: Quod em uni horũ feciſtis, mihi feciſtis. Quos meliores Iesus habet thesauros, quàm eos in quibus amat uideri. Hos thesauros demonstrauit Laurentius, & uicit, quod eos nec persecutor potuit auferre. Itaq; Ioachim qui aurũ in obsidione seruabat, nec dispensabat alimoniæ comparandæ, & autum uidit diripi, & se in captiuitatẽ deduci. Laurentius qui aurũ ecclesiæ maluit erogare pauperibus, cẽp; persecutori reseruare, pro singulari interpretationis uiuacitate sacrã martyrij accepit coronã. Nunquid dictũ est sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros ecclesiæ, uasa sacramentorũ uendere? Opus est, ut quis fide synceram & perspicaci prouidentia munus hoc impleat. Sanè si in sua aliquis deriuat emolumenta, crimen est, Sin uero pauperibus erogat, captiuũ redimit, misericordia est. Nemo em potest dicere, cur pauper uiuit. Nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum dei ædificatũ est. Nemo potest indignari, quia humãdis fidelibus reliquijs spacia laxata sunt. Nemo potest dolere, qa in

sepulturis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sepulturis Christianorũ,requies defunctorũ est.In his tribus generibus uasa eccle-
siæ etiam initiata confringere,conflare,uendere licet. Opus est ut de ecclesia mystici
poculi forma nõ exeat,ne ad usus nefarios sacri calicis ministeriũ transferatur. Ideo
intra ecclesiam primum quæsita sunt uasa quæ initiata nõ essent, deinde cõminuta,
postremo cõflata,per minutas erogationes dispensata egentibus,captiuorũ quoq; pre-
cijs profecerũt. Quod si desunt noua,& quæ nequaquã initiata uideantur,in hu
iusmodi usus quos supra diximus,arbitror omnia pie posse conuerti.

Depositа uiduarũ,imò omniũ fidelium in ecclesia cum sui etiam periculo conseruanda, Exemplum de Onia & Heliodoro, & seipso,& Ticinensi episcopo. Cap. XXIX.

ILLVD sanè diligenter tuendum est,ut depositа uiduarum intemerata maneant,sine ulla seruentur offensione,nec solum uiduarum, sed etiam omnium. Fides enim exhibenda omnibus, sed maior est uiduarũ causa & pupillorum. Denicq; hoc solo uiduarũ nomine(sicut in libris Macha-
2.Machab.3. bæorum legimus)cõmendatũ templo omne seruatum est. Nam cum indicium fa-
ctum esset pecuniarũ,quas in templo Hierosolymis maximas reperiri posse Symõ
nefarius Antiocho regi prodidit,missus in Hierusalem Heliodorus ad templũ ue-
nit,& summo sacerdoti aperuit indicij inuidiã,& aduentus sui causam. Tunc sacer-
dos depositа esse dixit uiduarũ uictualia & pupillorũ,quædam aũt Hircani Tobiæ
uiri sancti,eaq; demonstrauit. Argenti talenta quadringenta erant,auri uero du-
centa. Quæ cũ Heliodorus ereptũ ire uellet,& regis uendicare cõmodis,sacerdotes ante
D altare iactauerunt se,induti sacerdotales stolas,& deum uiuũ qui depositis legẽ de-
derat, flentes inuocabant custodem se præceptorũ præstare suorũ. Vultus uero &
color summi sacerdotis immutatus,declarabat doloreẽ animi,& mentis intentæ sol-
licitudinem. Flebant omes,quod in cõemptũ locus uenturus foret,si nec in dei tem-
plo tuta fidei seruaret custodia,accinctæq; mulieres pectus, & clausæ uirgines pul-
sabant ianuas,ad muros alij currebant,per fenestras alij prospectabant, omnes ad
cœlũ tendebãt manus,orãtes,ut suis dominus adesset legibus. Heliodorus aũt nec
his territus,quod intẽderat urgebat,& satellitibus suis ærariũ sepserat. Tum subito
apparuit illi terribilis eques,armis præfulgẽs aureis,equus aũt eius erat insigni orna
tus opertorio. Alij quoq; duo iuuenes apparuerũt in uirtute inclyta, decore grato,
cũ splendore gloriæ,specioſi amictu,qui circũsteterũt eũ,& utraq; ex parte flagella
bant sacrilegũ,sine ulla intermissione cõtinuato uerbere, Quid multa? Circũfusus ca
ligine in terrã concidit,& euidenti diuinæ operationis indicio exanimatus iacebat,
nec ulla spes in eo residebat salutis. Oborta est lætitia metuentibus,metus superbis,
dejectiq; ex amicis Heliodori quidã rogabant Oniam ut uitam poscere ei,quoniã
supremũ gerebat spiritũ. Rogante itaq; sacerdote summo,ijdem iuuenes iterũ,He-
liodoro apparuerũt, ijsdem amicti uestibus,& dixerũt ad eum: Oniæ summo sacer
doti gratias age, propter quem tibi uita est reddita. Tu autẽ expertus flagella dei,
uade & nuncia tuis omnibus,quantam cognoueris templi religionẽ,& dei potesta-
tem. His dictis non cõparuerunt. Heliodorus itaq; recepto spiritu, hostiã domino
obtulit,Oniæ sacerdoti gratias egit,& cũ exercitu ad regem reuertitur,dicẽs: Si quẽ
habes hostem aut insidiatorẽ rerũ tuarũ,illuc eum dirige,& flagellatũ recipies eum.

Seruanda

A Seruanda est igitur filij depositis fides,adhibenda diligentia.Egregie hinc uestrum
enitescit ministerium,si suscepta impressio potentis quam uel uidua uel orphani to
lerare non queant,ecclesiæ subsidio cohibeatur,Si ostendatis plus apud uos man-
datum domini,quàm diuitis ualere gratiã.Meministis ipsi quotiens aduersus rega
les impetus pro uiduarũ,imò omniũ depositis certamen subierimus. Cõmune hoc
uobiscũ mihi:recẽs exemplũ ecclesiæ Ticinensis proferã,quæ uiduæ depositũ quod
susceperat amittere periclitabat. Interpellante enim eo qui sibi illud imperiali rescri
pto uendicare cupiebat, clerici non tenebant autoritatem,honorati quoq; & inter-
cessores dati,nõ posse præceptis imperatoris obuiare ferebant. Legebatur rescripti
forma directior,magister officiorum statuta agens in rebus imminebat. Quid plu
ra? Traditũ erat. Tamen cõmunicato mecũ consilio, obsedit sanctus episcopus ea
conclauia,ad quæ translatum illud depositũ uiduæ cognouerat. Quod ubi non po
tuit auferri,receptũ sub chirographo est. Postea iterũ flagitabatur ex chirographo.
Præceptũ imperator iterauerat,ut ipse per semetipsum nos conueniret. Negatũ est.
& expositа diuinæ legis autoritate,& serie lectionis, & Heliodori periculo, uix tan-
dem rationem imperator accepit. Post etiam tentata fuerat obreptio,sed præuenit
sanctus episcopus ut redderet uiduæ quod acceperat. Fides interim salua est, op-
pressio non est formidini,quia iam res non fides periclitatur.

Qui fugiendi,& qui sint in bono zelandi. Cap. XXX.

B ILII fugite improbos, cauete inuidos. Inter improbum & inuidũ hoc
interest. Improbus suo delectatur bono, inuidus torquetur alieno. Il-
le diligit mala, hic bona odit, ut propè tolerabilior sit, qui sibi uult be-
ne, quàm qui male omnibus. Filij ante factum cogitate, & cum diutius
cogitaueritis,tunc facite quod probatis. Laudabilis mors cum occasio datur,rapien
da est ilico. Dilata gloria fugit, nec facile cõprehenditur. Fidem diligite,quoniã per
fidem & deuotionem Iosias magnum sibi ab uniuersis amorem acquisiuit,quoniã
celebrauit pascha domini, cũ esset annorũ decẽ & octo, quemadmodũ nemo ante
eum. Zelo itaque ut uicit superiores,ita & uos filij zelũ dei sumite. Exquirat uos dei
zelus & deuoret,ut unusquisq; uestrum dicat:Exquisiuit me zelus domus tuæ. Apo
stolus Christi zelotes dictus est, Quid de apostolo dico? Ipse dominus ait: Zelus
domus tuæ comedit me. Sit ergo inter uos dei zelus,nõ iste humanus quẽ inuidia
generat. Sit inter uos pax,quæ super omnẽ sensum est. Amate uos inuicem. Nihil
charitate dulcius,nihil pace gratius. Et uosipsi scitis,quod præ cæteris uos semper di
lexi & diligo. Quasi unius patris filij,coaluistis in affectũ germanitatis. Quæ bona
sunt tenete,& deus pacis & dilectionis erit uobiscum in domino Iesu,cui est honor,
gloria,magnificentia,potestas,cum spiritu sancto in secula [illegible] Quæ autem locis
[illegible]o est? Qua æstimatione
Etenim quasi ignoratur &
semper lætior, ut egenus
Nihil enim spectat uir iu-
stiam si alij uideatur pau-
um quæ æterna sunt æsti-

CAPITVLA LIBRI TERTII OFFICIORVM.

Quod sancti & in quiete maxima operentur & mira, ostenditur exemplis.

Honestum & utile apud Christianos unum esse,qui non quærimur sed æterna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De calumnia reprimenda,& beneficentia cũctis exhibenda,Exemplum de harmonia membrorũ,quæ ſingula ſingulis obſequuntur. Cap. III.
Alienis incõmodis noſtra lucra non quærenda. Cap. IIII.
Nihil à ſapientibus niſi quod honeſtum ſit expetendũ,& honeſtati ſalutem quoq; poſtponendã,in quo Dauid maxime cõmendatur & Iohannes. Cap. V.
Famis tempore ſubueniendũ,nec auaræ partis incubandũ,uel precia captanda,Exempla de Ioſeph,& diuite auaro in euangelio. Cap. VI.
Peregrinos tempore famis urbe non arcendos,quod nõ ſolum inhoneſtum, ſed & inutile propoſitis comprobatur exemplis. Cap. VII.
Honeſtatem ſaluti quoq; prælatam à deo comprobari,Exempla de Ioſue & Caleb & cæteris exploratoribus. Cap. VIII.
Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honeſtatem Dauid & Nabuthe imitari debere. Cap. IX.
Vitia uirtutibus obliterari, & perfidis etiam ac fraudulentis fidem oportere cuſtodiri,quod Ioſue Gabaonitis intimatur exhibuiſſe. Cap. X.
Auaros & fraudulentos interdum cupitis fraudari,ſemper autem apud deum maleuolentiæ reatu obnoxios teneri. Fabula de quodã Syracuſano, & paradigma de Doech Idumæo,& Anania. Cap. XI.
De malo temerarij iuramẽti,paradigma de Herode & Iepte,& quod filia eius ſponte ſua die condicta reuerſa, fidem illorũ præcellat Pythagoreorum, qui ſe uades inuicem dederunt. Cap. XII.
Quantum periculum Iudith honeſtatis intuitu ſubierit. Cap. XIII.
Quod ſemper honeſtatem ſequatur utilitas, quod licet apud homines aliter ſæpe contingere uideatur, apud deum tamen perpetuo ita eſſe comprobatur multis exemplis. Cap. XIIII.
Laus honeſtatis,magnanimitate Heſter, & fide Ionathæ commendatur & Abimelech. Cap. XV.
De moderamine amicitiæ conſeruandæ,clauditur uolumen. Cap. XVI.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS OFFICIORVM LIBER TERTIVS.

Quod ſancti & in quiete maxima operentur & mira,oſtenditur ex Moyſe & Heliſæo. Cap. I.

DAVID propheta docuit nos quãquã in ampla domo dejectiq; ex amicis Heliodoro apparuerũt, ijſde cum bono cõtubernali,ut ipſe ſibi diceret,& loqueretur ſupremũ gerebat ſpiritũ. Ambulare in corde noſtro, & conuerſari cum eo tanquam doti gratias age, propter uade & nuncia tuis omnit que filius eius ait:Bibe aquam de tuis uaſis, & de puteorũ tem. His dictis non cõpa tuorum fontibus,hoc eſt,tuo conſilio utere. Aqua enim al obtulit. Oniæ ſacerdoti gr ta,conſilium in corde uiri. Nemo,inquit,alienis particeps habes hoſtem aut inſidiat ſit tibi, fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & iocundare cum tua,

A tua uxore,quæ eſt tibi à iuuentute. Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarum cõfabulen
tur tecum. Non ergo primus Scipio ſciuit ſolus non eſſe,cum ſolus eſſet, nec minus
negocioſus cum ocioſus eſſet. Sciuit ante ipſum Moyſes,qui cum taceret clamabat,
cum ocioſus ſtaret præliabatur,nec ſolum præliabatur,ſed etiam de hoſtibus quos
non contigerat triumphabat, Adeo ocioſus ut manus eius alij ſuſtinerent, nec mi
nus quàm cæteri negocioſus qui ocioſis manibus expugnabat hoſtem,quẽ non po
terant uincere qui dimicabant. Ergo Moyſes & in ſilẽtio loquebatur, & in ocio ope
rabatur. Cuius autẽ maiora negocia,quàm huius ocia, qui quadraginta diebus po
ſitus in monte,totam legem complexus eſt,& in illa ſolitudine qui cum deo loque
retur non defuit? Vnde & Dauid ait: Audiam quid loquatur in me deus. Et quãto Pſal.48.
plus eſt,ſi cum aliquo deus loquatur quàm ipſe ſecum? Tranſibant Apoſtoli:& umbra eorum curabat infirmos. Tangebatur ueſtimenta eorum,& ſanitas defereba
tur. Sermonem locutus eſt Helias,& pluuia petit,nec cecidit ſuper terram tribus an 3.Reg.17.
nis & ſex menſibus. Iterum locutus eſt,& hydria farinæ nõ defecit, & uas oleo toto
famis diuturnæ tempore non eſt exaninatum. Et quoniã pleroſq; delectant belli
ra,Quid eſt præſtantius exercitus magni lacertis, an ſuis meritis cõfeciſſe prælium?
Sedebat Heliſæus in uno loco, & rex Syriæ magnam belli molem inferebat popu 4.Reg.6.
lo patrum,diuerſiſq; cõſiliorum acerbabat fraudibus, & circũuenire inſidijs molie
batur,ſed omnes eius apparatus propheta deprehendebat,& uigore mentis p gra
tiam dei ubiq; præſens,cogitatiões hoſtium ſuis annunciabat, & monebat quibus
cauerent locis. Quod ubi regi Syriæ manifeſtatum eſt, miſſo exercitu clauſit pro
B phetã. Orauit Heliſæus,& omnes illos cæcitate percuti fecit,& captiuos intrare Samariam,qui uenerant obſidere eum. Conferamus hoc ocium cũ aliorum ocio. Alij
enim requieſcendi cauſa abducere animum à negocijs ſolent,& à conuentu cœtuq;
hominum ſubtrahere ſeſe, & aut ruris petere ſecretum, captare agrorũ ſolitudines,
aut intra urbem uacare animo,indulgere quieti & tranquillitati. Heliſæus autẽ,aut
in ſolitudine Iordanem tranſitu ſuo diuidit, ut pars defluat poſteriõr,ſuperior au
tem in fontem recurrat,aut in Carmelo reſoluta difficultate generandi,inopina ſte
rilem conceptione fœcundat, aut reſuſcitat mortuos,aut ciborum temperat ama
ritudines,& facit farinæ admixtione dulceſcere,aut decem panibus diſtributis reli
quias colligit plebe ſaturata: aut ferrum ſecuris excuſſum,& in fluuij Iordanis mer
ſum profundo, miſſo in aquas ligno facit ſupernatare, aut emundatione lepro
ſum, aut ſiccitatem imbribus, aut famem mutat fœcunditate. Quando ergo iuſtus ſolus eſt, qui cum deo ſemper eſt? Quando ſolitarius eſt, qui nunquam ſeparatur à Chriſto? Quis nos, inquit, ſeparabit à dilectione Chriſti? Confido Roma.8.
quia neq; mors, neq; uita, neq; angelus. Quando autem feriatur à negocio, qui
nunquam feriatur à merito, quo conſummatur negocium. Quibus autem locis
circumſcribitur, cui totus mundus diuitiarum poſſeſſio eſt? Qua æſtimatione
definitur, qui nunquam opinione comprehenditur? Etenim quaſi ignoratur &
cognoſcitur, quaſi moritur & ecce uiuit, quaſi triſtis & ſemper lætior, ut egenus
& largus, & qui nihil habeat & poſſideat omnia. Nihil enim ſpectat uir iuſtus, niſi quod conſtans & honeſtum eſt. Et ideo etiam ſi alij uideatur pauper, ſibi diues eſt, qui non eorum quæ caduca, ſed eorum quæ æterna ſunt æſtimatione cenſetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Honestum & utile apud Christianos unum esse, qui non commoda temporalia sequimur sed æterna. Cap. II.

ET quoniam de duobus superioribus locis diximus, in quibus honestū illud & utile tractauimus, sequitur utrum honestatem & utilitatē inter se comparare debeamus, & quærere quid sit sequendum. Sicut enim supra tractauimus, utrum honestum illud an turpe esset, & secundo loco, utrum utile an inutile, similiter hoc loco, utrū honestum sit an utile, nonnulli requirendum putant. Nos autem monemus, ne hæc inter se uelut compugnantia inducere uideamur, quæ iam supra unum esse ostendimus, nec honestum esse posse nisi quod utile, nec utile, nisi quod honestum, quia nō sequimur sapientiam carnis, apud quam utilitas pecuniariæ istius commoditatis pluris habetur, sed sapientiam quæ ex deo est, apud quam ea quæ in hoc seculo magna æstimantur pro detrimento habentur. Hoc enim catorthoma, quod perfectum & absolutū officium est, à uero uirtutis fonte proficiscitur. Cui secundum est cōmune officium, quod ipso sermone significatur, non esse arduæ uirtutis ac singularis, quod potest plurimis esse commune. Nam pecuniæ compendia captare, familiare multis, elegantiori conuiuio & suauioribus delectari epulis usitatum est. Ieiunare autem & continentem esse paucorum est, & alieni cupidum non esse rarum est. Contra autē detrahere uelle alteri & non esse contentum suo. Nam in hoc cum plerisq; consortiū est. Alia igitur prima, alia media officia. Prima cum paucis, media cū pluribus. Deniq; in ijsdem uerbis frequenter discretio est. Aliter enim bonum deum dicimus, aliter hominem, aliter iustum deum appellamus, aliter hominem. Similiter & sapiētem deum aliter dicimus, aliter hominem. Quod & in euangelio docemur: Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester qui in cœlis est perfectus est. Ipsum Paulum lego perfectū & nō perfectum. Nam cum dixisset: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequar aūt sic ut comprehendam, statim subiecit: Quicunq; ergo perfecti sumus. Duplex est enim forma perfectionis, Alia medios, alia plenos numeros habens. Alia hic, alia ibi. Alia secundum hominis possibilitatem, alia secundum perfectionem futuram. Deus autem iustus per omnia, sapiens super omnia, perfectus in omnibus. Inter ipsos quoq; homines distantia est. Aliter Daniel sapiens, de quo dictum est: Quis Daniele sapientior, aliter alij sapientes. Aliter Salomon, qui repletus est sapientia super omnem sapientiam antiquorum, & super omnes sapientes Ægypti. Aliud est enim cōmuniter sapere, aliud sapere perfecte. Qui communiter sapit, pro temporalibus sapit, pro se sapit, ut alteri aliquid detrahat, & sibi adiungat. Qui perfecte sapit, nescit sua spectare commoda, sed ad illud quod æternum est, quod decorum atq; honestum toto affectu intendit, quærens non quod sibi utile est, sed quod omnibus. Itaq; hæc sit formula, ut inter duo illa honestum atq; utile errare nequeamus, eò quod iustus nihil alteri detrahēdum putet, nec alterius incommodo suum commodum augeri uelit. Hanc formam tibi præscribit Apostolus dicens: Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Hoc est, nemo cōmodum suum quærat, sed alterius, nemo honorem suum quærat, sed alterius. Vnde & alibi dicit: Alter alterum existimantes superiorem sibi, non quæ sua sunt singuli cogitantes, sed quæ aliorum. Nemo etiam suam gratiam quærat, nemo suam laudem, sed alterius.

D Matt. 5. Phil. 3. Exech. 28. 1. Cor. 10. Phil. 2.

Quod

A Quod euidenter etiam in Prouerbijs declaratum esse aduertimus, dicente sancto per Salomonem spiritu: Fili si sapiens fueris, tibi sapiens eris & proximis. Si autem malus euaseris, solus hauries mala. Sapiens enim alijs consulit sicut iustus, quando quidem consors sui est utriusq; forma uirtutis.

De calumnia reprimenda, & beneficentia cunctis exhibenda. Exemplum de harmonia membrorū, quæ singula singulis obsequunt. Ca. III.

SI quis igitur uult placere omnibus per omnia, quærat nō quod sibi utile est, sed quod multis, sicut quærebat & Paulus. Hoc est enim cōformari Christo, alienū non quærere, nihil alteri detrahere ut acquirat sibi. Christus enim dñs cum esset in forma dei, exinaniuit se ut formā susciperet hominis, quā operum suorum locupletaret uirtutibus. Tu ergo expolias, quē Christus induit? Tu exuis, quem uestiuit Christus? Hoc enim agis, quando alterius detrimento, tua commoda augeri expetis. Considera ō homo, unde nomen sumpseris, ab humo utiq; quæ nihil cuiquā eripit, sed omnia largitur omnibus, & diuersos in usum omnium animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas, specialis & domestica uirtus hominis, quæ consortē adiuuet. Ipsa te doceat forma tui corporis, membrorumq; usus. Nunquid membrum tuū alterius membri officia sibi uendicat, ut oculus officium oris, aut os oculi officiū sibi uendicet, aut manus pedū ministerium, aut pes manuum? Quinetiam ipsæ manus dextera ac sinistra dispartita habēt officia pleraq;, ut si usum cōmutes utriusq; aduersum naturam sit, priusq;
B totum hominem exuas, q̄ membrorū tuorū ministeria conuertas, si aut de sinistra cibum suggeras, aut de dextera fungaris ministerio sinistræ, ut reliquias ciborū abluas nisi forte poscat necessitas. Finge hanc & da oculo uirtutem, ut possit detrahere sensum capiti, auditū auribus, menti cogitationes, odoratum naribus, ori saporem & sibi conferat, nōne omnem statum dissoluet naturæ? Vnde pulchre Apostolus ait: Si totū corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi odoratus? Omnes ergo unum corpus sumus & diuersa membra, sed omnia corpori necessaria. Non em̄ potest membrū membro dicere, non es mihi necessariū, quinetiam ipsa quæ uidētur infirmiora membra esse, multomagis necessaria sunt, & maiorē plerunq; tuendi se requirunt sollicitudinem. Et siquid dolet membrū unum, cōpatiuntur ei membra omnia. Vnde q̄ graue est ut detrahamus aliquid ei cui nos compati oportet, & cui debemus consortium ministerij ei fraudi & noxæ simus? Hæc utiq; lex naturæ est, quæ nos ad oēm stringit humanitatem, ut alter alteri tanq̄ unius partes corporis inuicem deferamus. Nec detrahendum quicquā putemus, cū contra naturæ legē sit, non iuuare. Sic enim nascimur ut consentiant membra mēbris, & alterū alteri adhæreat, & obsequantur sibi mutuo ministerio. Quod si unū desit officio suo, impediantur & cætera. Vt si etuat oculum manus, nōne sibi operis sui usum negauit? Si pedem uulneret, quarūtorū sibi actuum profectū inuiderit? Et quanto grauius est totum hominē q̄ unum membrū detrahi? Iam si in uno membro totū corpus uiolatur, utiq; in uno homine cōmunio totius humanitatis soluitur, uiolatur natura generis humani, & sanctæ ecclesiæ congregatio, quæ in unum connexum corpus atq; compactum unitate fidei & charitatis assurgit. Christus quoq; dñs qui pro uniuersis mortuus est, mercedem sanguinis sui euacuatā dolebit. Quid q̄ etiā ipsa lex dñi

1. Cor. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C hanc formam tenendam edocet,ut nihil alteri detrahas tui commodi seruandi gra
tia, cum dicit: Non transferas terminos antiquos quos statuerunt patres tui, cum
uitulum errantem fratris tui reducendum præcipit, cum furem mori iubet, cum ue
tat mercennarium debita mercede fraudari, cum pecuniam sine usuris reddendam
censet? Subuenire enim non habenti humanitatis est,duritiæ autem plus extorque
re quàm dederis.Etenim si ideo inops auxilio tuo eguit, quia non habuit, unde de
suo redderet,nonne impium est, si sub humanitatis simulatione amplius ab eo po
scas,qui non habebat unde minus solueret? Absoluis igitur alteri debitorem,ut cõ
demnes tibi,& hanc humanitatẽ uocas, ubi est iniquitatis auctio. Hoc præstamus
cæteris animantibus,quod alia genera animantium conferre aliquid nesciunt.Feræ
Psal.36. autem eripiunt,homines tribuunt. Vnde & Psalmista ait:Iustus miseretur & tri
buit.Sunt tamen quibus & feræ conferant.Siquidem collatione sobolem suam nu
triunt,& aues cibo suo pullos satiant suos,homini autem soli tributũ est, ut omnes
tanquam suos pascat.Debetur istud ipso naturæ iure. Quod si non licet non dare,
quomodo detrahere licet? Nec ipsæ leges nos docent, quæ ea quæ detracta sunt
alicui,cum iniuria personæ aut rei ipsius cumulo,restitui iubent,quo furem à detra
hendo,aut pœna deterreant,aut mulcta reuocent.Pone tamen quod aliquis possit
aut pœnam nõ timere,aut mulctæ illudere.Nunquid dignum est ut aliqui alteri de
trahant? Seruile hoc uitium,& familiare ultimæ conditioni,adeo contra naturam,
ut inopia magis hoc extorquere uideatur,quàm natura suadere. Seruorum tamen
occulta furta,diuitum rapinæ publicæ.Quid autem tam contra naturã,quàm uio
lare alterum tui commodi causa,cum pro omnibus excubandum, subeundas mo
D lestias,suscipiendum laborem,naturalis affectus persuadeat,& glorioſum unicuiq;
ducatur,si periculis propriis quærat uniuersorum tranquillitatẽ,multoq; sibi unus
quisq; arbitretur gratius excidia patriæ reppulisse,quàm propria pericula,præstan
tiusq; esse existimet, quod operam suam patriæ impenderit, quàm si in ocio po
situs tranquillam uitam uoluptatum copijs functus egisset?

Alienis incommodis,nostra lucra non quærenda. Ca. IIII.

HINC igitur colligitur,quod homo qui secũdum naturæ formatus est di
rectionem ut obediat ei, nocere non possit alteri. Quod si cui noceat
naturam uiolet, neq; tantum esse commodi quod adipisci sese putet,
quantum incommodi quod ex eo sibi accidat. Quæ enim pœna gra
uior,quàm interioris uulnus conscientiæ? Quod seuerius iudicium quàm domesti
cum,quo unusquisq; sibi est reus,secũ ipse arguit quod iniuriam fratri indigne fece
rit? Quod non mediocriter scriptura condemnat dicens:Ex ore stultorum baculus
contumeliæ.Stulticiæ igitur condemnatur,qui contumeliam facit.Nonne hoc ma
gis fugiendum,quàm mors,quàm dispendium,quàm inopia,quàm exilium quàm
debilitatis dolor? Quis enim uitium corporis,aut patrimonij damnum,non leuius
ducat uitio animi,& existimationis dispendio? Liquet igitur id expetendum & te
nendum omnibus, quod eadem singulorum sit utilitas, quæ sit uniuersorum, ni
hilq; iudicandum utile, nisi quod in commune prosit. Quomodo enim potest uni
prodesse,quod inutile sit omnibus? Mihi certe nõ uidetur,qui inutilis est omnibus,
sibi utilis esse posse.Etẽ si una lex naturæ omnibus, una utiq; utilitas uniuersorũ.

Quod

A Quod si una utilitas uniuersorum, ad cõsulendum utiq; omnibus naturæ lege con
stringimur.Non est ergo eius qui consultum uelit alteri secundum naturam,nocere
ei aduersus legem naturæ. Etenim si hi qui in stadio currunt, ita feruntur præceptis
informari atq; instrui,ut unusquisq; celeritate,non fraude contendat,cursuq; quan
tum potest ad uictoriam properet, supplantare autem alterum aut manu deijcere
non ausit,quantomagis in hoc cursu uitæ istius,sine fraude alterius & circumscripti
one quærenda nobis uictoria est? Quærunt aliqui,si sapiens in naufragio positus,
insipienti naufrago tabulam extorquere possit, utrum debeat. Mihi quidem, & si
præstabilius communi uideatur usui, sapientem de naufragio quàm insipientem
euadere, tamen non uidetur quod uir Christianus, & iustus & sapiens quærere sibi
uitam aliena morte debeat, utpote qui etiam si in latronem armatum incidat, fe
rientem referire non possit,ne dum salutem defendit, pietatem cõtaminet.De quo
in euangelij libris aperta & euidens sententia est: Reconde gladium tuum.Omnis Matt.26.
enim qui gladio percusserit, gladio ferietur. Quis latro detestabilior,quàm persecu
tor qui uenerat ut Christum occideret? Sed nõluit se Christus persecutorum defen
di uulnere,qui uoluit suo uulnere omnes sanare.Cur enim te potiorem altero iudi
ces,cum uiri sit Christiani præferre sibi alterum,nihil sibi arrogare, nullum sibi ho
norem assumere, non uendicare meriti sui precium? Deniq; cur non tuum tolera
re potius incommodum,quàm alienum cõmodum diripere assuescas? Quid tam
aduersus naturam,quàm non esse contentum eo quod habeas,aliena quærere,am
bire turpiter? Nam si honestas secundum naturam (omnia enim fecit deus bona
B ualde) turpitudo utiq; contraria est. Non potest ergo honestati conuenire & turpi
tudini,cum hæc inter se discreta naturæ lege sint.

Nihil à sapientibus nisi quod honestum sit expetendum, & honestati sa lutem quoq; postponendam, In quo Dauid maxime commendatur. Caput. V.

SED iam ut etiam in hoc libro ponamus fastigium, in quo uelut in fine
disputationis nostræ dirigamus sententiam,ut nihil expetendum sit ni
si quod honestum.Nihil nanq; agit sapiens, nisi quod honestum sit,
nisi quod cum synceritate sine fraude sit,neq; quicquam facit, in quo se
crimine quoquam obliget,etiam si latere possit.Sibi enim est reus priusquam cæte
ris,nec tam pudenda apud eum publicatio flagitij,quàm conscientia est.Quod nõ
fictis fabulis ut Philosophi disputant, sed uerissimis iustorum uirorum exemplis
docere possumus.Non igitur ego simulabo terræ hiatum,quæ magnis quibusdam
dissiluerit soluta imbribus,in quem descendisse Gyges, atque ibi fabularium illum
equum æneum offendisse à Platone inducitur, qui in lateribus suis fores haberet,
quas ubi aperuit animaduertisse anulum aureum in digito mortui hominis, cuius
illic exanime corpus iaceret,auriq; auarum sustulisse anulum. Sed cum se ad pasto
res recepisset regios,de quorum ipse numero foret, casu quodam quod palam eius
anuli ad palmam conuerterat,ipse omnes uidebat, atq; à nullo uidebatur, deinde
cum in locum suum reuocasset anulum,uidebatur ab omnibus.Cuius solers factus
miraculi per anuli opportunitatem reginæ stupro potitus,necem regi intulit, cæte
risq; interemptis quos necandos putauerat,ne sibi impedimento forent,Lydiæ re

Universidad de Deusto
Biblioteca

C gnum adeptus est. Da inquit hunc anulum sapienti,ut beneficio eius possit latere,
cum deliquerit.Non minus fugiet peccatorum contagium,quàm si non possit late/
2.Tim.1. re.Non enim latebra sapienti spes impunitatis,sed innocentia est. Denique lex non
iusto est posita,sed iniusto,quia iustus legem habet mentis suæ,& æquitatis ac iu/
sticiæ suæ normam. Ideoque non terrore pœnæ reuocatur à culpa, sed honestatis re
gula.Ergo ut ad propositum redeamus,non fabulosa pro ueris,sed uera pro fabu/
losis exempla proferamus.Quid enim mihi opus est fingere hiatum terræ equum
æneum,anulumque aureum in digito defuncti repertum,cuius anuli tanta sit uis,ut
pro arbitrio suo qui eum sit indutus anulum, appareat cum uelit, cum autem no/
lit,conspectui se præsentium subtrahat,ut præsens non possit uideri? Nempe eò
tendit istud,utrum sapiens etiam si isto utatur anulo,quo possit propria flagitia ce
lare & regnum assequi,nolit ne peccare,& grauius ducat sceleris contagium,pœna/
rum doloribus,an uero spe impunitatis utatur ad perpetrandum scelus. Quid in/
quam mihi opus est figmento anuli,cum possim docere ex rebus gestis,quod uir sa
piens cum sibi in peccato non solum latendum sed etiam regnandum uideret si pec
catum admitteret,contra autem periculũ salutis cerneret si declinaret flagitium,eli/
geret tamen magis salutis periculum ut uacaret flagitio,quàm flagitiũ quo sibi re/
1.Reg.26. gnum pararet.Denique Dauid cum fugeret à facie regis Saul,cum eum rex cum tri
bus milibus uirorum electorũ ad inferendam necem in deserto quæreret,ingressus
in castra regis,cum dormientem offendisset,non solum ipse nõ percussit, sed etiam
protexit,ne ab alio qui simul ingressus fuerat,perimeretur. Nam cũ diceret ei Abi/
D sai:Conclusit hodie dominus inimicum tuum in manibus tuis,& nunc occidam eũ,
respõdit: Non cõsumas illum, quoniam quis iniecit manum suam in christum do
mini,& purus erit? Et addidit: Viuit dominus,quia nisi dominus percusserit illum,
aut nisi hora illius uenerit ut morjatur, uel in pugnam descenderit, & apponatur
mihi,non sit à domino injcere manum meam in christum domini. Itaque non per/
misit necari eum,sed solam lanceam quæ erat ad caput eius,& lẽticulam tulit aquæ,
dormientibus cunctis, egressus de castris transiuit in cacumen mõtis, & coarguere
cœpit stipatores regios, & præcipue principem militiæ Abner,quod nequaquam fi
dam custodiam regi & domino suo adhiberet.Deniq; demonstraret ubi esset lan/
cea regis,uel lenticula quæ erat ad caput eius.Et appellatus a rege lãceam reddidit.
& dominus inquit restituat unicuique iusticias suas,& fidẽ suam,sicut tradidit te do
minus in manus meas,& nolui injcere manum meam in christum domini.Et cum
hoc diceret,timebat tamen insidias eius & fugit,sedem exilio mutans. Nec tamen
aliæ potuisset salutem prætulit innocentiæ,cum iam secũdo facultate sibi tributa regis necãdi * no
luisset uti occasionis beneficio,quæ & securitatem salutis metuenti, & regnum offe/
rebat exuli. Vbi opus fuit Iohanni Gygeo anulo,qui si cuisset,nõ esset occisus ab
Herode? Præstare hoc illi potuit silentium suum, ut & uideretur & non occidere
tur.Sed quia non solum peccare se propter salutis defensionem passus non est,sed
ne alienum quidem peccatum ferre ac perpeti potuit,ideo in se causam necis excita
uit.Certe hoc negare non possunt,potuisse fieri ut taceret, qui de illo Gyge negant
potuisse fieri,ut anuli beneficio absconderetur.Sed fabula,& si uim non habet ueri/
tatis,hanc tamen rationem habet,ut si possit celare se uir iustus, tamẽ ita peccatum
declinet,quasi celare non possit,nec personam suam indutus anulum,sed uitã suam
Christum

A Christum indutus abscondat,sicut Apostolus ait: Quia uita nostra abscondita est Col.3.
cum Christo in deo.Nemo ergo hic fulgere quærat,nemo sibi arroget,nemo se ia/
ctet.Nolebat se Christus hic cognosci, nolebat prædicari in euangelio nomen suũ
cum in terris uersaretur,uenit ut lateret seculum hoc. Ergo & nos simili modo ab/
scondamus uitam nostram Christi exemplo,fugiamus iactantiam, prædicari non
expetamus, Melius est hic esse in humilitate,ibi in gloria.Cum inquit Christus ap Ibidem
paruerit,tunc & uos cum illo apparebitis in gloria.

Famis tpe subueniendũ,nec auare partis incubandũ,uel precia captanda.
Exempla de Ioseph,& diuite auaro in euangelio. Cap.VI.

NON uincat igitur honestatem utilitas,sed honestas utilitatem.Hãc di/
co utilitatem,quæ æstimatur secundum uulgi opinionem. Mortifice/
tur auaritia,moriatur concupiscentia. Sanctus in negociationem in/
troisse se negat,quia preciorũ captare incremẽta,non simplicitatis, sed
uersutiæ est.Et alius ait:Captans precia frumenti,maledictus in plebe est. Definita Prouer.11.
est sentẽtia,nihil disputationi relinquens:quale controuersiarum genus solet dicen/
di esse,cum alius alleget agriculturã laudabilem apud omnes haberi,fructus terræ
simplices esse triplos,plus qui seminauerit eum probatiorem fore,uberiores reditus.
industriæ non fraudari,negligentiam magis & incuriam ruris inculti reprehendi so
lere.Araui inquit studiosius,uberius seminaui,diligentius excolui,bono collegi pro
uentu,sollicitus recõdi,seruaui fideliter,prouide custodiui. Nunc in tempore famis
B uendo,subuenio esurientibus,uendo frumentum non alienum,sed meum,nõ plu/
ris quàm cæteri, immo etiã minori precio. Quid hic fraudis est, cum multi possent
periclitari si non haberẽt quod emerent? Nũ industria in crimen uocatur? Num di
ligentia reprehenditur? Num prouidentia uituperat? Fortasse dicat: Et Ioseph fru
menta in abundantia collegit,in charitate uendidit.Num carius alicuis emere com
pellitur? Num uis adhibetur emptori? Omnibus defertur emendi copia, nulli irro/
gatur iniuria.His igitur quantum cuiusque fert ingenium disputatis,exurgit alius di
cens:Bona quidem agricultura quæ fructus ministrat omnibus, quæ simplici indu
stria accumulat terrarum fœcunditatem,nihil doli,nihil fraudis interserens.Deniq;
siquid uitij fuerit,plus dispẽdij est,quia si bene aliquis seuerit melius meret,& si syn/
cerum tritici granũ seminauerit,puriorem ac syncerã messem colliget.Fœcunda ter/
ra multiplicatum reddit quod acceperat,fidelis ager fœneratos solet restituere pro/
uentus. De redditibus igitur uberis glebæ expectare debes tui mercedem laboris,
de fertilitate pinguis soli,iusta sperare compendia. Cur ad fraudem conuertis natu
ræ industriam & indulgentiam? Cur inuides usibus hominũ publicos partus? Cur
populis minuis abundantiã? Cur affectas inopiã? Cur optari facis à pauperibus
sterilitatẽ? Cum eĩ non sentiant beneficia fœcunditatis, te auctionante preciũ, te
condente frumentũ, optant potius nihil nasci,q; te de fame publica negociari. Am/
bis frumentorũ indigentiã,alimentorum penuriã,uberis soli partus ingemiscis,fles
publicam sterilitatẽ,horrea frugũ plena deploras, exploras qĩ sterilior prouentus
sit,quãdo exilior partus,uotis tuis gaudes arrisisse maledictũ,ut nihil usq; nascere/
tur. Turpe messem tuam uenisse lætaris, tunc tibi de omnium miseria congeris
opes, & hanc tu industriam uocas, hanc diligentiam nominas, quæ calliditatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uersutia,quæ astutia fraudis est: & hoc tu remedium uocas, quod est commentum nequiciæ? Latrocinium hoc an fœnus appellem? Captantur tanquam latrocinij tempora, quib⁹ in uiscera hominũ durus insidiator obrepas, Augetur preciũ tanq̃ sorte cumulatũ fœnoris,quo periculũ capitis aceruatur. Tibi conditæ frugis multiplicatur usura,tu frumentum quasi fœnerator occultas,quasi uenditor auctionatis. Quid imprecaris male omnibus,quia maior futura sit fames, quasi nihil frugũ superfit,quasi infœcundior annus sequatur? Lucrum tuũ damnum publicum est. Ioseph sanctus omnibus aperuit horrea,non clausit,nec precia captauit annonæ, sed perenne subsidium collocauit,nihil sibi acquisiuit, sed quẽadmodum fames etiã in posterum uinceretur, prouida ordinatione disposuit. Legisti quemadmodũ hunc frumentarij precij captatorem exponat in euangelio dñs Iesus,cuius possessio diuites fructus attulit,& ille quasi egens dicebat: Quid faciam,nõ habeo quò congregẽ. Luc.12. Destruam horrea mea,& maiora faciam,cum scire non posset, utrũ sequenti nocte anima sua ab eodem repeteretur. Nesciebat quid faceret,quasi ei alimenta deessent hærebat ambiguo. Non capiebãt horrea annonam,& ille se egere credebat. Recte igitur Salomon: Qui continet inquit frumentum,relinquet illud nationibus nõ hæ Prouer.11. redibus,qm̃ auariciæ emolumentum ad successorum iura nõ peruenit, Quod non legitime acquiritur, quasi uentis quibusdam ita extraneis diripientibus dissipatur. Et addidit: Captans annonã maledictus in plebe est, benedictio aũt in capite eius qui participat. Vides ergo qd̃ largitorẽ frumenti esse deceat,nõ precij captatorem. Non est igit̃ ista utilitas,in qua plus honestati detrahitur,cũ utilitati adiungit̃.

D Peregrinos tempore famis urbe non arcendos, quod non solum inhonestum sed & inutile propositis cõprobatur exemplis. Ca. VII.

SED & illi qui peregrinos urbe prohibent,nequaquam probãdi,expelle re eo tempore quo deberent iuuare, separare à commercijs communis parẽtis,fusos omnibus partus negare,inita iam cõsortia uiuendi * auet aliis auocare runcare, cum quibus fuerint communia iura,cum his nolle in tempore necessitatis subsidia partiri. Feræ non expellunt feras,& homo excludit hominem? Feræ ac bestiæ communem putãt omnibus uictum,quem terra ministrat. Illæ etiã conformem sui generis adiuuant,homo impugnat,qui nihil à se alienum debet credere quicquid humani est. Quanto ille rectius, qui cum iam prouecta processisset ætate,& famem toleraret ciuitas,atq; ut in talibus solet,peterent uulgo,ut peregrini urbe prohiberentur, præfecturæ urbanæ curam cæteris maiorem sustinens,conuocauit honoratos,& locupletiores uiros poposcit,ut in medium consulerent, dicens: quàm immane esset peregrinos eijci, quàm hominem exueret, qui cibum morienti negaret. Canes ante mensam impastos esse non patimur,& homines extrudimus? Quàm inutile quoq; tot populos mundo perire,quos dira conficeret labes, quantos urbi suæ perire,q solerent adiumento esse,uel in conferendis subsidijs,uel in celebrandis commercijs, neminem fame aliena iuuari, protrahere ut plurimum diem posse,non inopiam repellere,immo tot cultoribus extinctis,tot agricolis occidentibus,occasura in perpetuum subsidia frumentaria. Hos igitur excludimus qui uictũ nobis inferre consuerunt. Hos nolumus in tpe necessitatis pascere,q nos omni æta Deut.8. te pauerunt. Quãta sunt quæ ab ipsis nobis hoc ipso tpe ministrant? Non in solo pane

A pane uiuit homo. Nostra illic familia, pleriq; etiã nostri parentes sunt. Reddamus quod accepimus. Sed ueremur ne cumulemus inopiam. Primũ omnium misericordia nunq̃ destituitur, sed adiuuatur. Deinde subsidia annonæ quæ his impartienda sunt collationæ redimamus, reparemus auro. Nũquid his deficientibus,nõ alij nobis redimendi cultores uidẽtur? Quãto uilius est pascere q̃ emere cultores? Vbi etiam reparas? Vbi inuenias quẽ reformes? Adde: si inuenias quem ignarum & alieni usus,numero possis substituere,nõ cultui. Quid plura? Collato auro,coacta frumenta sunt. Ita nec abundantiã urbis minuit, & peregrinis alimoniã subministra uit. Quantæ hoc cõmendationis apud deum fuit sanctissimo seni? Quantæ apud homines gloriæ? Hic magnus uere probatus, qui uere potuit imperatori dicere: demonstrans prouinciæ totius populos, hos tibi omnes reseruaui, hi uiuũt beneficio tui senatus, hos tua curia iam morti abstulit. Quanto hoc utilius, q̃ illud quod proxime Romæ factũ est, eiectos esse urbe amplissima, qui iam plurimam illic ætatẽ transegerant, flentes cum filijs abijsse, quibus uelut ciuibus amoliendum exiliũ deplorarent, interruptas complurium necessitudines, direptas affinitates. Et certe arriserat anni fœcunditas, inuectitio urbs sola egebat frumento, potuisset iuuari, si perterent ab Italis frumentum, quorũ filij expellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere quasi suum. Quid illũ eijcis, qui de suo pascitur? Quid illũ eijcis, qui te pascit? Seruum retines, trudis parentem? Frumentum suscipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiam? Quàm deforme hoc q̃ inutile? Quomodo enim potest utile esse quod nõ decet? Quãtis corporatorũ subB sidijs, dudum Roma fraudata est? Potuit & illos non amittere, & euadere famem, expectatis uentorum oportunis flatibus, & speratarum commeatu nauiũ. Quàm uero illud superius honestum atq; utile? Quid enim tam decorum atq; honestũ, quàm collatione locupletum iuuare egentes, ministrare uictum esurientibus, nulli cibum defore? Quid tam utile, quàm cultores agrorum reseruari, non interire plebem rusticanorum? Quod honestum igitur utile, & quod utile honestum. Econtra, quod inutile, indecorum, quod autem indecorum, id etiam inutile.

Honestatem saluti quoque prælatam à deo comprobari. Exempla de Iosue & Caleb, & cæteris exploratoribus. Cap. VIII.

QVANDO maiores nostri seruitio exire potuissent, nisi id nõ solum turpe, sed etiam inutile credidissent, regi seruire Ægyptiorum? Iesus quoque & Caleb missi ad explorandam terram, uberem quidem terrã, sed à ferocissimis inhabitari gentibus nunciauerũt. Terrore belli populus infractus, recusabat terræ eius possessionem. Suadebant missi exploratores Iesus & Caleb terram esse utilem, indecorum putabant cedere nationibus, lapidari potius eligebant, quod minabat̃ populus, quàm decedere de honestate. Dissuadebant alij, plebs reclamabat, dicens: Aduersus diras & asperas gentes bellum fore, cadendum sibi in prælio, mulieres suas & pueros direptioni futuros. Exarsit domini indignatio, ut omnes uellet perdere, sed rogante Moyse temperauit sententiam, ultionem distulit, Satis esse perfidis supplicij iudicans, ut si parceret interim, nec percuteret incredulos, ad eam tamen terram quam recusauerant propter incredulitatis suæ precium non peruenirent, sed pueri & mulieres qui non immuramura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C murauerant,uel ſexu, uel ætate ueniabiles,caperent eius terræ promiſſam hæredita
tem.Deniq; quicunq; erant à uiceſimo anno & ſupra,in deſerto eorum membra ce
ciderunt,ſed aliorum dilata eſt pœna. Qui autem aſcenderunt cum Ieſu & diſſua/
dendum putauerunt,plaga mala ſtatim mortui ſunt . Ieſus uero & Caleb cum in/
noxia ætate uel ſexu in terram promiſſionis intrarunt. Pars igitur melior gloriam
ſaluti prætulit, deterior ſalutem honeſtati . Diuina autem ſententia eos probauit ,
qui honeſta utilibus præſtare arbitrabantur.Eos uero condemnauit,apud quos ea
quæ uidebantur ſaluti potius q̃ honeſtati accommoda præponderabant.

Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honeſtatem Dauid & Nabuthe imitari debere. Cap. IX.

NIHIL itaq; deformius,quàm nullum habere amorẽ honeſtatis,&uſu
quodã degeneris mercaturæ quæſtu ſollicitari ignobili, auaro æſtua/
re corde, diebus ac noctibus inhiare in alieni detrimenta patrimonij,
non eleuare animum ad honeſtatis nitorem,non cõſiderare ueræ lau/
dis pulchritudinem .Hinc naſcuntur aucupia quæſitæ hæreditatis , cõtinentiæ atq;
grauitatis ſimulatiõe captatæ,qd' abhorret à propoſito Chriſtiani uiri. Omne em̃
quod arte elicitũ & fraude compoſitũ eſt, caret merito ſimplicitatis. In ipſis q nullũ
eccleſiaſtici ordinis officiũ receperint , incongrua iudicatur affectatæ ambitio hære
ditatis.In ſupremo fine uitæ poſitos ſuũ habere iudiciũ, ut libere teſtent quod ſen
tiunt,qui poſtea non ſunt emendaturi , cum honeſtũ non ſit cõpendia alijs uel de/
bita,uel parata auertere , cum uel ſacerdotis uel miniſtri ſit prodeſſe ſi fieri poteſt
D omnibus,obeſſe nemini.Deniq; ſi nõ poteſt alteri ſubueniri,niſi alter lædatur, com
modius eſt neutrum iuuari, quàm grauari alterum. Ideoq; in cauſis pecuniarijs in/
teruenire non eſt ſacerdotis,in quibus non poteſt fieri, quin frequẽter lædatur alter
qui uincitur,q̃m interceſſoris beneficio ſe uictũ arbitrat. Sacerdotis eſt igitur nulli
nocere,prodeſſe uelle omnibus,poſſe aũt ſolius eſt dei.Nam in cauſa capitis noce/
re ei quem iuuare debeas periclitantem,non ſine peccato eſt graui.In cauſa aũt pe/
cuniæ odia quærere inſipientiæ eſt,cum pro ſalute hominis graues frequenter fiant
moleſtiæ,in quo etiam periclitari glorioſum ſit. Propoſita igitur forma in ſacerdo/
tis officio teneatur,ut nulli noceat,ne laceſſitus quidẽ & aliqua iniuria offenſus. Bo
Pſal.7. nus em̃ eſt uir qui dixit:Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quæ em̃ eſt gloria,ſi
eum non lædimus,qui nos non læſerit? Sed illa uirtus eſt,ſi læſus remittas. Quàm
honeſtũ,quod Dauid cũ potuiſſet regi inimico nocere,maluit parcere? Quàm etiã
utile,quia ſucceſſori hoc profuit,ut diſcerent oẽs fidẽ regi proprio ſeruare. nec uſur/
pare imperium,ſed uereri ? Itaq; & honeſtas utilitati prælata eſt, & utilitas ſecuta
eſt honeſtatem. Parũ eſt qd' pepercit,addidit q; etiã ire. Vello doluit occiſum,& fle/
2.Reg.1. biliter deplorauit dicens:Montes qui eſtis in Gelboe neq; ros neq; pluuia cadat ſu
per uos.Montes mortis,q̃m ibi ſublata eſt protectio potentũ,protectio Saul. Nõ
eſt unctus in oleo, ſed ſanguine uulneratorũ,& ex adipe belligeranti. Sagitta Io/
nathæ non eſt retro reuerſa,& gladius Saul non eſt reuerſus uacuus. Saul & Iona/
thas ſpecioſi & chariſſimi,inſeparabiles in uita ſua, & in morte nõ ſunt ſeparati.Su
per aquilas leuiores,ſup leones potentiores.Filiæ Iſraël plorate ſup Saul,qui ueſtie
bat uos ueſtimenta coccinea cũ ornamento ueſtro, qui imponebat aurũ ſup ueſti/
menta

A menta ueſtra.Quomodo ceciderunt potentes in media pugna? Ionathas in mor/
te uulneratus eſt.Doleo in te frater Ionatha, ſpecioſus ualde.Ceciderat amor tuus
in me,ſicut amor mulierum.Quõ ceciderunt potentes,& perierunt arma concupiſ/
cenda? Quæ mater unicum ſic defleret filium, quemadmodum hic defleuit inimi/
cum? Quis gratiæ auctorem tantis proſequeretur laudibus,quãtis iſte proſecutus
eſt inſidiatorem capitis ſui? Quàm pie doluit, quanto ingemuit affectu ? Aruerũt
montes ,pphetico maledicto,& diuina uis ſententiam maledicentis impleuit. Itaq;
pro regiæ necis ſpectaculo pœnam elemẽta ſoluerũt.Quid uero ſancto Nabuthæ,
quæ fuit cauſa mortis,niſi honeſtatis contemplatio ? Nam cũ ab eo uineã rex po/ 3.Reg.21.
ſceret,pecuniam daturũ ſe pollicens,indecorum precium pro paterna recuſauit hæ/
reditate,maluitq; morte declinare hmõi turpitudinem . Non mihi inquit fiat à do
mino,ut dem tibi hæreditatem patrũ meorũ. Hoc eſt, tantũ mihi opprobriũ non
fiat,nõ permittat deus tãtũ extorqueri flagitiũ.Nõ utiq; de uitibus dicit.Neq; em̃
de uitibus cura eſt deo,neq; de terreno ſpacio, ſed de iure loquitur patrum. Potuit
utiq; & aliam uineã de uineis regis accipere, & in amicis eſſe, in quo non mediocris
ſeculi huius utilitas æſtimari ſolet, ſed quod turpe erat iudicauit non uideri utile,
maluitq; periculum cum honeſtate, quàm utilitatem cum opprobrio. Vulgarẽ uti
litatem loquor nõ illã in qua etiam honeſtatis gratia eſt . Deniq; & ipſe rex potuit
extorquere,ſed impudens arbitrabatur,ſed occiſum doluit.Dominus quoq; mulie
ris immanitatem,quæ honeſtatis immemor ,turpe antetulit lucrum,cõgruo ſuppli
cio plectendã annũciauit. Turpis eſt itaq; omnis fraus.Deniq; etiam in rebus uili/
B bus execrabilis eſt ſtateræ fallacia ,& fraudulenta menſura.Si in foro rerum uenali
um in uſu cõmerciorum fraus plectitur,poteſt ne irreprehenſibilis uideri inter offi/
cia uirtutum? Clamat Salomon:Pondus magnum & exiguum , & menſuræ du/
plices ,immunda ſunt apud deum. Supra quoq; ait:Statera adultera abominatio Prouer.20.
eſt domino,pondus autem æquum,acceptabile eſt illi.

Vitia uirtutibus obliterari,& perfidis ac etiam fraudulentis fidem opor tere cuſtodiri,quod Ioſue Gabaonitis intimatur exhibuiſſe. Cap.X.

IN omnibus igitur decora eſt fides ,iuſtitia grata,menſura æquitatis io/
cunda.Quid aũt loquar de contractibus cæteris , ac maxime de coẽm/
ptione prædiorum , uel tranſactionibus atque pactis ? Nonne for/
mulæ ſunt,dolum malum abeſſe, eũq; cuius dolus fuerit deprehenſus,
duplici pœnæ obnoxium fore? Vbiq; igitur honeſtatis præponderat cõſideratio,
quæ dolũ excludit,fraudẽ eĩcit. Vnde recte generalem Dauid Propheta ,pmſit
ſententiã dicens: Nec fecit proximo ſuo malũ. Non ſolũ itaq; in contractibus in q Pſal.14.
bus etiam uitia eorum quæ ueneunt prodi iubentur,ac niſi intimauerit uenditor,q̃
uis in ius emptoris tranſcripſerit,doli actione uacuantur,ſed etiam generaliter in o/
mnibus dolus abeſſe debet,aperienda ſimplicitas,intimanda ueritas eſt . Veterem
aũt iſtã de dolo nõ iuriſperitorũ formulã , ſed patriarcharũ ſententiã ſcriptura di/
uina euidenter expreſſit in libro teſtamẽti ueteris, qui Ieſu Naue inſcribitur . Nam
cũ exiſſet fama per populos,ſiccatũ eſſe mare in Hebræorum trãſitu ,fluxiſſe aquã
de petra ,de cœlo diurnam miniſtrari alimoniã , tot populi milibus abundantem,
corruiſſe muros Hierico , ſacro tubarum ſono ictos & ululatu plebis arietatos.

gethæo/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Gethæorum quoq; regem uictum & suspensum in ligno usq; ad uesperam, Gabaonitæ metuentes ualidam manum, uenerunt cum uersutia simulantes se de terra longinqua esse, diuq; peregrinatos dirupisse calciamenta, detriuisse amictus uestium, quarum uetustescentium indicia monstrarent. Causam aũt tanti laboris emendæ pacis, & ineundæ cum Hebræis esse amicitiæ cupiditatem, & cœperunt ab Iesu Naue poscere ut secum firmaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorũ, atq; incolarum inscius, non cognouit fraudes eorum, neq; dñm interrogauit, sed cito credidit. Adeo sancta erat illis temporibus fides ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui cæteros de suo affectũ æstimant? Et quia ipsis amica est ueritas, mentiri neminem putant, fallere quid sit ignorant, libenter credunt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Sa-
Prouer.14. lomon ait: Innocens credit omni uerbo. Non uituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat: & si circumscribitur ab aliquo, de omnibus tamẽ bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus, ut crederet, testamentum disposuit, pacem dedit, cõfirmauit societatem. Sed ubi in terras eorum uentum est, deprehensa fraude, quod cum essent finitimi aduenas se esse simulauerant, circũscriptum sese populus patrum indignari cœpit, Iesus tamẽ pacem quam dederat reuocandã non censuit, quia firmata erat sacramenti religione, nedum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos uilioris obsequio ministerij. Clementior sententia, sed diuturnior. Manet enim officijs pœna ueteris astutiæ, hæreditario in hunc
D diem ministerio deputata.

Auaros & fraudulentos interdum cupitis fraudari, semper autem apud deum maleuolentiæ reatu obnoxios teneri. Fabula de quodam Syracusano, & paradigma de Doech Idumæo, & Anania. Caput. XI.

NON ego in hæreditatibus adeundis digitorũ percussiones, & nudi successoris salutatiõnes notabo: Nam hæc etiam uulgo notabilia, non simulatæ piscationis cõpositas copias ut emptoris illiceretur affectus. Cur enim tam studiosus luxuriæ ac delitiarum repertus est, ut huiusmodi fraudẽ pateretur? Quid mihi tractare de Syracusano illo amœno secretoq; secessu, & de Siculi hominis calliditate, qui cum peregrinum aliquem reperisset, cognito quod cupidus esset hortorum uenalium, ad cœnam in hortos rogauit. Promisit inuitatus postridie se uenire. Veniens offendit illic magnam piscatorum multitudinem, exquisitis copijs adornatum conuiuium, in prospectu cœnantium ante hortulos compositos piscatores, ubi nunquã ante iaciebant retia: unusquisq; quod cœperat certatim offerebat epulantibus, supra mensam pisces ingerebantur, oculos recumbentium resilientes uerberabant. Mirari cœpit hospes tantã copiam piscium, tantumq; numerum cymbarum. Responsum quærenti, aquationem illic esse, dulcis aquæ gratia, innumerabiles eò pisces cõuenire. Quid multa? Pellexit hospitem, ut sibi extorqueret hortos, uendere uolens cogitur, precium grauatim suscipit. Sequenti die ad hortos emptor cum amicis uenit, nauigium nullũ inuenit. Percontanti num aliqua piscatoribus eo esset die feriarũ solennitas, respõdetur, nulla, nec unquam

A nec unquã illic præter hesternũ diem piscari solitos. Quàm hic redarguendi haberet autoritatem doli, qui tam turpe captarit aucupiũ delitiarũ? Qui enim alterũ peccati arguit, ipse à peccato debet alienus esse. Non ergo huiusmodi nugas ego in hãc ecclesiasticæ censionis autoritatem uocabo, quæ generaliter condemnat omnem lucri turpis appetentiam, breuiq; sermonis cõpendio excludit leuitatem ac uersutiã. Nam de illo quid loquar, qui de eo testamẽto quod ab alijs licet factum, falsum tamen cognouerit, hæreditatem sibi aut legatum uendicet, & lucrum quærat alieno crimine, cum etiam leges publicæ eum qui sciens falso utitur, tanquã reum astringant facinoris? Regula autem iusticiæ manifesta est, quod à uero declinare uirum nõ deceat bonũ, nec damno iniusto afficere quenq;, nec doli aliquid annectere, fraudisue componere. Quid euidentius eo, quod Ananias, quia fraudauit de precio agri sui Act.5.
quem ipse uendiderat, & portionem pretij tanquam summæ totius numerum ante pedes posuit apostolorum, sicut reus fraudis interijt? Licuit utiq; illi nihil offerre, & hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraudem admiscuit, non liberalitatis gratiã reportauit, sed fallaciæ pœnam exoluit. Et dominus in euangelio cum dolo accedentes re- Math.8.
pudiauit, dicens: Vulpes foueas habent, quoniã in simplicitate cordis & in innocentia nos iubet uiuere. Dauid quoq; ait, Sicut nouacula acuta fecisti dolum: nequitiæ Psal.51.
arguens proditorem, eo quod instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerunq; ulcerat. Si quis igitur prætendat gratiã, & dolum nectat, Doech proditoris exemplo, ut eum quẽ celare & protegere debeat, prodat ad mortẽ, instrumenti istius cõparatione censetur, quod ebriæ mentis & titubantis uitio manus uul
B nerare cõsueuit. Sicut iste maliciæ ebrius uino per funestæ proditionis indiciũ Abi- 1.Reg.22.
melech sacerdoti necem detulit, eo quod prophetam hospitio suscepisset, quem rex inuidiæ accensus stimulis persequebatur.

De malo temerarij iuramenti, paradigma de Herode & Iepte, & quod filia eius sponte sua die condicta reuersa, fidem illorũ præcellat Pythagoreorũ qui se uades inuicẽ dederũt. C. XII.

PERVRVM igitur ac syncerum oportet esse affectum, ut unusquisq; simplicem sermonem proferat, uas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem suum circumscriptione uerborum inducat, nihil promittat inhonestum: at si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, cũ facere quod turpe sit. Sæpe pleriq; constringunt seipsos iurisiurandi sacramento, & cum ipsi cognouerint promittendũ non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciũt quod spoponderunt. Sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici præmium tur- Matth.14.
piter promisit, crudeliter soluit. Turpe quod regnum pro saltatione promittitur, crudele quod mors prophetæ pro iurisiurãdi religione donatur. Quãto tolerabilius tali fuisset periuriũ sacramento, si tamen periuriũ possit dici, quod ebrius inter uina iurauerat, quod euiratus inter saltantiũ choros promiserat. Infertur disco prophetæ caput, & hoc æstimatũ est fidei esse, quod amentiæ fuit. Neq; unquã adducar ut credam non incaute principem promisisse Iepte, ut immolaret deo quicquid sibi reuer- Iudic.11.
tenti intra limen domus suæ occurreret, cum & ipsum uoti pœnituerit sui, postquã filia occurrit sibi. Deniq; conscidit uestimẽta sua, & dixit: Heu me filia, impedisti mihi, impedisti mihi, in stimulũ dolorũ facta es mihi. Qui licet pio metu ac formidine acerbitatem duræ solutionis impleuerit, tamen luctum annuũ etiam posteris deplo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C randum ſtatuit ac dereliquit. Dura promiſſio, acerbior ſolutio, quã neceſſe habuit lugere etiam ipſe qui fecit. Deniq; factum eſt præceptũ & decretum in Iſraël ex die bus in dies. Ambulabunt, inquit, filiæ populi Iſraël, lugentes filiam Iepte Galaditæ quatuor diebus in anno. Non poſſum accuſare uirum qui neceſſe habuit implere quæ uouerat, ſed tamẽ miſerabilis neceſſitas quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt nõ Gen.22. uouere, quàm uouere id quod ſibi cui promittitur nolit exolui. Deniq; in Iſaac habemus exemplum, pro quo arietem deus ſtatuit immolari ſibi. Non ſemper igitur promiſſa ſoluenda omnia ſunt. Deniq; ipſe dominus frequẽter ſuã mutat ſententiam, ſicut ſcriptura indicat. Nam & in eo libro qui inſcribitur Numeri, propoſuerat Numeri.14. percutere morte, & perdere populũ, ſed poſtea rogatus à Moyſe, recõciliatus eſt po Numeri.16. pulo ſuo. Et iterum ad Moyſen & Aaron ait: Diuidite uos de medio ſynagogæ, & conſumabo eos ſimul. Quibus diſcedentibus à cœtu, Dathan & Abiron, atq; Chore ſubito impios terra prærupto ſoluta hiatu abſorbuit. Præcellentius & antiquius Iudic.11. iſtud exemplũ de filia Iepte, quàm illud quod memorabile habetur apud philoſophos de duobus Pythagoreis. Quorũ alter cum à tyrãno Dionyſio capitis damnatus eſſet, præſcripto mortis die, popoſcit ut domũ pergendi ei facultas daretur, quo cõmendaret ſuos. Ac ne reuertendi nutaret fides, uadem mortis obtulit, ea conditione, ut ſi ipſe deforet ad conſtitutũ diem, uas eius ſibi pro eo moriendum agnoſceret. Nec qualitatem ſponſionis qui offerebatur recuſauit, conſtanti q; animo diem necis præſtolabatur. Itaq; alter ſe nõ ſubtraxit, alter ad diem repedauit. Quod eouſq; fuit mirabile, ut tyrannus eos ſibi in amicitiam aſciſceret, quorum urgebat periculũ. Quod ergo in ſpectatis & eruditis uiris plenũ miraculi eſt, hoc in uirgine multo ma
D gnificentius, multoq; illuſtrius deprehenditur, quæ ingemiſcenti patri ait: Fac mihi ut exiuit de ore tuo. Sed ſpacium duorũ popoſcit menſium, ut cum æqualibus conuentum ageret in montibus, quæ uirginitatem eius prædeſtinatam neci pio affectu proſequerentur. Nec fletus æqualium mouit puellam, nec dolor flexit, nec gemitus retardauit, nec dies præteriit, nec fefellit hora. Rediit ad patrem, quaſi ad uotum rediret, & uoluntate propria cunctãtem impulit, fecitq; arbitratu ſpontaneo, ut quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis ſacrificium.

Quantum periculum Iudith honeſtatis intuitu ſubierit. Cap. XIII.

ECCE tibi Iudith ſe offert mirabilis, quæ formidatũ populis uirum Holofernem adiit, Aſſyriorũ triumphali ſeptũ caterua. Quem primo formæ gratia & uultus decore perculit, deinde ſermonis circumſcripſit elegantia. Primus triumphus eius quod integrũ pudorem de tabernaculo hoſtis reuexit. Secundus, quod fœmina de uiro reportauit uictoriam, fugauit populos conſilio ſuo. Horruerunt Perſæ audaciam eius. Vtiq; (quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) nõ expauit mortis periculũ, ſed nec pudoris quod eſt grauius bonis fœminis: nõ unius ictum carnificis, ſed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorũ fœmina, inter uictricia arma, ſecura mortis. Quantũ ad molem ſpectat periculi, moritura proceſſit, quantũ ad fidem dimicatura. Honeſtatem igitur ſecuta eſt Iudith, & dum eam ſequitur utilitatẽ inuenit. Honeſtatis enim fuit prohibere, ne populus dei ſe prophanis dederet, ne ritus patrios & ſacramenta proderet, ne ſacras uirgines, uiduas graues, pudicas matronas, Barbaricæ ſubiiceret impuritati,

A impuritati, ne obſidionẽ deditioe ſolueret. Honeſtatis fuit ſe malle, p omnibus periclitari, ut oms eximeret periculo. Quãta honeſtatis auctoritas, ut conſiliũ de ſummis rebus fœmina ſibi uendicaret, nec principibus populi committeret, Quanta honeſtatis auctoritas, ut deum adiutorem præſumeret, quanta gratia ut inueniret.

Quod ſemper honeſtatem ſequatur utilitas, quod licet apud homines aliter ſæpe contingere uideatur, apud deum tamen perpetuo ita eſſe compro batur multis exemplis. Caput XIIII.

QVID uero Heliſæus niſi honeſtatem ſecutus eſt, cũ exercitũ Syriæ, qui ad obſidendum eum uenerat, captiuum introduxit in Samariã, cuius 4.Reg.6. oculos cæcitate obduxerat, & dixit: Domine aperi oculos eorum ut uideant, & uiderunt? Itaque cum rex Iſraël percutere ingreſſos uellet, eamque ſibi dari à propheta facultatem poſceret, reſpondit: non percutiendos quorum captiuitatem nõ eſſet manu operatus, armisq; bellicis, ſed magis ſubſidio alimentorum iuuandos. Deniq; epularibus refecti copijs, nunq; poſtea in terram Iſraël Piratæ Syriæ reuertendũ putarũt. Quãto hoc ſublimius q̃ illud Græcorũ: quod cũ duo populi aduerſũ ſe de gloria imperioq; decertarẽt, & alter ex his haberet copiã, quẽadmodũ naues alterius populi danculo exureret, turpe credidit, maluitq; minus poſſe honeſte, q̃ plus turpiter. Et iſti quidẽ ſine flagitio hæc facere nequabant, ut eos qui cõſummandi belli Perſici gratia in ſocietatẽ cõuenerãt, hac fraude deperent, quã licet poſſent negare, nõ poſſent tñ non erubeſcere. Heliſæus autem
B non fraude deceptos licet, ſed poteſtate domini percuſſos, maluit tamen ſeruare q̃ perdere, quia decorum foret hoſti parcere, & aduerſario donare uitã, quã potuiſſet auferre, niſi perpeciſſet. Liquet igitur id quod decorũ eſt, ſemper eſſe utile. Nã & Iudith ſancta decoro contẽptu, ppriæ ſalutis ſoluit obſidionis periculũ, & publicã honeſtate, ppria acqſiuit utilitatẽ. Et Heliſæus glorioſius ignouit q̃ perculit, & utilius reſeruauit hoſtes q̃ cœperat. Quid aũt aliud Iohannes, niſi honeſtatem conſiderauit, ut inhoneſtas nuptias etiã in rege non poſſet perpeti dicens: Non licet tibi illam uxorem habere? Potuit tacere, niſi indecorũ ſibi iudicaſſet mortis metu uerum Marci 6. non dicere, inclinari regi, prophetica auctoritatem adulatione ſubtexere. Sciebat uticq; moriturũ ſe eſſe, quia regi aduerſabatur, ſed honeſtatem ſaluti prætulit. Et tamen quid utilius q̃ quod paſſionis uiro ſancto aduexit gloriã? Sancta quoq; Su- Daniel.13. ſanna denũciato falſi teſtimonij terrore, cũ hinc ſe uideret urgeri periculo, inde opprobrio, maluit honeſta morte uitare opprobriũ, quàm ſtudio ſalutis turpem uitã ſubire ac ſuſtinere. Itaq; dũ honeſtati intendit, etiã uitam reſeruauit, quæ ſi id q̃d ſibi uidebatur ad uitam utile præoptauiſſet, non tantam reportaſſet gloriã, immò etiam id quod non ſolum inutile ſed etiam periculoſum foret, pœnã criminis forſitan non euaſiſſet. Aduertimus igitur quia id quod turpe eſt, nõ poteſt eſſe utile, neq; rurſus id quod honeſtũ eſt inutile, quia cõplex honeſtatis eſt ſemper utilitas, & utilitatis honeſtas. Memorabile ferunt rhetores, quod dux Romanorum cum ad eũ aduectſarij regis medicus ueniſſet, pollicens daturum ſe regi uenenũ, uinctũ eum ad hoſtem remiſerit. Et reuera præclarum ut qui uirtutis certamẽ ſuſceperat, nollet fraude uincere. Non enim in uictoria honeſtatem ponebat, ſed ipſam, niſi honeſtate quæſitam, uictoriam turpem pronunciabat. Redeamus ad noſtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Moyſen,atq; ad ſuperiora reuertamur, ut quanto præſtantiora, tanto antiquiora promamus. Nolebat Ægypti rex populum dimittere patrum. Dixit Moyſes ſacerdoti Aaron,ut extenderet uirgam ſuam ſuper omnes aquas Ægypti. Extendit Aaron,& conuerſa eſt aqua fluminis in ſanguinem, & nemo poterat bibere aquã, omnesq; Ægyptij ſiti peribant, ſyncera autem fluenta patribus abundabant. Iactauerunt fauillam in cœlum, & facta ſunt ulcera, & ueſicæ cadentes in hominibus & quadrupedibus. Deduxerunt grandinem in igne flammeo, contrita erãt ſuper terram omnia. Rogauit Moyſes, & uniuerſa in ſuam gratiam reuertuntur. Grando ſedata eſt, ſanata ulcera, ſolitos potus flumina præbuerunt. Iterum caligantibus tenebris operta erat terra per triduum, ex quo Moyſes manũ leuauerat, & tenebras infuderat. Moriebatur omne primogenitũ Ægyptiorum, cum Hebræorũ omnis eſſet inoffenſa progenies. Rogatus Moyſes, ut his quoq; finem exitijs daret, oratuit & impetrauit. In illo prædicandũ, quod à fraudis conſortio tẽperauerit, in hoc mirabile, qm̃ diuinitus intenta ſupplicia, uirtute propria etiam ab hoſte detorſerit. Vere nimiũ, ſicut ſcriptum eſt, manſuetus & mitis, ſciebat quod fidem rex non ſeruaret promiſſi, tamen honeſtũ putabat ut rogatus oraret, læſus beneficeret, appetitus remitteret. Proiecit uirgã, & ſerpens factus eſt q deuorauit ſerpentes Ægyptiorũ, ſignificãs quod uerbũ caro fieret, quæ ſerpentis diri uenena uacuaret per remiſſionẽ & indulgentiã peccatorũ. Virga eſt em̃ uerbum directũ, regale plenũ poteſtatis, inſigne imperij. Virga ſerpens facta eſt, quoniã qui erat filius dei ex deo patre natus, filius hominis factus eſt natus ex uirgine, q quaſi ſerpens exaltatus in cruce,
D medicinã uulneribus infudit humanis. Vnde & ipſe dominus ait: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis. Deniq; & alterũ ſignũ ad dominũ Ieſum pertinet quod fecit Moyſes: Manũ ſuam miſit in ſinũ, & protulit eam, & facta eſt manus eius ſicut nix. Iterũ miſit & protulit eã, & erat ſicut carnis humanæ ſpecies, ſignificans domini Ieſu primũ fulgorem diuinitatis, poſtea ſuſceptionem carnis, in qua fide credere omnes gentes populosq; oporteret. Merito mannũ miſit, quia dextera dei Chriſtus eſt, in cuius diuinitatẽ & incarnationẽ ſi quis non crediderit, quaſi reprobus flagellat, ſicut iſte rex, qui qm̃ ſignis non credidit euidentibus poſtea flagellatus orabat, ut ueniã mereretur. Quantus igit̃ honeſtatis affectus eſſe debeat, ex his probatur, & eo maxime quod ſe obijciebat pro populo dicẽs: ut remitteret populo deus, aut certe de libro uiuẽtiũ ſe deleret. Tobias quoq; formã expreſſit honeſtatis euidẽtius, cũ relicto cõiugio mortuos ſepeliret, & ad cibos pauperũ mẽſæ inuitaret inopes: Raguel præcipue, q contẽplatione honeſtatis, cũ rogaretur ut filiã ſuã in cõiugiũ daret, uitia quoq; filiæ nõ tacebat, ne circũuenire petitorẽ uideretur tacendo. Itaque cũ Tobias filius Tobiæ poſceret ut ſibi daret puellam, reſpondit: lege quidẽ ipſi eã deberi tam̃q propinquo, ſed dediſſe ſe eam iam ſex uiris, & omnes eos eſſe mortuos. Iuſtus itaq; uir plus alienis timebat, & mallebat innuptã ſibi manere filiam, q̃ propter nuptias eius extraneos peri clitari. Quàm breuiter abſoluit omnes quæſtiones philoſophorũ. Illæ de uitijs tractant domorũ, tegẽda an prodẽda à uẽditore uideantur, hic noſter, nec filiæ uitia celanda arbitratus eſt. Et certe nõ ipſe affectabat ut eã traderet, ſed rogabatur. Quãto utique iſte honeſtior ſit illis, dubitare non poſſumus, ſi conferamus quanto præſtantior ſit filiæ cauſa quàm rei uenalis pecunia. Conſideremus aliud quod in ca-

Tobiæ 2. *Tobiæ 7.*

A in captiuitate geſtum ſummũ tenuit honeſtatis decorem. Nullis enim aduerſis honeſtas impeditur, quæ in his eminet, & magis præcellit quàm in proſperis. Inter uincula itaq; inter arma, flammas, ſeruitutẽ quæ liberis omi ſupplicio grauior eſt, inter pœnas morientiũ, excidia patriæ, uiuorũ formidinem, ſanguinem peremptorũ, nõ excidit tamẽ cura honeſtatis maioribus noſtris, ſed inter euerſæ patriæ cineres & fauillas, in affectibus pijs reſplenduit & reſulſit. Nam cum in Perſidem ducerẽtur patres noſtri, qui tunc dei omnipotẽtis cultores erant, acceptũ ignem de altari ſacerdotes domini occulte in ualle abſconderũt. Erat illic uelut patens puteus, aquæ ſeceſſu infrequens, nec populari uſui patens, ignoto & ab arbitris remoto loco, ibi obſigna uerunt indicio ſacro pariter ac ſilentio ignem recõditum. Non illis ſtudio fuit aurũ defodere, argentum abſcondere, quod ſeruarent poſteris ſuis, ſed inter extrema ſua honeſtatis curam habẽtes, ſacrum ignem ſeruandũ putarũt, ne eum uel impuri contaminarent, uel defunctorũ ſanguis extingueret, uel deformium ruinarum aceruus aboleret. Abierunt itaq; in Perſidem ſola religione liberi, quoniã ſola illis peruitatem extorqueri nequiuit. Poſt plurimũ uero temporis, quando placuit deo, dedit hanc mentem regi Perſarũ ut inſtaurari in Iudæa templũ, & legitimos reparari Hieroſolymis ritus iuberet. Cuius gratia muneris, Neemiam ſacerdotẽ rex Perſarũ direxit. At ille ſecũ deduxit illorũ ſacerdotũ nepotes, qui profecturi de patrio ſolo, ſacrum ne periret ignem abſconderant. Venientes aũt, ut patrũ ſermone eſt proditum, nõ inuenerũt ignem, ſed aquam craſſam. Et cum deeſſet ignis quo adolerent altaria, haurire eos aquã, Neemias ſacerdos ſibiq; deferre, & aſpergere ſuper ligna iuſ
B ſit. Tunc uiſu mirabile, cum eſſet cœlum intextum nubibus, ſol repente illuxit, accenſus eſt magnus ignis, ita ut omnes in tam euidenti domini gratia, factum ſtupentes lætitia perfunderentur. Orabat Neemias, pſallebant ſacerdotes hymnũ deo uſque quo conſumptum eſt ſacrificium. Iuſſit iterum Neemias reſidua aqua maiores per fundi lapides. Quo facto flamma accenſa eſt, lumen autem refulgens ab altari conſumptum ilico eſt. Hoc patefacto indicio, rex Perſarum eo loco in quo ignis fuerat abſconditus, & poſtea reperta eſt aqua, templũ fieri mandauit, cui inferebantur dona plurima. Appellauerũt autẽ illud qui erant cum ſancto Neemia, Epathar, quod interpretationem habet purificationis, à plurimis Nephthe uocatur. Inuenitur autem in deſcriptionibus Hieremiæ prophetæ, quod iuſſerit accipere de igne eos qui poſtea eſſent futuri. Hic eſt ignis qui cecidit ſuper ſacrificium Moyſi, & conſumpſit illud, ſicut ſcriptũ eſt: Quia exiuit ignis à domino, & conſumpſit uniuerſa quæ erant ſuper altare holocauſta. Hoc igne oportebat ſanctificari ſacrificium. Ideoq; & filios Aaron qui alienũ ignem inferre uoluerũt, exiuit iterum ignis à domino & conſumpſit eos, ita ut mortui extra caſtra proijcerentur. Veniens autem Hieremias in locũ, inuenit domũ in modum ſpeluncæ, & tabernaculũ, & arcam, & altare incenſi intulit illuc, & obſtruxit oſtium. Quod cum hi qui ſimul uenerant curioſius perſcrutarentur, ut notarent ſibi locũ, nequaq; cõprehendere atq; inuenire potuerunt. Vt aũt cognouit Hieremias quod affectaſſent, dixit: Ignotus erit locus, donec cõgreget deus congregationem populi, & propitius fiat. Tunc deus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas domini. Congregationem populi tenemus, propitiationem domini dei noſtri agnoſcimus, quã propitiator in ſua operatus eſt paſſione. Arbitror quod nec ignẽ iſtum poſſimus ignorare, cũ legerimus, quia baptizat dominus Ieſus in ſpiritu ſan-

2. Machab. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cto & igni,ſicut in euangelio dixit Iohannes. Merito conſumebatur ſacrificiū,quo-
niam pro peccato erat. Ille autē ignis typus ſpiritus ſancti fuit,qui deſcenſurus erat
poſt domini aſcenſionem,& remiſſurus peccata omniū, qui quaſi ignis inflammat
Hiere.20. animum ac mentem fidelem. Vnde ait Hieremias accepto ſpiritu: Et factum eſt in
corde meo ut ignis ardens,flammigerans in oſſibus meis,& diſſolutus ſum undiq;,
& ferre non poſſum. Sed & in actibus apoſtolorū cum decidiſſet ſuper apoſtolos
ſpiritus ſanctus,& pleroſq; qui expectabant promiſſa domini,tanq; ignem diſper
ſas eſſe linguas legimus. Deniq; ſic uaporabatur ſingulorū animus,ut muſto reple-
ti eſſe æſtimarentur,qui acceperāt linguarū diuerſitatem. Quid ergo ſibi uult quod
ignis aqua factus eſt,& aqua ignē excitauit,niſi quia ſpiritalis gratia per ignem exu
rit,per aquam mundat peccata noſtra? Elicitur enim peccatum,& exuritur. Vnde &
1.Cor.3. apoſtolus ait: Vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis probabit. Et infra: Si cuius opus ar
ſerit,detrimentum patietur,ipſe autem ſaluus erit,ſic tamen quaſi per ignem. Quod
ideo poſuimus,ut probaremus per ignem exuri peccata. Notum eſt ergo hunc eſſe
uere ignem ſacrum,qui tunc in typo futuræ remiſſionis peccatorum deſcendit ſuper
ſacrificium. Hic igitur ignis abſconditur captiuitatis tempore quo culpa regnat,tem
pore autem libertatis promitur. Et licet in aquæ ſpeciem mutatus, tamen ſeruat
ignis naturam, ut conſumeret ſacrificium. Nec mireris,cum legeris,quia pater deus
Hiere.2. dixit: Ego ſum ignis conſumens. Et alibi: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ.
Ipſe quoq; dominus Ieſus quaſi ignis inflammat audientium corda, quaſi fons re-
frigerat. Nam ipſe in euangelio ſuo dicit, quod ideo uenerit ut ignem in terras mit-
D teret, & potum ſitientibus aquæ uiuæ miniſtraret. Heliæ quoq; tempore deſcendit
3.Reg.18. ignis,quando prouocauit prophetas gentiū ut altare ſine igne accenderent. Et cum
illi nequiſſent facere,hoſtiam ſuā tertio ipſe perfudit aqua, & manabat aqua in cir-
cuitu altaris,& exclamauit,& cecidit ignis à domino de cœlis,& cōſumpſit holocau-
ſtum. Hoſtia illa tu es, Conſidera tacitus ſingula. In te deſcendit uapor ſpiritus ſan
cti,te uidetur exurere cum tua peccata conſumit. Deniq; quod conſumptū eſt ſacri-
ficium Moyſi tempore,ſacrificium pro peccato erat. Vnde Moyſes ait,ſicut in Ma-
chabæorum ſcriptū eſt libro,eo quod nō ſit manducatū quod erat pro peccato,con
ſumptum eſt. Nōne tibi conſumi uidetur,quādo in baptiſmatis ſacramento interit
Rom.6 homo totus exterior? Vetus homo noſter exterior crucifixus eſt cruci, apoſtolus cla
mat. Illic ſicut patrū exempla te docent Ægyptius demergit, Hebræus reſurgit ſan
cto renouatus ſpiritu, qui etiā per mare rubrū inoffenſo tranſiuit ueſtigio, ubi bapti
2.Cor.4. zati ſunt patres ſub nube,& in mari. In diluuio quoq; Noē tempore mortua eſt o-
mnis caro, iuſtus tamē cū ſua progenie ſeruatus eſt. An nō cōſumitur homo,cū ab-
ſorbetur mortale iſtud à uita? Denique exterior corrūpitur,ſed interior renouatur.
Nec ſolū in baptiſmate,ſed etiā in pœnitentia fit carnis interitus ad profectū ſpūs,
1.Cor.5. ſicut apoſtolica docemur autoritate,dicēte ſancto Paulo: Iudicaui ut præſens cum
qui ſic operatus eſt tradere huiuſmodi ſatanæ in interitū carnis,ut ſpūs ſaluus ſit in
die dñi noſtri Ieſu Chriſti. Prolixior excurſus admirādi gratia myſterij factus uide
tur,dum ſtudemus reuelatū plenius ſacramentum pandere,quod eouſq; plenū ho
neſtatis eſt ut ſit plenum religionis. Quanta aūt honeſtatis cura maioribus fuit, ut
unius mulieris iniuriā ſtupro illatam intemperantiū bello perſequerentur,& uicto
populo tribus Beniamin obteſtarent in coniugiū ſe eis proprias filias nō daturos.

reman

A Remanſerat tribus ſine ullo poſteritatis ſubſidio,niſi fraudis neceſſariæ accepiſſet li
centiam. Quæ tamē indulgentia cōgruo intemperātiæ ſupplicio nō uidetur uacare,
quādo illis hoc ſolū permiſſum eſt,ut raptu inirent cōiugia,nō connubij ſacramēto.
Et reuera dignū fuit, ut qui alienū contuberniū ſoluerant, ipſi nuptiarū amitterent
ſolennitatē. Quàm plena aūt miſerationis hiſtoria, Vir,inquit, Leuita acceperat ſi- Iudic.19.
bi iugalem,quā à cōcubitu cōcubinā appellatā arbitror, quæ aliquāto poſt quibuſ-
dam,ut fieri ſolet,offenſa rebus ad patrem ſe cōtulit,& fuit illic quatuor menſibus.
Exurrexit uir eius & abijt ad ſoceri ſui domū, ut cū ſua iugali repararet gratiā,& re-
uocaret eam,ac reduceret. Occurrit mulier,atq; in domū patris ſui introduxit mari-
tum. Lætatus adoleſcentulæ pater,uenit obuiā,& ſedit cum eo tribus diebus,& epu
lati ſunt,& quieuerūt. Et ſequenti die ſurrexit Leuita diluculo, & retentus eſt à ſoce-
ro,ut tam cito nō deſereret conuiuij iocunditatē. Et alio & tertio die nō permiſit pa-
ter adoleſcentulæ proficiſci generū ſuum,donec lætitia & gratia inter eos omnis con
ſummaretur. Sed die ſeptimo cū iam ad ueſperū declinaret dies,poſt menſas & læ-
ta cōuiuia,cum prærexeret finitimæ noctis uiciniā,ut apud ſuos potius q̄ apud ex-
traneos requieſcendū putaret,nequiuit tenere,& dimiſit unà cū filia ſua uirū. Verū
ubi facta eſt aliqua progreſſio,cū ueſper iam propior urgeret, & appropinquandū
foret ad urbem Iebuſæorū, dicente ſeruulo ut ad eam dñs ſuus deflecteret, non ac-
quieuit dominus ſuus,quia nō erat ea ciuitas filiorū Iſraël,ſed intendit peruenire uſ
que Gabaa,quæ habitabatur à populo tribus Beniamin. Nec erat quiſquā qui ad-
uenientes reciperet hoſpitio,niſi uir peregrinus progreſſa ætate. Qui cum aſpexiſſet
B eos,interrogauit Leuitā: quò uadis,uel unde uenis? quo reſpōdente quod eſſet uia-
tor,& repeteret montem Effrem,& nō eſſet qui colligeret eum,hoſpitiū obtulit, ad-
ornauit cōuiuium. At ubi ſatietas epulandi facta eſt,& menſæ remotæ,irruentes pe
ſtilentes uiri circūierunt domum. Tunc ſenior filiam ſuam uirginem,& coæqualem
eius cum qua cubitare ſolita eſſet offerebat uiris iniquitatis, tantum ne uis irroga-
retur hoſpiti. Verum ubi parum ratio proceſſit & ius uir prævaluit, ceſſit Leuites iu-
galem ſuam. Et cognouerunt eam,& tota nocte illuſerunt ei. Qua atrocitate uel do
lore uicta iniuriæ,ante hoſtiū hoſpitij quo uir ſuus diuerterat proiecit ſe atq; exha-
lauit ſpiritum,ſupremo licet uitæ munere affectum bonæ coniugis ſeruans, ut exe-
quias ſaltem ſui funeris marito reſeruaret. Quo cognito (ne multis morer) omnis
propè populus Iſraël in bellum exarſit, dubioq; euentu cum anceps maneret præ-
lium, tertia tamen præliandi uice traditus eſt populus Beniamin populo Iſraël,
& diuina iudicatus ſententia pœnas intemperantiæ luit. Condemnatus quoque ne
quis ei ex numero patrum filiam ſuam daret in uxorem. Id confirmatū iuriſiurandi
ſacramento eſt. Sed compuncti quod tam acerbam in fratres tuliſſent ſententiā, ita
ſeueritatem eius temperauerūt, ut orbatas parentibus uirgines in coniugiū ſibi aſci
ſcerent,quorū patres pro delicto perempti forent,uel raptu copulam ſociarent,quia
pro tam turpis cōmiſſi facinore, qui alieni matrimonij ius uiolauerant indignos ſe
impetrando exhibuere matrimonio. Sed ne periret una populo tribus, fraudis in-
dulta eſt coniuentia. Quanta igitur honeſtatis cura maioribus fuerit, hinc proditur,
ut quadraginta milia uirorum ſtringerent gladium aduerſus fratres ſuos de tribu
Beniamin, dum ulciſci uolunt iniuriam impudicitiæ, quia temeratores caſtitatis Aliàs nō offe
non ſufferebantur. Itaque eo bello cæſa ſunt utrinque ſexagintaquinque milia rebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bellatorũ, & exustæ urbes. Et cum inferior primo fuisset populus Israël, tamen nec aduersi metu belli percitus uindicandæ castitatis sequestrauit dolorem. Ruebat in prælium,uel sanguine suo parans cõmissi flagitij diluere notam.Et quid mirũ si populo dei decorũ illud atq; honestũ curæ fuit,quãdo etiam leprosis(sicut in libris Regnorum legimus)honestatis non defuit consideratio? Fames erat magna in Samaria,quia obsederat eam Syrorũ exercitus.Rex militares excubias supra murum sollicitus reuisebat,Interpellauit eum mulier dicens:Persuasit mihi hæc mulier ut afferrem filium meum,& attuli,& coximus & comedimus eum,& promisit ut & ipsa postea filium suum afferret,& carnes illius simul manducaremus.Nunc autem filium suum abscondit,& non uult eum afferre. Motus rex quod non solum humanis sed etiam parricidalibus cadaueribus mulieres pastæ uiderentur, & tam atrocis calamitatis exemplo percitus, Helisæo prophetæ mandauit necem, cuius in potestate fore crederet, ut obsidionem solueret, propulsaret famem, uel quia non permiserat regi ut percuteret Syros quos cæcitate præfuderat.Sedebat Helisæus cum senioribus in Bethel, & priusquã introiret ad eum regis nuncius ait ad seniores uiros: Si uidistis, quoniã filius homicidæ illius misit auferre caput meũ? Et introiuit nuncius,& mandatum regis pertulit,denuncians præsens capitis periculum. Cui respondit prophe
4.Reg.7. ta:Hac hora diei crastina,mensura similaginis siclo, & duæ mensuræ hordei siclo in porta Samariæ.Et cum missus à rege nuncius non credidisset,dicens,Si pluerit dominus de cœlo abundantiã frumenti,ne sic quidem id posse effici: dixit ad eum Helisæus:Quia non credidisti,oculis uidebis tuis,& non manducabis.Et factus est iu-
D bito in castris Syriæ uelut quadrigarũ sonus,& uox multitudinis & uox magnæ uirtutis atque ingens belli tumultus,& arbitrati sunt Syrij,quod rex Israël in societatẽ aduocasset prælij regem Ægypti,& regem Amorræorũ,& fugerunt diluculo,relinquentes tabernacula sua,quoniã uerebantur ne improuiso aduentu nouorũ opprimerentur hostium,& coniunctis regum uiribus non possent resistere.Id incognitũ Samariæ erat,quoniam uicti metu & fame tabidi,nec prætendere audebant.Erant autem leprosi quatuor ad portã ciuitatis,quibus uita erat supplicium,& mori lucrũ, & dixerunt ad se inuicem:Ecce nos hic sedemus,& morimur.Si ingredimur urbem moriemur fame,si manemus hic,nullum subsidiũ uiuendi suppetit nobis:Eamus in castra Syriæ,aut cõpendium mortis erit,aut salutis remediũ.Perrexerunt itaq; & intrauerunt castra,& ecce omnia nuda hostiũ.Ingressi tabernacula,primũ repertis alimentis fugauerunt famem,deinde auri & argenti quantũ potuerunt diripuerũt. Et cum soli possent prædæ incubare, elegerunt tamẽ regi nunciare fugisse Syrios, quia id honestum arbitrabantur, quàm represso indicio fouere fraudis rapinam. Quo indicio egressus est populus,& diripuit castra Syriæ,& commeatus hostium:Abundantiam fecit annonæ,uilitatem reddidit,ut secundum propheticũ dictum mensura similaginis siclo,& duæ mensuræ hordei pari precio constarent.In hac lætitia plebis,nuncius ille in quo requiescebat rex,constitutus in porta,inter exeuntiũ festinationem & remeantium exultationem,conculcatus à plebe mortuus est.

Laus honestatis,magnanimitate Hester,& fide Ionathæ cõmendatur & Abimelech. Cap. XV.

QVID Hester regina, nónne ut populum suum periculo exueret(quod erat decorum atque honestum)morti se obtulit,nec immitis regis trepidauit furorẽ?

Ipse

A Ipse quoq; rex Persarum ferox atq; tumido corde,tamen decorum iudicauit indici insidiarum quæ sibi paratæ forent gratiam repræsentare,populumq; liberum à seruitute eripere,eruere neci,nec parcere neci eius qui tam indecora suasisset. Denique quem secundum à se præcipuũ inter omnes amicos haberet,cruci tradidit,quod de honestatum se eius fraudulentis consilijs animaduertisset.Ea enim amicitia probabilis quæ honestatem tuetur,præferenda sanè opibus,honoribus, potestatibus,honestati uero præferri non solet,sed honestatem sequi.Qualis fuit Ionathæ.qui propietate nec offensam patris,nec salutis periculũ refugiebat.Qualis fuit Abimelech, qui pro hospitalis gratiæ officijs necem potius sui quàm proditionẽ fugientis amici subeundam arbitrabatur.

De moderamine amicitiæ conseruandæ,clauditur uolumen. Cap.XVI.

NIHIL igitur præferendum honestati,quæ tamẽ ne amicitiæ studio prætereatur,etiam hoc scriptura admonet.Suat enim pleræq; philosophorum quæstiones, utrum amici causã quisquã contra patriam sentire nec ne debeatur, amico obediat: utrum oporteat ut fidem deferat,dum indulget atq; intendit amici cõmoditatibus.Et scriptura quidem ait:Claua & gladius Prouer.25.
& sagitta ferrata, sic homo est testimoniũ dans falsum aduersus amicũ suum. Sed considera quid astruat. Non testimonium reprehendit dictum in amicum, sed falsum testimonium.Quid enim si dei causa,quid si patriæ cogatur aliquis dicere testi
B monium? Nunquid præponderare debet amicitia religioni,præponderare charitati ciuium? In his tamen ipsis rebus requirenda est ueritas testimonij, ne amicus appetatur amici perfidia,cuius fide absolui debebat. Amicus itaq; neq; noxio gratificari debet,neq; innocenti insidiari,Sanè si necesse sit dicere testimonium, si quid in amico uitij cognouerit corripere occulte,si non audierit corripere palàm. Sunt enim bonæ correptiones, & plerunq; meliores, quàm tacita amicitia. Et si lædi se putat amicus, tu tamen corripe.Et si amaritudo correptionis animum eius uulneret,tu tamen corripere ne uerearis.Tolerabiliora sunt enim amici uulnera,quàm adulantiũ Prouerb.27.
oscula.Errantem igitur amicum corripe,innocentem amicum ne deseras.Constans enim debet esse amicitia,perseuerare in affectu,nõ puerili modo amicos mutare uaga quadam debemus sententia. Aperi pectus tuum amico, ut fidelis sit tibi, & capias ex eo uitæ tuæ iocunditatem.Fidelis enim amicus,medicamentũ est uitæ & immortalitatis gratia.Defer amico ut æquali,nec te pudeat ut præuenias amicum officio.Amicitia enim nescit superbiam.Ideo sapiens dicit: Amicum salutare nõ erube- Eccle.22.
scas. Nec deseras amicum in necessitate,nec derelinquas eum,neque destituas,quoniam amicitia uitæ adiumentum est. Ideo in ea onera nostra portemus, sicut apostolus docuit. Dicit enim his quos eadem complexa est charitas. Etenim si amici secundæ res amicos adiuuant,cur non & in aduersis amici rebus amicorum adiumentum suppetat? Iuuemus consilio, conferamus studia, compatiamur affectu.Si necesse est,toleremus propter amicum etiam aspera. Plerunque inimicitiæ subeundæ sunt propter amici innocentiam, sæpe obtrectationes, si restiteris uel responderis cum amicus arguitur & accusatur: nec te pœniteant eiusmodi offensiones. Iusti enim uox est. Et si mala mihi euenerint propter amicum sustineo, In aduersis enim amicus probatur. Nam in prosperis amici omnes uidentur. Sed ut in aduersis

amici

Universidad de Deusto
Biblioteca

C amici patientia & tolerantia necessaria, sic in prosperis autoritas congrua est, ut in
solentiam extollentis se amici reprimat & redarguat. Quàm pulchre in aduersis po
Iob.19 situs Iob dicit: Miseremini mei amici mei miseremini. Non quasi abiecta uox ista
est, sed quasi censoria. Nam cum iniuste argueretur ab amicis, respondit: Miseremi
ni mei amici, hoc est, misericordiã debetis facere. Opprimitis autẽ uos & impugna
tis hominem, cuius ærumnis cõpati pro amicitia uos oportebat. Seruate igitur filij
initam cum fratribus amicitiã, qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Solatium
quippe uitæ huius est, ut habeas cui pectus aperias tuũ, cum quo secreta participes,
cui cõmittas secretum pectoris, ut colloces tibi fidelem uirum, qui in prosperis gra
tuletur tibi, in tristibus cõpatiatur, in persecutionibus adhortetur. Quàm boni ami
ci Hebræi pueri, quos à sui amore nec fornacis ardentis flamma diuisit. De quo lo
2.Reg.1. co, ut superius diximus, bene ait sanctus Dauid, Saul & Ionathas speciosi & charis
simi, inseparabiles in uita sua, & in morte nõ sunt separati. Hic est amicitiæ fructus,
non ut fides propter amicitiam deseratur. Non potest enim homini amicus esse,
qui deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est, & æqualitatis magistra, ut supe
rior inferiori se exhibeat æqualem, inferior superiori. Inter dispares enim mores nõ
potest esse amicitia, & ideo conuenire sibi utriusq; debet gratia. Nec autoritas desit
inferiori, si res poposcerit, nec humilitas superiori. Audiat quasi parem, quasi æqua
lem, & ille quasi amicus moneat, obiurget non iactantiæ studio, sed affectu chari
tatis. Neque monitio aspera sit, neque obiurgatio contumeliosa. Sicut enim adu
lationis fugitans amicitia debet esse, ita etiam aliena insolentiæ. Quid est enim mi
D cus, nisi consors amoris, ad quem animum tuum adiungas atq; applices, & ita mi
sceas ut unum uelis fieri ex duobus, cui te tanquam alteri tibi committas, à quo ni
hil timeas, nihil ipse commodi tui causa inhonestum petas? Non enim uectigalis
amicitia est, sed plena decoris, plena gratiæ. Virtus est enim amicitia, non quæstus,
quia non pecunia quæritur, sed gratia, nec licitatione preciorũ, sed concertatione be
neuolentiæ. Deniq; meliores amicitiæ sunt inopum plerunq; quàm diuitum, & fre
quenter diuites sine amicis sunt, quibus abundant pauperes. Non est em̃ uera ami
citia, ubi est fallax adulatio. Diuitibus itaq; plerisq; assentatorie gratificantur, Erga
pauperem nemo simulator est. Verum est, quicquid defertur pauperi, huius amici
tia inuidia uacat. Quid amicitia pretiosius, quæ angelis cõmunis & hominibus est?
Lucæ.16. Vnde & dominus Iesus dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammona, qui re
cipiant uos in æterna tabernacula sua: Ipse nos deus amicos ex seruulis facit, sicut
Ioan.15. ipse ait: Iam uos amicꝰ mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. Dedit formam
amicitiæ quã sequamur, ut faciamus amici uoluntatẽ, ut aperiamus secreta nostra
amico quæcunq; in pectore habemus, & nos illius arcana nõ ignoremus. Ostenda
Ibidem. mus illi nos pectus nostrum, & ille nobis aperiat suũ. Ideo inquit, Vos dixi amicos,
quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci uobis. Nihil ergo occultat ami
cus si uerus est, effundit animũ suum, sicut effundebat mysteria patris dñs Iesus. Er
go qui facit mandatũ dei amicus est, & hoc honoratur nomine. Qui est unanimis,
ipse amicus est, quod unitas animorũ in amicis sit, neq; quisq; detestabilior, quàm
qui amicitiam læserit. Vnde in proditore dominus hoc grauissimum inuenit quo
eius condemnaret perfidiam, quod gratiæ uicem nõ præsentauerit, & cuiuꝝs ami
Psal.54. citiæ uenenũ maliciæ miscuerit. Itaq; sic ait: Tu uero homo unanimis dux meus &
notus

A notus meus, qui semper mecum dulces capiebas cibos. Hoc est, non potest sustineri
istud, quia unanimis appetisti eum, qui tibi donauerat gratiã. Nam si inimicus me
us maledixisset mihi, sustinuissem utique, & ab eo qui me oderat absconderem me.
Inimicus uitari potest, amicus non potest, si insidiari uelit. Illum cauemus cui nõ cõ
mittimus consilia nostra: hunc cauere nõ possumus, cui commisimus. Itaq; ad acer
uandam peccati inuidiam non dixit, tu uero seruus meus, apostolus meus, sed una
nimis meus, hoc est, non meus sed etiam tuus proditor es, qui unanimũ prodidisti.
Dominus ipse cũ à tribus regibus offensus esset, qui sancto Iob honorẽ nõ detulis
sent, ignoscere his per amicũ maluit, ut amicitiæ suffragiũ remissio fieret peccatorũ.
Itaq; rogauit Iob, & dñs ignouit. Profuit illis amicitia, quibus obfuit insolentia.

HAEC apud uos deposui filij, quæ custodiatis in animis uestris, quæ utrum ali
quid profectus habeant uos probabitis. Interim copiã multam exemplorum
afferunt. Nam propè omnia maiorũ exempla, plurima quoq; dicta, his tribus in
clusa libris tenentur, ut etsi sermo nihil deferat gratiæ, series tamen uetustatis quo
dam compendio expressa, plurimum instructionis conferat.

DIVI AMBROSII EPISCO
PI MEDIOLANENSIS AD MARCELLINAM sororem suam de uirginibus liber primus.

B

I IVXTA cœlestis sententiã ueritatis, uerbi totius quod cunq; ociosum fuerimus locuti, habemus præstare ratio
nem, uel si unusquisq; seruus credita sibi talenta gratiæ spi
ritualis quæ nummularijs diuidenda forẽt, ut crescentibus
multiplicarentur usuris, intra terrã suam, uel quasi timidus
fœnerator, uel quasi auarus possessor absconderit, non me
diocrem dño reuertẽte offensam incideret: iure nobis ueren
dum est, quibus licet ingeniũ tenue, necessitas tamẽ maxi
ma, eloquia dei credita populi fœnerare mẽtibus, ne uocis quoq; nostræ poscat usu
ram, præsertim cũ studiũ à nobis dñs nõ profectũ requirat. Vnde scribendi aliquid
sententia fuit. Maiore siquidẽ pudoris periculo, auditur uox nostra cꝙ legitur. Liber
enim nõ erubescit. Equidẽ ingenio diffisus, sed diuinæ misericordiæ prouocatus ex
emplis, sermonẽ meditari audeo. Nam uolente deo etiam asina locuta est. Quod si
mihi sub istius seculi oneribus cõstituto assistat angelus, ego quoq; muta diu ora la
xabo. Potest em̃ soluere impedimẽta imperitiæ, qui in illa asina soluit naturæ. In ar
ca ueteris testamẽti uirga floruit sacerdotis, facile deo est, ut in sancta ecclesia de no
stris quoq; nodis flos germinet. Cur aũt desperandũ q; dñs loquat in hominibus,
qui est locutus in sentibus nec rubũ est dedignatus? Atq; utinã meas quoq; illumi
net spinas. Erũt fortasse qui etiã in nostris sentibus aliquẽ mirentur lucere fulgorẽ,
erũt qꝰ spinea nostra nõ urat, erũt quibus de rubo audita uox nostra soluat de pedi
bus calciamẽtũ, ut impedimẽtis corpalibus exuat mẽtis incessus. Sed hæc sanctorũ
merita

Universidad de Deusto
Biblioteca

C merita uirorum. Vtinam me sub illa infructuosa adhuc ficu iacentem ex aliqua Ie/
sus parte respiceret, ferret post triennium fructus & nostra ficus. Sed unde tantum
Luce.13. peccatoribus spei? Vtinam saltem ille euangelicus dominicæ cultor uineæ ficum no
stram fortasse iam iussus excidere, remittat illam & hoc anno, usque dum fodiat, &
Psal.112. mittat cophinum stercoris, nam forte de terra suscitet inopem, & de stercore erigat
pauperem. Beati qui sub uite & olea equos suos alligant, Laborem cursuum suorũ
paci & lætitiæ consecrantes, ne ficus adhuc, id est, illecebrosa delitiarũ obumbret pru
rigo mundi, humilis ad altitudinem, fragilis ad laborem, mollis ad usum, sterilis ad
fructum. Ac fortasse miretur aliquis, cur scribere audeo qui loqui nequeo. Attamen
si repetamus quæ legimus in euangelicis scripturis, & sacerdotalibus factis, ac nobis
sanctus Zacharias propheta documento sit, inuenies esse quod uox non explicet,
stilus signet. Quod si nomen Iohannis rẽddidit patri uocem, ego quoq; desperare
non debeo, quin uocem licet mutus accipiam, si loquar Christum, cuius quidem ge
nerationem iuxta propheticum dictum quis enarrabit? Et ideo quasi seruus domi
ni familiam prædicabo. Immaculatus enim dominus, immaculatam sibi familiam
etiam in hoc pleno colluuionum fragilitatis humanæ corpore consecrauit. Et bene
procedit, ut quoniam hodie natalis est uirginis, de uirginibus sit loquendum, & ex
prædicatione liber sumat exordiũ. Natalis est uirginis, integritatem sequamur. Na
talis est martyris, hostias immolemus. Natalis est sanctæ Agnes, mirentur uiri, non
desperent paruuli, stupeant nuptæ, imitentur innuptæ. Sed quid dignum ea loqui
possumus, cuius ne nomen quidem est uacuum luce laudis? Fuit deuotio supra
D ætatem, uirtus supra naturam, ut mihi uideatur non hominis habuisse nomen,
sed oraculum martyris, quæ indicauit quid esset futura. Habeo tamen unde mihi
subsidium comparetur. Nomen uirginis titulus est pudoris. Appellabo marty/
rem. Prædicaui satis, prolixa laudatio est quæ non quæritur, sed tenetur. Facessant
igitur ingenia, eloquentia conticescat. Vox una præconium est. Hanc senes, hanc iu
uenes, hanc pueri canant. Nemo est laudabilior quàm qui ab omnibus laudari po/
test. Quot homines, tot præcones qui martyrem prædicant dum loquuntur. Hæc
duodecim annorum martyrium fecisse traditur. Quo detestabilior crudelitas quæ
nec minusculæ pepercit ætati. Imò magna uis fidei quæ etiam ab illa testimonium
inuenit ætate. Fuit ne in illo corpusculo uulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrũ
reciperet, habuit quo ferrũ uinceret. At istius ætatis puellæ toruos etiam uultus pa/
rentum ferre non possunt, & acu districta solent puncta flere quasi uulnera. Hæc in
ter cruentas carnificum impauida manus, hæc stridentium grauibus immobilis tra
ctibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc
nescia, sed parata, uel si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes manus
atq; in ipsis sacrilegis focis trophæũ domini signare uictoris, nunc ferratis colla ma/
nusq; ambas inserere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat nexus indu
dere. Nouum martyrij genus, Nondum idonea pœnæ, & iam matura uictoriæ, cer
tare difficilis, facilis coronari, magisterium uirtutis impleuit, quæ præiudicium uehe
bat ætatis. Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicij locum, læta suc/
cessu, gradu festina uirgo processit, non intorto crine caput compta, sed Christo, nõ
floseulis redimita, sed moribus. Flere omẽs, ipsa sine fletu. Mirari plerique quod tam
facile uitæ suæ prodiga, quam nondum hauserat, iam quasi perfuncta donaret. Stu

pere

A pere uniuersi, quod iam diuinitatis testis existeret quæ adhuc arbitra sui per ætatẽ
esse non posset. Effecit denique ut ei de deo crederetur, cui de homine adhuc non cre/
deretur, quia quod ultra naturam est, de autore naturæ est. Quanto terrore egit car
nifex ut timeretur, quãtis blanditijs ut suaderet, quantorum uota ut sibi ad nuptias
proueniret. At illa: Et hæc sponsi iniuria est, inquit, expectare placiturã. Qui me sibi
prior elegit, accipiet. Quid percussor moraris? Pereat corpus quod amari potest ocu/
lis quibus nolo. Stetit, orauit, ceruicẽ inflexit. Cerneres trepidare carnificẽ, quasi ipse
addictus fuisset, tremere percussoris dextram, pallere ora alieno timentis periculo,
cum puella non timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium, pudo
ris & religionis. Et uirgo permansit, & martyrium obtinuit. Inuitat nunc integrita/
tis amor, & tu soror sancta uel mutis tacita moribus, ut aliquid de uirginitate dica/
mus, ne ueluti transitu quodam præstricta uideatur, quæ principalis est uirtus. Nõ
enim ideo laudabilis uirginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa marty/
res faciat. Quis autem humano eam possit ingenio cõprehendere, quam nec natu/
ra suis inclusit legibus? Aut quis naturali uoce complecti, quod supra usum naturæ
sit? E cœlo arcessiuit quod imitaret in terris. Nec immerito uiuẽdi sibi usum quæsi/
uit è cœlo quæ spõsum sibi inuenit in cœlo. Hæc nubes aëra angelos sideraq; transi/
grediens, uerbũ dei in ipso sinu patris inuenit, & toto hausit pectore. Nam quis tan
tum cum inuenerit relinquat boni? Vnguentum enim exinanitũ est nomen tuum, Cant.1.
Propterea adolescentulæ dilexerunt te & attraxerũt te. Postremo non meum est il/
lu quoniã quæ nõ nubunt neq; nubentur, erunt sicut angeli dei in cœlo. Nemo er Math.22.
B go miretur si angelis comparentur, quæ angelorũ domino copulantur. Quis igitur
neget hanc uitam fluxisse de cœlo, quã non facile inuenimus in terris? Nisi postquã
deus in hæc terreni corporis membra descendit, tunc in utero uirgo concepit, & uer/ Ioan.1.
bum caro factum est, ut quod caro factum est, caro fieret dei. Dicet aliquis: Sed etiã
Helias nullis corporei coitus fuisse permixtus cupiditatibus inuenit, Ideo ergo cur/
ru raptus ad cœlum, ideo cum domino apparet in gloria, ideo dominici uẽturus est
præcursor aduentus, Et Maria sumens tympanum pudore uirgineo choros duxit.
Sed considerate cuius illa speciem tunc gerebat, Nónne ecclesiæ, quæ religiosos po/
puli cœtus qui carmina diuina cõcinerent, immaculato uirgo spiritu copulauit? Nã
etiam templo Hierosolymis fuisse legimus uirgines deputatas. Sed quid apostolus
dicit: Hæc aũt in figura contingebant illis ut essent indicia futurorum. Figura enim 1.Cor.10.
in paucis est, uita in pluribus. At uero posteaquã dominus in corpus hoc ueniens,
contuberniũ diuinitatis & corporis sine ulla concretæ confusionis labe sociauit, tunc
toto orbe diffusus corporibus humanis, uitæ cœlestis usus inoleuit. Hoc illud est
quod ministrantes in terris angeli decantarunt futurum genus, quod ministerium
domino immaculati corporis obsequijs exhiberet. Hæc est cœlestis illa militia, quã
laudantium exercitus angelorum promittebat in terris. Habemus ergo autoritatẽ
uetustatis à seculo, plenitudinẽ professionis à Christo. Certe non est hoc mihi cõ/
mune cum gentibus, non populare cum Barbaris, non cum cæteris animantibus
usitatum, cum quibus & si unum eundemq; uitalem aëris huius carpimus spiritũ,
uulgarem terreni corporis participamus statum, generandi quoq; nõ discrepamus
usu, hoc solo tamen naturæ parilis conuitia declinamus, quod uirginitas affecta/
tur à gentibus, sed consecrata uiolatur, incursatur à Barbaris, nescitur à reliquis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quis mihi prætendit Veſtæ uirgines & Palladis ſacerdotes? Qualis iſta eſt nō morum pudicitia ſed annorum, quæ non perpetuitate, ſed ætate præſcribitur? Petulantior eſt talis integritas, cuius corruptela ſeniori ſeruatur ætati. Ipſi docent uirgines ſuas non debere perſeuerare nec poſſe, qui uirginitati finem dederunt. Qualis autē eſt illa religio, ubi pudicæ adoleſcentes iubentur eſſe, impudicæ anus? Sed nec illa pudica eſt quæ lege tenetur, & illa impudica quæ lege dimittitur. O myſteria, ó mores, ubi neceſſitas imponit castitati, autoritas libidini datur. Itaq; nec caſta eſt quæ metu cogitur, nec honeſta quæ mercede conducitur, nec pudor ille qui intemperantium oculorum quotidiano expoſitus conuitio flagitioſis aſpectibus uerberatur. Conferuntur immunitates, offeruntur precia, quaſi non hoc maximum petulantiæ ſit indicium, caſtitatem uendere, Quod precio promittitur, precio addicitur, & precio remuneratur. Neſcit redimere caſtitatē quæ uendere ſolet. Quid de ſacris Phrygijs loquar, in quibus impudicitia diſciplina eſt, atque utinam ſexus fragilioris? Quid de Orgijs Liberi, ubi religionis myſterium eſt incentiuum libidinis? Qualis igitur poteſt ibi uita eſſe ſacerdotum, ubi colitur ſtuprum deorum? Non habent igitur ſacram uirginem. Videamus ne forte aliquam uel philoſophiæ præcepta formauerint, quæ magiſterium ſibi omnium ſolent uendicare uirtutum. Pythagoræa quædam una ex uirginibus celebratur fabulis: cum à tyranno cogeretur ſecretum prodere, ne quid in ſe ad extorquendam confeſſionem uel tormentis liceret, morſu linguam abſcidiſſe fertur, atque in tyranni faciem deſpuiſſe, ut qui interrogandi finem non faciebat, non haberet quā interrogaret. Eadem tamen forti animo ſecutumenti utero, exemplum taciturnitatis & proluuiū caſtitatis, uicta eſt cupiditatibus,
D quæ tormētis uinci nequiuit. Igitur quæ mentis potuit tegere ſecretum, corporis nō texit opprobrium. Vicit naturam, ſed non tenuit diſciplinam. Quàm uellet in uoce munimentum ſui pudoris exiſtere: eò fortaſſe erudierat illam pœnitentia, ut culpā negaret. Non igitur inuicta undique. Nam & tyrannus licet non potuerit inuenire quod interrogabat, tamen quod nō interrogabat inuenit. Quanto noſtræ uirgines fortiores, quæ uincunt etiam quas non uident poteſtates, quibus non tantū de carne & ſanguine, ſed etiam de ipſo mundi principe ſeculiq; rectore uictoria eſt. Ætate utiq; Agnē minor, ſed uirtute maior, triumpho numeroſior, conſtantia confidentior, non ſibi linguam propter metum abſtulit, ſed propter trophæum reſeruauit. Nihil enim habuit quod prodi timeret, cuius non erat criminoſa ſed religioſa confeſſio. Itaq; illa ſecretū tantūmodo celauit, hæc probauit deum, quem quia ætas nō dum poterat confiteri, natura cōfeſſa eſt. In laudationibus ſolet patria prædicari & parentes, ut in cōmemoratione autoris dignitas ſucceſſionis exaggeretur. Ego licet laudationē non ſuſceperim uirginitatis ſed expreſſionē, ad rem tamen pertinere arbitror, ut quæ ſit ei patria, quis autor appareat. Ac prius ubi ſit patria definiamus. Si enim ibi eſt patria, ubi genitale domicilium, in cœlo profecto eſt patria caſtitatis. Itaq; hic aduena, ibi incola eſt. Quid autem eſt caſtitas uirginalis, niſi expers contagionis integritas? Atq; eius autorem quem poſſumus exiſtimare niſi immaculatū dei filium, cuius caro non uidit corruptionem, diuinitas non eſt expertā contagionem? Videte igitur quāta uirginitatis merita ſint. Chriſtus ante uirginem, Chriſtus ex uirgine, A patre quidē natus ante ſecula, ſed ex uirgine natus ob ſecula. Illud naturæ ſuæ, hoc noſtræ utilitatis eſt. Illud erat ſemper, hoc uoluit. Spectate aliud uirginitatis

A nitatis meritū. Chriſtus uirginis ſponſus, & ſi dici poteſt, Chriſtus uirgineæ caſtitatis. Virginitas enim chriſti, nō uirginitatis eſt chriſtus. Virgo eſt ergo quæ nupſit, uirgo quæ nos ſuo utero portauit, uirgo quæ genuit, uirgo quæ proprio lacte nutriuit. De qua legimus quanta fecit uirgo Hieruſalem. Non deficient de petra ubera, neque nix à libano, aut declinauit aqua ualida uento quæ portatur. Qualis eſt hæc uirgo quæ trinitatis fontibus irrigatur, cui de petra fluunt aquæ, non deficiūt ubera, mella funduntur? Petra autem eſt iuxta Apoſtolū chriſtus. Ergo à chriſto 1. Cor. 10.
non deficiunt ubera, caritas à deo, flumen à ſpiritu. Hæc eſt trinitas quæ eccleſiam ſuam irrigat, pater, chriſtus & ſpiritus. Sed iam à matre deſcendamus ad filias. De Ibidem 7.
uirginibus, inquit apoſtolus, præceptum domini non habeo, conſilium autem do. Si doctor gentium nō habuit, habere quis potuit? Et præceptū quidē non habuit, ſed habuit exemplum. Nō enim imperari poteſt uirginitas, ſed optari. Nā quæ ſupra nos ſunt, in uoto magis q̄ in magiſterio ſunt. Sed uolo uos inquit, ſine ſollicitudine eſſe. Nam qui ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat deo. Et uirgo cogitat quæ domini ſunt, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Nā quæ nupta eſt, cogitat quæ mūdi ſunt, quomodo placeat uiro. Nō ego quidem diſſuadeo matrimonium, ſed uirginitatis attexo beneficiū. Qui infirmus eſt inquit, olera mā Roma. 14.
ducet. Aliud exigo, aliud admiror. Alligatus es uxori, noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore ne quæſieris uxorem. Hoc præceptum eſt copulatis. De uirginibus autem quid ait: Et qui matrimonio iungit uirginem ſuam benefacit, & qui nō
B iungit melius facit. Illa non peccat ſi nubat, hæc ſi non nubat, æterna eſt. Ibi remediū infirmitatis, hic gloria caſtitatis. Illa non reprehenditur, iſta laudatur. Conferamus ſi placet bona mulierū cū ultimis uirginū. Iactet licet fœcūdo ſe mulier nobilis partu, quo plures generauerit, plus laborat. Numerat ſolatia filiorum, ſed numeret pariter & moleſtias. Nubit & plorat. Qualia ſunt uota quæ flentur? Concipit & graueſcit. Prius utiq; impedimentum fœcunditas incipit afferre quàm fructum. Parturit & ægrotat. Quàm dulce pignus quod à periculo incipit, & in periculis deſinit, prius dolori futurum quàm uoluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio poſſidetur. Quid recenſeam nutriendi moleſtias inſtituendi & copulandi? Felicium ſunt iſtæ miſeriæ, Habet mater hæredes, ſed auget dolores. Nam de aduerſis non oportet dicere, ne ſanctiſſimorum parentum animi contremiſcant. Vide mi ſoror quàm graue ſit pati quod non oportet audiri. Et hæc in præſenti ſæculo. Venient autem dies, quando dicāt: Beatæ ſteriles, & uentres quæ non genuerunt. Filiæ enim huius ſeculi generantur & generant, filia autem regni abſtinet à uoluptate uiri & à uoluptate carnis, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quid ego famulatus graues & addicta uiris ſeruitia replicem fœminarum, quas ante iuſſit deus ſeruire, q̄s ſeruos? Quæ cò, pſequor, ut indulgentius obſequātur. Quibus hoc ſi probæ ſunt, merces eſt caritatis: ſi improbæ, pœna delicti. Hinc illa naſcūtur incentiua uitiorū, ut quæſitis coloribus ora depingant, dum uiris diſplicere formidant, & de adulterio uultus meditentur. Adulterium caſtitatis. Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, picturam quærere, & dum uerentur maritale iudicium, prodere ſuū? Prior enim de ſe pronunciat, quæ cupit mutare quod nata eſt. Ita dum alij ſtudet placere, prius ſibi ipſa diſplicet. Quē iudicē mulier ueriorem requirimus deformitatis tuæ, quàm te ipſam quæ uideri times? Si pulchra es, quid abſconderis? Si defor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mis,cur te formosam esse mentiris, nec tuæ conscientiæ, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri uis placere,& irascaris si amet aliã qui adulterare in te docetur. Male magistra es iniuriæ tuæ. Lenocinari refugit etiã quæ passa lenonem est. Ac licet uilis mulier, non alteri tamen sed sibi peccat, tolerabilio/ráque prope modum in adultero crimina sunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adul teratur. Iam quanto precio opus est, ne etiam pulchra displiceat. Hinc præciosa col lo dependent monilia, inde per humum uestis trahitur aurata. Emitur igitur hæc species an habetur? Quid quod etiam odorum uariæ adhibentur illecebræ, gem/mis onerãtur aures, oculis color alter infũditur? Quid ibi remanet suũ, ubi tam multa mutantur? Sensus suos amittit mulier & uiuere posse se credit? Vos uero beatæ uirgines quæ talia tormenta potius quàm ornamenta nescitis, quibus pu/dor sanctus uerecunda suffusus ora, & bona castitas est decori, non humanis ad/dictæ oculis, alieno errore merita uestra pensatis. Habetis sane & uos uestræ mi/litiam pulchritudinis, cui usi tutis militat forma non corporis, quam nulla extin/guet ætas, nulla eripere mors potest, nulla ægritudo corrumpere, solus formæ arbi/ter petitur deus, qui etiam in corpore minus pulchro diligit animas pulchriores. Non uteri onus notum, non dolor partus, & tamen numerosior soboles piæ men/tis, quæ omnes pro liberis habet, fœcunda successoribus, sterilis orbitatibus, ne/scit funera, nouit hæredes. Sic sancta ecclesia immaculata coitu, fœcunda partu, uirgo est castitate, mater est prole. Parturit itaque nos uirgo, non uiro plena, sed spiritu. Parit nos uirgo, non cum dolore membrorum, sed cum gaudijs ange/

D lorum. Nutrit nos uirgo, non corporis lacte sed apostoli, quo infirmam adhuc cre/scentis populi lactauit ætatem. Quæ igitur nupta plures liberos habet quàm san/cta ecclesia; quæ uirgo est sacramentis, mater est populis, cuius fœcunditatem eti/

Esa.54. am scriptura testatur dicens: Quoniam plures filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum? Nostra uirum non habet sed habet sponsum, eo quod siue ecclesia in populis, siue anima in singulis, sacræ doctrinæ uerbis sine ullo flexu pudoris, qua/si sponso innubit æterno, effœta iniuriæ, fœta rationis. Audistis parentes quibus e/rudire uirtutibus, quibus instituere disciplinis filias debeatis, ut habere possitis qua rum meritis uestra delicta redimantur. Virgo dei donum est, munus parentum, sacerdotium castitatis. Virgo matris hostia est, cuius quotidiano sacrificio uis diuina placatur. Virgo indiuiduum pignus parentum, quæ non dote sollicitet, non emigratione destituat, non offendat iniuria. Sed nepotes aliquis habere desiderat, & aui nomen acquirere. Primum suos tradit, dum quærit alienos. Deinde certis defraudari incipit, dum sperat incertos, confert opes proprias, & adhuc poscitur, nisi dotem soluat exigitur. Si diu uiuat onerosus est. Emere i/stud est generum non acquirere, qui parentibus filiæ uendat aspectus. Ideo ne tot mensibus gestatur utero, ut in alienam transeat potestatem? Ideo com/mendandæ uirginis cura suscipitur, ut citius parentibus auferatur? Dicet ali/quis: Ergo dissuades nuptias? Ego uero suadeo, & eos damno qui dissuadere consuerunt, ut pote qui Saræ ac Rebeccæ & Rachel cæterarumq; uetegum coniu/gia fœminarum pro documentis singularium uirtutum recensere soleam. Qui e/nim copulam damnat, damnat & filios, & ductam per successionũ seriem, generis societatem damnat humani. Nam quemadmodũ duratura in sæculum ætas succe

dere

A dere posset ætati, nisi gratia nuptiarũ procreandæ studiũ sobolis incitaret? Aut quo modo prædicari potest qd̃ immaculatus Isaac ad altaria dei uictima paternæ pie/tatis accessit, quod Israël humano situs in corpore deum uidit, & religiosum popu/lo dedit nomen, quorum originem damnat? Vnum sanè licet sacrilegi homines ha bent, quod in his etiam à sapientissimis probetur, qui coniugia damnando profi/tentur, ipsi non debuissent nasci. Non uticq; dissuadeo nuptias, si fructus sacræ uirgi nitatis enumero. Paucarũ quippe hoc munus est, illud omniũ. Nec potest esse uir/ginitas nisi habeat unde nascatur. Bona cum bonis comparo, quo facilius quid præ stet eluceat. Necq; meã sententiã affero, sed eam repeto, quã ædidit spiritus sanctus per prophetã. Melior est, inquit, sterilitas cum uirtute. Primũ enim quod nupturæ præ cæteris cõcupiscunt, ut spõsi decore se iactent, eo necesse est impares sacris se fa/teantur esse uirginibus, quibus solis contingit dicere: Speciosus forma præ filijs ho/minum, diffusa est gratia in labrijs tuis. Quis est iste sponsus? Nõ uilibus addictus obsequijs, non caducis superbus diuitijs, sed cuius sedes in sæculũ sæculi, filiæ regum in honore eius Astitit regina à dextris eius in uestitu deaurato, uarietate circũami/cta uirtutum. Audi igitur filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui, quoniã cõcupiuit rex speciẽ tuam, quia ipse est deus tuus. Et aduerte quantũ tibi spiritus sanctus scripturæ diuinæ testificatione detulerit. Re/gnum, aurũ, pulchritudinẽ. Regnũ uel quia sponsa es regis æterni, uel quia inuictũ animũ gerens, ab illecebris uoluptatũ nõ captiua haberis, sed quasi regina domina ris. Aurũ quia sicut illa materies examinata igne, precios̃ior est, ita corporis species

B uirginalis spiritu cõsecrata diuino, formæ suæ acquirit augmentũ. Pulchritudinẽ ue ro quis potest maiorẽ existimare decore eius quæ amatur à rege, probatur à iudice, dicatur domino, consecratur deo, semper sponsa, semper innupta, ut nec amor fi/nem habeat, nec damnum pudor. Hæc profecto uera pulchritudo est, cui nihil de/est, quæ sola meretur audire à domino: Tota es formosa proxima mea, & reprehen Cant.4. sio non est in te. Veni huc à Libano, transibis & pertransibis à principio fidei à capi/te Sanir & Hermon, à latibulis leonũ à montibus pardorũ. Quibus indicijs osten/ditur perfecta & irreprehensibilis uirginalis animæ pulchritudo, altaribus consecra/ta diuinis, inter occursus & latibula spiritualiũ bestiarũ non inflexa mortalibus, sed intenta mysterijs dei meruisse dilectũ, cuius ubera plena lætitiæ. Vinũ enim lætifi/ Psal.103. cat cor hominis. Et odor, inquit, uestimentorũ tuorũ super omnia aromata. Et infra: Cant.4. Et odor, inquit, uestimentorũ tuorũ sicut odor Libani. Vide quẽ nobis tribuas uir/go processum. Primus enim odor tuus super omnia aromata quæ in saluatoris mis/sa sunt sepulturã. Et mortuos corporis motus, membrorũq; redolet obisse delitias. Secũdus odor tuus sicut odor Libani dominici corporis, integritatẽ uirgineæ florẽ castitatis exhalat. Fauũ itaq; mellis tua opera cõponãt. Digna enim uirginitas quæ apibus cõparetur, sic laboriosa, sic pudica, sic cõtinens. Rore pascitur apes, nescit con cubitus, mella cõponit. Ros quoq; uirginis est sermo diuinus, quia sicut ros dei uer ba descendũt. Pudor uirginis est intemerata natura. Partus uirginis fœtus labiorũ, expers amaritudinis, fertilis suauitatis, in cõmune labor cõmunis est fructus. Quàm te uelim filia imitatricem esse huius apiculæ, cui cibus flos est, ore soboles legitur, ore componitur. Hanc imitare tu filia, uerba tua nullũ doli uelamen obtendant, nullũ habeant fraudis inuolucrũ, ut & puritatẽ habeant, & plena grauitatis sint, meritorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quoq; tuorũ tibi æterna posteritas tuo ore pariatur. Nec soli tibi, sed etiã pluribus congreges. Quis scit enim quando à te anima tua reposcatur? Nec receptacula horreorũ frumẽtis coaceruata dimittens, nec uitæ tuæ usui profutura, nec meritis, rapiaris eò quo thesaurũ tuum ferre non possis. Diues igitur esto sed pauperi, ut naturæ participes tuæ, participes sint etiam facultatũ. Florem quoq; tibi demonstro carpẽdum. Illum utiq; qui dixit: Ego flos campi, & lilium cõuallium, tanq; liliũ in medio spinarũ: quod est euidentis indicij spiritualiũ nequitiarũ sentibus uirtutes obsideri: Vnde nemo fructum referat nisi qui cautus accedat. Sume igitur tecum uirgo sed spiritus, ut superuoles uitia si cõtingere cupis Christũ. In altis habitat, & humilia respicit. Et species eius sicut cedrus libani, quæ comam nubibus, radicem in terris inserit. Principiũ enim eius in cœlo, posteriora eius in terris, fructus cœlo proximos ædiderunt. Scrutare diligentius tam bonum florem, nec ubiq; eum in pectoris tui conualle reperies, humilibus enim frequẽter inhalatur. Amat generari in hortis, in quibus eum Susanna dum deambularet inuenit, mori prius quàm uiolari parata. Qui sint aũt horti, ipse demonstrat dicens: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus: eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginem dei, synceri fontis unda resplendeat, ne uolutabris spiritualiũ bestiarũ, sparso cœno fluenta turbentur. Hinc ille muralis septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaq; sicut hortus furibus inaccessus uitẽ redolet, fragrat oleã, rosam renidet, ut in uite religio, in olea pax, in rosa pudor sacratæ uirginitatis inolescat. Hic est odor quẽ Iacob patriarcha fragrauit, quando meruit audire: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Nam licet plenus omnibus ferè fructibus patriarchæ sancti fuerit ager, ille tamen fruges maiore uirtutis labore generauit, hic flores. Accingere itaq; uirgo, & si uis huiuscemodi tibi ut hortus aspiret, propheticis eum claude præceptis. Pone custodiã ori tuo, & ostium circunstantiæ labijs tuis, ut etiam tu possis dicere: Tanquam malus in lignis nemoris, ita fraternus meus in medio filiorũ. In umbræ eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Inueni quẽ dilexit anima mea, tenui eum, & non relinquam eum. Descendat fraternus meus in hortum suum & manducet fructum pomorũ suorum. Veni fraterne mi, exeamus in agrũ, pone me ut sigillum in cor tuum, & uelut signaculum super brachium tuum. Fraternus meus candidus & rubeus. Decet enim ut plene noueris uirgo quem diligis, atq; omne in eo & ingenitæ diuinitatis & assumptæ mysterium incorporationis agnoscas. Candidus merito, quia patris splendor, rubeus quia partus est uirginis, color in eo fulget & rutilat utriusq; naturæ. Memento tamen antiquiora in eo diuinitatis insignia quàm corporis sacramenta, quia non cœpit à uirgine, sed qui erat uenit in uirginem. Ille discretus à militibus, ille lancea uulneratus, ut nos sacri uulneris cruore sanaret, respõdebit tibi profecto, est enim mitis & humilis corde, blandus aspectu. Exurge aquilo, & ueni auster, aspira hortũ meum, & fluant aromata mea. Ex omnibus enim partibus mũdi odor sanctæ religionis adoleuit, dilectæ quo uirginis membra fragrarunt. Formosa es proxima mea, ut bona opinio, pulchra ut Hierusalem. Non caduci itaq; corporis pulchritudo uel morbo peritura uel senio, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum nunquam moritura meritorum uirginibus est decori. Et quoniã non humanis iam sed cœlestibus, quorum uita uiuis in terris, digna es comparari, accipe à domino præcepta quæ serues. Pone me ut sigillum, inquit, in cor

Cant. 2.
Ibidem. 4.
Gen. 27.
Psal. 140.
Cant. 5.
Ibidem 4.

A tor tuum, & uelut signaculum super brachium tuũ. Quo signatiora prudentiæ tuæ factorumq; documenta promantur, in quibus figura dei Christus eluceat, qui paternæ ambitũ exæquans naturæ, totum quicquid à patræ diuinitatis assumpsit, expressit. Vnde etiam apostolus in spiritu nos dicit esse signatos, Quoniã patris imaginem habemus in filio, sigillũ filij habemus in spiritu. Hac trinitate signati caueamus diligentius, ne quod accepimus pignus in cordibus nostris, aut morum leuitas, aut ullius adulterij fraus resignet. Sed facessat hic sacris uirginibus metus, qui bus tanta præsidia tribuit, primum ecclesia, quæ teneræ prolis sollicita successu, ipsa quasi murus abundantibus in modum turrium increscit uberibus, donec soluto obsidionis hostilis incursu, pacẽ ualidæ iuuentutis maternæ præsidio uirtutis acquirat. Vnde & propheta ait: Fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis: Tum ipse pacis dns postquã ualidioribus brachijs cõmissa sibi uineta cõplexus palmites suos gemmare cõspexerit, uultu præsule nascentibus fructibus auras temperat, sicut ipse testatur dicẽs: Vinea mea est in conspectu meo. Mille Salomoni & ducenti qui seruant fructũ eius. Supra ait: Sexaginta potentes in circumitu propaginis eius strictis armatos telis, & eruditos præliaribus disciplinis, hic mille ducentos. Creuit numerus ubi creuit & fructus, quia quo sanctior quisq; eo munitior. Sic Helisæus propheta exercitus angelorũ præsidio sibi adesse mõstrauit. Sic Iesus Naue ducem militiæ cœlestis agnouit. Possunt igitur fructum in nobis custodire, qui possunt etiam militare pro nobis. Vobis autẽ uirgines sanctæ speciale præsidium est, quæ interemptæ pudore sacrum domini seruatis cubile. Neq; mirũ si pro uobis angeli militant,
B quæ angelorũ moribus militatis. Meretur eorum præsidium castitas uirginalis, quorum uitam meretur. Et quid pluribus exequar laudem castitatis? Castitas enim angelos fecit. Qui eam seruauit angelus est, qui perdidit diabolus. Hinc religio etiã nomen accepit. Virgo est quæ deo nubit, Meretrix quæ deos fecit. Nam de resurrectione quid dicã, cuius præmia iam tenetis? In resurrectione aũt neq; nubent, neq; nubentur, sed erũt sicut angeli, inquit, in cœlo. Quod nobis promittitur, uobis præsto est, uotorũq; nostrorũ usus apud uos est. De hoc mũdo estis, & nõ estis in hoc mũdo. Seculum uos habere meruit, tenere nõ potuit. Quàm præclarũ aũt angelos propter intẽperantiã suã in seculũ cecidisse de cœlo, uirgines propter castimoniã in cœlũ præcipitat uoluptatũ. Cibus parsimoniæ, potus abstinentiæ, docet uitia nescire, qui docet causas nescire uitiorũ. Causa peccandi etiã iustos sæpe decepit. Hinc populus dei postquã sedit bibere, deum negauit. Hinc Loth concubitus filiarũ ignorauit & pertulit. Hinc inuersis uestigijs filij Noë patri quondã pudenda texerunt, quæ procax uidit, modestus erubuit, pius texit, offensurus si & ipse uidisset. Quanta uis est uini, ut quem diluuia non mutauerunt, uina nudarent. Quid illud? Quantæ felicitatis est quod nulla uos habendi cupiditas inflammat? Pauper quod habes posce. quod non habes non requirit: fructus laboris tui thesaurus est inopi, & duo æra si sola sint, census est largientis. Audi ergo soror quantis careas. Nam caue quid debeas. Nec oneum est docere, nec tuum discere. Perfectæ enim uirtutis usus magistrium nõ desiderat, sed informat. Cernis ut pomparum ferculis similis incedat, quæ se componit ut placeat, omnium in se uultus & ora conuertens, eo ipso quo studet placere, deformior. Prius enim populo displicet quàm placeat uiro. At in uobis

Psal. 121.
Cant. 7.
Matth. 22.
Exodi. 32.
Gen. 19.
Ibidem. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C relecta decoris cura plus placet,& hoc ipsum quod uos nō ornatis,ornatus est. Cet te laceræ uulneribus aures,& depressæ onera miseræ ceruicis, non sunt alleuamenta pœnarū,sed discrimina metallorū.Hinc collū catena constringit,inde pedem compes includit.Nil refert,auro corpus oneret an ferro. Si ceruix premit,si grauatur incessus,nil precium iuuat, nisi quod uos mulieres ne pereat uobis pœna,trepidatis. Quid interest,utrum aliena sententia an uestra uos damnet? Hinc uos etiam miserabiliores q̄ qui publico iure damnantur, quod illi optant exui, uos ligari. Quàm uero miserabilis illa conditio,quod tanq̄ mancipij forma uenalis raptura licitatur, & qui precio uicerit emat. Tolerabilius tamen mancipia ueneūt,quæ sæpe sibi domi nos legūt. Virgo si eligat,crimen est,si nō eligat, cōtumelia. Quæ quāuis pulchra sit & decora,& timet uideri & cupit. Cupit ut se carius uendat,timet ne hoc ipsum dedeceat quod uidetur. Quanta aūt uotorum ludibria & ad procorū euentus suspecti metus,ne pauper illudat,ne diues fastidiat,ne pulcher irrideat,ne nobilis spernat. Dicet aliquis: Tu nobis quotidie uirginū canis laudes:quid faciā qui eadem quotidie cantito & proficio nihil? Sed nō mea culpa. Deniq̄ de Placentino sacrandæ uirgines ueniūt,de Bononiensi ueniūt, de Mauritania ueniūt, ut hic uelentur.magnā rem uidetis:hic tracto & alibi persuadeo. Si ita est,alibi tractemus ut uobis persuadeamus. Quid quod etiā qui me nō audiūt sequuntur,qui audiūt,nō sequūtur. Nā pleraſq̄ uirgines cognoui uelle,& prohiberi etiā prodire à matribus, & qd̄ est grauius,uiduis,cū quibus hic mihi sermo est. Nempe si hominē amarent filiæ uestræ. per legem possent eligere quē uellent. Quibus igitur hominē eligere licet,deū nō licet? Contuemini quàm dulcis pudicitiæ fructus sit,qui Barbaricis quoq̄ inoleuit affectibus. Ex ultimis infra ultraq̄ Mauritaniæ partibus deductæ uirgines hic sacrari gestiunt, & cum sint omnes familiæ in uinculis, pudicitia tamen nescit esse captiua. Profitetur regnū æternitatis,quæ mœret iniuriā seruitutis. Nam quid de Bononiensibus uirginibus loquar,fœcūdo pudoris agmine, quæ mundanis se delitijs abdicantes sacrariū uirginitatis incolūt sine cōtubernali sexu, cōtubernali pudore proiectæ ad uicenariū numerū,& centenariū fructum,relictoq̄ parentū hospitio tendūt in tabernaculis Christi indefessæ milites castitatis? Nunc canticis spiritualibus personant,nunc uictū operibus exercent. Liberalitatis quoq̄ subsidiū manu quærunt. Quod si inuestigandæ uirginitatis inoleuerit odor, namque præ cæteris speculandi uenatū pudoris explorant,totis curarū uestigijs prædam latentē usq̄ ad ipsa cubilia persequunt: aut si liberior alicuius uolatus affulserit,totis oīnes uideas assurgere alis,concrepare pennis,emicare plausu,ut casto pudicitiæ choro cingant uolantē, donec albenti delectata comitatu in plagas pudoris & indaginē castitatis, domus patriæq̄ oblita,succedat. Bonū itaq̄ si uirgini studia parentū quasi flabra pudoris aspirent. Sed illud glorioſius,si teneræ ignis ætatis,etiam sine ueteribus nutrimentis sponte se rapiat in comitem castitatis. Dotem negabūt parentes,sed habes diuitem sponsum,cuius cōtenta thesauro patriæ successionis emolumenta nō quæras. Quanto dotalibus præstat cōpendijs casta paupertas: & tamē quā audistis aliquādo propter studiū integritatis legitime factam successionis extorrem? Contradicūt parentes,sed uolunt uinci, resistunt primo,qui credere timent. Indignantur frequenter, ut discas uincere: abdicationem minantur ut tentent,si potes damna seculi nō timere. Quæsitis blandiuntur illecebris,ut uideant si uariarū mollire te nō queat blanditia

uoluptatū.

A uoluptatū. Exerceris uirgo dum cogeris. Et hæc tibi prima certamina,anxia parentum uota proponunt,uince prius puella pietatem. Si uincis domum,uincis & seculum. Sed esto,maneant uos damna patrimonij. Nónne caducarum & fragilium dispendium facultatum,futura cœli regna compensant? Quanquam si uerbis cœlesti bus credimus,nemo est qui reliquerit domum aut parentes,aut fratres,aut uxorem Luce.18. aut filios propter regnum dei, & non recipiat septies tantum in hoc tempore,in seculo autem uenturo uitam æternā possidebit. Crede fidem tuam deo,quæ homini pecuniam credis fœnerare Christo. Bonus depositæ spei custos, multiplicatis fidei tuæ talentū soluit usuris. Non fallit ueritas,nō circūscribit iusticia,nō decipit uirtus. Quod si nō creditis oraculo,uel exemplis credite. Memoriæ nostræ puella dudū nobilis in seculo,nunc nobilior deo, cum urgeretur ad nuptias à parentibus & propinquis,ad sacrosanctū altare cōfugit. Quò enim melius uirgo recurreret,q̄ ubi sacrariū uirginitatis offert? Ne is quidē finis audaciæ. Stabat ad aram dei pudoris hostia, uictima castitatis,nūc capiti dexterā sacerdotis imponens,precem poscens,nunc iustæ impatiens moræ,ac summū altari subiecta sertice. Num melius,inquit,q̄ altare uelabit,quod sanctificat ipsa uelamina,frontē? Plus talis decet flammeus,in quo caput omniū Christus quotidie cōsecratur. Quid agitis uos propinqui? quid exurendis adhuc nuptijs sollicitatis animū? Iam dudū prouisas habeo. Sponsum offertis,meliorē repperi. Quaslibet exaggerate diuitias,iactate nobilitatē,potentiā prædicate. Habeo eum cui nemo se comparet,diuitē mundo,potentem imperio,nobilem cœlo. Si talem habetis non refuto optionē,si non reperitis,nō prouidetis mihi,
B sed inuidetis. Silentibus cæteris unus abruptius,quid si,inquit,pater tuus uiueret,in nuptā te manere pateretur? Tum illa maiori religione,moderatiore pietate,& ideo fortasse defecit,ne quis impedimentū posset afferre. Quod ille responsum de patre de se oraculū,maturo sui probauit exitio. Ita cæteri eadem quisq̄ metuentes,fauere cœperunt qui impedire quærebant, nec dispendium debitarū attulit uirginitas facultatum,sed etiam emolumentum integritatis accepit. Habetis puellæ deuotionis præmium,parentes cauete offensionis exemplum.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS DE VIRGINIBVS liber Secundus.

VPERIORE libro quantū uirginitatis munus sit, euolui mus,nō enim potuimus explicare, ut per se cœlestis gratia muneris inuitet legentē. Secundo libro uirginē institui decet,& tanq̄ cōpetentiū præceptorū magisterijs erudiri. Sed quoniā nos infirmi ad monēdū sumus,& impares ad docendū,debet em̄ is q̄ docet supra eū qui docet excellere,ne uel susceptū deseruisse munus, uel nobis arrogasse amplioꝝ uideremur, exēplis potius q̄ præceptis putauimus imbuendā: licet amplius ꝓficiat exēplo,quoniā nec difficile q̄ iam factū est existimat,& utile qd̄ ꝓbatū, & religioſū q̄d hæreditario q̄dā paternæ uirtutis usu,in nos est successione

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cessione transfusum. Quod si quis nos præsumptionis arguit,arguat potius sedulitatis,quia rogantibus uirginibus ne hoc quidē putaui negandū.Malui enim me in periculū deduci pudoris,cū nō obsequi uoluntati earū,quarū studijs etiam deus no ster placido se indulget assensu.Sed neq; præsumptio notari potest,quoniam cum haberent unde discerent,affectum potius quàm magisterium quæsiuerunt meum. Et excusari sedulitas nō potest,quoniam cum haberent autorē matris ad obseruantiam disciplinæ,nō superfluū iudicaui,si nostri sermonis blanditiam deriuarent ad professionis illecebram.Ille docere facilis qui seuero uitia coherceat affectu.Nos qui docere nō possumus,blandiamur. Et quoniā pleræq; absentes nostri desiderabant sermonis usum,uolumen hoc condidi,quo profectæ ad se uocis meæ munus tenentes deesse nō crederent quem tenerēt.Sed proposita prosequamur. Sit igitur uobis tanq; in imagine descripta uirginitas uitaq; beatæ Mariæ,de qua uelut speculo refulget species castitatis & forma uirtutis.Hinc sumatis licet exempla uiuēdi,ubi tanquā in exemplari magistra expressa probitatis,quid corrigere,quid effugere,quid tenere debeatis ostendūt.Primus discendi ardor,nobilitas est magistri.Quid nobilius dei matre? quid splendidius ea,quā splendor elegit? quid castius ea quæ corpus sine corporis cōtagione generauit? Nam de cæteris eius uirtutibus qd loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiā mente,quæ nullo doli ambitu syncerū adulteret affectum.Corde humilis,uerbis grauis,animi prudens,loquendi parcior,legendi studiosior,nō in incerto diuitiarū, sed in prece pauperis spem reponens. Intenta operi,uerecūda sermone,arbitrū mentis solita nō hominē sed deum quærere. Non
D lædere reos,bene uelle omnibus,assurgere maioribus natu,æqualibus nō inuidere, fugere iactantiā,rationē sequi,amare uirtutem. Quando ista uultu læsit parentes? quando dissensit propinquis? quādo fastidiuit humilē? quādo derisit debilē? quando uitauit inopem,eos solos solita cœtus uirorū inuisere, quos misericordia nō erubesceret neq; præteriret uerecundia? Nihil torui in oculis,nihil in uerbis procax,nihil in actu inuerecundū:nō gestus fractior,nō incessus solutior,nō uox petulantior: ut ipsa corporis species simulacrū fuerit mentis,figura probitatis.Bona quippe domus in ipso uestibulo debet agnosci,ac primo prætendat ingressu,nihil intus latere tenebrarū,ut mens nostra nullis repagulis corporalibus impedita tanq; lucernæ lux intus posita foris luceat.Quid ego exequar ciborū parsimoniā,officiorū redundantiam,alterū ultra naturā superfuisse,alterū penè ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tēpora,hic cōgeminatos ieiunio dies? Et si quando reficiendi succesisset uoluntas,cibus plerūq; obuius qui mortē arceret,nō delitias ministraret. Dormire nō prius cupiditas cū necessitas fuit.Et tamen cum quiesceret corpus, uigilaret animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit,aut somno interrupta cōtinuat,aut dispo sita gerit,aut gerenda prænunciat. Prodire domo nescia,nisi cū ad ecclesiā conueniret,& hoc ipsum cum parentibus aut propinquis.Domestico operosa secreto,foren si stipata comitatu,nullo meliore tamen sui custode quàm seipsa, quæ incessu affectuq; uenerabilis,non tam uestigiū pedis tolleret quàm gradū uirtutis attolleret:& tamen alios habeat uirgo membrorū custodes suorū, morum aūt suorū se habeat ipsa custodē. Plures erunt de quibus discat,si ipsa se doceat,quæ uirtutes magistras habet,quia quicqd egerit disciplina est.Sic Maria intēdebat oībus quasi à pluribus moneret,sic implebat oīa uirtutis officia,ut nō tā disceret q̄ doceret.Talē hāc euan

A euangelista monstrauit,talem angelus repperit,talem spiritus sanctus elegit.Quid enim in singulis morer,ut eam parentes dilexerint,extranei prædicauerint, quæ digna fuit ex qua dei filius nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus angeli inuenta domi in penetralibus sine comite,ne quis intentionē abrumperet,ne quis obstreperet.Neq; em̄ comites fœminas desiderabat,quæ bonas comites cogitationes habebat.Quin etiam tum sibi minus sola uidebatur,cum sola esset.Nam quemadmodum sola,cui tot libri adessent,tot archangeli,tot prophetæ? Deniq; & Gabriel eam ubi reuisere solebat inuenit,& angelum Maria quasi uiri specie mota,trepida quasi non incogni tum audito nomine recognouit. Ita peregrinata est in uiro,quæ non est peregrinata in angelo,ut agnoscas aures religiosas,oculos uerecūdos.Deniq; salutata obmutuit,& appellata respondit,sed quæ primo titubauerat aspectu, postea promisit ob sequiū.Quàm uero religiosa in propinquas fuerit,scriptura diuina significat. Nam & humilior facta est ubi se à deo cognouit electā,& statim ad cognatā suā in montana processit,non utiq; ut exemplo crederet quæ iam crediderat oraculo.Beata em̄ inquit,quæ credidisti.Et tribus cum ea mensibus mansit.Tanti autē interuallo temporis non fides quæritur,sed pietas exhibetur.Et hoc posteaquam in utero parentis exiliens puer matrem domini salutauit,prius compos deuotionis quàm naturæ. Inde tot sequentibus signis cum sterilis pareret, uirgo cōciperet, loqueretur mutus, adoraret magus,expectaret Symeon, sidera nunciarent, Maria mobilis ad introitum,immobilis ad miraculum. Conseruabat,inquit,hæc omnia in corde suo.Quā- ibidem.2.
uis mater domini,discere tamen præcepta domini desiderabat,& quæ deum genue
B rat, deum tamen scire cupiebat. Quid quod annis quoq; omnibus ibat in Hierusalem solenni die Paschæ, & ibat cum Ioseph? Vbiq; in uirgine comes singularū uirtutum est pudor.Hic individuus debet esse uirginitati,sine quo non potest esse uirginitas.Nec ad templū igitur Maria sine pudoris sui custode processit. Hæc est imago uirginitatis. Talis enim fuit Maria, ut eius unius uita omnium disciplina sit. Si igitur autor non displicet,opus probemus, ut quæcū q̄ sibi eius exoptat præmium, imitetur exemplum.Quantæ in una uirgine species uirtutū emicant,Secretum uere cundiæ,uexillum fidei,deuotionis obsequium,uirgo intra domū,comes ad mysterium,mater ad templū.O quantis illa uirginibus occurret,quātas complexa ad dominum trahet dicēs:Hæc thorum filij mei,hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore.Quemadmodū eas ipse dominus cōmendabit patri.Nimirum illud repetens suum,Pater sancte istæ sunt quas seruaui tibi, in quibus filius hominis caput reclinans quieuit,peto ut ubi ego sum,& ipsæ sint mecum.Sed non solū sibi debent prodesse,quæ non solæ uixerunt sibi, hæc parentes redimat,hæc fratres. Pater iuste mundus me non cognouit, istæ autem me cognouerunt & mundum cognoscere noluerūt. Quæ pompa illa,quanta angelorū lætitia plaudentiū,quod habita re mereatur uirgo in cœlo,quæ cœlestē uitā uixit in seculo? Tunc etiā Maria tympanum sumēs choros uirginales excitabit cantātes dño,q̄ per mare seculi sine seculari bus fluctibus transierūt. Tūc unaquæq; exultabit dicēs: Introibo ad altare dei mei, psal. 42.
ad deū qui lætificat iuuentutē meā. Immolo deo sacrificiū laudis,& reddo altissimo uota mea.Neq; em̄ dubitauerim uobis patere altaria,quarū mentes altaria dei con psal. 49.
fidēter dixerim,in quibus q̄tidie pro redēptione corporis Christus immolat. Nam si corpus uirginis dei templū est,anius qd est,qui tanq̄ mēbrorū cineribus excitatis,

sacerdotis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sacerdotis æterni redopertus manu uaporem diuini ignis exhalat? Beatæ uirgines quæ tam immortali spiratis gratia, ut horti floribus, ut templa religione, ut altaria sacerdote. Ergo sancta Maria disciplinam uitæ informet, Thecla doceat immolari, quæ copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum uirginitatis ueneratione mutauit. Nanq; parata ad feras cum aspectus quoq; dedinaret uirorũ, ac uitalia ipsa sæuo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerãt oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, muto testificantem sono, quod sacrum uirginis corpus uiolare non posset. Ergo adorabat prædam suam bestia, & propriæ oblita naturæ naturam induerat quam homines amiserant. Videres quadam naturæ transfusione homines feritatem indutos sæuitiam imperare bestiæ, bestiam exosculantem pedes uirginis docere quid homines facere deberent. Tantum habet uirginitas admirationis, ut eam etiã leones mirentur. Non impastos cibus flexit, non citatos impetus rapuit, nõ stimulatos ira exasperauit, non usus decepit assueto, non feros natura possedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem, docuerunt etiam castitatem dum uirgini nihil aliud nisi plantas exosculantur, demersis in terram oculis tanquã uerecundantibus ne mares aliqui uel bestia uirginem nudam uideret. Dicet aliquis: Cur exemplum attulisti Mariæ, quasi reperiri queat quæ matrem domini possit imitari? cur etiam Theclæ quam gentiũ doctor instituit? Da huiuscemodi doctorem, si disciplinã requiris huiusmodi. Recens uobis exemplum profero, ut intelligatis apostolũ nõ unius esse doctorem, sed omnium. Antiochiæ nuper uirgo quædam fuit fugitãs publici ictus,
D sed quo magis uirorũ euitabat aspectum, eo amplius incendebat. Pulchritudo eñ audita nec uisa plus desideratur, duobus stimulis cupiditatum amoris & cognitionis, dum & nihil occurrit quod minus placeat, & plus putatur esse quod placeat, qđ non iudex oculus explorat, sed animus amator exoptat. Itaq; sancta uirgo ne diutius alerentur potiendæ spe cupiditatis, integritatem pudoris professa sic restinxit improborum faces, ut non iam amaretur, sed produceretur. Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe pauida ne incideret in insidiatores pudoris, animum ad uirtutem parauit, tam religiosa ut mortem non timeret, tam pudica ut expectaret. Venit coronæ dies maxima omnium expectatio, producitur puella, duplex professa certamen & castitatis & religionis. Sed ubi uiderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescentem ad aspectus, excogitare cœperunt, quemadmodum specie castitatis religionem tollerent, ut cum id abstulissent quod erat amplius, etiam id eriperent quod reliquerant, Aut sacrificare uirginem, aut lupanari prostitui iubent. Quomodo deos suos colunt qui sic uindicant, aut quemadmodum ipsi uiuunt qui ita iudicant? Hic puella non quod de religione ambigeret, sed de pudore trepidaret, ipsa secum, Quid agimus hodie? Aut martyr, aut uirgo, altera nobis inuidetur corona. Sed nec uirginis nomen agnoscitur, ubi uirginitatis autor negatur. Nam quemadmodum uirgo si meretricem colas, quemadmodum uirgo si adulteros diligas, quemadmodum uirgo si amorem petas? Tolerabilius est enim mentem uirginem quàm carnem habere. Vtrunque bonum si liceat, si non liceat saltem non homini castæ sed deo simus. Et Raab meretrix fuit, sed postquam deo credidit, salutem inuenit. Et Iudith se ut adultero placeret, ornauit, quæ tamẽ quia hoc religione non amore faciebat, nemo eam

A eam adulteram iudicabat. Bene successit exemplum. Nam si illa quæ se commisit religioni, & pudorem seruauit & patriam, fortassis & nos seruando religionem seruabimus etiam castitatem. Quod si Iudith pudiciciam religioni præferre uoluisset, perdita patria etiam pudiciciam perdidisset. Itaq; talibus informata exemplis simul animo tenens uerba domini quibus ait: Quicunq; perdiderit animam suam propter me, inueniet eam, Fleuit & tacuit, ne eam uel loquentem adulter audiret, nec pudoris elegit iniuriam, sed Christi recusauit. Existimate utrum adulterare potuerit corpus, quæ nec uocem adulterauit? Iam dudum uerecundatur oratio mea, & quasi audire gestorum seriem criminosam atq; explanare formidat. Claudite aurem uirgines dei, ducitur puella dei ad lupanar. Sed aperite aurem uirgines dei, uirgo prostitui potest, adulterari non potest. Vbicunq; dei uirgo est, dei templum est. Nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas, etiam loci abolet infamiam. Ingẽs petulantium concursus ad fornicem. Discite martyrum miracula sanctæ uirgines, discite locorum uocabula. Clauditur intus columba, circumstrepunt accipitres foris, certant singuli qui prædam primus inuadat. At illa manibus ad cœlum leuatis quasi ad domum ueniisset orationis non ad libidinis diuersorium: Christe inquit qui domuisti Danieli uirgini feros leones, potes etiam domare hominum feras mentes. Chaldæis rorauit ignis, Iudæis se unda suspendit, misericordia tua non natura sua. Susanna ad supplicium genu fixit, & de adulteris triumphauit. Aruit dextera quæ templi tui dona uiolabat, nũc templum ipsum attrectatur tuum, ne patiaris incestum sacrilegij, qui non passus es furtum. Benedicatur & nunc nomen tuum, ut quæ
B ad adulterium ueni, uirgo discedam. Vix compleuerat precem, & ecce uir militis specie terribilis irrupit: quemadmodum eũ uirgo ut uidit, tremuit, cui populus tremẽs cessit? Sed non illa immemor lectionis: Et Daniel inquit supplicium Susannæ spectaturus aduenerat, & quam populus damnauit, unus absoluit. Potest & in hoc lupi habitu ouis latere. Habet & Christus milites suos, qui etiam legiones habet. Aut fortasse percussor intrauit, ne uereare anima, talis solet martyres facere. O uirgo fides tua te saluam fecit. Cui miles: Ne quæso paueas soror: Frater huc ueni, saluare animam non perdere. Serua me, ut ipsa seruieris. Quasi adulter ingressus, si uis martyr egrediar. Vestimenta mutemus, conueniunt mihi tua, & mea tibi, sed utraq; Christo. Tua uestis me uerum militem faciet, mea te uirginem. Bene tu uestieris, ego melius exuar, ut me persecutor agnoscat. Sume habitum qui abscondat fœminam, trade qui consecret martyrem. Induere chlamydem quæ occultet mẽbra uirginis, seruet pudorem. Sume pileum qui tegat crines, abscondat ora. Solent erubescere qui lupanar intrauerint. Sanè cum egressa fueris, ne respicias retro, memor uxoris Loth quæ naturam suam, quia impudicos licet castis oculis respexit, amisit. Nec uereare ne quid pereat sacrificio: Ego pro te hostiam deo reddo, tu pro me militem Christo, habens bonam militiam castitatis, quæ stipendijs militat sempiternis, loricam iusticiæ quæ spiritali munimine corpus includat, scutum fidei quo uulnus repellas, galeam salutis. Ibi enim est præsidium nostræ salutis, ubi Christus est: Quoniam mulieris caput uir, uirginis Christus. Et intra hæc uerba chlamydem exuit, suspectus tamen adhuc habitus, & persecutoris & adulteri. Virgo ceruicem, chlamydem cœpit, miles offerre. Quæ pompa illa, quæ gratia, cum in lupanari de martyrio certarent? Addantur personæ, miles & uirgo, hoc est, dissimiles inter se natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ra,sed dei miseratione consimiles,ut cõpleatur oraculum,tunc lupi & agni simul pa
scentur.Ecce agna & lupus,non solum pascuntur simul,sed etiã immolantur.Quid
plura? Mutato habitu euolat puella de laqueo,iam non suis alis,utpote quæ spiri
tãlibus ferebatur:& quod nulla unq; uiderunt secula, egreditur de lupanari uirgo,
sed Christi.At illi qui uidebant oculis & nõ uidebant, ceu raptores ad agnam lupi
fremere ad prædam.Vnus qui erat immodice districtior introiuit. Sed ubi hausit
oculis rei textum: Quid hoc inquit est? Puella ingressa est,uir uidetur.Ecce non fa
bulosum illud,cerua pro uirgine,sed qd uerum est,miles ex uirgine. At etiã audie
ram & nõ crediderã,q; aquas Christus in uina cõuertit, iam mutare cœpit & sexus.
Recedamus hinc dũ adhuc qui fuimus sumus.Nunqd & ipse mutatus sum,qui ali
ud cerno q; credo? Ad lupanar ueni,cerno uadimoniũ:& tñ mutatus egrediar, pu
dicus exibo qui adulter intraui.Indicio rei quia debebat tanto corona uictori, da
mnatus est pro uirgine qui pro uirginitate cõprehensus est.Ita de lupanari non solum
uirgo,sed etiã martyres exierant. Fertur puella ad locũ supplicij cucurrisse, certasse
ambo de nece,cum ille diceret, ego sũm iussus occidi,te absoluit sententia qñ me te
nuit,At illa clamare cœpit:Nõ ego te mortis uadem elegi,sed prædẽ pudoris opta
ui.Si pudor quæritur,manet nexus:si sanguis exposcitur, fideiussorẽ non desidero,
habeo unde dissoluã. In me lata est ista sentẽtia quæ pro me lata est. Certe si pecu
niæ te fideiussorẽ dedissem,& absente me iudex tuũ censum fœneratori adiudicas
set,eadẽ me sententia conuenires,meo patrimonio soluerẽ tuos nexus . Si recusarẽ,
qs me indignã morte cẽseret? Quãto maior est capitis huius usura? Moriar innoces
ne moriar nocẽs.Nihil hic mediũ ẽ,hodie aut rea ero tui sanguinis,aut martyr mei.
D Si cito redij,qs me audet excludere? Si morã feci,qs audet absoluere? Plus legibus
debeo rea nõ solũ fugæ meæ,sed etiã cædis alienæ. Sufficiunt membra morti, q̃ nõ
sufficiebant iniuriæ.Est in uirgine uulneri locus,qui nõ erat cõtumeliæ.Ego oppro
briũ declinaui,nõ martyriũ tibi cessi.Vestem,nõ professionẽ mutaui.Quod si mihi
præripis mortem non redemisti me,sed circũueneisti.Caue ne quæso cõtendas,caue
ne contradicere audiaris.Noli eripere beneficiũ quod dedisti. Dum mihi hanc sen
tentiam negas, illam restituis superiorem.Sententia enim,sententia superiore mu
tatur Si posterior me non tenet,superior tenet.Possumus uterq; satisfacere senten
tiæ,si me prius patiaris occidi.In te nõ habent aliã quam exerceant pœnam,in uir
gine obnoxius pudor est.Itaq; glorioſior eris,si uidearis de adultera martyrẽ feci
sse,q; de martyre adulteram reddidisse.Quid expectatis? Duo contenderunt,& am
bo uicerũt,nec diuisa est corona,sed addita. Ita sancti martyres inuicem sibi benefi
cia conferentes,altera principium martyrio dedit,alter dedit effectũ. At etiã Philo
sophorum gymnasia Damonem & Pythiam Pythagoræos in cœlum ferunt,quo
rum unus cũ esset morti adiudicatus,cõmendandorum suorũ tẽpus popposcit. Ty
rannus aũt astutissimus quod reperiri eũ nõ posse existimaret, petiuit ut sponsorẽ
daret qui pro se feriretur,si ipse faceret moram.Quid de duobus præclarius nescio,
utrunq; præclarũ,alter mortis uadem inuenit,alter se obtulit. Itaq; cũ reus moram
supplicio faceret,fideiussor uultu sereno mortẽ non recusauit.Cum duc; etur,ami
cus reuersus est,ceruicẽ substituit,colla subiecit. Tunc admiratus tyrannus charioré
philosophis amicitiã q̃uitam fuisse,petiuit ut ipse ab his quos damnauerat,in ami
citiã reciperetur.Tanta uirtutis est gratia,ut & tyrannũ inclinaret:digna laude, sed
minora

A minora nostris. Nam illic ambo uiri,hic una uirgo, quæ primo etiam sexum uince
ret.Illi amici,isti incogniti.Illi tyranno uni se obtulerunt,isti tyrannis pluribus, hoc
etiam crudelioribus,quod ille pepercit,isti occiderũt.Inter illos in uno obnoxia ne
cessitas,in his amborum uoluntas libera.Hoc quoq; isti prudentiores,quod illis stu
dij sui finis amicitiæ gratia,istis corona martyrij. Illi enim certauerunt hominibus,
isti deo.Et qm̃ rei istius fecimus mentionẽ,par est contexere quid de dijs suis sense
rit,quo magis infirmos iudicetis,quos irrident sui. Nãq; is cum uenisset in templũ
Iouis,amictum aureum quo operiebat simulacrũ eius detrahi iussit,imponi laneũ
dicens:aurum hyeme frigidum,æstate onerosum esse.Sic deum irrisit suum, ut nec
onus ferre posse,nec frigus putaret.Item cum Æsculapij barbã uidisset aureã, tolli
imperauit,incongruũ esse appellans ut filius barbã haberet,cum Apollo pater eius
adhuc non haberet.Itẽ simulacris tenẽtibus aureas pateras ademit,allegans accipe
re se debere quod dijs darẽt,Qm̃ hæc sunt uota,inquit, hominũ,ut à dijs quæ bona
sunt adipiscamur. Nihil aũt auro melius,quod tñ si malum est, habere deos nõ de
bere.Si malum non est, habere magis homines debere qui uti scirent. Ita ludibrio
habiti sunt,ut neq; Iupiter uestem suã defendere potuerit, nec barbã Æsculapius,
nec Apollo pubescere adhuc cœperit,neq; oẽs qui dicuntur dij, retrahere potuerint
pateras quas tenebant,non tam furti reatũ timẽtes q; sensum non habentes.Quis
igit eos colat,qui nec defendere se quasi dij,nec abscõdere quasi homines possunt?
At in tẽplo dei, nõne cum Hieroboam rex sceleratissimus dona quæ pater eius po
suerat auferret, ac sup sanctũ altare libaret idolis, dextera eius quã tetendit aruit,
B nec sua ei quæ inuocabat idola profuerunt? Deinde conuersus ad dñm rogauit ue
niam,statimq; manus eius quæ aruerat sacrilegio,sanata est religione. Tam matu
rum in uno & misericordiæ diuinæ & indignationis exemplum extitit,ut sacrifican
ti subito dextera adimeretur,pœnitẽti uenia daretur. Hæc ego uobis sanctæ uirgi
nes nondum triennalis sacerdos munuscula paraui, licet usu indoctus, sed uestris
edoctus moribus.Quantus etenim adolescere usus potuit,in tam parua initiatæ re
ligionis ætate? Si quos hic flores cernitis de uestræ uitæ collectos legite sinu. Non
sunt hæc præcepta uirginibus,sed de uirginibus exempla. Vestræ uirginitatis effi
giem nostra depinxit oratio, uestræ grauitatis imaginẽ quasi in speculo quodã ser
monis istius cernitis refulgere. Vos si quam nostro gratiam inhalastis ingenio ,ue
strum est quicquid iste redolet liber.Et qm̃ quot homines tot sententiæ, siquid de
fæcatum est in sermone nostro,oẽs legant, si quid decoctum,maturiores probent;
siquid modestum,pectoribus inhæreat,genas pingat;siquid florulentum, ætas flo
rulenta non improbet. Debuimus sponsæ citare amorem.Scriptum est enim:Dili Deut.6.
ges dñm deum tuum. Debuimus in nuptijs calamistris quibusdã crines saltẽ ora
tionis ornare.Scriptum est enim:Plaude manu,& percute pede.Debuimus perpe Ezech.21.
tuos spargere thalamos rosis: Etiam & in his coniugijs tẽporalibus nubenti prius
plauditur,q; imperatur,ne ante dura offendant imperia, q; blanditijs amor fotus
inolescat.Equorum uls plausæ sonitum discit amare ceruicis,ne recuset iugum. De
niq; prius assuescit uerbo lasciuiæ,q; uerbere disciplinæ.Ast ubi colla subdiderit iu
go,& habena constringit,& stimulus urget,& compares trahunt,& iugalis inuitat.
Sic etiam uirgo nostra debuit prius amore pio ludere,aurea thori regni cœlestis ful
cra mirari,in ipso uestibulo nuptiarum, & postes frondiũ sertis cernere coronatos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & chori ſtrepentis interius haurire delitias,ne ſe prius dñico iugo timefacta ſubdu
ceret,cp uocata inclinaret. Veni igitur huc à Libano ſponſa, ueni huc à Libano,
tranſibis & pertrāſibis.Sæpius enim nobis iſte uerſiculus recantandus eſt,ut uel do
minicis uocata uerbis,ſequatur,ſi qua non credit humanis. Hoc nos magiſterium
Cant.1. non inuenimus ſed accepimus,ſic inſtituit myſtici carminis doctrina cœleſtis.Oſcu
letur me ab oſculo oris ſui,quia bona ubera tua ſuper uinum, & odor unguentorū
tuorum ſuper omnia aromata. Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum. Totus
iſte delitiarum locus ludum ſonat,plauſum excitat,amorem prouocat.Ideo,inquit,
adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te retro. In odorem unguentorum tuo
rum curramus.Induxit me rex in tabernaculū ſuū. Ab oſculis cœpit, ut ad taberna
culum peruenirēt.Atq; illa tam patiens duri laboris exercitatæq; uirtutis,ut aperiat
manu dauſtra,in agrum exeat,in caſtellis maneat, in principio tamē retro odorem
currit unguenti,mox cum in tabernaculum uenerit, unguētum mutatur à caſtellis.
Deniq; quò euadat uidete: Si murus inquit eſt,ædificemus ſuper eum turres ar
genteas. Quæ ludebat oſculis,iam turres erigit,ut precioſis ſanctorum turrita faſti
gijs,non ſolum hoſtiles fruſtretur incurſus, uerum etiam bonorum propugnacula
ſtruat tuta meritorum.

DIVI AMBROSII MEDIO

LANEN. EPISCOPI DE VIRGINIBVS LIBER III.

D

VONIAM quæ habuimus digeſſimus ſuperioribus li
bris duobus,tempus eſt ſoror ſancta,ea quæ mecum con
ferre ſoles,beatæ memoriæ Liberij præcepta reuoluere, ut
quo uir ſanctior,eo ſermo accedat gratior.Nanq; is,cū in
ſaluatoris natali,ad apoſtolum Petrū,uirginitatis profeſ
ſionem, ueſtis quoq; mutatione ſignares (quo eū melius
die cp quo uirgo poſteritatem acquiſiuit) atq; aſtantibus
etiam puellis dei cōpluribus quæ certarēt inuicē de tua ſo
cietate,bonas,inquit,filia nuptias deſideraſti. Vides quātus ad natalē ſponſi tui po
Ioā.2. pulus conuenerit,& nemo impaſtus recederet? Hic eſt q rogatus ad nuptias aquā in
uina cōuertit,In te quoq; ſyncerū ſacramentū cōferet uirginitatis, quæ pri⁹ eras ob
Matt.15. noxia uilibus naturæ materialis elementis.Hic eſt q quinq; panibus & duobus pi
ſcibus quatuor milia populi in deſerto pauit.Sed plures pauiſſet,ſi iā tunc qui paſce
rentē fuiſſent.Deniq; ad tuas nuptias plures uocauit. Sed iā nō panis ex ordeo,ſed
corpus miniſtratē è cœlo.Hodie qdem ſecundū hoiem hō natus ex uirgine,ſed ante
omnia generatus ex patre,q matrē corpore,uirtute referat patrē. Vnigenitus in ter
ris,unigenitus in cœlo. Deus ex deo, partus ex uirgine. Iuſticia de patre, uirtus de
potente, lumen ex lumine.Non impar generāti,nō poteſtate diſcretus,nō uerbi ex
tenſione aut prolatione confuſus,aut cū patre mixtus. Sed ut à patre generationis
iure diſtinctus ſit,ipſe eſt fraternus tuus, ſine quo nec cœleſtia nec marina nec terre
na conſiſtunt. Verbū patris bonum quod erat in principio. Habes eius æternitatē.
Et erat,inquit, apud patrem, Habes indiſcretā à patre inſeparabilemq; uirtutē. Et
deus erat uerbum,Habes ingenitam eius diuinitatem.De compendio enim tibi fi
des eſt

A des eſt haurienda.Hunc filia dilige, quia bonus eſt. Nemo enim bonus niſi ſolus Luc.18.
deus.Si enim non dubitatur quia deus filius,deus autem bonus,utiq; non dubita
tur,quia bonus filius deus.Hunc inquā dilige. Ipſe eſt quē pater genuit ante lucife
rum ut æternum,ex utero generauit ut filium,ex corde eructauit ut uerbū. Ipſe eſt
in quo complacuit pater. Ipſe eſt patris brachium,quia creator eſt omnium. Patris
ſapientia,quia ex dei ore proceſſit. Patris uirtus, quia diuinitatis in eo corporaliter
habitat plenitudo. Quem pater ita diligit ut in ſinu portet,ad dexteram locet, ut ſa
pientiam dicat,uirtutem nouerit.Si igitur uirtus dei Chriſtus, nunquid aliquādo ſi
ne uirtute deus? Nūquid aliquādo ſine filio pater? Si ſemper utiq; pater, utiq; ſem
p & filius.Perfecti ergo patris pfectus eſt filius. Nā qui uirtuti derogat, ei derogat
cuius eſt uirtus.Inæqualitatem nō recipit perfecta diuinitas. Dilige igitur quē pa
ter diligit,honorifica quem honorificat pater. Qui enim non honorificat filium,nō Iohan.5.
honorificat patrem.Et qui negat filium,nec patrem habet.Hæc quātum ad fidem.
Sed interdum etiam cum fides tuta eſt,iuuentus ſuſpecta eſt. Modico itaq; uino
utere,ne infirmitatem corporis augeas,non ut uoluptatem excites. Incendunt enī
pariter duo,uinum & adoleſcentia. Infrenent etiam tenetam ætatem ieiunia,& par
ſimonia cibi retinaculis quibuſdam indomitas cohibeat cupiditates. Ratio reuocet,
mitiget ſpes,reſtringat metus. Nā qui moderari neſcit cupiditatibus, ſicut equus ra
ptatur indomitus,uoluitur,obteritur,laniatur,affligitur. Quod aliquando iuueni
ob amorem Dianæ contigiſſe proditur.Sed poëticis mendacijs coloratur fabula,ut
Neptunus prælati riualis dolore incitatus, equis dicatur furorē immiſiſſe, quo eius
B magna potentia prædicetur,quod iuuenem non in uirtute uicit,ſed fraude decepit.
Vnde eius ſacrificium quotānis inſtaurant Dianæ,ut equus ad eius immolet aras
Quam uirginem dicunt,quæ id quod etiam meretrices erubeſcere ſolent,amare po
tuit non amantem.Sed habeant per me licet fabulæ ſuā autoritatem,quaſi non, li
cet ſceleſtum utrūq;, minus tamen ſit iuuenem amore adulteræ ſic flagraſſe ut peri
ret,quàm duos (ut ipſi dicunt)deos de adulterio certaſſe:Iouem autem dolore ſcor
tantis filiæ in medicum uindicaſſe adulteri, quod eius curaſſet uulnera, qui Dianā
in ſyluis adulteraſſet,uenatricem ſanè optimam non ferarum ſed libidinum,ſed fe
rarum etiam ut nuda uenetur. Dent igitur Neptuno dominatum furoris,ut aſtru
ant crimen inceſti amoris. Dent Dianæ regnum in ſyluis quas incolebat, ut confir
ment adulterium quod gerebat. Dent Æſculapio quod mortuum reformauerit,
dummodo profiteantur quod fulminatus ipſe non euaſerit. Dent etiam Ioui ful
mina quæ non habuit,ut teſtificentur quæ habuit opprobria.Sed à fabulis ad pro
poſita reuertamur. Eſcis quoque omnibus quæ gignant membris calorem, parce
utendum puto. Carnes enim etiam aquilas uolantes deponunt. In nobis quoq;
ales interior illa de qua legimus: Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua,ſublime te
neus uirgineo prope uolatu ſuperfluæ carnis neſciat appetentiam. Conuiuiorum
deuitandæ celebritates,fugiendæ ſalutationes, ipſas uiſitationes in iunioribus eſſe
pauciores uolo,ſi forte deferendum ſit parētibus aut æqualibus. Teritur officijs pu
dor,audacia emicat,riſus ſubrepit,modeſtia ſoluitur,dum affectatur urbanitas. in
terrogant,nō reſpondere infantia,reſpondere fabula eſt. Deeſſe igitur ſermonem
uirgini quàm ſupereſſe malo. Nam ſi mulieres etiam de rebus diuinis in eccleſia iu 1.Cor.14.
bent tacere,domi uiros ſuos interrogare, de uirginibus quid cautum putamus, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commendat pudorem? An uero mediocre pudoris exẽplum est, quod Rebecca cũ ueniret ad nuptias, & sponsum uidisset, uelamen accepit, ne prius uideretur q̃ iungeretur? Et utiq; pulchra uirgo nõ decori timuit sed pudori. Quid Rachel? quẽadmodum extorto osculo fleuit & gemuit? Nec flere desisset, nisi proximum cognouisset: Ita & pudoris seruauit officiũ, & pietatis non amisit affectum. Quod si uiro dicitur, uirginem non consideres, ne quãdo scandalizet te, quid dicendum sacræ uirgini, quæ si amet, animo peccat, si amatur, & facto? Maxima est uirtus tacendi, præsertim in ecclesia. Nulla te diuinarum sententia fugiet lectionum, si aurem admoueas, uocem premas. Nullũ ex ore uerbum qd' reuocare uelis, proferas, sed parcior loquendi fiducia sit. Copiosum quippe in multiloquio peccatũ. Homicidæ dictum est: Peccasti, quiesce, ne peccaret amplius. Sed Gen.4. uirgini dicendũ est, quiesce ne pecces. Conseruabat enim Maria, ut legimus, omnia in corde suo quæ de filio dicebantur, & tu cum legitur aliquid quo Christus aut uenturus annunciatur, aut uenisse ostenditur, noli fabulando obstrepere, sed mentem admoue. An quicquam est indignius quàm oracula diuina circumstrepi ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur: circumsonare sacramenta confusis uocibus ut impediatur oratio pro salute deprompta omnium, cum gentiles idolis suis reuerentiam tacendo deferunt? Vnde illud exemplum proditur: Alexandro sacrificante Macedonum rege, puerulum barbarũ qui ei lumen accenderet, excepisse ignem brachio, atq; adusto corpore mansisse immobilem, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pœnam indicasse fletu. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentiæ, ut naturam uinceret: atq; ille non deos qui nulli erant, sed regem timebat. Quid enim D meret eos qui, si idem ignis eos contigisset, arsissent? Quid quod quidam in conuiuio patris adolescens iubetur, ne meretricios amores indicijs insolẽtibus prodat? Et tu in ministerio dei uirgo gemitus excreatus tusses risus abstine. Quod ille in cõuiuio põt, tu in ministerio dei nõ potes? Vocis uirginitas prima signetur, claudat ora pudor, debilitatem excludat religio, instituat consuetudo naturam. Virginem mihi prius grauitas sua nunciet, pudore obuio, gradu sobrio, uultu modesto, & prænuncia integritatis anteeant signa uirtutis. Non satis probabilis uirgo est quæ requirit cum uidetur. Frequens sermo est, cum plurima ranarũ murmura religiose auribus plebis obstreperent, sacerdotem dei præcepisse ut conticerent, ac reuerentiam sacræ deferrent orationi, tunc subito circũfusos strepitus quieuisse. Silent igitur paludes, homines non silebunt? Et irrationabile animal per reuerentiam recognoscit quod per naturam ignorat? Hominum tantam esse immodestiam, ut plerique deferre nesciant mentium religioni quod deferunt aurium uoluptati. Hæc tecum sanctæ memoriæ Liberius, quæ apud alios maiora uerbis, apud te minora exemplis, ita oẽm disciplinam non solum uirtute adæquasti, sed etiam æmulatione uicisti. Nãq; ieiunium in præceptis habemus, sed singulorũ dierum. Tu autẽ multiplicatis noctibus ac diebus innumera tempora sine cibo transigis, & si quãdo rogaris ut cibũ sumas, paulisper deponas codicem, respondeas illico: Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Ipse epularum usus cibus obuius, ut edendi fastidio ieiuniũ desideretur, potus è fonte, fletus in prece, somnus in codice. Hæc iunioribus conuenere annis, donec mens æui matura canesceret. Ast ubi domiti trophæũ corporis uirgo sustulerit, moderandũ labori, ut magistra suppari seruetur ætati. Cito fœcundis onerata

A rata palmitibus emeritæ ætatis uitis crepat, nisi aliquando reprimatur. Eadem tamen donec adolescit exuberat, & inueterata amputatur, ne siluescat sarmentis, aut fœtu nimio exinanita moriatur. Bonus agricola optimã uitem & fotu terræ cohibet & defendit à frigore, & ne meridiano sole uratur explorat. Agrũ quoq; uicibus exercet, uel si non patitur ociosum, diuersa alternat semina, mutatis ut fœtibus arua requiescant. Tu quoq; uirgo ueterana pectoris tui colles, diuersis saltem seminibus fere, nunc alimonijs mediocribus, nunc ieiunijs parcioribus, lectione, opere, prece, ut mutatio laboris inducia sint quietis. Non totus messem generat ager. Hinc de colli bus uineta consurgunt, illinc purpurascentes cernas oliuas, hic olentes rosas. Sæpe etiam relictis aratris ipse ualidus agricola digito solum scalpit, ut florum deponat radices, & asperis manibus quibus luctantes inter uineta flectit iuuencos, molliter ouium pressat ubera. Eo quippe melior ager, quo numerosior fructus. Ergo & tu boni agricolæ exemplum secuta non perennibus ieiunijs tanquam depressis uomeribus humum tuam findas. Floreat in hortis tuis rosa pudoris, lilium mentis, & irriguum sacri sanguinis uiolaria bibant sonem. Vulgo hoc ferunt: Quod uelis prolixe facere, aliquando ne feceris. Debet esse aliquid quod quadragesimæ diebus addatur, sed ita ut nihil ostentationis causa fiat, sed religionis. Oratio quoq; nos deo crebra commendet. Si enim propheta dicit: Septies in die laudem dixi ti- Psal.118.
bi, qui regni erat necessitatibus occupatus, quid nos facere oportet qui legimus: Vi- Matt.26.
gilate & orate ne intretis in tentationem? Certe solennes orationes cum gratiarum
actione sunt deferendæ, cum è somno surgimus, cum prodimus, cum cibum para-
B mus sumere, cum sumpserimus, & hora incẽsi, cum denicq; cubitum pergimus. Sed etiam in ipso cubili uolo psalmos cum oratione dominica frequenti contexas uice, uel cum euigilaueris, uel antequam corpus sopor irriget, ut te in ipso quietis exordio rerum secularium cura liberam, diuina meditantem somnus inueniat. Denicq; etiam ille philosophiæ ipsius qui nomen inuenit, quotidie priusquã cubitum iret, tibicinẽ iubebat molliora canere, ut anxia curis secularibus corda mulceret. Sed ille sicut is qui laterem lauat, secularia secularibus frustra cupiebat abolere. Magis enim se oblinebat luto, qui remedium à uoluptate quærebat. Nos autem terrenorum uitiorum colluuione detersa, ab omni inquinamento carnis mentium interna mundemus. Symbolum quoq; specialiter debemus tanquam nostri signaculum cordis antelucanis horis quotidie recensere. Quod etiam cum horremus aliquid, animo recurrendum est. Quando enim sine militiæ sacramento miles in tentorio, bellator in prælio? Iam illud quis non ad nostram institutionem dictum intelligat, quod ait sanctus propheta: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis Psal.6.
stratum meum rigabo? Nam siue lectum iuxta literam intelligas, tantam uberta-
tem ostendit profundi oportere lachrymarum ut lauetur lectus, stratum rigetur
fletibus obsecrãtis. Fletus enim præsentium, merces est futurorum. Quoniam bea- Luc.6.
ti qui fletis, ipsi enim ridebitis. Siue pro corpore accipiamus propheticum dictum,
delicta corporis pœnitentiæ lachrymis abluamus. Fecit enim sibi lectum Salo- Cant.3.
mon ex lignis Libani, columnæ eius argenteæ erant, acclinatorium eius aureum,
dorsum eius gemmatum stratum. Quis est iste lectus, nisi nostri corporis species?
Nanque in gemmis aër specie fulgoris ostenditur, in auro ignis, aqua in argento, terra per lignum, ex quibus corpus humanum quattuor constat ele-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mentis,in quo noſtra recubat anima,ſi non aſpero montium, non humi arido expers quietis exiſtat,ſed ſublimis à uitijs ligno fulta requieſcat. Vnde & Dauid dicit:
Pſal.40. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. Nam lectus doloris eſſe qui poteſt,cum dolere non poſſit qui non habet ſenſum? Corpus autem doloris, ſicut cor
Rom.7. pus eſt mortis. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniam uerſiculum induximus,in quo dominici corporis fecimus mentionem,ne quem forte perturbet legentem,quod dominus corpus ſuſcepit doloris, recordetur quia Lazari mortem doluit & fleuit, & in paſſione eſt uulneratus, atq; ex uulnere ſanguis & aqua exiuit,ſpiritumq; exhalauit. Aqua ad lauacrũ, ſanguis ad potum, ſpiritus ad reſurrectionem. Vnus enim eſt Chriſtus nobis ſpes,fides,charitas. Spes in reſurrectione,fides in lauacro,charitas in ſacramento. Tamen ut corpus ſuſcepit doloris,ita etiam ſtratum in infirmitate uerſauit,quia conuertit in commodum carnis humanæ. Nam paſſione infirmitas eſt ſoluta,mors reſurrectione,& tamẽ mœ-
Ibidem.12. rere pro ſeculo,gaudere debetis in domino,triſtes ad pœnitentiam,alacres ad gratiam. Licet & flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus, oportere gentium doctor ſalutari præceptione præſcripſerit. Verum qui penitus enodare cicatricem
Col.3. omnem deſiderat quæſtionis, ad eundem confugiat Apoſtolum. Omne enim inquit quodcunq; facitis in uerbo aut in facto, omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti,gratias agentes deo patri per ipſum. Omnia ergo dicta noſtra factaq; referamus ad Chriſtum,qui uitam fecit ex morte,lucem creauit ex tenebris. Nanq; ut corpus ægrotum nunc calidioribus fouetur, nunc frigidioribus temperatur, re-
D mediorumq; muratio ſi iuxta præceptum fiat medici, ſalutaris eſt, ſi contra mandatum uſurpetur,languoris augmentum eſt: Ita medico noſtro quicquid penditur Chriſto,remedium eſt,quicquid uſurpatur,incommodum. Debet igitur bonæ conſcientiæ mentis eſſe lætitia,non inconditis comeſſationibus, non nuptialibus excitata ſymphonijs. Ibi enim intuta uerecundia,illecebra ſuſpecta eſt, ubi comes deliciarum eſt extrema ſaltatio. Ab hac uirgines dei procul eſſe deſidero. Nemo enim, ut dixit quidam ſecularium doctor,ſaltat ſobrius, niſi qui inſanit. Quod ſi iuxta ſapientiam ſecularem ſaltationis,aut temulentia autor eſt,aut dementia,quid diuinarum ſcripturarum cautum putamus exemplis,cũ Ioannes prænuncius Chriſti ſaltatricis optione iugulatus exemplo ſit, plus nocuiſſe ſaltationis illecebram quàm ſacrilegi furoris amentiam. Et qm̃ talis uiri non ſtrictim prætereunda eſt recordatio,intereſt, ut quis & à quibus & quam ob cauſam, quomodo & quo tempore ſit occiſus,aduertere debeamus. Ab adulteris iuſtus occiditur, & à reis in iudicem capi talis ſceleris pœna conuertitur. Deinde præmium ſaltatricis, mors eſt prophetæ. Poſtremo quod etiam omnes barbari horrere conſuerunt,inter epulas atq; conuiuia conſummandæ crudelitatis profertur edictum. Et à conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagicij circumfertur obſequium. Quanta in uno facinore ſunt crimina. Extruitur regifico luxu ferale conuiuium, & explorato quando maior ſolito turba conuenerit,reginæ filia intimis mandata ſecretis in conſpectum uirorum ſaltatura producitur. Quid enim potuit filia de adultera matre diſcere niſi damnum pudoris? An quicquam eſt tam pronum ad libidines quàm inconditis motibus ea quæ uel natura abſcondit, uel diſciplina uelauit, membrorum operta nudare, ludere oculis, rotare ceruicem, comam ſpargere? Merito indè in iniuriam diuini-

A diuinitatis proceditur. Quid enim ibi uerecũdiæ poteſt eſſe ubi ſaltatur, ſtrepitur, concrepatur. Tunc rex, inquit, delectatus dixit puellæ, ut peteret de rege quod uellet. Deinde iurauit,quod uel dimidium regni ſi petiſſet,concederet. Vide quemadmodum ſæculares, ipſi de ſæcularibus ſuis iudicent poteſtatibus, ut pro ſaltatione etiam regna donentur. Puella autem admonita à matre ſua,popoſcit afferri ſibi in diſco caput Iohannis. Quod dicit: Rex contriſtatus eſt, non pœnitentia regis, ſed confeſſio iniquitatis eſt: quam diuinæ habet conſuetudo ſententiæ,ut qui geſſerunt impia, ipſi propria confeſſione ſe damnent. Sed propter diſcumbentes,inquit. Quid indignius quàm ut homicidium fieri iuberet,ne diſcumbentibus diſpliceret? Et propter ius,inquit,iurandum. O religionem nouam. Tolerabilius peieraſſet. Vnde non immerito dominus in Euãgelio iubet non eſſe iurandũ, ne ſit cauſa periurij,ne ſit neceſſitas delinquendi. Itaq; de ne iuſiurandum uiolaretur,percutitur innocens. Quid prius horreſcam neſcio. Tolerabiliora periuria quàm ſacramenta ſunt tyrannorum. Quis non cum è conuiuio ad carcerem curſari uideret,putaret prophetam iuſſum eſſe dimitti? Quis inquam cum audiſſet natalem eſſe Herodis,ſolenne conuiuium,puellæ optionem eligendi quod uellet datam, miſſum ad Iohannem ob ſolutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delitijs,quid cum furoribus uoluptati? Rapitur ad pœnam propheta conuiuiali tempore, conuiuiali præcepto,quo non cuperet uel abſolui: perimitur gladio, caput eius affertur in diſco. Hoc crudelitati ferculum debebatur,quo inſatiata epulis feritas ueſceretur. Intuere rex acerbiſſime tuo ſpectacula digna conuiuio. Porrige dexteram ne quid ſæui-
B tiæ tuæ deſit,ut inter digitos tuos riui defluant ſacri cruoris. Et quoniam non exaturari epulis fames,non reſtingui poculis potuit inauditæ ſæuiciæ ſitis, bibe ſanguinem ſcaturientibus adhuc uenis execti capitis profluentem. Cerne oculos in ipſa morte ſceleris tui teſtes, auerſantes conſpectum delitiarum. Clauduntur lumina, non tam mortis neceſſitate,quàm horrore luxuriæ. Os aureum illud exãgue,cuius ſententiam ferre non poteras,conticeſcit & adhuc timetur. Lingua tamen,quæ ſolet etiam poſt mortem officium ſeruare uiuentis,palpitante licet motu damnabat inceſtum. Portatur hoc caput ad Herodiadem, lætatur, exultat, quaſi crimẽ euaſerit, quia iudicem trucidauit. Quid dicitis uos ſanctæ fœminæ? Videtis quid docere, quid etiam dedocere filias debeatis? Saltet,ſed adulteræ filia: Quæ uero pudica eſt, quæ caſta eſt, filias ſuas religionem doceat non ſaltationem. Vos autem graues & prudentes uiri,diſcite deteſtabilium hominum epulas euitare. Talia ſunt conuiuia,qualia iudicia perfidorum. Iam ad finem orationis uela pandenti bene ſuggeris ſoror ſancta, quid ſuper eorum meritis exiſtimandum ſit,qui ſe præcipitare ex alto,uel in fluuium demerſerunt, ne perſecutorum inciderent manus, cum ſcriptura diuina uim ſibi chriſtianum prohibeat inferre. Et quidem de uirginibus in neceſſitate cuſtodiæ conſtitutis enodem habemus aſſertionem,cum martyrij exemplum. Sancta Pelagia apud Antiochiam quõdam fuit, annorum ferè quindecim, ſoror uirginum, & ipſa uirgo. Hæc primo domi claſſico perſecutionis inclusa, cum ſe à prædonibus fidei uel pudoris circumſederi uideret, abſente matre & ſororibus, uacua præſidio, ſed deo plenior: quid agimus, inquit, niſi proſpicias captiua uirginitas? Et uotum eſt, & metus eſt mori, quia mors non excipitur, ſed aſciſcitur. Moriamur ſcilicet, uel ſi nolunt licere, moriamur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mur. Deus remedio non offenditur, & facinus fides ableuat. Certe si uim ipsam no
minis cogitemus, quæ uis uolũtaria: illa magis est uis mori uelle nec posse. Nec dif
ficultatem ueremur, Quis em̃ est qui uult mori & non possit, cum sint ad mortem
tam prodiues uiæ? Iam enim sacrilegas aras præcipitata subuertam, & accensos fo
cos cruore restinguam. Non timeo ne dextera deficiens non perãgat ictum, nec pe
ctus se dolore subducat. Nullum peccatum carni relinquã, non uerebor ne desit gla
dius. Possumus mori nostris armis, possumus mori sine carnificis beneficio. Matris
in gremio fertur ornasse caput, nuptialem induisse uestem, ut non ad mortẽ ire di
ceres, sed ad sponsum. Ast ubi detestandi persecutores ereptam sibi uiderunt præ
dam pudoris, matrem & sorores cœperunt quærere. Verum illæ spirituali uolatu
iam campum castitatis tenebant, cum subito hinc persecutoribus imminentibus,
inde torrente fluuio exclusæ à fuga, inclusæ ad coronam, quid ueremur inquiunt?
Ecce aqua, quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptisma est, quo peccata donan
tur, regna quæruntur. Et hoc baptisma est, post quod nemo delinquit. Excipiat nos
aqua quæ regenerare consueuit. Excipiat nos aqua quæ uirgines facit. Excipiat nos
aqua quæ cœlum aperit, infirmos tegit, mortem abscondit, martyres reddit. Te re
rum conditor precamur deus, ne exanimata spiritu corpora uel unda dispergat, ne
mors separet funera, quarum uitam non separauit affectus, sed sit una constantia,
una mors, una etiam sepultura. Hæc effatæ & suspensæ paululũ, incincto sinu quo
pudorem tegerent, nec gressum impedirent, cõsertis manibus tanquam choros du
cerent, in medium progrediuntur alueum, ubi unda torrentior, ubi profundum ab
ruptius illuc uestigia dirigentes, Nulla pedem retulit, nulla suspendit incessum, nul
D la tentauit ubi gressum figeret, anxiæ cum terra occurreret, offensæ uado, lætæ pro
fundo. Videres piam matrem stringentem nodo manus, gaudere de pignore, ti
mere de casu, ne sibi filias uel fluctus auferret. Has tibi inquit hostias Christe im
molo, præsules uirginitatis, duces castitatis, comites passiõis. Sed quis iure miretur
tantam uiuentibus fuisse cõstantiam, cum etiam defunctæ immobilem stationem
corporum uendicauerint? Non cadauera unda nudauit, non rapidi cursus flumi
nis uolutarunt. Quin etiam sancta mater licet sensu carens pietatis, tamen adhuc
seruabat amplexum, & religiosum quem strinxerat nodum nec morte laxabat, ut
quæ religioni debitum soluerat, pietate hærede mereretur. Nam quas ad marty
rium iunxerat, usque ad tumulum uendicabat. Sed quid alienigenis apud te soror
utor exemplis, quam hæreditariæ castitatis inspirata successio parentis infusione
martyris erudiuit. Vnde enim didicisti, quæ non habuisti, unde disceres consti
tuta in agro, nulla socia uirgine, nullo informata doctore? Non ergo discipulam
quod fieri sine magistro non potest, sed hæredem uirtutis egisti. Qui enim fieri
posset, ut sancta Soteris tibi non esset mẽtis auctor, cui auctor est generis, quæ per
secutionis ætate, seruilibus quoq; contumelijs ad fastigium passionis euecta, etiam
uultum ipsum qui inter cruciatus totius corporis liber esse consueuit iniuriæ, & spe
ctare potius tormenta quàm perpeti, carnifici dedit: Tam fortis & patiens, ut cum
teneras pœnæ offerret genas, prius carnifex cædendo deficeret, quàm martyr iniu
riæ cederet. Non uultum inflexit, non ora conuertit, non gemitum, non lachry
mam dedit. Denicq; cum cætera pœnarum genera uicisset, gladium quem quære
bat inuenit. Nobile apud ueteres Salomonis illud fertur fuisse iudicium, cũ à duabus
litigantibus

A litigantibus mulieribus interpellatus esset, quarũ altera conuersa per somnũ cũ in
fantem oppressisset suũ, postulabat alienũ, Altera ueri amoris conscia & culpæ ne
scia filium iure proprium uendicabat. Vtraq; igitur perseueranter nitente, cognito
ris hæsit intentio. Non enim poterat Salomon arbiter esse interioris arcani, cũ pe
tentis utriusq; mens esset occultior. Euentu conuẽtus ambiguo machæram promi
iussit, mandatoq; ministris quo simularent triste ministerium, diuidi iussit infan
tem, ut singulæ mulieres singulas partes adipiscerentur. Quo audito illa quæ pete
bat alienum, nõ solum acquieuit, sed etiam diuisionem paruuli deposcit, nullo
affectu conuenta materno. Illa quæ suum sciebat infantem, non uinci metuens, sed
orbari, nec iam solatio proprio, sed pignori suo consulens, orare occœpit, ut inco
lumis magis puer traderetur, alienæ quam sectus in partes matri propriæ reddere
tur. Vnde Salomon qui non maiestate diuina, sed argumentis ut homo interiorẽ
interrogabat affectũ, illi potius iudicauit paruulũ esse reddendũ, quã ueram matrẽ
dolor proprius prodidisset. Illã uero quã morituri pueri misericordia nõ moue
bat, exortẽ pronunciauit esse naturæ, quã exortem uidit esse pietatis. Veritas ergo
nõ latuit, sed tamen per simulationẽ alterius fluctuauit. Diuq; etiã bona mater euẽ
tu hæsit ambiguo, dũ iudicij periclitat incerto. Hæc licet in figura superioribus sint
facta temporibus, scripta sunt tamen ad correptionem nostrã, ut intelligamus, pdi
omnia posse quæ facta sunt, & omnia cõposita reuelari. Duæ igitur istæ, qm̃ pro
positũ est nobis hoc loco non tractare de mulieribus, Duæ inquã istæ, fides est at
que tentatio. Tentatio inq; cõmunis ab initio autor erroris, quæ postquã posteritã
B tem suã carnalis uitio conuersationis & somno mẽtis amisit, posteritatis fructus au
ferre conat alienæ. Itaq; dũ tentatio litigat, fides fluctuat, donec machæra Christi
latentes distinguat affectus. Quæ est hæc machæra Christi? Illa de qua scriptũ est: *Mat.10.*
Gladiũ ueni mittere in terrã. Est enim gladius de quo scriptũ est: Et tuã ipsius ani *Luc.2.*
mã pertransibit gladius. Qui aũt sit hic gladius, quæ machæra cognosce. Verbũ in *Heb.4.*
quit acutũ & ualidũ & penetrabilius omni gladio acutissimo, penetrans usq; ad di
uisionem animæ & spiritus artuumq; & medullarum. Bonus gladius uerbũ dei, bo
nus gladius utpote scrutator cordis & renis, qui mẽdaciũ à ueritate discernat, atq;
eos quorũ animã pertrãsierit, non interficiat sed reseruet. Hæc igitur de regnorũ di
cta sint libro assumpta de causa, de historia recẽsita, de cõscientia usurpata, & fide
prompta. Nũc decursæ ex libro Iudicũ inspiciamus seriem lectionis. Nõ enim oci *Iudic.11.*
osis parricidiũ fuit auribus audiendũ. Itaq; repetamus historiã. Iepte iudex Iude
orũ fuit. Is euẽtu belli cõflictatus ambiguo, præliorũq; uentus incerta, uotũ uouit
huiusmodi, si aduersarios depulisset, ut quicquid ei primum intra domus suæ limẽ
occurrisset, hostiam immolaret deo suorum præsuli triumphorũ. Itaque bello po
titus fusisq; hostibus domũ rediit, cui in ipso uestibulo filia memor pietatis, ignara
oblationis occurrit. Sed recordatus ilico pater, & propriæ sponsionis admonitus, in
gemuit soluendi muneris sponsiones. Heu me inquit filia, perdidisti me. Ego enim
aperui os meum de te ad dominum. Tum illa: O pater si in me aperuisti os tuum
ad dominum, fac mihi ita ut exiuit de ore tuo. Duorum tamen tãtum mensium
inducias postulauit, donec in montem ascenderet, & super uirginitatem suam fle
ret. Deinde duobus post exactis mensibus remeauit ad patrem. Votum ille cõple
uit. His enim uerbis utendũ est, quando scriptura diuina effectũ rei non prodidit,
sed re

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sed refugit parricidij mentionem. Quid igitur hoc probamus? Minime iure gentiũ
Sed tamen &ſi parricidium non probo, aduerto præuaricandæ metum & formidi-
nem ſpõſionis. Deniq; ad Abraam dictum eſt: Nũc ſcio quia amas dominum deũ
tuum, quia non pepercisti unico filio tuo. Habes igitur indiciũ quo docetur præua-
ricandum temere non eſſe promiſſum. Verum deo parricidium non probari, in ea
dem aſſerit lectione, cum pro filio ouis ſubijcitur, ut ipſa potius quàm filius ferire-
tur. Habuit igitur Iepte quod ſequeretur exemplum, quia dominus ſanguine non
delectaretur humano. In uno enim oraculo ad Abraham prom; to docuit filio-
rum ſalutem religionis obſequio poſthabendam, offerri à parentibus deo debere
filios, non debere iugulari. Certe cum hæc filia tam ſollicita fuerit de patris uoto, cur
pater non dubitauerit de filiæ parricidio, & cum illa paternum caueret mẽdacium,
iſte filiæ non caueret interitum? Dicet aliquis: Qua ratione illic deus non permiſe-
rit parricidiũ fieri, hic ſit paſſus impleri? Nunquid acceptor perſonarũ deus? Non,
ſed meritorum atq; uir[illegible]. Certe dum conſilium eſſet ambiguum, ſignare de-
buit oraculum, quid ad præſens facto & in reliquum conueniret exemplo. Vbi ue-
ro iam præceſſiſſet exemplum, neceſſarium non iudicauit oraculũ, cum facti forma
ueteris quid fieri oporteret oſtenderit. Aut fortaſſe quia non una forma meritorũ,
ideo non una forma factorum. Pater doluit, fleuit filia, uterq; de dei miſeratiõe du
bitauit. Non doluit Abraam, nec conſuluit parentis affectum. Vbi audiuit diuini-
tatis oraculum, non diſtulit ſacrificium, ſed maturauit obſequium. Non dubitauit
Iſaac, cum imparibus ſequeretur patrem paſſibus. Non fleuit cum ligaretur, non
dilationem popoſcit, cum offerretur. Et ideo miſericordia largior, ubi fides prom-
D ptior. Et bene non fleuit factum patris, quia riſus eſt matris. Pro qua deuotionis
exultatione ouis pro illo iuſſa eſt immolari, quia ſe ipſe nõ diſtulerat immolandũ,
nec de dei miſeratione ambiguus, nec de ſui deuotione ſollicitus. Nemo igitur in-
uentus eſt qui tam cruentum patris reuocaret affectum, quia omnis promiſſio mu
neris cõueniebat officio. Sacrificium itaq; ſanguinis immolatur, & nemo eſt qui re-
ſiſtat. Sacrificium caſtitatis offertur, & qui prohibeat non inuenitur. Pater parrici-
dium promiſit, & ſoluitur. Pater integritatem filiæ uouit, & tam piæ oblationis nõ
inuidetur affectus. Illic filia dolens ſanguinem ſuum obtulit pro patria ſponſione.
Hic tam pium promiſſum nec hæreditario munere, nec propria ſoluitur uoluntate.
Quo in negocio etiam nos uocamur in culpam. Quã tandem? Quia nuptias pro-
hibuimus illicitas. Vocent ergo in eandem culpam etiam Ioannem Baptiſtam. Et
cum aliud nihil forte habeamus quod probetur in nobis, hoc ſolum condemnetur
in nobis quod probatum eſt in Propheta. An erubeſcendum protulimus autorẽ?
Quam uero cauſam aliam habuit ille martyrum, repetite animo. Cauſa illius paſ-
Matt.14. ſionis certe hæc fuit, Non licet inquit tibi eam uxorem habere. Si hoc de uxore ho-
minis, quanto magis de uirgine conſecrata? Si hoc dictum eſt regi, quanto magis
dicendum eſt priuatis? Gratias itaq; diuinitati quod hic nullus Herodes, atq; uti-
nam nulla Herodias. Non licuit ergo pro uirginitate ſermonem dicere? Et cur
ſcriptum eſt: Iudicate pupillo, & iuſtificate uiduam? Et cur ſcriptum eſt: Patris or-
Pſal.67. phanorũ & iudicis uiduarum? Ergo caſtimoniæ & integritati deditas deſeremus,
aut etiam condemnabimus? At certe ipſis gentilibus inter aras & foco; uenerabi-
lis ſolet eſſe uirginitas, & in quibus nulla meritorum eſt pietas, nulla mentis inte-
gritas, in

A gritas, in iſs tamẽ carnis uirginitas prædicatur. A prophanis igitur ceremonijs uirgi
nes nemo prohibebit, ab eccleſia dei uirginitas arcebitur? Illic coguntur quod non
docentur, hic interdicitur quod non licet non doceri. Illic præmijs reuocantur à nu-
ptijs, hic ad nuptias coartabuntur iniurijs. Illic uiolentia fit ut capiantur, hic fiet uio
lentia ne profiteantur. Et poteſt eſſe patientia ſacerdotũ, ut non uel morte oblata, ſi
ita neceſſe eſt, integritatis ſacrificiũ uendicetur. Conſiderate quia uirgines præ apo-
ſtolis reſurrectionẽ domini uidere meruerunt. Certe hoc docuit hodierna quæ de-
curſa eſt lectio. Nam cum in nouo monumento (ſicut Ioannes dixit) corpus poſitũ Ioh.19
eſſet domini Ieſu, in ſuo autem monumento (ſicut eſt ſecundũ librũ euangelij Mat
thæi) poſuiſſet Ioſeph domini corpus, obſeruabãt uirgines. Bene & Matthæus mo Matth.27.
numentum dixit nouum, ne ex monumento ueteri reſurrexiſſe alius crederetur. Be-
ne etiam ſecundum ſpiritum iuſti in monumentũ poſitum eſt, quia Chriſtus à mor
tuis in nouo iuſti reſurgit affectu. Bene etiam ſecundum literam alienũ monumen
tum fuit, quia ſuum monumentũ dominus non quæritur habeant tumulum qui
ſub lege ſunt mortis. Victor mortis ſuum tumulum non habebat. Non enim ille ſe
pulchrũ mortis deſiderabat, qui de morte trophæa referebat. Vidit ergo Maria re-
ſurrectionem domini, & prima uidit & credidit. Vidit & Maria Magdalena, quam
uis adhuc iſta nutaret. Hoc loco nõ mediocrem aduertite quæſtionem, ne ſubdubi-
tare de reſurrectione domini uirgines debeatis. Videte quod meritũ, Non ſola car-
nis uirginem facit, ſed etiam mentis integritas. Deniq; Maria Magdalena dominũ
B prohibetur tangere, quia nutabat de reſurrectionis fide. Illa igitur tangit Chriſtũ,
quæ fide tangit. Magdalena aũt ſtabat ad monumentum foris plorans. Quæ foris
eſt plorat, nam quæ intus eſt plorare nõ nouit. Plorat autem quia corpus nõ uidet
Chriſti, & periſſe putat, quia ipſa nõ cernit. Ergo Maria foris, ſed nõ Petrus, non Io
annes foris. Deniq; illi currentes intrauerũt, & ideo nõ plorauerũt, & gratulantes re
ceſſerunt. Illa quæ nõ introiuit, fleuit, non credidit, fraude ſublatũ putauit, nec cũ an
gelos cerneret, credendũ arbitrabatur. Et ideo dicunt ei angeli: Mulier quid ploras? Ioh.20
quem quæris? Hoc angeli dicũt, & dñs poſtea ijſdem uerbis repetiuit, ut ſciatis quia
angelorũ uerba mandata ſunt domini. Deniq; eadem (ut dixi) etiã dñs uerba repe
tiuit dicens: Mulier quid ploras? quẽ quæris? Quæ nõ credit, mulier eſt: nam qui cre
dit, in uirum perfectum reſurgit, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti. Mulier, in- Ephe.4.
quit, non de ſexu, ſed de cunctatione conuitiũ eſt. Et bene mulier quæ nutabat, quia
uirgo iam crediderat. Quid ploras? hoc eſt, tu tibi es cauſa plorandi, tu tibi es autor
flendi, quæ es Chriſti incredula. Ploras quia non uides Chriſtum, crede & uidebis.
Adeſt Chriſtus, nec unquã ijs à quibus quæritur deeſt. Quid ploras? hoc eſt, nõ la-
chrymis opus eſt, ſed fide prompta & deo digna. Noli cogitare mortalia, & nõ plo
tabis: noli cogitare peritura, & flendi cauſam habere nõ poteris. Cur inde ploras, un
de alij gratulantur? Quem quæris? hoc eſt, Non uides quia adeſt Chriſtus? non ui-
des quia Chriſtus eſt dei uirtus? quia Chriſtus eſt dei ſapientia, quia Chriſtus eſt
ſanctitas, quia Chriſtus eſt caſtitas, quia Chriſtus integritas, quia Chriſtus natus
eſt ex uirgine, quia Chriſtus ex patre, & apud patrẽ, & in patre ſemper? Natus non
factus, nec degener, ſed ſemper uerus deus ex deo uero. Tulerunt, inquit, dominum Ioh.20.
de monumento, & neſcio ubi poſuerunt eum. Erras mulier quæ putas ab alijs Chri
ſtum de monumento eſſe ſublatũ, & non poteſtate propria reſuſcitatũ. Sed nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tulit dei uirtutem,nemo tulit dei sapientiã,nemo tulit uenerabilem castitatem. Nõ tollitur Christus de monumento iusti,nec de suæ uirginis secreto & piæ mentis arca no,& si qui uolunt tollere,auferre non possunt. Tunc ait illi dominus:Maria respice ad me. Quando nõ credit,mulier est,quando conuerti incipit Maria uocatur,hoc est,nomẽ eius accipit quæ parturit Christum.Est enim anima quæ spiritualiter parit Christum. Respice,inquit,ad me. Qui Christum respicit,emendatur,Errat autẽ quæ Christum non uidet.Et ideo illa conuersa respexit & dixit: Rabbi,quod interpretatur magister. Quæ respexit conuertitur,quæ conuertitur plenius intuetur,quæ uidet proficit.Et ideo magistrum appellat quem mortuum esse credebat. Alloquitur quem putabat amissum Noli,inquit, me tangere, hoc est, Etsi correptionis tentamenta sunt,non tangit tamen Christum nutantis affectus.Noli,inquit,me tangere,hoc est,noli tangere dei uirtutem,dei sapientiã,reuerendam integritatem,honorabilem castitatem.Sed uade ad fratres meos,Quid est aliud dicere, nisi iam noli foris flere? Vade ad [illegible] & ad obseruantissimos sacerdotes,& dic illis: Ascen-
Ioan.20. do ad patrem meum, & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum. Quid est aliud dicere, nisi ne mulier hinc moueas quæstionem? Certe à perfectioribus quære,dicent tibi, quæ distinctio sit inter patrem meum & patrem uestrũ. Nam qui iuxta diuinam generationem pater mihi est,is iuxta adoptionem pater uester est.Patrem meum dicendo, à creaturis se dei filius separauit.Patrem uestrũ dicendo,adoptionis spiritalis gratiam designauit.Ita & deum meum dicendo,mysterium suæ incarnationis ostendit,ut quem patrem naturaliter habet,deum appellet propter susceptí corporis sacramentum.Deum quoq; uestrum cum dicit,profectum in nobis
D suæ opationis ostendit.Et uere deus noster factus est nobis,ex quo passus est Christus,quando ut alia omittam, pro integritate seruanda mori uirgines sunt paratæ. Nihil de causa,nihil de persona loquor. Vbi enim domini gratia,ibi debet esse pax domini. Nec quenq; publicis arguo, sed meipsum defensatũ uenio. Accusati enim sumus,& nisi fallor,accusatores nostri plericq; de uobis sunt.Horum ego affectus redarguere malo,quàm personas prodere.Criminis autem inuidia hæc est,quia sua deo castitatem.Qui hoc non libenter accipit,ipse se prodit. Virginitatem,inquit,doces,& persuades plurimis. Vtinam conuincerer,utinam tanti criminis probaretur effectus.Non uererer inuidiam,si efficaciam recognoscerem. Atq; utinã me exemplis potius argueretis quàm sermonibus cæderetis. Sed uereor ne præuaricatores mihi apposuisse uidear,qui me alienis cõmendent laudibus. Initiatas,inquit,sacris mysteriis,& consecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinam potuissem reuocare nupturas. Vtinã possem flammeũ nuptiale pio integritatis uelamine mutare. An indignum uidetur, ut sacratæ uirgines à sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet sponsum eligere,non licet deum præferre? In me ergo facti conditio mutatur,ut pro opprobrio mihi cedat quod semper spectauit ad gratiam sacerdotũ,iacere semina integritatis,& uirginitatis studia prouocare. Quæro enim utrum quasi improbũ hoc,an quasi nouum,an quasi inutile reprehendatur? Si quasi improbũ, improba ergo uota sunt omnium, improba uita est angelorũm, quam gratia resurrectionis imitatur.Qui enim non nubunt neq; nubentur,erunt sicut angeli in cœlo,qui hoc utiq; reprehendit,resurrectionis uota condemnat.Itaq; improbum uideri non potest, quod hominibus pro præmio constitutum est. Nec potest

eius

A eius rei species displicere, cuius ueritas & in fructu est & in uoto.Sed esto,nõ sit improbũ,nunquid nouum est? Nos enim noua omnia quæ Christus nõ docuit iure damnamus,quia fidelibus uia Christus est. Si igitur Christus non docuit quod docemus, etiã nos id detestabile iudicamus. Discutiamus ergo utrũ Christus integritatem docuerit,an repudiandã putauerit? Et sunt,inquit, spadones, qui seipsos Matth.19.
castrauerũt propter regnũ cœlorũ. Est ergo præclara militia quæ regno cœlorũ militat. Itaq; iam tũc dominus docuit,esse debere intemerata studia castitatis. Vnde & Apostoli eam cæteris præeminere cernentes,si ita est causa,aiunt,uiri cum uxore, non expedit nubere.Quo dicto & grauiora iudicarũt onera uinculi cõiugalis,& ueræ integritatis gratiã prætulerũt. Sed dominus qui sciret prædicandã omnibus integritatẽ,imitandã paucis,non omnes, inquit,capiunt uerbũ istud,sed quibus datũ est,hoc est,non est cõmunis plurimis & uulgaris integritas, nec pro infirmitate permittitur,sed pro uirtute cõcedit. Deniq; cũ dixisset: Et sunt spadones q seipsos castrauerunt propter regnũ cœlorũ, ut ostenderet hoc non mediocris esse uirtutis, Qui potest,inquit,capere capiat.Et ideo post hoc uerbũ offerunt pueri ad benedicendũ,qui corruptelæ expertes,integritatis munus immaculata ætate seruarent. Taliũ enim est regnũ cœlorũ,qui in puerilem castimoniam tanq; in naturam infantiũ corruptelæ ignorãtia remeauerint.Est ergo etiã cœlesti uoce probata uirginitas,do
B minicisq; expetẽda præceptis.Quo loco magisteriũ diuinæ uocis imitemur. Nam cũ in superioribus coniugiũ memorauerit nõ esse soluendũ nisi ex causa fornicationis,in posterioribus integritatis gratiam donũq; cõtexuit, ut doceret non damnãdas esse nuptias,sed probandas ,nuptijs tamen ipsis integritatis studia præferẽda. Quis enim tã auersus à uero qui nuptias damnet? Sed quis tã alienus à ratione,q 1.Cor.4.
coniugij onera nõ sentiat? Etenim mulier innupta & uirgo, cogitat quæ sunt domini,ut sit sancta corpore & spiritu. Nã quæ nupta est,cogitat quæ sunt mundi,quo modo placeat uiro.Et præter has molestias quãuis nubendo non peccet,contritionem tamen habebit carnis huiusmodi.Grauis enim partus labor est, grauis creandorũ & erudiendorũ liberorũ molestia.Quibus ante præscripsit, ne qs huiusmodi auerteretur iniurijs.Multæ enim in partus doloribus cõstitutæ coniugio se renunciare dicunt.Multi etiã matrimonij onera nõ ferentes,alieno ab uxore auertunt affectu.Et ideo Apostolus ante præmisit. Iunctus es uxori, noli quærere solutionem.Et bene ait:Iunctus es.Quodam enim uir & uxor nexu inter se amatorio copulantur,& quibusdam inuicem sibi habenis amoris astricti sunt. Bona igitur uincula nuptiarum,sed tamen uincula,& si uincula,tamen uincula charitatis.Bonũ cõiugiũ,sed tamẽ à iugo tractũ,& iugo mundi ,ut uiro potius cupiat placere, q̃ deo. Bona etiam uulnera charitatis,& osculis præferenda.Vtiliora enim uulnera amici, Pro.27.
q̃ uoluntaria oscula inimici.Deniq; Petrus uulneratur,Iudas osculatur. Illũ oscula condẽnant,hunc uulnera emendant. Illius osculis proditionis uulnera funduntur, istius lachrymis culpa lauatur. Itaque ut ostenderet sermo propheticus bona uulnera charitatis,ecclesia dicit in Canticis canticorũ. Quia uulnerata charitate ego sũ Nemo ergo uel qui cõiugiũ elegit, reprehendat integritatem ,uel qui integritatem sequitur,condẽnet coniugiũ.Nanq; huius sententiæ aduersarios interpretes dãnauit iamdudũ Ecclesia,eos scilicet qui audiãt soluere copulam coniugalẽ. Audite eñ quid dicat sacrosancta ecclesia: Veni frater meus exeamus in agrũ,requiescamus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

C caſtellis,diluculo ſurgamus in uineas, uideamus ſi floruit uitis. Multos ager fructus habet,ſed ille melior eſt qui & fructibus redundat & floribus. Eſt ergo eccleſiæ ager diuerſis fœcundus copijs. Hic cernas germina uirginitatis flore uernantia illic tanquam in campis ſiluæ uiduitatem grauitate pollentem, alibi tanquam uberi fruge coniugij eccleſiæ ſegetem replentem mundi horrea, ac ueluti maritatæ uineæ fœtibus torcularia Ieſu domini redundantia, in quibus fidelis coniugij fructus exuberat. Nec improbum igitur nec nouum integritatis eſt ſtudium. Videamus ne forte inutile iudicetur. Nonnullos enim dixiſſe audiui quod perijt mundus, defecit genus hominum, coniugia labefactata ſunt. Quæro quis tandem quæſiuit uxorem,qui non inuenerint? Quãdo fuerint bella pro uirgine? Quis unquam pro uirgine ſit peremptus? De coniugijs autem iſta naſcuntur,ut perimatur adulter uxoris, raptor prælijs appetatur. Iſta reipublicæ ſemper damno fuerunt. Pro uirgine ſacra nemo damnatus eſt, quia caſtitatem non pœna cohibet, ſed religio auget, fideſque conſeruat. Si quis igitur putat conſecratione uirginum minui genus humanum, conſideret quia ubi paucæ uirgines, ibi etiam pauciores homines, ubi uirginitatis ſtudia crebriora, ibi numerum quoque hominum eſſe maiorem. Diſcite quantas Alexandrina, totiuſque orientis & Aphricana eccleſia quotannis ſacrare conſueuerint. Pauciores hic homines prodeunt, quàm illic uirgines conſecrantur. Ex ipſius igitur orbis terrarum uſu non inutilis uirginitas exiſtimatur,præſertim cum per uirginem ſalus uenerit orbem fœcundaturа Romanum. Quod ſi quis hoc prohibet, prohibeat igitur pudicas uxores
D degere,quia frequentius poſſunt parere incontinentes. Nulla peregrinanti marito fidem ſeruet, ne damnum faciat prolis futuræ, & partus frequentioris amittat ætatem. Sed difficilior fit uia adoleſcentibus ad nuptias impetrandas. Quid ſi fortè commodior? Quæro enim cum his aliquem habere tractatum, qui arcendæ uirginitatis ſententiam gerunt. Itaque qui ſunt iſti, diſcutere debemus, utrum qui uxores habent, an qui non habent. Si qui habent, timere non debent, uxores eorum iam uirgines eſſe non poſſunt. Si qui non habent, non ſibi iniuriam faciant, quod eius tantum nuptias ſperauerint, quæ nuptura non eſſet. An fortaſſe patres pro filiarum coniunctione ſolliciti, moleſte ferunt uirgines conſecrari? Nec hi quod uereantur habent, ſi ſequatur conſilium. Inter paucas ſuæ citius eligentur. Aiunt etiam plerique maturioris ætatis uirgines eſſe uelandas. Neque ego abnuo, ſacerdotalis eſſe cautionis debere, ut non temere puella ueletur. Spectet planè, ſpectet ætatem ſacerdos, ſed fidei uel pudoris. Spectet & maturitatem uerecundiæ, examinet grauitatis canitiem, morum ſenectam, pudicitiæ annos, animos caſtitatis. Tamen deinde ſi matris tuta cuſtodia, comitum ſobria ſedulitas, ſi hæc præſto ſunt, non deeſt uirgini longæua canicies. Si hæc deſunt, differatur puella moribus quàm annis. Non ergo ætas reijcitur florentior, ſed animus examinatur. At certe Theclam non ſenectus ſed uirtus probauit. Et hinc quid plura? Ætatem exam, cum omnis ætas habilis deo, perfecta ſit Chriſto? Denique non uirtutem ætatis appendicem dicimus, ſed uirtutis ætatem. Nec mirere in adoleſcentulis profeſſionem, cum legeris in paruulis paſſionem. Scriptum eſt enim:

Ex ore

A Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. An dubitamus, ſi eum uſque ad continentiam ſequatur adoleſcentia, quem uſque ad mortem confitetur infantia? Et quaſi incredibile putamus, ſi puellæ nubiles Chriſtũ ſequantur ad regnum, quẽ etiam pueri ſequebantur in deſertum? Sicut legimus, quia ſaturata ſunt de quinq; panibus quatuor milia hominum, exceptis,inquit,pueris & mulieribus. Nolite ergo à Chriſto arcere infantes, quia & ipſi pro Chriſti nomine ſubiere martyrium. Talium eſt enim regnum cœlorum. Vocat eos dominus, & tu prohibes? De ipſis enim dominus ait: Sinite eos uenire ad me. Nolite adoleſcentulas arcere, de quibus ſcriptum eſt: Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, & introduxerunt te in domum matris ſuæ. Nolite poſtremo à Chriſti charitate etiam paruulos ſeparare, quem etiam intra matris uterum adhuc poſiti exultatione prophetica fatebantur. In ipſis adhuc eccleſiæ principijs turbæ requirebant eum. Qua ratione? Quia manus,inquit,imponens curabat eos. Nec tempus ad ſanandum,nec locus quæritur. Omnibus enim locis omnibuſq; temporibus non eſt prætermittenda medicina. Intra domum Maria ab angelo benedicitur, intrà domum Dauid ungitur in prophetam. Vbiq; Ieſus curat, ubique ſanat, in itinere, in domo, in deſerto. In itinere curatur quæ fimbriam tetigit, In domo principis ſynagogæ filia reſuſcitatur. In deſerto turba ſanatur. Denique ſic habes, Cum ſol autem occidiſſet, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens curabat eos. Sanabat ergo & in deſerto, & occidente iam ſole,& ſanabat imponens manus, ut & deum ſe & hominem demonſtraret. Non immeri-
B to igitur facta iam die turbæ requirebant eum. Vide ordinem. Sole occidente ægri deferuntur ad Chriſtum, facta autem die turbæ requirebant eum. Quando enim niſi per diem quæritur Chriſtus? Nam qui in luce ambulat, non recedit à Chriſto. Itaque nox habebat adhuc ægrotantium gemitus, dies iam fidem plebis, iam lætitiam ſanatorum,ut quod ſcriptum eſt compleretur. Ad ueſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Quæ enim turbæ maior gratia quàm ut etiam in deſertum locum Chriſtum ſequatur? In quo ille docet, à perfecto abeſſe debere iactantiam. Non enim ſanandorum copiam, ſed operum iactantiam declinabat. Et nos igitur ſi ſalui eſſe deſideramus, uel ſi iam meremur ſanitatem, procul à luxuria, procul à laſciuia, tanquam in arido uitæ iſtius & ieiuno ſolo, quadam ſiti corporis fugitantem delitiarum Chriſtum ſequamur. Sequamur per diem. Adeſt eccleſiæ dies,quem Abrahã uidit & gauiſus eſt. Sequamur ergo per diem Chriſtum. Non enim in noctibus reperitur. In cubili, inquit, meo, in noctibus quæſiui quem dilexit anima mea, quæſiui eum & non inueni eum, uocaui eum & non obaudiuit me. Non in foro, non in platæis Chriſtus reperitur. Denique nec illa eum in foro & in platæis potuit reperire, quæ dicit: Exurgam ibo, & circumibo in ciuitate,in foro,& in platæis, & quæram quem dilexit anima mea. Quæſiui eum, & non inueni eum. Vocaui eum, & non obaudiuit me. Nequaquam igitur ibi quæramus Chriſtum, ubi inuenire non poſſumus. Non eſt Chriſtus circumforanus. Chriſtus enim eſt pax, in foro lites. Chriſtus iuſticia eſt, in foro iniquitas. Chriſtus operator eſt,in foro inane ocium. Chriſtus charitas eſt, in foro obtrectatio. Chriſtus fides eſt,in foro fraus atque perfidia. Chriſtus in eccleſia eſt,in foro idola. Et ut illa uidua quam in alio perſtrinximus libro, cognoſcat non obtrectandi me locutum illa ſtudio, ſed

M 3 moneri

Pſal.8.
Matth.14
Ibidem.19.
Cant.1.
Luc.8.
Ibidem.4
Pſal.29.
Ioan.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C monendi, méque non aſperum, ſed ſollicitum, gratiam reconciliationis accipiat. In
ecclesia uidua iuſtificatur, in foro circunuenitur. Fugiamus ergo forum, fugiamus
platæas. Prudentiam autem notam aſſume tibi, & cuſtodias te à muliere aliena.
Per feneſtram enim de domo ſua in platæis proſpicit. Fugiamus platæas. Non
enim iniuria tantummodo eſt non inueniſſe quem quæras, ſed etiam plerunque
ubi non oportet quæſiſſe uulnus eſt, quæſiſſe in domibus uirorum qui ſibi fal-
ſò doctorum nomen aſſumunt, quæſiſſe procacius quàm uerecundius. Ergo cauea
mus exemplo eccleſiæ illius, ne qui nos cuſtodes inueniant qui circumeunt ciuita-
Cant.5. tem. Inuenerunt, inquit, me cuſtodes qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt & uul
nerauerunt me, & tulerunt pallium meum à me cuſtodes murorum. Non in ſe fi-
liæ, non, inquam, in ſe filiæ, ſed in nobis uulneratur eccleſia. Caueamus igitur ne la
pſus noſter uulnus eccleſiæ fiat, ne quis à nobis pallium auferat, hoc eſt, amictum
prudentiæ, inſigne patientiæ, quo mollioris ambitio ueſtis exuitur. Qui enim mol
Matth.11. lioribus ueſtibus induuntur, in domibus regum ſunt. Nobis autem pallium dedit
Chriſtus, quo apoſtolos ſuos & corpus ſuum ipſe ueſtiuit. Quod denique iubet te
dare ſi quis à te tunicam petat, ut dimittas ei & pallium, id eſt inſigne philoſophiæ
tuæ tradas, & quaſi amictu prudentiæ tuæ eum qui ante nudus fuerat, circunueſti-
as. Ibi igitur filiæ Chriſtum quæramus, ubi quærit eccleſia, in montibus boni odo
ris, qui excelſorum ſublimitate factorum, ſuauem uitæ odorem pro meritorum
uerticibus exhalant. Fugit enim platæas, fugit conuentus & ſtrepitus fori, iuxta
Cant.2. quod ſcriptum eſt: Fuge fraternus meus, & ſimilis efficere ceruo aut hinnulo cerui
D in montes aromatum. Serpentinis enim inuiſus colubris effugitans canum, atque
humi reptantibus infeſtus ſerpentibus, neſcit habitare niſi in ſublimitate uirtutum,
2. Cor. 2. neſcit commorari niſi in talibus eccleſiæ filiabus quæ poſſunt dicere: Chriſti enim
bonus odor ſumus deo, ſed quibuſdam odor mortis in mortem in iis qui pere-
unt, quibuſdam odor uitæ in uitam, in iis utique qui odorem reſurrectionis do-
minicæ uiuida fide ſperant. Iſti ſunt aromatum montes, qui domini corpus Ieſu
acceperunt, & in linteis cum aromatibus ligauerunt. Quicunq; enim crediderunt,
quia Ieſus mortuus eſt, & ſepultus eſt, & reſurrexit, ij excelſum ueræ cacumen fi-
dei uirtutum faſtigijs extulerunt. Vbi ergo Chriſtus quæritur? In pectore pruden
tis ſcilicet ſacerdotis. Et quoniam de deſerto tractatus hic ſumitur, ubi quærendus
Cant.2 ſit, etiam ipſe monſtrat dicens: Ego flos campi & lilium conuallium, tanquam li-
lium in medio ſpinarum. Ecce alius locus, in quo ſolet dominus diuerſari, immo nō
in uno loco, ſed in pluribus. Ego, inquit, flos campi, quia patentem ſimplicitatem
puræ mentis frequentat. Et lilium conuallium. Flos enim humilitatis eſt Chriſtus,
non luxuriæ, non uoluptatum atque laſciuiæ, ſed flos ſimplicitatis, flos humilita-
tis, tanquam lilium in medio ſpinarum. Nónne inter aſperitates laborum contri-
tioneſque animorum boni flos odoris aſſurgit, quia contrito corde deus placatur?
Eſaiæ.35. Hoc eſt deſertum filiæ quod ducit ad regnum. Hoc eſt etiam deſertum quod flo-
ret ut lilium, iuxta quod ſcriptum eſt: Lætare ſterilis & exulta deſertum, & floreat
ut lilium. In hoc deſerto filiæ, arbor illa bona fructifera, quæ bonos fructus facit,
incipit brachia factorum ſuorum diffundere, uerticem diuinitatis attollere. Iuxta

quam

A quam noſtræ ligna ſyluæ fruteſcant, quia ſicut arbor mali inter ligna ſyluæ, ita fra-
ter meus inter medium filiorum. Et uidens hoc eccleſia lætetur & gaudeat dicens:
In umbra eius concupiui & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Videns, in- Cant.2
quam, hoc eccleſia, & fidei noſtræ iam læta ſucceſſu dicat, Inducite me in domo ui-
ni, & ordinate in me charitatem. Charitas non poteſt eſſe ſine fide. Tres enim
ſunt uelut uades eccleſiæ, ſpes, fides, charitas. Cum ſpes præceſſerit, fides funda-
ta fuerit, ordinatur charitas, eccleſia copulatur. Didiciſti ergo ubi Chriſtum re-
quiras, diſce etiam quemadmodum poſſis mereri, ut ille te quærat. Excita ſpi-
ritum ſanctum dicens: Exurge aquilo & ueni auſter, aſpira hortum meum, &
profluant aromata mea. Deſcendat fraternus meus in hortum ſuum, & man-
ducet fructum pomiferarum ſuarum. Hortus uerbi animæ uernantis affectus
eſt, & in pomiferis uirtutis eſt fructus. Vēnit ergo & ſiue manduces ſiue bibas,
ſi Chriſtum inuocas, adeſt dicens: Venite manducate panes meos, & bibite ui- Prouerb.9.
num meum, Siue etiam dormias pulſat ad januam. Venit, inquam, frequen-
ter, & per proſpectum mittit manum ſuam, ſed non ſemper nec ad omnes, ſed
ad eam animam quæ poteſt dicere: Nocte exui me tunicam meam. Etenim Cant.5.
in hac ſeculi nocte prius tibi corporalis uitæ amictus eſt exuendus. Exuit enim
ſe carne dominus, ut pro te de dominationibus & poteſtatibus mundi iſtius tri-
umpharet. Quomodo induam illam? Vide anima deo deuota quid dicat. Sic
ſe actus corporis & terrenos exuit mores, ut neſciat quomodo etiam ſi uelit rur-
ſus poſſit induere. Quomodo induam illam? Hoc eſt, qua uerecundia? quo
B pudore? qua poſtremo memoria? Conſuetudo enim boni, uſum prauitatis ue-
teris amiſit. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Didiciſti in euan-
gelio quod pedes lauare, fidei myſterium, humilitatis inſigne ſit, iuxta quod
ſcriptum eſt: Si ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter, quantomagis uos Ioan.13.
debetis alter alterius pedes lauare? Sed hoc ad humilitatem pertinet. Quan-
tum uero ad myſterium, pedes debet lauare ſuos qui uult partem habere cum
Chriſto. Si enim non lauero, inquit, tibi pedes, non habebis partem mecum.
Cum hoc Petro dicitur, quid de nobis cenſetur? Qui lauit igitur pedes non ne-
ceſſe habet iterum lauare, & ideo caueat ne inquinet eos. Et bene ſancta eccle
ſia dicit: Laui pedes meos. Non dicit quomodo iterum lauabo eos, ſed quo-
modo iterum inquinabo eos, quaſi oblita maculæ ueteris, oblita contagij. Ad-
monet igitur in miniſterio corporali, quemadmodum ſpirituale debeamus actuū
noſtrorum diluere ueſtigium. Itaque pedes cum ſemel laueris æterni fontis irriguo
& myſterij mundaueris ſacramento, caue iterum corporeæ cupiditatis illuuiem ne
lutulenti actus ſordibus inquinentur. Iſti ſunt pedes quos Dauid lauit in ſpiri-
tu, qui te docet quemadmodum eos inquinare non poſſis, dicens: Stantes erant Pſal.121.
pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Vtiq; hic non corporis, ſed animi intelli
ge pedes. Quomodo enim terrenus homo in cœlo haberet corporis pedes? Hie-
ruſalem enim, ſicut Paulus te docuit, in cœlo eſt. Et idem te docuit quemadmodū
in cœlo ſtare poſſis, cum dicit: Noſtra autem conuerſatio in cœlis eſt. Conuerſatio Philip.3.
morum, cōuerſatio factorū, cōuerſatio fidei. Quiſquis ſic uiuit, poteſt dicere: Frater
meus miſit manū ſuam per proſpectū, & uenter meus turbatus eſt ad illum, ſurrexi

Universidad de Deusto
Biblioteca

C aperire fratri meo. Bonum est ut ad aduentum domini interiora turbentur. Si ad angeli aduentum Maria turbata est, quantomagis ad Christi nos turbamur aduentum? Influentibus quippe diuinis, corporeus peregrinatur affectus, & usus ille exterioris hominis exolescit. Et tu turbare, & tu festina. Festinantes illi agnum manducare præcipiuntur. Surge aperi, ad ianuã Christus est, uestibula domus tuæ pulsat, si aperueris, introibit, & introibit cum patre. Nec solum cum ingressus fuerit, mercedem relinquit, sed etiam prius quàm ingrediatur, mercedem præmittit. Adhuc anima turbatur, adhuc parietes domus suæ palpat, adhuc ostium quærit ubi Christus est, adhuc soluit uinculum carnis & corporis claustrum, adhuc Christus fo
Cant.5. ris pulsat. Manus, inquit, meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni in manibus clausuræ. Quam myrrham stillant animæ manus, nisi illam quam obtulit iustus ille Nicodemus magister in Israël, ille qui meruit lauacri primus audire mysterium, qui attulit mixturam myrrhæ & aloës quasi libras centum, & misit in corpus Iesu? Perfectum utiq; odorem fidei attulit. Hunc odorem fragrat anima quæ Christo aperire incipit, ut accipiat primum odorem dominicæ sepulturæ, & credat quia caro eius non uidit corruptionem, nec odore aliquo mortis emarcuit, sed æterni illius floris & semper uirentis odore condita surrexit. Quomodo enim poterat uel in carne marcescere, cuius nomen unguentum exinanitum est? Exinaniuit se, ut spiraret tibi. Semper unguentum hoc erat, sed erat apud patrem, erat in patre, olebat tantum angelis & archangelis, tanquam intra uas cœli. Aperuit os pater dicens: Ec-
Esaiæ.49. ce posui te in testamentum generis mei in lucem gentium, ut sis in salutem usque
D ad extremum terræ. Descendit filius, repleta sunt omnia nouo odore uerbi. Eructauit cor patris uerbum bonum, fragrauit filius, spiritus sanctus exhalauit, at-
Rom.5. que per omnium corda diffudit. Diffusa est enim charitas dei in cordibus nostris per spiritum sanctum. Ipse dei filius in corpore tanquam in uase odorem primo cohibebat suum operiens tempus sicut ait: Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut sciam quando oporteat me dicere sermonem. Venit hora, aperuit os, exiuit unguentum, quando uirtus exibat de eo. Hoc unguentum exinanitum est supra Iudæos, & collectum est à gentibus. Exinanitum in Iudæa, & redoluit in omnibus terris. Hoc unguento uncta est Maria, & uirgo concepit, uirgo peperit bonum odorem dei filium. Hoc unguentũ effusum est super aquas, & sanctificauit aquas. Hoc unguento uncti sunt tres pueri, & humorẽ ijs flamma rorauit. Hoc Daniel unctus est, & leonum ora mollijt feritatemq; permulsit. Fluit hoc unguentum quotidie, & nunquam deficit. Accipe uas tuum uirgo & accede, ut possis hoc unguento repleri. Accipe unguentum æstimatum trecentis denarijs, sed gratis datum, nõ uenditum, ut omnes haberent. Gratis uirgo ungere, noli contristari sicut Iudas, quia hoc unguentum effunditur, sed consepeli te in Christum. Claude sanè uas tuũ, ne unguentum effluat. Claude integritatis claue, loquendi uerecundia, abstinentia gloriandi. Hoc quæ habet unguentum, Christum recipit. Et ideo quæ habebat ait: Aperui, inquit, fratri meo, frater meus transiuit. Quomodo transiuit? id est mentis interna pe-
Lucæ.2. netrauit, sicut dictum est Mariæ: Et tuam ipsius animã pertransibit gladius. Viuũ
Hebræ.4. enim uerbum dei sicut gladius acutus penetrans corporalium repagula cogitationum, cordis interna rimatur. Et tu igitur anima una de populo, una de plebe, neque enim Christus stupet aliqua secularium discrimina dignitatũ, nec auratam uestem, aut

A aut monile pretiosum, aut nobilia coruscantium gemmarũ serta miratur, quorum dispendijs sæpe lis mouetur in ecclesia, pax fugatur. Certe tu una de uirginibus, quæ corporis tui gratiam splendore mentis illuminas, Propior enim es quæ ecclesiæ compareris. Tu, inquam, in cubiculo tuo & nocturno tempore constituta, semper meditare Christum. & eius aduentum omnibus sperato momentis. Si tardare tibi uidetur, exurge. Tardare uidetur cum diu dormis, tardare uidetur cum ab oratione uacas, tardare uidetur cum uocem non excitas psalmis. Primitias uigiliarum tuarum Christo sicato, primitias actuum tuorum Christo immola. Audisti in superioribus quia uocauit te dicens: Veni à Libano sponsa, ueni à Libano, transibis Cant.4.
& pertransibis à principio fidei. Transibis in seculũ certatura, pertransibis ad Christum triumphatura de seculo. Audisti quia te à leonum & pardorum, id est, à spiritualium nequitiarum incursionibus separauit. Audisti quia placet ei tuarum pulchritudo uirtutum. Audisti quia uestimentorum tuorum aromata, hoc est bonum odorem integritatis omnibus odoribus prætulit. Audisti quia hortus es clausus, suauium pomiferarũ refertus fructibus. Pete igitur ut aspiret tibi spiritus sanctus, spiret supra cubile tuum, atque odorem piæ mentis & gratiæ spiritualis accumulet. Respondebit tibi: Ego dormiui, & cor meum uigilat. Audis uocem pulsantis ad ia Cant.5.
nuam & dicentis: Aperi mihi soror mea, surge proxima mea, columba mea, perfecta mea, charitate proxima, simplicitate columba, uirtute perfecta, quia caput meum plenum est rore. Sicut enim ros cœli nocturnas amouet siccitates, ita ros domini nostri Iesu Christi nocturnis & secularibus tenebris æternæ uitæ stillauit hu-
B morem. Hoc est caput quod æstu mundi nescisse arescere. Vnde ait: Quia si in hu- Lucæ.23.
mido hoc faciunt, in arido quid facient? Hoc igitur caput rorat alijs, sibi abundat. Et bene abundat caput Christi, quia caput tuũ Christus est, qui plenus est semper, nec liberalitatibus exhauritur suis, aut diuturna deficit largitate. In hoc caput ferrũ non ascendit, quod est instrumentũ belli, insigne discordiæ. Nunc expecta & uide, ros ille qualis sit, scilicet nõ uulgaris humoris. Cincinni autem sunt in eo guttarũ noctis. Noli proxima mea accipere cincinnos corporalium capillorum. Non illa ornamenta sed crimina sunt. Lenocinia formæ, non præcepta uirtutis. Alios cincinnos Nazaræus habet, quibus ferrum non ascendit, quos nemo præcidit, qui non calamistris compositi & arte digesti, sed multiplici crispante uirtutum nitentium gratia refulserunt. Disce in historia quales Nazaræus cincinnos habeat, quos quandiu Samson habuit, intactus nunquam uinci potuit. Cincinnos perdidit, & meritum uirtutis amisit. Audita igitur uirtute uerbi, quam exueras tunicam nocte, ne quæsieris quem admodum induas eam, Offunditur enim & frequenter offertur per nequitiam spiritalem. Quemadmodum, inquam, induas eam, obliuiscaris & nescias. Et quasi iam dominus assistat, exors corporalium uinculorum turbata consurgas, internam orationibus præpares mentem dum surgis, ut ex humilibus ad superna contendas, & studeas fores tui cordis aperire: dum manus tuas tendas ad Christum, fidelem tua gesta spirabũt odorem. Admoue igitur manus naribus tuis, & odorem actuũ tuorum indefessa ac peruigili alacritate mentis explora. Mulcebit te odor dexteræ tuæ, & fragrantiã resurrectionis tua membra redolebunt, myrrham digiti tui sudabunt, hoc est fidei meæ gratiã spiritualia gesta fragrabunt. Capis ergo uirgo ex interiore tuo corpore uoluptatem, & ipsa tibi dulcis, ipsa tibi suauis es, ipsa tibi quod peccãti

bus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bus sæpe contingit, non incipis displicere. Plus enim tibi placebit nuda simplicitas
corporeæ fraudis exuta tegminibus. Talem te Christus desiderauit, talem te Chri-
stus elegit. Aperto itaq; ingreditur ostio. Neque enim potest fallere, qui se ingres-
surum esse promisit. Complectere igitur quem quæsisti, accede ad ipsum, & illumi-
naberis: tene illum, roga ne cito abeat, obsecra ne recedat. Verbum enim dei currit,
fastidio non capitur, negligentia non tenetur. Obeat anima tua in uerbo eius, &
Cant.5. cœlestis sermonis insiste uestigio, cito enim transit. Denique quid ait illa? Quæsiui
eum, & non inueni illum, uocaui eum, & non obaudiuit me. Ne putes displicere te,
Luc.4. quæ uocasti, quæ rogasti, quæ aperuisti quod tam cito abijt. Sinit nos sæpe tenta-
ri. Denique turbis rogantibus ne recederet, quid ait in Euangelio? Et alijs ciuitati-
bus oportet me euangelizare uerbum dei, quia ideo missus sum. Sed etiam si tibi il-
le abisse uidetur, tu rursus explora, poli iam deo deuota illos metuendos circunfo-
ranos intelligibiles tingere custodes, noli timere eos qui circumeunt ciuitatem, noli
uulnera formidare, quæ sequentibus Christum nocere non possunt. Etiam si cor-
pus tuum, hoc est uitam corporis tui auferant, uicinus est Christus, quem cum in-
ueneris, ubi cum eodem cõmorari debes agnosce, ne forte ante discedat. Cito enim
deserit negligentes. Quis igitur te nisi sancta ecclesia debet docere, quemadmodũ
Christum teneas? Immò iam docuit, si quæ legis intelligas. Quàm modicum, in-
quit, fuit cum transij ab ipsis, donec inueni quem dilexit anima mea, tenui eum, &
non relinquam eum. Quibus igitur Christus tenetur? Non iniuriæ nexibus, non
restium nodis, sed uinculis charitatis, mentis habenis stringitur, & animæ tege-
D tur affectu. Si uis & tu tenere Christum, quære iugiter, nec pœnam metuas. In-
ter enim supplicia frequenter corporis, inter ipsas persecutorum manus Christus
melius inuenitur. Quàm modicum, inquit, fuit, cum transiui ab ipsis. Exiguo enim
spacio breuiq; momento cum persecutorum manus euaseris, nec succubueris pote-
statibus mundi, tibi Christus occurrit, nec te diu tentari patitur. Quæ sic Christum
Cant.3. requirit, quæ Christum inuenit potest dicere: Tenui eum, nec relinquam eum, do-
nec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum eius quæ me conce-
pit. Quæ est domus matris tuæ & cubiculum eius, nisi internũ tuæ secretumq; na-
turæ? Hanc domum serua, huius domus mundato penetralia. ut cum immacula-
ta domus fuerit, nec ullius adulterinæ conscientiæ sordibus inquinata, spiritualis do-
mus in sacerdotium sanctum lapide angulari coaugmentata consurgat, & spiritus
sanctus habitet in ea. Quæ sic Christum requirit, quæ sic Christum obsecrat, non
relinquitur ab eo, immò etiam frequenter reuisetur. Est enim nobiscum usque ad
consummationem mundi. Ergo Christus repertus est & tenetur, & repertus est il-
le qui per fenestram tuam manum misit. Quæ est fenestra nostra nisi per quam o-
pera Christi uidemus, oculus scilicet animi & mentis obtutus. Et ideo uirgo per fe-
nestram tuam Christus introëat, Christus manum suam mittat per fenestram,
tibi ueniat uerbi non corporis amor. Si igitur per fenestram tuam manum mit-
tit dei uerbum, uide quemadmodum fenestras tuas præpares, uide quemad-
modum ab omni puluere delictorum detergere debeas. Nihil tetrum habeat,
nihil adulterinum fenestra uirginis. Procul stibium & cæteras affectati nugas de-
coris, procul adulterini amoris illecebras. Similis aurium causa est, quibus non
suspendenda onera, non figenda uulnera, sed unus ornatus est audire quod

A prosit. Ianuam quoque tuam discе temporibus obserare nocturnis, non facile quis-
quam patentem reperiat. Sponsus ipse uult clausam esse cum pulsat. Ianua nostra
os nostrum est. Christo propemodum soli debet aperiri, nec aperiatur nisi ante
pulsauerit dei uerbum. Denique ideo scriptum est: Hortus conclusus soror mea Cant.4.
sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Nec facile aperiat os suum, ne uulgari desi-
gnet alloquio. Neque de ipsis diuinis decet nisi uerbo dei interpellata respondeas.
Quid tibi cum cæteris? Soli Christo loquere, soli fabulare Christo. Si enim mulie-
res in ecclesia taceant, quantomagis non decet patere uirginis ianuam, non decet ui
duæ patere fores? Cito insidiator pudoris obrepit, cito uerbum excidit quod reuo-
care desideres. Si Euæ clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec respon-
disset interrogata serpenti. Introiuit mors per fenestram, hoc est per Euæ ostium. Hiere.9.
Ingreditur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, postre-
mo si ubi non oportet loquaris. Clausæ sint igitur labiorum fores tuorum, & obse-
ratum maneat uocis uestibulum, tũc fortasse reserandum cum audieris dei uocem,
cum audieris dei uerbum. Tunc tibi myrrha sudabit, tunc tibi baptismatis aspira-
bit gratia, ut ab elementis mundi commoriare cum Christo, & cum Christo resur-
gas. Quid adhuc, inquit, uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne
attaminaueritis, ne gustaueritis quæ sunt ad corruptionẽ ipso usu. Corruptela enim
abesse debet à castis. Itaque carnis & mundi sepelite curam, quia cum Christo re-
surrexistis, quæ sursum sunt quærite ubi Christus est. Cum Christum quæritis, pa-
B trem deum uidetis. Christus enim in dextera dei sedet. Sed ea quæ Christum requi
rit, non debet esse uulgaris, non debet esse in foro, non in platæis uoce querula, gres-
su lubrica, facilis auditu, uilis aspectu. Terrenum tibi apostolus consortium negat,
& ultra naturæ propemodum terminos alis ad cœlum docet spiritualibus euolan-
dum. Quæ sursum sunt, inquit, sapite, non quæ super terram. Sed quia hoc impos- Col.3.
sibile erat in hoc corporis uelut claustro reclusis, & quia defunctis corporibus ani-
ma fertur ad superiora reuolare, alligata dum uiuimus quadam nostræ lege natu-
ræ, ideo addidit: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Ibidem.
deo. Si abscondita est cum Christo in deo, nõ appareat mũdo. Christus enim mor
tuus est mundo, uiuit deo. Vide nunc quemadmodum desiderari amet Christus,
confabulationes non amet. Aperuit uirgo illa suas fores dei uerbo, Sed transiuit,
inquit, & exiuit anima mea in uerbo eius. Exiuit à mundo, exiuit à seculo, remãsit in
Christo. Quæsiui, inquit, eum & non inueni eum. Amat enim Christus diu requi- Cant.5.
ri. Inuenerunt illam custõdes murorum. Fortasse sunt & alij custodes quos magis
intelligere debeamus. Est enim ciuitas quæ portas murorum clausas non habet, de
qua dictum est: Et portæ eius nõ claudentur per diem. Nox enim non erit amplius Apoc.21.
in ea, afferent gloriã & honorẽ gentes in illam. Illa est ergo ciuitas Hierusalem quæ
in cœlo est, intra quã iam quasi perfecta & imaculata seruaris. Non enim intrat in
eam omne cõmune. Cõmunis castitas nõ est, cõmunis pudicitia nõ est, quæ in libro
uitæ scribitur. Si igitur inuenimus ciuitatem, ingrediamur in eam, uideamus lumen
eius, uideamus muros, uideamus tribus, uideamus fundamenta muralia, uideamus
etiam custodes murorum. Sed quomodo ingrediamur in eam? In hac ciuitate uita
est, & una est uia quæ ducit ad uitã. Via ergo Christus est. Ergo Christũ sequamur
Sed ipsa in cœlo est ciuitas. Quomodo igitur ascendamus ad cœlũ, docet te euãge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sta qui dicit: Et eduxit me spiritus in montem magnum & altum, & ostendit mihi
Apoc.21. ciuitatem sanctã Hierusalem descendentẽ de cœlo. Ascendamus ergo spiritu, quia
caro ascendere ad eam non potest. Ascendamus nos interim ad cœlũ, ut ad nos po
stea de cœlo illa descendat, in qua lumẽ est simile lapidis pretiosissimi, ut lapidis hia
spidis & crystalli. Habet murum magnum & altum. Didicisti lumen, didicisti mu
rum, disce portas, disce custodes. Habet, inquit, portas duodecim, & in portis ange
los duodecim, in quibus duodecim tribuum filiorum Israël superscripta sunt nomi
na. In portis patriarcharum nomina cõtinentur, in muro apostolorum. Fundamen
ta enim ciuitatis apostoli, & lapis angularis est Christus, in quo omnis structura con
surgit. Deus extra, deus intus, deus ubiq; est. Habet enim, inquit, ciuitas maiesta
tem dei. Ergo & uos sanctæ uirgines, & quicunq; iusti estis, & immaculatã animæ
geritis castitatem, ciues sanctorũ estis, & domestici dei. Sed tunc nobilitatem istam
patriæ possidebitis, si Christum intra ciuitatis huius præsepia quæritis, ingressi per
fidem, actusq; pretiosos patriarcharum, clarificati lumine, fundati super apostolos,
uersantes inter angelos. Quomodo igitur isti custodes angeli sunt, qui castæ ani
mæ pallium tollunt? Aliud pallium uirginum est, aliud adolescentiæ circumfora
næ. Illa quæ in foro Christum requirit, pallium etiam quod habebat amisit. Pru
dentia enim non in foro & in platæis, sed in ecclesia possidetur. Et fortasse, ut cum
ipsis quoq; ueniamus in gratiam, atque omnium misericordem deum esse docea
mus, quia & illi Christum aliquando reperiunt, si tamen iugiter quærant: palliũ hoc
amictus corporis est. Ergo qui quæsiuit in cubili Christum, si tamen sic quæsiuit, si
D cut ille qui dixit: Si memor fui tui super stratum meum. Si quæsiuit iuxta quod scri
ptum est: In noctibus extollite manus uestras in sancta. Si quæsiuit in ciuitate, in
foro, & in platæis, in ciuitate dei nostri. In foro fortasse in quo iudex ille diuini iuris
sedet. In platæis unde collecti sunt, qui ad cœnam dominicam conuenerunt. Potest
custodientibus ciuitatem dei angelis dum diu quærit occurrere. Quinetiam ex cœ
lesti custodum natura cœlestem intelligere possumus ciuitatem, cœleste forum iusti
ciæ sempiternæ, non uiles platæas, sed fortasse in quibus superfluere fons ille con
Prouerb.5. sueuit, de quo scriptum est: Superfluant tibi aquæ de tuo fonte, & in platæis tuis
diffundantur tuæ aquæ. Qui sic ergo Christum requirit, ad angelos peruenit. Sed
si bonis ad angelos meritis peruenitur, cur qui peruenerit uulneratur? Est & gladi
us bonus, cuius gladij bonum uulnus. Vulnerat dei uerbũ, sed non ulcerat. Est uul
nus boni amoris, sunt uulnera charitatis. Ideoq; dixit: Vulnerata charitate ego sum
Quæ perfecta est, uulneratæ charitatis est. Bona sunt igitur uerbi uulnera, bona
Prouerb.27. sunt amantis uulnera. Vtilia enim uulnera amici, quàm uoluntaria oscula inimici.
Vulneratæ charitatis Rebecca est, quæ derelictis parentibus migrauit ad sponsum
Vulneratæ charitatis Rachel, quæ zelauit sororem, amauit maritum. Sorori enim
quod abundaret filijs, ipsa adhuc sterilis inuidebat, quia typum gerebat ecclesiæ, cui
Gal.4. dicitur: Lætare sterilis quæ nõ paris, erumpe & clama quæ non parturis. Inuenerũt
ergo custodes & uulnerauerũt eã, & tulerunt ei palliũ. hoc est, actus corporales inuo
lucrũ sustulerũt, ut nuda mentis simplicitas quæreret Christũ, quia nemo potest a
mictu uestitus philosophiæ, in habitu scilicet sapientiæ secularis Christũ uidere. Et
bene tollitur ei amictus philosophiæ, ne quis eam per philosophiã depredet. Bene
tollit ei palliũ quæ ad Christũ propinquat, ut deũ uisura mũdo corde gradiat. Bea
tienim

A ti enim mundo corde, quia ipsi deum uidebũt. Deniq; ubi mundauit cor, uerbum
repperit, deum uidit. Quære ergo illum uirgo. Immo quæramus omnes: Anima
enim sexum non habet. Sed ideo fortasse fœmineum nomen accepit, quod eam
uiolentior æstus corporis angit. Ipsa autem impetus carnis amore sui molli qua
dam & blanda ratione demulcet. Ergo orationibus & obsecrationibus deum inui
tare debemus, ut quasi bonus auster afflare dignetur, uerbiq; nobis auram cœ
lestis aspiret, quæ fructiferas arbores non turbare uento graui, sed leni spirami
ne flatuq; molli consueuit agitare. Vnde scriptum est: Posuit me currus Amina
dab, eo quod anima nostra coniungitur corpori, Velut quidam equorum fremen
tium currus rectorem sui quærat aurigam. Aminadab enim pater Naason fuit, si
cut in Numeris legimus, qui erat princeps populi Iudæ. Cuius figura refertur ad
Christum, qui uerus populi princeps animam iusti uelut currum agitator ascendẽs,
uerbi habenis gubernat, ne uiolentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sũt
enim eius uelut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, uoluptas, timor.
Quibus furentibus cũ cœperit agi, nequaquam seipsa cognoscit. Corruptibile eñ Sap.9.
corpus animam grauat, & tanquam irrationabilium animalium cursus inuitam ra
pit, uoluentibus curis uelut quodam impetu proruentem, donec memoratæ corpo
ris passiones uerbi uirtute mitescant. Hæc uerbi tanquam boni agitatoris est pro
uidentia, ne illi animæ quæ in se non est morti obnoxia, corpus mortale coniunctũ
agitationem sui faciat esse difficilem. Primo igitur hos ueloces motus corporis do
mitet, & nexu rationis infrenet, dein caueat ne dispari motu se uelut equi implicent,
B ut bonum aut improbus decoloret, aut tardus impediat, aut turbidus inquietet.
Fremit enim equus maliciæ, seseq; iactando currum lædit, grauat iugalem. Hunc
bonus auriga demulcet, & in campum ueritatis mittit, fraudis declinat anfractus.
Tutus ad superiora cursus est, periculosus ad inferiora descensus. Inde quasi emeri
ti qui bene portauerint iugum uerbi, usq; ad domini præsepe ducuntur, in quo nõ
fœnum est esca, sed panis qui descendit e cœlo. Huius currus rotæ sunt, de quibus
dixit propheta: Et spiritus uitæ erat in rotis, eo quod currus animæ teres & rotun Ezech.1.
dus sine ulla offensione uoluatur. Sed ne longius labamur, inuitatur dei uerbum in
hortum nucis, in quo fructus propheticæ lectionis & sacerdotalis est gratiæ, quæ
amara in tentationibus, dura in laboribus, in uirtutibus interioribus fructuosa
est. Vnde etiam uirga Aaron nucea floruit, non iam natura sua, sed uirtute secreta.
Descendat ergo in hortum suum, ut uindemiet fidem, capiat odores, pabulum cœ
leste reperiat, suauitatem nostri mellis epuletur dicens: Vindemiaui myrrham me Can.5.
am cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo. Quod diuer
sarum uirtutum cõcretum floribus, illarum apum, quæ sapientiam prædicant, con
fono opere congregratum, sancta ecclesia in fauis cõdit, ut cibus Christi sit. Omnia
igitur habemus in Christo, omnis anima accedat ad eum, siue corporalibus ægra
peccatis, siue dauis quibusdam secularis cupiditatis infixa, siue imperfecta adhuc
quidem, sed intenta tamen meditatione proficiens, siue multis aliqua sit iam perfe
cta uirtutibus, omnis in domini potestate est, & omnia Christus est nobis. Si uul
nus curare desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquita
te, iusticia est. Si auxilio indiges, uirtus est. Si mortem times, uita est. Si cœlum desi
deras, uia est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibũ quæris, alimentũ est. Gustate igitur Psal.33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & uidete,quoniam suauis est dominus,beatus uir qui sperat in eo. Sperauit in eo illa quæ fluxu sanguinis laborabat,& continuo sanata est, sed quia fidelis accessit, & tu cum fide filia uel fimbriam eius attinge. Iam secularium fluxus uoluptatum modo torrentis exundans, uerbi salutaris calore siccabitur, si cum fide accedas tamen, si pari deuotione diuini sermonis extremam saltem fimbriam comprehendas,si tremens procidas ante domini pedes. Vbi sunt pedes uerbi nisi ubi est corpus Christi? O thesauris omnibus opulentior fides. O uirtutibus corporis omnibus fides fortior.O medicus omnibus salutarior.Simul ut accessit mulier,uirtutem sensit,medicinam impetrauit.Et si oculum lumini admoueas, illuminatur antequã sentias,& operatio lucis præuenit apparatum.Passio inueterata, passio immedicabilis, quæ & artis omnem uicerat excogitationem & pecuniarum subministrationem,solo fimbriæ curatur attactu. Illius igitur fœminæ tibi uirgo & in adeundo seruanda uerecundia,& in fide imitanda deuotio est.Quanta uero illa gratia,quod ea quæ uideri erubescebat,uitium tamen non erubuit confiteri? Noli ergo lapsus oculere tuos,fatere quod ille iam nouit, noli erubescere quod non erubuerunt pro- Hiere.17. phetæ. Audi Hieremiam dicentem: Sana me domine & sanabor. Sic & illa dixit cum tangeret fimbriam:Sana me domine, & sanabor, salua me domine, & saluabor,quia gloria mea tu es.Sola enim sana est,quam tu sanaueris. Siquis tamen ti- Matt.27. bi dicat,quia sic plerunq; tentãtur fideles, Vbi est uerbum domini,ueniat.Dictum est enim de domino: Descendat nunc de cruce & credimus ei: confidit in deo, liberet nunc eum si uult.Siquis ergo tibi insultando hoc dixerit, & te in fabulas uolue- D rit euocare,noli respondere ei. Noluit enim talibus respondere Christus. Solum Christum interroga.Illis enim si dixeris,non credent,si interrogaueris,non respondebunt tibi. Dic soli uerbo: Non laboraui sequens post te, & diem hominis non concupiui.Hoc dixit illa mulier,& stetit sanguis.Quamuis fatigata,quamuis ægra Hiere.17. quæ diu quæsierat Christum,dixit tamen: Non laboraui sequens post te. Neque enim laborat quæ Christum sequitur, cum laborantes ad se ut requiescant euocet. Ergo ipsum sequamur.Quamdiu ipsum sequimur,non laboramus,quia non est la- Esa.40. bor in Iacob. Et in Esaia: Qui expectant dominum, current & non laborabunt. Deinde cum quæreret Christus, quis tetigisset eum, nónne tibi uidetur illa dixisse, quid interrogas? Domine tu scis,quæ prodeunt per labia mea, ante faciem tuam sunt. Et ideo non confundor peccata propria confiteri. Confundantur qui perse- Luc.5. quuntur me,& non confundar ego.Non confusus est Petrus dicere: Exi à me domine,quia peccator sum ego. Vir enim sapiens & grauis, in quo esset ecclesiæ firmamentum & magisterium disciplinæ,nihil utilius sibi esse prospexit,quàm ne secundantis operis extolleretur euentu.Et ideo, Exi, inqt,à me domine. Non rogat ut deseratur, sed ne infletur. Paulus quoq; carnis stimulo gloriatur, quod sibi ne extolleretur, prouisum est. Illecebrosa iactantia est, quã etiam Paulus ueretur, Lubrica, quæ etiam in Paulo cauetur. Sed nõ iste facili mobilis casu,qui reuelationibus timebat extolli. Et ideo quasi fortis athleta lætatur,quod uulnere corporis emere dicerat animæ sanitatem.Ergo & tu si munera diuina superfluere in te & redundare cognoueris, tuam metire uirtutem, gratiam deo redde, contemplationemq; corporis,uelut nauis sabburram suscipe, ne te in tantis mundi fluctibus iactantiæ alicuius aura circumferat. Apes illa sapiens cum aëris motus suspectos habet, lapillis

A pillis sæpe sublatis per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium præcipitent flabra uentorum.Paulus & Barnabas putauerunt se grauari, cum cernerent se Act.14. adorari.Et tu caue uirgo illius apiculæ modo ne alarum tuarũ uolatum aura mundi huius extollat.Habet enim anima uolatus suos. Et ideo dictum est: Qui sunt Esa.60. isti qui sicut nubes uolant,& sicut columbæ cum pullis suis? Habet ergo anima spirituales uolatus,quæ breui momento totum percurrit orbem. Liberæ enim sunt cogitationes prudentium. Quanto ad altiora & diuiniora se subrigunt, tanto magis sine ullo terrenæ molis impedimento feruntur. Itaq; adhærens deo, & imaginis in se referens cœlestis effigiem, ubi cursus suos ab equorum perturbatione placidaue rit, in illum æthereũ purumq; locum plausu spiritualiũ euecta pennarum despicit oia q̃ in hoc mũdo sunt, & æternis intenta uirtutibus supra mundũ labitur.Supra mundũ em̃ iustitia est, supra mundũ castitas,supra mundũ bonitas,supra mundũ est sapientia,& si in hoc mundo sit,supra mundum tamen est.Supra mundum erat Matt.4. iustitia,cum omnia regna mundi & uniuersam eius gloriam diabolus offerret. Supra mundum fuit,quæ de mundo nihil attigit.Denique ait: Venit huius mundi prin- Iohan.14. ceps,& in me inuenit nihil.Discite ergo in hoc mundo supra mundum esse,& si corpus geritis,uolitet in uobis ales interior. Supra mundum est ille qui tollit deum in corpore suo.Sed deum imitari non possumus, imitemur apostolos quos mundus odio habuit,quia non erant de hoc mundo.Hos imitare,hos sequere.Sed arduum putas humana uirtute supra mundum ascendere. Bene asseris: Nam & Apo- stoli non quasi consortes, sed quasi discipuli sequendo dominum supra mundum B esse meruerunt.Et tu esto Christi discipula,Christi æmula,& pro te rogat, qui pro illis rogauit. Non enim pro Apostolis tantum inquit rogo, sed & pro ijs qui credent per sermonem eorum in me,ut omnes unum sint. Vnum igitur nos esse uult dominus,ut supra mundum simus omnes,ut una sit castitas,una uoluntas,una bonitas, una gratia. His enim alitur & augetur animæ uolatus. Ergo non pigrescamus deserere terrena.Ea est enim natura pennarum, ut agitando se uirtutem capiat,eo iuuatur uolatus quo anima delectatur. Quæ si semper deum sequatur, atq; in domo domini habitare desideret,& eius delectatione pascatur, ac miraculis uirtutum alatur cœlestium, foris relinquet inuidiam, quæ extra chorum est angelorum, foris cupiditates corporis, quæ templum dei maculare non debent. Et ideo quoniam templum dei sumus,materiales à nobis sollicitudines abdicemus. Ac ne forte philosophica alicui aut poëtica usurpasse uideamur,ut currus,equos,alas animæ diceremus,quæ illi magis assumpsere de nostris,domesticis nos usos subsidijs, propheticæ series lectionis ostendit, quæ in hunc modum à sancto Ezechiel scripta est.Et facta est illic super me manus domini,& uidi,& ecce spiritus urgens uenie Ezech.1. bat ab aquilone,& nubes magna erat in eo,& ignis refulgens, & lumen in eo, & in medio sicut lumen electri in medio ignis,& lumen in eo, & in medio sicut similitudo quatuor animalium. Vides igitur animalia iam quatuor esse descripta. Cuiusmodi sint animalia ista debemus aduertere.Similitudo inquit uultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris illorum quatuor, & facies uituli à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor, & alæ eorum extensæ. Hic quoq; animam describi accepimus,cuius quatuor animalia, quatuor affectiones sunt,sed non ita ut illæ quas supra descripsimus. Adhuc enim illæ eruduntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C animæ,proceſſumq; accipiunt,hæc iam perfecta deſcribitur. Deniq; illæ inuitantur ad cœlum,hæc in cœlo eſt cum dei uerbo.Habet autem quatuor affectiones,id eſt ſimilitudini hominis,leonis,uituli & aquilæ comparandas. Quas formas librorum euangelicorum proprietate accepimus figuratas. Et ideo hic quoq; in homine rationabilis,in leone impetibilis, in uitulo concupiſcibilis, in aquila uiſibilis, per figuras animalium,ſpecies affectionis expreſſa eſt.Nam in omni ſapiente uiro prudentes græciæ eſſe memorauerunt, λογιϛικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, ϕιοϛατικὸν. Latini uero prudentiam, fortitudinem, temperantiam atq; iuſticiam. Prudentia enim rationis humanæ eſt. Fortitudo uim quandam ferocientis uirtutis habet mortisq; contemptum.Temperãtia ſacratæ uinculo charitatis myſteriorumq; contemplatione cœleſtium negligit corporis uoluptates. Iuſticia in alto quodam ſuggeſtu locata uidet exploratq; omnia,quæ aliis potius nata quàm ſibi,non tam ſuas utilitates quàm publica emolumenta rimatur. Meritoq; anima operata iuſticiam,formã aquilæ accipit,quod terrena defugiens,totaq; cœleſti ſublimis & intenta myſterio reſurrectionis gloriam precio æquitatis adipiſcitur. Propter quod ad
Pſal.102. eam dictum eſt: Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Eſt ergo & iuxta Dauid,alis ſpiritualibus fulta, quam eouſq; uolucrem nobis uoluit declarare, ut alibi
Pſal.123. quoq; diceret: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium. Et alibi:
Pſal.10. In domino confido quomodo dicitis animæ meæ,tranſmigra in montes ſicut paſſer. Habet igitur alas anima ſuas, quibus ſe poſſit libera leuare de terris. Alarum autem remigium non materialis compago pennarum, ſed continuus ordo bonorum factorum eſt. Qualis ille dominicus, cui benedicitur: In umbra alarum
D tuarum ſperabo. Non ſolum enim manus domini affixæ cruci in modum uolantis extentæ,ſed etiam facta cœleſtia, uelut umbra refrigerante ſalutis æternæ, mundi feruentis incendia temperarunt. Ergo quia uolandi nobis data eſt copia, excitet in ſe unuſquiſq; gratiam dei, ac poſteriora obliuiſcens, priora appetens, ad deſtinata contendat. Procul à militiæ honoribus, procul ab æſtibus mundi, ne quod fabulæ ferunt, æſtu ſolis cæra reſoluta Icareos uolatus penna relabente deſtituat. Nam licet grauitas dictorum abſit, poëtico tamen ſale declarare uoluerunt, prudentium maturitati tutos uolatus eſſe per ſeculum, iuuenilem uero leuitatem obnoxiam cupiditatibus mundi,refluentibus pennis, & per obliuia ueritatis meritorum compage reſoluta, maiore pernicie in terram relabi. Haud facilis uolatus omnibus, difficilis etiam diſcordantibus in terris animalibus uitæ curſus humanæ eſt. At ſi ſibi actus noſtri ordo conueniat, uidebit & in nobis propheta rotam illam unam ſuper terram coniunctam animalibus quatuor. Videbit ergo rurſus Ezechiel, uidet enim adhuc & uiget, & uigebit. Videbit inquam rotam in medio rotæ ſuper terram ſine offenſione labentem. Rota enim ſuper terram, uita eſt corporis ad animæ aptata uirtutem, & ad euangelicum cohærenti curſu formata præceptum. Rota autem in medio rotæ, ueluti uita intra uitam, quod ſanctorum ſibi uita non diſſonet, ſed qualis fuerit ſuperioris ætatis, talis ſit & ſequentis: uel quod in hac uita corporis uitæ uoluatur uſus æternæ. Cum iſta congruerint, tunc diuina uox reſultet, tunc ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo ſicut ſpecies hominis apparebit. Hic homo uerbum eſt, quia uerbum caro factum eſt. Hic homo noſtrorum eſt agitator animalium, noſtrorum rector eſt morum

A morum,qui pro noſtrorum ratione meritorum, aut currum plerunq; aut montem aſcendit aut nauem,ſed nauem in qua aut Apoſtoli nauigãt, aut piſcatur Petrus. Nec enim uilis eſt nauis quæ ducitur in altum,hoc eſt,ab incredulis ſeparatur. Cur enim nauis eligitur in qua Chriſtus ſedeat,turba doceatur, niſi quia nauis eccleſia eſt,quæ pleno dominicæ crucis uelo ſancti flatu ſpiritus in hoc bene nauigat mundo. In hac naui piſcatur Petrus,& nunc retibus,nunc hamo piſcari iubetur. Gran de myſterium. Spiritalis enim uidetur eſſe piſcatio qua doctrinæ hamum mitte re iubetur in ſeculum,ut primum illum martyrem Stephanum de mari uerrat,qui cenſum Chriſti in interioribus contineret.Martyr enim Chriſti theſaurus eccleſiæ. Martyr igitur ille qui de mari cœlum primus aſcendit, captus à Petro, miniſter altaris,non reti ſed hamo leuatus,ut riuo ſui ſanguinis eleuaretur. Cuius in ore theſaurus erat cum Chriſtum in confeſſione loqueretur. Qui enim theſaurus in nobis eſt,niſi dei uerbum? Ergo & retibus & hamo piſcat perfectior, ut rete concludat, hamo adurat. Sed reti turba concluditur,hamo ſingulꝛ eligitur. O ſi mihi liceret illum hamum uorare qui adureret os meum,& leui daret ſalutem uulnere. Intrate igitur filiæ in Apoſtolorum retia, quæ non hominis autoritate, ſed dei uoce laxantur. Rete enim ſapientiæ ſpiritalis atq; doctrinæ regnum cœlorum eſt,quia ſcriptum eſt: Simile eſt regnum cœlorum reti miſſo in mare. Audiſtis hodie di- Matt.13.
centem dominum Ieſum Simoni: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in captu- Luc.5.
ram. Ante non ducebat in altum Petrus,quando piſcabatur in ſtagno. Et ſi mare
B erat, altum non erat. Altum mare ſcriptura neſcit. Quid ergo ſit altum, accipe. Aqua alta, conſilium in corde uiri. Altum cor uiri eſt ubi nihil uadoſum eſt. Duc ergo in altum diſputationis tuæ fideiq; remigium,duc in cor uiri. Per parabolam hic uocat ad eccleſiam Petrum, quem ſecundum Matthæum ſimplici uocauit ſermone dicens: Venite,& faciam uos piſcatores hominum. Eſt & aliud myſterium. Matt.4.
Duc in altum, quia ante in arena erat quando in ſynagoga erat, alta non erat aqua iudææ. Deniq; Samaritana & puteum altum putabat dicens: Et puteus al- Ioan.4.
tus eſt,unde mihi aquam uiuam habes dare? Non ergo ducere in altum poterat, quando cum Iudæis credebat, qui etiam de puteo aquam haurire non poterant. Ideo dicitur Petro: Duc in altum,hoc eſt,duc ad Chriſtum. Altus enim Chriſtus, de quo dicitur ad Iohannem à patre: Et tu puer propheta altiſſimi uocaberis. Duc Luc.1.
ergo ad Chriſtũ. Et bene altum, in quo eſt altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Ro.11.
dei. Duc in altum,quia altus ſuper altum cuſtodiet & exaltabit. Ibi ergo altæ aquæ ubi Chriſtus eſt,hoc eſt,fides altæ aquæ, quæ timent deum, qualis ille: Viderunt te Pſal.76.
aquæ deus,uiderunt te aquæ & timuerunt. Apud Iudæos aqua alta non erat in Matt.15.
corde uiri.Ideoq; dominus ait. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum Ibidem,12.
longe eſt à me. In corde amat eſſe Chriſtus. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Deniq; ut ſcias quia de fide dicit: Duc in altum: Ait Pe- Luc.4
trus: Præceptor,per totam noctem laborantes nihil cepimus, ſed in uerbo tuo laxabo rete. Noctem habebat Petrus, antequam Chriſtum uideret. Nondum enim uenerat dies, quia ueram non uiderat lucem. Synagoga nox eſt, dies eccleſia eſt. Vnde & Paulus dicit: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Bona Rom.13.
lux quæ perfidiæ excuſſit caliginem, fidei diem fecit. Dies factus eſt Petrus, dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Paulus. Ideoq; hodie natali eorum ſpirituſſanctus increpuit dicens: Dies diei eructat uerbum, hoc eſt, ex intimo theſauro cordis fidem prædicant Chriſti. Et bo-
Pſal.18. nus utercq; dies, qui nobis uerum lumen euomuit. Hæc in euangelio legimus: Et forraſſe in cœlo hodie de nobis Chriſti & Petri iſte ſit ſermo. Quotidie piſcatur Petrus, quotidie ei dicit dominus: Duc in altum. Videor mihi audire dicentem Petrum: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus. Nox fuit cum pauciores ad uigilias conuenerunt. Laborabat in nobis Petrus, quando noſtra labo-
2.Cor.11. rabat deuotio, Laborabat & Paulus. Denicq; audiſtis dicentem hodie: Quis infirmatur & ego non infirmor? Nolite facere ut pro uobis laborent Apoſtoli. Ergo dicunt ei: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Nullus certe de ditioribus
1.Petri.1. ieiunauit. Quibus hodie bene reſpondit Petrus: In timore hoc incolatus ueſtri tempus conuerſamini, ſcientes quod non corruptibilibus argento uel auro redempti eſtis de uana ueſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti Ieſu. Non ergo aurum & argentum uos liberauit, ſed probatio fidei multo precioſior auro quod perit. Bonus ſeruus precium ſtudet præparare domino quod pro ſe ſolutum eſt. Noli aurum parare filia, noli argentum. Non diuitijs iſtis te Chriſtus redemit. Paratum habeto precium, non ſemper exigeris, ſed ſemper debes. Sanguinem ſoluit, ſanguinem debes. Ille pro te ſoluit, tu pro te redde. Eramus oppignerati malo creditori peccatis. Contraximus chirographum culpæ, pœnam ſanguinis debebamus. Venit dominus Ieſus, ſuum pro nobis ſanguinem obtulit. Sed non potes ſanguinem reddere. Bonus quidem ſeruus debet precium ſuum reparare domino ſuo. Sed ſi non
D poteſt precium reddere, uel hoc faciet, ne precio uideatur indignus. Ergo & tu dignum te gere tali precio, ne ueniat Chriſtus qui te mundauit, qui te redemit, & ſi te
Pſal.29. in peccato inuenerit dicat tibi: Quæ utilitas in ſanguine meo? Quid profeci tibi, dum deſcendo in corruptionem? Sed ne mireris quomodo deſcenderit in corru-
Act.2. ptionem, cuius caro ut alibi ſcriptum eſt, non uidit corruptionem. Deſcendit quidem in locum corruptionis, qui penetrauit inferna, ſed corruptionem incorruptus excluſit. Verum ut iam ad ſuperiora redeamus, rogate ut & mihi dicatur: Duc in altum, & laxate retia ueſtra in capturam. Quis enim eſt qui ſine deo piſcetur hanc plebem, præſertim cum tantæ tempeſtates & procellæ mundi huius obſiſtant? Sed quando uult dominus, iubet laxare retia, & capitur multitudo piſcium. Nec ſolum una, ſed etiam altera nauis impletur, quia plures eccleſiæ immaculata plebe complentur. Et bene accidit quia nos laboraturos dominus ſciebat, & auxilium de ſocijs miniſtrauit. Adeſt piſcator eccleſiæ Bononienſis aptus ad hoc piſcandi genus. Da domine piſces, quia dediſti adiutores. Nec tamen noſtris ſed Apoſtolicis utimur retibus. In illos ſinus & quoſdam Apoſtolicarum diſputationum receſſus ueſtrum ó filiæ cogatur agmen. Viuificet uos Petrus filiæ, qui & pro uidua interuenit, quanto magis pro uirgine? Qui diutius uiduas flere non paſſus, motus earum lachrymis ſuſcitauit altricem. Viuificet uos Paulus qui uos præcepit honora
1.Cor.7. ri, qui ait: Bonum eſt ſi ſic maneant ſicut & ego. Honore prouocat, magiſterio docet, inuitat exemplo. Viuificet ille qui relictis ſuis omnibus ſecutus eſt dominum, ſecutus eſt Petrus, ſecutus eſt Iohannes. Vide quid piſcator etiam iſte profecerit, dum in mari lucrum ſuum quærit, uitam inuenit omnium. Lembum deſeruit

A ruit, deum repperit. Scalmum reliquit, uerbum inuenit. Lina laxauit, fidem uinxit. Plicauit retia, homines eleuauit. Mare ſpreuit, cœlum acquiſiuit. Hic ergo piſcator, dum ipſe turbato agitatur ſalo, mobili mentes ſtatione nutantes fundauit in petra. Aſtruamus igitur piſcatoris artem frequentius, ut plenius de uirtute credamus. Fuerit miniſter ignobilis, ut ſit euangeliſta nobilior. Paupertate egens, ut uirtute locupletior. Vilis ad honorem uidetur, ſed precioſus ad fidem. Quanto minus creditur piſcatori, tanto amplius creditur, quia non ſua, ſed diuina ſunt quæ locutus eſt. Obſequitur plebeia conditio, expectationem aufert ſapientiæ ſeculoris, opinionem auget ſapientiæ ſpiritalis. Qui legem non didicit, & quæ legis ſunt ſapit, ipſe ſibi lex eſt. Qui legem non didicit, & ultra legem loquitur, ab eo accipit à quo ipſa lex uenit. Quæ tam repentina dignitas? Piſcatores duo in monte domini, uni latori legis, executori alteri conferuntur. Videte qualis iſte piſcator ſit. Moyſes quidem terrena omnia & mundanæ ſapientiæ altitudinem ſupergreſſus, uſq; ad cœlum & ſidera prudentia mentis aſcendit. Piſcatoris iſtius mens non nubibus caligatur, non temporibus includitur, non myſterijs naturæ cœleſtis excluditur, ſed omnem corporalem materiam ſupergreſſa, uerbum apud deum uidit, & quod uerbum ipſum deus eſſet aſpexit. Nec obtutu carnis in Petro infirmata trepidauit, ſed dei filium etiam in homine deprehendit, ut aſſumptio corporis ad ius diuinitatis aſſumentis aſcita, in nomen tranſiret auctoris. Et Moyſes quidem cum dicit: Et dixit deus, & fecit deus, patrem filiumq; ſignauit. Sed ille non ignorabat, ego adhuc ignorabam. Denique poſt legem populus errauit, poſt euangelium
B credidit. Magna in diuerſis uirtutibus dei gratia. In illo quia mundum deſcripſit, in iſto quia mundum ignorauit.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI AD VIRGINES EXHORTATIO.

QVI ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta ſecum referre conſuerunt. Ego ad Bononienſe inuitatus cõuiuium, ubi ſancti martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta uobis plena ſanctitatis & gratiæ reſeruaui. Apophoreta autem ſolent habere triumphos principum, & hæc apophoreta triumphalia ſunt. Chriſti enim noſtri principis triumphi ſunt martyrum palmæ. Nec uero huc dirigebam iter, ſed quia petitus à uobis ſum, debui mecum deferre, quæ alijs parabantur, ne minor ad uos uenirem, ut quod in me minus eſt quàm præſumebatur, in martyre plus inueniretur. Martyri nomen Agricola eſt, cui Vitalis ſeruus fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ante, nunc consors & collega martyrij. Præcessit seruus ut prouideret locum, secutus est dominus, securus quod fide seruuli iam inueniret paratum. Non aliena laudamus. Passio em̃ serui dn̄i disciplina est. Hic instituit, ille impleuit. Nihil illi decerpit. Quomō enim minui pōt quod Christus donauit? Egregie & ille qui homini seruiuit, seruiendo didicit, quomodo Christo placeret. Hic tamen geminam laudem acquisiuit. In illo magisterij, in se martyrij. Certauerunt tamen inter se inuicem beneficijs, postquam æquales esse meruerunt. Hic illum ad martyrium præmisit, iste illum accersiuit. Nullum ergo ad commendationem hominis conditio affert impedimentum, nec dignitas prosapiæ meritum, sed fides affert. Siue seruus siue liber, omnes in Christo unum sumus, & unusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino. Nec seruitus derogat, nec libertas adiuuat. Vide ad eam rem q̄ nihil in conditione momenti sit. Seruus inquit uocatus es, non sit tibi curæ. Qui enim uocatus est in domino seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Vide inquam uim Apostoli. Plus putatur dedisse ei qui seruus, quàm ei qui liber uocatus est. Ex seruo enim libertus Christi fit, ex libero seruus. Sed nulli plus dedit, uerum utriq; æqualem mensuram diuisit. Apud Christum enim seruitus & libertas æqua lance penduntur, nec ullo discerniculo bonæ seruitutis & libertatis merita diuiduntur, quia nulla maior est dignitas quàm seruire Christo. Deniq; Paulus seruus Christi Iesu. Hæc enim seruitus Roma.1. glorioſa est, in qua gloriatur Apostolus. An non summa gloria est, quando tali precio æstimati sumus, ut sanguine domini redimeremur? Sed pergamus ad cætera. Cumq; sanctus Vitalis cogeretur à persequentibus ut Christum negaret, &

D ille amplius profiteretur dominum Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes ut non esset in corpore eius sine uulnere locus, orationem fudit ad dominum dicens: Domine Iesu Christe saluator meus, & deus meus, iube susc̄ipi spiritum meum, quia iām desidero ut accipiam coronam, quam angelus tuus sanctus mihi ostendit. Et completa oratione emisit spiritum. Sanctus uero Agricola mitior habebatur moribus, ut ab ipsis etiam inimicis diligeretur. Ideoq; differebant eius passionem. Sed hæc persecutorum honorificentia, omni erat immanitate acerbior, quæ inuidebat martyrium. Deniq; ubi non acquieuit sanctus Agricola, crucifixus est, ut aduertamus illas blanditias eorum non sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio serui, dominum terrere uoluerunt. Vertit hoc Christus in gratiam, ut martyrio serui dominus inuitaretur. Vtriq; nomen aptum martyrio, ut designati ad martyrium ipsis uocabulis uiderentur. Ille Vitalis dictus est, quasi qui contemptu istius uitæ, ueram illam uitam æternam sibi haberet acquirere: Iste Agricola qui bonos fructus spiritalis gratiæ seminaret, & sacri sanguinis effusione, meritorum suorum omnium uirtutumq; rigaret plantaria. Sepulti autem erāt Agricola & Vitalis in Iudæorum solo inter ipsorum sepulchra. Iudæi ambierunt cum seruulis sepulturæ habere consortium, quorum dominum negaue-
Nume.23. runt. Sic & aliquando Balaam dixit: Moriatur anima mea pro animis iustorum, & tamen non communicauit eorum operibus cum uiueret, quorum in animis cupiebat mori. Et isti quos uiuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igitur martyris exuuias requirebamus, tanquam inter spinas rosam legentes, circumfundebamus iudæis, cum sacræ reliquiæ eueherentur. Aderat populus eccle-

siæ cum

A siæ cum plausu & lætitia. Dicebant Iudæi: Flores uisi sunt in terra, cum uiderent martyres. Dicebant Christiani: tempus incisionis adest. Iam qui metit, mercedem accipit. Alij seminauerunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Iudæi uoces plaudentis Ecclesiæ, dicebant inter se: Vox turturis audita est Canti.2. in terra nostra. Vnde bene lectum est: Dies diei eructat uerbum, & nox nocti Psal.18. indicat scientiam. Dies diei, Christianus christiano. Nox nocti, Iudæus Iudæo. Indicabant ergo Iudæi quod haberent scientiam martyrum, sed non scientiam uerbi. Id est, non secundum illam solius boni, & solius ueri scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, & uolentes se iustificare, iusticiam dei non receperunt. De Rom.10. tuli ergo uobis munera, quæ meis legi manibus, id est, crucis trophea, cuius gratiam in operibus agnoscitis. Certe & ipsi dæmones confitentur. Condant alij aurum atque argentum, ac de latentibus eruant uenis. Legant preciosa monilium serta. Temporalis ille thesaurus est, & sæpe habentibus perniciosus. Nos legimus martyris clauos, & multos quidem, & plura fuerint aulnera quàm membra. Clamare martyrem diceres ad populum Iudæorum, cum clauos eius colligeremus. Mitte manus tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Col- Iohan.20. legimus sanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc sanctæ uiduæ negare non potuimus postulanti. Munera itaque salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur. Ea igitur uidua sancta est Iuliana, quæ hoc domino templum parauit atque obtulit quod hodie dedicamus, digna tali oblatione, quæ in

B sobole sua, templa iam domino pudicitiæ atque integritatis sacrauit. Dum Iuliam uolui dicere, Iudæam dixi. Non errauit lingua, sed definiuit. Iudæa enim est anima quæ Christum fatetur. Denique notus in Iudæa deus. Id est, ubi agno Psal.75. scebatur deus non ubi negabatur. Est ergo in spiritu Iudæa, ubi maior portio intellectus & syncerior, quia salus ex Iudæis est. Linguæ igitur error testimonium Iohan.4. sanctitatis inuenit. Honoremus ergo hanc uiduam, quia scriptum est: Viduas honora quæ uere uiduæ sunt. Licet uerborum nostrorum honorem non ambiat quæ Apostoli mandatum adæquauerit, habens in bonis operibus testimonium, quæ bene filios educauerit, melius instituerit. Quis hanc non ut destitutam & miserabilem deplorauit, quando amisit maritum? At ista ministrum sacris ereptum altaribus, amplius ingemuit, quam sibi coniugem, aut patrem filijs. Nam etsi præsidio esset mariti uiduata & solatio, tamen apud piam men- 1.Timoth.5. tem causa Ecclesiæ præponderabat. Succinxit itaque mentis uiscera, & circumfusam se uidens numero filiarum trium, & unius filij, quo solent terreri cæteræ, hoc fortior facta tali filios alloquio conuenit. Filij amisistis patrem, matrem habetis. Melior quidem fuisset illa commutatio, si pater uiueret, mater deesset. Tamen infirma licet & desolata ostendo uobis si uultis sequi, quo arbitremini patrem uobis non decessisse. Habebitis enim meliorem de cœlo parentem. Ille est qui & hos suffulsit patres. Quid enim aliud iam superest spei? Pater uobis fuit diues gratia non pecunia, opulentus ministerio non patrimonio. Eius hæreditas fides est locuples deo, sed egena seculo. Satis uos diuites reliquit, si propositum eius sequamini. Sola est fides utrique indiscreta sexui, census uirorum, dos uirginum. Et tu quidem fili aliquanto propior patri, agnosce quæ matri debeas, quod domui uocabulum reddas. Ætas

te excusat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C te excusat, sed hæreditas uocat. Iocundentur fili pater & mater in te. Noli matrem contemnere quasi imprudentem. Regis admonitio inquit, quæ mater sua, qui filius, qui seruat dictiones dei. Primogenite tibi dico fili, qui filius mei uentris, qui natus mearum orationum, ne dederis mulieri tuam honestatem. Audis quid sapiens dicat, quid scriptura asserat. Considera quis te ut nascereris iuuerit, filius esuotorum magis quàm dolorum meorum. Considera cui te mulieri pater tali nomine designauerit qui uocauit Laurentium. Ibi uota deposuimus, inde nomen assumpsimus. Vota effectus secutus est, redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetrauit, tu restitue quod de te huiusmodi nominis appellatione promisimus. Quid autem est fili aliud quod eligendum putes, nisi deum patrum tuorum? Ipse enim pauperes & diuites facit, humiles & excelsos facit: Suscitat à terra pauperem, & de stercore inopem, & sedere eum facit cum potentatibus in tribunali honoris & hæreditatis. Dat uotum optãti, & benedicet annos iusti. Quid hoc fili præcellentius, aut quid est uita hominis in hac terra, nisi leuis cursor? Et transiuimus & nihil uidimus. Atq; utinam hunc cursorem imitaremur, ut nihil uideremus, & nulla portaremus onera. Sed quod est grauius, cursus uacuus & onera inania. Inania quidem sed non leuia, neq; delicti uacua, quia graue fœnus peIob.7. cati est. Vnde clamat sanctus Iob: Nónne tentatio est uita hominis in terra? aut sicut mercennarij quotidiani uita eius, & sicut seruus timens dominum suum, qui umbram inuenerit, & sicut mercennarius expectans mercedem suam, sic ego expectaui in uacuum. Noctes autem dolorum datæ sunt mihi. Si dormiero, dico quando dies? Cum surrexero, iterum quando uesper. Plenus sum dolorum à
D uespere usq; mane. Vita autem mea leuior quàm fauilla. Periit autem in uana spe. Nihil igitur est homo, nisi tu domine intendas in eum, & uisitationem eius facias usq; mane, & in requiem cum inducas. Arbor si excidatur, repullulat & floret ab aquæ odore: Homo cum ceciderit, nihil est, ingruunt super eum dolores. Hanc igitur tentationem tantarum necessitatum, si uultis filij uitare, integritas corporis expetenda uobis est, quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est enim uirginitas quæ suaderi potest, imperari non potest. Res magis uoti quàm præcepti. Quod enim gratiæ est, non iubetur, sed desideratur, elec-
1.Cor.7. tionisq; magis est quàm seruitutis. Vnde & Apostolus dicit: De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do tanquam misericordi-
Esa.56. am consecutus à domino. Legerat enim dixisse dominum spadonibus: Quicunq; custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego uelo, & amplectentur testamentum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorem filiorum & filiarum, nomen æternum dabo illis & non deficient. Meliorem inquit locum uobis dabo, spadonibus dicit: Iis uidelicet qui se resecta genitali parte absciderint. Ipsi sunt ergo qui habent in cœlo præmia cæteris præ-
Matt.19. stantiora. Hoc in euangelio suo prædicat dei filius. Dicẽtibus eñ Apostolis, quia si ita est causa uiri, ut non liceat illi uxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, non expedit nubere, respondit dominus: Non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est: Hoc est: non capit hoc conditionis humanæ infirmitas, ut omnibus pateat, sed illis solis facile est ad capiendum, quibus diuina refulsit gratia, ut castrare se possint, quo regnum cœlorum adipiscantur. Audi-

A sti fili quantum sit præmium integritatis. Regnum acquiritur, & regnum cæleste uitam angelorum exhibet. Hoc uobis suadeo, quo nihil pulchrius, ut inter homines angeli sitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula. Quoniam quæ non nubunt, & qui uxores non ducunt, sicut angeli in terris sunt, ut tribulationem carnis non sentiant, seruitutem ignorent, à mundanæ cogitationis ableuentur contagio, diuinis rebus mentem intendant, ut tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis sunt, sed quæ dei sunt, cogitent. Considerate filiæ si uelitis nubere, quantum uobis desit quibus pater deest. Deest opima dos, quod ipsum tamen si abundaret, timeretis magno precio seruitutem. Nũc uero quis nõ despiciat destitutas patre? Quò confugietis? Vnde auxilium postulabitis aduersus uirorum iniurias? Quanta in ipsis coniugijs incommoda sunt? Quàm graues plerunque contumeliæ? Quanta uincula? Primum ipsum coniugium uinculum est quo alligatur uiro nupta, & ei subiectione astringitur. Bonum quidem charitatis uinculum est, sed tamen uinculum, de quo cum uelit se exuere nupta non possit, nec liberum sui habere arbitrium. Denique Apostolus dicit: Mulier sui corporis potestatem non 1.Cor.7. habet sed uir. Et quid mirum de muliere, quandoquidem & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier? Si qui fortior est, potestatem non habet, quanto minus infirmior? Non ergo absoluit mulierem communis seruitus, sed grauius astringit. Videte itaque quid scriptura dicat, quid Apostolus suadeat. Quis uobis potest melius consilium dare, quàm ille uas dominicæ electionis? Quid igitur dicat: percipite auribus. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Et iterum
B dicit de nõ nuptis & uiduis: Bonũ est illis, si sic maneant sicut & ego. Volo uos imitatrices esse tanti Apostoli, ut uitam eius sequamini, qui coniugij uinculum refugit, ut uinctus esset Christi Iesu. Non potuisset ad tantam apostolatus sui peruenire gratiam, si fuisset alligatus coniugij contubernio. Quod si ille qui & doctrina præstantissimus erat, & tantum Christi donum habebat, iudicauit tantum momenti esse si abstineret ab usu copulæ coniugalis, & ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri decerperetur, quod neque orationi uacare semper liceret, neque semper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret, ut placere uxori esset necesse, quid utique uos eligere oportet, quibus sola uirginitas potest libertatem dare? Quoniam quæ nupserit, ad seruitutem pecunia sua uenditur. Meliori conditione mancipia quàm coniugia comparantur. In illis meritum emitur seruitutis, in istis precium ad seruitutem additur. Nupta uenalis auro grauatur, auro æstimatur. Experta sum filiæ labores copulæ, coniugij ite dignitates. Et sub bono coniuge, nec tamen sub bono marito libera fui. Seruiebam uiro, & laborabam placere. Miseratus est dominus, & fecit ministrum, continuoq; & mihi & uobis raptus est. Et fortasse miserante domino, ne diceretur maritus. Videtis filiæ lon gæuam matrem doloribus, & adhuc immaturam uiduitatis stipendijs. Videtis amissum omne præsidium & ornamentum. Nec auxilium uiri habeo, nec uirginitatis gratiam. Et de me leuis cura. Vos mœreo, uos considero. Remanserunt mihi onera coniugij, abiere adiumenta. Quanto mallem in hos nunquam uenisse usus. Potestis tñ excusare patrẽ, ableuare matrem. Si quid in nobis amissũ est, in uobis repræsentetur. Hoc solo nos cõiugij nõ pœnitebit, si uobis labor noster profecerit. Proximum putabo matrem esse uirginum, ac si uirginitatem tenerem. Cõsiderate

filiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C filiæ quam sibi ueniens in has terras, dominus Iesus matrem elegerit, salutem mundo daturus. Per uirginē uenit, & mulieris lapsus partu uirginis soluit. Vestra quoq; integritas meos soluat errores. Quid boni sit uirginitas considerate, destitutam me esse certum est, præsidio egere. Sed si uolueritis sic manere, nullius opem requiram, abundabit mihi ad omnem opitulationem uestræ integritatis corona. Quis non dicet beatam, quam nunc miseram putant? Quis non honorabit tot uirginum matrem? Quis non uenerabitur aulam pudoris? Multas fœminas scriptura diuina in lucem euexit, palmam tamen publicæ salutis solis uirginibus dedit. In ueteri testamento terra ac mari clausum hebræorum populum uirgo per maria pedes duxit. In euangelio autorem mundi & redemptorem uirgo generauit. Virgo est ecclesia, quam studuit Apostolus uirginem castā assignare Christo. Virgo est filia Syon, Virgo est ciuitas illa Hierusalē quæ in cœlo est, in quā nihil cōmune intrat atq; immundū. Virgo ē & illa quā uocat Iesus, cui & dixit: Ades huc à Libano sponsa ades huc à Libano, transibis & pertransibis. A principio fidei, nō solum transit uirgo, sed etiā pertransit quæ festinat ad sponsam. Transit seculum, ptransit ad Christum, uel quia ea quæ Christo se dicauerit, transeundo ad cœlestia, terrena pertranseat. Nam & ipse sponsus sic uenit ad sponsam suam, ut saliat super montes, transiliat super
Cant.4. colles. Addit adhuc ad laudem uirginitatis: Hortus clausus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus, quod meliores afferat fructus claustro pudoris septa uirginitas, in qua intemerata permaneant castitatis signacula. Hunc hortum animæ uestræ, hunc fontem seruate puri liquoris, ut eum in uobis nemo perturbet, nemo
D designet, quem genitalis in uobis origo signauit. Nemo auferat animæ uestræ uineam, & uilia olera ferat. Vinea enim quidam fructus uirginalis est: Coniugia uelut olerum plantaria sunt, in quibus frequens zelus est. Et ideo, sicut olera herbarum, cito cadunt atq; marcescunt, nisi finem imponat senectus, aut ad perfectum uehat continentia. Non ueniat ergo in uobis Achab, qui concupiscat uineam uestram delere & extinguere. Nec ueniat in uobis Iezabel, uanum illud & seculare profluuium, hoc enim significatur uocabulo, uana & uacua redundantia. Sed ueniat Nabuthe qui uenit à patre, sicut indicat nominis ipsius interpretatio, qui uineam sanguine defendat suo, & pro ea mortem offerat: Hic est qui lapidatus pro no
2. Cor. 8. bis est, pro nobis mortuus, pro nobis falsis appetitus testimonijs, Qui pauper huc uenit cum diues esset, ut uos eius inopia ditaremini. Hic est uitis qui redundantibus gratiæ suæ fructibus repleuit uniuersum orbem terrarum. Hic in uestris pectoribus alta maneat defixus radice, ut & fructus uester exuberet, & liquore gratiæ spi-
Esa.19. ritualis corporei uaporis incendia temperentur. Hic est qui uenit in nube leui, sicut dixit propheta: Ecce dominus sedet super nubem leuem & ueniet in Ægyptum, Significans quod in Ægyptum, id est, in afflictionem istam mundi huius ueniret per uirginem. Nubem itaq; Mariam dixit, quia carnem gerebat: leuem, quia uirgo erat nullis oneribus grauata coniugij. Ipsa est uirga germinans florem, quia pura, & ad dominum libero corde directa uirginitas, quæ nullis in hoc seculo curarum anfractibus reflectatur. Ideo illam dominus de cruce discipulo suo dilectissimo sibi tradidit sancto Iohanni, qui dixit patri & matri suæ non noui uos. Denique uocatus à Christo reliquit patrem, uerbum secutus. Huic traditur uirgo, qui suos nesciat. Huic traditur uirgo, qui de pectore Christi hauriat sapientiam. Huic traditur

A uirgo qui fratres suos non cognouit, & filios suos non sciuit. Ideoq; benedicit eum lex: Date Leui ueros eius, date Leui sortes eius. Vnde & matrem domini ipse suscepit. Scriptum enim habemus, quia ex illa hora susceptit eam discipulus in sua. Ioan.19. Quid est in sua, cum reliquerit patrem, & Christum secutus sit? Aut quomodo in sua, cum ipsi Apostoli dixerint: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te? Matt.19. Quæ sua habebat Iohannes, qui mundana & secularia non habebat, quia de mundo non erat? Quæ ergo habebat sua, nisi ea quæ à Christo acceperat? Bonus uerbi sapientiæq; possessor, bonus receptor gratiæ. Audite quæ Apostoli à Christo acceperint: Accipite, inquit, spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa Iohan.20. erunt, & quorum detinueritis, detenta. Neq; enim mater domini Iesu nisi ad possessorem gratiæ demigraret, ubi Christus habebat habitaculum. Date ergo & uos filij mei uero illi Leui ueros eius. Estote nubes sed leues. Eritis, pfecto si ableuet uirginitas onera conditionis, & tenebras huius limosæ carnis illuminet. Ideo dicit Cant.1. illa: Nigra sum & decora filiæ Hierusalem. Nigra per carnem, decora per uirginitatem. Nubes itaq; sunt & graues nubes quæ nupserint. Nanq; à nubibus uerbum nubentium tractum arbitror. Denique operiuntur & nubes, cum acceperint nupturæ uelamina. Et uere graues nubes quæ sustinent sarcinam matrimonij. Nam etiam grauari aluo feruntur, cum femina conceptionis acceperint, Date ergo Leui ueros eius. Quid tam uerū quàm intemerata uirginitas, quæ signaculum pudoris & claustrum integritatis genitale custodit? At uero cum usu coniugij inuencula defloratur, amittit quod suum est, quando ei miscetur alienum. Illud ergo ue-
B rum quod nascimur, non in quod mutamur, quod à creatore accepimus, non quod de cō tubernio assumpsimus. Date ergo uero illi Leui, illi sacerdotum principi, uero Aaron, uero Melchisedech ueros eius, quales ipse condidit, non quales seculi huius usus efficit, ut opus suum in uobis & illud genitale signaculum inuiolatum atq; integrum recognoscat. Date illi & exhibete illum Adam qui fuit ante peccatum, illam Euam quæ fuit antequam lubricum serpentis hauriret uenenum, priusquam eius supplantarentur insidijs, quando non habebant quo confunderentur. Nam utiq; nunc licet bona sint coniugia, tamen habent quod inter se ipsi coniuges erubescant. Tales ergo estote filij quales Adam & Eua in paradiso fuerunt. De quibus scriptum est, quod postea quàm de paradiso est eiectus Adam, cognouit Euam uxorem suam, & illa concepit & peperit filium cui nomen Abel. Melior itaq; secundus quàm prior fructus, quia iste immaculatus, ille maculosus. Iste adhærens deo, & totus à domino, ille mundana & terrena possessio. Deniq; in isto mundi redemptio annunciatur, ab illo mundi ruina. In hoc Christi sacrificium, in illo diaboli particidium. Nihil ergo uobis sit filij cum possessione seculi, nec terrenæ uobis & Iudaicæ possessionis ullos uendicandos esse sortitus arbitremini. Legimus quidem quia Moyses, id est lex, terras bello & cæde quæsitas, sorte distribuendas Hebræorum populo censuerit, quarum possessionem sibi Salphæ filiæ postularunt. Sed quia Salphæ filiæ. Tamen idem Moyses Leuitis non diuisit terram, quorum non erat terrenus, sed superior incolatus. Sed ijs sine labore terreno sacri stipendia ministerij deputauit. Salphæ autem filiæ quid sunt quæ terram pertunt, nisi ut interpretatio docet, oris obumbratio, quæ utiq; in illis est, quibus non est uerbum in ore ipsorum, nec in sermone eorum ueritas? Sicut in populo Iudæo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rum qui nolunt Christum deum dei filium confiteri. Tales igitur terrā requirunt,& huiusmodi postulant possessionem,in qua tota uitæ suæ ætate desudāt, & pro fructibus spinas curarū & sollicitudinū metant. Fugite ergo filiæ umbrā oris,quæ in lumen æternum creditis quod illuminat omnem hominem,qui non tanquam in umbra Christum sed in lumine cōfitemini. Populus qui sedebat in umbra mortis, lux Esa.9. orta est illis. Fuimus ergo in umbra, sed nunciam non sumus qui Christum fatemur. Atq; utinam licuisset & mihi dicere,qui Christo profitemur. Et tamen profiteamur,ego uiduitatem, uos uirginitatem. Fiat in uobis ore ad salutem confessio. Date ergo Leui,illi salutari nostro sortes eius. Sors eius Leuitica est, sors eius uirginitas est,sors eius uiduitas est,quoniam nō solum uirgo,sed etiam mulier innupta Ephe.1. cogitat quæ sunt domini. Vnde & Apostolus dixit: In quo & sorte cōstituti sumus. Sicut enim in ueteri testamento terrā sorte diuisa est,ita in Euāgelio sorte quadam Iohan.19. domino deputamur. Vnde & scriptū est de Euangelistis: Diuiserunt sibi uestimenta mea,& supra uestimentum meum miserunt sortem. Et Apostoli cum eligendus esset duodecimus apostolus in locum Iudæ,sorte munus apostolatus deferendum Act.1. arbitrati sunt. Itaq; oratione facta ut de duobus dominus quem uellet, eligeret, sors cecidit super Matthiam. Illa igitur uetus terrena sortitio,hæc spiritualis. In illa census seculi materialis,in hac personalis officij. Ibi possessio curarū, hic diuisio gratiarum. Illic possidemus arua plena laboris atq; mœsticiæ,hic possidemur à Chri-
Psal.138. sto. Vnde sanctus domini dicit: Possedisti renes meos. Hic filij possideat renes uestros,ut in illis seminaria maneant castitatis,incentiua uirtutum. Ideoq; dicate nos Christo,confitemini ei,ut dicatis: Portio mea dominus,Non potest hoc nupta dicere,sed innupta. Nupta enim quærit uiro suo, innupta autem Christo placere. Illa mundi,hæc Christi possessio est. Christi possessio Leuita est qui nihil sibi de terris uendicat. Qui quærit uxorem, non potest dicere: Portio mea dominus. Denique
Act. 3. Christi minister quid ait? Argentum & aurum non habeo, sed quod habeo do tibi: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Hoc enim acceperat,quoniā aurum non desiderauerat. Deniq; missus erat sine uirga, sine sacculo, sine pecunia. Et ideo gloriabatur, quia non habebat quod non acceperat. Non enim erubescebat in paupertate,quem pauper redemerat. Ideoq; dixit: Surge & ambula, quia le-
Psal.33. gerat: Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum. Sit ergo uobis portio dominus,dominus qui sterilem & parientem facit. Vtranq; facit,sed altera in tristicia
Esa.54. parit,altera in sterilitate lætatur. Cui dicitur: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis. Habet filios sine partus dolore. Vnde & dicitur de ec-
Esa.66. desia: Quis audiuit si parturiuit terra uno die,& gens nata est simul? Vno autem die terra non parturit,sed parit gratia. Venit paschæ dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrātur,uelantur sacræ uirgines. Vno ergo die sine alicuius dolore multos filios & filias solet ecclesia parturire. Ideoq; pulchre dicitur,Et gēs nata est simul,de populo cōsecrato. Videtis mysteria,uidetis gratiam Christi,gratiam spiritussancti
Gal.5. quæ uelut quadam sorte defertur,quoniam nō ex operibus, sed ex fide unusquisq; iustificatur à domino. Sicut enim sortis euentus non in nostra est potestate, sed quem casus attulerit, sic gratia domini non quasi ex mercedis merito, sed quasi ex uoluntate defertur. Vnde & Apostolus ait de diuisionibus gratiarum quæ diuerso
1.Cor.12. modo dei seruulis deferūtur. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens

A diuidens singulis prout uult. Pro ut uult inquit,non prout debetur. Deniq; & dominus ait illis, uberiorem mercedem pro opere postulantibus & conquerentibus quod parem accepissent cū ijs qui posterius aduenerant: Si ego bonus, oculus tuus Matt.20. quare nequam est? Date ergo filij sortes uestras ei qui ultra meritum laboris remunerationem suis donare consueuit. Date ueritatem ipsius uiro sancto,id est,integritatem. Ipsius em̄ est integritas qui immaculatus aduenit. Veritas itaq; uirginitas, corruptela mendacium est. State ergo in corde uestro,sicut bona uinea in propagine sua. Multæ em̄ tentationes sunt,ideoq; ait scriptura: Tentauerunt eum in ten- Psal.105. tatione,& maledixerunt ei super aquam contradictionis Cades. Tentatur uirgini tas à plerisq; petitoribus. Et cum uoluerit uirgo perseuerare, existunt qui contradicant. Contradicit petitor,& refutatus maledicit. In opprobrio esse uidetur innupta uel uirgo uel uidua. Cades em̄ innupta est,quæ est sancta corpore & spiritu,& domino se dicauit,quæ reliquit parentes,& non facit uoluntatem eorum,qui solent dicere: Debes nobis filia nepotes. Cades est quæ filios nescit. Quod si illa diuitijs seculi præfert opprobrium Christi,quod necesse est subeat qui quærit Christo placere,quanto magis uos,quos pater prouocat ad integritatem, mater hortatur id se- 1.Cor.7. qui quod conuenit. Bonum est ergo uirginitas. Deniq; qui iudicauit inquit in corde suo seruare uirginem suam benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam benefacit,& qui non iungit,melius facit. Ille benefacit propter laqueum, hic melius facit propter utilitatem. Illud pro remedio,istud pro præmio. Beatior autē erit quæ sic manserit secundum meum consilium. Puto enim quod & ego spiritum
B dei habeam. Sequimini ergo filiæ consilium Apostoli, donum spiritussancti. Sumite ergo & uos sicut sumpsit Maria soror Moysi & Aaron tympanum in manibus uestris,& exite dicentes: Cantemus domino,gloriose enim honorificatus est. Exo.15. equum & ascēsorem proiecit in mare: Mortificate membra uestra,ut tympani modo nulla in ijs lasciuia carnis exæstuet, omnisq; flagrantiæ corporalis sensus interet. Nesciat in ijs nisi in mortuis corporis uoluptatibus solus spiritus resultare. Si enim mortui fueritis peccato,uiuetis deo. Viuetis autem si non regnet in corpore uestro mortuo ulla concupiscentia. Versate manibus uestris crucem domini Iesu,& in uestris eam operibus ableuantes,calcate mundi huius profundū, & pertransite, ut ille sicut equus adhinniens in libidinem,nullum locum inueniat in uobis,& quicunq; uoluerit persequens comprehendere uos, demergatur. Dextera leuaq; circa uos aquæ murus sit,ut uapor omnis corporis temperetur, donec ad illos intelligibiles duodecim fontes,& septuaginta arbores palmarum,ad illam magni requiem sabbati diuina uos dignatio perducat,& in monte hæreditatis suæ plantare digne tur ubi sancta Maria choros ducit. Induite ergo filiæ dominum Iesum Christum, quærite ueram sapientiam,de qua dicit Iob: Sapientia autem unde inuēta, aut qui Iob.28. locus disciplinæ? Abyssus dixit,Non est in me,Mare dixit,Non est mecum. Bene abyssus dixit,non est in me,quia resurrexit. Non enim habet quem tenere non potuit. Deniq; habes in euangelio, quia angeli dixerūt mulieribus ad sepulchrum uenientibus: Iesum qui crucifixus est,quæritis,non est hic,sed surrexit. Quid est non Matt.28. est hic,id est, non est in sepulchro, non est in infernis, sed in cœlestibus est. Mare quoq;,hoc est,seculum dicit: Mundus hic dicit,non est mecum,quia supra mūdum est,quem uitæ humanæ lapsus atq; illecebra non immutauit, quia peccatū non fe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cit,nec est dolus inuētus in ore eius. Abyssus ergo dixit: Non est in me, Mate dixit: non est mecum. Sed cœlum non dixit, quia non est apud se quem receperat resurgentem. Paradisus non dixit: non est in me, quem regnare in se absoluto quoq; latrone cognouerat, sicut ipse dominus dixit: Hodie mecum eris in paradiso. Attrahite filiæ sapiētiam in interiora uestri cordis promptuaria, quoniam ea est omni auro argentoq; prestantior, quam mors nescit, quia non mortui laudant dominū, sed uiuentes. Et uos igitur ut uiuatis, laudate dñm, & laudate eum diebus ac noctibus. Laudabitis aūt, si ab eo nulla uos auertat cupiditas matrimonij, & cura mundi, quæ coniugium sortiunt, sollicitantur mundi huius negocijs. Cōsiderate filiæ quid uotis debeatis parentum. Aperuimus ad deum os nostrum, uotū est uoluntas parentum. Nos orauimus, uos soluite. Quanta uis sit in uobis parentum, Iepte Galaditæ filia uos debet docere, quæ ne frustraretur oblationem patriam, etiam mortem suam obtulit. Nam cum ille sollicitus de belli periculo uouisset, si prosperior pugnæ euentus foret, id quod regredienti domū suam primo sibi occurreret, deo se immolaturū: ubi uictoria potitus est, occurrit filia læta præ cæteris gaudio uictoriæ & pietatis officio. Ingemuit pater non affectus immemor sed memor uoti. Quæsiuit causam filia, respōdit ille quid domino promisisset. Tum illa hortata est, ut promissum deo munus impleret. Itaq; incautam patris oblationē sanguine suo soluit. Hæc uobis filiæ sunt cōmunia. Tu aūt fili quē mihi uerus Helcana, id est dei dedit possessio, postulatus meus, petitus meus. Inde enim etiam Samuel nomen accepit. Tu inquam impetratus meus & uotiuus meus, qui quomodo in uterum meum ue

D neris nescio, Iam enim desperaueram sobolem sexus uirilis, quē mihi uota mea nō aliqua solēnis cœtus secreta formarunt. Tu inquam fili agnosce à quo donatus sis mihi. Ille tua ora plasmauit, ille tua membra distinxit, ille mea orata suscepit, cuius templo, cuius obsequio te antequam nascereris sacraui. Non parentibus, non tibi, sed deo natus es, cuius antequā de uulua matris exires esse cœpisti. Et oēs quidem illius sumus, sed tamen tu specialiter promissus dño tu redderis, quia scriptum est:

Psal.75. Vouete & reddite dño deo uestro. Ego misera, ego indigna, & tamen quasi Anna promisi, ut omnibus uitæ tuæ diebus ac noctibus à cōspectu dñi non recedas. Ego promisi, tu exequere. Dominus sibi hostiæ suæ munus implebit. Hæc & alia pia mater, quæ postquam congruentem filiorum uidit affectum, ablactatum suum uber-

1.Reg.2. bus gratiæ spiritualis in templum domini deducens conuersa ad preces: Confirmatum est inquit cor meum in domino, exaltatū est cornu meū in domino. Dilatatū est os meū super inimicos meos, lætor in salutari tuo, quōniam nō est sanctus alius quō dominus, & non est iustus quō deus noster, & nō est sanctus pter te. Ista igitur ad filios mater dicit, quæ simul & uiduitatis in se, & integritatis in liberos titulos in domum suā intulit quasi quosdam fœmineos principatus. Egregia sanè fœmina, quæ sibi nihil reliquit, totū quod habuit, deo obtulit. Cuius uita institutio disciplinæ est, & quædā formula castitatis, Bono proposito & meliore magisterio. Exemplū eni uiduitatis & uirginitatis magisteriū est. Procedit in ecclesiā filiarū uirginū septa comitatu, domesticū decus inuehens, & inuenit in ecclesia quod suū dicat, filiū sacrarum lectionum oracula personantē, ut uideant sibi sorores domi discere, cū frater auditur. Mater quoq; ad imitationē cœlestis exēpli gaudet se placere de filio, & oia legētis uerba pio mandat affectu & sedulo corde cōseruat. Sed ēquis nil matermis defuerit

A defuerit hortatiōibus, ego quoq; uos filiæ uel paucis alloquor: Quærite dominum Iesum qui nos monet ut quæramus regnum dei, & ecce omnia inquit suppetent uobis. Sed malo ego uos ante meritum deferre, & sic exigere mercedem, bona merces sed diuinior dispensator mercedis & auctor muneris. In regno merces, in Christo remunerandi potestas. Quærite illam in scripturis diuinis, ibi Christus inuenitur. Et dicite sicut illa dicebat: Annuncia mihi quem dilexit anima mea. Sed synago- Cant.1.
ga quærebat quem amiserat, uos quærite quem non amittatis. Sed cur synagoga dicis, quem dilexi, & non dicis quem diligo: ideo non tenes, quia dilexisse te dicis. Cur non potius adhuc diligis, ut possis tenere? Verum illam omittamus. Tu uirgo cum cœperis quærere, adest. Neq; enim fieri potest ut desit quærentibus se, qui palam factus est non quærentibus & inuentus est non interrogantibus. Dum tractas & cogitas præsto est. Disce interrogare cū uenerit, ubi pascat, ubi maneat, sicut illa dicebat: Vbi pascis, ubi manes in meridiano? Vbi enim Christus manet, nisi ubi iu-
sticiæ meridies fulget? Ideoq; sacratæ scripturæ docetur testimonio, quæ dicit: In Psal.18.
sole posuit tabernaculum suum. Vnde & alibi idem dicit propheta: In lumine tuo Psal.35.
uidebimus lumen. Lumen filius est, lumen & pater qui uidetur in filio. Quoniam filius splendor gloriæ patris, & imago substantiæ eius est. Sed etiam in tuo lumine Heb.1.
uirgo Christum require, in bonis cogitationibus, in bonis operibus quæ luceant coram patre tuo qui in cœlis est. Quære in noctibus, quære in cubili tuo, quoniam & nocte uenit & pulsat ianuam tuam. Vult em̄ te omnibus inuigilare momentis, uult ianuam tuæ mentis patentem inuenire. Est & illa ianua quam uult patere ut aperia-

B tur, ut resonet os tuū laudem domini, gratiam sponsi, crucis cōfessionem, cum symbolum recenses, psalmos in cubiculo tuo concinis. Ergo cum uenerit, uigilātem te in ueniat, ut parata sis. Dormiat caro tua, uigilet fides, dormiant illecebræ corporis, uigilet cordis prudētia, membra tua redoleant crucem Christi, & sepulturæ odorem, ut nihil ijs somnus caloris infundat, nullos excitet motus. Ipsa est anima q̄ se Christo aperit, quam nulli uapores carnis exagitant. Cum hæc inuenerit sponsus transibit, Anima tua illum sequatur, discedat à cubili suo, exeat in uerbo eius, sicut scriptū est: Exiuit anima mea in uerbo tuo, id est, peregrinet à corpore ut deo adsit, quoniā cum est in corpore peregrinatur à Christo. Vnde & Apostolus ait: Audemus ergo 2.Cor.5.
& contendimus magis peregrinari de corpore, & adesse ad dominum, Et ideo contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. Omnes em̄ nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; propria corporis sicut gessit siue bonum siue malum. Quàm cito causam probauit, qua corpus resurgit. Oportet enim carnem resurgere, quæ remunerationem suorum est adeptura gestorum, ut quæ in corpore gessimus, in corpore recipiamus. Vult igitur se dominus sæpius quæri, discedit, currit ut resuscitet gratiā quam uult à te etiam in te resuscitari, sicut habemus ad Timotheum scriptum: Propter quam causam admoneo te ut resuscites gratiā dei quæ est in te per impositionem manuum mearum. Quæ autem resuscitauerit 2.Tim.1.
gratiam fit uulnerata charitatis, sicut illa dixit, quia uulnerata charitatis ego sum. Si suscitaueritis & resuscitaueritis charitatem, quid istud sit, poterimus intelligere si repetamus, quia sagitta est dominus Iesus, cui dicit pater: Posui te sicut sagittam ele- Esa.49.
ctam. Et quia ipse est charitas, sunt utiq; iacula charitatis quibus uulnerat sese quærentes. Deniq; & alligati uinculis ipsum sequuntur, quia quos uulnerat ligat. Er-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C go sunt etiam uincula charitatis,quibus ligatus est Paulus,qui ait: Paulus uinctus
Ad Philemo. Iesu Christi. Vulnera autem charitatis esse docet Iob, quo nemo amplius Chri-
stum dilexit,qui diligebat etiam in ipsis sui corporis cruciatibus. Vnde dicebat: Sa-
Iob.6. gittæ autem domini in meo corpore sunt,quarum furor ebibit sanguinem meum,
cùm cœpero loqui compungunt me. Sunt ergo charitatis uulnera,& bona uulnera.
Prouer.27. Deniq; meliora uulnera amici quàm uoluntaria oscula inimici. Hieremias quoq;
Hiere.37 æstuabat,& ignem charitatis quo inflammabatur ad officium prophetandi, ferre
non poterat. Deniq; demergebatur in lacum, quia Iudæis futura excidia annuncia
Act.7 bat,& tacere non poterat. Lapidabatur Stephanus,& illa pro Christo uulnera qua-
si uulnera charitatis pio excipiebat affectu. Vapulabant Apostoli, & congratula-
bantur. Quàm bonus est dominus, pro quo dulces & iniuriæ sunt & grata mors.
Eccl.9. Et bene grata quæ acquirit immortalitatem. In omni inquit tempore sint uesti-
menta tua candida. Quid candidius uirginitate, quid nitidius intacti uestimento
pudoris? Bona quidem castitas coniugalis,& castitas uiduitatis. Munda omnis ca
stitas,sed forte non ois candida aut nõ cãdida in omni tpe. Non candida, qñ non
habet quis sui corporis potestatem,quando ad tempus sequestratur oratio. De uir
ginitate ergo pulchre dicitur: In omni tempore sint uestimenta tua candida, & ole-
um in capite tuo,ut faces tuæ semper possint lucere, nec extinguantur cum cœperit
sponsus ille cœlestis uenire. Quam autem unctionem in capite tuo Ecclesiastes di-
xerit, de prouerbijs colligimus, quia oculi hominis in capite eius, id est sapientiæ
tuæ sensus. Ideo forte & euangelica mulier illa laudatur, quæ pedes domini capil-
lis suis terfit,quod fide se humiliauerit, ne per carnis elata sapientiam uideretur,quam
D legi subditam uerus occultorum interpres Paulus negauit, eo quod Christo subji-
ceretur. Et pulchre hoc possumus intelligere etiam corporaliter, quoniam in pro-
phetícis scriptis reprehenduntur filiæ Syon, quod alta ceruice procederent, nuti-
bus oculorum,& itinere pedum trahentes simul tunicas, & ludentes pedibus. Et
ideo gloriã uestis earũ,& ornatus earũ, crines & cincinnos dñs ablaturum esse se di
cit. Recte ista mulier sparsit capillos suos, ut nodos criniũ euãgelica solueret disci-
1.Petri.3, pli
1.Tim.2. na. Vnde & Apostoli dixerunt: Non in plicatu capillorum, sicut Petrus docuit,
neq; in tortis crinibus aut auro & margaritis uel ueste preciosa, ut Paulus asseruit,
sed magis interioris hominis ornamenta fœminis requirenda,quoniam ille absco
ditus cordis homo qui est pauper seculo, ipse est locuples deo. Audistis filiæ quia
pauperes uos uocatis, quis autem est homo diues, cum multis egeat, nisi ille cui
non est graue peccatum in conscientia? Bona est enim inquit substantia, cui non
est peccatum in conscientia. Audistis inquam in quo possitis apud deum esse lo-
cupletes, ut sit in uobis incorruptibilis & modestus spiritus. Bonæ enim diuitiæ
sunt innocẽtiæ atq; simplicitatis, quibus peccatum non imputatur, quia nulla in ijs
doli fraudisq; uersutia est. Omnis enim simplex obtrectare non nouit, nescit in-
uidere, suo contentus est, aliena non quærit. Et si egeat, sibi diues uidetur, si sup-
petat quod alimento est satis. Denique pulchre Apostolus Paulus: Et profun-
da inquit paupertas eorum abundauit in diuitijs simplicitatis eorum. Et quia ec-
clesia congruis erat ornatibus compta, & de Christo lumen recipiens refulgebat:
Cant.1. Potest etiam sic locus ille accipi,eo quod synagoga ad ecclesiam dicat: Vbi pascis,
ubi manes in meridiano, ne forte fiam circumamicta super greges sodalium tuo-
rum

A rum. Mercennaria esse desiderat, quæ sibi uendicabat ante dominatum. Quàm
damnosa perfidia est. Sed quia incredula, immitis, sacrilega, ideo eam à gre-
gibus ecclesiæ suæ separat Christus, dicens: Nisi scias te ô decora in mulieribus,
hoc est, prius te quæ sis ipsa cognosce, & tunc pete ut meis gregibus appropin-
ques. Et bene in mulieribus decora dicitur synagoga, non in uirginibus, quia
Euam mulierem sequebatur, per quam lapsus aduenit: Ecclesia autem decora in
uirginibus est, quia uirgo sine ruga est. Scire ergo debet siue uir siue mulier,quia
ad imaginem dei est & similitudinem. In quo enim ad imaginem dei sumus, ni-
si in animæ substantia & mentis uigore? Hæc nostra omnis portio. Denique
Dauid inquit: In deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Non ergo ca- Psal.55.
ro sumus, sed spiritus. De Iudæis autem dictum est: Non permanebit in ijs Gen.6.
spiritus meus, quia carnes sunt. Non aurum sumus, non pecunia, non diuitia-
rum copiæ. Illa enim nostra. Et ideo tibi dicit Moyses: Attende tibi, hoc est,
animæ tuæ ne pereat,ne carnalis fias. Attende tibi, hoc est, imagini quam à Chri-
sto accepisti, similitudini ad quam factus es. Ipsam serua imaginem, quam
Christus in te operibus suis pinxit. Sicut ipse ait ad Hierusalem, id est, ad ani-
mam pacificam: Ecce ego Hierusalem pinxi muros tuos. Attende ergo tu præ-
cipue fili: Attende tibi ut læteris in iuuentute tua. Cui dicit scriptura: Lætare ado Eccl.11.
lescens in iuuentute tua. Non unius tibi dicit tempus ætatis. Est quasi quidam
flos uitæ, bonorumq; ætas operum, de qua scriptum est: Renouabitur sicut Psal.102.
aquilæ iuuentus tua. Et oblectet, inquit, te cor tuum in diebus adolescentiæ
B tuæ, & ambula in uia cordis tui sine macula, & in aspectu oculorum tuorum &
non in audacia oculorum tuorum. In aspectu utique spirituali, non audacia se-
culari. Et scito quod super hæc omnia adducet te deus in iudicium, & repellet
iram à corde tuo, & amouebit nequitiam à carne tua. Attende tibi uirgo & tu,
ut insistas orationi, & uultus tuus assidua obsecratione pallescat. Sed ante ora- Eccl.18.
tionem præpara animam tuam, ut non uidearis tentare deum cum deprecaris,
ut id quod oras, mores tui loquantur, fides adiuuet, opera commendent. At-
tende tibi,quod dico tibi,cuicunque uirgini loquor. Nam tibi piæ non deest in-
stitutionis magistra. Attende inquam uirgo sacræ præsertim professionis, & ab
hominis irreuerentis oculis caue. Et si ad tempus præterierit quasi uiator, tamen
os suum aperit,& ab omni aqua proxima bibet, ut te inebriet. Nullus sit tuus si-
ne matre progressus, quæ sit anxia custos pudoris. Ipsa quoq; ad ecclesiam pro-
gressio rarior sit adolescentulis. Considera quanta fuerit Maria, & tamen nus-
quam alibi nisi in cubiculo reperitur cum quæritur. Illa te doceat quid sequaris.
Angelum in specie uiri uidit & pauebat corde, peregrinabatur aspectu. Vnde di- Luc.1.
cit ad eam Angelus: Ne timeas Maria. Decet solitudo uerecundiam, & gym-
nasium pudoris, secretum est. Quid enim tibi uel ad proximam facile accedere?
Pes fatui facilis in domum proximi,qui autem sapiens est,uerecundatur. Inde na-
scuntur fabulæ, de quibus pulchre admoneris ut caueas,cum dicit tibi uir sapiens:
Quis dabit disciplinæ meæ custodiam, & supra labia mea signaculũ certũ, ne cadã Eccl.22.
ab illis,& lingua mea perdat me? Si uirilis sexus iubet tacere corã senioribus,cq; in-
decorũ est uirgines loqui,& uarios ferere sermones? Esto ut imperes tibi silentium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nunquid potes alijs imperare ne audias? Potest quis aliquando frenos ori suo im
ponere,& uerbis stateram,auribus non potest. Loqui enim in nobis est, audire ex
aliena pendet potestate. Sæpe enim audimus quod nolumus. Quid deinde aliud
nos scriptura admoneat consideremus. Non iurandum inquit facile, quia plerunq;
multi casus accidunt,ut non possimus implere quod iurauerimus. Qui autem non
iurat,utiq; non peierat, qui autem iurat, aliquando necesse est incidat periurium,
quia omnis homo mendax. Noli ergo iurare,ne incipias peierare. Nec ipsam qui
dem liberiorem lætitiam in uirginibus decet esse. Quæ si non habent quod fleant,
lapsus fleant peccantium. Etenim quæ aliorum lapsus fleuerit, suos cauebit. Fleant
postremo uel illa contemplatione,ut hic flentes,illic accipiant consolationem,ne si
cut dives ille qui hic luxuriatus est,illic pœnas graues subire domini declaratur ora
Luc.16. culo,& tu audias: Recepisti bona in uita tua. Quanto beatius Lazarus qui hic fle
uit,& illic exultauit,hic esuriuit,& illic epulatur. Si uis ergo & tu bonam lætitiam se
Eccl.9. qui,demonstrat tibi Ecclesiastes liber quam sequi debeas,qui ait: Veni,manduca in
lætitia panem tuum, quoniam iam placuerunt deo facta tua. Quid autem idem
Ecclesiastes monuerit nos omnes de immoderatione ridendi, consideremus. Sicut
uox inquit spinarum sub olla,ita risus stultorum. Nempe spinæ cum ardent sonãt,
Psal.117. & cito exuruntur,ut nullus caloris sit effectus. Vnde & Iudæis dictum est: Exarse
runt sicut ignis in spinis. Exusti sunt enim suo risu,& conflagrarunt in domini pas
Psal.21. sione, quando in animæ suæ iocabantur incendium dicentes: Sperauit in domino,
eripiat eum,saluum faciat eum,quoniam uult eum. Et deridentes percutiebant ca
lamo caput eius,& spinis eum coronabant,atq; acetum ei ut biberet offerebant. Il
D le risus synagogam incendit in æternum. Sic ergo est risus stultorum qui sine gratia
sonat,& ollam sui corporis urit. Merito negabat Sara quia riserat, ne uideretur ri
dendo de effectu promissorum dubitasse cœlestium, & tamen ille risus plenus gra
uitatis fuerat & pudoris, quem nemo alius testis nisi deus solus cognosceret,quem
Eccl.7. occulta non fallunt. Quàm pulchrum & illud: Noli festinare in spiritu tuo irasci,
quia ira in sinu stultorum requiescit,hoc est, & si causa sit quæ moueat indignatio
nem,non sit festina uindicta,ne immoderatus calor indignationis exæstuet. Non
potest igitur auferre quod naturalis est motus,sed moram inserit ut medicina con
Psal.4 silij temperet iracundiam. Sic enim Dauid ante iam dixerat: Irascimini,& nolite
peccare. Non quo imperaret iracundiam, sed quod id quod naturæ esset auferre
non posset,& quasi bonus medicus remedium daret, ut ipsa iracundia non noce
ret. Deniq; etiam si quis prolapsus esset corde, quoniam ira nescit tenere modera
men,suadet ut compungatur in cubilibus suis,& suum unusquisq; condemnet erro
rem. Sic enim scriptum est: Quæ dicitis in cordibus uestris & in cubilibus uestris
compungimini. Voluit itaq; omnes homines suorum delictorum esse censores, ut
& qui publico testimonio nõ tenetur, seipsum iudicem qui in occulto lapsus est eru
bescat,& aculeo quodam coërceat amaritudinis & pudoris. Quid de parsimonia
Eccl.23. loquar, cum sapiens dicat: Aufer à me uentris concupiscentias,& concubitus cupi
ditas ne apprehendat me. Nec infirmitatem ex ieiunio & abstinentiam reformi
des. Infirmitas enim grauis sobriam facit animam. Quomodo etiam docent Salo
Prouer.22. monis prouerbia, bonæ opinioni studendum, dicendo: Potius est nomen bo
num quàm diuitiæ multæ. Quid est enim patrimonium nisi bona illa gubernatio,
unde

A unde sanctus Iob dicit: Benedictio morituri super me ueniat, & os uiduæ me be
nedicat. Oculus eram cœcorum, & pes claudorum, inualidorum pater. Si uidi
nudum prætereuntem, & non uestiui, si me non benedixerunt egentes, & de uel
leribus ouium mearum humeros eorum non calefeci, si abscondi aliquando pec
catum meum, quod uel imprudens non ex uoluntate commiserim, si aliquando
permisi uacuo sinu exire inopem ianuam meam? His enim nomen bonum para
tur. Præ cæteris tamen in uirgine præcellit studium sobrietatis. Sobrietatem dico
non uini abstinentiam, sed corporalis lasciuiæ, qua grauius quàm uino inebria
mur. Dat enim calicem ruinæ & iræ poculum. Vnde & dicit dominus ad Hieruſa
lem: Audi humiliata & ebria non à uino. Ecce accepi de manu tua calicem ruinæ & Esa.51.
poculum iræ. Si hunc calicem exinaniuerit synagoga, non bibant filiæ ecclesiæ. De
Iudæis enim dictum est: Filiæ eorum compositæ circumornatæ quomodo simili Psal.143.
tudo templi. Vos autem templum dei estis, filiæ eius qui non transfiguratur in
angelum lucis, sed uerum lumen de uero est lumine. Ideo in uobis non similitudo
sed ueritas sit. Multæ autem cum studium castitatis profiteantur, affectant admi
nicula pulchritudinis, ut comptiores prodeant, nitidiore uultu quàm sacras do
mini decet,quibus apostolico sermone respõdeo: Quæ mortuæ estis cum Christo Col.2.
ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis?
Ne tetigeritis,inquit,ne attaminaueritis,ne gustaueritis quæ sunt omnia ad corru
ptelam. At non sancta Soteris,ut domesticum piæ parentis proferamus exem
plum. Habemus enim nos sacerdotes nostram nobilitatem præfecturis & consu
B latibus præferendam. Habemus inquam fidei dignitates quæ perire non norunt.
At non,ut dixi,Soteris uultus sui curam gerebat,quæ cum esset decora facie ualde,
& nobilis uirgo maiorum prosapia, consulatus & præfecturas parentum sacra
posthabuit fide,& immolare iussa non acquieuit. Quam persecutor immanis pal
mis cædi præcepit, ut tenera uirgo dolori cederet aut pudori. At illa ubi audiuit
hanc uocem,uultum aperuit soli inuelata atque intacta martyrio, & uolens iniu
riæ occurrit, uultum offerens, ut ibi martyrij fieret sacrificium, ubi solet esse tenta
mentum pudoris. Gaudebat enim dispendio pulchritudinis, periculum integri
tatis auferri. Sed illi potuerunt quidem uultum eius uulnerum uibicibus exarare,
faciem tamen uirtutis eius & gratiam decoris interni nequaquam exarare potue
runt. Hetruscum iuuenem ueteres fabulæ ferunt, cum propter admirandam oris
proprij pulchritudinem in amorem accenderet fœminas,stigmatibus inarasse uul
tum suum, ne qua eum adamare posset. Videro utrum castus fuerit illius ani
mus, affectus tamen non innocens, propter quem in se ipse animaduerteret. Ille
tamen sola excepit uulnera ne noceret: hæc triumphales retulit martyrij cicatrices,
ut imaginem dei quã acceperat reseruaret. Seruate & uos hanc imaginem filiæ, ser
uatæ scripturæ præcepta diuinæ, ut omne os iniq obstruatur. Scriptũ est enim: Psal.95.
Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Bonus do
minus erudit & docet, & plerunque arguit. Sed etiam quem arguit beatum fa
cit. Beatus enim homo quem arguit dominus. Et ideo increpationes eius non re
fugias, quia charitatis & gratiæ sunt. Ipse enim percutit, & quasi bonus me
dicus manibus suis sanat. Septies de necessitatibus te liberat, in septimo au
tem non te contingit malum. In fame eripiet te à morte, in pugna autem de
manu

Universidad de Deusto
Biblioteca

C manu ferri te exuet, à flagello linguæ te abscondit. Si enim tu nulli putaueris dero
gandum, alienæ linguæ flagella non metues. Mire autem sermones maledicorum
expressit dicendo, linguæ flagellum, cuius sonus late resultet. A quo nos separare cu
piens Petrus Apostolus monet, ut non reddamus malum pro malo, & maledictũ
1. Petri. 3. pro maledicto, sed magis cum maledicitur nobis benedictionis referamus gratiã.
Et ideo dicit: Cohibe linguam tuam à malo, tanquam linguæ flagello, nec timeas
uerborum sonum, si munda est conscientia tua. Bonum est quidem nullum si fieri
potest locum obtrectationi dare, sed quia plerique non uitijs sed uirtutibus dero
gant, reprehendant quod laudis est, non inueniant qđ erroris est. Sed quod peius
est non solum ab aliena lingua, sed etiam à nostra flagellamur. Et hæc sunt grauio
ra uerbera, cum ex multiloquio peccatũ incurrimus. Et ideo custodi uirgo uias tuas,
ut non delinquas in lingua tua. Et bona loqui plerunque crimen est uirginis. Sed
quid miraris de uirgine, cum mulier ifi silentio iubeatur discere? Bonus est pudor,
quem commendant silentia. Susanna periclitabatur & tacebat, ut melius tacito pu
dore loqueretur. Denique inuenit uerecundia defensorem qui defenderet castita
tem. De qua bene dicitur quod eam à flagello linguæ dominus abscõdit. Quid de
fœminis dicimus? Ioseph tacuit accusatus, ut melius eum innocentia quàm lingua
defenderet. Tacuit Daniel omnibus sapiẽtior, & ora clausit leonum. Vnde pulchre
Psal. 38. sanctus Dauid dicit: Posui inquit ori meo custodiam, dum consisteret aduersum
me peccator. Quid enim uis loqui? Vereris ne te tacente obiecta credantur. Sed au
di bonum magistrum dicentem sanctum Iob: Ecce rideo opprobrium, & non lo
D quor, clamabo & nusquam iudicium. Id est criminator aliquis opprobria iacit, ha
bes quod intra te rideas, si crimen conscientiæ non recognoscis. Quid enim referas
uerba uerbis? Nondum est iudicium. Et si clames non appropinquat. Debentur ti
bi in hoc seculo multa certamina. Vicerat sanctus Iob damni dolorem, uicerat im
mo excluserat luctus acerbitatem in amissionibus filiorum, uicerat uulnerum aspe
ritates, uibices corporis, adhibentur mulieris tentamenta, & ipsa non sensit. Adhuc
amicorum increpationes ad certamen ei ultimum reseruãtur. Luctatus fuerat cum
affectu patrio, luctatus cum dolore corporis & ægritudine, oportebat eum subire
etiam sermonum tentationes. Ergo quando uides uiduam dispendijs aliquibus la
borare aut filiorum incommoditate uel morte, iustum iniurijs affici, noli existius se
culi incommodis merita eius pensare, aut mirari quod derelictus à domino sit. Hic
quidem luctamur, sed alibi coronamur. Non de me tantum, sed de omnibus homi
nibus communiter sunt locutus. Nam unde mihi tantũ meriti, cui indulgentia pro
corona est? Hic lucta, illic brauium. Hic militia, illic stipẽdium est. Ergo dum in hoc
mundo sum adhuc luctor, adhuc decerto, adhuc impellor ut decidam. Sed potens
est dominus, qui impulsum suscipiat, labentem statuat, nutantem erigat. Quid er
go miraris aliquem laborare? Donec uita est ista, certamen nõ deerit. Non exit co
rona, nullus probatur, nisi qui perseuerauerit usq; in finem, ut postea possit qui le
gitime certauerit coronari. Quis fortior Paulo? quis beatior? Ille tamẽ uas electio
nis dñicæ, nõ ante sibi coronã uendicauit q̃ certamẽ omne cõsummaret. Ideoq; ait:
2. Tim. 4. Certamẽ bonũ certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui: Quod reliquũ, reposita est
mihi corona iusticiæ. Quã non solũ sibi, sed etiã omnibus diligẽtibus aduentũ do
mini dicit esse reddendam. Pulchre dixit, aduentum Christi diligentibus. Nemo
enim

A enim festinat ad iudicium, nisi de innocentia securus, aut qui de labore præsumit,
cui aut gratia domini, aut pia pro Christo certamina suffragantur. Quam utique
habebit prærogatiuam & ea uidua quæ bene filios educauerit, & in liberis gratula
bitur, & maxime quæ omnes quos suscepit, domino dedit. Vnde & illa Euange
lica uidua diuitibus anteferrur. Non solum enim quia totum quod habuit, ad ui
ctum pauperum misit, sed etiam quod duo æra derulit, dominica uoce laudatur, id
est plenam fidem. Denique ad hominis sanitatem & ille Samaritanus duo æra sta
bulario dedit, quibus ulcera curaret illius à latronibus uulnerati. Ergo quia & secun
dum uetus testamentum Mariæ sororis Aaron uirginitatem, & secundum nouum
sanctæ Mariæ matris domini integritatem studio suæ prolis imitata est, remune
rationem fidei diuino iudicio consequeatur, quæ nihil sibi ad seculi subsidium re
seruauit, sed totum domino sobolis piæ munus impendit. Te nũc domine precor,
ut supra hanc domum tuam, supra hæc altaria quæ hodie dedicantur, supra hos
lapides spirituales quibus sensibile tibi in singulis templum sacratur, quotidianus
præsul intendas, orationesq; seruorum tuorum quæ in hoc loco funduntur, diui
na tua suscipias misericordia. Fiat tibi in odorem sanctificationis omne sacrificiũ
quod in hoc templo fide integra, pia sedulitate defertur. Et cum ad illam respicis
hostiam salutarem per quam peccatum mundi huius aboletur, respicias etiam ad
has piæ hostias castitatis, & diuturno eas tuearis auxilio, ut fiant tibi in odorem
suauitatis hostiæ acceptabiles, Christo domino placentes, & integrum spiritum eo
B rum animam & corpus sine querelæ loco usque in diem domini Iesu Christi filij
tui seruare digneris. Amen.

FINIS.

CAPITA INSTITVTIONIS VIRGINIS.

De cõmendatione Eusebij quod Ambrosiã filiam suam deo deuouerit, ac de lau
de huiuscemodi oblationis, uirtute quoq; taciturnitatis & loco orãdi. Cap. I.
De commẽdatione ordinis in oratione seruandi, & quod à diuinis laudibus incho
andus sit, & quomodo uirgo tria in se seruare debeat. Caput II.
Quod sexus muliebris non sit culpandus propter erroris causam quam Eua inue
xit. Et quomodo omnium animantium gratia foris, hominis autem intus
existat. Caput III.
Quomodo per mulierem Ecclesiæ gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in
peccatum excusationem habeat quam uir habet. Caput IIII.
Quomodo mulierem audire uir iubeatur. Quomodo etiam Maria nõ solum uir
ginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione hæreti
corum qui sanctissimam Mariam perseuerasse uirginem negauerũt. Cap. V.
Quomodo non derogauerit uirginitati Mariæ quod coniunx Ioseph nominata
fuerit. Caput VI.
Quod Maria pudorem nunquã mutauerit quæ nec animũ mutauerat. Cap. VII.
Quod Maria sit porta illa clausa quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus
& exiuit. Caput VIII.
Quemadmodum uirgo Maria sit uirga & hortus clausus, ac paradisus & fons si
gnatus, atq; porta clausa. Caput IX.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quod Christus qui corona est uirginum sit unus sicut & pater unus est, & spiritus unus, & quomodo in personis diuinis sit æqualitas. Cap. X.
Quod nulli alij laborare aut seruire debeamus, nisi soli Christo qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. Cap. XI.
Quomodo Christus dicatur iuuenis secundus & finis omni populo eius. Quomodo etiam uirgo Maria dicatur aula regalis. Cap. XII.
Quomodo Mariana uirginitas dicatur leuis nubes, super quam dominus sedit, quæ alijs uirginibus pluuiam spiritalem irrorat & unguentum integritatis. Caput. XIII.
Quomodo gressus Mariæ speciosi dicantur in calciamentis. Et quod moduli femorum suorum similes sint torquibus. Et umbilicus crater tornatilis. Et uenter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. Cap. XIIII.
Quomodo sacræ uirgines dicantur lilia Christi, & de anno dominicæ benignitatis. Caput. XV.
Quomodo filiæ Hierusalem egredi iubeantur ad uidendum regem Salomonem &c. Et de stola piæ operationis quam induere debent uirgines. Cap. XVI.
Quomodo in uirginibus uideatur angelorum uita in terris, quam in paradiso amiseramus. Et de deuota deprecatione quam Ambrosius fecit super uirginem uelandam. Cap. XVII.

D

DIVI AMBROSII ME DIOLANENSIS EPISCOPI

Institutio uirginis, ad Eusebium.

De commendatione Eusebij quod Ambrosiam filiam suam deo deuouerit, ac de laude huiuscemodi oblationis, uirtute quoq; taciturnitatis & loco orandi. Caput. I.

COMMENDAS mihi pignus tuum, quod æque est meum, Ambrosiam domini sacram, & pio eius affectu tibi asseris præstantiorem reliqua sobole sollicitudinem. Et uere ita est apud mentem fidelem. Cæteros enim instituis, ut emittas domo atq; alienis copules, istam tecum semper habebis. In cæteris quoq; paternæ uteris pietatis necessitudine, in hac ultra patrem procedis, uotoq; & studio progrederis, ut placeat deo. Quæ cum sit præstantior causa uotorum, sola tamen soluat quicquid pro se & pro omnibus filijs debes. Hoc est sacrificium quod abel obtulit ex primitiuis ouium suarum fœtibus. Quod & Apostolus præ cæteris laudat ad Corinthios dicēs: Quoniam qui statuit in corde suo firmus, & iudicauit in corde suo seruare uirginem suam, benefacit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit, & qui non iungit melius facit. Vnde pulchre 1. Cor. 7.

A pulchre Dauid cum descripsisset ecclesiæ gratiam, cuius omnis gloria intus est non foris, in bonis enim cogitatiōibus atq; immaculato castitatis affectu & synceræ proposito conscientiæ summa est laus, subtexuit dicens: Afferentur regi uirgines post eam. Et conuersus ad dominum patrem: Proximæ, inquit, eius afferentur tibi, afferentur in lætitia & exultatione, adducētur in templum regis. Quæ est proxima, nisi quæ Christo propinquat, cui dicit deus uerbum: Exurge, ueni proxima mea, formosa mea, columba mea, quia ecce hyems præterijt. Antequam uerbum dei recipiret, hyems erat, inhonora, sine fructu: ubi uerbum dei recepit, & mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Deniq; feruore sancti spiritus uaporata, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragrantiā castitatis, suauitatem gratiæ. Vnde & alibi addidit: Oculi tui columbæ extra taciturnitatem tuam, eo quod tota spiritalis & simplex sicut columba, in cuius specie uisus est à Iohanne descendere spiritussanctus, spiritalia uideat, & nouerit ea quæ uiderit tacere mysteria. Non enim mediocris uirtus tacere. Est enim & tempus tacendi, sicut tempus loquendi, sicut & scriptum est: Dominus dat mihi linguam eruditionis, quando oporteat dicere sermonem. Virginitatis itaq; dos quædam est uerecundia, quæ commendatur silentio. Ideo ecclesiæ gloria intus est, non utiq; in multiloquio, sed in sensibus uel in penetralibus sacramentorum, sicut ipsa dicit ad sponsum: Quis dabit te fratrē mihi lactentem ubera matris meæ, & inueniens te foris osculabor te? Et quidem non spernent me, assumam te & ducam te in domum matris meæ, & in secretum eius quæ cōcepit me. Et supra ait: Introduxit me rex in cubiculum suum. Foris osculatur ecclesia Christum, & ab B eo in cubiculum introducitur. Osculatus est eam foris, quando tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit tanquam gigas ad currendam uiam. Tanquā gigas foris est, quia non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, formam serui accepit. Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illum intus, quando legis quod in sinu est patris. Cognosce illum foris, quando nos quærit ut redimat. Foris sibi factus est, ut mihi intus esset, & fieret medicus noster. Ibi ergo simus ubi Christus medicus est, radicatus & fixus in cordibus nostris. Et ideo sicut ipse præcepit: Cū oras, intra in cubiculum tuum, & effunde super te animam tuam. Cubiculum tuum interiorum secretum est, cubiculum tuum cōscientia tua est. Deniq; Ecclesiastes tibi dicit: Et quidem in conscientia tua regi ne maledixeris, & in penetralibus cubiculorum ne maledicto deuoueris diuitem. Ibi ergo ora, & ora in occulto ut audiat te qui in occulto audit, & ora sine ira & disceptatione, abdicato occulta dedecoris. Iustus enim non proditionem criminis metuit, sed contagionem. Cant. 2. Cant. 4. Eccl. 3. Cant. 8 Cant. 2 Psal. 18. Matt. 6.

De commendatione ordinis in oratione seruandi, & quod à diuinis laudibus inchoandus sit. Et quomodo uirgo tria in se seruare debeat. Caput II.

QVAM bona oratio cum misericordia. Bona oratio quæ ordinem seruat, ut primo à diuinis inchoëmus laudibus. Si enim cum apud hominem agimus beneuolum uolumus iudicem facere, quanto magis cum dominum nostrum precamur? Primo ergo immolemus deo sacrificium laudis, ut & Apostolus dicit: Obsecro ergo primo omniū fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarumactiones. Doceat te Dauidicus psalmus octa 1. Tim. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uus, qui cœpit à dei laudibus. Domine dominus noſter,quàm admirabile eſt no
men tuum in uniuerſa terra,Quoniam eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper cœlos,Ex
ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.Hactenus oratio. Inde ſequitur ob
ſecratio,ut deſtruatur inimicus,Poſtulatio,ut lunam & ſtellas uideat, lunam eccle
ſiam,ſtellas filios eccleſiæ cœleſtis gratiæ luce fulgẽtes, & quod petit prophetico ſpi
ritu, uiſurum ſe eſſe promittit. Gratiarum actio quod tuetur dominus hominem,
& hunc limum corporis noſtri diuina uiſitatione confirmat, uel quod homini ani
mantium genera uniuerſa ſubiecit.Similiter & dominica oratio omnia comprehen
dit,quam uulgare non opus eſt. Tu autem qui legis, quemadmodum diſtinguere
debeas recognoſcis,præcipue tamen,ut dixi,commendanda eſt oratio ſicut præmi
ſi,placiditate animi & tranquillitate,ut unuſquiſq; ſibi conſtet & congruat,& fiat il
Matt.18. lud quod ſcriptum eſt:Si duobus ex uobis conuenerint ſuper terrã, de omni re quã
cunq; petierint,fiet à patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo uel tres congre
gati in nomine meo,ibi ego ſum in medio eorũ. Qui ſunt iſti duo,niſi anima & cor
1.Cor.9. pus? Vnde & Paulus caſtigabat carnem ſuã & ſeruituti redigebat,ut eſſet animæ
tanquam imperatrici ſuæ caro ſubdita,& mentis imperijs obtemperaret,ne eſſet in
uno homine diſſidium,ac bellum intra ſe gereret,& legi mentis repugnaret lex cor
poris. Duo igitur iſta diuerſa ratione quadam & pace iungebat,ſecundum qd' ipſe
Ephe.2 aſſeruit dicens:Quia Chriſtus eſt pax noſtra qui fecit utraq; unum, & medium pa
rietem ſepis,ſoluit inimicitias in carne ſua: ne id ageret quod nollet, atq; id faceret
Pſal.55. quod odiſſet. Iſti ergo ſunt duo anima & caro. Vnde & Dauid ait: Non timebo
D quid faciat mihi caro, quam aduerſariam animæ ſuæ noſſet. Quæ tamen duo ut
euidentius exprimamus,non ſolum duo ſunt, ſed etiam duo homines, unus inte
rior,alter exterior. Iſti duo ſi ſibi propoſiti in æqualitatem concurrant, ut cogitatio
nes factis & cogitationibus facta conueniant,uitæ noſtræ rota ſine ulla offenſione
Pſal.76. uoluetur, ut quemadmodum ſcriptum eſt: Fiat uox tonitrui in rota. Iſti igitur
Ephe.2 duo unum ſunt,nec ſolum unum ſed unus homo. Vnde & Apoſtolus ait: Vt duos
cõderet in uno homine, faciens pacem, & reconciliaret utroſq; in uno corpore deo,
per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo,ut in utriſq; acceſſum habeamus in
uno ſpiritu ad patrem.Sunt etiam duo homines,uetus & nouus. Vetus ille peccato
obnoxius & obſoletus,ac ueſtimenti ueteris ſimilitudine attritus & ſciſſus, quem
Rom.6. in baptiſmate affigimus cruci. Vnde Apoſtolus ait:Quia uetus homo noſter ſimul
crucifixus eſt cruci,ut deſtruatur corpus peccati,ut ultra non ſeruiamus peccato. Ve
tus ergo affigitur, ut moriatur peccato,ut nouus reſurgat, qui renouatur per gra
tiam.Diximus de duobus.Fortaſſe dicat aliquis: Quid de tribus dicis, quoniam ſic
Matt.18. habet ſcriptura: Vbi enim ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ego
ſum in medio eorum? Hinc quoq; ratio manifeſta eſt,quia idem Apoſtolus dicit:
1.Theſ.5. Ipſe autem deus pacis ſanctificet uos per omnia, ut integer ſpiritus ueſter & ani
ma & corpus ſine querela in die domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Vbi ergo tres
iſti integri, ibi Chriſtus eſt in medio eorum, qui hos tres intus gubernat & regit,
ac fideli pace componit.Hæc igitur tria,integra præ cæteris in ſe uirgo cuſtodiat,ut
nullam det ſacræ uirginitatis querelam,& ſit inoffenſa, ſine ruga, ſine macula. De
qua licet frequentibus libris dixerimus,tamen memorati pignoris cauſa,hunc ad te
librum condendum arbitrati ſumus,

Quod

Quod ſexus muliebris non ſit culpandus propter erroris cauſam quam Eua inuexit.Et quomodo omnium animantium gratia foris,hominis autem intus exiſtat. Cap. III.

BONA uirginitas quæ ſexum utrumq; non ſolum abſoluit à crimine, uerumetiam prouocauit ad gratiam. Accuſamus autem plerunq; fœminum ſexum quod erroris cauſam inuexerit, & non conſideramus quanto iuſtius in nos obiurgatio retorqueatur. Nam ut repetamus à principio,& rerum exordia interrogemus,quantum ei delatum ſit inueſtigabimus & quam in miſera conditionis humanæ fragilitate, fœmina inuenerit gratiam. Nam cum omnia opera ſua laudauerit deus,cœlum, terram, maria, noctem & diem, quod iſta proficerent ad uſum laboris, illa ad fructum quietis, laudauerit ferras,beſtias,ubi ad hominem uentum eſt, ſolus non uidetur eſſe laudatus, propter quem generata omnia ſunt. Quæ igitur cauſa eſt, niſi forte ea, quia alia in ſpecie ſunt,homo in occulto? Nihil in beſtijs plus reperias,quàm quod uidetur,in homine nihil eſt inferius, quàm quod uidetur,qui cum ex animo conſtet & corpore,hoc utiq; in eo ſeruit quod uidetur, illud autem in eo regit hominem quod non uidetur. Merito ergo alia in exordio laudantur, iſtius laudatio non promitur ſed reſeruatur, quia aliorum gratia foris,huius intus eſt.Aliorum in natiuitate, huius in corde. Quid enim tam altum & tam profundum quàm mens hominis, quæ quaſi in
B lucro quodam corporis tegitur & occultatur,ut eam haud facile quiſquam intro ſpicere & ſpeculari queat? Ideo ergo homo non ante laudatur, quia non in foris penſi pelle, ſed in interiore homine ante probandus,ſic prædicandus eſt,quem præclare definiuit Apoſtolus Petrus dicens: Abſconditum eſſe cordis hominem in in- 1.Petri.3.
corruptione quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt ante deum locuples. Merito ergo differtur ut ſequatur uenerata eius laudatio, cuius dilatio non diſpendium ſed incrementum eſt.Nemo ergo ſe deſpiciat quaſi uilem,nec contuitu corporis ſeſe æſtimet.Nam & ſi dixerit ſanctus Iob: Nudus exiui de uentre matris meæ, nudus & Iob.1.
hinc abibo,habuit tamen quo non ſolum inter homines,ſed etiam apud deum diues inueniretur. Quid autem locupletius, quàm quod ad imaginem dei eſt ac ſimilitudinem? Ad imaginem autem interior eſt homo, non iſte exterior, ille qui ſenſu æſtimatur,non oculis comprehenditur. Ille ergo nobis expectandus eſt,qui ſerius inueſtigatur. Ideo deus non putauit hominis fabricam eſſe laudandam, quia maior eius uirtute eſt portio. Prædara quidem ſpecies,& præſtantior cæteris animantibus,ſed irrationabilia ſpecie corporis æſtimentur, ea autem quæ rationis plena ſunt, communem laudem ſequeſtrent. Homo igitur mihi non tam uultu quàm affectu admirandus emineat atq; excellat, ut in his laudetur,in quibus etiam deus prophetico iudicio laudatur, de quo ſcriptum eſt: Terribilis in conſilijs ſu- Pſal.65.
per filios hominum,cuius opera coram deo luceant,qui bona iugibus operibus facta contexat.Et ideo laudatio eius non in exordio ſed in fine eſt. Nemo enim niſi 2.Tim.2.
legitime certauerit coronabitur. Ideoq; ſapiens tibi dicit: Ante mortem non lau- Eccl.11.
des hominem quenquam. Qua ratione hoc dixerit, ſuperioribus docuit dicens: Quia in fine hominis nudantur opera eius. Spectemus tertium,in quo manifeſtauit deus ſententiam ſuam. Cum enim feciſſet hominem & poſuiſſet in paradiſo

Universidad de Deusto
Biblioteca

operari & custodire, dixit: Non est bonum solum esse hominem: Faciamus, inquit, ei adiutorium secundum se. Sine muliere igitur homo non habet laudem, in muliere prædicatur. Nam cum dicit: Non est bonum solum esse hominem, confirmat utiq; bonum esse hominum genus si uirili sexui fœmineus sexus accedat. Simul illud considerandum, quia ille de terra factus & limo est, ista de uiro. Et caro quidem limus, sed ille adhuc informis, iste informatus. Iam illud præclarum Apostolicum arcessamus exemplum quod habemus scriptum: Quia relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Ephe. 5

Quomodo per mulierem ecclesiæ gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in peccatum excusationem habeat quam uir habet. Caput IIII.

ADVERTIMVS itaq; per mulierem cœleste illud impletum esse mysterium ecclesiæ, in ea gratiam figuratam, propter quam Christus descendit, & æternum illud opus humanæ redemptionis absoluit. Vnde & Adam uocauit nomen mulieris suæ uitam. Nam & in populis per mulieren successionis humanæ series & propago diffunditur, & per ecclesiam uita conquiritur æterna. Sanè negare non possumus quod errauerit mulier. Quid miraris tamen si infirmior lapsus est sexus, cum sit lapsus etiam fortior? Mulier excusationem habet in peccato, uir non habet. Illa ut scriptura asserit à sapientissimo omnium serpente decepta est, tu à muliere, id est, illam superior creatura decepit, te inferior. Te enim mulier decepit, illam malus licet tamen angelus. Si tu inferiori non potuisti resistere, quomodo illa potuit superiori? Culpa tua illam absoluit. Si de merito culpæ dubitas, interrogemus sententiam qua illi dictum est: In tristicia paries filios, & ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Viro autem dicitur: Terra es & in terram ibis. Et uere iuxta hanc sententiam, quandoquidem si Adam quod à domino deo audierat seruare non potuit, quomodo potuit seruare mulier quod audiuit à uiro? Si illum dei uox non confirmauit, quomodo istam uox firmaret humana? Deniq; Adam conuentus quod contra diuina quæ coram audierat præcepta gustasset, nihil habuit quod diceret, nisi quod sibi mulier dedisset & manducasset, mulier autem ait: Serpens traduxit me & manducaui. Quanto maior mulieris absolutio? Ille arguitur, hæc interrogatur. Adde illud quod & prior culpam fatetur. Etenim quæ se dicit esse seductam testatur errorem. Erroris igitur medicina confessio est. In iudicio ipso quanto clementior mulier uiro? Ille mulierem suam accusauit, ista serpentem, hoc est, nec accusata crimen retorsit, sed ipsum accusatorem suum maluit si posset absoluere q̃ ligare. Habes igitur & culpæ absolutionem in cõfessione, & sententiæ in executione. In tristicia, inquit, paries filios. Condemnationis suæ pondus agnouit, munus pœnalis cõditionis exequit. Pro te mulier doloribus suis militat, & remunerationẽ ex pœna inuenit, ut p̃ filios per quos afflig̃it liberetur. Facta est itaq; gratia ex iniuria, salus ex infirmitate. Scriptum est em̃: Quia salua erit per filiorũ generationẽ. Cũ salute itaq; p̃arit q̃s in tristicia Gen. 3. 1. Tim. 2.

sticia parturiuit, & ad laudem educat quos peperit cum dolore. Sed dicis ô uir, quia mulier tentatio fuerit uiri. Verum est etiam: Si est decora, ecce alia tentatio. Tamen Abraæ descendenti in Ægyptum, uxoris pulchritudo non nocuit, immo magis profuit, honoratus est enim per uxorem, non ludibrio habitus in uxore. Cur autem tu uultus decorem in coniuge magis quàm morum requiras? Placeat uxor honestate magis quàm pulchritudine. Illa eligatur quæ Saram moribus referat. Non est uitium mulieris, esse quod nascitur, sed uitium uiri est quærere in uxore quo sæpe tentetur, in quo si infirmior fuerit mulier, ipsa labatur; si fortior, uir periclitetur. Non possumus reprehendere diuini artificis opus: sed quem delectat corporis pulchritudo, multo magis illa delectet uenustas, quæ ad imaginem dei est intus non foris comptior. Si ergo uxor tentatio est, esto cautior, quære remedium aduersus tentationis periculum: Vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationem. Dominus hoc dixit, uir audiuit, mulier impleuit. Quotidie mulieres ieiunant, & non indicta præstant ieiunia, peccatum agnoscunt, accersunt remedium. Semel de interdicto mulier manducauit, & quotidie ieiunium soluit. Qui secutus es errantem, sequere corrigentem. Ambo manducastis, cur sola ieiunat? hoc est, ambo deliquistis, cur sola remedium quærit errori? Matt. 26.

Quomodo mulierem audire uir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum uirginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione hæreticorum qui sanctissimam Mariam perseuerasse uirginem negauerunt. Caput V.

VENI Eua iam sobria, ueni Eua, & si in te aliquando intemperans, sed iam in prole ieiuna. Veni Eua iam talis ut non de paradiso excludaris, sed rapiaris ad cœlum. Veni Eua, iam Sara, quæ parias filios non in tristicia, sed in exultatione, non in mœrore, sed risu. Isaac tibi multiplex nascetur. Veni iterum Eua, iam Sara, de qua dicatur uiro: Audi Sarai uxorem tuam. Sis tu licet uiro subdita quia esse te deceat, cito tamen soluisti sententiam, ut uir te audire iubeatur. Si typum Christi illa pariendo à uiro meretur audiri, quantum proficit sexus, qui Christum, salua tamen uirginitate, generauit? Veni ergo Eua, iam Maria, quæ nobis non solum uirginitatis incentiuum attulit, sed etiam deum intulit. Vnde lætus & exultans tanto munere dicit Esaias: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Vnde hoc munus? Non de terra utiq;, sed de cœlo uas sibi hoc per quod descenderet Christus elegit & sacrauit templum pudoris. Per unam descendit, sed multas uocauit. Vnde & speciale Maria domini hoc nomen inuenit, quod significat deus ex genere meo. Dictæ sunt & ante Mariæ multæ, nam & Maria soror Aaron dicta fuit, sed illa Maria amaritudo maris uocabatur. Venit ergo dominus in amaritudinem fragilitatis humanæ, ut conditionis amaritudo dulcesceret uerbi cœlestis suauitate & gratia temperata. Hoc significauit fons Mara per lignum dulcoratus, eo quod populus nationum amarus ante peccatis, uel caro nostra temperamento passionis dominicæ in usus alteros mutaretur. Egregia igitur Maria, quæ signum sacræ uirginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Gen. 21. Esa. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Christo uexillum leuauit. Et tamen cum omnes ad cultum uirginitatis sanctæ Ma
riæ aduocentur exemplo, fuerunt qui eam negarent uirginem perseueraſſe. Hoc
tantum sacrilegium silere iam dudum maluimus, sed quia causa uocauit in me
dium, ita ut eius prolapsionis etiam episcopus argueretur, indemnatum non puta
uimus relinquendum: Et maxime quia & mulierem eam legimus, sicut in Chana
Iohan.2. Galilææ ipse dominus dicenti sibi: Vinum non habent fili, respondit: Quid mihi
Matt.1. & tibi est mulier? Et alibi legimus quod dixerit Matthæus de Ioseph & Maria: In
uenta est antequam conuenirent in utero habens de spiritu sancto. Et infra: Non
cognouit eam donec peperit. Et iterum de Ioseph: Noluit eam traducere. Et fra
tres domini uidentur significare quod de Maria susceptí sint. Et Apostolus ait:
Gal.4 Postquam uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, fa
ctum sub lege. Quæ singula notanda nobis sunt, ut qui illa legit, sermonis huius
modi uinculo non alligetur. Respondeamus itaq; suo ordine. De mulieris nomi
ne quid mouemur? Ad sexum retulit, non enim corruptelæ sed sexus uocabulum
est. Vulgi usus non præiudicat ueritati. Denicq; uirginitas primum hoc nomen ac
cepit. Nam cum sumpsisset deus unam de costis Adæ, & suppleuisset carnem in lo
cum ipsius: Ædificauit, inquit eam in mulierem. Vticq; adhuc uirum non cognoue
rat, & iam mulier uocabatur. Rationem quoq; nominis huius scriptura non tacuit
Gen. 2 dicens: Quia dixit Adam: Os de ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc uocabi
tur mulier, quoniam de uiro suo sumpta est. Quia sumpta est, inquit, de uiro suo,
non quia uirum experta. Itaq; quamdiu in paradiso fuit, mulier uocata est, & vo
D gnita uiro non erat. Vbi autem eiecta est de paradiso, tunc legitur, quia Adam co
Gen.4 gnouit Euam mulierem suam, & tunc concepit & peperit filium. Primus igitur so
lutus est nodus. Secunda quæstio, quia scriptum est: Antequam conuenirent, in
uenta est in utero habens. Consuetudo autem scripturæ diuinæ est, ut causam
quæ suscepta est astruat, incedentem differat. Quo soluitur etiam tertia quæ
stio, qua dictum est: Non cognouit eam donec peperit filium. Quid ergo? Post
ea cognouit? Minime. Denicq; scriptum est: Ego sum deus, & donec senescatis ego
sum. Nunquid igitur postquam senuerunt, quia dictum erat, deus esse desiuit?
Psal.109. Item in propheta Dauid legimus: Dixit dominus domino meo, sede à dextris
meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nunquid subiectis
populis nationum qui ante uidebantur inimici, cum salutis autorem negarent, si
mulachris seruirent, ad dexteram patris filius sedere desiuit, aut in perpetuum non
sedebit? Quid autem præiudicat Mariæ, si cœlestis consilij mysterium Ioseph non
intellexit, & putauit uirginem non esse quam prægnantem uideret? Resurrectio
Psal.23. nem eius angeli ignorauerunt, quod significant uersiculi: Tollite portas principis
uestri & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ: Quis est iste rex gloriæ?
Interrogant quasi ignorent, & alij respondent: Dominus fortis & potens, dominus
potens in prælio, ipse est rex gloriæ. Et repetiuit propheta eosdem uersiculos, & ni
hilominus illi quasi ignorantes iterum interrogauerunt. Sic enim scriptum est:
Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex glo
riæ. Quis est iste rex gloriæ? Quomodo ergo homo potuit diuinum scire secretum,
Esa.65. quod angeli nesciebãt? Et in Esaiæ libro habes: Quis est iste qui aduenit ex Edom,

rubor

A rubor uestimentorum ex Bosor? Et utiq; minus erat hominem resurrexisse, quàm
uirginem parturire. Etenim iam Heliæ precibus, Helisæi orationibus, mortui resur
rexerant, nunquam autem ante, nunquam postea uirgo generauit. Hoc autem opi
natus est quod traduceret eam quasi ream, antequã ab angelo moneretur, postea
autem quasi fidelis nec dubius uirginitatis eius seruauit oraculum.

Quomodo non derogauerit uirginitati Mariæ quod coniunx Ioseph nominata fuerit. Caput. VI.

NEC illud moueat quod ait: Quia Ioseph accepit coniugem suam & profectus est in Ægyptum. Desponsata enim uiro coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugium, tunc coniugij nomen ascisci
tur. Non enim defloratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Denicq; cum iungitur puella coniugium est, non cum uirili admixtione cognoscitur. Quod autem fuit desponsata connubio licet alibi plenius dixerimus, libare satis est causam cœlestis mysterij, ut ab his qui Mariam grauem utero cerne rent, non adulterium uirginitatis, sed desponsatæ partus legitimus crederetur. Ma luit enim dominus aliquos de sua generatione, quàm de matris pudore dubitare. Fratres autem gentis & generis, populi quoq; consortio nuncupari, docet domi
nus ipse qui dicit. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ lauda
bo te. Paulus quoque ait: Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis. Psal.21. Rom.9.
B Potuerunt autem & fratres esse ex Ioseph non ex Maria. Quod quidem siquis di
ligentius prosequatur inueniet. Nos ea persequenda non putauimus, quoniam
fraternum nomen liquet pluribus esse commune. An uero dominus Iesus eam si
bi matrem eligeret, quæ uirili semine aulam posset incestare cœlestem? Quasi eam
cui impossibile esset uirginalis pudoris seruare custodiam? Cuius exemplo cæteræ
ad integritatis studium prouocantur, ipsa ab huiusmodi quod per se cæteris pro
positum foret munere deuiaret? Et quæ esset, cui maius quàm matri dominus me
ritum reponeret, præmium reseruaret? Nulli enim uberiora quàm uirginitati de
putauit munera, sicut scriptura nos docet. Sic enim per Esaiam dominus locutus Esa.56.
est: Ne dicat spado, quia ego sum lignum aridum. Hæc dicit dominus spadoni
bus: Quicunque custodierint præcepta mea & elegerint quæ ego uolo, & ample
ctentur testamentũ meum, dabo illis in domo mea & in muro meo locum nomi
natum meliorem filiorum & filiarum, nomen æternum dabo illis, & non deficient.
Alijs promittit ut non deficiant: matrem suam deficere patiebatur? Sed non de
ficit Maria, non deficit uirginitatis magistra, nec fieri poterat, ut quæ deum por
tauerat, portandum hominem arbitraretur. Nec Ioseph uir iustus in hanc pro
ruisset amentiam, ut matri domini corporeo concubitu misceretur. Sed tamen
Maria suis, non alienis moribus defendatur. Non defecit ut dixi. Ipse te
stis est filius dei, qui cum esset in cruce, discipulum matri commendabat ut fi
lium, discipulo eam tradebat ut matrem. Docuit hoc Iohannes qui mysti Iohan.19.
ca magis scripsit. Alij enim Euangelistæ scripserunt, quod in passione do
mini terra contremuit, sol refugit, persecutoribus uenia postulata est. Iste dilectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C domini qui è pectore eius hauserat secreta sapientiæ & piæ uoluntatis arcana, ab alijs dicta præterijt, hoc diligentius prosecutus est, ut maternæ uirginitatis perseuerantiam suo iudicio comprobaret, quasi filius de matris pudore sollicitus, ne quis eam tanto conuitio temeratæ integritatis aspergeret. Dignum quippe erat, ut qui latroni ueniam donabat, matrem dubio pudoris absolueret. Dicit ergo ad matrem: Mulier, ecce filius tuus. Dicit & ad discipulum: Ecce mater tua. Ipse est discipulus, cui mater commendabatur. Quomodo marito uxorem tolleret, si fuerat Maria mixta coniugio, aut usum thori coniugalis cognouerat.

Quod Maria pudorem nunquam mutauerit, quæ nec animum mutauerat. Caput. VII.

CLAVDITE ora impij, aperite aures pij, audite quid Christus loquatur. Testatur de cruce dominus Iesus, & paulisper publicam differt salutem, ne matrem inhonoram relinquat. Subscribitur Iohannes in testamento Christi. Legatur matri pudoris defensio, testimonium integritatis. Legatur & discipulo matris custodia, pietatis gratia commendatur. Et ex illo susceptit eam discipulus in sua. Non utique Christus faciebat diuortium, non Maria relinquebat uirum. Sed cum quo uirgo habitare debebat, quàm cum eo quem filij hæredem integritatis sciret esse custodem? Stabat ante crucem mater, & fugientibus uiris stabat intrepida. Videte utrum pudorem mutare potuerit mater Iesu, quæ animum non mutauit. Spectabat pijs oculis filij uulnera, per
D quem sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo quæ non metueret peremptorem. Pendebat in cruce filius, mater se persecutoribus offerebat. Si hoc solum esset ut ante filium prosterneretur, laudandus pietatis affectus, quod superstes filio esse nolebat: sin uero ut cum filio moreretur, cum eodem gestiebat resurgere, non ignara fuit mysterij quod genuisset resurrectum: simul quia publico usui impendi mortem filij nouerat, præstolabatur si forte etiam sua morte publico muneri aliquid adderetur. Sed Christi passio adiutore non eguit, sicut ipse dominus longe ante prædixit: Et respexi & non erat adiutor, & attendi & nemo susciptebat, & liberabo eos brachio meo. Quomodo ergo extorqueri potuit integritas Mariæ, quæ fugientibus Apostolis supplicia non timebat? Sed ipsa se offerebat periculis, cuius tanta gratia, ut non solum in se uirginitatis gratiam reseruaret, sed etiam his quos uiseret integritatis insigne conferret. Visitauit Iohannem Baptistam, & in utero matris priusquam nasceretur exultauit. Ad uocem Mariæ exultauit infantulus, obsecutus antequam genitus. Nec immerito mansit integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam suæ præsentiæ & integritatis unguento domini mater exercuit. Eademq; postea Iohanni Euangelistæ est tradita coniugium nescienti. Vnde non miror præ cæteris locutum mysteria diuina, cui præsto erat aula cœlestium sacramentorum. Nunc mihi dicant qui hanc quæstionem serunt, Quid est quod ait dominus per prophetam,
Ezech.39. Nunc reuocabo captiuitatem Iacob, & miserebor adhuc domus Israël? Et infra: Congregabo, inquit, eos de gentibus, & congregabo illos de regionibus nationum, & sanctificabor in his in conspectu gentium, & scient quod ego sum dominus

A nus deus ipsorum, dum apparebo illis inter nationes & non auertam amplius faciem meam ab eis, pro eo quod effudi iram meam in domum Israël dicit dominus. Et infra dicit propheta, uidisse se in monte alto nimis ædificationem ciuitatis, cuius portæ plurimæ significantur, una tamen clausa describitur, de qua sic ait: Et conuerti me secundum uiam portæ sanctorum exterioris, quæ respicit ad orientem, & hæc erat clausa. Et ait ad me dominus: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, quoniam dominus deus Israël transibit per eam. Eritque clausa, quoniam dux hic sedebit in ea ut manducet panem in conspectu domini. Secundum uiam portæ intrabit, & secundum uiam eius exibit. Quæ est hæc porta nisi Maria, ideo clausa quia uirgo? Porta igitur Maria per quam Christus intrauit in hunc mundum, quando uirginali fusus est partu, & genitalia uirginitatis claustra non soluit. Mansit intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis durauere signacula, cum exiret ex uirgine, cuius altitudinem mundus sustinere non posset. Ezech. 44.

Quod Maria sit porta illa clausa quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus & exiuit. Caput VIII.

B HAEC inquit, porta clausa erit & non aperietur. Bona porta Maria quæ clausa erat & non aperiebatur. Transiuit per eam Christus sed non aperuit. Et ut doceamur quia portam habet omnis homo per quam Christus ingreditur. Tollite inquit, portas principis uestri & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quanto magis ergo porta erat in Maria in qua sedit Christus corporaliter & exiuit? Est enim & porta uentris. Vnde ait Iob sanctus: Intenebrescant, inquit, stellæ noctis illius, quia non conclusit portas uentris matris meæ. Est ergo & porta uentris, sed non omnis clausa semper, uerum una sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio claustrorum genitalium, uirginis partus exiuit. Ideo ait propheta: Porta hæc clausa erit & non aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum, quoniam dominus inquit deus Israël transibit per eam. Eritque clausa, id est, & post transitum domini erit clausa & non aperietur à quoquam. Nec aperta est, quoniam habuit semper ianuam suam Christum qui dixit: Ego sum ianua, quam nemo ab ea potuit auellere. Hæc porta ad orientem aspiciebat, quoniam uerum lumen effudit, quæ generauit orientem peperitq; solem iusticiæ. Audiant ergo imprudentes, clausa inquit hæc porta est, quæ solum recepit deum Israël. Si igitur de eo dictum est ad ecclesiam: Quoniam confortauit seras portarum tuarum, suam portam confortare non potuit? Sed confortauit profecto & seruauit intactam. Denique non est aperta, audiant igitur prophetam dicentem: Non aperietur, eritque clausa, hoc est, non aperietur ab eo cui desponsabitur. Non licebit enim ut aperiatur per quam dominus transibit. Et post eum inquit erit clausa: hoc est, non aperiet eam Ioseph, quoniam dicetur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim ex ea nascetur, de spiritu sancto est. Porta ergo clausa uirginitas est, & hortus clausus uirginitas, & fons signatus uirginitas. Iob. 3. Ecclc. 44. Iohan. 10. Psal. 147. Matth. 1.

Quemadmo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Quemadmodum uirgo Maria sit uirga & hortus clausus, ac paradisus & fons signatus atq; porta clausa. Caput. IX.

AVDI uirgo diligentius apertis auribus, & clauso pudore, aperi manus ut te pauper agnoscat, claude ostium ne temerator irrepat, aperi mentem, serua signaculum. Virga quoque à radice uirginitas est. Sic enim scriptum est: Exiet uirga à radice Iesse, & flos à radice ascendet. Non cauata est hæc uirga, sed solida. Nemo ergo adurat uirgam tuam, ut florem suum custodiat. Virga es ô uirgo, non curueris, non inflectaris in terram, ut in te flos paternæ radicis ascendat. Hortus clausus es uirgo, serua fructus tuos, non ascendant in te spinæ; sed uuæ tuæ floreant. Hortus clausus es filia, nemo auferat sepem tui pudoris, quia scriptum est: Et destruentem sepem mordebit serpens. Sed illam solam auferat de qua dictum est: Quid incisa est sepis? Nemo parietem tuum destruat, ne sis in conculcationem. Paradisus es uirgo, Euam caue. Fons signatus es uirgo, nemo aquam tuam polluat, nemo conturbet, ut imaginem tuam in fonte tuo semper attendas. Porta clausa es uirgo, nemo aperiat ianuam tuam, quam semel clausit sanctus & uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: & claudit & nemo aperit. Aperuit tibi scripturas, nemo eas claudat, clausit pudorem tuum, nemo aperiat eum.

Esa.11.

Ecci.10.

Apo.3.

Quod Christus qui corona est uirginum sit unus sicut & pater unus est & spiritus unus, & quomodo in personis diuinis sit æqualitas. Cap. X.

D

VENIO, inquit, cito, tene quod habes, nemo accipiat coronam tuam. Quæ est corona tua, nisi illa de qua dictum est: Et eris corona decoris in manu domini? Quis hoc dicit: nisi ille de quo dixit Ecclesiastes: Est unus & non est secundus? Quis est iste: nisi ille de quo dictum est? Magister uester unus est Christus? Vnus est, quia unigenitus dei filius, unus quia solus, ut scriptum est: Qui expandit cœlum solus, & ambulat sicut in terra super mare. Hic ergo non est secundus, quia primus est. Non est secundus, quia unus est. Vnus deus pater ex quo omnia, & nos in illo, & unus dominus Iesus Christus per quem omnia & nos per ipsum. Vnus deus pater, & unus dei filius, & unus spiritussanctus, sicut scriptum est: Hæc autem omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Vnus, inquit, unus quia unus deus. Nullus secundus, quia quod uult facit, non quod imperatur. Vnus ergo pater deus, & unus dei filius. Vnus & unus, quia non duo dij. Vnus filius, quia cum patre unum est, sicut ipse dixit: Ego & pater unum sumus. Et unus spiritus, quia unitas trinitatis est, non ordine distincta, non tẽpore. Sed dicunt lectum: Ite baptizate gentes in noie patris & filij, & spiritussancti. Et obijciunt, quia primo patrẽ nominauit, secũdo filiũ, tertio spiritumsanctũ. Nunqd ergo, quia dicit euangelium: In principio erat uerbũ & uerbũ erat apud deũ, inferiorẽ significauit patrẽ, quia primo uerbũ dei in principio semp esse ac fuisse memorauit? Aut cũ dixit Apostolus:

Eccl.4.
Matt.23.
Iob.9.
2.Cor.8.
1.Cor.12.
Iohan.10.
Matt.28.
Ioan.1.

In regno

A In regno christi & dei, ordinem facit? Aut cũ dicit ipse dominus Iesus: Spiritus domini super me eo quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, eminentiorem filio dei spiritũ esse testatus est? Aduertis uirgo quemadmodum ista soluantur. Aperi ad hæc aures tuas, os tuum claude. Aperi aures ut fidem audias, claude os ut teneas uerecundiam. Deinde illud legunt, quia dixit: In nomine patris & filij & spiritussancti, & non intelligunt quid ante præmiserit. In nomine, inquit: Tres personas quidem significauit, sed unum trinitatis nomẽ asseruit. Vnus itaque deus, unum nomen, una diuinitas, una maiestas. Nullus ergo secundus, quia principium omnium trinitas est, & trinitatis primatus super omnia est. Ergo unus & non est secundus. Vnus est qui secundum non habet, qa unicus solus sine peccato, solus sine adiutorio, qui ait: Respexi & nõ erat adiutor.

Luc.4.

Quod nulli alij laborare aut seruire debeamus nisi soli christo qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. Caput XI.

NON est finis labori eius, quia pro omnibus aduocatus noster est apud patrem, & infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolet & infirmatur, sicut ait: Æger eram & nõ uisitastis me, cuius oculus non satiatur diuitijs, quia ipse est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, in quo sunt thesauri mysteriorum cælestium. Cur ergo seculo potius laboramus, & fraudamus animam nostram tantæ bonitatis dispendio, qui nulli alij nisi huic seruire

Math.25.
Col.2.

B domino deberemus? Hic ergo non est secundus. Ego certe hoc testimonium defero. Lego quia primus est, lego quia non est secundus, illi qui secundum aiunt, doceant lectione. Sed dicit aliquis, quia scriptum est: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Verum, ante uideamus de quo dicat. Secundus inquit homo, quasi hominem secundum dixit. Et ego dico quia primus est secundum diuinitatem ante quem nullus, secundus autem secundum carnem, quia post Adam. Ego plus dico, non solum secundum lego hominem sed etiam nouissimũ. Denique sic habes. Factus est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Vide clementiam christi, ipse est primus & nouissimus. Qui primus erat, propter nos se nouissimum fecit. Primus quia per ipsum omnia, nouissimus quia per ipsum resurrectio. Descendit enim & proiecit se ut caderet, infra omnes se faciens, ut omnes iacẽtes leuaret. Vnde & ait Ecclesiastes: Quia si ceciderit unus eriget socium suum, & uæ illi qui unicus ceciderit, & non est secundus ut eum erigat. Et quidem si dormiant duo est calor illis, & unus quomodo calefiet? Hoc est qui Christum habet secum & si ceciderit resurget, & si mortuus fuerit reuiuiscet, quia adest ille qui uenit ignem in terram mittere. Denique & Helisæus cum puerum resuscitaret, insufflauit illi, ut infunderet uitæ calorem. Habeto ergo tecum hunc ignem in pectore tuo, qui te resuscitet, ne frigus tibi perpetuæ mortis irrepat. Hic ergo iuuenis se proiecit qui uenit per Mariam, & infundebat uitæ calorem pectoribus audientium. Vnde dicunt illi in Euangelio: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas.

1.Cor.15.
Eccle.4.
4.Reg.4.

Quomodo Luc.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quomodo Christus dicatur iuuenis secundus,& finis omni populo eius. Quomodo etiam uirgo Maria dicatur aula regalis. Ca. XII.

C

HIC est iuuenis secundus,ut dicit Ecclesiastes. Vidi uniuersos qui uiuunt, qui ambulant sub sole cum iuuene secundo,quis resurget pro eo? Quis enim pro Christo resurget, cum ille pro omnibus resurrexerit,& in illo omnes resurrexerint,cum spem resurrectionis acceperint? De Christo autem dictum liquet,quando aduertis congruere istum locum cum benedictione
Gen.49. uel prophetia Iacob, qui ait de Iuda: Quis suscitabit eum? Non utiq; alter,quia
Iohan.2. ipse se suscitauit,sicut ipse ait: Soluite templum hoc & in triduo resuscitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Illud quoq; uere Christo conuenit soli quod addidit: Non est finis omni populo eius,quia populus Christi innumerabilis finem non habet,cui fides resurrectionis æternæ, perpetuæ uitæ acquirit æternem. Secundum carnem itaq; & iuuenem dictum & cadere uel resurgere dubium
2.Cor.8. non est. Deniq; & illud attexuit,quia optimus puer pauper & sapiens. Pauper enim factus est,cum diues esset. Ipse ergo rex Israël transiuit hanc portam,ipse dux sedit
Ioan.1. in ea,quando uerbum caro factum est,& habitauit in nobis,quasi rex sedens in au
Psal.59. la regali uteri uirginalis,uel in olla feruenti,sicut scriptum est: Moab aula spei, uel olla spei meæ. Vtrũq; enim diuersis in codicibus inuenitur. Aula regalis est uirgo, quæ non est uiro subdita,sed deo soli. Est & olla uterus Mariæ,quæ spiritu feruenti qui superuenit in eam,repleuit orbem terrarum,cum peperit saluatorem. Qui man
Iohan.4. ducauit in porta sedens,utiq; cibum illum de quo dixit: Meus cibus est,ut faciam
D uoluntatem patris mei qui in cœlo est.

Quomodo Mariana uirginitas dicatur leuis nubes, super quam dominus sedit, quæ alijs uirginibus pluuiam spiritalem irrorat & unguentum integritatis. Caput. XIII.

DIVITIAS Marianæ uirginitatis,quasi olla ferbuit,& quasi nubes
Esa.19. pluit in terras gratia Christi. Scriptum est enim de ea: Ecce dominus uenit,sedens super nubem leuem. Vere leuem, quæ coniugij onera nescisiuit. Vere leuem,quæ leuauit hunc mundum de graui fœnore peccatorum. Leuis erat quæ remissionem peccatorum utero gestabat. Deniq; eleuauit Iohannem in utero constitutum, qui ad uocem eius exiliuit, & infans exultauit in gaudio,prius sensu deuotionis,quàm spiritus infusione uitalis animatus. Excipite igitur,excipite sacræ uirgines nubis huius pluuiam spiritalem,temperamentum flagrantiæ corporalis,ut corporis omnes restinguatis ardores, atq; interna mentis uestræ humescant. Huius imbrem nubis sacratæ,patres nostri annunciauerunt nobis salutem mundi futurum. Hunc imbrem significabant esse uenturum stillicidia stillantia super terram,quæ Hierobaal poposcit & meruit. Bonam nubem sequimini, quæ fontem intra se genuit,quo rigauit orbem terrarum. Excipe ergo uoluntariam pluuiam,pluuiam benedictionis, quam hæreditati suæ dominus effudit, Excipe aquam & non effluat uobis: quia nubes est,diluat uos & sacro humore perfundat: quia olla est, spiritu uaporet æterno. Excipite itaq; ex hac Moabitide olla gratiæ cœlestis unguẽtum,nec uereamini,ne deficiat quod exinanitum est, & plus redundat,

A dat,quandoquidem in omnem terram odor eius exiuit,sicut scriptum est: Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adolescentulæ dilexerunt te. Descendat Cant.1
istud unguentum in animæ præcordia,uiscerumq; secreta, quo nõ delitiarum odores sancta Maria,sed diuinæ gratiæ spiramenta redolebat. Hæc pluuia Euæ restinxit appetẽtiam,hoc unguentum fœtorem hæreditarij erroris absterſit, hoc unguentum Maria soror Lazari in pedes Christi effudit,& tota domus pio repleta odore Luc.7
fragrauit. Nec ulla se pauperem putet,nulla se arbitretur inopem, nulla metuat nec pretiosum hoc unguentum emere non possit, aut fontem istum putet esse uenalem. Qui sititis,inquit,ite ad aquam,& quicunq; non habetis argentum, ite & emite & bibite sine argento. Et supra ait: Gratis uenundati estis,& sine argento redimemini. Ideo pauper factus est dominus cum diues esset,ut eum omnes emant, & egenos præcipue sua paupertate locupletet. Parate igitur uasa domini ut excipiatis hunc fontem aquæ uiuæ,fontem uirginitatis,integritatis unguentum,odorem fidei & suauis misericordiæ gratia florulentum, indùamini agni eius innocentiam, 1.Petri.2.
qui cum malediceretur,non remaledixit,cum percuteretur non repercussit.

Quomodo gressus Mariæ speciosi dicantur in calciamentis. Et quod moduli femorum suorum similes sint torquibus. Et umbilicus crater tornatilis. Et uenter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. Caput XIIII.

B

HANC imitamini filiæ, cui pulchre conuenit illud quod de ecclesia prophetatum est: Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filia Aminadab,eo quod specioſe ecclesia Euãgelij prædicatione processit. Spe- Cant.7.
cioſe procedit anima,quæ corpore uelut calciamento utitur,ut quo uelit suum possit sine impedimento ullo circumferre uestigium. In hoc calciamento specioſe processit Maria,quæ sine ulla commixtione corporeæ consuetudinis, autorem salutis uirgo generauit. Vnde egregie Iohannes ait: Non sum dignus soluere Ioan.1.
corrigiam calciamenti eius,id est: Non sum dignus incarnationis mysterium comprehendere angustijs mentis humanæ,atq; inopis uilitate sermonis absoluere. Vnde & Esaias dixit: Generationem eius quis enarrabit? Speciosi ergo gressus uel Ma Esa.53.
riæ uel ecclesiæ,quoniam speciosi pedes euãgelizantium. Quàm pulchra etiam illa quæ in figura ecclesiæ de Maria prophetata sunt, si tamen non membra corporis sed mysteria generationis eius intendas. Dicitur enim ad eam: Moduli femorum Cant.7.
tuorum similes torquibus,opera manuum artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis non deficiens mixto. Venter tuus sicut aceruus tritici minuti inter lilia, eo quod continens sibi sit in omnibus Christi ortus ex uirgine. Sicut uictores solent seculario præliorum,strenuorum uirorum donatis torquibus honorare ceruices: ita iugum nostrum leuauit,ut fidelium colla uirtutis insignibus coronaret. Vere autem aluus ille Mariæ crater tornatilis in quo erat sapientia, quæ miscuit in cratere uinum suum,indeficientem cognitionis piæ gratiam,diuinitatis suæ plenitudine subministrans. In quo uirginis utero,simul aceruus tritici & lilij floris gratia germinabat,quoniam & granum tritici generabat,& lilium. Granum tritici secũdum quod scriptum est: Amen amen dico uobis, nisi granum tritici cadens in terram mor- Iob.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tuum fuerit, ipsum solũ manet. Sed quia de uno grano tritici aceruus est factus,
Psal.64. completum est illud propheticum: Et conualles abundabunt frumento, quia gra-
num illud mortuum plurimum fructum attulit. Hoc itaq; granum, omnes homi-
nes perpetua cœlestium munerum esca saturauit. Consummatum est illud prophe-
Psal.80. tici oris eloquium, dicente eodem Dauid: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de pe-
tra melle saturauit eos. In hoc grano esse etiam lilium diuina testantur oracula,
Cant.2. quia scriptum est: Ego sum flos campi & lilium conuallium, sicut lilium in medio
spinarum. Christus erat lilium in medio spinarum, quando erat in medio Iudæo-
rum.

Quomodo sacræ uirgines dicantur lilia Christi, & de anno dominicæ benignitatis. Caput XV.

Cant.5 AVDI uirgo quid dicat: Lilium, inquit, conuallium, id est, humilium animarum & mitium. Esto ergo mitis, humilis atq; mansueta, ut in te sicut lilium germinet Christus, de quo & alibi habes: Labia eius lilia stillantia myrrham plenam, id est, qui Christi passionem loquuntur, & suo ore concelebrant, ac mortificationem eius in suo circumferunt corpore. Chri-
Can.2. sti lilia sunt specialiter sacræ uirgines, quarum est splendida & immaculata uirgini-
tas. Vnde plerisq; accipiunt quod ecclesia uideatur dicere: Ego sum flos campi & li-
lium conuallium, quæ in hac conualle istius mundi gratiam boni odoris exhalat se-
dula confessione pietatis. Deniq; & alibi dicit: Frater meus descendat in hortum
suum in phialas aromatis, pascere in hortis & colligere lilia. Ego fratri meo & fra-
D ter meus mihi qui pascit inter lilia. Ex illo ergo utero Mariæ diffusus est in hunc
mundum aceruus tritici minuti inter lilia, quando natus est Christus, cui dicit pro-
Psal.64. pheta Dauid: Benedices coronam anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur
ubertate. Pinguescent fines deserti, exultatione colles accingentur, induti sunt arie-
tes ouium, & conualles abundant frumento etenim clamabunt & hymnum dicẽt.
Isa.49. Quis est annus dominicæ bonitatis, nisi ille de quo scriptura dicit: Tempore acce-
pto exaudiui te, & in die salutis adiuui te, quando populorum fide ecclesiam fœ-
2.Cor.6. cundauit, iusticia induit sacerdotes. Vnde & Apostolus dicit: Ecce nunc tempus ac-
ceptabile, ecce nunc dies salutis, quando uenit dominus prædicare annum domini
acceptum & diem retributionis. Sicut in euangelio suo ipse memorauit dicens: Spi-
Luc.4. ritus domini super me propter quod unxit me. &c. Tunc ergo dominus operibus
suis, & gloria & honore sui tempus coronauit aduentus. Totus enim ille annus con-
uersationis eius in hoc mundo diuersarum habuit certamina passionum. Vicit He-
rodem paruulus, de quo in passione infantium triumphauit: Esuriuit, sitiuit, pro no-
bis uapulauit, pro nobis contumeliarum indigna tolerauit, crucem ascendit, mor-
tuus est pro nobis.

Quomodo filiæ Hierusalem egredi iubeantur ad uidendum regem Salomonem &c. Et de stola piæ operationis quam induere debent uirgines. Caput XVI.

IDES quanta certamina passus est, sed tamen non auarus exactor præmij cui abundauit una cœlestis corona uirtutis. Vnde egredimini filiæ Hierusalem, sicut uos hortatur scriptura diuina in Canticis Can-

A ticorum: Egredimini & uidete regem Salomonem in corona qua coronauit eum Cant.3.
mater eius in die sponsalium eius & iocunditatis cordis eius, quia fecit sibi, inquit,
charitatem à filiabus Hierusalem, hoc est, egredimini ex his angustijs & sollicitudi-
nibus corporalibus, egredimini ex hac delectatione carnali, peregrinamini de cor-
pore ut adesse domino possitis, quoniam qui in carne sunt, domino suo placere nõ
possunt. Dicatur ergo uobis quia non estis in carne sed in spiritu. Eritis autẽ in spi-
ritu si potueritis comprehendere Salomonis ueri illius pacifici charitatem quam fe-
cit sibijpse, & ideo coronam accepit à matre, beata matre Hierusalẽ. Beatus & Ma-
riæ uterus, qui tantum dominum coronauit quando formauit. Coronauit eum
quando generauit, quia & si cum sine aliqua sui operatione formauerit, qa spiritus
sanctus superuenit in uirginem, Vnde & ipse ait: Inoperatum meum uiderunt ocu- Psal.138.
li tui: tamen hoc ipso quod ad omnium salutem eum concepit & peperit, coronam
capiti eius æternæ pietatis imposuit, ut per fidem credentium fieret omnis uiri ca-
put Christus. Inoperata ergo est caro Christi, quam ut Maria uirgo conciperet, in-
usitato quodam nouoq; incarnationis mysterio, sine ulla uirilis seminis admixtio-
ne diuinæ gratia dispositionis quod erat carnis assumpsit ex uirgine, atq; in illa no-
uissimi Adam, immaculati hominis membra formauit. Hominem audis, sed supra
hominem intellige, quia scriptum est: Non coques agnum in lacte matris suæ. Et Exo.34.
alibi legis: Et homo est, & quis agnoscet eum? Ergo non debes agnum illum in
quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, conditionis humanæ uiribus æsti-
mare, & maiestatem incomprehensibilis potestatis degeneris cognitionis infirmi-
B tatẽ concludere. Non enim illũ perfectæ fidei cibum Iacob coxit in lacte, quo Isaac
pater ita est delectatus, ut ei prærogatiuam omnem benedictionis prophetica so-
brietate conferret. Et ideo Apostolus scripsit, succum lactis tenuis cibum esse do-
ctrinæ dicens: Quia omnis qui alitur lacte expers est uerborum iusticiæ, paruulus Heb.5
enim est, perfectorum autem est solida esca. Et tu ergo filia, sume stolam illam mu-
lieris piæ operationis studio contextam, quæ manus suas aperit pauperi, & lucerna
eius non extinguitur in tota nocte, atq; indue te, & huiusmodi epulas affer ad pa-
trem, ut dicat: Quid est quod tam cito ueneristi filia, laudet in tenera adhuc ætate pru Gen.27.
dentiam, piæ quoq; deuotionis affectum, & dicat tibi: Accede ad me filia, odora-
tusq; odorem uestimentorum tuorum benedicat te dicens: Ecce odor filiæ meæ, si-
cut odor agri pleni quem benedixit dominus, & det tibi dominus à rore cœli desu-
per, & ab ubertate terræ abundantiam. Atq; his adiungat: Qui maledixerit tibi ma-
ledictus erit, & qui benedixerit te benedictus erit. Hac stolà indutus Iacob, homi-
nem uidit, & ab eo quasi à domino deo benedictionem popposcit, & appellauit lo-
cum uisio dei. Hac stola indutus, uidit illam stolam Christi, de qua ait: Lauauit in
uino stolam suam. Et benedixit Ioseph dicens: Filius ampliatus meus Ioseph, fi- Gen.49.
lius ampliatus zelatus meus, filius meus adolescentior ad me reuertere, significans
dominicæ resurrectionis insigne. Et addidit: Benedictio patris tui & matris tuæ
prævaluit super benedictiones montium manentium, & desideria collium æterno-
rum, id est, super regem gratiæ. Hanc sume stolam ut induas Christum, atq; in eius
agnitione renoueris. Indue ergo sicut electa dei uiscera misericordiæ, benignitatem,
humilitatem, patientiam, modestiam, charitatem quæ est unitatis uinculum, ut ne-
mini quicquam debeas, nisi inuicem sororem tuam diligas, nec gratiæ eius inui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C deas,sed quo probatiorem uideris imiteris, ut sit in te pax Christi & gratia, & uer/
bum dei habitet in corde tuo,atq; huius mundi fugias cogitationes.Semel mundo
mortua,ne quæso tetigeris, ne attaminaueris quæ sunt istius seculi, sed semper in
psalmis & hymnis & canticis spiritualibus abducas te ab huius seculi conuersatio/
ne,non homini sed deo cantans. Et sicut sancta faciebat Maria, conferas in corde
tuo.Quasi bona quoq; agnicula rumines in ore tuo præcepta diuina,ut dicas & tu:
Psal.118. Exercebor in mirabilibus tuis, nec dormitet aut stillet anima tua præ tædio. Stillici
dia enim eijciunt hominem tempore hyemali,anima autem perfecta non stillat,in
qua nulla grauioris est rima peccati, sed manet in domo sua, & inoffensæ habita/
tionis nouitate lætatur & fruitur. Ac si aliquid forte nutauerit dicas: Confirma me
in uerbis tuis.

Quomodo in uirginibus uideatur angelorum uita in terris,quam in paradiso amiseramus:Et de deuota deprecatione quam Ambrosius fecit super uirginem uelandam. Cap. XVII.

NVNC ad te decursis omnibus pater gloriæ uota cõuerto, cuius pietati
incessabiles gratias agimus, quod in uirginibus sacris angelorum ui
tam uidemus in terris,quam in paradiso quondã amiseramus. Quid
enim uel ad inuitanda uirginum studia confirmandamq; uirtutem
uel ad concelebrandam uirginitatis gloriam plus conferre potuisti, quàm ut deus
ex uirgine nasceretur? Amplius nobis profuit culpa quàm nocuit, in quo redem/
D ptio quidem nostra diuinum munus inuenit.Sed ipse quoq; unigenitus filius tuus
uenturus in terras suscipere quod amissum est, puriorem carnis suæ generationem
reperire non potuit,quàm ut habitatione cœlestis aulam uirginis dedicaret, in qua
esset & immaculatæ castitatis sacrarium & dei templum. Quid autem illud atte/
xam, quod diuino tuo munere cum sanctis Moyse & Aaron uirgo pedes per flu/
ctus duxit Hebræorum exercitum? Relinquo uetera, priuata non quæro, satis est
ista nobilitas familiæ uirginali. Te quæso ut tuearis hanc famulam tuam quæ tibi
seruire,tibi animam suam, tibi integritatis suæ studium dicare præsumpsit. Quam
sacerdotali munere offero,affectu patrio commendo, ut propitius & præsul conse
ras ei gratiam, quo cœlestium thalamorum immorãtem adytis,sponsum excutiat,
mereatur uideri, introducatur in cubiculum dei sui regis, mereatur audire dicen/
Can.4 tem sibi: Ades huc à Libano sponsa,ades huc à Libano, transibis & pertransibis à
principio fidei,ut transeat seculum ad illa æterna pertranseat. Intende igitur pater
in tuum munus,cui sanctificando nullius consilium requisisti,sed ipse sine ullo peti/
tore atq; arbitro tantam contulisti gratiam, quantam ante oracula diuina credere
nemo potuisset,ut in suo utero deum uirgo portaret. Cuius prærogatiua muneris
prouocata crebrescũt studia uirginitatis & sacræ integritatis exempla. Quibus hæc
quoq; famula tua ad huiuscemodi uirtutis gratiã laceſſita tuis assistit altaribus,nõ
rutilanti cæsarie,flauum deferens crinem, flãmeo nuptiali dicatum, sed illum crinẽ
quo euãgelica illa mulier sancta Maria pedes Christi sedula pietate detersit, & do
mũ totã effuso impleuit unguẽto,sacro offerens uelamine consecrandũ.Adest pu/
ella quã nõ nuptiarũ festa,nõ p̃mia,nõ onerati põdus uteri,uotiuo nupturis dolore
sollicitent,sed q̃ immaculatos sibi fidei partus & pietatis exposcat, ut in utero acci/
piat

A piat de spiritu sancto,& spiritum salutis deo fœta parturiat. Sed ut ista procedere
possit meritorum gratia,tu deus pater omnipotens suffragia commendationis ad/
iunge.Non enim solitaria dos pudoris est.Succingat sacræ uirginis crinem,mode/
stia,sobrietas,continentia,ut uirtutum accincta comitatu, purpureo dominici san/
guinis redimita uelamine, mortificationem domini Iesu in sua carne circumferat.
Hæc sunt enim meliora uelamina,quæ sunt indumenta uirtutum,quibus culpa ob
tegitur,innocentia reuelatur. His igitur famulam tuam indue uestimentis, quæ in
omni tempore munda sint.Mundum enim manet,quicquid nulla interueniens cul
pa fuscauerit,ut ei iure dicatur: Quoniam placuerunt deo facta tua. In omni tem/ Eccl.9.
pore sint uestimenta sua candida,& oleum in capite non desit,quo faces suas mysti
cas possit accendere,ut cum uenerit sponsus, inter illas sapiẽtes uirgines cœlesti tha
lamo digna numeretur,quæ deuotionis ac fidei suæ grauitatisq; lumine munus sa
cræ professionis illuminet.Tuere igitur ancillam tuam pater charitatis & gloriæ, ut
quasi in horto clauso & fonte signato teneat claustrà pudicitiæ, signacula ueritatis.
Agrum suum colere nouerit quem colebat sanctus Iacob,& sexagesimos & centesi
mos quoq; fructus capessat in huius uirtutibus & fortitudinibus agri. Suscites in
ea gratiam,& resuscites charitatem.Inueniat quem dilexit,teneat eum nec dimittat
eum donec bona illa uulnera charitatis excipiat,quæ osculis præferuntur. Semper
parata,noctibus & diebus, toto spiritu mentis inuigilet, ne unquam uerbum eam
inueniat dormientem. Et quoniam uult se dilectus tuus sæpius quæri, ut exploret
B effectum recurrentem,sequatur,exeat fides, & anima eius in uerbo tuo peregrine/
tur corpore,ut assit deo,uigilet cor eius, caro dormiat ne male icipiat uigilare pecca
tis. Tu domine adiunge alios sacræ uirginitatis ornatus,Adiunge sedulos pios cul/
tus,ut nouerit possidere uas suum, nouerit humiliari,dilectionem teneat, ueritatis
murum,pudoris septum non pineæ,uelamen eius non uincant cupressi,pudicitiam
eius non turtures, simplicitatem eius non uincant columbæ. Sit in corde simplici/
tas,in uerbis modus,erga omnes pudor,pietas erga propinquos,circa egenos & in
opes misericordia,quod bonum est teneat, ab omni specie abstineat mala, ueniat
super eam benedictio morituri,& os uiduæ benedicat eam.Pone uerbum tuum ut
signaculum in brachio eius, ut in omnibus sensibus & operibus eius Christus elu/
ceat.Christum intendat,Christum loquatur.Aqua multa non possit eius exclude/
re charitatem,nec persecutio,nec gladius,nec periculum,sed confirmata in omni uer
bo & opere bono,gloriam tuam induat, & in tua gratia cõuersetur in hoc mundo.
Sanctifices eam in ueritate,in uirtute confirmes,in charitate connectas, atq; ad il/
lam cœlestem gloriam pudicitiæ & integritatis coronã illibatam immaculatamq;
diuino tuo fauore perducas,ut illic agni tui sequatur uestigia, in meridiano pascat,
in meridiano maneat,nec in greges sodaliũ incidat, sed agnis tuis admixta sine of/
fensione uersetur comes uirginum,pedissequa Mariarum.Egredere itaq; tu domi/
ne Iesu in die sponsalium tuorum, suscipe iam dudum deuotam tibi spiritu, nunc
etiam professione, imple agnitione uoluntatis tuæ, assume ab initio in salutem in
sanctificatione spiritus & fide ueritatis,ut dicat famula tua Tenuisti manum dexte Psal.72.
ram meam,& in uoluntate tua deduxisti me,& in gloria assumpsisti me.Aperi ma
num tuam & imple animam eius benedictione, ut saluam facias sperantem in te,
& fiat uas in honorem sanctificatum utile domino ad omne opus bonum pro/

Universidad de Deusto
Biblioteca

batum, per illam æternalem crucem, per illam uenerabilem gloriam trinitatis, cui est honor, gloria, perpetuitas, patri deo & filio & spiritui sancto, à seculis nunc & semper, per omnia secula seculorum Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI AD VIRGINEM DEVOTAM.

Qua ratione uirgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibus, nec aliquid apud illos quærere. Cap. I.
De repulsione excusationis quam uirgo prætendere posset, alijsq; pulchris admonitionibus, ut secularium hominum conuersationem deuitet. Cap. II.
Quemadmodum uirgo intrare debeat in cubiculum, & clauso ostio patrem orare ut det ei mentem bonam & intellectum, ut sciat quos sequi & quos uitare debeat, cum puchra instructione de cauendis & agendis. Ca. III.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIBER AD VIRGINEM DEVOTAM.

Qua ratione uirgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibus, nec aliquid apud illos quærere. Cap. I.

Psal. 44. AVDI filia & uide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domũ patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam, quoniã ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum. Ipsius te deuouisti esse spõsam, deuota deo diceris. Quid tibi cum hominibus secularibus, aut quem tractatum habes cum illis? Quid uis scire cum ipsis, perditionem quam ipsi sequuntur? Si castitatem quæris, hanc illi nõ habent. Si fidem quæris, quis est fidelis in illis, quẽ tu comitaberis? Si autẽ Christum quæris, non manet in illis. Nescio quid quæras, quales amicitias uel quales fabulas habeas cum illis? Deuouisti animam tuam ad destruenda omnia quæ sunt huius seculi. Quomodo autem, quid quæris seculum
1. Petri. 2. cui renunciasti? Reuerti uis ad uomitum tuum sicut canis, aut uelut sus lota iterum
Gal. 2. in uolutationem, sicut scriptum est dicente Apostolo: Si quæ destruxi iterum reædificabo, præuaricatorem legis me constituo. Iterum ipse repetit dicens: Quicquid in seculo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, quod non est de deo, sed de hoc mũdo est. Item alibi dicit: Si quis uoluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei cõstituetur. Quid dicis deuota deo? Quid uis hominibus placere? Quid desideras uel quid quæris? Si deum quæris, tecum est. Si autem hominem quæris, non

non hoc deuouisti. Quid sunt homines? Homines huius seculi. Et seculum transit, 1. Ioh. 2.
& concupiscẽtia eius. Qui autem fecerit quæ scripta sunt, manet in æternum. Quid desideras nescio. Si aurum, argentum, si uitam, si uestem splendidam, hoc tibi non placuit cum deo, hoc deus non admiratur, sed cor contritum & humiliatum. Quid quæris homines seculi, quos sanctus Apostolus iudicat Paulus dicens: Quorum Phil. 3.
deus uenter est & gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapiunt, nostra autem cõ-
uersatio in cœlis est? Si ergo couersationẽ in cœlo habemus, quæ sursum sunt quæ- Col. 3.
rere debemus, ubi Christus est, non quæ super terram. Rogo soror, qui sunt isti homines huius seculi? Fratres tuos spiritales homines non sequeris, & sequeris carnales, qui si non saturentur murmurabunt. Misisti margaritas tuas ante porcos, qui conculcẽt eas pedibus suis, & conuersi elidant te. Non audisti: Vitate canes, uitate Phil. 3.
malos operarios. Qui sunt isti? Homines huius seculi, qui non sequuntur uestigia Christi. Rogo te quid tibi demonstrant? Dic mihi, castitatem quam non habent? Quid, fidem quam non inueniunt? Doctrinam quam non sequuntur, nisi diaboli? Sapientiam huius seculi? Ieiunium quod odiunt? Abstinentiam quam iudicant? Humilitatem quam opprimunt? Sobrietatem quam negligunt? Synceram mentem quam non habent nisi duplicem? Verecundiam quam proiciunt à se? Nescio autem quid uis studere cum ipsis.

De repulsione excusationis quam uirgo prætendere posset, alijsq; pulchris admonitionibus ut secularium hominum conuersationem deuitet. Caput. II.

SED quid dicis? Ego autem conuerto eos ad me. Si autem ad te conuersi fuerint, non tibi expedit. Quid quærit lupus cum agno? Vel quid quærit canis nisi panem? Quare autẽ rugit leo nisi pro præda? Tu te ipsam castam custodi si potes, quid uis docere quod tu ipsa non facis? Sicut dicit Apostolus: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. 1. Ioh. 4.
Si autem ab ipsis doctrinam accipias, docebunt te quod faciunt uel quod sequuntur, concupiscentiam, fornicationem, libidinem, auaritiam, fraudem, immundiciam, impudicitiam, luxuriam, ebrietatem, improbitatem, turpiloquium, stulticiam, maleficia, homicidia, iram, rixam, & omnem maliciam. Quid dicis misera uel quid excusas? Deuouisti animam tuam ut ab ipsis hominibus recederes, nunc autem quid quæris? Rogo non confunderis, quando de te illi sibi fabulas faciunt dicentes: Ecce deuota deo quæ nos sequitur. Dereliquit enim uiam suam & per terminos agri sui errauit, uiam habitationis suæ non inuenit: Venite præoccupemus eam & ducemus in uiam nostram. Cecidisti misera in uia lata & spacioſa quæ ducit ad mortẽ. Videtur tibi esse bona quæ mala est, sequeris eos amans, & nescis quo niam rectà in foueam cadis, memor non es artam & angustam uiam quæ ducit ad Act. 14.
uitam? Laboriosa tibi uidetur esse quæ bona est, oblita es dictũ fuisse: Quia p multas tribulationes nos oportet in regnũ cœlorum introire? Nunc aũt uoluntati tuæ Eccl. 39.
uis studere. Non legisti Salomonem dicentem: Bonis bona creata sunt ab initio, similiter impijs & peccatoribus bona & mala. Item ipso dicente: Initiũ uitæ hois spiritaliter arguetur. Spiritalis oia iudicat, ipse aũt à nemine iudicatur: Vbi es deo de- 1. Cor. 2.
uota? Spiritalis quidem de alijs iudicans, tu ipsa iudicaris. Quid quæris cum illis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quæ pars fideli cũ infidele? Vel quæ pars ſancti hois ad canem? Virgo potes eſſe
2.Cor.6. corpore ſed non mente corrupta. Oculi autem tui obcæcati ſunt nimio ardore libi-
dinis, in quibus trabes ſubiacet. Aures tuæ plenæ ſunt omni ſpurcicia uirili. Pedes
uero tui ueloces ſunt & nõ ſunt pigri ad ianuã foris. Vbi ſanctitas, ubi uerecundia,
ubi ſobrietas, ubi grauitas, ubi caſtitas, ubi modeſtia, ubi fides, ubi cõtinẽtia, ubi pu
ra mens? Vbi ſunt illa oia pro qbus fidẽ tuã oppoſueras quã pdidiſti? Melius eñ
Matt.6. fuerat te non uouiſſe & facere, q̃ uouere & nõ facere. Non potes duobus dominis
Pſal.17. ſeruire, aut deo, aut mãmonæ, ſicut ſcriptũ eſt. Cũ puerſo ſubuerteris. Non põt cõ-
Matt.9. mitti pannũ uetus cũ nouo. Tollit eñ fortitudiné eius, & peior ſciſſura fit. Volati-
Eccl.27. lia ad ſibi ſimilia cõueniunt, & ueritas ad eos qui operanť eam reuertetur. Abſit ut
tu mihi ſoror eſſe dicaris, quæ cũ talibus cõuerſaris. Aut facite arborẽ bonam & fru
Matt.7. ctus eius bonos, aut facite arborẽ malam & fructus eius malos. Vnaquæq; arbor
Gen.8 ex fructu ſuo cognoſcit. Quicũq; aũt qualis fuerit cũ tali ſe iungit. Colũba dimiſſa
de manu hominis, ſtatim reuerſa eſt ad eum in arcam. Nam coruus dimiſſus, car-
nem ſecutus eſt, quẽ tu quoq; uis ſequi, ut non reuertaris ad ianuã Chriſti. Eſt tibi
conuerſatio cum beſtijs agri, & cũ uolatilibus cœli, ſicut & coruus non memoraris
dñm qui te de diluuio liberauit, nõ quæris cubile tuum umbroſum & bonũ, ubi re-
quiem temporalem habuiſti: Non tibi ante oculos eſt tẽpeſtas, atq; oblita es chari
tatem Chriſti, & tenes charitatem hominum huius ſeculi, qui nõ habent charitatẽ
in ſe niſi diabolicam. Illi aũt aliam carnem ſequuntur & non deſinunt quoaduſq;
moriuntur. Recede miſera de illis hominibus, ne carnes tuas electas comedãt, &
D los tuos euertant, & relinquaris nuda, & ſpoliata ſicut in cucumerario. Modo autẽ
quid facies, quia nuda es & ſpoliata? Ibis ad uicinos tuos quos ante oderas, petens
ab ipſis operimentum pudoris? Illi aũt dare nolunt dicentes: Vbi eſt ueſtimẽtum
tuum ſplendidũ quod ante portare ſolebas? Quid dicis, & quid reſpondes eis quã
frigus obligauit? Gratulantur aũt in malis tuis quæ tibi uenerunt. Tunc te plange
dicendo: Heu mihi miſeræ, cui talia uenerunt. Quid mihi profuit illa captiuitas quæ
Pſal.138. me captauit miſeram & infelicem? Quó ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quó fugiã?
Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero ad infernum ades. Si ſumpſero pen-
nas meas ante lucem, & habitauero in extremo maris, etenim illuc manus tua dedu
Oſee.2. cet me, & tenebit me dextera tua. Tunc dices: Vadam & reuertar ad uirum meũ pri
marium, quia melius mihi erat tunc magis q̃ modo, qui mihi dabat ueſtimenta
mea & oleum meum in tempore ſuo. Modo autẽ quid facio? Tũc reuerteris in do
mum tuam cum fletu unde exieras gaudens. Sedebis in angulo domus tuæ, lugens
& contriſtata plorans die ac nocte, quærens qui ſimul tecũ contriſtetur, & nõ erit, &
conſolantes te & non inuenies. Et dabunt tibi eleemoſynam quos ante oderas, &
mouebunt capita ſua ſuper te dicẽtes: Ecce quæ erat deuota deo, modo facta eſt ut
ſtercora terræ, & ſicut ciuitas quæ expugnať. Vbi eſt caſtitas illius? Vbi ſunt omnia
illa quæ eam ſequebantur? Dereliquerunt enim illam, quia caſtitas erat dux eorũ,
perdidit caſtitatem & fugerunt omnia illa. Modo aũt quid facies miſera? Vbi ſunt
illi quos inſequebaris? Redimant te ſi poſſunt. Quam potes dare commutationẽ
pro anima tua quam fraudaſti per inobedientiã tuam, ut non audires fratres tuos
uel ſorores quæ tibi demonſtrabant, ne te iungeres cum hominibus ſecularibus?
Nũc aũt quid faciemus tibi, uel quid dicemus quos audire noluiſti, niſi ut noſipſos

plangamus

A plangamus ſuper te dicentes: Parce domine, parce. Qui forte fletum noſtrũ & ge
mitũ exaudire dignetur, ut det tibi animum conuertendi ad ipſum denuo, ut reme-
mores peccata tua dicendo: Quantis panibus mercenarij patris mei abundant, ego Lucæ 15.
autem fame pereo? Surgam itaq; & uadam ad patrem meum, & dicam illi: Pater
peccaui in cœlum & coram te, iam non ſum digna uocari filia tua, ſuſcipe me ſicut
unam ex ancillis tuis ut uiuam. Quid ſi forte pro te occiderit uitulum illum ſagina-
tum? Zelans enim te, zelor, deſponſaui enim te uni uiro uirginem caſtam exhibe- 2.Cor. 11.
re Chriſto. Timeo enim ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ſic tui ſenſus cor
rumpantur & excidant à charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Quemadmodũ uirgo intrare debeat in cubiculum & clauſo oſtio patrem orare ut
det ei mentem bonã & intellectũ, ut ſciat quos ſequi & quos uitare debeat,
cũ pulchra inſtructione de cauendis & agendis. Cap. III.

VIDE ergo & caue de iſtis hominibus, ut mihi ſoror & domina nomine
ris. Intra in cubiculum, clauſo oſtiõ ora patrem tuum ut det tibi men- Matth.6.
tem bonam & intellectũ, ut ſcias quos debeas ſequi & quos uitare, qa
multi ſunt qui fingũt ſe eſſe quod nõ ſunt, ſed mentiunť, & neſcis quo-
niam de anima tua agitur, ne ducant te captiuam ſicut bouẽ qui ad occiſionẽ duci-
tur, aut uelut canem, ut alligetur. Ne feſtines ſicut auis in laqueum. Audi me, re-
moue pedem tuum de illis, ſed ſedula in domo tua, operare manibus tuis quod
bonum eſt, ut habeas unde communicare poſſis neceſſitatem ſuſtinentibus. Ora 1.Theſſ.5.
B ſine intermiſſione, ne facilis uidearis in plateis. Certa bonum certamen, curre uelo- 1.Timoth.6.
cius ut comprehendas in quo comprehenſa es à Chriſto. Audiant te homines &
lætentur de bono animo, & de mente qua uiuis. Da eleemoſynam, & ecce omnia Luc.11.
munda erunt tibi. Non te pigeat uiſitare infirmos. Ex his enim in dilectione firma
beris. Non iurabis omnino, neq; per uerum neq; per mendacium, ſed ſit ſermo tu Iacobi 5.
us: eſt eſt, non non. Quod autem amplius eſt, à malo eſt. Iraſcere & noli peccare. Pſal.4.
Ad excuſandas excuſationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatẽ. Pſal.140.
Humilia te filia ante dominum, quoniam deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem 1.Pet.5.
dat gratiam. Accede ad dominũ ut illuminet te, & non erubeſces in conſpectu il-
lius. Recede de uoluptate ſeculi & indue te conſtantia uirtutis, Depone ueſtimen-
ta huius ſeculi & indue te tunica perpetuitatis, Derelinque cibos iſtius ſeculi, & ac-
cipe tibi ſancta ſanctorũ. Memorare Sidrach, Miſach, Abdenago & Daniel recu Daniel.
ſaſſe carnes & uinum gentilium, & accepiſſe ſibi olera & legumina. Memento
Machabæam propter carnes porcinas paſſam fuiſſe, & filios ipſius aſſatos uel fri
xos in oleo. Ambula filia in habitu ſancto cum uerecundia & ſobrietate & graui
tate, depone mendaciũ, loquere ueritatem cũ proximo tuo. Ora filia ſine intermiſſi
one, ieiuna frequenter & da eleemoſynã, quoniã eleemoſyna à morte liberat & nõ Tobiæ 4.
patitur ire in tenebras. Munus bonũ eſt eleemoſyna, quæ purgat omnem ſordẽ et
ſqualorẽ. Beata eris, ſi hæc omnia cũ legeris facias. Zelare qd' bonũ eſt, ut qd' ma-
lũ eſt obliuiſcaris. Benedicat te pater & filius & ſpirituſſãctus, benedictiõe qua pa-
tres noſtros benedicere dignatus eſt, Abraã, Iſaac, & Iacob. Ora, p me filia, qa & e-
go ſollicitus ſũ de te, ſicut ſcriptũ eſt: Orate pro inuicem. Itẽ frater fratrem adiuuãs
exaltabitur. Exaltet te dominus in ſanctitatem & dilectionem, ſicut ſcriptum eſt:

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Rom.13. Qui diligit fratrem suum legem impleuit. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Præstet hoc tibi deus pater per Iesum Christum filium suum dominum & deum, regem, iudicem, saluatorem, redemptoremq; nostrum, qui est benedictus cum spiritu sancto per omnia secula seculorum Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI AD VIRGINEM LAPSAM.

Quod pro corruptione deo dicatæ uirginis omnes boni conlugere debeant. Ca. I.
Increpatio eiusdem corruptæ, quod corruptorem admiserit. Ca. II.
Quod læsa corruptæ cõscientia, neq; cœlũ neq; terrã tute cõtuere audeat. Ca. III.
Qualem excusationem corruptæ afferre soleant. Cap. IIII.
Quæ solita sint obseruari in uelatione sacræ uirginis. Cap. V.
Quibus se defendere debeat refugijs, uirgo de stupro sollicitata. Cap. VI.
Quam diligentiam superior facere moneatur circa uirgines consecratas. Ca. VII.
Remedium adhibendum corruptæ uirgini. Cap. VIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIBER AD VIRGINEM LAPSAM.

D

Quod pro corruptione deo dicatæ uirginis omnes boni conlugere debeant. Caput. I.



Rom.12. VDITE me nunc qui prope estis & qui longe, qui timetis deum, & ecclesiæ eius gaudio congaudetis, & tristiciæ conlugetis, sicut scriptum est: Gaudere cum gaudẽtibus & flere cum flentibus. Vos inquam appello qui charitatem Christi uerissimam tenetis, & super iniquitate non gaudetis, sed potius ingemiscitis: Aduertite uerba oris mei, & an ex iusto dolore procedant iudicate, & detecti sceleris qualitatẽ mecũ pariter phorrete. Virgo nobilis, dicata Christo, sapiens, erudita, rupit in foueam turpitudinis, concepit dolorẽ & peperit iniquitatem. Se perdidit & ecclesiã maculauit. Hinc omnis anima Christiana graue uulnus excepit, quia sanctũ datũ est canibus, & margaritæ missæ sũt ante porcos. Arabidis em̃ hominibus nomẽ sceleratũ est sanctitatis, & ab immũdis & luteis precio/sum cõculcatum est propositum castitatis. Hinc æstus animo meo, hinc insanus dolor, quia unum malum, bona plurima secũ trahit, & una nũbecula peccatricis, penè totam lucem obscurauit ecclesiæ. Assumam ergo uocem propheticam, & flebiliter
Thren.1. dicam: Audite me omnes populi, & uidete dolorem meum, uirgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatẽ. Vere hæc est captiuitas, ubi animæ à peccato captiuæ ducuntur ad mortem, & à diabolica dominatione possidentur.

Increpatio

Increpatio eiusdem corruptæ, quod corruptorem admiserit. Cap. II.

DOTE ergo nunc sermo sit, quæ caput horum & causa malorum es, quæ multipliciter misera cum gloria uirginitatis nomẽ etiam perdidisti. Nefas est enim Susannam uocari non castam, non licet nominari quod non es. Vnde incipiam? Quod primum quod ultimum dicam? Bona commemorem quæ perdidisti, aut mala defleam quæ inuenisti? Eras uirgo in paradiso dei, utique inter flores ecclesiæ. Eras sponsa Christi, eras templum dei, eras habitaculum spiritussancti. Et cum dico totiens eras, necesse est ut totiens ingemiscas, quia non es quod fuisti. Incedebas in ecclesia tanquam columba illa de qua scriptũ Psal. 67. est: Pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Splendebas ut argentum, fulgebas ut aurum, quando cum syncera conscientia procedebas. Eras tanquam stella in manu domini, nullum uentum, nullius belli nebulas pertimescebas. Quæ ista subitanea conuersio? Quæ ista repentina mutatio? De dei uirgine, facta es corruptio Sathanæ, de habitaculo spiritussancti tugurium diaboli. Quæ incedebas ut columba, nunc lates in tenebris sicut stellio. Quæ fulgebas ut aurum propter uirginitatis honorem, nunc uilior facta es luto platearum, ut etiam indignorum pedibus conculceris? Quæ fueras stella radians in manu domini, uelut de alto ruens cœlo, lumen tuum extinctum est, & conuersa es in carbonem.

B

Quod læsa corruptæ conscientia, neque cœlum neque terrã tute contueri audeat. Caput III.

VAE tibi misera, & iterum uæ, quæ tanta bona propter parui temporis luxuriam perdidisti. Quam tibi spem apud Christum dominum reliquisti, cuius membra tollẽs fecisti membra meretricis? Quis te spiritussanctus uisitabit, cum eum repudiasti, qui se quoq; à cogitationibus sordidis longe faciat? Sed ueniamus ad humana, ut illa diuina noscantur. Aspice quis sanctorum aut quæ sanctarum tibi approximare non horreat, aperi oculos tuos si potes, erige frontem, uales aliquem sanctorum fiducialiter intueri? Nonne tuam faciem conscientiæ commissum tanquam plumbum inclinat & premit? Nonne tenebræ ante oculos tuos & dura caligo uersatur? Nonne timor & tremor animam tuã & membra quassant? Si ergo homines in carne constitutos & alicuius forsitan delicti obnoxios non potes intueri, tam graui confusione sepulta, quid facies coram castis Apostolis? Quid facies coram Helia, Daniele, & tantorum exercitu prophetarum? Quid facies coram Iohanne? Quid facies coram Maria, Tecla, & Agne, & immaculato thoro puritatis? Quid denique coram angelis sanctis. Nonne splendore & claritate immaculatorum quasi fulminibus percussa combureris?

Qualem excusationem corruptæ afferre soleant. Caput IIII.

SED dictura es forsitan: Non potui sustinere, quia carnem fragilem circumferebam. Respondebit tibi beata Tecla cum suis innumerabilibus socijs. Et nos eadem carne amictæ fuimus, non tamen plenum propositum castitatis nostræ aut fragilitas carnis potuit mutilare,

aut fæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C aut ſæuitia tyrannorum per uaria tormenta potuit deijcere. Reuera non poteſt ca
ro ante corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine ani
ma quæ carnem præcedit in uoluptate. Sed dicis: Nolui hoc malum,ſed uiolen
tiam paſſa ſum. Reſpondebit tibi fortiſſima illa Suſanna cuius tu nomen falla
citer baiulas: Ego etenim inter duos presbyteros poſita,inter duos utiq; iudices po
puli,inter ſyluas paradiſi ſola conſtituta uinci non potui,quia nec uolui. Tu ab uno
ineptiſſimo aduleſcente & in media ciuitate, quomodo uim potuiſti perferre, niſi
quia ultro uoluiſti uiolari? Quis deniq; tuas uoces audiuit? Quis obluctationes
ſenſit? Vt autem hæc omittam,certe poſt illatam uiolentiam prodere ſcelus ſi non
alijs uel parentibus uel tuis ſororibus debuiſti. Eſſet enim excuſatio infelicitatis,eſ
ſet conſcientiæ plena purgatio, ſi hoſtem pudicitiæ tuæ deduxiſſes in publicum.
Sed erubuiſti forſitan ne te uiolatam multi cognoſcerent. Et quid timuiſti ubi non
erat timor,niſi ut tacendo crimen cum adulterio ſæpius ſociares? Eſto autem, pu
dor prohibuit cõfiteri. Quid de ſecunda commixtione dicis? Quid de tertia? Quid
de frequenti commertio fœditatis? Ceſſet,ceſſet iam uiolentiæ figmentum,ceſſet ru
boris augmentum,ubi totiens membra illa dicata Chriſto,ſceleſto mœcho ſuis ui
ſceribus polluenda præbuiſti. Horret,horret animus,mens tabeſcit,cum ad aditum
ſceleris peruenitur. Nam & medicus quamuis fortis ſit animo, tamen cum altius
ſecat uulnus,puto ex parte aliqua ſuſtinebit horrorem. Heu perdita, iam ne intelli
gis omnes uias excuſationis omnimodis clauſas? Iam ne ſentis,quantum tibi mali
& in carne & in anima nefaria libido contulerit? Non iſtam confuſionem de te tu
D us expectauerat pater, qui te ſibi ſingularem gloriam computabat. Non hunc lu
ctum & has lachrymas ex te ſibi naſci tua crediderat mater, quæ partus ſui gemi
tum per tuam uirginitatem conſolabatur. Non fratres tui, non ſorores hoc ex te
dedecus expectabant, quos omnes quaſi uno gladio tui ſceleris grauiter ſauciaſti.
Si ſuiſſes communi ſorte defuncta, fleſſent te modicum propter deſiderium paren
tes, ſed exultaſſent granditer quia immaculatam præmiſerant uirginem, hoſtiam
uiuam, domino propitiatricem ſuorum uidelicet delictorum. At nunc plangunt
mortuam & non mortuam, lugent uiuam & non uiuam. Mortuam utiq; gloria
uirginitatis,uiuam dedecore turpitudinis. Ingratus eſt pater ſuis uiſceribus de qui
bus nata es, maledicit ſuo utero mater ex quo in hanc lucem infeliciter proceſſiſti.
Nec tamen modum ſuo dolori reperiunt, niſi hoc ſolum planè uidentur habere ſo
latium, quia te nec pater compulit, nec mater coëgit, ut uirginitatem profitereris
quam ultro & propria uoluntate profeſſa es. Nam ſcio cum multas difficultates ti
bi tuus genitor proponeret, cum arduum eſſe iter ſeruandæ uirginitatis ingereret,
te non ſolum pertinaciter perſtitiſſe, ſed etiam reuelationes tibi datas dixiſti terri
biles. Inquantum ſibi ergo ſperabant mercedem ex eo quod non tuo propoſito
reſtiterunt,intantum tibi intellige miſera pondus iudicij creſcere, quia non ſeruaſti
quod ultro promiſiſti. Quibus te ſpinis ſerpens ille nequiſſimus obligauit? Qui
bus te uenenis infecit ille qui Euam decepit,ut tanta te cæcitate percuteret, tantam
animæ tuæ faceret obliuionem.

Quæ ſolita

Quæ ſolita ſint obſeruari in uelatione ſacræ uirginis. Cap. V.

NOn es memorata diei ſanctæ dominicæ reſurrectionis,in quo diuino al
tari te obtuliſti uelandam. In tanto itaq; ſolenni conuentu eccleſiæ dei,
inter lumina illa ſplendida, inter candidatos regni cœleſtis quaſi regina
regi nuptura proceſſeras. Non es memorata qualis allocutio facta eſt
illa die ad te: Aſpice filia & intuere & obliuiſcere populum tuum & domum pa Pſal.44.
tris tui,& concupiſcet rex decorem tuum,quia ipſe eſt dominus deus tuus. Aſpice er
go quantus ad ſponſi tui & domini nuptias conuenerit populus. Seruare te opor
tuit fidem, quã ſub tantis teſtibus pollicita es,ſemper cogitare cui uirginitatem ſpo
ponderis. Facilius te oportuit ſanguinem cum ſpiritu fundere, quàm perdere caſti
tatem tuam. His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis,& multis ſupra caſtitatem
tuam præconijs, ſacro uelamine tecta es,ubi omnis populus dotem tuam ſubſcri
bens,non atramento ſed ſpiritu,pariter damauit,amen. Vincor lachrymis cum hæc
recordor,compungor ſtimulis cum hæc exempla conſidero. Nam ſi inter decem te
ſtes confectis ſponſalijs,nuptijs conſummatis,quæuis uiro fœmina coniuncta mor
tali non ſine magno periculo perpetrat adulterium, quid putes fore ſi inter innume
rabiles teſtes eccleſiæ,coram angelis,exercitibus cœli facta copula ſpiritalis per adul 1.Cor.7.
terium ſoluitur? Neſcio an poſſit ei digna mors an pœna cogitari. Dicit aliquis: Me
lius eſt ergo nubere quàm uri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nõdum
uelatam. Cæterum quæ ſe ſpopõndit Chriſto,& ſanctum uelamen accepit,iam nu
pſit iam immortali iuncta eſt uiro. Et iam ſi uoluerit nubere communi lege coniu
B gij,adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Si hoc ita eſt,quid de illa dicendũ
eſt quæ occulta & furtiua turpitudine conſtupratur, & fingit ſe eſſe quod non eſt?
Habitu uirgo,facto non uirgo. Bis adultera,& in actu & in aſpectu.

Quibus ſe defendere debeat refugijs uirgo de ſtupro ſollicitata.
Caput VI.

SED ad te iterum redeo, quæ obliuionem tantorũ paſſa bonorum, rece
ptaculum tantorũ malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo igno
miniofo non uenit in mentem habitus uirginitatis, proceſſus in eccleſiã
inter uirgineos choros? Quomodo oculos tuos non perſtringebat lux
uigiliarum? Aures tuas non penetrabat hymnorum ſpiritalium cantus? Mentem
tuam non uentilabat lectionum cœleſtium uirtus? Hinc uel maxime clamante apo 1.Cor.6.
ſtolo: Fugite fornicationem, quia omne peccatum quodcunq; fecerit homo extra
corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuũ peccat. Et cum dicit, In corpus ſuũ,ta
men in Chriſto eũ peccare demõſtrat. Nam ſubiungit: Non eſtis ueſtri. Empti enim
eſtis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore ueſtro. Et iterum dicit: For Ephe.5.
nicatio autem & omnis immũdicia nec nominetur inter uos,ſicut decet ſanctos. Et
ſepoſita omni adulatione ſententiam figit apoſtolus: Hoc, inquit,ſcitote intelligen
tes,quia omnis fornicator, aut immundus,aut auarus non erit hæres in regno dei.
Hæc tanta & tam terribilia non tibi ueniebant in mentem, cum ad illud opus nefa
rium tua membra peterentur? Sed mortifera te obliuio tanquã in gurgitem altiſſi
mum demergebat,& quaſi captiuam execrabilis libido ducebat. Nõne uel illum lo
cum tabulis ſeparatum in quo in eccleſia ſtabas recordari debuiſti,ad quem religio

R ſæ ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sæ matronæ & nobiles certatim currebãt,tua oscula petentes, quæ sanctiores & me liores te erant? Nónne uel illa præcepta quæ oculis tuis ipse scriptus paries ingere/
1.Cor.7. bat,recordare debuisti? Diuisa est mulier & uirgo;quæ non est nupta, cogitat quæ domini sunt, quomodo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in cõtrariũ uertens dictũ,ita cogitans,ita agens,ut nec corpore esses sancta nec spiritu. Corpore quidẽ fornicãdo,spiritu aũt uirginitatẽ mentiendo. Proh nefas,solet fama subsequi factũ tua autem ad malum fama præuenit. Nam cum ante triennium rumor quidam & susurratio de te fuisset,tu synceritatem prætendebas, uindictam de maledicis in ecclesia postulabas publice. Quos æstus ego sustinui? Quos pater tuus pro tua susti/ nuit opinione labores,requirentes singulos,singulos astringẽtes,ut ad autorem in/ famiæ ueniremus. Graue eñ erat nobis & intolerabile de dei uirgine,uel turpe ali/ quid dici uel credi. Nec hoc uerita es, nec ante oculos habuisti, ne uenires inimicis tuis in gaudium, & eos haberes infensos qui pro tua opinione laborabant. Multũ audax,multum temeraria,ut te conscientia tua nõ terreret,simulata uirginitate,pu/
Matth.10. tares te etiam deum posse decipere. Sed ille qui dixit: Nihil occultum quod non re/ ueletur, Et uos,inquit,fecistis in occulto, ego autẽ in manifesto uos faciam. Ille qui non mentitur,furtiuum scelus deduxit in publicum,& in conspectu solis huius tene brarum uestrarum opera denudauit. O quicquid prætendit sermo crudeliora occur runt,& cupiens moderari non inuenit modum. Oblita es propositum,oblita paren tes, oblita es ecclesiam, oblita gloriam dignitatis tuæ, oblita honorem uirginitatis, etiam oblita promissionem regni, oblita iudiciũ terribile, amplexa es corruptionẽ,
D protulisti fructũ confusionis,finem uero mortẽ sæuissimam & interitũ sempiternũ.

Quam diligentiam superior facere teneatur circa uirgines consecratas. Cap. VII.

ET certe non habes quod de nostra negligentia conqueraris. Quodcun/ que enim ad officium pastoris pertinet,& tibi & omnibus non negatũ est. Dilectio spiritalis adhibita,commonitio sancta non defuit. Oblita domum patris tui, ut scriptum est,ad monasterium uirginale transisti. Non dico tuta esse debueras inter tot posita si uoluisses,sed etiam tutelam alijs præ stare potuisses. Sed frustra hæc & alia prouisa sunt. Hymnum uirginitatis exposui, quo & gloriam propositi & obseruantiã pariter decantantes, Seminaui secus uiam, seminaui in spinis,seminaui in petrosa. Aut enim ex corde tuo uerba mea uolucres id est, dæmones rapuerunt, aut malis tuis cogitationibus suffocata sunt, aut arue/ runt nimio æstu libidinis. Heu me quia ubi putaui ædificare aurum,argentum,lapi des precioso,inuentus sum ligna,fœnum,stipulam,arsuras materias laborasse. Di cam & ego secundum prophetam: Heu me quia factus sum sicut qui colligit stipulã in messe. Equidem si tibi sola damnum feciss, erat quidem tristitia,sed forsitan to lerabilis: Nunc uero quantas animas tuo scelere sauciasti, quantas animas propter te de proposito suo pœnitere fecisti? Quanta labia etiam fidelium inquinata sunt, uiam domini blasphemando? Aperuit in nos gentilitas os suum aduersus sanctã ecclesiam. Synagoga Iudæorum per tuum dedecus exultauit. Quod si is qui unum
Matth.18. scandalizauerit,mola circũligatus iactari debet in mari,quid de te pronuncias,per cuius scelus omnis anima sauciata est, & nomen domini in gentibus blasphematũ est?

A est? Nonne quotiens dicitur: O uirgines,totiens tibi cumulus iniquitatis augetur? Iaces ecce uulnerata. Iaces ecce postrata.

Remedium adhibendum corruptæ uirgini. Caput VIII.

CVPIO prodesse,sed subuenire non possum,quia totum caput in dolo re,& totũ cor in mœstitia est, à pedibus usq; ad caput,sicut ait Esaias: Non est malagma imponere. Infirmitas tua,omne humanæ medici/ næ excluſit auxilium. Et licet tam boni quàm mali iusta indignatione permoti,te omni depopulatione dignam, omni tormentorum genere discrucia/ tam iudicent morte mulctandam, aut ignibus exurendam,Ego tamen qui scio gra uiora facinorosis seruari tormenta, & sine fine impias animas cruciatus manere, non temporales utique sed æternos; alijs te uolo cruciatibus affici, profuturis uti/ que non animam perdituris. Ego secundum diuinam sententiam dabo consilium: Solum enim & unicum tentandum est remedium,illud quod diuina uox per Eze Ezech.33. chielem miseris porrigit. Nolo, inquit, mortem peccatoris, sed tantum ut conuer/ tatur & uiuat. Et iterum: Post hæc,inquit,dixi: Conuertere ad me, nunquid resina Hiere.8. non est in Galaad,aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanitas filiæ popu/ li mei? Hæc utique dicta pœnitentiam sapiunt, hæ sententiæ dei uocant ad pœni/ tentiam peccatores. Pœnitudo enim necessaria est, sicut uulneratis sunt necessaria medicamina. Sed quanta putas & qualis necessaria pœnitentia,quæ aut æquet cri mina,aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc peccatum adulterij est,an duplex
B sit per illam necem quæ facta dicitur in occulto, & secundum conscientiæ molem exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœnitentia ergo non uerbis agenda est, sed & actu. Hæc autem sic agitur: Si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rue/ ris,& de quo libro uitæ nomen tuum deletum sit, & si te iam credas prope ipsas po sitam tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum & stridor dentium sine fine. Cum hæc certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse est præuaricatricem a/ nimam tartareis pœnis & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitu/ tum esse post baptismum quàm pœnitentiæ solatium, quantamuis afflictionem, quantumuis laborem & indecorem subire, esto contenta, dummodo ab æternali/ bus pœnis libereris. Ergo hæc tu tecum cogitans, & mente retractans, proprij fa/ cti tu ipsa iudex esto crudelior. In primis omnis cura uitæ huius interimenda tibi est,& quasi mortuam te existimans sicut es,quomodo possis reuiuiscere cogita. De inde lugubris tibi accipienda est uestis, & mens ac membra singula digna castigati one punienda. Amputẽtur crines, qui per uanam gloriam occasionem luxuriæ præ stiterunt. Defluant oculi lachrymas qui masculum simpliciter non aspexerunt. Pal lescat facies,quæ quondam uiruit impudice. Deniq; totum corpus incuria macere/ tur,cinere aspersum & opertum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudi ne placuit. Cor uero sit liquescẽs sicut cæra,ieiunijs inquietãs seipsum, & cogitatio nibus uentilans quare sit ab inimico subuersũ. Sẽsus etiam crucietur,quia in mem bra corporis cũ haberet dominationem,malo cessit imperio. Talis uita, talis actio pœnitentiæ si fuerit,perseuerans audebit sperare,& si non gloriam,certe pœnæ ua/ cuationem. Dicit enim deus: Conuertimini ad me & conuertar ad uos. Conuertimi ni ex toto corde uestro,in ieiunio & fletu & in planctu,dirũpite corda uestra, & nõ Ioel.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uestimentum, quoniam pius & misericors sum. Sic cõuersus magnus ille Dauid iu stificatus est. Sic Niniue peccatrix illa ciuitas incumbentem sibi euasit interitũ. Pec/cator ergo si sibijpsi non pepercerit, à deo illi parcitur. Et si futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo uitæ spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio libe/rat. Grandi plagæ, alta & prolixa opus est medicina. Grande scelus grãdem habet necessariam satisfactionem. Nam nõ est dubium leuius esse crimen, ubi peccatum suum ultro homo confitetur & pœnitet. At ubi celans mala sua inuitus detegitur & nolens publicatur, illud grauius scelus est, quod tibi utique prouenisse negare non poteris. Et ideo fortius est dolendum, quia peccatum est fortius. Si mente cernerent homines peccatores quale iudicium imminet mundo, sensus humanus non disper/geretur uanitate seculari, si non infidelitate grauaretur. Quantũuis & qualemuis cru ciatum longior uita duceret optarent, dummodo in illas pœnas æterni ignis non in currerent. Sed tu quæ iam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste misera fortiter, in hære tanquam naufragus tabulæ, sperans per ipsam te de profundo criminum libe rari. Inhære pœnitentiæ usque ad extremũ uitæ, nec tibi præsumas ab humano die posse ueniam dari, quia decipit te qui hoc tibi polliceri uoluerit. Quæ enim proprie in dominum peccasti, ab illo solo te conuenit in die iudicij expectare remedium.

CORRVPTORIS OBIVRGATIO

DE te autem fili serpẽtis, minister diaboli, uiolator templi dei, qui uno sce/lere duo crimina perpetrasti, Adulterium utique & sacrilegium. Sacrile/gium planè, ubi uas Christo oblatum, domino dedicatum, dementi te/meritate polluisti. Balthasar ille rex Persarum, qui in uasis domini quæ
D Daniel.5. de templo Hierosolymis fuerant à patre eius ablata, bibere cum suis amicis & con/cubinis usurpauit, ipsa nocte angeli manu percussus, crudeli morte punitus est. Quid de te arbitraris perdite pariter & perditor, qui uas rationabile consecratum Christo, sanctificatum spiritui sancto impie temerasti, polluisti sacrilege, & tui pro positi immemor, & iudicij diuini contemptor? Melius enim fuerat omnino te non esse natum, quàm sic natum ut te sibi gehenna proprium filium uendicaret. Et licet
Prouerb.28. ipsa conscientia sceleris te agat per diuersa præcipitem, Fugit enim impius nemine persequente se, licet te duræ imagines peccati dormientem quoq; perterreant, nõ so/lum uigilantem, Tamen ne quid à pastore etiam oui morbidæ uel morituræ medi caminis denegatum sit, do consilium: Petas ultro carcerem pœnitentiæ, obstringas catenis uiscera, animam tuam gemitibus ieiunijsq; discrucies, sanctorum petas au/
Rom.2. xilium, iaceas sub pedibus electorum, ut non per cor impœnitens thesaurizes tibi iram in die iusti iudicij dei, qui reddet singulis secundum opera sua. Nec te in eorũ
2.Cor.12. numero constituas, quos luget Paulus: Qui ante peccauerunt & non egerunt pœ/nitentiam super immunditia & fornicatione & libidine quæ gesserunt. Nec tibi de multitudine peccantium similium blandiaris & dicas: Non solus hoc ego egi, mul/tos habeo socios, sed recogita, quia multitudo sociorum impunitatem non facit criminum. Nam Sodoma & Gomorrha in totis quinque ciuitatibus innume/rabiles utique habitabant populi, & omnes pariter qui libidinose corpora sua tractauerunt, igneis imbribus conflagrati sunt: Solus autem Loth de illo in/euitabili incendio euasit, quia ab illa turpitudine se alienum præstiterat.

Exclude

A Exclude ergo uel nunc infelix de corde tuo blandimenta serpentis, & luctu & fletu continuo, dum in corpore tuo immundo anima illa tenebrosa uersatur, remedium tibi in die necessitatis acquire, semper ante oculos tuos habens apostoli sententiã: Quia omnes nos oportet manifestari ante tribunal Christi, ut referat unusquisque 2.Cor.5. propria corporis sui secundum quæ gessit, siue bonum siue malum.

DIVI AMBROSII EPISCO
PI MEDIOLANENSIS AD VIRGINEM lapsam exhortatio.

QVERIS consoletur te uirgo filia Sion, quia magna facta est si Thren.2. cut mare contritio tua. Effunde sicut aquam cor tuum an/te faciem domini, Extolle ad eum manus pro remedio ani mæ tuæ & peccatorũ tuorum. Accipe igitur lamentum, Et primũ quidem nullo die quinquagesimus psalmus inter/mittatur, quia in negocio tali cantatus est. Et usq; uersiculũ illum: Cor contritũ & humiliatũ deus non spernit, cum la chrymis gemituq; percurrens. Insuper etiam hanc lamen/
B tationem non sine compunctione cordis in conspectu dei iudicis funde. Quis da/ Hiere.9. bit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut defleam uulnera ani mæ meæ? Conuersi sunt dies festi mei in luctum, & cantica in lamentationem, recef sit sonus hymnorũ & lætitia psalmorũ, & successit stridor dentium & fletus oculo/ Psal.38. rum. Obmutui & humiliata sum & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Con caluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenebræ. Abyssus circũdedit me, postremo mersit caput meum in fissuras montium. Heu me quia facta sum sicut Sodoma & Gomorra. Cõbusta sum, quis miserebitur cineres meos? Durius offendi quàm So doma, quia illa legem nesciens deliquerat, ego autẽ accepta gratia peccaui in domi/num. Si homo peccet in hominẽ, erit qui interueniat: Ego quæ peccaui in dominũ, quem propitiatorem inueniam? Concepi dolorem, & peperi iniquitatem. Lacũ ape Psal.7. rui & effodi eum, & incidi in foueã quam feci: Ideo conuersus est dolor meus in capi te meo, & in uertice meo iniquitas mea descendit. Immũditia mea ante pedes meos, non fui memor nouissimorũ meorum, & cecidi miserabiliter, nec est qui consoletur me. O quàm acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio. Quomodo fa cta sum in desolationem? Subito defeci, perij propter iniquitatem meam, uelut è so mno exurgens, ideo in ciuitate domini uilificata est imago mea. Deletũ est de libro uitæ nomen meum, facta sum sicut noctua in domicilio, sicut passer unicus in ædifi/cio, non est qui consoletur me. Considero à dextris & uidebo, & nõ est qui agnoscat me. Periit fuga à me, & nõ est qui requirat animã meam. Facta sum sicut uas perdi tum, quoniam audiui uituperationem omnium circa me habitantium. Væ diei illi in quo me infelix uterus genuit, & lux ista crudelis excepit. Oportuerat me potius

Psal.101. Psal.141. Psal.30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C non fuisse natam,quàm sic in gentibus fabula fierem. Propter me confusio & im/
properium factum est omnibus famulis domini, & eum digne colentibus. Lugete
me montes & colles, lugete me fontes & flumina, quia fletus filia ego sum. Lugete
me bestiæ siluarum, reptilia terræ, & uolucres cœli,& omnis anima quæ uita frue/
ris. Nam uos beatæ feræ & uolucres quibus nullus metus de inferis,neq; post mor
tem reddenda est ratio,nos manet pœna crudelis tartari,qui habentes sensum de/
linquimus, & ideo non est pax peccatoribus. Meum est peccatum, mea iniquitas.
Non sunt similia offensa hominum,quia horribilis hæc impietas est, carnē pollici/
ta seruare uirginem & castitatem professa,publice mentita sum domino, ideo non
est mihi fiducia inuocandi dominum altissimum,quia obstructum est os delinquē
Psal.72. tium. Nam meum malum propheta cecinit. Quod qui elongant se à deo peribūt,
Psal.21. disperdit omnem fornicantem à se. Et iterum: Adhesit anima mea faucibus meis,
& in puluerē mortis deducta sū. Veruntamē clamabo ad dominū cū adhuc tēpus
Psal.87. est,dū datur spatiū, quia in morte non est memoria,& in inferno nō est confessio.
Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Quoniā sagittæ
tuæ infixæ sunt mihi,& nō est sanitas in carne mea à uultu iræ tuæ. Nō est pax ossi
bus meis à facie iræ tuæ. Quoniā iniquitates meæ superposuerūt caput meum,sicut
onus graue grauatæ sunt super me. Computruerunt & deteriorauerunt cicatrices
meæ,à facie insipiētiæ meæ. Miserijs afflicta sum usq; in finem,rugio à gemitu cor
dis mei. Cor meum conturbatum est intra me,dereliquit me uirtus mea, & lumen
oculorum meorum & ipsum non est mecum. Deus repulisti me & destruxisti
D me, ostendisti mihi dura, potasti me uino compunctionis, expulsa sum ab oculis
tuis,iam non adijciam ut respiciam ad templum sanctum tuum, & facta sum in ex
terminio. Quæ utilitas in sanguine meo,dum descendo in corruptionem? Nunqd
mortuis facies mirabilia,aut medici suscitabunt? Tuus sermo est,tua promissio est,
Ezech.33. Nolo mortem peccatoris sed conuersionem ut possit uiuere. Ad te deus meus con
uersio,quia solus potes renouare omnia,& ab inferis animas reuocas. Tu soluis cō
Psal.118. peditos,tu deus elisos erigis,cœcos illuminas,mortuos suscitas. Erraui sicut ouis per
Psal.2. dita,require famulam tuam,ne lupus crudelis glutiat me. Multi dicūt animæ meæ,
non est salus in deo eius. Sed tuum consilium tecum est. Quot sunt dies famulæ
tuæ,quando facies mecum iudicium? Defecit in salutari tuo anima mea,defecerūt
Psal.38. in lachrymis oculi mei, effusa est in terra gloria mea. Quando respiciens restitues
animam meam? Propter iniquitatem corripuisti me,& tabescere fecisti sicut arane/
am animam meam. Memento domine quod puluis sum,uide humilitatem meā
& laborem meum, & remitte omnia peccata mea. Remitte mihi ut refrigerer pri/
Iob.9. usquam abeam & amplius non ero,nec in inferno erit confessio. Potens es domine
dirumpere uincula mea quibus ligata sum atq; constricta, qui Raab sordidam nō
aspernatus es. Iram tuam domine aufer à me,quia peccaui tibi crudeliter,donec in/
stifices causam meam & educas me in lumine deus uirtutum. Da pœnitentiæ effe/
ctum, confessionis perseuerantiam, ne me induret deceptor animæ. Hoc mihi do/
num, hanc mihi gratiam de tuo fonte præstari cupio deus ut inæternum tibi con/
fitear. Qui uiuis & regnas in trinitate in secula seculorum, Amen.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE VIDVIS LIB. VNVS.

BENE accidit fratres, ut quoniam tribus libris superioribus de uirginum laudibus disseruimus, uiduarū tractatus in/
cideret. Neque enim inhonoras debuimus præterire, & à
uirginū preconio separare, quas apostolica sententia cum
uirginibus copulauit. Iuxta quod scriptū est: Et mulier in- 1.Cor.7.
nupta,& uirgo cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta cor/
pore & spiritu. Quodammodo enim magisteriū uirgini/
tatis,uiduarū ualescit exemplis. Quæ cum uiro castum cu/
bile custodiunt,documento uirginibus sunt,integritatē deo esse seruandam. Et pro
pemodum non inferioris uirtutis est eo abstinere coniugio quod aliquādo delecta
uerit, quàm coniugij oblectamenta nescire. In utroq; fortes, ut eas & coniugij non
pœniteat cui fidem seruent,& coniugalia oblectamenta non alligent, ne uideantur
infirmæ,quæ sibi adesse non possunt. In hac ipsa tamen uirtute præmia sunt reposi
ta libertatis. Mulier enim uincta est quanto tempore uir eius uiuit, quod si dormi/
uerit uir eius,libera est,cui uult nubat,tantū in domino. Beatior autem erit si sic per
B manserit,secundū meum consilium dico. Puto enim quod & ego spiritū dei habeā.
Euidenter igitur expressit apostolus quid interfit,cū aliā uinctam esse dixerit,aliam
beatiorē esse memorauerit. Idq; non tam ex suo iudicio q̄ diuini spiritus docuit in
fusione depromptū,ut cœlestis ista nō humana sentētia uideretur. Quid uero illud
quod temporibus ijs quibus fames oīe genus urgebat humanū, Helias ad uiduā
destinatus est? Et uide quemadmodū propria singulis gratia reseruet. Angelus ad
uirginem,propheta ad uiduā. Adde quod Gabriel ille,hic Helias,ut exangelorū &
prophetarū numero præstantissimi principes uideantur electi. Sed non simplex ui
duitatis laus est,nisi uirtus etiā uiduitatis accedat. Nam utiq; multæ uiduæ,sed una
omnibus antefertur. In qua nō tam cæteræ reuocantur ab studio quàm uirtutis pro
uocantur exemplo. Sollicitas igitur aures præsagio facit,quamuis simplicitas intelle
ctus ipsa moralis sit,quæ ad uirtutis exemplū uiduas cohortetur,quia nō professio
ne,sed merito uidetur unaquæq; præstare, & hospitalitatis apud deum gratiā non
perire,qui potum aquæ frigidæ,sicut in Euangelio ipse memorauit, præmio æterni/
tatis remuneret amplissimo,& farinæ breuis oleiq; mensuram indeficienti affluen/
tium copiarum ubertate compenset. Nam si quis de gentilibus dixit,communia o/
mnia amicorū esse debere, quantomagis debent esse cōmunia cognatorum? Co/
gnati enim sumus,qui in unam seriem corporis copulamur. Sed tamen nō præscri/
pto quodam hospitalitatis fine cōcludimur. Cur enim proprium id quod in seculo
est putes,cum cōmune sit seculū? Aut cur priuatos terræ deputes fructus,cum terra
cōmunis sit? Respicite,inquit,uolatilia cœli,quoniā nō serunt neq; metūt,Etem̄ qui Matth.6.
bus nihil est propriū,nihil deest. Et sententiæ suæ deus arbiter nouit seruare promis
sum. Deniq; aues nō cōgregant & redūdant,qa pater cœlestis pascit illas. Nos autē

Universidad de Deusto
Biblioteca

C generalis monimenta sententiæ ad usus proprios deriuantes: Omne, inquit, lignũ
Gen.1. quod habet in se fructus seminis satiui, erit uobis in escam, & omnibus bestijs, & o/
mnibus auibus, & omnibus serpentibus super terram, congregando, egemus, & con
gregãdo euacuamur. Nõ possumus enim sperare promissum qui nõ seruamus ora
culum. Salubre est igitur præceptũ quoq; hospitalitatis aduertere, ut hospitibus de
seramus, quia nos quoq; sumus hospites mundi. Quã uero sancta uidua, quæ cum
fame urgeretur extrema, uenerationẽ deo debitam reseruabat. Nec solũ sibi usurpa
bat alimenta, sed cũ filio diuidebat, ne caro pignori superuiueret. Magnũ pietatis of
ficium, sed religionis uberius. Nam sicut neminẽ filio oportuit anteferri, ita prophe
ta dei & filio præferri debuit & saluti. Cui non exiguũ uictũ, sed uitæ suæ omne sub
sidium existimanda est detulisse, quæ nihil reliquit sibi, tam hospitalis ut totum da
ret, tam fidelis ut cito crederet. Ergo uidua nõ abstinentia corporis tantũ definitur,
sed uirtute designatur. Cui præcepta nõ do ego, sed Apostolus tribuit. Honorificen
1.Thim.5. tiam nõ solus impartior, sed gentiũ doctor prius detulit dicẽs: Viduas honora quæ
uere uiduæ sunt. Si qua autẽ uidua filios aut nepotes habet, discat primũ suam do/
mum regere, & mutuam uicem reddere parentibus. Vnde aduertitur utrunq; pieta
tis affectum uiduæ inesse debere, ut filios diligat, parentibus deferat. Ita dum obse
quium parentibus rependit, magisterium exercet in filios, suoq; seipsa remuneratur
officio, cũ id quod alijs defert, sibi proficit. Hoc enim acceptũ est coram deo. Et ideo
si cogitas uidua quæ dei sunt, debes id sequi quod deo placere didicisti. Et supra qui
dem sanctus apostolus ad cõtinentiæ studium uiduas cohortatus, dixit eas cogita/
D re quæ sunt domini. Alibi autem ubi eligitur uidua quæ probata est, nõ solum cogi
tare præcipitur, sed etiã sperare de domino. Quæ enim uere uidua est, inquit, & de/
solata, sperat in dominũ, & instat obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Nec
immerito has irreprehensibiles ostendit esse debere, quibus ut opus uirtutis indici/
tur, ita etiam honorificentia larga defertur, ut etiam ab episcopis honorentur. Qua/
lis autem eligi debeat, ipso doctoris sermone describitur. Non minus, inquit, sexa/
ginta annorũ, quæ fuerit unius uiri uxor. Non quo senectus sola uiduam faciat, sed
quo uiduitatis merita, stipendia senectutis sint. Nam utiq; illa præclarior quæ calo
rem adolescentiæ & iunioris feruescentem edomat ætatis ardorem, nec mariti gra/
tiam, nec uberiora liberorũ oblectamenta desiderans, quàm quæ effœta iam corpo
re, frigida senectute, matura æui, nec calere uoluptatibus potest, nec sperare de par/
tu. Neque uero si qua in secundas nuptias inciderit, quas utiq; apostolica præcepta
non damnant, quasi fructu pudoris amisso, si rursus soluta fuerit uiro, ab affectu ui
duitatis arcetur. Habebit illa quidem uel seræ meritum castitatis, Sed probatior erit
quæ alterius non fuerit experta coniugium. In illa enim eminet studium castitatis,
huic aut senectus aut pudor modum uidetur fecisse nubendi. Nec sola tamen ca/
stitas corporis uiduæ fortitudo est, sed magna & uberrima disciplina uirtutis, quæ
in operibus bonis testimoniũ habeat, si filios educauerit, si hospitio receperit, si san/
ctorum pedes lauerit, si tribulationem patientibus subministrauerit, si postremo
omne opus bonum fuerit subsecuta. Vides quàm multas uirtutum comprehende/
rit disciplinas: Primo pietatis officium, Secundo hospitalitatis studium & humilita
tis obsequium, Tertio misericordiæ ministerium liberalitatisq; subsidium, ad sum/
mam omnis executionem boni operis flagitauit. Et ideo adolescentiores deuitan/
das

A das putat, eo quod non ualeant tantæ opera implere uirtutis. Etenim uicina est la/
psibus adolescentia, quia uariarum æstus cupiditatum, feruorem calentis inflam/
mat ætatis. Bonicq; doctoris est materiam arcere peccati. Prima enim institutionis
est disciplina culpam auertere, secũda uirtutem infundere. Tamen cum sciuerit apo
stolus Annam illam ab adolescentia octogenariam uiduam dominicorũ operum
extitisse prænunciam, non puto quod iuniores reuocandas putarit à uiduitatis affe
ctu, maxime cum dixerit: Melius est nubere quàm uri. Nam utiq; pro remedio nu/ 1.Cor.7.
ptias suasit, ut peritura sanetur, non pro electione præscripsit, casta & cõtinens quid
sequatur. Aliud est enim subuenire labenti, aliud suadere uirtuti. Et quid de huma/
nis iudicijs loquar, cum diuinis iudicijs in nullo grauius Iudæi dominũ læsisse pro/
dantur, quàm quod uiduæ gratiam minorumq; iura uiolarent? Hæc propheticis
causa uocibus cõclamatur, quæ meritum Iudæis refectionis inuexerit. Hæc sola cau
sa delicti inuidiam mitigatura memoratur, si honoretur uidua in honoribus, æqui
iusticia iudicij deferatur. Sic enim habes: Iudicate pupillo, & iustificate uiduã, & ue/ Esaiæ.1.
nite disputemus dicit dominus. Et alibi: Pupillum & uiduam suscipiet. Et alibi: Vi/ Psal.145.
duam eius benedicens benedicam. In quo ecclesiæ quoq; figura prætexitur. Videtis Psal.131.
igitur sanctæ uiduæ nequaq; lubrico munus studio deferendũ, quod diuinæ bene/
dictionis subsidijs honoratur. Quid uero illud, ut ad superiora redeamus, quod cũ 3.Reg.17.
in omni terra esset fames maxima, uiduæ tamen deo cura non defuit, atque ad alen
dam eam propheta directus est? In quo cum me admoneat dominus, quod in ueri
tate dicturus sit, ad mysteriũ uidetur sollicitare aures. Quid enim uerius Christi &
B ecclesiæ potest esse mysterio? Non igitur ociose inter multas uiduas una præfertur.
Quæ enim talis, ad quam tantus propheta, qui ad cœlum raptus est, dirigatur, eo
præsertim tempore quo clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum fa/
cta esset fames magna in omni terra? Vbiq; ergo fames erat, & adhuc tamen hæc
uidua non egebat. Qui sunt hi tres anni? Forte illi quibus dominus uenit in terras,
& fructum in ficulnea inuenire non potuit. Iuxta quod scriptum est: Ecce anni tres Luce.13.
sunt, ex quo ueni quærens fructum in ficulnea hac, & nõ inuenio. Hæc est profecto
uidua illa, de qua dictum est: Lætare sterilis quæ non parturis, erumpe & exclama Esaiæ.54.
quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum.
Et bene uidua cui benedicitur. Ignominiæ & uiduitatis tuæ non eris memor, quia
ego dominus qui facio te. Et fortasse ideo uidua quæ amisit quidem uirum secun/
dum corporis passionem, sed in die iudicij filium hominis quem amisisse uisa est re
ceptura. Tempus enim breue, inquit, dereliqui te, ut gloriosus scilicet fidem relicta
seruares. Habent itaq; omnes quod imitentur exemplũ, uirgines, nuptæ & uiduæ.
Et fortasse ideo ecclesia, uirgo, nupta, uidua, quia unũ corpus in Christo sunt. Hæc
igitur illa uidua est, propter quã uerbi cœlestis siccitas cũ esset in terris, pphetæ sunt
destinati. Erat enim uidua quæ sterilis erat, sed partũ suo tẽpori reseruabat. Vnde
nec illius nobis uidetur persona mediocris, qui aridã terrã uerbi rigauit rore cœlesti,
clausumq; cœlũ nõ humana utiq; potestate reserauit. Quis emi est qui cœlũ potest
aperire nisi Christus, cui quotidie de peccatoribus cibus ecclesiæ cumulo cõgregat? 3.Reg.17.
Neq; enim humanæ facultatis est dicere: Hydria farinæ nõ deficiet, & uas olei non
deficiet usq; in diem quo dabit dñs pluuiã super terrã. Nam licet mos sit ita præfari
prophetis, tamẽ hic uera dei uox est. Ideo præmissum est: Quia hæc dicit dominus.

Domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Domini enim est perpetuitatē sacramentorū spondere cœlestium,& non defuturā
spiritalis exultationis gratiam polliceri. Largiri munimenta uitæ,fidei signacula,do
na uirtutum. Quid est autem: Vsq; in illum diem quo dabit dominus pluuiā super
Psal.71. terrā,nisi quia descendet sicut pluuia in uellus,& sicut stillicidia stillantia super terrā.
In quo ueteris mysterium reseratur historiæ, quo sanctus Gedeon mystici certami
nis præliator,futuræ capiens insigne uictoriæ, spiritale sacramentum uigore mentis
agnouit,pluuiam illam uerbi rorem esse diuini,quæ primo pluit in uellus,cum terra
omnis perpetuis siccitatibus æstuaret. Secūdo uero indicio uniuersam terrā fuso im
bre madefecit,cum siccitas esset in uellere. Aduertit enim uir præsagus futuræ eccle
siæ crescentis insigne. Nam primo intra Iudæam diuini cœpit ros sermonis hume
Psal.75. scere. Notus enim in Iudæa deus,cū arido fidei totius orbis uniuersa torrerent. Sed
ubi Ioseph greges deum negare cœperūt, & ausu nefario immaniū delictorū con
trahere diuinitatis offensam,tunc per omnes terras fuso imbris rore cœlestis,popu
lus Iudæorū æstu perfidiæ suæ cœpit arescere,cum ecclesiā sanctam ex omnibus ter
rarum partibus cōgregatā, propheticæ nubes & salutaris imber apostolicus irriga
rent. Hæc est illa pluuia non terrarū humido,nō nebuloso concreta montiū, sed cæ
lestium scripturarū salubri per totū orbem imbre diffusa. Ostenditur exemplo igi
tur,nō omniū esse diuinæ mereri miracula potestatis,sed eorū quibus religiosæ de
uotionis studia suffragentur. Et diuini eos fructu operis abdicari,qui reuerentiæ cæ
lestis sunt exortes. Ostenditur etiā in mysterio,quod ad instaurandā ecclesiā dei fi
lius humani corporis sacramenta susceperit,abdicato populo Iudæorū,quibus con
D siliarius & propheta beneficiorumq; ademptа sunt miracula diuinorū, eo quōd ci
uico quodam inuidiæ næuo in dei filium credere noluerunt. Docuit igitur scriptura
quāta collatio gratiæ,quantū etiam sit munus diuinæ benedictionis in uiduis. Qui
bus quoniā honorificentia à deo tanta cōfertur,facile est aduertere qualis debeat ui
ta cōpetere. Docet enim Anna quales deceat esse uiduas,quæ immaturo mariti obi
tu destituta,maturæ tamen à deo remunerationem laudis inuenit,non minus reli
gionis officio quàm studio castitatis intenta. Vidua,inquit,octoginta & quatuor
annorū,uidua quæ nō discedebat de templo,uidua quæ ieiuniis & obsecrationibus
die ac nocte seruiret. Vides qualis uidua prædicetur,unius uiri uxor,ætatis quoque
probata iam processu,uiuida religioni,& effœta iam corpore,cui diuersoriū in tem
plo, colloquium in prece,uita in ieiunio,quæ dierum noctiumq; temporibus inde
fessæ deuotionis obsequio,cum corporis agnosceret senectutem,pietatis tamen ne
sciret ætatem. Sic institūitur à iuuentute uidua,sic prædicatur in senectute ueterana,
quæ uiduitatem non occasione temporis, nō imbecillitate corporis,sed uirtutis ma
gnanimitate seruauerit. Etenim cum dicit septem annis eam cum uiro fuisse à uirgi
nitate sua, ab adolescentiæ utique studiis inchoata prædicat subsidia senectutis.
Docemur itaque triplicem castitatis esse uirtutem, Vnam coniugalem,aliam uidui
tatis, tertiam uirginitatis. Non enim aliam sic prædicamus, ut excludamus alias.
Suis quibusq; professionibus ista cōducūt. In hoc ecclesiæ opulens disciplina,quod
quos præferat habet,quos reiiciat nō habet,atq; utinam habere nunquā possit. Ita
igitur uirginitatem prædicamus,ut uiduas non reiiciamus, ita uiduas honoramus,
ut suus honor coniugio reseruetur. Non nostra hoc præcepta, sed diuina testimo
nia docent. Reminiscamur itaq; quemadmodum Maria, quemadmodum Anna,
quemadmodū

A quemadmodum Susanna laudentur. Et quoniam non laudes earum tantūmodo
prædicandæ sunt, sed disciplinæ etiam sunt sequendæ, reminiscamur ubi Susanna,
ubi Anna,ubi Maria sint repertæ,& aduertamus quemadmodū singulæ aptis lau
dibus prædicentur,& ubi nam commorantur. Nupta in paradiso,uidua in templo,
uirgo in secreto,sed in illis tardior fructus, in uirgine maturior. Illas senectus pro
bat,uirginitas laus ætatis est,nec adiumenta quærit annorū,quæ omniū est fructus
ætatum. Adolescentiam decet, iuuentutem ornat, amplificat senectutem, omniq;
æuo habet iusticiæ suæ canos, maturitatem grauitatis,uelamen pudoris,qui deuo
tionem non impediat, religionem augeat. Aduertimus enim ex sequentibus, quia
quotannis in die solenni paschæ sancta Maria cum Ioseph Hierusalem petebat
ubique impigra deuotio, ubique assiduus uirgini comes pudoris adiungitur. Nec
inflatur domini mater quasi secura de meritis,sed quo meritū maius agnouit,eo uo
tum uberius exoluit,officiū copiosius detulit,munus religiosius uexit,mysticū tem
pus impleuit. Quanto igitur uos magis cōuenit intentas esse studio castitatis,ne lo
cum sinistræ relinquatis opinioni,quæ pudicitiæ testimonium in solis habetis mori
bus? Virgo enim licet in ea quoq; maior sit morū prærogatiua quàm corporis,ca
lumniam tamē integritate carnis abiurat. Vidua quæ probandæ subsidiū uirgini
tatis amiserit,nō in uoce obstetricis,sed in suis moribus habet castitatis examē. Do
cuit igitur scriptura,q; attentus uiduæ esse debeat & religiosus affectus. Docuit etiā
lib.eodem,sed alio loco, q; misericordē in pauperes & liberalem esse cōueniat. Nec
paupertatis debere cōtemplatione reuocari,quia liberalitas nō cumulo patrimonij,
B sed largitatis definitur affectu. Denicq; dominica uoce illa uidua omnibus anteferē,
de qua dictum est: Vidua hæc plus omnibus misit. In qua moraliter dominus insti Luc.21.
tuit uniuersos,ne quis à collatione ministerij paupertatis pudore reuocetur. Nec si
bi diuites blandiantur quod plus uideantur conferre quàm pauperes. Vberior est
enim nummus è paruo,q; thesaurus è maximo,quia nō quantū detur, sed quantū
residear expenditur. Nemo plus tribuit,quàm qui nihil sibi relinquit. Quid tu diues
egeni cōparatione te iactas,& cum tota onereris auro, preciosam per humū trahēs
uestem,quasi inferior tuis & parua diuitijs honorari desideras, quia inopem colla
tione uicisti? Et flumina superfluūt cū redundant. Gratior tamen haustus è riuulo
est. Spumāt & musta dum feruent,nec damnū putat agricola quod defluxerit. Ge
mentibus areis dum cæditur messis,frumenta defolliūt. Sed deficientibus messibus
nō deficit hydria de farina,& plena olei testa desudat. Exinaniuit tamen, dolia diui
tum siccitas,cum uiduæ pauxillulū olearij redundaret. Non ergo quid fastidio ex
puas,sed quantum deuotione conferas,æstimandū est. Denicq; nulla plus tribuit,q;
illa quæ de filiorū alimentis pauit prophetā. Et ideo quia nulla plus contulit, nulla
plus meruit. Hæc moraliter. nec mystice tamen despexeris hanc mulierem in gazo
phylaciū duo æra mittentē. Magna planè fœmina quæ diuino iudicio meruit omni
bus anteferri, ne forte illa sit quæ de fide sua ad subsidium hominū duo testamen
ta contulerit. Et ideo nulla plus fecit. Nec quisquam hominum quantitatem potuit
collationis eius æquare,quæ fidem cum misericordia copulauit. Et tu igitur quæcun
que uitam studio uiduitatis exerces,ne dubites ad gazophylacium duo æra deferre
uel fidei plena uel gratiæ. Felix illa quæ de thesauro suo integram regis imaginem
profert. Thesaurus tuus sapientia, thesaurus tuus castitas atque iusticia est, the
saurus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C saurus tuus intellectus bonus. Qualis ille thesaurus fuit, de quo magorum uiri, aurum, thus & myrrham cum adorarent dominum, protulerunt. Auro regis potentiã declarantes, deum thure uenerantes, myrrha resurrectionẽ corporis cõfitentes. Ha-
2.Cor.4. bes & tu thesaurum hunc, si in te requiras. Habemus etenim thesaurum in uasis fictilibus. Habes aurum quod conferas. Non enim renitentis metalli precium deus exigit, sed illud aurum quod iudicij die nequeat ignis exurere. Nec dona pretiosa deposcit, sed odorem fidei, quem altaria tui cordis exhalent, & religiosæ mentis spiret affectus. Ex hoc igitur thesauro, nõ solum magorũ tria munera, sed etiam duo uiduæ æra promuntur, in quibus integra cœlestis imago regis effulgeat, splendor gloriæ eius & imago substantiæ. Bona & illa planè laboriosæ stipendia castitatis, quæ de suo opere quotidianoq; pensũ conferat uidua, nocturnis pariter ac diurnis iugi exercens labore pensa temporibus, & pudicitiæ quæstuosæ peruigil opere mercedem congregans, ut intemeratũ defuncti coniugis cubile custodiat, alere dulces liberos possit, ministrare paupẽribus. Hæc est præferẽda diuitibus. Hæc est quæ Christi iudicium non timebit. Hanc æmulamini filiæ. Bonum est enim æmulari in
1.Cor.12. bono semper. Æmulamini meliora charismata. Spectat uos dominus semper, spectat, inquam, Iesus cum ad gazophylaciũ acceditis, & de bonorũ operum mercedibus stipem portatis egentibus conferendam. Quantum est igitur ut æra tua conferas, & Christi corpus acquiras? Noli ergo uacua prodire in conspectu domini dei tui, uacua misericordiæ, uacua fidei, uacua castitatis. Non enim inanes dominus, sed uirtutibus opimas spectare Iesus & laudare consueuit. Videat te adolescentula la-
D borantem, uideat ministrantem. Hæc est enim merces quam deo debes, ut de aliarũ quoq; profectibus mercedem deo tuo conferas. Nulla merces deo melior, quàm ea quæ habet pietatis munera. An uero mediocris tibi uidua illa uidetur Noëmi, quæ uiduitatem suam messis manipulis sustentabat alienæ, quã æuo grauem alebat nurus? Nam hoc quoq; & ad subsidium & ad gratiam uiduarum proficit, ut ita instituant nurus suas, quo possint in his maturæ habere subsidium senectutis, & quasi stipendium magisterij, mercedem quoq; suæ capere disciplinæ. Etenim quæ bene instituerit, bene erudierit nurum suam Ruth, ei deesse non poterit, quæ uiduitatem socrus paternæ domui præferat. Et si uir quoq; eius mortuus fuerit, nõ relinquat tamen, alat inopem, soletur mœrentem, nec dimissa discedat. Nescit enim egere optima disciplina. Sic illa Noëmi duobus destituta filijs & marito, quæ fructus fœcunditatis amiserat, pietatis emolumenta non perdidit. Nam & solatium mœroris, & subsidium paupertatis inuenit. Videtis igitur sanctæ fœminæ quàm fœcunda sit uidua prole uirtutum meritorumq; suorum sobole, quæ perire nõ possit. Bona igitur uidua egere non nouit, & si fessæ fuerit ætatis & supremæ paupertatis, eruditionis tamen suæ solet habere mercedem. Etsi proximi defuerint, inuenit tamen extraneos qui matrem colant, reuereantur parentem, paruisq; alimentorum sumptibus mercedem cupiant suæ cõmendationis acquirere. Plus enim uiduæ rependunt merita, quàm cibus quærit, sumptus impendit. Sed tristes uidetur ducere dies, & lachrymis tempus exigere, Hæc beatior quod perpetua sibi gaudia exiguis fletibus emit, par-
Luc.6. uisq; momentis tempora acquirit æterna. Quibus bene dicitur: Beatæ tristes, ipsæ enim ridebitis. Quis igitur falsas præsentium imagines gaudiorum, futuræ securitatis præferat uoluptati? An despicabilis nobis autor uidetur ille dominici corporis,

autor

A autor electus qui cinerem sicut panem manducabat, & potũ cum fletu miscebat, ut Psal.101.
uespertinis lachrymis, matutinæ sibi lætitiã redemptionis acquireret? Vnde igitur plurimum gaudere meruit, nisi quia plurimũ fleuit, & tanquam lachrymarũ precio suarum futuræ sibi gloriæ gratiam comparauit? Habet igitur uidua bonam cõmendationis suæ materiã, ut dum uirum luget, fleat seculũ, & in promptu sint lachrymæ redemptrices, dum penduntur mortuis uiuentibus profuturæ. Paratus est mœstitudine animi fletus oculorũ, misericordiã conciliat, laborem minuit, dolorem ableuat, seruat pudorem, nec iam misera sibi uidetur quæ consolationẽ in lachrymis habet, in quibus sunt charitatis stipendia, pietatis officia. Sed nec fortitudo bonæ uiduæ deesse consueuit. Hæc enim uera est fortitudo, quæ naturæ usum, sexus infirmitatẽ, mentis deuotionem transgreditur. Qualis in illa fuit, cui nomen Iudith, quæ uiros obsidione fractos, perculsos metu, tabidos fame, sola potuit à colluuione reuocare, ab hoste defendere. Etenim ut legimus, cum Holophernes successu multorum terribilis præliorum intra muros innumera uirorũ milia coëgisset, armatis pauentibus, & de extrema iam sorte tractantibus, extra murum processit, & in illo præstantior exercitu quem liberauit, & eo fortior quem fugauit. Sed ut discas maturæ uiduitatis affectum, seriem ipsam prosequere scripturarum. A diebus enim uiri sui quibus Iudith.8.
ille defunctus est, uestem iocũditatis deposuit, mœroris assumpsit, per omnes dies intenta ieiunio, sabbato tantum & dominica, sacratarũq; temporibus feriarum nõ refectioni indulgens, sed religioni deferens. Hoc est enim, siue manducatis siue bibi 1.Cor.10
tis, in nomine domini Iesu Christi agenda esse omnia, ut etiam ipsa refectio corpo
B ralis sacro religionis cultui deferatur. Diuturnis igitur mœroribus & quotidianis roborata ieiunijs sancta Iudith, quæ seculi oblectamenta non quæreret, periculi negli Iudith.10
gens, mortisq; contemptu fortior, ut commento strueret dolum, uestem illam iocunditatis, quam uiuente uiro uestiri solebat, se induit, quasi placitura uiro si patriã liberaret. Sed uirum alium uidebat, cui placere quærebat. Illum utiq; de quo dictũ est: Post me uenit uir qui ante me factus est. Et bene coniugales pugnatura resum- Ioan.1.
psit ornatus, quia monimenta cõiugij arma sunt castitatis. Neque enim uidua alijs aut placere posset aut uincere. Quid cætera prosequamur, quod inter tot milia hostium casta permansit? Quid eius sapientiam prædicemus, quod huiuscemodi est commenta consilium, ut dum potentem elicit intemperantia, à se inferiores arceret, occasionem pararet uictoriæ, abstinentiæ meritum, pudicitiæ gratiam reseruaret. Nec cibo enim ut legimus maculata nec adultero, non minus seruatæ castitatis ex hostibus reuexit trophæum, quàm patriæ liberatæ. Quid sobrietatem loquamur. Temperantia enim uirtus est fœminarum. Inebriatis uino uiris, & somno sepultis, abstulit uidua gladium, exeruit manũ, bellatoris abscidit caput, per medias hostiũ acies intemerata processit. Aduertatis igitur quantũ nocere mulieribus possit ebrietas, quando uiros uina sic soluunt ut uincantur à fœminis. Esto igitur uidua temperans, casta primum à uino, ut casta possis esse ab adultero. Nequaquam te ille tentabit, si uina non tentent. Nam si Iudith bibisset, dormisset cum adultero. Sed quia non bibit, haud difficile ebrios exercitus unius sobrietas & uincere potuit & eludere. Nec dexteræ tantũ hoc opus, sed maiora trophæa sapientiæ. Nam manu solũ Holophernem uicisset, Consilio autem omnium hostium uicit exercitum. Suspenso enim Holophernis capite, quod uirorum consilio non potuit excogitari, suorum

S erexit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C erexit animos, hostiũ fregit, suos pudore excitans, hostes quoq; terrore percellens, eo quod cæsi sunt & fatigati. Ita unius uiduæ temperantia atque sobrietas non solum naturam suam uicit, sed quod est amplius, fecit uiros etiam fortiores. Nec his tamen elata successibus, cui utiq; gaudere & exultare licebat iure uictoriæ, uiduitatis reliquit officium, sed contemptis omnibus qui eius nuptias ambiebant, uestem ioc cunditatis deposuit, uiduitatis resumpsit, nec triumphorum suorum amauit ornatus: Illos existimans esse meliores quibus uitia corporis, quàm quibus hostium arma uincuntur. Ac ne una uidua tantum hoc opus imitabile alijs uideatur implesse, plures alias uel pariles uel proximæ fuisse uirtutis, nequaquã dubitandum uidetur. Bona enim seges plurimas spicas fructu refertas ferre consuevit. Nec dubites illam ueterum segetem temporum in complurium fœminarum moribus fœcũdasse. Sed quia prolixum est complecti omnes, cognoscite aliquas, & præcipue Debboram, cuius nobis prodidit scriptura uirtutem. Hæc enim docuit non solum uiri auxilio uiduas non egere, uerum etiam uiris posse esse subsidio, quæ nec sexus infirmitate
Iudic. 4. reuocata munia uirorum obeunda susceptit, & susceptа cumulauit. Deniq; cum Iudæi iudicum regerentur arbitrio, qui uirili non poterant uel æquitate regi uel uirtute defendi, bellis hinc inde ardentibus, Debboram sibi cuius regerentur iudicio, coptarunt. Itaq; multa milia uirorum una uidua & in pace rexit, & ab hoste defendit. Multi iudices in Israël, sed nulla ante iudex fœmina: Multi iudices post Iesum, sed nullus propheta. Et ideo lectum istius puto esse iudicium, & gesta eius arbitror esse descripta, ne mulieres à uirtutis officio muliebris sexus infirmitate reuocentur. Vidua populos regit, uidua ducit exercitus, uidua duces eligit, uidua bella disponit,
D mandat triumphos. Non ergo natura rea est culpæ, nec infirmitati obnoxia. Strenuos enim non sexus, sed uirtus facit. Et in pace quidem nulla querimonia, nullus error mulieris inuenitur, cum pleriq; non mediocrium peccatorum autores populo suo iudices extitissent. Vbi uero Chananæa gens ferox prælio, & affluentium copiarum opima successu, hostiles in populum Iudæorum animos extulerunt, uiduæ præ cæteris bellicos instruit apparatus. Et ut discas non publicis copijs domesticas necessitates fuisse subnixas, sed domesticis disciplinis, munus publicum gubernatum, domo propria filium ducem producit exercitus, ut agnoscatis quod possit instituere uidua bellatorem. Quem quasi mater erudijt, quasi iudex proposuit, quasi fortis instituit, quasi prophetes uictoriæ certa transmisit. Denique in mulieris ma-
Iudic. 4. nu summam fuisse uictoriæ, docet Barach filius dicens: Nisi tu ueneris mecum, nõ ibo, quia non noui diem in qua dirigit dominus angelum suum mecum. Quanta ergo fœminæ istius uirtus, cui dux dicit exercitus: Nisi tu ueneris, non ibo? Quanta, inquam, uiduæ fortitudo, quæ à periculis filium nec materno reuocat affectu, immo ad uictoriam filium studio matris hortatur dicens: quod in manu mulieris sit summa uictoriæ. Debbora ergo prælij probauit euentum, Barach iussus produxit exercitum, Hialech cœpit triumphum. Huic enim prophetia Debboræ militauit. Quæ mystice nobis ortum surrecturæ ex gentibus ecclesiæ reuelauit, cui triumphus de Sisara spirituali, hoc est de aduersarijs potestatibus quæreretur. Nobis igitur prophetarum oracula dimicarunt, nobis illa prophetarum iudicia & arma uicerunt. Et ideo non populus Iudæorum, sed etiam Hialech uictoriam de hoste quæsiuit. Infelix ergo populus qui hostem quem fugauit, persequi fidei uirtute non potuit.

A tuit. Itaque illorum delicto salus gentibus, illorum desidia nobis seruata uictoria est. Hialech ergo prostrauit Sisaram, quem tamen coruſco duce, hoc enim significat interpretatio Barach, manus ueterum fugauerat Iudæorum. Frequenter enim ut legimus, orationibus & meritis prophetarum cœlestia patribus affuere subsidia, sed his iam tunc de nequicijs spiritalibus uictoria parabatur, quibus dicitur in Euãgelio: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitu- Matth. 25.
tione mũdi. Ergo principium uictoriæ à maioribus, finis in ecclesia. Ecclesia autem 1. Cor. 10.
non armis secularibus uincit aduersarias potestates, sed armis spiritualibus quæ sunt fortia deo ad destruendas munitiones, & altitudinem nequiciæ spiritualis. Et ideo Sisaræ sitis, lactis poculo restinguitur, quia oratione superatur. Quod eñ nobis salutare ad escam, hoc aduersariæ põtestati letale ad infirmitatem. Arma ecclesiæ fides, arma ecclesiæ oratio est, quæ aduersarium uincit. Ergo secundum historiam ad prouocandos animos fœminarum, fœmina iudicauit, fœmina disposuit, fœmina prophetauit, fœmina triumphauit, & præliaribus intermixta copijs imperio uiros docuit militare fœmineo. Secundum mysterium ueræ fidei, militia ecclesiæ uictoria est. Non ergo habetis quod per naturam uos excusetis fœminæ. Non habetis uiduæ quod ad infirmitatem sexus, ad amissionem subsidij maritalis mobilitatem uestram referre possitis. Satis unicuique præsidij est, si uirtus animi non desit. Et ipse in uiduis frequens processus ætatis munimen pudoris est, & ipse amissi coniugis dolor, usus operis, domus cura, sollicitudo liberorum noxiam pudori solet arcere lasciuiam. Atq; ipse lugubris habitus, pompa funebris, fletus assiduus, &
B mœstæ fronti inarantibus rugis impressa tristitia, petulantium premit oculos, restinguit libidines, procaces auertit aspectus: bonus custos pudoris, pietatis dolor, non obrepit culpa si cura non desit. Didicistis igitur uiduæ subsidio uos non egere naturæ, & posse salubritatem tenere consilij, nec domestico indigere præsidio, quæ etiam publicæ potestis apicem potentiæ uendicare. Sed fortasse dicit aliqua, ei tolerabiliorem uiduitatem cui profluant res secundæ, aduersis uero uiduas cito frangi, facile succumbere. De quo & si ipso doceamur usu, læta uiduis lubrica magis esse quàm seria, tamen scripturarum instruimur exemplis, infirmitatibus quoque uiduarum non deesse solere subsidia, faciliusq; quàm cæteris diuina atque humana suppetere, si bene filios instituant, generos legant. Denique cum so- Luc. 4.
crus Simonis magnis febribus detineretur, Petrus & Andreas rogauerunt dominum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri, & remisit illam, & continuo surgens ministrabat illis, Magnis inquit, tenebatur febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et tu habes proximos, qui deo pro te supplicent. Habes Apostolos proximos, habes martyres proximos, si ipsa martyribus deuotionis societate, misericordiæ quoque muneribus appropinques. Proximus est enim qui misericordiam facit. Fac & tu misericordiam, & eris Petro proxima. Non sanguinis necessitudo, sed uirtutis cognatio facit proximos, quia non in carne ambulamus, sed in spiritu. Ama ergo propinquitatem Petri, affinitatem Andreæ, ut pro te rogent, & recedant cupiditates tuæ uerbo dei pulsæ. Surges ilico, quæ in terris iacebas, ut Christo ministres. Nostra enim conuersatio in cœlis est, unde & saluatorem Philip. 3.
expectamus dominum Iesum. Nemo enim iacens Christo ministrat: ministra pauperi, & ministrasti Christo. Quod enim uni horũ fecistis, mihi inquit fecistis. Matth. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Habetis ergo uiduæ auxilium, si tales uobis generos posteritatis uestræ patro-
nos, tales proximos eligatis. Ergo rogauerunt pro uidua Petrus & Andreas. Vti
nam existat aliquis qui tam cito possit rogare pro nobis, uel certe iste qui p socru
rogat, Petrus & Andreas frater eius. Tunc enim pro affinitate poterant, nunc iam
possunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtis enim quod magno pecca-
to obnoxia, minus idonea sit quæ pro se precetur, certe quæ pro se impetret. Ad-
hibeat igitur ad medicum alios precatores. Ægri enim nisi ad eos aliorum preci-
bus medicus fuerit inuitatus, pro se rogare non possunt. Infirma est caro, mens
ægra est, & peccatorum uinculis impedita. Ad medici illius sedem debile non po-
test explicare uestigium, obsecrandi sunt angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium
dati sunt, martyres obsecrandi, quorum uidemur nobis quoddam corporis pigno
re patrocinium uendicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio san-
guine etiam si qua habuerũt peccata, lauerunt. Isti enim sunt dei martyres, nostri
præsules, speculatores uitæ actuúmque nostrorum. Non erubescamus eos intercef
sores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis etiam cum uin-
cerent cognouerunt. Inuenit ergo Petri socrus qui pro se rogarent. Et tu uidua inue
nis qui pro te supplicent, si quasi uere uidua & desolata in deum speres, instes ob-
secrationibus, insistas orationibus, afficias corpus tuum quasi quotidie moriens, ut
1. Tim. 5. moriendo reuiuiscas. Fugias delitias, ut etiam ægra saneris. Nam uidua quæ in de
litijs est, uiuens mortua est. Sublata est tibi causa nubendi, habes qui pro te inter-
cedant, ne dixeris, destituta sum: Querela nupturæ est. Ne dixeris, sola ego sum.
D Castitas solitudinem quærit, pudica secretum, impudica conuentum. Sed negoci-
um habes, & intercessorem aduersarij uereris, apud iudicem pro te dominus inter-
uenit dicens: Iudicate pupillo & iustificate uiduam. Sed patrimonium uis tueri,
maius pudoris est patrimonium, quod melius regit uidua quàm nupta. Seruus
peccauit, ignosce. Melius est enim alterius culpam feras, quàm tuam prodas. Sed
uis nubere, licet non habet crimen simplex uoluntas, causam non quæro, cur fin-
gitur? Si honestum putas, fatere, si incongruum, sile, ne accuses deum, ne accuses
propinquos quod præsidia tibi desint. Vtinam non desit uoluntas, ne te consulere
liberis dicas, quibus matrem eripis. Est etiam quod facultati licet, ætati non li-
cet. Cur maternæ parantur nuptiæ inter nuptias filiarum, & plerunque post nu-
ptias? Cur adulta filia discit prius sponsum matris quàm suum erubescere? Suasi-
mus fateor ut uestem mutares, non ut flammeum sumeres, ut à sepulchro recede-
res, non ut thalamũ præparares. Quid sibi uult noua nupta post generos? Quàm
indecorum est iuniores habere liberos quàm nepotes. Sed ad propositum reuerta
mur, ne qui nostrorum dolemus uulnera peccatorum, medicum relinquimus, &
dum alienis medemur ulceribus, ulcera nostra cumulemus. Rogatur ergo hic medi
cus. Ne timeas, quia magnus est dominus & fortasse ad ægram non dignatur ue-
nire. Venit enim ad nos sæpe de cœlo, nec solum diuites, sed etiam pauperes so-
let & seruulos pauperum uisitare. Venit & nunc rogatus ad Petri socrum, & stans
super illam imperauit febri & remisit illam, & continuo surgens ministrabat illi. Si
cut dignus memoria, ita dignus desiderio, dignus etiam charitate dominicæ in
singulos dignationis affectus, & facta miranda, uisitare uiduas non dedignatur,
& tugurij uilis penetralia angusta succedere. Quasi deus imperat, quasi homo
uisitat.

A uisitat. Gratias euangelio, per quod etiam nos qui oculis nostris uenientem in hunc
mundum non uidimus Christum, uidemur ei dum facta eius legimus interesse, ut
sicut illi quibus appropinquabat fidem mutuabãtur ex eo, ita etiam nobis dum ge-
stis eius credimus appropinquet. Vides qualia habeat genera sanitatũ, imperat fe-
bri, imperat spiritibus immũdis, alibi ipse imponit manus. Non solum igitur uerbo
sed etiam tactu ægros curare consueuit. Et tu igitur quæ uarijs mundi æstuas cupi-
ditatibus, uel fœmã uiri alicuius cupis uel pecuniam, roga Christum, adhibe medi-
cum, porrige ei dexteram tuam, & tangat interiora tua dei manus, uerbiq; cœlestis
gratia interiorũ uenas scrutetur animorũ. Pulset dei dextera secreta cordis. Alij ocu
los luto illinuit, ut uidere posset, Creatorq; omniũ docet nos nostræ memores de-
bere esse naturæ, & corporis cernere utilitatem. Nemo enim magis potest uidere di-
uina, nisi qui humilitate cõscia sui, nescit extolli. Alius sacerdoti se offerre præcipitur,
ut carere in perpetuum lepræ possit exuuijs. Solus enim mentis & animi potest ser-
uare munditiam, qui ei sacerdoti se nouit offerre, quem pro peccatis nostris accepi-
mus aduocatum, Illum utiq; cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordi- Psal. 109.
nem Melchisedech. Nec uereare moram aliquã sanitatis, nescit indumentum qui sa
natur à Christo. Opus est ut remedium adhibeas quod acceperis. Simul enim ut
præceptum dederit, cæcus uidet, paralyticus ambulat, mutus loquitur, surdus audit,
febriens ministrat, lunaticus liberatur. Et tu igitur quæcũq; in decore alicuius rei cu-
piditate languescis, obsecra dominum, fidem defer, nec ullam timeas moram, ubi
adest oratio, adest uerbum, fugatur cupiditas, libido discedit. Ne confessionis uerea
B ris offensam, immo magis præsume prærogatiuam. Incontinentia enim qua cor-
poris morbo antea laborabas, Christo incipias ministrare. Potest etiam hoc loco ui
deri Petri socrus affectio uoluntatis, ex qua sibi uelut semen futuræ posteritatis as-
sumpserat, quod unicuiq; uoluntas sua posteritatis est autor. Ex uoluntate enim sa
pientia nascitur, quam sapiens in matrimonium ascisci sibi dicens: Proposui ergo Sapien. 8.
hanc adducere ego mihi in coniugium. Ergo uoluntas illa quæ primo uariarum cu-
piditatum æstibus madefacta languebat, postea per apostolatus officium in mini
sterium Christi iam robusta surrexit. Simul qualis esse debeat quæ Christo mini-
strat ostenditur. Oportet eam primo carere uariarum illecebris uoluptatum, uita-
re internum corporis animiq; languorẽ, ut corpus & sanguinem Christi ministret.
Neq; enim potest quisquam peccatis suis æger minimeq; sanus, immortalium sani
tatũ remedia ministrare. Vide quid agas sacerdos, ne febrienti manu corpus Chri-
sti attingas, prius curare, ut ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerant lepro
si, Christus iubet occurrere sacerdotibus, quantomagis mundum ipsum conuenit
esse sacerdotem? Non habet igitur quod moleste ferat illa uidua quod sibi non pe-
percerim, quando nec mihi parco. Surrexit itaque Petri, inquit, socrus, & ministra-
bat illis. Et bene surrexit. Sacramenti enim typum apostolica iam gratia ministra-
bat. Proprium est autem surgere Christi ministros. Iuxta quod scriptum est: Surge Ephe. 5.
qui dormis, & exurge à mortuis. Didicimus igitur nec sumptibus egere uiduas, quæ
donare consueuerint, nec subsidio, quibus sæpe in periculis maximis defensæ sunt ui
rorum copijs. Maritalia ijs quoque officia uel à generis uel à proximis facile solere
reparari, esse etiam in eas diuinam misericordiam promptiorem. Et ideo cum sup-
petere non uideatur causa, nubendi studium abesse debere. Quod tamen pro consi

Universidad de Deusto
Biblioteca

C lio dicimus, non pro præcepto imperamus, prouocantes potius uiduam quàm li-
gantes. Neq; enim prohibemus ſecundas nuptias, ſed nō ſuademus. Alia eſt enim
infirmitatis contemplatio, alia gratia caſtitatis. Plus dico, non prohibemus ſecun-
das nuptias, ſed non probamus ſæpe repetitas. Neq; enim quicquid licet, & decet.
1.Cor.6. Omnia mihi licent, dicit apoſtolus, ſed non omnia ſunt utilia. Et uinum bibere li-
cet, ſed plurimū non decet. Licet ergo nubere, ſed pulchrius eſt abſtinere. Sunt enim
uincula nuptiarum. Vultis ſcire quæ uincula? Quæ ſub uiro eſt mulier, uiuente ui-
1.Cor.7. ro alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit uir, ſoluta eſt à lege uiri. Probatum eſt
igitur uinculum eſſe coniugium, quo mulier ligatur & ſoluitur. Bona mutui amoris
gratia, ſed maior eſt ſeruitus. Neque enim mulier ſui corporis poteſtatem habet,
ſed uir. Et ne forte tibi non coniugij uideatur iſta ſeruitus eſſe, ſed ſexus, ſimiliter &
uir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Quanta igitur coniugij neceſſi-
tas quæ ſubijcit alteri etiam fortiorem. Mutuis enim neceſſitatibus ab utroque ſer-
uitur. Nec temperanti licet iugo ſubducere caput, cum alterius intemperantiæ ſerui-
endum ſit. Precio, inquit, empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. Videtis quàm cui
dens ſit coniugalis definitio ſeruitutis. Non ego hoc dico, ſed apoſtolus, nec ille, ſed
Chriſtus qui loquebatur in eo. Et hanc utique ſeruitutem de bonis coniugibus de-
finiuit. Nanq; ſupra ſic habes: Sanctificatus eſt uir infidelis per uxorem fidelem.
Et ſanctificata eſt mulier infidelis per maritum fidelem. Et infra: Quod ſi infidelis
diſcedit, diſcedat. Non eſt ſeruituti deditus frater aut ſoror in talibus. Si igitur bo-
D num coniugium ſeruitus eſt, malum coniugium quid eſt, quando nequeunt ſe inui
cem ſanctificare ſed perdere? Sed ut ad gratiam uirtutis uiduas adhortamur, ita e-
tiam ad eccleſiæ diſciplinam fœminas prouocamus, quæ eccleſia conſtat ex omni-
bus. Et licet Chriſti grex conſtet ex omnibus, grex tamen in alijs pabulo ueſcitur,
in alijs adhuc lacte nutritur, quibus lupi illi qui latent in ueſtimento ouium, ſunt ca
uendi, abſtinentiæ ſpeciem prætendentes, prouocantes autem intemperantiæ fœ-
ditatem. Etenim quia ſciunt ualida onera caſtitatis, cum ipſi ea attingere digitis nō
queant, ab alijs ſupra modum exigunt, cum ipſi ſeruare nec modum poſſint, ſed in-
iuſto ſub faſce ſuccumbant. Menſura enim oneris pro menſura debet eſſe geſtan-
tis, alioquin impoſiti oneris fit ruina, ubi uectoris infirmitas eſt. Nam & infantium
fauces ſtrangulat eſca robuſtior. Et ideo ſicut multitudo uectorum, non paucorum
uiribus æſtimatur, nec tamen fortioribus de aliorum infirmitate præſcribitur, ſed
unicuique quantum oneris ſubire cupiat, relaxatur, manente mercedis cumulo in
uirtutis augmento: ita etiam fœminis, non laqueus injiciendus, non ſupra uires ab
ſtinentiæ grauioris uectura ſubeunda eſt: Sed relinquendum ut unaquæq; ſe pen-
dat, non autoritate aliqua coacta præcepti, ſed incremento gratiæ prouocata. Et
ideo diuerſis uirtutibus merces diuerſa propoſita eſt. Nec aliud reprehenditur, ut
aliud prædicetur, ſed omnia prædicantur, ut quæ meliora ſunt præferantur. Hono
rabile itaque coniugium, ſed honorabilior integritas, nam & qui matrimonio iun-
git uirginem ſuam, benefacit, & qui non iungit, melius facit. Quod igitur bonum
1.Cor.7. eſt, non uitandum eſt, & quod eſt melius eligendum eſt. Itaque non imponitur,
ſed præponitur. Et ideo bene Apoſtolus dixit: De uirginibus autem præceptum
domini non habeo, conſilium autem do. Etenim præceptum in ſubditos fertur, con
ſilium

ſilium amicis datur. Vbi præceptum eſt, ibi lex eſt, ubi conſilium, ibi gratia eſt. Præ
ceptum ut ad naturam reuocet, conſilium ut ad gratiam prouocet. Et ideo lex Iu-
dæis lata eſt, gratia autem electioribus reſeruata eſt. Lex ut à naturæ finibus culpæ
ſtudio demeantes, ad naturæ obſeruantiam pœnæ terrore reuocaret: Gratia autem
ut electos tum ſtudio bonorum, tum propoſitis etiam præmijs prouocaret. Et ut
intelligas diſtantiam præcepti atque conſilij, illum recorderis cui in Euangelio ante
præſcribitur, ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falſum teſtimoniū
dicat. Præceptum etenim ibi eſt, ubi eſt pœna peccati. At uero cum ſe præcepta le-
gis memoraſſet impleſſe, conſilium ei datur ut uendat omnia, & ſequatur domi-
num. Hæc enim non præcepto imperantur, ſed pro conſilio deferuntur. Duplex
nanque forma mandati eſt, una præceptiua, altera uoluntaria. Vnde & dominus
in alia dicit: Non occides, ubi præcepit. In alia: Si uis perfectus eſſe, uende omnia
tua. Ergo hic liber eſt à præcepto, cuius defertur arbitrio. Itaq; qui præceptū imple-
uerint, poſſunt dicere: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere fecimus. Hoc Luc.17.
uirgo non dicit. Non dicit ille qui bona ſua uendidit, ſed quaſi repoſita expectat
præmia, ſicut ſanctus apoſtolus ait: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Matth.19.
Quid ergo erit nobis? Non enim quaſi inutilis ſeruus, quod debuit facere feciſſe ſe
dixit, ſed quaſi utilis domino, qui commiſſa ſibi talenta quæſitis multiplicauit uſu-
ris, mercedem fidei atque uirtutis, bene ſibi conſcius meritorumq; ſecurus expe-
ctat. Et ideo ei cum cæteris dicitur: Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſe-
B derit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & ipſi ſuper duodecim ſedes,
iudicantes tribus Iſraël. At uero illi qui talenta ſeruauerit, & ſi præmia, minora ta-
men præmia pollicetur, dicens: Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te con-
ſtituam. Fides igitur ex debito, miſericordia in præmio. Qui bene credidit, ut ei
credatur emeruit. Qui bene contulit, quoniam ſuūm non quæſiuit, quod cœleſte
eſt impetrauit. Ideo ergo præceptum non datur, conſilium datur. Præceptum e-
nim caſtitatis eſt, conſilium integritatis. Sed non omnes capiunt uerbum iſtud, ſed Matth.19.
quibus datum eſt. Sunt enim ſpadones qui de matris utero ſic nati ſunt, in quibus
naturæ neceſſitas uirtus non eſt caſtitatis. Et ſunt ſpadones qui ſeipſos caſtrauerūt
uoluntate utique non neceſſitate. Et ſunt ſpadones qui facti ſunt ab hominibus. Et
ideo magna in ijs continentiæ gratia, quia uoluntas facit, non infirmitas continen-
tem. Nam decet integrum diuini operis ſeruare munus, nec illis forte parum ſit, lu-
brico corporis non teneri. Nam etſi erepta eſt ſubeundi iſtius palma certaminis, ere
pta etiam materia periculi, & quamuis non queunt coronari, non queunt tamē uin-
ci. Habent alia genera uirtutum quibus commendare ſe debeant, ſi fides firma ſit,
profluа miſericordia, aliena auaritia, frequens gratia. Sed in iſtis nulla culpa, quia
facti ignorantia. Non eadem cauſa eorum qui in ſeipſos ferro utuntur, quos non
imprudenter defleximus. Sunt enim qui uirtutis loco ponant, ferro culpam
compeſcere. De quibus & ſi noſtram uolumus proferre ſententiam, quamuis
ſint ſtatuta maiorum, conſiderent tamen, ne quis id ad profeſſionem infirmita-
tis trahat, non ad firmitatis gloriam. Ergo nemo militet ne aliquando uinca-
tur, nec pedis utatur obſequio qui gradiendi periculum reformidat, nec oculi
intendat officio, qui concupiſcentiæ timet lapſum. Sed quid prodeſt carnem
abſcindere, cum etiam ipſa culpa ſit in aſpectu? Nam & qui uiderit mulierem Matth.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ad concupiſcendum,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et quæ ſimiliter uirum in concupiſcentia uiderit,adulteratur. Caſtos ergo non infirmos eſſe nos conuenit.Pudicos oculos habere non debiles.Nemo igitur ut plerique arbitrātur,ſe debet abſcindere,ſed magis uincere. Victores enim recipit eccleſia,non uictos. Et quid argumentis? Preſto ſit apoſtolici forma præſcripti.Sic enim habes: Vtinam & abſcindantur Gal.5. qui uolunt uos circumcidi. Cur enim coronæ occaſio & uirtutis uſus eripitur homini qui ad laudem natus eſt,ad uictoriam præparatus eſt,qui ipſe potius uirtute animi caſtrare ſe poſſit? Sunt enim ſpadones qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnū cœlorū. Sed hoc nō omnibus imperatur,ſed ab omnibus flagitatur. Etenim qui mandata dat decretorum,ſemper tenere debet menſuram,& qui penſa diſtribuit,æqui- Prouerb.11. tatem debet examinis reſeruare. Statera enim fallax abominatio eſt apud deum. Eſt ergo minus pondus & maius. Sed utrunque non recipit eccleſia. Pondus enim maius & minimum, & menſuræ duplices immunda in conſpectu domini. Vtraque ſunt penſa quæ diuidit ſapientia. Et ita diuidit uirtutem, ut uires æſtimet ſingulorum. Et ideo dicit: Qui poteſt capere capiat. Scit enim creator omnium, affectus eſſe uarios ſingulorū. Et ideo præmijs uirtutem prouocauit,non infirmitatem uinculis alligauit. Scit & ille gentium doctor bonus morum auriga noſtrorum,& quidam interiorum rector affectuum,qui de ſeipſo didicerat,legi mentis,legem corporis repugnare, eandem tamen Chriſti gratiæ cedere, Scit,inquā,uarios curſus mentium repugnare. Et ideo neque in tantum adhortationem integritatis intendit, ut aboleret gratiam nuptiarum,neq; ita coniugium prætulit, ut ſtudia integritatis ex- D tingueret. Sed à continentiæ perſuaſione incipiens,ad incōtinentiæ remedia deſcendit.Et cum brauium ſupernæ uocationis fortioribus demonſtraſſet, deficere tamen in uia neminem paſſus eſt, ita plaudens prioribus, ut non deſpiceret & ſequentes. Didicerat enim & ipſe, quia dominus Ieſus alijs panem ordeaceum ne in uia deficerent,alijs corpus ſuum ut ad regnum cōtenderent miniſtrauit.Nec dominus ipſe præceptum impoſuit,ſed uoluntatem inuitauit.Nec apoſtolus præceptum ſtatuit, ſed conſilium dedit. Sed non hoc humanum conſilium,humanarum uirium habere menſuram. Diuinæ munus miſericordiæ confitetur in ſe eſſe collatum, ut fideliter ſciret prima præferre,ſecunda diſponere.Et ideo exiſtimo,inquit,non ſtatuo. Et exiſtimo bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem. Non ergo copula nuptialis quaſi culpa uitanda,ſed quaſi neceſſitatis ſarcina declinãda. Lex enim aſtrinxit uxorem,ut in laboribus & in triſtitia filios generet,& cōuerſatio eius ad uirum ſit,quod ei ipſe dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione filiorū addicitur nupta,non uidua,& dominatui uiri ſola ſubditur copulata,non uirgo. Omniū autem horum uirgo libera eſt, quæ uerbo dei ſuum ſpopondit affectum, quæ ſponſum benedictionis cum facibus expectat,bonæ lumine uoluntatis accenſo,Et ideo prouocatur conſilijs, non uinculis alligatur.Sed nec uidua præceptum accipit, ſed conſilium. Conſilium autem non ſemel datum, ſed ſæpe repetitum.Et primo dixit:Bo- 1.Cor.7. num eſt enim mulierem non tangere. Et iterum: Volo ſic omnes homines eſſe,ſicut & meipſum. Et tertio:Bonum eſt illis,ſi ſic maneant ſicut & ego.Et quarto:Bonum eſt propter inſtantem neceſſitatem, & hoc placere domino, & hoc honeſtum eſſe. Poſtremo beatiorem eſſe in uiduitate perſeuerantem, non tantum ſuo conſilio,ſed etiam dei ſpiritu definiuit. Quæ nam igitur talis cōſiliarij benignitatem recuſet,qui

& uo

& uoluntati habenas indulgeat,& id ſuadeat alijs quod in ſe expertus utile iudicauit, non facile comprehendi,nec faſtidioſis æquari? Quæ igitur refugiat, ſancta fieri corpore & ſpiritu, cum ſupra laborem ſit præmium, ſupra uſum gratia, ſupra opus merces? Atq; hoc ita dico,non ut laqueū cæteris iniiciam, ſed ut commiſſi mihi ruris operarius agrum hunc eccleſiæ fertilem cernam, nunc integritatis flore uernantem, nunc uiduitatis grauitate pollentem,nunc etiam coniugij fructibus redundantem. Nam & ſi diuerſi, unius tamen agri fructus ſunt, nec tanta hortorum lilia, quantæ ariſtæ ſegetum, meſſium ſpicæ, complurium; ſpacia camporum recipiendis aptantur ſeminibus, quàm redditis nouales fructibus feriantur. Bona ergo uiduitas, quæ totiens apoſtolico iudicio prædicatur. Hæc enim magiſtra fidei, magiſtra eſt caſtitatis. Vnde & illi qui deorum ſuorum adulteria & probra uenerantur, cœlibatus & uiduitatis ſtatuere pœnas, ut æmuli criminum mulctarent ſtudia uirtutum, Specie quidem qua fœcunditatem quærerent, ſed ſtudio quo propoſitum caſtitatis abolerent. Nam confectis & miles ſtipendijs arma deponit, & relicto officio quod gerebat ad propria ueteranus rura dimittitur, ut & ipſe exercitæ laboribus uitæ requiem cōſequatur, & alios ſpes futuræ quietis ſubeundis faciat operibus promptiores. Agricola quoque maturior torquenda alijs æſtiua committit, & iuuenili grauatus opere prouidentiam curæ ſenilis explorat, Vitem facilis tondere quàm premere, ut iuueneſcentem luxuriam reprimat, & adoleſcentem laſciuiã falçe ſuccidat, parcorum quandam partuum caſtitatem docens etiam in uitibus expetendam. Similis huic uidua uelut emeritis ueterana ſtipendijs caſtitatis,& ſi con- B iugij arma deponat, domus tamen totius pacem gubernat, & ſi uehendis oneribus ocioſa, maritandis tamen iunioribus prouida. Vbi cultus utilior, ubi fructus uberior ſit, quorum copiam aptior ſenili grauitate diſponit. Itaque ſi maturioribus potius quàm iunioribus committitur ager, cur putes utiliorem nuptam eſſe quàm uiduam? Quod ſi perſecutores fidei, perſecutores fuerunt etiam uiduitatis, utique fidem perſequentibus, uiduitas non pro ſupplicio fugienda eſt, ſed tenenda pro præmio. Sed fortaſſe aliquibus propter ſuſcipiendos liberos coniugia iteranda uideantur. Quod ſi filiorum ſtudium cauſa nubendi eſt, utique ubi eſt fructus filiorum, cauſa non ſuppetit, quanquam cuius conſilij ſit iterum experiri uelle, fruſtra tentat fœcunditatem aut ſubire quam pertulerit orbitatem.Hæc enim iterandi cauſa eſt filios non habentibus. Ergo illa quæ liberos ſuſcepit & perdidit, cum ipſa enim maior contentio quæ ſpem generandi habet, Illa,inquam,nónne ſibi uidetur inter ipſa repetitarum fœdera nuptiarum amiſſorum prætexere funera filiorum? Nónne iterum paſſura quod repetit, & ad ipſos uotorum tumulos exceptarum orbitatum imagines, lamentorum ſtrepitus perhorreſcit? Vel cum accenſis funalibus nox ducitur, nónne pompæ funebris exequias magis putat quàm thalamum præparari? Cur igitur filia dolores magis quos times repetis, quàm filios quos iã non ſperas requiris? Si grauis eſt dolor, ſubterfugienda cauſa eius eſt,non petenda. Nam tibi quid conſilij tribuam quæ liberos habes? Quæ tibi cauſa nubendi, niſi forte leuitatis error, & intemperantiæ uſus, & ſaucij cogit pectoris conſcientia? Sed conſilium ſobrijs non ebrijs datur. Et ideo apud liberam conſcientiam mihi ſermo eſt, cui utrunque integrum eſt. Habeat ſaucia remedium,

, honeſta

Universidad de Deusto
Biblioteca

C honesta consilium. Tu, inquam, filia quid moliris? Cur hæredes quæris extraneos, cum habeas tuos? Non filios desideras quos habes, sed seruitutem quam non habes. Hæc est enim uera seruitus, in qua infractior amor, quã non defloratæ pignus uirginitatis, & plena sancti pudoris & gratiæ ætas prima commendat. Vbi offensa grauior, suspectior insolentia, concordia infrequentior, quam nõ temporibus inolitus amor, non uigens annis forma conciliat. Molesta pietas, ut amare liberos metuas, aspicere liberos erubescas, atque inde oriatur causa discordiæ, unde solet mutuus amor mulcere affectus parentũ. Generare liberos uis, non fratres futuros tuorum, sed aduersarios filiorũ. Quid est ergo generare alios liberos, nisi spoliare quos habes liberos? Quibus pariter auferuntur & pietatis officia, & compendia facultatum? Lex diuina cœlesti inter se coniuges autoritate constrinxit, & difficile manet mutuus amor. Tulit enim costam de uiro, & formauit fœminam, ut sibi eos inuicem
Gen. 2. copularet dicens: Et erunt duo in carne una. Non hoc de secũdis sed primis nuptijs dixit. Neque enim Eua secundum accepit uirum, neque sancta ecclesia secundum
Ephe. 5. agnouit uirum. Sacramentum enim illud magnum est in Christo & in ecclesia. Et ideo custodiendũ est. Sed neq; Isaac aliam præter Rebeccam sciuit uxorem. Neq; Abraham patrem cum alia, nisi cum Saram sepeliuit uxorem. Nam in sancta Rachel magis figura mysterij fuit quàm ordo coniugij. Et tamẽ in ea quoq; habemus quod ad primi cõiugij gratiam referre possimus. Si quam primo sponsam habuit, plus amauit, nec fraus excusit affectum, nec sponsæ amorem coniugij interuentus aboleuit. Itaq; sanctus patriarcha nos docuit, quantum deferre primis nuptijs de-
D beamus, cum tantum primis sponsalibus ipse detulerit. Cauete igitur filiæ ne & gratiam nuptiarum tenere nequeatis, & molestias augeatis.

CAPITA PRIMI LIBRI DE POENITENTIA.

De commendatione moderationis erga peccatores seruandæ ab his qui illorũ morbos curare debent, per exempla, scripturã, atq; rationem, cum acri reprehensione eorũ qui dura pro mitibus sequenda opinantur, & cũ ipsi quærant misericordiam dñi, alijs eam denegant, cuiusmodi sunt doctores Nouatianorũ. Cap. I
De repulsione responsionũ quibus Nouatiani errorẽ suũ defendere conantẽ. C. II.
De sententia scripturæ in superiori capitulo adductæ, & quemadmodũ fieri possit ut aliquis qui uictus supplicijs deum sermone negauerit & corde adorauerit, per pœnitentiam mereatur ueniam peccatorum. Cap. III.
De dictorum in superiori capitulo multiplici probatione ex sacrarum scripturarum testimonijs. Cap. IIII.
De confutatione erroris Nouatianorũ qui spem ueniæ excludunt per exemplum de illo semiuiuo relicto à latronibus, quẽ pius Samaritanus dominus Iesus misericordia motus curauit, & supra suum iumentum imposuit uulneratum, & à sacerdote atque leuita prætereuntibus, per quos Nouatiani intelliguntur, fuit neglectus. Cap. V.
De ecclesia Christi per cœnam significata, ad quam omnes uocati sunt, siue boni siue mali, & qui se excusauerunt Nouatiani sunt atque cæteri hæretici, qui partem cum

cum Christo non habebunt, eo quod pœnitentiæ lauacrũ respuant. Cap. VI.
De multiplici potestate data discipulis à Christo, cum reprehensione Nouatianorum, qui remissionem in baptismo concedunt, sed pœnitentiæ lauacrum negant, cum nihil interfit inter utrunq; sacramentum. Cap. VII.
De falso intellectu scripturæ quo Nouatianus errorem suum probare contendit, quẽ autor hic efficaciter reprobat fultus scripturæ sacræ testimonijs. Cap. VIII.
Qualiter intelligenda sint uerba Ioannis in canonica sua dicentis: Est peccatum ad mortem, non de illo dico ut oret quis: Cum sanctus Iohannes non ignorauerit Moysen atque Hieremiam atque Stephanum pro salute aliorum orasse atque exauditos fuisse. Cap. IX.
De eo quod nullus fidem habens excluso, sit à uenia. Quod hi quoq; qui post pœnitentiam coronam martyrij meruerunt, maius etiam donum fidei perceperunt.
De forma quoque pœnitentis in semiuiuo à latronibus relicto conuenienter expressa. Cap. X.
De alijs quibusdã scripturis quibus eliditur error Nouatiani ueniam post lapsum negantis, cum dominus Iesus uenerit in mundum non uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Cap. XI.
Quemadmodum testimonijs ipsius Dauid atque sancti Pauli reprobetur falsitas Nouatiani, quia castigat deus omnem filiũ quem recipit, & quẽ castigauit morti non tradidit. Cap. XII.
B Quod peccantes tradantur plerunq; à deo atque ab eius ecclesia in potestatem diaboli, in afflictionem carnis ut spiritus saluetur. De custodia quoq; oculorum seruanda, & uelamine mulierum. Atq; exemplo Ioseph colloquia pudica esse seruanda. Cap. XIII.
De exhortatione ad castimoniæ puritatem, atq; fomentorum luxuriæ resecationẽ.
Quod satan quoq; autor sit debilitatis, in cuius potestatem per excõmunicationis censuram plericq; dantur ad tempus, ut spiritus saluetur. Cap. XIIII.
De ecclesiæ farina, & fermentum peccatorum quemadmodum expurgetur, fermentumq; hæreticorum quomodo in ecclesiæ farina abscondatur. De pascha quoq; nostro Christo immolato pro peccatoribus, quos inuidus à tanta gratia exclusit Nouatianus. Cap. XV.
De misericordia domini Iesu. Et quemadmodum hi qui eius clementiam non imitantur spiritus ipsius non sint. Et quod misericordia facta pœnitentibus in præsenti, testimonium sit remunerationis futuræ. Cap. XVI.
De indulgentia & pietate fienda emendatis, atque seueritate erga pertinaces. Et qui sint qui circũueniantur à satana. Et quod per interitum carnis nõ intellexerit apostolus eius consumptionem, sed castigationem atque uitiorum repressionem.
Caput XVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

DIVI AMBROSII MEDIO LANENSIS EPISCOPI DE POENITENTIA LIBER PRIMVS.

De commendatione moderationis erga peccatores seruandæ ab his qui illorum morbos curare debent, per exempla, scripturam atq; rationem, cum acri reprehensione eorum qui dura pro mitibus sequenda opinantur, & cum ipsi quærant misericordiam domini, alijs eam denegant, cuiusmodi sunt doctores Nouatianorum. Caput I.

I uirtutum finis ille est maximus, qui plurimorum spectat profectum, moderatio propè omnium pulcherrima est, quæ ne ipsos quidem quos damnat offendit, & quos damnauerit, dignos solet facere absolutione. Deniq; sola est quæ domini quæsitam sanguine ecclesiam propagauerit, imitatrix beneficij cœlestis, & redemptionis uniuersorum salubri fine temperans, quem ferre possint aures hominũ mentes non refugere, nõ pauere animi. Etenim qui stru-
D det humanæ infirmitatis emendare uitia, ipsam infirmitatẽ suis debet sustinere, & quo dammodo pensare humeris, nõ abijcere. Nam pastor ille euangelicus lassam ouem
Eccle.7. uexisse legitur, non abiecisse. Et Salomon ait: Noli iustus esse nimium. Debet enim iusticiam temperare moderatio. Nam quemadmodum se tibi curandum præbeat quem fastidio dedas, qui contemptui se nõ compassioni medico suo putet futurũ? Ideo dominus Iesus compassus nobis est, ut ad se uocaret, non deterreret. Mitis ue-
Matth.11. nit, uenit humilis. Deniq; ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam. Reficit ergo dominus, non excludit neq; abijcit, meritoq; tales discipulos elegit, qui dominicæ uoluntatis interpretes, plebem dei colligerent nõ repudiarent. Vnde liquet eos inter Christi discipulos non esse habendos, qui dura pro mitibus, superba pro humilibus sequenda opinantur, & cũ ipsi quærant domini misericordiam, alijs eam denegant, ut sunt doctores Nouatianorũ, qui mundos se ap-
Iob.15. pellant. Quid his superbius, cum scriptura dicat: quia nemo mundus à peccatis, nec
Psal.50. unius diei infans, Et Dauid clamet: A delicto meo munda me? Sanctiores isti q̃ Dauid, de cuius nasci familia Christus incarnationis elegit mysterio, cuius posteritas aula cœlestis est, utero uirginali suscipiens mundi redemptorem. Quid autẽ durius quàm ut indicant pœnitentiam quam non relaxent, cum utiq; ueniam negando incentiuum auferant pœnitentiæ? Nemo enim potest bene agere pœnitentiã, nisi qui sperauerit indulgentiam. Sed negant his oportere reddi cõmunionem, qui præuaricatione lapsi sunt. Si unum tantum crimen exciperent, dure quidem, sed tamen diuinis tantum redargui uiderentur sententijs, assertionibus tamen suis cõuenirent. Dominus enim crimen nullum excepit, qui peccata donauit omnia. At cum omnia peccata Stoicorum quodam more paribus putent æstimanda mensuris, &

A æque eum qui gallum, ut aiunt gallinatium, atque illum qui patrem suffocauerit, in perpetuum asserant cœlestibus abdicandũ mysterijs, quomodo unius criminis obijciunt reos, cum indignissimum esse, non possint etiam ipsi negare, ut paucorum pœna ueniat ad multos?

De repulsione responsionum quibus Nouatiani errorem suum defendere conantur. Caput II.

ED aiunt se domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum crimi num potestatem reseruent: imò nulli maiorem iniuriam faciũt, quàm qui eius uolunt mãdata rescindere, cõmissum munus refundere. Nam cum ipse in euangelio suo dixerit dominus Iesus: Accipite spiritum san- Ioan.20.
ctum, quorum remiseritis peccata remittũtur eis, & quorũ retinueritis detenta erũt, Quis est ergo qui magis honorat, utrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Ecclesia in utroq; seruat obedientiã, ut peccatum & alliget & relaxet. Hæresis in altero immitis, in altero inobediens, uult ligare quod nõ resoluat, nõ uult soluere quod ligauit, in quo se sua damnat sententia. Dominus enim par ius & soluendi esse uoluit & ligandi, qui utrunq; pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Sicut enim secundum dominicã sententiã, qui ligandi ius habet, & soluendi habet: ita istorum assertio seipsam strangulat, ut quia soluendi sibi ius negant, negare debeant & ligandi. Quomodo igitur potest alterum licere, alterũ
B non licere? Si quibusdam datum utrunq; est licere, aut utrunq; non licere, certũ est ecclesiæ utrunq; licere, hæresi utrunq; non licere. Ius enim hoc solis permissum sacerdotibus est. Recte igitur ecclesia uendicat, quæ ueros sacerdotes habet, hæresis uendicare non potest, quæ sacerdotes dei non habet. Non uendicando autem ipsa de se pronunciat, quod cum sacerdotes non habeat, ius sibi uendicare non debeat sacerdotale. Ita in impudenti contumacia, pudentem cernimus confessionem. Spectat etiam illud, quoniam qui spiritum sanctum accipit, & soluendi peccati potestatem & ligandi accipit. Sic enim scriptum est: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur, & quorũ retinueritis detenta erunt: ergo qui soluere non potest peccatum, non habet spiritum sanctum. Munus spiritus sancti est officium sacerdotis, ius autem spiritus sancti, in soluendis ligandisq; criminibus est. Quomodo igitur munus eius uendicãt, de cuius diffidunt iure & potestate? Quid quod insolentiores sunt? Nam cum ad misericordiam promptior quàm ad seueritatem sit spiritus dei, quod ait se uelle id nolunt, quod nolle, hoc agunt, cum uindicare iudicis sit, remittere misericordis. Tolerabilius igitur Nouatiane remitteres quàm ligares. Aliud enim quasi delinquendi parcens usurpares, aliud quasi ærumnæ compassus ignosceres. Sed aiunt se exceptis grauioribus criminibus relaxare ueniam leuioribus. Non hoc quidem autor uestri erroris Nouatianus ait, qui nemini pœnitentiam dandam putauit, ea scilicet contemplatione, ut quod ipse non posset soluere, non ligaret, ne ligando sperari à se faceret solutionem. In eo igitur patrem uestrum propria damnatis sententia, qui distinctionem peccatorum facitis, quæ soluenda à uobis putetis, & quæ sine remedio esse arbitremini. Sed deus distinctionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, & relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exaggerauerit, exaggeret etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C pœnitentiam. Maiora enim crimina, maioribus abluuntur fletibus, ità nec Nouatia
nus probatur qui ueniam intercluſit omnibus, nec uos imitatores eiuſdem & conde
mnatores, qui ibi minuitis ſtudia pœnitentiæ ubi augeri oportet, quia grauiora pec
cata maioribus ſuſtentanda fulcris docuit Chriſti miſericordia. Quæ autē iſtā per
uerſitas eſt, ut uobis uendicetis poſſibilia conceſſa, deo ut ipſi dicitis impoſſibilia re
ſeruetis? hoc eſt ſibi eligere cauſas ignoſcendi, deo materiem feriendi relinquere. Et
Rom 3. ubi eſt illud: Sit autem deus uerax, omnis autem homo mendax, ſicut ſcriptum eſt:
Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas cum iudicaris? Vt cognoſcamus igitur
deum miſericordiæ magis indulgentem eſſe quàm ſeueritatis tenacem, ipſe ait:
Miſericordiam malo quàm ſacrificium. Quomodo igitur ueſtrum poteſt acce
ptum eſſe ſacrificiū deo qui negatis miſericordiam, cum ipſe dicat, Nolle ſe mortem
Rom.8. peccatoris, ſed correctionem? Cuius interpres apoſtolus ait: Quia deus filium ſuū
mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne,
ut iuſtificatio legis impleretur in nobis. Nō ſimilitudine carnis ait, quia Chriſtus ue
ritatem ſuſcepit carnis humanæ, non ſimilitudinem, neq; in ſimilitudine peccati ait,
quia peccatum non fecit, ſed peccatum pro nobis factus eſt, ſed uenit in ſimilitudi
ne carnis peccati, hoc eſt, ſuſcepit ſimilitudinem carnis peccatricis. Ideo ſimilitudinē,
quia ſcriptum eſt: Et homo eſt, & quis agnoſcit eum? Homo erat carne, ſecundum
hominem qui agnoſceretur, uirtute ſupra hominem qui non agnoſceretur, ita & hic
carnem habebat noſtrā, ſed carnis huius uitia non habebat. Non enim ſicut omnis
homo eſt, ex uirili erat & fœminea permixtione generatus, ſed natus de ſpiritu ſan
D cto & uirgine immaculatū corpus ſuſceperat, quod non ſolum nulla uitia maculaue
rant, ſed nec generationis aut cōceptionis cōcretio iniurioſa fuſcauerat. Nam oēs
homines ſub peccato naſcimur, quorum ipſe ortus in uitio eſt, ſicut habes lectum di
Pſal.50. cente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me ma
Rom.7. ter mea. Ideo Pauli caro corpus mortis erat, ſicut ipſe ait: Quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Chriſti autem caro damnauit peccatum quod naſcendo nō ſen
ſit, quod moriendo crucifixit, ut in carne noſtra eſſet iuſtificatio per gratiā, ubi erat
ante colluuio per culpam. Quid ergo dicemus ad hæc, niſi quod dixit apoſtolus: Si
Rom.8. deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit, ſed pro nobis o
mnibus tradidit eum, quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit? Quis accu
ſabit aduerſum electos dei? Deus qui iuſtificat? Quis eſt qui damnet? Chriſtus qui
mortuus eſt, imò qui & reſurrexit, qui eſt in dextera dei, qui etiā interpellat pro no
bis? Pro quibus ergo Chriſtus interpellat, eos Nouatianus accuſat. Quos Chriſtus
ad ſalutem redemit, eos Nouatianus damnat ad mortem. Quibus Chriſtus dicit:
Matth.11. Tollite iugum meum ſuper uos & diſcite à me quia mitis ſum, Nouatianus dicit,
immitis ſum. Quibus Chriſtus dicit: Inuenietis requiē animabus ueſtris, iugū enim
meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt, his graue onus & durū imponit iugū No
uatianus. Quàm propenſus igitur ad miſericordiā ſit dominus Ieſus, licet iſta ſatis
inſtruant, tamen ipſe etiā te doceat, quia cum aduerſus impreſſionē perſecutionis in
Matth.10. ſtruere nos uellet, ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā aūt nō poſſunt
occidere, ſed potius eum timete qui poteſt animā & corpus mittere in gehennam. Et
infra: Omnis ergo qui confeſſus me fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego eum
coram patre meo qui eſt in cœlis. Qui aūt negauerit me coram hominibus, negabo
& ego

& ego eum coram patre meo qui eſt in cœlis. Vbi cōfitetur, pro omnibus confiteē,
omnes cōplectitur, ubi negat non omnes negat. Sicut eñ ſupra habetur: Omnis q
me confeſſus fuerit, confitebor & ego eū, hoc eſt, omnem. Conſequens erat, ut infra
quoq; ſic diceret: Omnis aūt q negauerit me. Sed ne oēs negare uideręē, ita ſubiecit:
Qui aūt negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum. Gratiam promittit
omnibus, nō omnibus minatur iniuriam: quod eſt miſerationis, exaggerat, quod
ultionis extenuat. Atq; ita ſcriptum eſt, non ſolum in eo libro qui ſecundum Mat
theum ſcribitur euangelij domini Ieſu, ſed etiam in eo lectum eſt, quem ſecūdum Luc.12.
Lucam reperimus, ut ſcias non ocioſe id poſuiſſe utrunq;.

De ſententia ſcripturæ in ſuperiore capitulo adductæ, & quēadmodū fieri poſſit,
ut aliquis q uictus ſupplicijs deū ſermone negauerit & corde adoraue
rit, per pœnitentiam mereatur ueniā peccatorum. Cap. III.

DIXIMVS quid ſcriptum ſit, colligamus ſententiam. Omnis inquit,
qui me cōfeſſus fuerit, id eſt, ex quacunq; uita, ex quocunq; ſtatu, q con
feſſus me fuerit, habebit remuneratorē me confeſſionis ſuæ. Cum dici
tur: Omnis, nullus à remuneratione q fuerit confeſſus excludiē. Non
ſimiliter, omnis q negauerit, negabitur. Poteſt enim fieri ut aliqs uictus ſupplicijs,
ſermone neget, & corde adoret. Nūquid eadē cauſa eſt eius qui ſpōte neget, & eius
quē tormēta inclinauerint ad ſacrilegium, non uoluntas? Quàm indignū aūt, cum
apud homines ualeat certaminis gratia, ut apud deū non ualere aſſeraē? Nā ſæpe
B in hoc athletarū ſeculari certamine etiā uictos quorū fuerint certamina ꝓbata, uul
gus hominū cū uictoribus coronare cōſueuit, maxime quos uiderit, aut forte dolo
aut fraude exciſos uictoria. Chriſtus ergo athletas ſuos quos uiderit grauibus pau
liſper ceſſiſſe ſupplicijs, ſine uenia patietur manere? Nūquid non habebit remune
rationem laboris, qui etiā q̄s proijcit nō in æternū proijcit? Dicit enim Dauid: Nō Pſal.76.
in æternū proijciet deus. Et cōtra hūc audiemus hereſim dicentē: Proijcit in æternū.
Nec in finē inquit miſericordiā ſuam abſcidet à generatione in generationem, aut
obliuiſcetur miſereri deus, clamat propheta: Et ſunt qui diuinæ miſerationis quæ
dam inducāt obliuia? Sed aiunt ideo ſe iſta aſſerere, ne mutabilem deum facere ui
deantur, ſi his quibus fuerat iratus ignoſcat.

De dictorum in ſuperiori capitulo multiplici probatione ex
ſacratarum ſcripturarum teſtimonijs. Capat IIII.

QVID ergo? Repudiabimus diuina oracula, & opiniones iſtorum ſeque
mur? Sed non deus alienis aſſertionibus ſed ſuis æſtimandus uocibus
eſt. Quid enim promptius ædere poſſumus in fine eius miſericordiæ, q̄
quod ipſe per prophetā Oſee, quibus tanq̄ iratus minabatur, continuo Oſee.11.
tanq̄ reconciliatus indulget. Ait enim: Quid tibi faciā Effrē, aut quid tibi faciā Iu
da? Et infra: Quō te cōſtituā? Velut Adama efficiā te & ſicut Seboim. In ipſa indi
gnatione uelut patrio quodam affectu heret, quō ad pœnā tradat errantē. Et ſi Iu
dæus miretur, deus tamē adhuc ſecū examinat. Sed cōtinuo qui dixerat: Sicut Ada
ma faciā te & ſicut Seboim, q̄ duæ urbes ex uicinia Sodomorū parilis excidij tra
xere conſortiū, Conuerſū eſt inqt cor meū, in eo ipſo cōturbata eſt pœnitētia mea.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Non faciam ſecundum iracundiam furoris mei. Nonne apparet quod ideo nobis peccantibus indignetur dominus Ieſus, ut indignationis ſuæ nos furore conuertat? Indignatio ergo eius nō ultionis executio, ſed magis abſolutionis operatio eſt. Sic enim dixit: Si conuerſus ingemueris ſaluus eris. Expectat gemitus noſtros, ſed temporales, ut remittat perpetuos. Expectat lachrymas noſtras, ut profūdat pietatem ſuam. Sic in Euāgelio, uiduæ matris lachrymis compaſſus, filium eius reſuſcitauit. Expectat conuerſionem noſtram, ut reuertamur & ipſi ad gratiam, quæ ſi nullus lapſus nobis irreperet, in nobis perſeueraret. Sed quia peccatis noſtris cōtrahimus offenſam, indignatur ut humiliemur, humiliamur ut digni ſimus magis miſeratione quàm pœna. Doceat te certe Hieremias dicens: Quia non repellet in æternū dominus, quoniam cū humiliauerit inquit, miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiæ ſuæ. Quia non humiliauit toto corde ſuo, neq; reppulit filios hominum. Hoc certe in threniſ Hieremiæ legimus. Et ex his uel cæteris quæ ſequuntur aduertimus, quia ideo humiliat ſub pedes ſuos omnes uinctos terræ, ut iudiciū eius declinemus. Sed nec toto corde humiliat peccatorem uſq; ad terram, qui etiam de terra ſuſcitat inopem & de ſtercore erigit pauperem. Non enim ex toto corde humiliat, qui ſe ueniæ reſeruat. Quod ſi non ex toto corde omnem humiliat peccatorem, quanto magis eum qui non ex toto peccauit? Nam ſicut dixit de Iudæis: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me, fortaſſe & de aliquibus labijs dicat: Iſti labijs me negarunt, ſed corde mecum ſunt. Vicit eos pœna, non auertit perfidia. Sine cauſa autem his aliqui ueniam negant, quorum fidem eo uſq; cōſectatus perſecutor eſt, ut eam ſtuderet expugnare tormentis. Negarunt ſemel, ſed quotidie confitētur. Negarunt ſermone, ſed confitentur gemitibus. Confitētur eiulatibus, confitentur fletibus, confitentur liberis non coactis uocibus. Ceſſerunt quidem ad tempus diaboli tentationi, ſed etiam diabolus poſtea receſſit ab his quos ſibi uendicare non potuit. Ceſſit ergo fletibus, ceſſit pœnitentiæ. Quos inuaſerat alienos, perdidit ſuos. Nonne ita iſtud eſt, ac ſi quis captiuum uictæ urbis populū abducat? Captiuus abducitur ſed inuitus qui in alienas terras neceſſitate contendat, intimo tamen non migret affectu, patriam ſecum animo uehat, quærat copiam quemadmodū reuertatur. Quid ergo? Cum huiuſmodi reuertitur? Num eſt aliquis qui perſuadeat eū non recipiendū, minore ſcilicet honore, ſed ſtudio propēſiore, ne habeat in quo inſultet aduerſarius? Si armato ignoſcis ei qui pugnare non potuit, non ignoſcis ei in quo ſola pugnabat fides? Ipſius diaboli de huiuſmodi lapſis ſi requiramus ſententiam, nonne uidetur dicere: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me? Quomodo enim mecum eſt, qui non recedit à Chriſto? Sine cauſa autem me colere uidentur, qui doctrinam Ieſu cuſtodiunt. Ego autem putabam quod mea docerēt, plus damnant dum comperta deſerunt. Certe Ieſus in his amplius gloriatur, dum recipit reuertentes. Exultant omnes angeli, quia gaudium maius eſt in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm in nonaginta & nouē iuſtis qui non indigent pœnitentia. De me in cœlo, de me in terris triumphus ſumitur, nihil Chriſto perijt, quando hi qui ad me cum fletu uenerunt, cum deſiderio ad eccleſiam reuertuntur. Et horum exemplo etiam de meis periclitor, q didicerint nihil hic eſſe ubi homines præſentibus prouocātur præmijs, & plurimum illic, ubi gemitus, lachrymæ, ieiunia, meis epulis præferūtur.

Eſa. 29.

Luc. 15.

De confu-

A De confutatione erroris Nouatianorū qui ſpem ueniæ excludunt per exemplū de illo ſemiuiuo relicto à latronibus, quem pius Samaritanus dominus Ieſus miſericordia motus curauit, & ſupra ſuum iumentum impoſuit uulneratū, & à ſacerdote atq; leuita prætereuntibus, per quos Nouatiani intelliguntur, fuit neglectus. Cap. V.

Hoc ergo Nouatiani excluditis. Quid eſt em̄ aliud excludere, niſi ſpem ueniæ negare? Sed neq; ſemiuiuū illū derelictū à latronibus, Samaritanus prætericit, ſed uulnera eius oleo uinoq; curauit, prius infundēs oleū quo foueret, & ſupra iumentum ſuum impoſuit uulneratū, in quo eius peccata uexit omnia, nec ouem paſtor deſpexit errantē. Vos autem dicitis: Noli me tangere, uos dicitis uolentes iuſtificare uoſipſos. Nō eſt proximus noſter, ſuperbior es quàm legiſperitus. Ille Chriſtū tentare cupiebat. Ille enim dixit: Quis eſt meus proximus? Ille interrogat, uos negatis. Sicut ſacerdos ille deſcendens, & ſicut Leuita prætereiens, quem curandum ſuſcipere debuiſtis, nec recipientes hoſpitio, pro quo Chriſtus duos numerauit denarios, cuius te proximū fieri Chriſtus iubet, ut facias in eum miſericordiam. Ipſe enim eſt proximus, quem non ſolum conformis natura coniunxerit, ſed etiam miſericordia copulauerit. Ab eo te alienum ſuperbia facis, extollens te fruſtra inflatus mente carnis tuæ & non tenens caput. Si enim caput tenes, aduerteres non tibi eum deferendum pro quo Chriſtus mortuus eſt. Si caput teneres, aduerteres corpus omne compaginando potius quàm ſoluendo in incrementum dei per copulam charitatis & redemptionē creſcere peccatoris. Cum igitur fructum omnem aufertis pœnitentiæ, quid aliud dicitis, niſi hoc: Nemo de uulneratis B noſtrum ingrediatur hoſpitium, nemo ſanetur in noſtra eccleſia? Apud nos non curantur ægroti, ſani ſumus, medicum non habemus neceſſarium, quia ipſe ait: Non opus eſt ſanis medicus, ſed his qui male habent.

Col. 2.

Matth. 9.

De eccleſia Chriſti per cœnam ſignificata, ad quam oīes uocati ſunt ſiue boni ſiue mali, & qui ſe excuſauerunt Nouatiani ſunt, atq; cæteri hæretici qui partem cum Chriſto non habebunt, eo quod pœnitentiæ lauacrum reſpuant. Caput VI.

Iergo domine Ieſu ad eccleſiam tuam totus aduenī, quoniā Nouatianus excuſat. Nouatianus dicit: Iuga boum emi, qui iugum Chriſti ſuaue non ſuſcipit, & onus graue collo imponit ſuo, quod portare nō queat. Nouatianus ſeruos tuos à quibus inuitabatur tenuit, & contumelia affectos occidit, quos iterati baptiſmatis labe inquinauit. Mitte ergo ad exitus uiarum, & collige bonos & malos, & debiles & cæcos & claudos introduc in eccleſiā tuā Iube impleatur domus tua, introduc omnes ad cœnā tuam, quia quem tu uocaueris, dignū facies ſi ſequatur. Ille ſanè reiicitur qui nō habuerit ueſtem nuptialem, hoc eſt amictum charitatis, uelamen gratiæ. Mitte, inquā, ad uniuerſos, nō excuſat eccleſia tua à cœna tua. Excuſat Nouatianus. Non dicit familia tua, ſana ſum, medicum nō requiro: ſed dicit, Sana me domine & ſanabor, ſalua me & ſaluabor. Deniq; eccleſiæ tuæ ſpecies eſt in illa quæ acceſſit retro & tetigit fimbriā ueſtimenti tui, dicens intra ſe: Quia ſi tetigero ueſtimentū eius, ſalua ero. Hæc ergo eccleſia confitetur uulnera ſua, hæc curari cupit. Et tu quidē domine, oīes cupis, ſed nō omnes curari uolunt.

Luc. 14.

Hiere. 17.

Matth. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C luntNon uult Nouatianus,qui se putat esse sanum. Tu domine ægrũ te esse dicis, & in minimo nostram sentis infirmitatẽ dicens: Æger eram & uisitastis me. Nouatianus illum minimũ uisitare nescit,in quo tu desideras uisitari. Tu dicis Petro excu-
Ioan.13. santi,ne ei pedes lauares: Nisi lauero tibi pedes,non habebis partem mecũ. Quod ergo isti possunt consortiũ tecum habere,qui claues regni non suscipiunt,negantes quod dimittere peccata debeant? Quod quidem recte de se fatentur,nõ habent eñ Petri hæreditatem,qui Petri fidem non habent,quam impia diuisione discerpunt. Sed hoc improbe,quod etiã in ecclesia donari peccata negant posse, cum Petro di-
Matth.16. ctum sit: Tibi dabo claues regni cœlorũ,& quæcunq; ligaueris super terram erunt ligata & in cœlo,& quæcunq; solueris super terrã,erunt soluta & in cœlis, Cum & ipse
2.Cor.2 uas electionis dominicæ dicat: Si cui autem quid donastis & ego,nam & ego quod donaui propter uos in persona Christi. Cur igitur Paulum legunt, si eum tam impie arbitrantur errasse,ut ius sibi uendicaret domini sui? Sed uendicauit acceptum, non usurpauit indebitum. G

De multiplici potestate data discipulis à Christo,cum reprehensione Nouatianorũ qui remissionem in baptismo cõcedunt,sed pœnitentiæ lauacrum negant,cum nihil interfit inter utrunq; sacramentũ. Cap. VII.

Ioan.14. VLT dominus plurimum posse discipulos suos,uult à seruis suis ea fieri in nomine suo,quæ faciebat ipse positus in terris. Deniq; ait: Et maiora his facietis. Dedit ut mortuos suscitarent. Et cum ipse Saulo reddere
D posset usum uidendi,eum tamen ad Ananiam discipulum suum misit, ut eius benedictione Saulo refunderentur oculi quos amiserat. Petrum quoq; secũ in mari iussit ambulare, & quia titubauit, reprehendit ilico, eo quod dona gratiarũ fidei pauxillitate minuisset. Dedit etiam discipulis ut lux mundi essent per gratiam, qui erat ipse lux mundi. Et quia descensurus esset è cœlo,& in cœlum ascensurus, Heliam ad cœlum leuauit, inde eum terris placito redditurus tempore. Baptizaturus quoque in spiritu sancto & igni, per Iohannem baptismatis sacramenta præmisit.
Mar.16. Omnia deniq; donauit discipulis suis,de quibus ait: In nomine meo dæmonia eijcient,linguis loquentur nouis,serpẽtes tollent, & si mortiferum quid biberint,non eos nocebit,supra ægros manus imponent & bene habebũt. Omnia ergo dedit,sed nulla in his hominis potestas est,ubi diuini muneris gratia uiget. Cur ergo manus imponitis,& benedictionis opus creditis,si quis forte reualuerit ægrotus? Cur præsumitis aliquos à colluuione diaboli per uos mundari posse? Cur baptizatis,si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utiq; remissio peccatorum omniũ est. Quid interest,utrum per pœnitentiam, an per lauacrum hoc ius sibi datum sacerdotes uendicent? Vnum in utroq; ministeriũ est. Sed dices,quia in lauacro operatur mysteriorum gratia, Quid in pœnitentia? Nónne dei nomẽ operatur? Quid ergo? Vbi uultis uendicatis uobis dei gratiam: ubi uultis repudiatis? Sed hoc insolentis arrogantiæ,non sancti timoris est,ut fastidio uobis sint qui uolunt agere pœnitentiam. Perpeti uidelicet flentium lachrymas non potestis. Non ferunt oculi uestri uilia uestimentorum,illuuiem sordidatorum,superbo oculo & tumido corde de-
Ioan.20. licati mei,arroganti uoce dicentes singuli: Noli me tangere,quia mundus sum. Dixit quidem dominus ad Mariam Magdalenam: Noli me tangere, sed non dixit, quia

A quia mundus sum qui mundus erat,tu audes Nouatiane mundum te dicere,qui & si operibus mundus esses,hoc solo uerbo fieres immundus? Esaias dicit: O miser e-
Esa.6. go & compunctus corde,quia cum sim homo & immunda labia habeam,in medio quoq; populi immunda labia habentis inhabitem: & tu dicis mundus sum,cũ mun-
Iob.15 dus nõ sit,ut scriptum est,nec unius diei infans? Dauid dicit: Et à delicto meo mun-
Psal.50 da me,quem utiq; misericordiæ sæpe domini iustificauit gratia: tu mũdus cum tam iniustus sis,ut non miserearis,ut festucam in oculo fratris tui uideas, trabem autem quæ in oculo tuo est non consideres? Immundus enim apud deum omnis iniquus. Quid autem iniustius,quàm ut uelis tibi dimitti peccata tua, cum roganti ipse non putes remittenda? Quid iniustius,quàm ut te iustifices in quo damnas alterũ,cum grauiora committas? Deniq; remissionem celebraturus peccatorum nostrorum do-
Matth.3. minus Iesus dicenti sibi Ioanni: Ego à te debeo baptizari & tu uenis ad me,respondit: Sine modo,sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Et dominus quidẽ uenit ad peccatorem,cum peccatum ipse non haberet, & baptizari uoluit cui mundari necesse non erat:

De falso intellectu scripturæ,quo Nouatianus errorem suum probare contendit,quem autor hic efficaciter reprobat fultus scripturæ sacræ testimonijs. Caput VIII.

B VOS quis ferat qui putatis uobis opus non esse mundari per pœnitentiam,quia mũdatos dicitis uos esse per gratiã, quasi iam peccare uobis impossibile sit? Sed dicent. Scriptũ est: Si peccauerit homo in hominẽ orabunt pro eo ad dominũ,si aũt in dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? Primum ut supra iam dixi,tunc te ista paterer obijcere, si solis præuaricatoribus non relaxares pœnitentiã. Tamen quid scrupuli ista afferret quæstio? Non enim scriptũ est: Nullus orabit pro eo, sed quis orabit,hoc est, quis ille sit qui
Psal.14. in tali causa orare possit,quæritur,nõ excluditur. Deniq; habes in psal.xiiij. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requiescet in mõte sancto tuo. Non enim nullus,sed probatus habitabit. Nec hoc dicit quod nemo requiescat, sed requiescat electus,ut scias hoc esse uerum quod non multo post in psal.xxiij. ait: Quis ascendet in
Psal.23. montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius, id est, non quicunq; de uulgo nec plebeiæ uilitatis aliquis,sed uitæ egregiæ singularisq; meriti. Et ut scias quia cũ dicitur, quis, nõ intelligitur nullus,sed aliquis significatur, Cum dixisset, Quis ascendet in montem domini,subiecit, Innocens manibus & mundo corde,qui non accepit in uanum animam suam. Et alibi: Quis sapiens & intelliget hæc? Nunquid
Osee.14. dicit, quia nullus intelliget? Et in Euangelio: Quis fidelis dispensator & pru-
Luc.12. dens, quem constituet dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Et ut comprehendas quia de eo dixit qui utique est, non de eo qui non est, subiunxit: Beatus ille seruus quem cum uenerit dominus inue-
Psal.82. nerit sic facientem. Et illud ita opinor dictum: Deus quis similis tibi, non utique nullus, quia imago patris filius est. Similiter igitur accipiendum: Quis orabit pro eo, hoc est, singularis uitæ aliquis debet orare pro eo qui peccauit in dominum, quia quo maior culpa, eo maiora sunt quærenda suffragia. Non enim quicunque de uulgo pro Iudæorum populo, sed Moyses rogauit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quando uituli caput,fidei immemores adorauerunt.Nunquid errauit Moyſes? At certe quia non errauit, quod rogauit & meruit & impetrauit. Quid enim talis affectus nō impetraret,quando ſe obiecit pro populo dicens: Et nunc ſi dimittis illis peccatum dimitte,ſin autem,dele me de libro uitæ? Vides quia non tanquam delitio- Exodi.32. ſus interceſſor & faſtidij plenus ſibi conſulat,ne offenſionem contrahat quod Nouatianus metuere ſe dicit,ſed magis omnium memor,ſui immemor,offendere non timebat ipſe,ut plebem ab offenſionis periculo exueret & liberaret.Merito ergo ſcriptum eſt:quis orabit pro eo, hoc eſt,talis qualis Moyſes qui ſe offerat pro peccantibus,talis qualis Hieremias,cui prophetæ cum eſſet dictū à domino deo noſtro:no- Hiere.7. li orare pro populo iſto,tamen orauit & ueniam promeruit.Denique interceſſione prophetica & obſecratione tanti uatis inflexus dominus dicit ad Hieruſalem,quo- Baruch.3. niam ea quoq; pœnitentiam pro delictis egerat dicens: Domine omnipotēs deus Iſraël,anima in anguſtijs & ſpiritus anxius clamat ad te,Audi domine & miſerere. Et iubet luctus ueſtimenta deponi,& abijci gemitus pœnitentiæ. Sic enim ſcriptū Baruch.5. eſt in fine libri:Exue te Hieruſalem ſtola luctus & uexationis tuæ, & indue te decorem eius quæ à deo tibi data eſt gloriæ in æternum.

Qualiter intelligenda ſint uerba Ioannis in canonica ſua dicentis: Eſt peccatum ad mortem,non de illo dico ut oret quis,cum ſanctus Ioannes non ignorauerit Moyſen atque Hieremiam atque Stephanum pro ſalute aliorum oraſſe atq; exauditos fuiſſe. Cap. IX.

D IALES igitur precatores in delictis maximis ſunt requirendi. Nam ſi quicunq; de populo orent non exaudiuntur. Vnde nec illa quæſtio ueſtra quicquam poterit ferre ponderis,quam ſumitis de epiſtola Ioan- 1.Ioan.5. nis dicentis: Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatū non ad mortem,petat & dabit illi uitam deus,quia non peccat ad mortem. Eſt peccatū ad mortem,nō de illo dico ut oret.Non enim ad Moyſen & Hieremiam loquebatur,ſed ad populum,qui ſuorum peccatorum alium precatorem deberet exhibere,cui ſatis eſt ſi proleuioribus delictis deum precetur, grauiorū ueniam iuſtorū orationibus reſeruandam putet.Nam quomodo Ioannes diceret nō orandum pro delicto grauiore, qui legiſſet Moyſen rogaſſe & impetraſſe, ubi erat præuaricatio uoluntaria, qui ſciret etiam Hieremiam rogaſſe? Quomodo Ioannes diceret non orandum pro peccato Apoc.2. quod eſſet ad mortem,qui ipſe in Apocalypſi ſcripſit mandatū angelo eccleſiæ Pergami:Habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balach mittere ſcandalum coram filijs Iſraël,manducare immolata & fornicari,ita & tu habes tenētes doctrinam Nicolaitarum,ſimiliter age pœnitentiam,alioquin uenio tibi? Vides quod deus qui pœnitentiam exigit,ueniam polliceatur? Deniq; & tibi dicit:Qui habet aures audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Vincenti dabo manducare manna. Nónne ipſe Ioannes cognouerat Stephanū pro perſecutoribus ſuis,qui Chriſti nomen au- Act.7. dire non poterant,deprecatum,cum de ipſis à quibus lapidabatur diceret: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum,cuius precationis effectum in apoſtolo uidemus? Paulus enim qui lapidantium Stephanum ueſtimenta ſeruabat,non multo poſtea per gratiam Chriſti factus apoſtolus eſt,qui fuerat ante perſecutor.

De eo

De eo quod nullus fidem habens excluſus ſit à uenia.Quod hi quoq; qui poſt pœnitentiam coronam martyrij meruerunt, maius etiam donū fidei perceperunt. De forma quoq; pœnitentis in ſemiuiuo à latronibus relicto conuenienter expreſſa. Cap. X.

ERGO quia de Iohannis generali epiſtola ſermo eſt, ipſius Iohannis in euangelio ſcripta interrogemus,utrum cum ueſtra interpretatione conueniant.Scribit enim dixiſſe dominū:Quia ſic dilexit deus hunc mun- Ioan.3. dum,ut filium ſuum unigenitum daret,ut omnis qui credit in ipſo non pereat,ſed habeat uitam æternam.Si quem ergo lapſum reuocare cupias,ut credat an ut non credat hortaris? Vtiq; ut credat.Sed qui credit iuxta domini ſententiam, habebit uitam æternam. Quomodo ergo prohibebis orare pro eo cui æterna uita debetur,cum diuinæ ſit gratiæ fides,ſicut apoſtolus in diuiſionibus gratiarū docet, 1.Cor.12. quia alij datur in eodem ſpiritu fides,Et diſcipuli domino dicant:Adauge nobis fidem? Qui ergo fidem habet,habet uitam æternam,qui uitam habet,non eſt excluſus à uenia.Omnis,inquit,qui credit in eum,non pereat.Cum omnis dicitur,nullus excluditur,nullus excipitur.Non enim excipit eum qui lapſus eſt,ſi tamē poſtea bene credat.Plurimos comperimus ſe reformaſſe poſt lapſum,& pro nomine dei paſſos.Num poſſumus his martyrum conſortia negare,quibus dominus Ieſus nō negauit? Audemus igitur dicere non eſſe his uitam redditā, quibus Chriſtus coronā reddidit? Sicut ergo poſt lapſum pleriſq; ſi patiantur corona redditur,ita ſi credant & fides redditur. Quæ fides dei donum eſt, ſicut habes ſcriptum: Quia à deo uo-
B bis datum eſt,non ſolum ut credatis in eum,ſed etiam ut pro illo patiamini. Nunquid is qui dei donum habet, poteſt non habere indulgentiam? Non una autem ſed duplex gratia eſt, ut omnis qui credit & patiatur pro domino Ieſu. Habet igitur qui credit ſuam gratiam, habet autem alteram ſi fides eius paſſionibus coronetur. Neque enim priuſquam pateretur Petrus,ſine gratia fuit, ſed ubi paſſus eſt acquiſiuit alterā. Et pleriq; qui nō habuerunt gratiā ut pro Ieſu paterentur, habuerūt tamen gratiā ut in Ieſum crederent.Ideo dicitur: Vt omnis qui credit in eum nō pe- Ioan.3. reat. Omnis,inquit,hoc eſt,ex quocūq; ſtatu, ex quocunq; lapſu,ſi credat,perire nō timeat.Poteſt enim fieri ut aliquem de Hieruſalem deſcendentem in Hiericho,hoc eſt de martyrij certamine relapſum in iſtius uitæ cupiditatem ſecularemq; gratiam, uulneratum à latronibus,hoc eſt à perſecutoribus & ſemiuiuum relictum, euangelicus ille Samaritanus inueniat,qui noſtrarum cuſtos animarum eſt. Samaritanus enim cuſtos dicitur,& non prætereat eum,ſed curet & ſanet: fortaſſe ideo non præterit eum,quia aliquid in eo uitale agnoſcit unde poſſit uitam reſumere. Nónne uobis uidetur ille qui lapſus eſt,ſemiuiuus eſſe, ſi uitale aliquid fides ſpiret? Nam qui penitus deum ex ſuo corde abijcit,ille mortuus eſt,qui ergo non penitus abijcit,ſed per impreſſionem tormentorum ad tempus negauit,ſemiuiuus eſt.Aut ſi mortuus eſt,cur ei dicitis agendam pœnitentiam,qui iam curari nō poteſt? Si ſemiuiuus eſt, infunde uinum & oleum, non uinum ſine oleo, ſed quod & foueat & remordeat. Tolle eum in iumentum tuum, trade ſtabulario, duo æra ad eius curam impende, eſto ei proximus. Proximus autem eſſe non potes, niſi facias miſericordiā. Nemo enim poteſt dici proximus,niſi qui curauerit,non occiderit.Si autem uis dici proximus,dicit tibi Chriſtus: Vade & tu fac ſimiliter. Luc.10.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

C De alijs quibusdam scripturis quibus eliditur error Nouatiani ueniã post lapsum negantis, cum dominus Iesus uenerit in mundum non uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Cap. XI.

ALIVD simile consideremus. Qui credit in filium, habet uitam æternã, qui autem non credit filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Quod manet utiq; iam cœpit, & ex delicto aliquo cœpit, quia ante nõ credidit. Vbi ergo quis credit, ira dei discedit, uita autem accedit.
Ioan.3. Credere ergo in Christũ, lucrum uitæ est. Qui enim credit in eum, nõ iudicatur. Sed referunt hoc loco, quoniã is qui credit in Christũ, custodire debeat sermonem eius.
Ioan.12. Sic enim aiunt scriptum dicente dño: Ego lux in hũc mundũ ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat, & si quis audierit sermonẽ meum & custodierit eũ, ego non iudico eum. Ille non iudicat, & tu iudicas? Ille dicit, ut qui credit in me, in tenebris non maneat, hoc est, & si fuit in tenebris non permaneat in eis, errorem emẽdet, culpam corrigat, custodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris:
Ezech.33. Ioan.3. sed cum dixi supra: Quoniam qui in me credit non iudicatur, & hoc custodio. Non enim ueni ut iudicem mundũ, sed ut saluetur mundus per me. Libẽter ignosco, prõpte indulgeo, misericordiam malo quàm sacrificium, quia per sacrificiũ iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non ueni uocare iustos sed peccatores. In lege sacrificium, in Euangelio misericordia est, lex per Moysen data est, per me gratia. Quid hoc euidentius? Deniq; & subter ait: Qui spernit me & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Num tibi uidet accipere uerba Christi, qui se nõ correxerit? Profecto non uidetur. Qui ergo corrigit se accipit uerbum eius. Hoc est
D enim uerbum eius ut se unusquisq; reuocet à culpa. Aut excludas igitur necesse est hanc eius sententiã, aut si negare non potes, acquiescas. Oportet eum quoque mandata custodire dominica, qui peccare desijt, delictis renunciauit. Non ergo de eo debes interpretari dictũ, qui semper custodierit. Si enim hoc sensisset, addidisset semper. Non addendo autem de eo pronuntiauit, qui quod audiuit custodierit. Audiuit autem ut corrigeret errorem. Custodiuit igitur quod audiuit.

Quemadmodum testimonijs ipsius Dauid atque sancti Pauli reprobetur falsitas Nouatiani, quia castigat deus omnem filium quem recipit & quem castigat morti non tradit. Cap. XII.

QVàm uero durum sit ut ad pœnam uocetur perpetuam, qui uel postea custodit domini mandata, ipse te doceat qui etiam non custodientibus
Psal.88. mãdata sua ueniã nõ negauit, sicut habes in psalmi corpore: Si iustitias meas prophanauerint & mãdata mea nõ custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorũ & in flagellis delicta eorũ, misericordiã aũt meã nõ dispergã ab eis Omnibus igitur promittit misericordiã. Sed ne sine iudicio hanc esse misericordiã putes, est discretio inter eos qui perpetuã detulerint obedientiã mãdatis cœlestibus, & inter eos qui aliqñ uel errore uel necessitate lapsi sint. Et ne nostro circũscribi te argu
Luc.12. mento putes, Christi iudiciũ accipe. Etenim ait: Si sciens seruus uoluntatẽ domini & non fecit, uapulabit multis, si autem nesciuit, uapulabit paucis. Vterq; igitur si credat recipitur, Quia castigat omnem filiũ deus quem recipit, & quem castigat mor-
Psal.117. ti utiq; non tradit, quia scriptũ est: Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit

A tradidit me. Deniq; Paulus docet, non deserendos eos qui peccatũ ad mortem fecerint, sed potius lachrymarũ panibus & potu cohercendos flebili, ita tamen ut ipsa moderata esset tristitia. Hoc enim significat: Et potũ dabis eis in lachrymis in mensura, ut ipsa mœstitia mensurã habeat, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur, qui agit pœnitentiam, sicut scripsit ad Corinthios Paulus: Quid uultis, in uirga ue- 1.Cor.4.
niam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Sed nec uirga grauis est, quo
niam legerat: Tu quidem percuties eum uirga, animam autem eius à morte libera- Prou.23.
bis. Quid esset in uirga uenire, docet inuectio fornicationis, accusatio incesti, repre-
hensio tumoris quod inflati essent, quos magis lugere oporteret, postremo condemnatio rei, ut tolleretur à consortio communionis & traderetur aduersario, non ad interitum animæ sed carnis. Sicut enim dominus in animam sancti Iob potestatẽ non dedit, sed in carnem eius permisit licentiam, ita & hic traditur satanæ in interitum carnis, ut serpens terram eius lingeret, animæ non noceret. Moriatur ergo caro nostra cupiditatibus, sit captiua, sit subdita, nec legi mentis nostræ repugnet, sed bonæ seruituti subiecta. Moriatur sicut in Paulo qui castigabat corpus suum ut seruituti redigeret, quo probabilior fieret prædicatio, si lex carnis eius cum lege mentis congrueret & conueniret. Interit enim caro, cum sapientia eius transit in spiritum, ut iam non quæ carnis sunt sapiat, sed quæ sunt spiritus. Vtinam uideam infirmari carnem meam, utinam non trahar captiuus in legem peccati, utinam non in carne uiuam, sed in fide Christi. Et ideo maior in infirmitate corporis gratia quàm in salute. Denique & Paulum quem multum dilexit, noluit liberare ab infirmitate car
B nis, cui perenti ut discederet à se infirmitas, respondit: Sufficit tibi gratia mea, nam 2.Cor.12.
uirtus in infirmitate perficitur. Et Paulus plus sibi in infirmitatibus placet dicens: Cum infirmor tunc potens sum. Consummatur enim carnis in infirmitatibus, animæ fortitudo.

Quod peccantes tradantur plerunq; à deo atq; ab eius ecclesia in potestatem diaboli, in afflictionem carnis ut spiritus saluetur. De custodia quoq; oculorum seruanda, & uelamine mulierum. Atq; exemplo Ioseph colloquia pudica esse seruanda. Cap. XIII.

EXPLANAVIMVS Pauli sententiam, nunc uerba ipsa consideremus, qua ratione dixerit, quod tradiderit eum satanæ in interitũ carnis, quia tentator noster diabolus est. Nam debilitates membris singulis inferre & ægritudines toto solet mouere corpori. Deniq; percussit sanctum Iob ulcere malo à pedibus usq; ad caput, quia in potestatẽ acceperat interitũ carnis
eius, dicente deo: Ecce trado tibi eũ, tantũmodo animã eius custodi. Hoc ijsdem uer Iob.2.
bis apostolus transtulit dicens: quod tradiderit huiusmodi hominẽ satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Magna potestas, magna gratia, quæ imperat diabolo ut se ipse destruat. Se enim destruit cum hominem quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortiorem efficit, quia dum carnem debilitat, mentẽ eius corroborat. Ægritudo enim carnis peccatũ repellit, luxuria autẽ carnis culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, ut ipso mortis suæ uulnere cõtra se armet, quem debilitandũ putauit. Sed & sanctũ Iob magis armauit postea quàm uulnerauit, qui totum corpus diris perfusus ulceribus, diaboli quidem

morsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C morsum pertulit,sed uenena non sensit. Et ideo bene ei dictum est:Adduces draconem in hamo, ludes eum sicut auem, ligabis eum sicut passeré, puer imponet super eum manum. Vides quemadmodum à Paulo illudatur, ut in cauernam eius sicut puer ille propheticus manū mittat,& nihil serpens noceat ei, de latebris eruat eum, de ueneno eius faciat spiritale antidotū, ut quod uenenum est, medicamentū fiat, uenenum ad interitum carnis, medicamentum sit ad salutem spiritus. Quod enim nocet corpori,iuuat spiritum. Manducet ergo terram meam serpens, dentem carni infigat,conterat corpus,dicat dominus & de me, trado tibi eum tantummodo animam eius custodi.Quanta uis Christi,ut custodia hominis imperetur,etiā ipsi diabolo qui semper uult nocere.Dominum ergo Iesum nobis propitiemus, Imperante Christo & diabolus ipse sit prædæ suæ custos:Vel inuitus mādatis obsecūdat cœlestibus, & quamuis inuitus, tamen mansuetis obsequitur imperijs. Sed quid ego cōmendo obsequium eius? Sit ille semper malus,ut sit bonus deus semper,qui malitiam eius nobis in gratiam cōuertit. Vult nocere ille,sed non potest si Christus obsistat. Carnem ulcerat,sed custodit animam. Terram deuorat,sed reseruat spiritū.
Esaiæ.65. Denicp scriptum est: Tunc lupi & agni simul pascentur, leo & bos paleam manducabunt,serpens autem terram ut panem, & non nocebunt necp uastabunt in monte sancto meo dicit dominus. Damnati enim serpentis hæc est sentētia:Erit tibi terra cibus.
Gen.3. Quæ terra? Ea utiq; de qua dictum est: Terra es & in terrā ibis. Hanc terram serpens manducat,si propitius est nobis dominus Iesus,ut non cōpatiatur anima carnis debilitati,non accendatur uapore corporis & calore membrorū. Bonum
1.Cor.7. D est nubere magis quàm uri. Est enim flamma quæ interna urit. Vnde hunc ignem nō alligemus in sinu mentis & recessu pectoris,nec interioris nostri uramus exuuias, & forense hoc nostræ animæ uestimentū uelamencp carnale, edax libidinis flāma consumat,sed transeamus per ignem. Et si quis incidit amoris incendium,transiliat & non alliget adulterinam cupiditatem uinculis cogitationū,nullos sibi nodos assi duæ nexu meditationis astringat,non intendat sæpius in formam mulieris meretricis,nec adolescentula ad uultum iuuenis oculos leuet. Et si fortuitu aspexit, & capta est,quantomagis capietur si curiosa aspexerit? Vel consuetudo nos doceat.Ideo uelamine obnubit caput suum mulier,ut etiam in publico tuta uerecundia sit,non facile uultus eius in adolescentis oculos occurrat,nuptiali uelamine tecta sit,ne uel fortuitis occursibus pateat ad uulnus uel alienum uel suum, sed utrunq; suum uulnus est.Quod si tegmine caput uelat,ne temere aut uideatur aut uideat, dum eī caput uelatur uultus absconditur,quantomagis uelare se debet pudoris tegmine,ut etiam in publico habeat suum ipsa secretum? Verum esto inciderit oculus,sed non intendat affectus.Non enim uidisse crimen est,sed cauendum ne origo criminis sit. Videt carnalis oculus, sed premat cordis oculos, mentis maneat uerecundia. Habe-
prouerb.5. mus immortalem & indulgentem dominum. Dixit quidem propheta: Nolo in-
Matth.5. tendas in formam mulieris fornicariæ. Sed tamen dominus dixit:Qui uiderit mulierem ad cōcupiscendum eam, iam adulterauit eam in corde suo. Non dixit si quis uiderit adulterauit,sed si quis ad cōcupiscendum uiderit:non aspectum sed affectū quæsiuit.Bonus tamen pudor qui ipsos corporis oculos sic premere consuecuit,ut sæ
sæpe pe nō uideamus etiam quod uidemus.Etenim specie aspicere uidemur quicquid occurrerit: sed si non misceatur animi intentio,hic quoq; secundum carnis officiū nos-

A ster aspectus uanescit,ita plus uidemus animo cp corpore. Et si uiderit caro,ignem non alligemus in sinu, hoc est, in secreto mentis animicp arcano. Non implicemus ignem hunc ossibus,non ipsi nobis nodos inijciamus,non misceamus sermonē aliquem cum huiusmodi,unde exæstuet ignis. Adulterinus sermo iuuenculæ, nodus adolescentium est. Verba adolescentis uincula sunt amoris. Vidit hunc ignem Ioseph qñ eum adulterij cupida mulier allocuta est,uoluit eum capere sermone, misit laqueos labiorum suorum, sed pudicum uirum ligare non potuit. Soluit eī uincula mulieris,uox pudoris,sermo grauitatis, habena cautelæ, fidei custodia, castimoniæ disciplina. Capere igitur eum retibus suis impudica nō potuit, misit manum & apprehendit uestem eius ut nodum stringeret. Verba petulantis mulieris cupidita tum retia sunt,manus eius amoris nodus est. Sed nec retibus capi potuit mens pudica nec nodo,excussa uestis,solutus est nodus, & ideo quia non alligauit ignem in sinu mentis suæ,non combussit corpus suum.

De exhortatione ad castimoniæ puritatem atcp fomentorum luxuriæ resecationem. Quod sathan quocp autor sit debilitatis,in cuius potestatem per excōmunicationis censuram plericp dantur ad tempus ut spiritus saluetur.

Cap. XIIII.

VIDES ergo,quia animus noster culpæ autor est.Itaq; innocens caro,sed plerunq; peccati ministra.Ergo non te uincat formæ concupiscentia.Mul-
B ta retia tendūtur à diabolo,multi laquei.Oculus meretricis laqueus amatoris est.Ipsi nobis oculi nostri retia sunt,& ideo scriptum est: Neq; capiaris oculis tuis. Ipsi nobis ergo tendimus retia,quibus inuoluimur & implicamur. Ipsi nobis uincula nectimus,sicut legimus,quia uinculis peccatorum suorum unusquisq; constringit.Et ideo transeamus ignē adolescentiæ ardoremcp iuuenilis ætatis,transeamus aquam,nō remaneamus in aqua,ne flumina nos profunda cōcludant. Transeamus magis,ut & nos dicamus: Torrentem pertransiuit anima nostra. Qui enim *Psal.123.* transit saluus est. Denicp dñs sic ait:Si transeas per aquam, flumina te non condu- *Esa.43* dent. Et propheta dicit: Vidi impium superexaltatum ultra cedros Libani,& transi- *Psal.36.* ui & ecce non erat. Transi secularia,& cecidisse aspicies altitudines impiorum. Moy ses quoq; transiens secularia flumina,uidit uisum magnum & ait: Trāsiens uidebo *Exo.3.* hoc uisum.Si enim fuisset in corporis uitijs & seculi istius lubricis uoluptatibus,tanta non uidisset mysteria. Transeamus ergo & nos ignem hūc libidinis, quem timēs Paulus,sed nobis timens,qui castigando corpus suum fecerat ut iam nō timeret si- bi, dicit nobis:Fugite fornicationē. Fugiamus ergo tancp sequentem,quæ non post *1.Cor.6.* nos sed in nobis sequitur.Nosmetipsos ergo uideamus diligenter,ne dum illam fugimus,nobiscū eam portemus. Volumus eī plerunq; fugere,sed nō penitus eam de nostro excutimus animo. Tollimus eam magis cp relinquimus. Trāsiliamus ergo eam ne nobis dicatur: Ambulate in igne flammæ uestræ quā accendistis,qm̄ si- *Esa. 50* cut ille qui alligat ignem in sinu,uestimēta cōburet,sic qui ambulat super ignem,pedes cōburat necesse est,qm̄ scriptū est: Ambulabit quis super carbones ignis,pedes *Prouer.6.* aūt non cōburat? Grauis ignis est,& ideo non demus illi alimēta luxuriæ. Pascitur libido conuiuijs,nutritur delitijs,uino accenditur,ebrietate flāmatur. Grauiora his sunt fomenta uerborū,quæ uino quodam Sodomitanæ uitis mentē inebriant. Ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ueamus tamen & huius abundantiam uini. Vbi enim caro inebriatur, mens titubat,animus uacillat,cor fluctuat. Ideo ad utrunq; utile præceptum est,quo monet
1.Tim.5. Timotheus his uerbis: Vino modico utere ꝓpter frequẽtes tuas infirmitates. Cũ calet corpus tradit uaporem,cũ alget morbi frigore caro,refrigerat animã tuam, cũ dolet corpus tuum,tristis est mens tua,sed tristicia tua in gaudiũ ueniet. Noli ergo timere si manducetur caro tua,anima tua non deuoratur. Ideo Dauid non timere
Psal.26. se dicit,quia carnem eius nõ animã,inimici edebant,sicut legimus:Dum appropinquant sup me nocentes,ut edant carnes meas:Qui tribulant me inimici mei,ipsi infirmati sunt & eciderunt.Ruinam igitur solã facit sibi serpens, ideo serpenti tradit
2.Cor.12. qui à serpente elisus est, ut quem deiecit hunc erigat, & fiat ruina serpẽtis hominis resurrectio.Sathanã aũt corporalis huius contritionis & carnalis autorem debilitatis scriptura ostẽdit Paulo dicente:Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sathanæ ut me colaphizet ut non extollar.Sic em̃ curare Paulus didicit, quemadmodum ipse sanatus est.Bonus itaq; doctor dum promittit alterũ de duobus, utrũq; donauit.Venit in uirga,quia à cõmunione sacra conuictum remouit.Et bene dicit tradi sathanæ qui separatur à Christi corpore. Venit etiã in charitate spirituq; manuetudinis,uel quia sic tradidit ut spiritum eius saluũ faceret, uel quia eum quẽ ante
2.Cor.5. sequestrauerat, postea sacramentis reddidit. Nam & sequestrari oportet grauiter lapsum,ne modicum fermentum totam massam corrumpat: Expurgandum est uetus fermẽtum,uel in singulis uetus homo, hoc est exterior homo cum actibus suis. uel in populo inueteratus peccatis uitiisq; concretus. Bene dixit, expurgandũ non
D proiiciendum. Quod enim expurgatur,non totum iudicatur inutile. Ideo enim purgatur,ut utile ab inutili separet. Quod aũt proiicitur,nihil utile habere creditur.

De ecclesiæ farina, & fermentum peccatorum quemadmodum expurgetur,fermentumq; hæreticorum quomodo in ecclesiæ farina absconda tur.De pascha quoq; nostro Christo immolato pro peccatoribus, quos inuidus à tanta gratia exclusit Nouatianus. Cap. XV.

Nam tunc igitur Apostolus addendum sacramentis iudicauit cœlestibus si purgari se ipse uellet.Et bene ait:Expurgate. Velut operibus enim quibusdam totius populi purgatur & plebis lachrymis abluitur,qui orationibus & fletibus plebis redimitur à peccato,& in homine mundatur interiore.Donauit enim Christus eccl-siæ suæ, ut unum per oẽs redimeret, quæ dñi Iesu meruit aduentum,ut per unum oẽs redimerentur. Hic sensus Pauli est,quem uerba obscuriorem faciunt.Consideremus ipm Apostoli sermonẽ:Expurgate,inquit,uetus fermentum,ut sitis noua cõspersio sicut estis azymi. Siue q, tota ecclesia suscipiat onus peccatoris,cui compatiendũ & fletu & oróne & dolore est,& quasi fermento eius se totam conspergat, ut per uniuersos ea quæ superflua sunt in aliquo pœnitentiam agẽte,uiritim misericordiæ aut cõpassionis uelut collatiua quadã admixtione pur-
Luc.15. gentur:Siue ut illa mulier euangelica docet,quæ typum prætendit ecclesiæ,eo q, fermentum abscondit in farina sua donec fermentetur totum, ut mundũ omne suma
Matt.16 tur.Docuit me dñs in euangelio quid sit fermentũ dicens: Non intelligitis,quia nó de pane dixi:Attendite à fermento pharisæorũ & saducæorũ. Tunc inqt intellexerunt,quia non dixit à panibus,sed à doctrina pharisæorũ & saducæorum attende-
rent

A rent sibi,Hoc ergo fermentũ,hoc est doctrinã pharisæorũ & disputationẽ saducæorum,abscõdit ecclesia in farina sua, cum literã legis duriorẽ spiritali interpretatione molliuit,& uelut mola quadã suæ disputationis infregit. proferẽs uelut de folliculis literarum,mysteriorũ interna secreta, & resurrectionis fidem astruens,qua dei misericordia prædicatur,qua reparari uita creditur mortuorũ.Non absurda aũt uidetur ad hunc locum assumptio cõparationis huius. Siquidẽ regnum cœlorum est peccatoris redemptio, & ideo farina ecclesiæ cõspergamur oẽs boni & mali,ut simus oẽs in noua consperſione. Quis aũt non uereretur,ne fermẽti uitiosioris admixtio massã decoloraret? Ideo dixit: Vt sitis noua cõspersio sicut estis azymi,hoc est, tales consperſio uos reddat,qualis erat innocentiæ uestræ pura synceritas.Ita si misereamur, non fuscamur peccato alieno,sed redẽptionẽ eius acquirimus nostræ gratiæ,ut qualis erat puritas pseueret.Et ideo addidit: Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus,hoc est passio dñi omnibus profuit.& peccatoribus donauit redẽptionem, qs flagitij pœnituit admissi.Itaq; epulemur bonũ cibum pœnitentiã gerentes,læti redemptiõe. Nullus enim cibus est beneuolẽtia & pietate dulcior epulis nostris atq; lætitiæ,nulla de peccatore seruato inuidia admisceatur,ne seipse à domo patris quẽ admodum expositus in euangelio inuidus ille frater exdudat,qui fratrẽ receptũ doluit quẽ in perpetuũ gaudebat exclusum. Cuius uos similes esse Nouatiani non potestis negare,qui ideo,ut dicitis in ecclesiã non cõuenitis,quia per pœnitentiã tribuita spes fuerat his qui lapsi sunt reuertendi. Sed hoc prætentum est specie,cæterum
B episcoparus amissi dolore succẽsus Nouatianus,schisma cõposuit.Sed non intelligitis quia de uobis quoq; ꝓphetauit Apostolus & uobis dicit: Et uos inflati estis, 1.Cor.5.
& non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit? Vtiq; tunc penitus tollitur, cum aboletur peccatum eius. Non em̃ excludendum ab ecclesia dicit Apostolus,qui suadet esse purgandum.

De misericordia dñi Iesu. Et quemadmodũ hi qui eius clementiam nõ imitanẽ spiritus ipsius non sint.Et q, misericordia facta pœnitentibus in præsenti,testimonium sit remunerationis futuræ. Cap. XVI.

Cum igitur Apostolus peccatũ remiserit,qua uos autoritate dimittendũ negatis? Quis reuerentior Christi:Nouatianus an Paulus? Sed nouerat Paulus dñm misericordem,nouerat dñm Iesum seueritate magis discipulorũ offensum,q̃ misericordia. Deniq; Iacobum & Iohannẽ dicentes,quod ignem de cœlo peterent, qui consumeret eos qui dñm recipere nolebant, confutauit Iesus dicẽs:Nescitis cuius spũs estis, filius em̃ hominis nõ uenit animas Luc.9.
hominũ perdere,sed saluas facere.Et illis quidem dixit:Nescitis cuius spũs estis,qui ipsius erant spũs,uobis aũt dicit:Non estis spũs mei,qui meã clementiã non tenetis,qui meã refutatis misericordiã,qui excluditis pœnitentiã,quã ego per apostolos meos p̃dicari uolui in nomine meo.Frustra em̃ dicitis uos prædicare pœnitentiam qui tollitis fructum pœnitẽtiæ. Homines em̃ ad aliquod studium aut præmijs aut fructibus incitanẽ. Omne aũt studiũ torpescit dilatione.Et ideo dñs ut p̃sentiũ fructu cumularet deuotio discipulorũ,dixit q̃m qui dimisisset omnia sua & deum secutus esset,septies tantũ reciperet & hic & in futurum.Prius hic promisit,ut fastidia dilationis auferret,addidit & in futurum, ut hic disceres credere, in futurũ quoq; fol-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uenda tibi præmia. Remuneratio igitur præsentium, testimonium futurorum est. Si quis igitur occulta crimina habens, propter Christum tamen studiose pœnitentiam egerit, quomodo istic recipit si ei communio non refunditur? Volo ueniam reus speret, petat eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, ut ignoscatur, obsecret, & cum secundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remissius se supplicasse, fletus augeat miserabilior, postea reuertat, tencat pedes brachijs, osculetur osculis, lauet fletibus, nec dimittat, ut de ipso dicat dominus Iesus:
Luc.7. Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cognoui quosdam in pœnitentia sulcasse uultum lachrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse corpus suum calcandum omnibus, ieiuno ore semper & pallido mortis speciem spirante in corpore prætulisse.

Quibus indulgentia, quibus ueritas exhibenda. Cap. XVII.

QVID expectamus ut mortui mereantur ueniam, qui mortem sibi intulerũt cum uiuerent? Satis est, inquit, ei qui talis est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus, ita ut econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiore tristicia absorbeatur. Si satis ad condemnationem est obiurgatio quæ fit à pluribus, satis est quoq; ad remissionẽ peccati obsecratio quæ fit à pluribus. Moralis magister & nostræ fragilitatis conscius, & pietatis diuinæ interpres, uult donari peccatũ, uult consolationẽ adhiberi, ne tristicia pœnitentẽ tædio lõgæ dilationis absorbeat. Ideo ergo donauit Apostolus, nec solũ donauit, sed
D etiã cõfirmari in eũ charitatẽ uoluit. Qui carus est nõ habet duritiã, sed mãsuetudinem. Non solũ donauit ipse, sed uoluit etiã oẽs donare, & se propter alios donasse
2.Cor.2. dixit, ne multi propter unũ diutius contristarent. Si cui, inquit, donastis, & ego, nã & ego propter uos in persona Christi, ut nõ circũueniamur à sathana. Nec em uersutias eius ignoramus. Recte potest serpentẽ cauere qui eius potest uersutias non ignorare. Quæ multæ ad nocendum sunt, uult em semper nocere, semper circũuenire ut mortẽ inferat. Sed debemus cauere ne remedium nostrũ fiat eius triumphus. Circũuenimur em ab eo, si p nimiã tristiciã pereat, qui põt liberari per indulgentiã.
2.Cor.5. Et ut sciremus quia de baptizato dicit, addidit: Scripsi uobis in epistola, ne cõmisceamini fornicarijs, nõ utiq; fornicarijs huius mundi. Et infra subiunxit: Nũc aũt scripsi uobis, nõ cõmisceri. Si quis frater nominat fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens. Quos simul subiunxit ad pœnam, simul uoluit etiã ad ueniam pertinere. Si quis aũt talis est, inquit, cũ hoc nec cibũ sumas. Quàm seuerus pertinacibus, q̃ indulgens rogantibus. Aduersum illos Christi armatur iniuria, his Christi inuocatio suffragatur. At ne quis forte eo moueatur, quia scriptum est: Tradi hmõi hominẽ sathanæ in interitũ carnis, & dicat: Quõ potuit ad ueniam pertinere, cuius omnis interierit caro, cum manifestum sit in utroq; redemptũ hoiem, in utroq; saluari, neq; animã sine carne, neq; carnem sine anima, cũ sibi sint gestorũ operũ consortijs copulatæ, sine cõsortio uel pœnæ esse uel p̃mij? Is sibi respõsum hoc habeat, q̃ interitus nõ consummatã absumptionẽ carnis significet, sed castigationẽ. Sicut em mortuus peccato, deo uiuit: ita illecebra carnis interit, & cupiditatibus suis moriẽt caro ut castigati cæteris q; bonis operibus reuiuiscat. Et quod aptius exemplum quàm de matre sumamus? Nanq; ipsa de qua assumpti sumus terra, intermisso exercitio cultuq; uidetur

A uidetur deserta, & aut uinetis quibus consitus est ager aut oleis moritur, succum tamen proprium uel quandam sui animam non amittit. Deniq; repetitur à cultione & creditis seminibus quibus habilis æstimat, feracior assurgit fructibus. Non ergo alienum si etiam nostra caro interire sic dicitur, ut repressa magis quàm absumpta credatur.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI DE POENITENTIA LIBER II.

Quod pœnitentia nõ solũ sollicite, sed & mature sit agenda. Cap. I.

ET si non pauca quæ ad cohortationẽ pœnitentiæ proficiãt scripta sint libro superiore, tñ cũ adijci possint cõplura, ne uelut semesas uerborũ nostrorũ epulas reliquisse uideamur, incœptũ prosequamur conuiuiũ. Agenda est em pœnitẽtia, nõ solũ sollicite, sed etiã mature, ne forte euãgelicus ille paterfamiliãs qui arborẽ ficũ plantauit in uinea sua ueniat, & quærẽs fructũ in ea, si nõ inuenerit dicat cultori uineæ: Succide illam, ut quid etiã terram occupat? Et nisi cultor uineæ interueniat dicens: Dñe remitte illam & hoc anno usq; dum fodiam circa illã & mittã
B cophinum stercoris, excidat ficulnea. Stercoremus ergo & nos agrũ hunc quẽ possidemus, & imitemur laboriosos agricolas quos nõ pudet fimo pingui satiare terrã, & immundo cinere agrũ aspergere, ut fructus uberiores colligãt. Et quẽadmodum stercoremus docet Apostolus dicens: Et æstimo stercora ut Christum lucrifaciã, qui Phil.3.
per infamiã & bonam famã meruit Christo placere. Legerat em q; Abraam dum Gen.18.
se stercus & cinerem fatetur, summa humilitate inuenit dei gratiam. Legerat quod Iob in stercore sedens, omnia quæ amiserat recuperauit. Legerat prophetantẽ Dauid quod deus de terra suscitat inopẽ, & de stercore erigit pauperẽ. Et nos ergo nõ erubescamus fateri dño peccata nostra. Pudor est ut unusq;q; crimina sua prodat. Sed ille pudor agrum suũ arat, spinas tollit perpetuas, sentes amputat, fructus adolet quos in te mortuos esse credebas. Sequere illum qui bene arando agrum suũ fructus quæsiuit æternos. Maledicimur, inquit, & benedicimus, persecutionẽ patimur 1.Cor.4.
& sustinemus. Blasphemamur & obsecramus, tanq; purgamenta huius mundi facti sumus. Si & tu sic araueris, seminabis spiritalia. Ara ut peccatũ auferas, fructũ acqras. Ille arauit, ut psecutoris in se eradicaret affectũ. Quid plus potuit nobis cõferre Chrs ad studiũ correctiõis q̃ ut cõuerteret & daret nobis ex psecutore doctorẽ?

De redargutorum hæreticorum obnisu, autoritatem apostolicæ sententiæ suo errori suffragari iactantium, & defensionis illius repulsione, ex dictis Apostoli qui sibi contrarius esse non potuit. Cap. II.

VM igitur tam euidenti & ipsius Apostoli & scriptorum eius exemplo redarguant, tamen adhuc obniti uolunt & autoritatẽ aiunt apostolicæ sibi suffragari sententiæ, alligantes scriptum ad Hebræos: Impossibile Heb.6
est eũ hos qui semel illuminati sunt & gustauerunt donum cœleste &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C participes facti sunt spiritussancti, & bonũ gustauerunt dei uerbum, uirtutesq; futuri seculi, lapsos iterum reuocari in pœnitentiam, rursus crucifigentes filium dei & ostentatione triumphantes. Nunquid Paulus aduersus factũ suum prædicare potuit? Donauit Corinthio peccatum per pœnitentiã: Quõ hic potuit sententiã suam ipse reprehendere? Ergo quia nõ potuit quod ædificauerat destruere, nõ contrariũ dixisse eum sed diuersum aduertimus. Quod enĩ contrariũ est, seipsum impugnat: quod diuersum est, distinctã solet habere rõnem. Ita aũt contrarium non est, ut alterum suffragetur alteri. Etenim quia de remittenda prædicauit pœnitentia, debuit & de hĩs qui iterandum putant baptismũ non silere: & prius sollicitudinem nobis auferri oportuit, ut sciremus etiã post baptismum si qui peccarent donari eis posse peccatũ, ne spe ueniæ destitutos iterandi baptismatis opinio uana peruerteret. Deinde iterandum non esse baptisma, rationabili disputatione suadendum fuit. De baptismate aũt dictum uerba ipsa declarant, quibus significauit impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiã. Per lauacrum enĩ renouamur, per quod renascimur,
Rom.6. sicut ipse Paulus dicit: Consepulti enĩ sumus cum illo per baptismum in morte, ut quemadmodũ surrexit Christus ex mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate
Ephe.4. uitæ ambulemus. Et alibi: Renouamini spiritu mẽtis uestræ, & induite nouum ho
Psal.102. minem qui secundum deum creatus est. Et alibi: Renouabit᷑ sicut aquilæ iuuentus tua, quod etiam aquila cũ fuerit mortua ex suis reliquijs renascatur, sicut per baptismatis sacramẽtum cum fuerimus peccato mortui, renascimur deo ac reformamur. Vnum ergo baptismũ docet, sicut alibi: Vna fides, unũ inqt baptisma. Illud quoq;
D euidẽs q; in eo qui baptizatur crucifigitur filius dei, quia nõ potuit caro nostra abo-
Roma.6. lere peccatum nisi crucifixa esset in Christo Iesu. Deniq; scriptum est, quia quicũq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et infra: Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, scientes
Col.2. quia uetus homo noster simul confixus est cruci. Et ad Colossenses ait: Consepulti ei in baptismo, in quo & consurrexistis. Quod ideo scriptum est, ut credamus quia ipse crucifigit᷑ in nobis, ut per illum peccata nostra mundent᷑, ut ipse chirographũ nostrum affigat cruci, qui solus põt donare delicta. Ipse in nobis principatus & potestates triũphet, qm̃ de ipso scriptũ est: Principatus & potestates ostentauit triumphans eos in semetipso. Ergo q̃d ait in hac epistola q̃ scribit᷑ ad Hebræos: Impossibile esse lapsos renouari in pœnitentiã, ac rursus crucifigẽtes filium dei, & ostentatione triumphantes, eò spectat ut de baptismo dictum credamus in quo crucifigimus filiũ dei in nobis, ut per illum nobis mũdus crucifigat᷑: quia quadã triumphamus specie, dum similitudinẽ mortis eius assumimus, q principatus & potestates in sua cruce ostentauit ac triumphauit, ut in mortis eius similitudine, nos quoq; de principatibus quorũ iugum deponimus triũphemus. Semel aũt crucifixus est Christus, semel peccato mortuus, & ideo unum non plura baptismata. Quid q; & supra doctrinam baptismorũ præmisit? Et quia multa erant baptismata in lege, merito reprehendit illos qui perfecta dimittant & principia uerbi requirant. Docet nos scire oportere destructa esse uniuersa legis baptismata, unum baptisma esse in ecclesia. Horratur aũt nos, ut relinquẽtes initium uerbi ad perfectũ tendamus. Et hoc facie
Heb.6 mus, inquit, si quidẽ permiserit deus. Non põt enĩ sine fauore dei aliquis esse perfectus. Possem quidẽ etiam illud dicere ei qui hoc de pœnitentia dictum putat, quia quæ

A quæ impossibilia sunt homini, possibilia sunt apud deum, & potẽs est deus quando uult donare nobis peccata, etiam quæ putamus non posse concedi: Et ideo q̃d nobis impossibile impetratu uidetur, deo donare possibile est. Nam & impossibile uidebatur ut peccatum ablueret aqua. Deniq; Naaman Syrus, lepram suam mun- 4.Reg.5.
dari per aquam posse non credidit. Sed quod impossibile erat, fecit deus possibile esse, qui tantam nobis donauit gratiam. Similiter impossibile uidebatur per pœnitentiam peccata dimitti. Concessit hoc Christus Apostolis suis, quod ab Apostolis ad sacerdotũ officia transmissum est. Factum est igit᷑ possibile, q̃d impossibile uidebatur. Sed tñ de baptismo dictum, ne quis iteraret uera ratione persuadet.

Quod Apostolus non uenerit contra euidentem doctrinam Christi, qui de peccatore pœnitentiam habente comparationem posuit filij prodigi, & quemadmodum ex hoc ad spem ueniæ per pœnitẽtiam prouocemur.

Caput. III.

NEQVE enim Apostolus contra euidentem Christi doctrinã ueniret, qui de peccatore pœnitentiam agente cõparationem posuit, eo q; pergre profectus acceptam à patre oẽm substantiam deuorauerit uiuendo luxuriose, & postea panem patris desiderauerit cum uesceretur siliquis, & meruit stolam, anulum, calciamentum, immolationẽ quoq; uituli, quæ speciem habet passionis dominicæ, per quam cœleste sacramentum nobis donatũ est.
B Bene dicitur, quia peregre profectus est, qui erat à sacris altaribus separatus, hoc est enim ab Hierusalem illa quæ in cœlo est ciuico quodam & domestico sanctorũ separari domicilio. Vnde & Apostolus ait: Ergo iam nõ estis aduenæ atq; peregrini, Ephe.2
sed ciues sanctorum & domestici dei. Et consumpsit, inquit, substantiam suam. Merito consumpsit eam, cuius fides in operibus claudicabat. Fides enĩ eorum quæ sperantur substantia, rerum argumentum non apparentium. Et bona substantia fides, in qua spei est nostræ patrimonium. Nec mirũ si fame peribat qui diuino alimẽto egebat, cuius desiderio cõpulsus: Surgam, inquit, & ibo ad patrem meum & dicam Luc.15.
illi: Pater peccaui in cœlum & coram te. Nõne aduertistis id euidẽter iam nobis expositum, quod merendi gratia sacramẽti ad precandum impellimur, & hoc auferre uultis propter quod agitur pœnitentia? Tolle gubernatori perueniendi spem, & in medijs fluctibus incertus errabit. Tolle luctatori coronam, lentus iacebit in stadio. Tolle piscatori capiendi efficaciam, desinit iactare retia. Quomodo ergo potest q̃ famem patitur animæ suæ, studiosius deum precari, si sacram desperet alimoniam? Peccaui, inquit in cœlum & coram te. Fatetur utiq; peccatum ad mortem, ne quemuos agentem cuiuslibet criminis pœnitẽtiam iure excludi putaretis, qñ is qui in cœlum peccauit, uel in regnum cœleste, uel in animã suam, quod est peccatum ad mortem, & peccauit coram deo, cui soli dicitur: Tibi soli peccaui & malum coram te feci, Psal.50.
tam cito ueniam meretur, ut ueniẽti & adhuc longe posito occurrat pater, & osculũ tribuat, quod insigne est sacræ pacis, stolam proferri iubeat, quæ uestis est nuptialis, quam si quis non habuerit à conuiuio nuptiali excluditur. Det anulum in manũ eius, quod est fidei pignus & sancti spiritus signaculum: Calciamenta deferri præcipiat. Celebraturus enĩ pascha dñi, epulaturus agnum, tectũ debet aduersus oẽs incursus bestiarum spiritalium morsusq; serpentis habere uestigium. Vitulum præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cipiat occidi,quia pascha nostrum immolatus est Christus. Etenim quotienscunq;
1.Cor.11 sanguinem domini sumimus,mortem domini annunciamus. Sicut ergo semel pro
omnibus immolatus est,ita quotienscunq; peccata donantur, corporis eius sacra-
mentum sumimus,ut per sanguinem eius fiat peccatorum remissio. Ergo euiden-
tissime domini prædicatione mandatum est,etiam grauissimi criminis reis,si ex to-
to corde & manifesta confessione peccati pœnitentiam gerant, sacramenti cœlestis
refundendam gratiam. Vnde nihil uobis ad excusationem resedisse certum est.

De spiritu blasphemiæ qui non remittetur hic neq; in futuro,& quomo
do intelligatur illud de hæreticis atq; schismaticis, qui ecclesiam separãt,
quibus indulgentia negatur quamdiu tanti criminis merita non depo-
suerint. Caput. IIII.

Matt.12. PERLATVM est tamen ad nos,etiam illud uos obijcere solere,quod di
catis scriptum esse: Omne peccatum & blasphemia remittetur homini-
bus,spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus: Et quicũq;
dixerit uerbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit
contra spiritum sanctum non remittetur ei,neq; in hoc seculo neq; in futuro. Quo
exemplo omnis assertio uestra destruitur & absoluitur. Scriptum est enim: Omne
peccatum & blasphemia remittetur hominibus. Cur igitur non remittitis? Cur li-
gatis uincula quæ non soluitis? Cur nodos nectitis quos non relaxatis? Remittite
cæteris, agite de his quos peccantes in spiritum sanctum euangelica autoritate in
D perpetuum astringi putatis. Et tamen quos astringat consideremus, repetentes su-
periora lectionis ipsius,ut euidentius comprehendamus. Dicebant Iudæi: Hic non
eijcit dæmonia,nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Rñdit Iesus: Omne regnũ
diuisum contra se destruetur,& omnis ciuitas uel domus diuisa contra se,nõ stabit.
Si enim sathanas sathanam eijcit,aduersum se diuisus est,quomodo ergo stabit re
gnum eius. Quod si ego in Beelzebub eijcio dæmonia,filij uestri in quo eijciũt? De
his utiq; expressum uidemus, qui dominum Iesum in Beelzebub eijcere dæmonia
loquebantur,quibus sic respõdit dominus,quod sathanæ hæreditas in his esset qui
sathanæ compararent saluatorem omnium,& in regno diaboli constituerent Chri-
sti gratiam. Et ut cognosceremus,quia de hac dixit blasphemia,adiunxit: Progeni-
es uiperarum,quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Hos ergo qui hæc lo-
quuntur,negat ad ueniam pertinere. Deniq; Petrus Symoni,qui magicæ artis con
suetudine deprauatus,putasset quod gratiã Christi per impositionem manus atq;
Act.8. infusionem spiritussancti,cõpararet pecunia,ait: Non est tibi pars neq; sors in hac
fide,quia cor tuum non est rectum apud deum. Pœnitentiam itaq; age ab hac ne-
quitia tua,& precare dominum,si forte remittatur tibi recordatio cordis tui. In obli
gatione enim iniquitatis & amaritudine fellis uideo te esse. Vides quod hunc magi
ca uanitate blasphemantem in spiritum sanctum,apostolica autoritate cõdemnet,
& eo magis, quia puram conscientiam fidei non habebat, & tamen non intercluſit
ei spem ueniæ,quẽ inuitauit ad pœnitentiam? Responsum est igitẽ à dño blaspheſ
miæ pharisæorũ,& ideo his potestatis suæ gratiã negat, quæ in remissionẽ peccato
rum est,qui cœlestem eius potestatẽ diabolico fultã suffragio uendicarẽt. Eos q̃q;
asserit diabolico uti spũ qui separarent ecclesiam dei,ut omniũ temporũ hæreticos
&

A & schismaticos comprehenderet,quibus indulgentiã negat,quod omne peccatũ cir
ca singulos est,hoc in uniuersos. Soli enim sunt qui uolunt soluere Christi gratiã,
qui ecclesiæ membra discerpunt, propter quã passus est dominus Iesus, spiritusq;
sanctus datus est nobis. Deniq; ut sciatis quia de dispersoribus dicit, sic habemus
scriptũ: Qui non est mecũ contra me est,& q non colligit mecũ,dispergit. Et ut scire Matth.12.
mus de his dictũ,statim subiũxit. Ideo dico uobis, omne peccatũ & blasphemia re
mittetur hominibus, spiritus aũt blasphemia nõ remittetur hominibus. Cũ dicit:
Ideo dico uobis,nõne euidẽter hoc p̃ cæteris à nobis intelligi uoluit? Meritoq; ad-
iũxit: Arbor bona bonos fructus facit,mala aũt arbor malos fructus facit. Cõgre-
gatio enim mala,bonũ facere fructũ non potest. Arbor itaq; congregatio est,fru-
ctus boni arboris, filij ecclesiæ sunt. Et ideo reuertimini ad ecclesiã,si qui uos separa
stis impie. Omnibus enim cõuersis pollicetur ueniã,quia scriptũ est: Omnis quicun Ioel.2.
q; inuocauerit nomẽ domini saluus erit. Deniq; etiã Iudæorũ populus qui dicebat
de dño Iesu: demoniũ habet,q dicebat: In beelzebub eijcit dæmonia,q crucifixit do
minũ Iesũ,Petri prædicatione uocatur ad baptismũ,ut sceleris tãti merita deponat.

De infructuosa pœnitentia Iudæ,qui non corã deo, sed coram Iudæis
pœnituit,quodq; pœnitẽtia debeat esse syncera nõ dolosa. Et quõ intelli
gẽda sint uerba apostoli Petri,qbus nouatiani errorẽ suũ defendũt. De
differẽti quoq; accessu ad baptismũ atq; pœnitentiã. Caput V.

B SED quid mirum,si salutem negatis aliis,qui uestrã recusatis? Licet illi ni
hil deferãt qui à uobis pœnitentiã petũt. Arbitror enim quod etiã Iu-
das potuisset tãta dei miseratione nõ excludi à uenia, si pœnitentiã nõ
apud Iudæos,sed apud Christũ egisset. Peccaui,inquit,quod tradideri Matth.27.
sanguinem iustum. Respõderunt: Quid ad nos? Tu uideris. Quæ uox alia uestra
est, cum etiam minoris peccati reus uobis factum proprium confitetur? Quid re-
spondetis aliud nisi hoc, quid ad nos,tu uideris. Hunc sermonem laqueus sequitur,
eo feralior est pœna,quo culpa est minor. Sed si isti non conuertuntur,uel uos reuer
timini,qui lapsu uario de innocẽtiæ fideiq; præcelso fastigio decidistis: bonum do-
minum habemus, qui uelit donare omnibus,qui te per prophetam uocauit dicẽs.
Ego sum,ego sum,qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero,tu autem memor Esa.43.
esto & iudicemur. Referunt tamen quæstionem de uerbo apostoli Petri, qa dixit:
Si forte,& putant non confirmasse Petrum,ut agenti pœnitentiam peccatũ remit-
teret. Sed considerent de quo loquatur,hoc est, de Simone,qui non ex fide crede-
ret,sed dolũ cogitaret. Deniq; & dominus dicenti ei, cuius non plenam syncritatẽ
uideret,Sequar te,ait: Vulpes foueas habẽt. Quẽ ergo dominus ante baptismũ ꝓ Matth.8.
hibuit sequi,quoniã fraudulentũ uidebat,miraris si post baptismũ præuaricãtẽ nõ
absoluit apostolus,quẽ in obligatione iniqtatis manere pronunciat? Sed hoc illis
responsum sit. Ego autem nec Petrum dubitasse dico,nec uerbi unius præiudicio tã
tã causam strãgulandã arbitror. Nam si putant dubitasse Petrum,nũquid & deus
dubitauit qui ait ad Hieremiam prophetam: Sta in atrio domus domini, & respõ Hiere.26.
sum dabis omni Iudæ, his qui ueniunt adorare in domo domini, omnia uerba
quæ constituũ tibi respondere illis, noli auferre uerbum,forsitan audient & auerten
tur? Dicant ergo dominũ ignorasse quid esset futurũ. Sed nõ ignorãtia eo uerbo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C exprimitur,sed in scripturis diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur, eo
Ezech.3. quod simplex sit elocutio. Siquidem & ad Ezechiel dicit dñs: Fili hominis mittam
ego te ad domũ Israël,eos qui me exacerbauerunt,ipsi & patres eorum usq; in ho
diernum,& dices ad eos:Hæc dicit dñs,si forte audient & terrebunt. Nesciebat ergo
eos posse aut nõ posse cõuerti? Non ergo semp dubitantis ista est elocutio. Deniq;
ipsi sapientes seculi,qui oẽm gloriam suã statuunt in expressione uerborũ, quod la
tine,forte dicimus,græce τάχα, non ubiq; pro dubitatione posuerunt. Aiunt itaq;
dixisse primũ suorum poëtam τάχα χῆρα ἔσομαι,quod est,cito uidua ero. Et alibi:
Iliad.3. τάχα γάρ κε κατακτανέοντιν ἀχαιοί, πάντες ἑφορμηθέντες. Non em̃ dubitaret omnibus si
mul insurgentibus,unum facile ab uniuersis posse prosterni. Sed nos nostris magis
cq; alienis utamur. Deniq; habes in euãgelio,quia ipse filius de patre ait, cũ misisset
Matt.21 seruos ad uineam suã & occisi essent, dixisse patrẽ: Mittã filium meũ dilectissimũ,
Ioh.8. forsitan ipsum uerebuntur. Et alibi ex sua persona filius ait: Neq; me scitis,neq; pa
trem meum. Si em̃ me sciretis,& patrẽ meũ forsitan sciretis. Si ergo his uerbis usus
est Petrus,quibus dñs usus est sine præiudicio sententiæ suæ,cur non accipiamus &
Petrum his usum sermonibus sine suæ fidei præiudicio? Neq; poterat dubitare de
Christi munere,qui sibi soluendorũ peccatorum dederat potestatẽ, præsertim cum
uersutijs hæreticorum,locum nõ deberet relinquere,qui ideo uolunt spem hominũ
destituere,ut iterandi baptismatis apud desperantes facilius inducant persuasionẽ.
Sed Apostoli hoc habentes secundum Christi magisterium pœnitentiã docuerũt,
Psal.31. spoponderunt ueniã,culpam relaxauerũt. Sicut & Dauid docuit dicens:Beati quo
D rum remissæ sunt iniquitates,& quorũ tecta sunt peccata:Beatus uir cui non impu
tauit dñs peccatum. Vtunq; em̃ beatũ dixit, & cuius iniquitas remittitur per laua
chrum,& cuius peccatum tegit operibus bonis. Qui em̃ agit pœnitentiã, nõ solum
diluere lachrymis debet peccatum suũ, sed etiã emendationibus factis operire & te
gere delicta superiora,ut non ei imputet peccatum. Ergo tegamus lapsus nostros
posterioribus factis,mũdemus fletibus,ut audiat nos dñs deus noster ingemiscen
tes,sicut audiuit lachrymantẽ Effrem,quẽadmodum scriptum est dicente deo:Au
Hiere.31. diens audiui Effrem lachrymantem. Et ipsa uerba Effrem lamentantis expressit di
cens: Castigasti me & castigatus sum,sicut uitulus nõ sum edoctus. Vitulus em̃ lu
dit,& præsepe deserit,& ideo Effrem sicut uitulus nõ est edoctus lõge positus à præ
sepi,quia præsepe dñi deseruit & Hieroboam secutus,uitulos adorauit, quod pro
phetia futurum per Aaron indicauerat, sic lapsurum populum Iudæorum. Ideoq;
agens pœnitentiã dicit: Conuerte me & cõuertar,quia tu dñs meus,quia in nouissi
mo captiuitatis meæ pœnitentiã egi,& postq; cognoui ingemui super dies cõfusio
nis,& subiectus sum tibi,quia accepi opprobrium & demonstraui te.

De instructione atq; exhortatione ad lamenta pœnitentiæ ex diuersis sa cræ scripturæ sententijs atq; exemplis. Cap. VI.

ADVERTIMVS quomodo agẽda sit pœnitẽtia,quibus sermonibus, quibus fletibus, ut peccati dies confusionis appellet. Confusio est em̃ qñ Christus negat. Et ideo subijciamus nos deo, ut non subditi simus peccato,& delictorũ nostrorum memoriã recẽsentes tanq; opprobriũ erubescamus,non uelut quandã gloriam prædicemus, sicut quidam expugnata pu

dicitia

A dicitia,oppressa iusticia gloriant,& tanta fiat conuersio,ut qui deum nõ agnoscebamus,ipsi eum iam alijs demonstremus. Motus aũt dñs tali conuersione nostra respondeat: A iuuentute mea es tu filius dilectus mihi Effrem,ut puer in delitijs,qm̃ Hiere.31.
eo q; sermones mei in ipso sunt,memoria memor ero eius,propterea festinaui sup illum,misericordia miserebor eius dixit dñs. Quã aũt misericordiam nobis pollicetur infra ostendit dicens,Inebriaui oẽm animã sitientem,& oẽm animã esurientẽ satiaui. Ideo exurrexi & uidi & somnus meus mihi dulcis est. Aduertimus q; peccã tibus dñs sacramẽta promittat sua,& ideo oẽs conuertamur ad dñm. Si isti nõ conuertuntur,uel uos reuertimini qui lapsu uario de innocentiæ fideiq; præcelso fastigio decidistis, Bonũ dñm habemus qui uelit donare omnibus, qui te per prophetam uocauit dicens:Ego sum,ego sum qui deleo iniquitates tuas,& memor nõ ero, tu autem memor esto ut iudicemur. Ego,inquit,memor non ero,tu autem memor esto,hoc est,non reuoco illa,quæcunq; delicta donaui tibi,uelut quadam obliuione tecta sint,tu autem memor esto. Ego,inquis,memor nõ ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem: memor esto ut scias donatum esse peccatum, ne glorieris quasi innocens,ne te iustificando plus ingraueris,sed si uis iustificari fatere delictum tuum. Soluit enim criminum nexus uerecunda cõfessio peccatorum. Vides quid à te exigat deus tuus,ut memor sis eius quam accepisti gratiæ. Nõ glorieris quasi non acceperis. Vides qua remissionis pollicitatione te prouocet ad confitendum. Vide ne reluctando mandatis cœlestibus indeuotionem Iudæorum inci-
B das,quibus dicit dominus Iesus: Cantauimus uobis & nõ saltastis, lamentauimus Luc.7.
& non ploraſtis. Vilis sermo,sed nõ uile mysterium. Et ideo cauendum ne quis uulgari quadam sermonis huius deceptus interpretatione,putet nobis saltationis lubricæ histrionicos motus, & scænæ deliramenta mandari. Hæc etiam in adolescentula ætate uitiosa sunt,sed saltationem eam mandauit, qua saltauit Dauid ante arcam domini. Totum enim decet quicquid defertur religioni,ut nullum obsequium quod proficiat ad cultum & obseruantiam Christi erubescamus. Non ergo illa delitiarum comes atq; luxuriæ saltatio prædicatur, sed qua unusquisq; corpus attollat impigrum,nec humi pigra iacere membra uel tardis sinat torpere uestigijs. Sal-
tabat spiritaliter Paulus cum se pro nobis extenderet,& posteriora obliuiscens,pri- Phil.3.
ora appetens,contenderet ad brauium Christi. Tu quoq; cum ad baptismum ueneris,manus eleuare, pedes quibus ad æterna conscendas uelociores habere admoneris. Hæc saltatio fidei socia,gratiæ comes. Hoc est ergo mysterium. Cantauimus uobis noui utiq; canticum testamenti, & non saltastis, hoc est, non eleuastis animum ad spiritalem gratiam. Lamentauimus & non ploraſtis, hoc est, non egistis pœnitentiam. Et ideo derelictus est Iudæorum populus, quia nec egit pœnitẽtiam & gratiam refutauit. Per Iohannem pœnitentia,per Christum gratia. Istam quasi dñs donat, illam quasi seruus annunciat. Vtunq; igitur ecclesia custodit, ut & consequatur gratiam, & non abijciat pœnitentiam. Gratia enim munus largientis est, pœnitẽtia delinquentis remedium. Sciuit Hieremias magnum remedium esse pœnitentiæ,quam in Threnis suis suscepit pro Hierusalem,& ipsam inducit agentem Hierusalem dicẽs:Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, nec Thren.1.
est qui cõsoletur ab omnibus qui diligunt eam. Viæ Syon lugent. Et adiecit: In his ergo fleo,oculi mei caligauerunt à fletu,quia elongauit à me qui me consolabatur.

Aduertimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Aduertimus quod hunc malorum suorum acerbissimum cumulum arbitrabatur, quia deerat qui consolaretur mœrentem. Quomodo ergo uos ipsam consolationem aufertis qui spem relaxandæ negatis pœnitentiæ? Sed audiant qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimorum concussione uiscerum, qua cordis cõuersione. Vide, inquit, dñe, quia tribulor, uenter meus turbatus est à fletu meo, cõuersum est cor meum in me. Cognouisti intentionem animi, fidem mentis cognosce & habitum corporis. Sede
Thren.2. runt, inquit, in terra, tacuerunt seniores filiæ Syon, & imposuerũt terrã super caput suum, præcinxerunt se cilicio, deduxerunt in terram principes, uirgines Hierusalem defecerunt in lachrymis, oculi mei caligauerunt. Turbatus est uẽter meus, effusa est
Ionæ.3. in terra gloria mea. Sic fleuit & Niniuæ populus. & denunciatum excidium ciuitatis, euasit. Tanta est enim pœnitentiæ medicina, ut mutare uideatur suam deus sententiam. In te est igitur ut euadas, uult se rogari dominus, uult de se sperari, uult sibi supplicari. Homo es & uis rogari ut ignoscas, & putas deum tibi non roganti ignoscere. Ipse dñs Hierusalem fleuit, ut quia ipsa flere nolebat, dñi lachrymis ad uenia pertineret. Ipse nos flere uult, ut euadere possimus, sicut habes scriptum in euange-
Luc.23. lio: Filiæ Hierusalem nolite me flere, sed uosipsas flete. Fleuit Dauid & meruit ut
2.Reg.24. mortem populi pereuntis diuina remoueret misericordia, quãdo tribus sibi propositis optionibus, eam tamen in qua maiorem domini miserationem experiretur elegit. Quid erubescis tu peccata tua flere, cum deus prophetas iusserit flere pro popu-
Ezech.2. lis. Deniq; & Ezechiel iussus est flere Hierusalem, & accepit librum in cuius capite
D scripta erant, lamentatio & melos & uæ, duo tristia, & unum delectabile, qm̃ ille sal-
Eccl.7 uus erit in futurũ, qui in hoc seculo plus fleuerit. Cor em̃ sapientiũ in domo luctus, & cor stultorũ in domo epularũ. Et ipse dñs ait: Beati qui nũc fletis, quia ridebitis.

De Lazaro suscitato & fletu sororum eius. De lachrymatione quoq; Iesu, ubi spiritalis resurrectio peccatorum innuitur. De inuidia quoq; Iudæorum qui Lazarum interficere cogitabãt, quorum duriciæ Nouatiani successores sunt, qui p pœnitentiã suscitatos interficere uolũt. Ca. VII.

LEAMVS igitur ad tempus, ut exultemus in æternũ. Timeamus dominum, præueniamus eum cõfitendo peccata nostra. Corrigamus ipsus nostros, emẽdemus errorem, ne & de nobis dicatur: Heu me anima quia perijt timor tuus à terra, & qui corrigat in hominibus nõ est.
Esa.43. Quid uereris apud bonum dominum tuas iniquitates fateri? Dic, inquit, iniquitates tuas ut iustificeris. Adhuc reo culpæ, iustificationes præmia proponuntur. Ille
Prouer.18. enim iustificatur, qui proprium crimen sponte agnouerit. Deniq; iustus in exordio sermonis accusator est sui. Nouit omnia dominus, sed expectat uocem tuam, non ut puniat, sed ut ignoscat: non uult ut insultet tibi diabolus, & celantem peccata tua arguat. Præueni accusatorem tuum, si teipse accusaueris, accusatorem nullum timebis, si te detuleris ipse, & si mortuus fueris reuiuisces. Veniet ad monumẽtum Christus, & si uiderit flere pro te Martham boni fœminam ministerij, flere Mariam, quæ attente audiebat uerbum dei, sicut sancta ecclesia quæ optimam partem sibi elegit, mouebitur misericordia, cum uiderit in tuo obitu lachrymas plurimorum & dicet: Vbi posuistis eum, hoc est, in quo rerum statu est, in quo pœnitentium ordine? Videam

A ne? Videam quem fletis, ut lachrymis suis ipse me moueat, uideam si iam peccato ei cuius uenia poscitur, defunctus est. Dicet plebs: Veni & uide. Quid est uenire? Hoc est ueniat peccatorum remissio, ueniat defunctorum uita, mortuorum resurrectio, ueniat & in hunc peccatorem regnum tuum. Veniet itaq; & leuari lapidẽ iubebit, quem ceruicibus peccatoris lapsus imposuit. Potuit remouere lapidem imperio sermonis, Iubenti enim Christo etiam insensibilis solet natura obedire: Poterat tacita ui operationis occultæ transferre saxum sepulchri, in cuius passione remotis lapidibus plurima defunctorum sepulchra patuerunt: sed hominibus iussit ut remouerent lapidem: in ueritate quidem, ut increduli crederent quod uidebant & aspicerent resurgentem mortuum. In typo autem quod nobis donaret ut leuaremus delictorum onera, moles quasdam reorum. Nostrum est onera remouere, illius est resuscitare, illius educere de sepulchris exutos uinculis. Videns itaq; graue onus peccatoris, illachrymat dominus Iesus, solã enim flere non patitur ecclesiam. Compatitur dilectæ suæ & dicit defuncto: Veni foras, hoc est, quid iaces in tenebris conscientiæ & delictorum tuorum sordibus quodam reorum carcere? Exi foras, delictũ proprium prode ut iustificeris: Ore confessio fit ad salutẽ. Si confessus fuerit à Christo uocatus, claustra rumpentur, & omnia soluentur uincula. Et si corruptelæ corporeæ fœtor grauis sit, Quatriduũ enim habebat ille cuius fœtebat in tumulo caro cuius aũt caro nõ uidit corruptionẽ, triduo fuit in sepulchro, Carnis enim uitia nescit, q̃ ex quattuor constat elementorũ substantijs: quantuslibet ergo mortui fœtor
B sit, aboletur omnis ubi sacrum redoleuerit unguentũ, & surgit defunctus, & soluere iubentur eius uincula quæ adhuc in peccato sunt, tollere uelamẽ de facie eius, qd' ueritatem gratiæ quam acceperat obumbrabat. Sed quia uenia donatus est, reuelare faciem, aperire uultum iubetur. Nõ habet enim quod erubescat, cui peccatum remissum est. In tanta uero domini gratia tantoq; diuini muneris miraculo, cum oporteret uniuersos lætari, cõmouebantur impij & aduersus Christum consilium congregabant: Lazarum quoq; interficere uolebant. Nónne merito eorum successores, uos fore cognoscitis, quorum duritiæ hæredes estis? Nam & uos indignamini, & contra ecclesiam congregatis concilium, quia uidetis mortuos in ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta uenia resuscitari. Itaq; quod in uobis est, per inuidiã rursus uultis interficere suscitatos. Sed Iesus non reuocat beneficia, immo cumulo suæ liberalitatis amplificat. Reuisit sollicite resuscitatum, & celebratæ resurrectionis gratia lætus ad cœnam uenit, quam ei sua præparauit ecclesia, in qua ille qui fuerat mortuus unus inter discumbentes cum Christo inuenitur. Tunc mirantur omnes qui uident puro utique obtutu mentis, qui inuidere non norunt. Tales enim ecclesia filios habet. Mirantur ut dixi, quomodo ille qui iacebat in tumulo heri & nudiustertius, unus sit de discumbentibus cum domino Iesu. Ipsa Maria mittit unguentum in pedes domini Iesu. Ideo forte in pedes, quia unus de infimis ereptus est morti. Omnes enim corpus Christi sumus, sed alij forte superiora membra sunt. Os erat Christi apostolus qui dicebat: Experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus. Os eius prophetæ, per quos loquebatur futura. Vtinam ego pes eius esse merear, & mittat in me Maria unguentum suum pretiosum, & ungat & peccata extergat.
2. Cor.13.

De spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C De spiritalibus unguentis, atq; inibi autor quædam modeste de seipso subiicit. Caput. VIII.

QVOD igitur de Lazaro legimus, in unoquoq; debemus conuerso pec catore credere, qui licet fœtorem habeat, tamen fidei preciosæ emenda tur unguento. Tantum enim gratiæ fides habet, ut ubi ante diem fœ tebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus. Fœtebat Corin
1.Cor.5. thia domus, quando scriptum est de ea: Auditur inter uos fornicatio, & talis for nicatio, qualis nec inter gentes. Fœtor enim erat, quia modicũ fermentum totã mas
2.Cor.2. sam corruperat. Cœpit bene olere, cũ dicit: Si cui qd donastis & ego. Nã & ego qd donaui propter uos in persona Christi. Itaq; liberato peccatore factũ est in eo gau diũ magnũ, & redoluit domus tota suauitate gratiæ. Vñ bene cõscius qd oẽs apo stolicæ remissionis pfudisset unguento, ait: Christi bonus odor sumus deo in his q salui fiunt. Huius igit effusione unguẽti lætant oẽs, solus Iudas cõtradicit. Ergo & nunc qui puaricator est cõtradicit, reprehendit qui proditor, sed à Christo ipse repre hendit, qui dñicæ remediũ mortis ignorat, & tñ mysterium sepulturæ nõ intelligit. Ideo em̃ & passus & mortuus est dñs, ut nos redimeret à morte. Hoc excellẽtissimũ iudicat preciũ suæ mortis, q̃ pctor absoluit, & in nouã assumit gratiã, ut ueniant &
Luc.15. mirent oẽs quõ cũ Christo recũbat, & laudantes deũ dicãt: Manducemus & epule mur, quia hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus est. Si qs aũt infidelis obie
Matt.9. cerit, quare cũ publicanis & pctoribus manducet: Rñdetur ei: Nõ opus est sanis me dicus, sed his qui male habent. Ostende igitur medico uulnus tuũ ut sanari possis,
D & si nõ monstraueris nouit, sed à te expedit audire uocem tuam. Absterge lachry mis cicatrices tuas. Sic peccatũ mulier illa in euãgelio fœtoremq; sui erroris abster sit, sic culpã diluit, dũ Iesu pedes lachrymis lauit. Vtinam mihi quoq; pedũ tuorum lutum Iesu reserues, quos dum in me deambulas inquinasti. Vtinã sordes uestigio rum tuorũ detergendas mihi offeras, quas ego actu meo tuis affixi gressibus. Sed unde mihi aqua uiua, qua pedes tuos possim lauare? Si aquã nõ habeo, habeo la chrymas, quibus dũ pedes tuos lauo, utinã me ipsum diluam. Vnde mihi ut de me
Luc.7. dicas: Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multũ? Plus debuisse me fateor, & plus dimissum mihi, qui de forẽsium strepitu iurgiorum, & à publicæ terrore ad ministrationis, ad sacerdotium uocatus sum, & ideo uereor ne ingratus inueniar, si minus diligam cui plus dimissum est. Sed nõ omnes mulierem istam æquare pos sunt, quæ etiam Simoni qui prandiũ domino dabat merito prælata est, quæ omni bus qui uolunt ueniam promereri magisterium præstitit, osculando pedes Chri sti, lachrymis lauando, tergẽdo crinibus, ungendo unguento. In osculo insigne cha
Can.1. ritatis est, & ideo dicit dñs Iesus: Osculet me ab osculo oris sui. Capilli quid signifi cant, nisi ut mouearis inclinata omni infularũ dignitate seculariũ ad obsecrandã in dulgentiam, ad terrã te ipse prosternas, ut humi iacens moueas misericordiam. Vn guento quoq; bonæ conuersationis exprimitur odor. Rex nẽpe erat Dauid, & dice
Psal.6. bat: Lauabo per singulas noctes lectum meũ, lachrymis stratum meum rigabo. Et ideo tantã gratiam meruit, ut ex eius familia uirgo eligeretur quæ nobis partu pro prio Christum æderet. Ideo & ista in euãgelio prædicatur mulier. Tñ si hanc æqua re non possumus scit dñs Iesus & infirmis subuenire, ubi non est quæ possit parare conuiuium, quæ deferre unguentum, fontem aquæ uiuæ secum portare. Venit ipse ad sepul

A ad sepulchrum. Vtinam ergo ad hoc monumentũ meum digneris accedere domi ne Iesu, tuis me lachrymis laues, quoniam durioribus oculis non habeo tantas la chrymas, ut possim mea lauare delicta. Si illachrymaueris pro me saluus ero, si dignus fuero lachrymis tuis, fœtorem abstergo delictorum omniũ, si fuero dignus ut paulisper illachrymes, uocabis me de monumẽto huius corporis, & dices: Exi foras, ut non intra corporis huius angustias inclusæ teneãtur cogitationes meæ, sed egre diantur ad Christum, in lumine uersentur, ut non cogitem opera tenebrarum sed opera lucis. Qui enim peccatũ cogitat, intra suã conscientiã studet se ipse includere. Voca ergo foras seruum tuũ. Quamuis ligatus uinculis peccatorũ meorũ uinctos habeam pedes, innexas manus, & cogitationibus & operibus mortuis iam sepul tus, te uocante liber egrediar & inueniar unus de discumbentibus in conuiuio tuo, & domus tua precioso repleatur unguento, si quẽ redimere dignatus es custodieris. Dicetur enim: Ecce ille non in ecclesiæ nutritus sinu, non edomitus à puero, sed rap tus à tribunalibus, abductus uanitatibus seculi huius, à præconis uoce ad psalmi stæ assuefactus canticum, in sacerdotio manet nõ uirtute sua sed Christi gratia, & inter conuiuas mensæ cœlestis recũbit. Serua domine munus tuũ, custodi donum qd cõtulisti etiã refugienti. Ego sciebam quod nõ erã dignus uocari episcopus, quo niã dederã me seculo huic, sed gratia tua sũ quod sũ, & sum quidẽ minimus omniũ episcoporũ & infimus merito, tñ quia & ego laborẽ aliquẽ p sancta ecclesia tua su scepi, hunc fructũ tuere, ne quẽ perditũ uocasti ad sacerdotiũ, cum sacerdotẽ perire patiaris: ac primũ ut cõdolere norimus peccãtibus affectu intimo. Hæc enim sũma
B uirtus, qa scriptũ est: Et nõ gaudebis super filijs Iuda in die perditõis eorũ, & ne ma gna loquaris in die tribulationis eorum, sed quotiescũq; peccatũ alicuius lapsi expo nitur cõpatiar, nec superbæ increpẽ, sed lugeã & defleã: ut dũ aliũ fleo, meipsũ de defleã dicẽs: Iustificata est magis Thamar q̃ ego. Fortasse adolescentula lapsa sit, oc Gen.38. casionibus quæ delictorũ fomites sunt decepta ac præcipitata sit, peccamus & senio res. Repugnat in nobis lex huius carnis, legi mẽtis nostræ, & captiuos nos trahit in peccatũ, ut faciamus quod nolumus. Illi de ætate suppetit excusatio, mihi iã nulla. Illa enim debet discere, nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar q̃ ego. Incu samus alicuius auariciã, recordemur si nihil ipsi auare fecimus, & si fecimus qm̃ ra dix est malorũ auaricia, & tanq̃ sub terra occulte in nostro serpit corpore, dicamus singuli: Iustificata est magis Thamar q̃ ego. Si cõmoti fuerimus in quẽq̃ grauiter, leuiorẽ causã laicus habet q̃ episcopus, eo quod cõmotus egerit aliq̃d, retractemus nobiscũ & dicamus: Iustificatus est magis iste qui cõmotionis arguitur q̃ ego. Hæc enim si dicamus, ipsi nobis cauemus, ne dicat nobis dominus Ielus, aut quisquã de discipulis eius: Festucã in oculo fratris tui uides, trabẽ aũt quæ in oculo tuo est nõ Matth.7. uides? Hypocrita eijce primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc uidebis eijcere festucã de o culo fratris tui. Non ergo erubescamus dicere, grauiorẽ nostrã culpã esse q̃ eius quẽ arguendũ putamus, qa dixit hoc Iudas q arguebat Thamar, & recordatus suã ipse culpã ait: Iustificata est magis Thamar q̃ ego. In quo & altitudo mysterij est, & mo rale præceptũ, & ideo culpæ eius deputatũ non est, quia ipse se accusauit prius q̃ ab alijs accusaretur. Nõ ergo gaudeamus super alicuius peccatũ, sed magis lugeamus qa scriptũ est: Noli supergaudere mihi inimica mea qa cecidi, sed resurgã, qm̃ si sede Miche.7. ro in tenebris dñs illuminabit me. Iram dñi sustinebo, qa peccaui ei, donec iustificet causam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C causam meam,& faciet iudicium meum & educat me ad lumen,& uidebo iusticiam A
eius,& uidebit inimica mea,& cooperietur cōfusione quæ dicit ad me: Vbi est dñs
deus tuus? Oculi mei uidebunt eam,& erit in conculcationē sicut lutum in uia. Nec
immerito,qm̄ qui lapsu alieno gaudet,diaboli gaudet uictoria. Et ideo doleamus
magis cum audimus perijsse hominē pro q̄ Christus mortuus est,qui nec in messe
stipulam negligit. Atq; utinā hāc stipulam in messe, hoc est inanē auenam fructus
mei nō abijciat,sed colligat sicut ait: Heu me quia factus sum sicut qui colligit stipu
lam in messe,& racemū in uindemia, ut uel primitiua māducet in me gratiæ suæ,&
si posteriora nō approbem. Ergo & agendā pœnitentiam & tribuendam ueniam
credere nos conuenit,ut ueniā tn̄ tanq̄ ex fide speremus,nō tanq̄ ex debito. Aliud
est em̄ mereri,aliud p̄sumere. Tanq̄ ex syngrapha fides impetrat,Præsumptio aūt
arroganti est proprior q̄ roganti. Priꝰ solue debitū,ut quod speraueris impetrare
merearis. Solue boni affectū debitoris ut usuram nō facias, sed fidei tuæ censu con
tracti nominis fœnus euacues. Plura soluendi habet subsidia qui deo, q̄ is qui ho
mini debet. Homo pecuniā pro pecunia reposcit, q̄ non semp debitori præsto est,
deus affectum exigit,qui in tua potestate est. Nemo paup est qui deo debet,nisi q
seipsum pauperem fecerit. Et si nō habet quæ uendat,habet quæ soluat. Oratio,la
chrymæ,ieiunia,debitoris boni census est, multoq; uberior q̄ si quis ex precijs sun
Act.5. dorum pecuniā sine fide deferat. Deniq; pauper erat Ananias cū uendito agro pe
cuniam deferret ad Apostolos,unde nec soluere se potuit sed implicauit: Diues illa
Luc.21. uidua quæ duo æra minuta in gazophylacium misit, de qua dictū est: Hæc uidua
D paupercula,plus omnibus misit. Non enim pecuniam deus,sed fidem quærit.

De eleemosyna qua intentione fieri debeat. De falsæ quoq; & infructuo
sæ pœnitentiæ multiplicibus modis. Cap. IX.

Sequve ego abnuo liberalitatibus in pauperes factis posse minui pecca
tum,sed si fides cōmendet expensas. Quid em̄ prodest collatio patrimo
nij sine gratia charitatis? Sunt qui iactantiā solam decore largitatis affe
ctent,ut eo se probatos uulgo uelint quod sibi nihil reliquerint,sed dū præsentis se
culi mercedem requirunt,nō recondunt in futurum, & quia hic perceperunt merce
dem suā,illic sperare non possunt. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu
non iudicio perpetuo,ubi ecclesiæ cōtulerunt,postea reuocandas putarunt, quibus
nec prima merces rata est,nec secunda,quia nec prima iudicium habuit, & secunda
habuit sacrilegium. Sunt quos pœnituerit opes suas diuisisse pauperibus,sed eos q
pœnitentiam agunt,hoc solum pœnitere non debet,ne ipsius pœnitētiæ agant pœ
nitentiam. Nam plerique futuri supplicij metu peccatorum suorū conscij, pœnitentiā
petunt,& cum acceperint,publicæ supplicationis reuocantur pudore. Hi uident̄ ma
lorum petisse pœnitentiam,agere bonorum. Nonnulli ideo poscunt pœnitentiam
ut statim sibi reddi cōmunionem uelint,hi non tam se soluere cupiunt q̄ sacerdotē
Matt.7. ligare. Suam enim conscientiā non exuunt,sacerdotis induunt. Præceptum est: No
lite sanctū dare canibus,neq; miseritis margaritas uestras ante porcos, hoc est, im
mundis impuritatibus sacræ cōmunionis non impendenda consortia. Itaq; uideas
eos mutata ueste incedere,quos lugere & gemere oportebat,quia ueste illam obla
tionis & gratiæ sordidarunt: fœminas autem margaritis onerare aures,curuare cer
uices

A uices,quas bene Christo non auro inclinarent,quæ seipsas flere debebant, q; mar
garitam quæ de cœlo est perdiderunt. Sunt etiam qui arbitrentur hoc esse pœniten
tiam,si abstineāt à sacramentis cœlestibus. Hi sæuiores in se iudices sunt qui pœnā
præscribunt sibi,declinant remedium, quos uel pœnam suam conueniebat dolere,
quia cœlesti fraudarentur gratia. Alij proposita spe agendæ pœnitentiæ licentiam
sibi delinquendi propagatam putant,cum pœnitentia remedium peccati sit,nō pec
candi incentiuum. Vulneri enim medicamentum necessarium est,non uulnus me
dicamento,quia propter uulnus medicamentū quæritur, non propter medicamen
tum uulnus desideratur. Infirma deinde spes quæ cōmittitur tempori, cum omne
tempus incertum sit,non omni spes tempori sit ut superstes.

Quod pœnitentia sit facienda cum̄ humilitate & oratione atq; fletu,
quorum necessitas exemplis scripturæ probatur. De pœnitentia quoq;
publica in ecclesia non iteranda. Et de renunciatione sui ipsius,atq; pristi
næ uitæ atq; crucis dñicæ baiulatione pœnitentibus oportunis. Ca. X.

An quisquam ferat ut erubescas deum rogare, qui non erubescis rogare
hominem,& pudeat te deo supplicare quem non lates, cum te non pu
deat peccata tua homini quem lateas confiteri? An testes precatio
nis & conscios refugis,cum si homini satis faciendum sit,multos necesse
est ambias,obsecres,ut dignentur interuenire,ad genua teipse prosternas, osculeris
uestigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros,paternæ etiam ueniæ precatores. Hoc
B ergo in ecclesia facere fastidis, ut deo supplices, ut patrocinium tibi ad deum obse
crandum sanctæ plebis requiras,ubi nihil est quod pudori esse debeat,nisi nō fate
ri,cum omnes simus peccatores,ubi ille laudabilior qui humilior,ille iustior qui sibi
abiectior. Fleat pro te mater ecclesia,& culpā tuam lachrymis lauet,uideat te Chri
stus mœrentem,ut dicat: Beati tristes,quia gaudebitis. Amat ut pro uno multi ro
gent. Deniq; in euangelio motus uiduæ lachrymis,quia plurimi pro ea flebant,fili
um eius resuscitauit. Ideo citius exaudiuit Iesus Petrum ut Dorcas resurgeret,quia
pauperes mortem mulieris ingemiscebāt. Ideo ipsi Petro statim dimisit,quia ama
rissime fleuit. Et tu si amarissime fleas,Christus ad te respiciet,culpa discedet. Vsus
doloris ablegat luxuriam criminis,erroris delicias. Ita dum dolemus admissa, ad
mittenda excludimus,& fit quædam de condemnatione culpæ,disciplina innocen
tiæ. Nil ergo te reuocet à pœnitētia,hæc tibi communis cum sanctis est. Vtinamq;
imitanda talis,qualis sanctorum deploratio. Dauid manducabat sicut panem cine
rem,& potum suum lachrymis tēperabat. Ideo nunc amplius gaudet qui amplius
fleuit. Per exitus aquarum descenderunt inquit oculi mei. Iohannes multum plora
uit,& reuelata sibi dicit Christi mysteria. At uero illa mulier, quæ, cū esset in pecca
tis & deberet flere,gaudebat,& ueste purpurea atq; coccinea operiebatur,& auro se
multo & pretiosis lapidibus ornabat,æterni fletus luget erumnā. Merito reprehen
dūtur qui sæpius agendam pœnitētiam putāt, quia luxuriantur in Christo. Nam
si uere agerent pœnitentiam,iterandam postea non putarent, quia sicut unum ba
ptisma,ita una pœnitentia,quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet
pœnitere peccati, sed hæc delictorum leuiorum,illa grauiorum. Facilius autem in
ueni qui innocentiam seruauerint,quàm qui congrue egerint pœnitentiā. An quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quam illam pœnitentiam putat, ubi acquirendæ ambitio dignitatis, ubi uini effusio, ubi ipsius copulæ coniugalis usus? Renunciandum seculo est, somno ipsi minus indulgendum quàm natura postulat, interpellandus est gemitibus, interrumpendus est suspirijs, sequestrandus orationibus, uiuendum ita, ut uitali huic moria mur usui, seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. Sicut quendam adolescentem fabulæ ferunt post amores meretricios peregre profectum, & abolito amore, regressum postea ueteri occurrisse dilectæ, quæ ubi non interpellatam mirata puta uerit non recognitam, rursus occurrens dixerit: Ego sum: responderit ille: Sed ego
Matt.16 non sum ego. Vnde bene dominus ait: Qui uult post me uenire abneget seipsum sibi, & tollat crucē suam & sequatur me. Etenim qui mortui & sepulti Christo sunt non debent iterum uelut uiuentes de hoc mundo decernere. Ne tetigeritis, inquit, nec attaminaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu, eo quod ipse huius uitæ usus corruptela sit integritatis.

De non differendo pœnitentiam. Et de grauitate pœnæ conscientiæ præteritorum peccatorum memoris, & qua ratione seipsam abscondere non possit. De motibus quoq; sensitiuis menti repugnantibus quomodo ad petram Christum elidi debeant. Cap. XI.

D ONA ergo pœnitentia quæ si non esset, omnes ad senectutem differrent ablutionis gratiam. Quibus satis respōsi sit, quia melius est ut habeam quod sarciam, cū non habeam quo uestiar. Sed sicut semel assuta redintegrantur, ita frequenter suta soluunt. Eos aūt qui pœnitentiā
Matt.3. differunt, satis ipse dñs admonuit dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enī regnum cœlorum. Nescimus qua hora fur ueniat, nescimus an proxima nocte à nobis reposcatur anima. Adam post culpam statim de paradiso deus eiecit, non distulit, sed statim separauit à delitijs ut ageret pœnitētiam, statim tunicam uestiuit pelliceam non sericam. Quid enim quod differas? An ut plura peccata committas? Ergo quia deus bonus est, ideo tu malus, & diuitias bonitatis eius & patientiæ contemnis? Sed bonitas domini magis ad pœnitentiam te debet adducere. Ideo ad o-
Psal.94. mnes sanctus Dauid dicit: Venite adoremus & procidamus ante eum, & ploremus ante dominum nostrum qui fecit nos. De peccatore autem sine pœnitētia mortuo, quia nihil aliud supereſt nisi grauiter mœrere, nisi flere, habes plorantē ipsum & di-
2.Reg.19. centem: Filius meus Absalon. Qui enim penitus est mortuus, sine ulla exceptione defletur. De his qui exules atq; peregrini limitū paternorum, quos lex Moysi sanPsal.136. cta præscripsit, mundanis implicabantur erroribus, audis canentem: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dum recordaremur Syon. Inducit enī lapsorum gemitus in ipso tempore præsentium, & rerum labentium adhuc positos statu debere resipiscere, & eorum uidelicet exemplo qui propter peccati precium dedu cti erant in captiuitatis ærumnam. Nihil est autem quod tam summo dolori sit cōpar si unusquisq; positus sub captiuitate peccati recordat unde lapsus sit, atq; unde deciderit, eo quod ad corpoream atq; terrenam ab illa speciosa ac pulchra diuinæ cognitionis intentione deflexerit. Sic habes Adam abscōdentem se ubi deum cognouit esse præsentem & quæsitū latere uoluisse, & uocatum à dño ea uoce quæ latentis morderet affectum, hoc est, Adam ubi es? hoc est, cur te abscondis? Cur lates? Cur

A Cur fugis eum quem uidere desiderabas? Ita grauis culpa est conscientiæ, ut sine iudice ipsa se puniat & uelare se cupiat, & tamen apud deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato positus, arrogare sibi debet autoritatem, aut usurpationem sacra- Gen.4.
mentorum, quia scriptum est: Peccasti, quiesce. Quod in præsenti psalmo Dauid di- Psal.136.
cit: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Et infra: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo & mentis imperio, aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris, & ideo non potest fructus charitatis, patientiam pacis afferre. Melius est ergo tunc quiescere, cum exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipsa pœnitentia fiat quod postea indigeat pœnitentia. Quæ si semel fuerit usurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet, & aufert usum posterioris. Sane & cum caro repugnat, mens ad dominum debet esse intenta. & si opera non sequuntur, fides desideret, & si impugnant, uel carnis illecebræ, uel potestates aduersariæ, manet mens deo dedita. Tunc enim maxime urgemur cum caro cedit, & sunt qui uehementer incumbant miseræ animæ, quærentes omne auferre præsidium. Vnde illud est: Exinanite exinanite usq; ad fundamentum in ea. Quam miseratus Dauid ait: Filia Babylonis misera. Misera utiq;, quia Babylonis filia est, quæ dei filia esse desiuit. Cui tamen medicum inuitat dicens: Beatus qui tenebit & allidet paruulos
B tuos ad petram, hoc est, qui infirmas & lubricas cogitationes elidat ad Christum: Qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia & disceptatione comminuat, ut si adulterino quis amore raptatur, excludat ignem copulamq; meretricis, & se studio suo abdicet ut Christum acquirat. Didicimus ergo & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore quo culpæ deferuescat luxuria, & in captiuitate peccati positos, reuerentiores nos non usurpatores esse debere. Nam si Moysi propius accedere gestienti, ut cognitionem mysterij cœlestis hauriret, dicitur: Solue calciamentum pedum tuorum, quanto magis nos animæ nostræ pedes exuere uinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere?

FINIS.

DIVI AMBROSII AD POENITENTIAM agendam exhortatio.

ADMONEO uos fratres in conspectu dei, timori uestro adiungere timorem meum. Qui autem non timet, timentem me contemnit, sed malo suo. Audite ergo quæ dicturus sum. Certus sum quia homo baptizatus, si uitam, non audeo dicere sine peccato, sed si uitam sine crimine duxerit, & alia peccata habuerit, quæ quotidie dimittantur in oratione dicenti: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & alijs faciat quod sibi à deo cupit fieri, quando diem finierit, uitam non finit, sed transit de uita in uitam. Siue iste uoluntate sua currat ad baptismum, siue in periculo constitutus, baptizetur & exeat, ad dominum uadit, ad requiem uadit. Baptizatus homo si postea desertor uiolatorq; sacramenti fuerit peccat, & deum repellit à se. Si autem agat pœnitentiam ex toto corde, ubi deus uidet, saluabitur, sicut uidit cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dit cor Dauid, quando increpatus à propheta grauiter post comminationes terri-
biles dei exclamauit dicēs: Peccaui, & mox ut audiuit abstulit peccatū suum. Quan-
tum ualent tres syllabæ. Tres enim syllabæ sunt: Peccaui, sed in istis tribus syllabis
flamma sacrificij cordis eius ad cœlum ascendit. Ergo qui egerit ueraciter pœniten-
tiam, & solutus fuerit à ligamento quo erat constrictus, & à Christi corpore separa
tus, & bene post pœnitentiam uixerit, & post reconciliationem cum defunctus fue
rit ad dominum uadit, ad requiem uadit, à regno dei non priuabitur, & à populo
diaboli separabitur. Qui autem positus in ultima necessitate ægritudinis suæ acce-
perit pœnitentiam, & mox reconciliatus fuerit & uadit, id est, exit de corpore, fateor
uobis non illi negamus quod petit, sed non præsumo dicere, quia bene hinc exit.
Non præsumo, non polliceor, non dico, non uos fallo, non uos decipio, non uobis
promitto. Fidelis bene uiuens, securus hinc exit. Agens pœnitētiam dum sanus est
& reconciliatus, si postea bene uixerit, securus est. Sed dicis: Quid est si bene uixe-
rit, uel in hoc nos instrue sacerdos bene ut hoc sciamus? Illud nescire te dicis, an ille
qui infirmus & impotens est peccare, si pœnitentiam acciperet mox transit, facino-
ra sua relaxantur in die iudicij: Hinc nullam securitatem nobis das. Quid est bene
uiuere post pœnitentiam, doce nos? Dico uobis, abstinere ab ebriositate, à concu-
piscētia, à furto, à malo eloquio, ab ipso immoderato risu, à uerbo ocioso, unde red
dituri sunt homines rationem in die iudicij. Ecce quàm leuia dixi ut tacerem gra-
uia & pestifera. Et aliud dico. Non solum post pœnitentiam ab istis intus homo
obseruare se debet, sed & ante pœnitentiā dum sanus est, quia nescit si possit ipsam
D pœnitentiam accipere & confiteri deo & sacerdoti peccata sua. Ecce quod dixi post
pœnitentiam, dico ante pœnitentiam melius. Agens uero pœnitentiam ad ultimū,
& reconciliatus si exierit, an securus hinc exeat, ego non sum securus. Pœnitentiam
dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico attendite. Ego illud plani-
us expono, ne aliquis me male intelligat. Nunquid dico damnabitur? non dico,
sed nec liberabitur dico. An aliud mihi dicis, sancte episcope? Quid tibi dicam, ne-
scio. Dixi non præsumo, non promitto, prorsus nescio de dei uoluntate. Vis te fra-
ter à dubio liberari, uis quod incertum est euadere: Age pœnitentiam dum sanus
es. Si enim agis ueram pœnitentiam dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies,
securus es. Ergo curre & reconcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus? Vis di-
cam tibi: Quia egisti pœnitentiam eo tempore quo & peccare potuisti. Ecce dixi,
quare securus es. Si autem tunc agere uis ipsam pœnitentiam quando peccare iam
non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed unde scis, inquit, si forte deus mi-
hi misereatur, & dimittat mihi peccata mea? Bene dicis frater, bene dicis, unde scio,
& ideo tibi do pœnitentiam quia nescio. At ille inquit: Ergo dimitte causam meam
deo. Quid tu me uerbis affligis, & non iudici me deo dimittis? Illius iudicio te com
mitto, eius iudicio me commendo. Nam si scirem nihil tibi prodesse, non te admo-
nerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscetur tibi, aut non tibi ignoscetur.
Quid horum tibi futurum sit nescio, sed do consilium: Dimitte incertum, & tene cer
tum. Et dum uiuis age pœnitentiam ueram, ut cum ueneris in iudicium dei, non à
deo confundaris, sed ab eo in regnum inducaris, hoc præstante domino nostro Ie-
su Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum.

FINIS.

Capita

Qua ratione homo impediatur, ut à terrenis se exuere mentemq; eleuare & sem
per ascendere sine diuino auxilio non possit. Et quod ascendere uolens, non
læta seculi & amœna, sed plena doloris & luctus sequi debeat. Quod etiam
saluus esse uolens, à Christo doceatur, ut supra mundum ascendat, & hoc se-
culum fugiat. Caput. I.
Quod etiam lex doceat seculum esse fugiendum & deum sequendum. Et de absо-
lutione quatuor quæstionum secundum mysticum intellectum per adapta-
tionem ad diuersa genera uirtutum, iuxta quatuor quæ posita sunt in lege cir
ca urbes ad refugia dispositas. Cap. II.
Quod præmemorata uirtutum genera etiam in Apostolo non adumbrata, sed ex
pressa habeantur, ut ex dictis ipsius aperte demonstratur. Cap. III.
Quid sit fugere seculum, cum exhortatione, ut fide suffragio subnixi, accedamus
ad sedem gratiæ, hoc seculum & eius contagionem fugientes, neq; fugere eru
bescentes, cum gloriosum sit ita fugere, quemadmodum ex fuga Iacob, & alio
rum sanctorum patrum demonstratur. Et quàm beata etiam sit fuga quam
Iacob suscepit. Cap. IIII.
Cur hinc fugere debeamus, & quomodo transire cum Moyse ut uideamus deum,
calciamenta pedum soluendo. Quomodo etiam relinquere umbram huius ui
tæ, & cum sancto Dauid euolare, & si non ut aquila, saltem ut passer, etiam si
non ad cœlum, saltem ad montes. Cap. V.
Qua ratione uolens fugere, uelociter & diligenter fugere debeat, quò etiam fugien
dum sit, & ad quod bonum animas nostras erigere debeamus. Cap. VI.
Quod non mediocris sit causa cur hinc fugere debeamus. Quodq; nō impigre ma
licia huius seculi fugienda sit, & quid sit hinc fugere. Cur etiam malicia in ter-
ris uersetur & sæuiat. Qua præterea ratione dominus Iesus uindictam dia
boli autoris maliciæ distulerit, neque eadem sententia in ipsum & in homi-
nem dicta sit. Cap. VII.
Quomodo hinc animo fugere possimus, & si corpore retineamur. Quod etiam
hinc quia tempus breue est fugiamus, ne cum prætereunte figura mundi, ope
ra nostra nosq; ipsi prætereamus. quod si cauere uelimus, mandata dei non
prætereamus, neq; disciplinæ alicuius profectum, quemadmodum Ioseph fe-
cit, & in Sara ostenditur, & sicut Iacob executus est. Cap. VIII.
De exhortatione quod hinc fugiamus, sicut fugit de patria sanctus Iacob, & sicut
cerui fugiunt ad fontes aquarum, quos & Dauid sitiebat. Quis quoq; sit iste
fons, & quid hunc fontem desiderans facere debeat, exemplo Susannæ. Quo-
modo etiam sicut Paulus & Loth fugerunt, nos fugere debeamus. Quibus
præterea modis quis bene fugere possit. Caput. IX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

DIVI AMBROSII ME

DIOLANENSIS EPISCOPI DE FVGA SECVLI LIBER VNVS.

Qua ratione homo impediatur ut à terrenis se exuere, mentemq; eleuare & semper ascendere sine diuino auxilio non possit. Et quod ascendere uolens, non læta seculi & amœna, sed plena doloris & luctus sequi debeat. Quod etiam saluus esse uolẽs, à Christo doceatur, ut supra mundum ascendat, & hoc seculum fugiat. Caput. I.

FREQVENS nobis de effugiendo seculo isto est sermo, atq; utinam q̃ facilis sermo, tã cautus & sollicitus affectus. Sed quod peius est frequẽter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatum, & uanitatum offusio mẽtem occupat, ut quod studeas uitare, hoc cogites, animoq; uoluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Deniq; uoti magis eam esse rem q̃ effectus, testatur propheta dicendo: Declina cor meũ in testimonia tua, & non in auariciã.
Psal.118. D Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ, mentem animumq; confundunt, atq; aliò trahunt q̃ tu proposueris. Ad secularia reuocant, mundana inserunt, uoluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tempore quo eleuare mentem paramus, insertis inanibus cogitationibus ad terrena plerunq; deijcimur. Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino quomodo fieri potest? Nullo profecto modo. Deniq; supra eadem scriptura dicit:
Psal.83. Beatus uir cuius est auxilium abs te domine, ascensus in corde eius. Beatus planè, quem delectatio non reuocat, quem uoluptas non inclinat, qui ad inferiora nõ respicit. Quod nec ipsius Loth uxor potuit
Phil.3. euadere. Quo admonitus exẽplo Apostolus, posteriora obliuiscens, & ea quæ sunt priora appetẽs, festinabat ad brauium & peruenire meruit, quia ante se Christum uidebat, à quo ad iustitiæ uocabat coronam. Sed peruenit ille qui seipsum sibi abnegauit, ut Christum lucraret. Deniq; nõ ipse uiuebat, sed uiuebat in eo Christus. Nam quis inter tot passiones huius corporis, inter tantas illecebras huius seculi, tutum atq; intemeratum seruare potest uestigium? Respexit oculus, & sensum mentis euertit, audiuit auris, & intentionem inflexit, inhalauit odor & cogitationem im-
Hiere.9. pediuit, os libauit & crimẽ reddidit, tactus cõtigit & ignem adoleuit. Intrauit mors
Matt.5. per feneſtram, dixit propheta. Fenestra tua est oculus tuus. Si uideris mulierem ad concupiscendum, intrauit mors, si audias sermones meretricios, intrauit mors, si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors. Et ideo qui uult ascendere, non læta seculi,
Eccl.7 non amœna, non delectabilia, sed plena doloris & fletus sequatur. Melius est eũ ire in domum luctus, q̃ in domum gaudij. Deniq; nec Adam de paradiso descendisset, nisi delectatione deceptus esset. Pulchre igitur Dauid, qui periculosos homines

A nes etiã ipso aspectu fuerat expertus, beatũ illum dicit, cui spes omnis in dei nomine est. Sic enim non respicit in uanitates & insanias falsas, si semper Christum intẽdat, si semper Christum interioribus oculis aspiciat. Vnde iterum ad seipsum conuersus ait: Auerte oculos meos ne uideant uanitatem. Vanitas circus est, quia nihil Psal.118.
prodest, uanitas est equorum uelocitas, quia mendax ad salutem est, uanitas theatrum est, uanitas ludus omnis. Omnia uanitas, inquit ecclesiastes, quæ in hoc secu- Eccle.1.
lo sunt. Deniq; qui saluus esse uult, supra mundum ascẽdat, quærat uerbum apud deum, fugiat hunc mundum, terras relinquat. Non enim potest percipere illud quod est & est semper, nisi prius hinc fugerit. Vnde & dominus uolens patri deo appropinquare apostolos ait: Surgite eamus hinc. Iohan.14.

Quod etiam lex doceat seculum esse fugiendum & deum sequendũ. Et de absolutione quatuor quæstionum secundũ mysticũ intellectũ per adaptationẽ ad diuersa genera uirtutũ, iuxta quatuor quæ posita sunt in lege circa urbes ad refugia dispositas. Caput II.

DOCET te etiam lex fugiendum seculum, deum sequendũ. Quid enim aliud docet cum dicit: Disponetis uobis ciuitates ad refugium, & erũt Nume.35.
uobis refugia quò refugiat homicida omnis, qui percusserit animã inuitus. Et infra: Sex ciuitates ad refugia erunt uobis, tres ciuitates dabitis trans Iordanem, & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan? Aperte quidẽ cõfugientibus ob crimẽ homicidij, refugia proposita sunt. Sed si cõsideremus altius, quaB tuor sunt quæ admonent profundius esse expectãda arcana lectionis istius. Vnũ, qua ratione ex his ciuitatibus quæ Leuitis in portionẽ sorte obuenerũt, sex ciuitates ad refugium datæ sint homicidij crimine laborantibus, cur non etiã aliarum tribuum ciuitates ad hoc munus deputatæ? Secundum, qua ratione sex numero, nõ enim ociose numerus hic præscriptus uidetur, neq; pluriũ neq; pauciorũ ciuitatũ? Tertium, cur tres ultra Iordanem ciuitates, & tres in regione Chananæa dispositæ sint, quæ refugio peccantibus forent? Quartum, cur denumeratio & definitio temporis comprehensa sit, intra quod habitet homicida in ciuitate refugij, quoad moriatur sacerdos magnus, & post mortem sacerdotis magni reuertatur homicida in ciuitatẽ habitationis suæ? De singulis ergo oportet dicere, atq; eo ordine quo proposuimus, quæsita absoluere. Competẽter itaq; Leuitarum ciuitates datas ad refugium, primo explicandũ est. Congrue autem prouisum liquet, quia Leuitæ, fugitantes sunt mundi huius, ut placeant deo: relinquũt patriã, parentes, filios, omnem cognationẽ, ut adhæreant uni deo. Deniq; & Abraæ dictum est: Exi de terra tua, & Gen.12.
de cognatione tua, & de domo patris tui. Sed forte dicas: Leuita non erat. Sed habebat in lũbis suis Leuin, ut legimus ad hebræos scriptum, Et dominus Leuitis di- Heb.7.
cit cum discipulis suis, hoc est apostolis dicit: Si quis uult post me uenire abneget Luc. 9.
semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me, quanq; ad omnes iam dictũ sit, Vos autem genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus in adoptionẽ. 1.Pet.2.
Venit plenitudo, reliquiæ cessarũt. Christus enim omnes uocauit, omnibus profecto patet ut oẽs sequãt, omnibus regnũ, ppositũ, & uita æterna. Ergo cui deus portio est, nihil debet curare nisi deũ, ne alterius impediatur necessitatis munere. Quod eũ ad alia officia cõferet, hoc religionis cultui, atq; hic nostro officio decerpit. Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

C enim uera est sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quædã alienatio charis/
simorũ, ut suis se abneget, qui seruire deo gestit. Recte ergo fugaces fugacibus com
mendauit æternæ legis sanctio, ut qui hunc mundum obliti sunt, eos recipiant, qui
peccata sua condemnantes atq; opera, obliuionem uitæ superioris exoptent, & se/
cularia quæ gesserint abolere desiderent. Fugitãs igitur est suorum, sacri altaris eius
ministeR. Vnde dominus quasi princeps sacerdotum, formam leuitis in euangelio
Matt.12. dans suo dixit: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei? Hoc est, non agno/
sco matrem, non recognosco fratres, ignoro proximos. Mater mea & fratres mei hi
sunt, qui audiunt uerbum dei & faciunt. Solum ergo uerbum dei nouit minister,
cum eos nouit in quibus operatur dei uerbum. Et ideo exul est mundi, fugitans cor
poris, fugitans passionum, qui abdicat se omnibus, ut solus remaneat, sicut Helias
3.Reg.19 dixit: Et ego relictus sum solus. Sed non erat solus cum quo erat Christus. Et ipse
Ioh.16. dominus relictus est solus. Sed non sum, inquit, solus, quoniam pater mecum est.
Est etiam illa causa, quia leuitæ ministri sunt dei. Et ideo ipsorum ciuitates fugienti
bus homicidis per legem deputantur, quia ipsius est diuina mandata exequi, circa
eos qui crimen mortale admiserint. Nescit ecclesia publicas leges, suas nouit. Vt do
1.Cor.5. minico sacerdos obediat imperio, audi leuitam dicentem: Tradidi huiusmodi sa/
thanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.
Percussus igitur leuitico gladio moriatur sensus carnis in nobis, ut uiuat anima no
stra. Nisi enim sensus carnis occiderit, nullus potest esse uitæ fructus æternæ. Sex
autem ciuitatum refugia sunt, ita ut prima ciuitas sit cognitio uerbi, & ad imagi/
nem eius forma uiuendi. Quicunq; eam cognitionem fuerit ingressus, tutus a pœ
D na est, secundũ quod & dominus ait: Iam uos mundi estis propter sermonem
Iohan.15. quem locutus sum uobis. Et alibi: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te so/
Ioh. 17 lum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Hæc est igitur ciuitas uelut Me
tropolis, cui adiacent aliæ quinq; ciuitates leuitarum. Secunda est ciuitas, conside/
ratio diuinæ operationis, qua creatus est mundus. Tertia ciuitas, contemplatio po
testatis regiæ & maiestatis æternæ. Quarta ciuitas, propitiationis diuinæ contui/
tus. Quinta ciuitas, legis diuinæ contemplatio, quæ præcipit quid faciendum sit.
Sexta quoq; ciuitas, portio legis, quæ præscribit quid non faciendum sit. Quanta
abundantia diuinæ misericordiæ, quantæ diuitiæ pietatis eius, ut singulorum stu/
dia fragilitatesq; humanæ conditionis considerans, quibus & inuiti ac reluctantes
ad culpam ducimur, & non uoluntaria delicta uicti illecebris frequenter committi/
mus, diuersa nobis refugia proponat, sex uidelicet urbium, ut quo numero mun/
dus formatus est, eodem numero aduersus mundana uitia & seculi huius naufra/
gia remedium prouideretur. Primum igitur est remedium, ut si boni propositi ui
ro culpa irrepserit, is sine ulla comperendinatiõe, si perfectam uelit habere securita/
tem, ad ipsam rerum omniũ arcem properet, ubi uerbum est dei in illo sinu patrio,
id est, arcano ac recessu dei, ubi est fons sapientiæ, unde pro morte, uitæ æternæ hau
riat potum immortalem. Secundum est remedium, ut qui non potest cognitionem
boni illius prælibare, & tardior uel ingenio est, uel fidei comprehensione, qm̃ ueloci
mentis uigore atq; ingenij acumine ad cognitiõis summã contenditur, saltem opa
dñi cõsideret, atq; ex his quæ facta sunt tanti cõtempletur operis autorẽ, qm̃ ex his
bonis q̃ sunt in cõstitutione istius creaturæ (Bona em̃ ualde sunt, sicut dñs dixit) bo
num

A num illud summum atq; æternum comprehenditur. Qui ordo rerum, quæ discipli/
na, quæ gratia: Nónne his quamuis tardum ingenium, diligere autorem suum pro
uocatur? Etenim si parentes quia nos genuerunt, amamus, quanto magis diligere
debemus creatorem parentum autoremq; nostrum? Ergo operatoria uirtus dei, &
si non uidetur, tñ ex suis operibus æstimat, operatoremq; opera sua produnt, ut in
telligatur qui nõ comprehenditur. Vnde & dñs ait: Si mihi non creditis, uel operi Ioh,10
bus credite. Bona igitur etiã hæc ciuitas ad refugium, quæ ædificatoris sui testificat
gratiam, & affectum nostrum excitat, ut eius limus cupidiores, qui tantã nobis fa
bricæ huius uideat contulisse pulchritudinem. Tertius ordo est regalis potestatis
contemplatio, ut subijciamur regi, si non deferimus tanq; parenti. Metu em̃ præsi/
dentis plerunq; fit obediens potestati, qui est saluti ingratus, ut necessitatem sobrie
tatis agnoscat, qui noluit ac nequiuit gratiã pietatis agnoscere. Corrigit ergo neces/
sitas, quem pietas prouocare debuerat. Hæ sunt tres ciuitates trans Iordanem, per/
fectiori prudentiæ ad refugium datæ, ut primo culpã fugiamus inductione animi
conformis ad imaginem dei. Ita em̃ creati sumus dicente deo: Faciamus hominem
ad imaginem & similitudinẽ nostram. Hæc ergo primæ illius ciuitatis lex est. Dein
de si per fragilitatẽ carnis & mundi illecebras ita mentẽ nostram formare nõ possu
mus, reuerẽtia paternæ generatiõis, & sedulitate prolis peccatũ leuemus. Charitas 1.Petri.4.
em̃ multitudinem peccatorũ operit. Qui ergo ad imaginem dei esse nõ potuerit, sit
ad plenitudinem charitatis. Illa ciuitas culpã excludit, hæc soluit. Hæc deniq; lex se/
cundæ ciuitatis: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex Deut,6.
B tota uirtute tua. Sed si rursus angustiamini, & imminuti sunt qui abundantiã chari
tatis & gratiã recipere nõ possunt, habes tertiã ciuitatẽ, ut diuinæ potestatis formi/
do te sobriũ faciat & inflectat metus. Et hæc lex tertia: Dñm deum tuũ adorabis, & Matt.4
ipsi soli seruies. Hæ igitur præcipue uirtutes, & ideo paucorũ nõ pluriũ supra Iorda
nem positæ, ut exprimas quasi imago archetypum, diligas quasi filius patrẽ, adores
quasi subditus regem. Qui em̃ iordanem transierint, iordanis aũt descensio eorum
dicit, Qui descenderint ergo ex illis superioribus uirtutibus ad hæc inferiora, id est,
in quibus integritas, charitas, humilitas uacillauerit, habẽt propria homini refugia
quæ petant, ut q obnoxij delictis & inflexi uitijs sunt non uoluntarijs, sperent dñm
sibi reconciliari posse si ueniã petant, sperẽt posse se corrigi si præcepta sequant cœ
lestium mandatorum, quibus aut informamur ad innocentiã, aut reuocamur à cul
pa. Hæ igitur intra Iordanem ciuitates sequẽdæ sunt, ut propitiemus nobis deum,
sequamur quæ iubet, uitemus quæ prohibet. Sit ergo propitiandæ diuinitatis am/
bitio, sequendæ p̃ceptionis obeditio, interdictæ præuaricationis cautio, quibus pro
pitiatoriam dei misericordiam & nomotheticen eius, prouidentia uel institutorum Legis latorem
obsequio, uel interdictorum declinatione ueneremur. Quartum superest, quod ait: Iosue.20,
Quia usq; ad illud tempus erit in ciuitate refugij homicida ille, donec moriatur sa/
cerdos magnus. In quo secundum literam, hæret interpretatio. Primum ipsa fuga
sorte magis quàm æquitate alicuius examinis definita, deinde in causis paribus im
par euentus. Poterat enim fieri ut post homicidæ illius refugium sequenti die obi/
ret magnus sacerdos. Quæ autem sub incerto sententia? Ergo quia hæret litera,
quæramus spiritalia. Quis est iste magnus sacerdos, nisi dei filius, uerbum dei,
cuius aduocationem pro nobis habemus apud patrem, qui exors est omnium
uolun

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uoluntariorum & accidentium delictorum, in quo consistunt omnia quæ in terris sunt,& quæ in cœlo? Vinculo enim uerbi constricta omnia sunt,& eius continentur potentia,& in ipso constant,quoniam in ipso creata sunt omnia. & in ipso habitat omnis plenitudo. Et ideo omnia manent,quia dissolui illa non sinit quæ ipse constringit,quoniam in eius uoluntate consistunt. Omnia enim quoad uult suo imperio coërcet & regit,& naturali concordia ligat. Viuit igitur uerbum dei, & maxime in animis uiuit piorum,nec unquã moritur plenitudo diuinitatis. Nunquam enim moritur sempiterna diuinitas, & æterna dei uirtus. Sanè moritur nobis si à nostra anima separatur, non quo morte corrumpatur, sed quo dissoluatur atq; exuatur mens nostra ab eius coniunctione. Mors enim uera est, uerbi & animæ separatio. Deniq; statim incipit anima peccatis patere uoluntarijs.

Quod præmemorata uirtutum genera etiã in Apostolo non adumbrata,sed expressa habeant,ut ex dictis ipsius aperte demonstrat. Cap. III.

Rom.1. HABEMVS hæc genera,non adumbrata sed expressa,uirtutum in Apostolo,dicẽte eo:Ita quod in me est, promptus sum & uobis qui Romæ estis euangelizare. Non enim erubesco euãgelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudæo primũ & Græco. Iustitia enim dei in eo reuelatur, id est,in eo qui credidit. Deniq; addidit: Ex fide in fidem, sicut scriptũ est: Iustus autem ex fide uiuit. In quo igitur iustitia dei reuelatur,nisi in eo qui conformis est imaginis dei? Habes primum præceptum ad imaginem. Secũdum quia
D inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intelliguntur,id est,sempiterna uirtus eius, & diuinitas operibus eius cognoscitur, hæc est operatoria uirtus. Tertium de imperiali potestate,quia uerbum dei regale est & iudiciale,& plenum iustitiæ sacerdotalis,
Rom.2. remunerationem bonorum actuum, & retributionem malorum uenturis in iudicium suum seruans. De quibus ait Apostolus: Scimus autem quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Itaq; qui ueritatem & iustitiam dei cognouit,non debet ea agere quæ morte digna sint. Sequitur bonitas dei propitiatoria,utiq; de qua dicit: An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam bonitas dei ad pœnitentiam te adducit? id est,debet te adducere,prouocare,ut quia bonus est deus, sperare possis tuorum peccatorum indulgentiam. Non uult enim uindicare,qui est paratus ignoscere. Subtexuit etiam legislationẽ,id est, nomotheticen, ut si quis contemplatione diuinæ bonitatis resoluitur,& magis ad negligentiam quàm ad pœnitentiam prouocatur, legem sequatur. Quoniam & quicunq; inquit,sine lege peccauerunt,sine lege & peribunt, & quicunq; in lege peccauerunt,per legem iudicabuntur. Lex autem gemina est,naturalis & scripta. Naturalis in corde,scripta in tabulis. Omnes ergo sub lege,sed naturali. Sed non est omnium,ut unusquisq; sibi sit lex. Ille autem sibi lex est, qui facit sponte quæ legis sunt,& in corde suo scriptum opus legis ostendit. Habes quæ bona legis sint, quæ tamen non solum scire uel audire perfunctorie, sed etiam facere debemus. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum,sed factores legis iustificabuntur. Cognouisti etiam quæ mala sint. Primum natura ipsa boni operis magistra est. Scis non furandum, & seruum tuum si furtum tibi fecerit uerberas, & si quis ad uxorem tuam affectauerit,persequendum putas. Quod ergo in alijs reprehendis

A hendis,ipse committis? Qui prædicas non furandum,furaris? Qui dicis non adulterãdum,adulteras? Secuta est etiam lex quæ data est per Moysen. Per legem aũt agnitio peccati. Accepisti etiam quid declinares,et ea agis quæ prohibita cognoscis. Lex autem quid operatur,nisi ut omnis mundus fieret subditus deo,quia non solũ hebræo lata est, uerum etiam aduenam uocauit, quæ non exclusit proselytum? Sed quia & lex os omnium potuit obstruere, non potuit mentem conuertere,ideo ultimum remedium postremæ illius ciuitatis debebatur,in quo esset refugium salutare,ut mors principis sacerdotum ab omni nos mortis liberaret formidine atque exueret metu. Quis ille est nisi de quo lectum est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit pec Iohan.1.
cata mundi,quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad Rom.3.
ostẽsionem iustitiæ suæ? Accipe autem,quia ipse princeps est sacerdotum magnus, pater iurauit de eo dicens: Tu es sacerdos in æternum. Recte in æternum,quia alij Psal.109.
temporales omnes sub peccato: hic autem inpræuaricabile habet sacerdotium. Omnes sub morte,hic autem semper uiuens, quoniã qui saluare alios potest,ipse perire quemadmodum posset? Talis enim, inquit, nobis decebat. Recta elocutio. Si Heb.7.
quidem & apud eos qui uerborum & elocutionum delectum habuerũt, huiusmodi inuenitur,dicente alio,loco editiore q̃ uictoribus decebat. Quod ideo non præterij,ut sciamus quia apostolus naturalibus magis, q̃ uulgatis aut secundum artẽ, utitur uerbis. Talis ergo,inquit,decebat,ut esset princeps sacerdos,iustus,sanctus, innocens,immaculatus,segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Hoc est
B igitur uerbum, quod supra cœlos habitans illuminat omnia. Vnde & unctus naturaliter legitur à deo patre, quia lumen est uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hoc est uerbum dei in quo est magnũ sacerdotium,cuius Moyses in illo uestimento principis sacerdotum indumenta describit intelligibilia,quod uirtute sua induit mũdũ,& tanq̃ eo amictus fulget in omnibus. Induit etiam cognationẽ generis humani per huius corporis susceptionem,& inenarrabilem charitatem,infundens se omnibus spiritu & plenitudine diuinitatis suæ,de cuius plenitudine omnes accepimus, ut sciamus supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi,& impleamur in omnem plenitudinẽ dei. Caput est enim omnium Christus,ex quo totum corpus producitur, & mutua sibi connexione coniungitur, incrementũ sui in ædificationẽ charitatis accipiẽs. Hoc est igitur uerbũ,quod super eminet,q̃ Moysi in illius arcæ testimõij ædificatiõe dicit: Immittes in arcã testimonia quæ cũq; dabo tibi,& facies impositionẽ ppitiatorij. Et infra: Impones ppitiatoriũ super arcã de sup,& imittes testimõia q̃ dabo,& innotescã tibi inde, & loquar tibi desup,hoc est,inde ubi super cœlos est,ubi apud patrem est,inde tibi loquar. Exo.25.

Quid sit fugere seculũ, cum exhortatione ut fidei suffragio subnixi acceda mus ad sedẽ gratiæ,hoc seculũ & eius cõtagionẽ fugiẽtes, neq; fugere erubescẽtes,cũ gloriosũ sit ita fugere, quẽadmodũ ex fuga Iacob & aliorũ sãctorũ patrũ demonstrat. Et q̃ beata etiã sit fuga quã Iacob suscepit. Cap. IIII.

ACCEDAMVS itaq; fidei suffragio subnixi, & eius remigijs subleuati,ad illã sedẽ gratiæ,fugiẽtes hoc seculũ,& eius cõtagionem. Hoc est aũt fugere,abstinere à peccatis,ad similitudinẽ & imaginẽ dei formã uirtutũ aliu
mere,extẽdere uires nostras ad imitationẽ dei secũdũ mẽsurã nostræ possibilitatis.

Vir

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Vir enim perfectus, imago & gloria est dei. Vnde & dñs ait: Perfecti estote, sicut &
Matt.5. pater uester qui in cœlis est, perfectus est. Hoc est igitur similem esse dei, habere iu-
sticiam, habere sapientiã, & in uirtute esse perfectum. Deus eñ est sine peccato. Et
ideo qui peccatum fugit ad imaginem est dei. Non est igitur dubiũ q; is qui à pec-
1.Cor.6. cato est abstinẽs fugit. Vnde & Apostolus damat: Fugite fornicationẽ. Persequun-
tur enim nos peccatorum illecebræ, persequitur libido. Sed tu fuge tanc̃; furiosam
dominam, quæ si comprehenderit, nec die nec nocte requiescere sinit, exagitat, urit,
incendit. Fuge auaritiam, ne te interius comprehendat. Fuge inuidiam, quæ non so
lum alienos, uerum multo magis eum quẽ possederit lacerare consueuit. Fuge persi
Matt.10. diam, ne te suis inuoluat retibus. Vnde & dominus ait: Cum autẽ persequẽtur uos
in ciuitate ista, fugite in aliam. Quod si in alia persequent uos fugite in aliam: Amẽ
dico uobis, non consummabitis ciuitates Israël, donec ueniat filius hominis. Etem
quamuis propter infirmitatem carnis fugam nobis suadere uideatur, tamẽ melius
fugit, qui fugit illecebram seculares, ut nõ teneatur diuitiarum suarum sollicitudi-
ne, non thesauri contemplatione, nõ uitæ istius cupiditate, sed directa animi inten-
tione festinet ad gloriam regni cœlestis, properet ad coronam, nec terrenorum con
tuitu à sui corporis passione reuocetur. Fuga ergo mors est uel celebrata uel adum-
brata. Et forte illas exprimit refugij legitimi ciuitates, ut confugiamus ad uirtutum
Luc.19. culmina, quas pro præmijs bono fœneratori alibi dispensat dicens: Quia in modi-
co fidelis fuisti, eris potestatem habens super decem ciuitates. Sed quia legẽ imple-
Matt.5. uit qui potuit dicere: Non ueni soluere legem sed implere, perfectiorem numerũ re
D munerationis indulget. Nõ ergo erubescamus fugere. Gloriosa enim hæc fuga est,
Gen.27. fugere à facie peccati. Sic fugit Iacob matre sua dicente. Dixit enim Rebecca: Exur-
gens fuge in Mesopotamiam. Sic fugit & Moyses à facie regis Pharao, ne eũ aula
regia coinquinaret, ne irretiret potentia. Deniq; preciosius Ægypti diuitijs æstima-
uit opprobrium Christi. Sic fugit etiam Dauid à facie regis Saul, à facie Absalon.
Deniq; fugiens augebat incremẽta pietatis, q & insidiatori pepercit, & parricidæ sa
lutem rogauit. Sic fugit & populus Hebræorum, ut fides eius & uita inter fluctus
sibi aperiret uiam. Fuga illa erat trames innocentiæ, uirtutis uia, pietatis assumptio.
Audeo dicere: Sic fugit Ionas in Tharsis, non corporis fuga, sed mentis ascensione,
Ionæ.2. qui usq; ad Christi ascẽdit similitudinem ut fieret typus Christi. Sicut enim fuit Io
nas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde
terræ tribus diebus & tribus noctibus. Nam si sic non fugisset, nunquam de uentre
ceti esset auditus. Sed si dubitas, doceat te Rebecca, c̃p beata sit fuga, quã suscepit
Iacob. Suasit Rebecca: Fuge, inquit, in Mesopotamiam. Et Isaac dicit: Surgens ua-
de in Mesopotamiam in domum Bathuël. In hymnis uel oraculis à pleriq; ut an
te nos scriptum est, Bathuël sapiẽtia dicitur, interpretatione aũt latina, filia dei signi
ficatur. In domum ergo sapientiæ mittitur Iacob, & accipere admonetur uxorem à
filiabus Laban, qui habitabat in Charris, quod significat cauernas, in q̃bus species
est sensuum, qui sunt tanc̃; in cauernis corporis, ut uisus in oculis, auditus in auri-
bus, odoratus in naribus, in ore sapor. Qui eñ delectatur hoc mundo, & tripudiat
in uoluptatibus corporis, obnoxius est sensuũ passionibus, atq; in his habitat & di
uersatur. Vnde ei dicit Rebecca, habitando paucos dies cum illo, nõ multo tempo-
re, ne corporeis coloretur uoluptatibus, & seculi capiat illecebris. Persuadet autem
habitare

A habitare ut discat studiosius disciplinæ uirtutes sensuum, & uelut situs quosdã car-
nis atq; regiones, ut se cognoscat & nouerit uehementiam carnis, quid & qua causa
creatum sit, quemadmodum unusquisq; sensus operetur. Qui uiderit, inquit, mulie Matt.5.
rem ad concupiscendum eam: Male sic uidet oculus. Videat ergo oculus & funga-
tur suo munere, non lubricæ mentis imperio dirigatur ad lapsum, ut uitium referat
pro officio. Breue ergo tempus ad cognoscendos sensus, uel potius experiendos da
tur, & fortasse tenerioris adolescentiæ prima exordia, statimq; reuocatur, ne diutius
titubet in lubrico, & diuidua quadam inundatione corporis huius seculi mergan-
tur animi interiora uestigia. Cum autem uel expertus fuerit, uel steterit in instabili
& incerto atq; humido solo, reuocatur à matre patientia uel perseuerantia quæ di-
cit: Mittam ad te & accersiam te inde, ut & illic in lubrico tutum portum inueni-
as sapientiæ, quæ te non sinat tanquam in naufragio fluctuare, & reuersus perseue-
rare circa dei noueris cultum, & sis in conuentu gentium, significans eius fide eccle-
siam gentium congregandam. His igitur patientiæ & perseuerantiæ instructus di-
sciplinis, profectus Iacob copulam sibi acquisiuit de sapientiæ domo, consortem
propositi opimam dote prudentiæ, cum qua uitæ tẽpora sine ulla offensione trans-
curreret. Audito igitur thesauro sapientiæ, uariarum sibi ouium instituit gregem, se
dulum rationabilem, uirtutum plurimarum diuersitate fulgẽtem. Vnde & iactan-
tia carnis eius recidit, quod significat femoris stupor, salua sacra interpretatione my
sterij. His ergo uirtutibus uelut gradibus quibusdam mens eius ascendit in cœlũ, &
dei secreta cognouit, & confirmatus est & repletus, ut Laban scrutans domum eius
B nihil apud eum inane, nihil uacuum reperiret, nulla simulachra, nullã effigiem ua-
nitatis. Non enim apud eum erat imago sed ueritas, nõ effigies ignauiæ, sed solida
forma iusticiæ, & ueræ uirtutis expressio intelligibilis. Itaq; Laban perscrutatus est
domum eius spiritalem, & non inuenit effigies. Plena enim erat non figurarum, sed
negociorum. Potuisset autem inuenire fundamenta uirtutum & culmina, nisi cæci-
tatem cordis, & perfidæ mentis caliginem detulisset. Deniq; ea improbitatis cæci-
tate suffusi mentem Sodomitæ, ostium nequaquam sancti Loth inuenire potue-
runt. Vnde eñ mens impia uidere potuit uiri sancti uel exitũ uel ingressum? Ipse
quoq; dñs in euangelio ait: Venit enim princeps mundi huius, & in me inuenit ni- Ioh.14
hil. Quomodo nihil inuenire potuit in eo in quo plenitudo diuinitatis habitabat,
& habitabat corporaliter, de quo uirtus exibat & sanabat omnes? Quomodo ni-
hil inuenire potuit in soliditate uirtutis, ubertate sapientiæ integritate iusticiæ? Ipse
dixisti domine: Plenus sum, ipse dixisti: Mitte manum tuam in latus meum, & noli Ioh.20
esse incredulus, sed fidelis. Misit manum qui non credebat, & dominum te & deum
repperit. Non ergo tu uacuus, sed ille cæcus & inanis princeps istius mundi, qui ne-
scit nisi sua cernere, nescit nisi sua inuenire, ea quæ Christi sunt nescit agnoscere. Aut
si sic quemadmodum pleriq; habent, non inueniet in me nihil, hoc est, nõ inueniet
in me maliciam, quia malicia nihil est, non inueniet mortuum, quia mortuus non
est. Sed quomodo mortuum inueniret in eo, qui uiuificat mortuos, & uocat ea quæ
non sunt, tanquam ea quæ sunt? Non inueniet, inquit, peccatum in me, qui mun-
di peccatum abstuli. Quomodo enim nihil habet, qui omnia habet? Et quod plus
est, omnia habet quæ pater habet, sicut ipse ait: Omnia quæ pater habet mea Ioh.16
sunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur hinc fugere debeamus, & quomodo transire cum Moyse, ut uideamus deum calciamenta pedum soluendo. Quomodo etiam relinquere umbram huius uitæ, & cum sancto Dauid euolare, & si nō ut aquila, saltem ut passer, etiam si non ad cœlum, saltem ad montes.

Caput. V.

Psal.36. FVGIAMVS ergo hinc ubi nihil est, ubi inane est omne quod magnificum putatur esse, ubi & qui se putat aliquid esse nihil est, & omnino non est. Vidi, inquit, impium superexaltatum & eleuatum ultra cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Et tu transi sicut Dauid, transi sicut bonus seruus, ut dicatur tibi: Transi recumbe. Transi sicut Moyses, ut uideas deum Abraam, Isaac & Iacob, & uideas uisum magnum. Sed si uidere uis, solue calciamentum pedum tuorum, solue omne uinculum iniquitatis, solue uincula seculi, relinque calciamentum quod terrenum est. Ideo Iesus sine calciamento auro & argento Apostolos destinauit, ne secum terrena portarent. Qui enim bonum quærit, non in calciamento, sed pedum uelocitate & decore laudatur, dicente Esa.52. scriptura: Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Solue ergo calciamentum pedum tuorum ut specioſi sint ad euangelizandum. Solue dixit, non liga, solue ut transeas, & illum quem mirabaris in terra impium, nihil illic esse nihil posse reperias. Transi igitur, hoc est, fuge de terris, ubi malicia est, Psal.33. ubi auaricia. Ideo dicit tibi Dauid: Dedina à malo & fac bonum. Declinare, fugere est utiq;. Malum autem in terris, bonum in cœlo est. Vnde & addidit: Inquire
D pacem & sequere eam. Pax in cœlo est. Deniq; de cœlo ueniens dicit: Pacem meam
Ioh.14 do uobis, pacem relinquo uobis. Ergo quia fugienda & dedinãda sunt mala, mala autem in terris, in terris iniquitates, Fugiamus terrena ne nos comprehendant iniquitates, quæ etiam sanctum comprehenderunt Dauid, sicut ipse testatur dicens:
Psal.39. Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, ut uiderem, eo quod fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne uideat quæ sunt lucida. Sic ergo & Laban bona Iacob uidere non potuit, & princeps huius mundi gloriam Christi. Sed forte dicas: Cur igitur Iacob ad Laban missus est, si Laban reprehensibilis? Si nomen consideremus candidus dicitur Latine, ergo ad splendidiora iubetur egredi Iacob. Sed quia carnalis erat, melius intelligimus splendidiora uitæ huius. Quasi nōdum perfectus, primo ad eum uadit, apud quem ad horam exultaret in luce eius. Filios autem deteriores habebat, id est, tolerabilius nomen quàm opera. Et ideo & in matris consilio & diuino oraculo, & ipsius Iacob amatoris disciplinæ uoluntate citò deseritur ac derelinquitur. Vbi condit autem simulachra sancta Rachel, id est, ecclesia uel prudentia? Quæ ecclesia inanes ideas & uanas nescit simulachrorum figuras, sed ueram nouit trinitatis substantiam. Deniq; umbram aboleuit, splendorem gloriæ manifestauit. Relinquamus ergo umbram qui solem quærimus, deseramus fumum qui lumen sequimur. Fumus iniquitas est, quia sicut fumus oculis, sic iniquitas utētibus ea umbra est uitæ. Vmbra em̄ est nostra hæc uita in terra, sicut Iob dixit. Quid aũt hic nisi tentationes? Omne tempus in sollicitudine, omnis uita in molestijs. In medio, inquit, laqueorũ ambulabis. Et alius in uia qua ambulabat extentos sibi, sed absconditos laqueos querebatur, ne deprehensus caderet. Volebat fugere sicut passer, sed adhuc laqueus contritus non erat. Perijt, inquit, fuga à me. Gra-

uatas

A uitatis habebat pennas per illam tenebrosam aquam in nubibus aëris, & fortasse euolare non poterat. Deniq; illas pēnas quærebat accipere ut euolaret & requiesceret, sicut scriptum est: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & uolabo & requiescam? Vbi enim uolatus, ibi requies. Deniq; alibi dicit: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ. Sed fortasse dicas: Quomodo ergo hic dicit fugam à se perisse, qui supra dixerat: Si sumpsero pennas meas ante lucem? Nunquid contrarium est? Absit. Multa enim iustorum certamina. Nunquid semel Athleta luctatur? Quotiens post coronas multas uincitur? In alio certamine quotiens qui sæpe uicerat, interdum fluctuat, & in incerto hæret, & sæpe fit ut fortibus fortis congrediatur, maioraq; oriantur certamina, ubi maiora uirium documenta. Ergo Dauid ubi fugam quærebat ut euaderet aduersarium, & non inueniebat pennas suas, ancipiti fluctuabat certamine. Siquidem ubi in potestate habet pennas suas, titulus psalmi in finem est, id est, perfectionem & consummationem uictoriæ. Deniq; quasi uictor dicit: Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam. Merito habebat facultatem uolandi, qui pennas resurrectionis acceperat. Hic autem adhuc in spelunca est, id est, in carne, in antro quodam istius corporis, cum rege Saul filio duritiæ, & intelligibilis illius principis potestate decertans, qui non uidetur, sed intelligitur, unde & psalmi titulus, intellectus est, quem tamen Dauid positus in carne conclusit, sed ut cōcluderet rogando meruit. Deniq; à uoce precationis cœpit. Adde illud quod ille ex persona saluatoris psalmus dicitur, iste ex persona Dauid, qui in potestate
B non habebat uictoriam, sed sperabat à Christo, & ipse tamen posteaquàm expandit ad deum manus suas, tanquam pennas animæ suæ, & confugit ad dominum, & spiritussancti deductionem popoſcit, quo cognoſceret uiam per quam possit ascendere, inclinari uidit cœlos ut Christus descenderet, & rogauit, ut cum leuaret manu sua. Aut forte ideo pennas suas iam non quærebat, quia perfectior factus, manum Christi desiderabat. Qui uult igitur manu Christi leuari, ante ipse euolet, habeat pennas suas. Qui fugit seculum pennas habet, & si suas non habet: Ne forte ille solus non habeat suas, qui potestatem habet uolandi: si suas inquam non habet, ab eo qui habet accipiat. Qui fugit ergo seculum uolat. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Euolauit ergo Dauid, sicut nycticorax in domicilio. Si autem ad Christum referas, euolauit in corporis passione, ut sub umbra alarum suarum protegeret populos nationum: Euolauit diuinitate, mansit corpore, atq; habitauit in deserto, ut plures fierent desertæ filij, quàm eius quæ habebat uirum. Illud ergo corpus sequamur ut & nos resurgamus. Vbi enim corpus, ibi & aquilæ. Qui non potest ut aquila uolare, uolitet ut passer. Qui non potest ad cœlum, uolet ad montes, fugiat ante uallestria, quæ cito corrumpuntur humore, & ad montes transeat. Transiuit ad montes Segor nepos Abraæ & saluus factus est, quæ autem non potuit ascendere affectu fœmineo, reclinata salutem amisit. Ap-
propinquantibus montibus æternis, dominus dicit per Micheam prophetam: Surgite hinc, quia non est uobis hic refrigeratio. Propter spurcitiam corrupti estis corruptione, persecutionem passi estis. Et dominus dicit: Tunc qui in Iudæa sunt fu-
giant ad montes, ubi mons Syon, & ciuitas pacis Hierusalem, non terrenis, sed uiuis constructa lapidibus, & decem milia angelorum, primitiuorum ecclesia, perfectorum

Psal.54
Psal.67
Psal.138.
Psal.54
Mich.2.
Luc.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ctorum spiritus,iustorum deus,qui in sanguine suo melius locutus est quàm Abel. Ille enim uindictam damauit,hic indulgentiam. Ille peccatum fratris accusat, hic peccatum mundi remisit. Ille prodidit crimen, hic texit, secundum quod scriptum est: Beati quorum tecta sunt peccata.

Qua ratione uolens fugere,uelociter & diligenter fugere debeat, quò etiam fugiendum sit, & ad quod bonum animas nostras erigere debeamus. Caput. VI.

SED qui fugit,uelociter fugiat ne comprehendatur, uelociter deprædetur,hunc mundum,ut Hebræus Ægyptum. Qui parturit parturiat, ne onusto & degrauato iniquitatibus, mentis utero fugere non possit: & fugiat non quasi lactantem ferens, sed quasi expeditum, non paruum gestans,sed perfectum in Christo exhibens: fugiat non quasi feriatus in sabbato,sed tanquam operarius in negocio,nec tanquam sterilis in frigore,sed tanquã
Matt.24. opimus in messe.Ideo enim dictum est: Orate,ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. Fuga ergo hæc fœcunda uirtutũ est,non effœta meritorum. Fuga hæc nescit frigus timoris,tremorem mortis,contractionem sollicitudinis,dissolutionis ocium lasciuiæ ferias, torporem lentitudinis, sed uitæ cœlestis requirit impigrum uiatorem,regni superioris competitorem strenuum,diuitem agricolam,qui fructus suos
Deu.10. cogat,& cogẽdo diripiat.Quid enim aliud à te ô homo quæritur,nisi ut timeas dominum,requiras eum,post ipsum ambules, comprehendas uias eius? In quo,in-
D quit,comprehendam dominum? Si comprehendam in holocaustis? Non in decem milibus hædorum,non in milibus arietum: non in fructibus impietatis reconciliatur dominus,& peccata redimũtur, sed in bona uita domini gratia comprehenditur. Renunciatum est,inquit,tibi homo quid sit bonum,aut quid dominus requi-
Mich.6 rat à te. Quid aliud nisi ut facias iusticiam, & diligas misericordiam, & paratus sis
Ioh.14 ire cum domino deo tuo? Dicit ergo euangelium:Surgite eamus hinc. Dicit tibi lex:Post dominum deum tuum ambulabis. Didicisti quomodo hinc fugias: Quid
Matt.3. moraberis? Dicit tibi euãgelium iterum:Progenies uiperarum,quis uobis demonstrauit fugere ab ira uentura? Et dicit hoc illis qui ueniebant ad baptismum pœnitentiæ.Ergo pœnitentia fuga est bona. Gratia dei fuga est bona, in qua est assumptio fugientis. Desertum fuga est bona,ad quod fugit Helias, Helisæus, Iohannes
3.Reg.19 baptista. Fugit Helias mulierem Iezabel,id est,effusionẽ uanitatis,& fugit ad montem Oreb,quod significat exiccationem,ut siccaretur in eo carnalis profluuium uanitatis,& cognosceret plenius deum. Erat enim ad torrentem Chorrad,quod est cognitio,ubi abundantiam profluentem diuinæ cognitionis hauriret,ita fugiens seculum,ut nec cibum corporis huius exquireret,nisi quem aues detulissent ministræ, quanquam esca eius plerunq; terrena nõ fuerit. Denicq; quadraginta diebus in uirtute escæ quam acceperat,ambulabat. Vticq; non mulierem fugiebat propheta tantus sed seculum. An mortem timebat qui se obtulerat requirenti, & qui dicebat ad dominum:Recipe animam meam? tædium uitæ istius sustinens nõ cupiditatem: sed fugiebat secularem illecebram,& conuersationis maculosæ contagionem,& impiæ ac præuaricatricis nationis sacrilegia. Salomon quoq; in mulieris illius specie corruptelam seculi huius exponit,& meretricias artes declinandas edocet. Hæc est mulier

A mulier aliena & fornicaria,à qua te ut custodias adhortatur.Ne declines in uias seculi cor tuum,sed colloces illud in manu dñi,in qua est cor regis. Qui enim seipsum regit,quod pluris est,cq; alijs imperare,cor eius in manu dei est, & quò deus uult cõuertit illud:Non mirum si conuertit in bonum,qui perfectæ bonitatis est.In manu ergo dei sumus ut bonum quæramus,illud bonum incorruptibile atq; incommutabile,de quo dicit Amos propheta:Exquirite bonum & non malignum, ut uiua- Amos.5.
tis,& sic erit uobiscũ dominus deus omnipotens. Quomodo dixistis:Odio habuimus mala,& dilexim̃us bona? Vbi ergo bonus deus, ibi bona sunt quæ desidera-
uit uidere Dauid,& uisurum se credidit,sicut ipse ait:Credo uidere bona domini in Psal.26
terra uiuentium. Illa enim bona sunt quæ manent semper, quæ nõ queunt temporis uel ætatis mutatione corrumpi. In illis bonis est,qui deum quæsiuerit & inuenerit. Vbi enim cor hominis,ibi & thesaurus eius est.Non enim solet bonum datum Matt.6.
deprecantibus dominus denegare.Ergo quia bonus dominus est,& maxime sustinẽtibus se bonus est,ipsi adhæreamus,cũ ipo simus tota anima nostra, toto corde, tota uirtute,ut simus in lumine eius,& uideamus eius gloriã,& delectationis superæ fruamur gratia. Ad illud igit bonũ erigamus animas nostras, ut in illo simus, atq; in ipso uiuamus.Ipsi adhæreamus,quod est supra omnem mentem,& omnẽ
consideratione̅,& pace utitur perpetua ac tranquillitate. Pax autẽ supra omnem mentem est,& supra omnem sensum.Hoc est bonum quod penetrat omnia,& omnes in ipso uiuimus atq; ex ipso pendemus: Ipsum autẽ supra se nihil habet,sed
B est diuinum. Nemo enim bonus nisi unus deus.Quod ergo bonũ,diuinum:& qd̃ Mar.10.
diuinum,bonum.Et ideo dicitur:Aperiẽte te manum,implebuntur omnia bonita- Psal.103.
te.Per bonitatẽ enim dei nobis uniuersa tribuuntur,merito bona,quibus nihil admixtum est mali. Hæc bona promittit scriptura fidelibus dicens: Quæ bona sunt terræ manducabitis.Boni ergo illius similes simus, ut quæ bona sunt adipiscamur. Bonum quod est,sine iniquitate est,sine dolo,sine asperitate,cum gratia,cum pietate,cum syncritate & beneuolentia,charitate,iustitia. Itaq; omnes uirtutes,bonitas tanquam mater fœcunda amplectitur.

Quod non mediocris sit causa cur hinc fugere debeamus. Quodcq; nõ impigre malicia huius seculi fugienda sit.Et quid sit hinc fugere.Cur etiam malicia in terris uersetur & sæuiat. Qua præterea ratione dominus Iesus uindictam diaboli autoris maliciæ distulerit, neq; eadem sententia in ipsum & in hominem dicta sit. Cap. VII.

IST igitur non mediocris causa cur hinc fugere debeamus,ut perueniamus à malis ad bona,ab incertis ad fidelia & plena ueritatis,à morte ad uitam.Ipse quoq; dominus dicendo: Posui ante te bonum & malum,uitam & mortem,demõstrauit quia bonum uita est, sed æterna. Si enim hæc obnoxia seculo,atq; eius malignitati,uticq; illa est bona,quæ non corrumpitur & mutatur,quæ nullo uitio degenerat,quæ uirtute acquiritur.Fugiamus ergo maliciam seculi huius,in quo ipsi dies,inquit,mali sunt, & fugiamus impigre. Ideoq; Esaias clamat: Conualescite manus remissæ,& genua dissoluta,id est, non corporis sed animæ genua conualescite,ut directum ad cœli altissima mentis uestigium possit attolli,ut sit doctrina solidior,uita maturior,gratia plenior, prudentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

C circumspectior. Hoc est enim fugere, scire quò tendas, ableuare se à seculo, ableuare se à corpore, ne iterum frustra se aliquis extollat, & inflata mente carnis suæ non teneat caput, & dicatur de his: Fugerunt & non uiderunt. Sed hoc est fugere hinc, mori elementis istius mundi, abscondere uitam in deo, declinare corruptiones, nõ attaminare cupiditates, nescire quæ sunt mundi istius, qui nobis uarios gignit dolores, exinanit cum repleuerit, cum exinaniuerit replet. Et hæc omnia inania & uacua, in quibus nullus solidus est fructus. Mortuus est diues, & nihil habet, quia nõ est in deũ diues, & ideo insipiens, quia sapientia cultura est dei, abstinere autem à malis, disciplina est. Quis ergo non fugiat maliciæ locum, officinam improbitatis quæ interire nesciat? Denicp non ociose signum positum est supra Cain, ne quis eũ occideret, ut significaret quod non extinguatur & auferatur à terris malicia. Timebat Cain ne occideretur, qa fugere nesciebat. Augeť enim & cumulať ipso usu malicia, & est sine moderatione, sine fine dolo & fraude decernens, quæ factis suis probatur & sanguine peremptorũ, sicut & Cain proditus est. Versatur itacp in terris malicia, & ideo rogamus uoluntatem dei fieri in terris sicut & in cœlis, ut & hic sit innocentia. Itacp malicia qm illic iam locũ non habet, hic circuit, hic sæuit, sesecp infũdit, non mundano illo mersa diluuio, non Sodomitano exusta incendio. Denicp gratuius postea in seminarijs pullulauit, uscp in ipsum parricidales ac sacrilegas injiciens manus uniuersorũ autore salutis. Lex factũ damnat, nõ aufert maliciã. Ipse dominus Iesus peccatũ donauit, autorem eius distulit, ut esset per quẽ iusti probarentur. Etenim quia malũ deus non fecit, sed nequitia diaboli inseruit, uindictã deus distulit, ut ab ipsis quos deceperat diabolus uinceretur. Exercentur ergo decepti ut & precium luant facilitatis, & sumant studia uirtutis, industriã cautionis. Vnde ait: Estote
D Matth.10. astuti sicut serpentes. Quare sicut serpentes? Vt & ille spolietur suo, & qui alios exuere uoluit, amittat quæ sunt ipsius, non uenena sed merita naturæ. Denicp deijcitur
Luc.10. ille, cum tu ascenderis: Scriptum est enim: Videbam sathanam sicut fulgur cadentẽ de cœlo. Non fulgur, inquit, sed sicut fulgur, quia suum lumẽ amisit, quod habebat antequam tibi tuũ lumen uellet auferre. Verum forte dicas, quia & de saluatore le
Luc.17. gimus: Quia sicut fulgur coruscãs de sub cœlo, ita erit & aduentus filij hominis. Bene & hic sicut fulgur, quia hic supra fulgur. Denicp fulgur de sub cœlo, lumen autem uerum supra cœlũ. Ergo sathanas sicut fulgur, quia amisit quod habuit, tu autem recepisti quod amiseras. Non enim ita circa illum sicut circa te soluta est sentẽtia. Nã Christi gratia quæ te resoluit, illum astrinxit. Manet enim maledictio directa in serpentem propter tuam deceptionem. Sic enim dictum est ad eum: Maledictus tu
Gen.3. ab omnibus pecoribus terræ. Omnium enim communis inimicus est, qui fuit hostis bonorum, & pro his damnatur quos adhuc non læserat, quoniam qui hominem læsit cui illa omnia subiecta sunt, læsit omnia. Communem etenim legem soluit, qua & ipse homini cum cæteris subditus est, ideo communi odio omnium atque execratione maledictio eius oneratur. Genus autem damnationis, non mors sed pœna diuturna est. Super pectus, inquit, tuum & uentrem ambulabis. Premẽda enim fuit noxia conscientia, & proterenda malicia, fraudulentumcp secretum tã quam à dei facie relegandum, simul ostenditur quod terrena malicia sit, quæ in terram recurruetur. Denique addidit: Et terrã edes omnes dies uitæ tuæ. Describi quidem his natura serpentis uidetur, sed magis omne uas maliciæ describitur, omnis

serpens

A serpens improbitatis, qui in uentrem se dejcit, atcp intra se uenenũ suum claudit, & intus in pectore suo uoluit, cogitatiõibus suis lubricus, & super fraudes suas ambulans, suis dolis se ipse implicans, mouens semper atcp exagitans sua uenena cũ cogitat, uentrem quocp, hoc est, seminariũ cordis sui proterens. Vnde pulchre Dauid ait: Alienati sunt peccatores ab utero, errauerũt à uentre, locuti sunt falsa. Furor illis Psal.57. secundum similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surdæ & obstruentis aures suas, quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenefici cum incantatur à sapiente. Propter hoc etiam illud pulchre dictum uidetur, quod in libro prophetico legimus: Ventrẽ Hiere.4. meum doleo, uentrẽ meũ doleo, qa ibi est malicia, ubi debet esse innocẽtia, & illud plus laborat quod in nobis debet esse tranquillius, atcp id nequitiæ uestigijs procul catur, stimulatur unguibus, processu quodam improbitatis incremento cp concutitur, ubi est genitale seminarium posteritatis æternæ. Videť quidem hoc ad id esse referendum quod dolebat, perisse quos creauit filios & suscepit, sed multo magis qp in uentre suo uerbi seminarium non habebant. Ideo uentrem suum dicit, quasi preciosissimum. Preciosus enim mentis uterus est, in quo fœcũda seges consiliorũ uerbi semine pullulare consuenit, & uitæ totius solent atcp uirtutum ac disciplinarum quædam membra formari. Sed ut reuertamur ad propositum, quod maliciã deus reprimendam, interimcp abolendam putauerit, ait ad serpentẽ: Et inimicitias ponã Gen.3. inter te & inter mulierem, & semẽ tuum & semen mulieris. Ipsa tibi seruabit caput, & tu illius calcaneum. Vbi inimicitiæ sunt, discordia est nocẽdicp studiũ, ubi nocendi studium, ibi malicia ponitur. Ergo discordia inter serpentem & mulierem, discor
B diæ malicia subest. Non est ergo sublata malicia. Denicp seruatũ est serpenti ut calcaneum mulieris & seminis eius obseruet, quo noceat, & uenenum suum infundat. Non ergo ambulemus in terrenis, & serpens nobis nocere non potest. Sumamus euangelicum calciamentum quo uenenum serpentis excluditur, morsus eius hebetatur, ut simus calciati pedes in euangelium. Et fortasse ideo Moyses iubetur solue re calciamentum pedum suorum, ut sumeret calciamentum euangelij, uel quia non Moysi, id est, nõ prophetis, sed Apostolis pdicatio euangelij debebatur. Ea est quã supra diximus dicta in serpentem sentẽtia, in hominem quocp cuiusmodi dicta sit consideremus. Maledictus est ille qui autor est culpæ, sed non maledictus est iste qui aliena fraude deceptus est, tamen quia non seruauit mandatum dei, operũ suorum labore damnatur. Maledicitur sanè terra, sed in operibus peccatoris, & maledicitur donec resoluatur in terram. Ideo ergo deus suscepit carnẽ, ut maledictum carnis peccatricis aboleret, & factus est pro nobis maledictum, ut benedictio absorberet maledictionem, integritas peccatum, indulgentia sententiam, uita mortem. Suscepit enim & mortem, ut impleretur sententia, satis fieret iudicato per maledictum carnis peccatricis uscp ad mortẽ. Nihil ergo factũ est cõtra sententiã dei, cũ sit diuinæ conditio impleta sentẽtiæ. Maledictũ emm uscp ad mortẽ, post mortẽ aũt gratia. Mortui ergo seculo sumus, quid adhuc seculo deseruimus? Mortui sumus cũ Christo, qd adhuc uitæ huius actus requirimus? Mortẽ emm Christi in corpe nostro circumferimus, ut & uita Christi in nobis manifestet. Non ergo iã nostrã illã uitã, sed Christi uitã uiuimus, uitã innocentiæ, uitã castimoniæ, uitã simplicitatis, oimcp uirtutum. Cum Christo resurrexerimus, in ipso uiuamus, in ipso ascendamus, ut serpens calcaneum nostrum quod uulneret, in terrenis reperire non possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quomodo hinc animo fugere possimus,& si corpore retineamur. Qd etiam hinc quia tempus breue est fugiamus, ne cum prætereunte figura mundi,opera nostra, nosq; ipsi prætereamus, quod si cauere uelimus, mandata dei non prætereamus,neq; disciplinæ alicuius profectũ,quem admodum Ioseph fecit,& in Sara ostenditur,& sic Iacob executus est.

Caput. VIII.

FVGIAMVS hinc.Potes animo fugere,& si retineris corpore.Potes & hic esse & adesse ad dñm,si illi adhæreat anima tua,si post ipsum cogitationibus tuis ambules,si fide nõ specie uias eius sequaris, si ad ipsum confugias.Est em̃ refugium & uirtus, cui dicit Dauid:Ad te confugi & non sum deceptus.Ergo quia deus refugium,deus aũt in cœlo & supra cœlos,utiq; hinc illò confugiẽdum est,ubi pax,ubi requies ab operibus, ubi epulemur sabbatũ magnum,sicut dixit Moyses:Et erũt sabbata terræ uobis escæ. Epulatorium em̃ & plenum iocunditatis & tranquillitatis est,requiescere in deo,& eius delectationem uidere.Qui ergo confugimus ad deum,ad mundũ reuertemur? Qui peccato mortui sumus,peccata repetemus? Qui renũciauimus seculo & usui eius,iterum in luto eius hærebimus? Fugiamus hinc,quia tempus breue est. Audi quomodo fugias.
2.Cor.7. Et qui habent uxores,ita sint,ac si non habeant, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent,tanq; non gaudentes:& qui emunt,tanq; non possidentes:& q hoc mundo utuntur,tanq; non utantur. Præterit em̃ figura huius mundi. Non ergo cũ prætereunte figura mundi opera nostra prætereant,ne etiam ipsi prætereamus,sed maneamus in ueritate.Si maneamus in Christo,manemus in ueritate,& cũ eo ma
D Psal.118. nebimus,& nõ præteribimus,sed dicemus:Benedictio dñi super uos,benediximus uobis in nomine dñi. Qui enim prætereunt non possunt dicere, quia non dixerunt prætereuntes uiam:benedictio dñi super uos,quẽadmodum dixit propheta. Itaq; si uolumus non præterire opera nostra,non prætereamus mandata dei, non prætereamus requirendi Iesu dñi diligentiam,emerendi eius gratiam. Non præteriuit eum illa mulier,quæ usq; in pharisæi domũ ingressa,in qua Christus recumbebat, in pedes eius superfudit unguentum. Non prætereamus disciplinæ alicuius profectum,sicut etiã Ioseph adolescẽtulus nõ præteriuit, quia fratres suos requirebat, & ad eum festinabat locum in quo pascebãt oues,& cũ cognouisset quia in Dothaim sunt,perrexit eò. Significatur aũt illo uerbo Dothaim defectus idoneus,id est,uanarum opinionũ defectus non mediocris,sed perfectus & plenus,in quo profectus est animæ. Sapiens em̃ qñ monuit,addidit:Deficiunt em̃ seculares opiniones,quæ mulieribus infirmis comparantur. Vnde pulchre quo ostenderetur Sara ad profe-
Gen.18. ctum uenisse ut generaret risum & læticiam, Defecerunt,inquit, Saræ fieri mulieribria. Bona ergo defectio cupiditatum, defectio uanitatis, quia ueritatis adiectio est. Vnde & sanctus Dauid ait: Defecit in salutare tuum anima mea. Paritura em̃ erat quæ concesserat & promiserat deus,paritura læticiam,& sobriam illam iocunditatis ebrietatem,paritura ante expectatum ingenium celeritate partus,fœta sapi-
Exo.1. entiæ.Deniq; & de alijs Hebræis mulieribus habes, quia Hebrææ prius pariunt quàm ueniant obstetrices,eo q; animæ iustorum non expectent artes & disciplinas propter inuentionũ genera,nec requirant adiumenta generandi,sed sponte partus suos fundãt,expectationemq; p̃ueniant. Necminus impiger ad inueniendũ q̃ ad exequendum

A exequendum Iacob, cui cum mater dixisset ut inferret patri escas, definitionum genera suppetisse cernimus. Nam & cito inuenit,& inuentorum suorum autorem testificatus est deum, in quo & diligentiæ palma & ingenij sanctificatur ubertas.Prima ergo definitio in inuentione. Quod inuenitur quæritur,& quod quæritᷣ tempore est,quod temporis est,utiq; diligentiæ est. Ingenium igitur diuini est muneris, quod autem diuini muneris,hoc naturæ.Ingenium ergo naturæ est,inuentio diligẽtiæ.Illud sine tempore,hoc indiget tempore.Ideoq; illud in tẽpore præsto est, hoc in spacio temporis inuestigatur. Illud supra nos,hoc uero ad nos refertur.Quæren ti igitur patri cibum uerbi,Non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Matth. 4.
dei,Talem cibum quærebat Isaac, Talem cibum esuriuit Petrus qñ uidit crediturigentilis populi mysteria, Esau præsto non habuit cibum spiritalis & uelocioris ingenij.Dum ille uenatᷣ & quærit,& prædam atq; agrestem sermonẽ suggerere parat,præuenit Iacob celeri inuentione & miti,& prope domestica responsione suaue uerbum ministrans,quo cum mulceret ac delectaret.Vnde miratus pater ait:Quid Gen.27.
est hoc quod tã cito inuenire potuisti fili mi? Respondit Iacob:Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas.Prima definitio in interrogatione est, secunda in responso. Plena igitur omnia reperiens pater quæ erant uel ingenij uel diligentiæ, definitionis consumationem conclusit dicens: Ecce odor filij mei tanquam odor agri pleni,cui benedixit dominus.Ager em̃ & naturale habet fertilitatis ingeniũ,& culturæ diligentiam temporalem,meritóque in eo est plenitudo, cui utrunque non
B deest,simul.Cum addiderit,quem benedixit dominus,uidetur naturæ gratiã præstulisse inuentionis labori. Et confirmauit Esau dicens: Iuste uocatum est nomen illius Iacob. Supplantauit enim me iam bis, & primogenita mea accepit. Sed forte dicas: In quo moram fecit, qui ad uenationem à patre missus est? Sed considera, quia & pater pronunciauit, quia paratum habere non posset quod spiritaliter pertebatur,& ideo quia deficiebat ingenio,uel diligentiæ subsidium ut adiungeret exigebat. Celeritatis quoque admonet qui ait: Cape arcum & sagittam. Accepit tamen & diligentiæ fructum,qui agnoscit superius & sui ingenij munus. Nec immerito domesticos cibos detulit,qui de domesticis seminis sui sapiẽtiæ sibi acquisiuit copulam.Bona autem diligentia cũ sapientia,& inuentio cum ingenio naturali.Deniq; habẽs in prõptu sapientiæ copulam sanctus Isaac, deambulabat in campo,imò abalienabatur.Et nos primo sapientiæ copulemur, & sic exeamus in campum,quæ rere & inuenire cupientes. Multi enim sine sapientia malo quærunt. Et ideo Cain, qa nõ acceperat à deo prudentiã,male quæsiuit, male exiuit in campum.Abel bene qui perfectum sacrificij munus impleuit.Bonum enim sapientiæ sacrificium,bona est hostia fides,& omnis uirtus. Deniq; sapientia interfecit suas hostias, & misProuer.9.
cuit in cratere uinum suum.Et ideo ut insipiẽtibus gentilibus potum fidei daret, ad creatorẽ suũ cõuocauit eos dicẽs:Qui est insipiẽs, diuertat ad me. Et egẽtibus sensu dixit:Venite & edite de meis panibus,& bibite uinũ quod miscui uobis.De hoc cratere Plato in suos libros transferendum putauit, ad cuius potum uocauit animas, sed eas explere nesciuit,qui potũ non fidei, sed perfidiæ ministrabat.

De exhortatione quod hinc fugiamus sicut fugit de patria sanctus Iacob, & sicut cerui fugiunt ad fontes aquarum,quos & Dauid sitiebat. Quis quoque sit iste fons, & quid hunc fontem desiderans facere

Universidad de Deusto
Biblioteca

C debeat,exemplo Susannæ. Quomodo etiam sicut Paulus & Loth fugerunt,nos fugere debeamus. Quibus præterea modis quis bene fugere possit.

Caput. IX.

FVGIAMVS hinc sicut fugit de patria sanctus Iacob. Sciebat enim ueram patriam esse superiorem. Fugiamus sicut cerui ad fontes aquarum,quos sitiebat Dauid. Sitiat & anima nostra. Quis est ille fons? Audi dicentem: Quoniam apud te est fons uitæ. Huic fonti dicat anima mea: Quando ueniam & parebo ante faciem tuam? Fons enim deus est. Sed qui hunc fontem desiderat, effundat super se animam suam, ut nihil possessioni carnis relinquat,sed ubiq; anima superfluat. Pulchre eam effudit Susanna,ut euaporare in ea non possent incendia corporis, mortis formidines, uitæ cupiditates. Effusa super ipsam anima, omne restinxit carnale desiderium, seculare studium. Quæ etiam prodigiosorum senum & imprudentium presbyterorum potuit flammas restinguere, nisi in his libidinis profluuium redundasset. A quibus cum intenderetur calumnia,si assensus negaretur adulterio, ingemuit Susanna, & dixit: Angustiæ mihi assunt undiq;: Si enim hoc fecero,morte æterna peribo, si autem non fecero,non effugiam manus uestras. Melius tamen iudicauit crimen potius fugere, quàm periculum. Plorauit itaq; cum crimen obijceretur, plorauit cum sibi de pudica & casta,adulteri iudicium uendicarent,non mortem deplorãs,sed castitatis calumniam. Religionis iniuriam plorauit, & effudit super se non corpus, sed animam. Effudisset em̃ corpus,si carnalibus acquieuisset. Denicq; cum morte damnaretur,ex

Psal. 35.

Dan. 13.

D clamauit quasi iudex reorũ,arbitra calumniantium:& innocẽtis conscientiæ auctoritate,diuinam sibi in iudicium accersiuit cognitionem,nõ timore mortis percita, sed arguentis censuræ potestate præcelsa. Susanna ergo fugit seculũ, & se deo credidit, ad illam arcẽ ciuitatis æternæ fugiẽs,quæ totũ mundum cõplectitur, qm̃ intra deũ sunt omnia. Fugit & Paulus,ut euaderet per fenestram in sporta demissus. Spartũ em̃ triplex corrumpi nõ posse nouerat. Sed fugit ut euangeliũ dñi toto orbe prædicaret,& ideo in paradisum raptus est. Et nos fugiamus per fenestrã, audientes præcepta dñi,& uisu sobrio,atq; oculorum castitate seruãtes. Fugiamus sicut Loth, Sodomitana crimina,amplius q̃ supplicia formidãs. Magis em̃ pius certa scelerum fugit contagia,q Sodomitanis domũ clausit,nec cohabitans,nec cogitans eos,quorũ flagitia nesciebat & opprobria auersabatur,nec fugiens respexit eos,quorũ conuersationes nõ desiderabat. Fugit ergo sicut Loth,q renũciat uitijs, abdicat se incolarũ moribus,qui post se non respicit,qui superiorẽ illã ciuitatẽ ingredit̃ introitu cogitationum suarum,nec recedit ex ea donec moriat̃ princeps sacerdotum qui tulit peccatum mundi: mortuus quidem semel est, sed moriatur unicuiq; qui baptizatur in morte Christi,ut consepeliamur cum eo,& resurgamus cum eo,& in nouitate uitæ illius ambulemus. Bene fugis,si cor tuum non imitetur peccatorum consilia, cogitationes eorũ. Bene fugis,si oculus tuus fugiat calices & phialas,ne fiat libidinosus dũ moratur in uino, si oculus tuus aliena declinet,ut lingua tua ueritatẽ custodiat. Bene fugis,si non respondeas imprudenti ad imprudentiam illius. Bene fugis,si auferas gressum pedũ tuorũ ex ore insipientiũ. Cito em̃ malis ducibus errat̃. Sed si uis bene fugere,lõge fac uias tuas ab eorum sermonibus. Mortuus est tibi princeps sacerdotum, tibi crucifixus est, ut clauis eius adhæreas. Te enim in illa carne & tua

2. Cor. 11

Eccl. 4

peccata

A peccata susceperit, affixa sunt in patibulo tuorum delictorum chirographa, ut iam mundo nihil debeas, cui semel renunciasti. Et recte nihil debes cui suppetit dicere: Mihi enim mundus crucifixus est,& ego mundo,ut iam mortem non timeas,si geras Christum in quo potes dicere: Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Etenim cum uetus homo noster affixus est cruci,destructũ est peccatum,obtusus aculeus,uacuata culpa,ut ulterius seruire flagitijs desinamus. Abijt em̃ uetus homo in nobis. Nunc aũt iam non uetus homo in nobis,sed noua est creatura,habens in se similitudinem Christi,cuius mortis similitudini consepulti, imaginẽ uitæ eius assumpsimus,alas gratiæ spiritalis accepimus. Sic igitur uolate ut dicat̃ de uobis: Qui sunt isti qui ut nubes uolant,& sicut columbæ cum pullis suis,ut nebulæ uestræ rorent iusticiam & columbæ pariant simplicitatem. Sic nauigate quasi transfretantes mundũ non pererrantes,quasi nauc; Tharsis,ut ad intelligibiles portus cursum dirigatis,& cõchatis diuitias maris. Sic festinate ut dicat̃ de uobis: Leues facti sunt super aquilas. Ab ira em̃ uentura fugiendũ uidetis,quã declinare poterunt qui p̃ pœnitentiã sibi spem locauerint euadendi,& recõciliationis futuræ fidẽ hauserint,per dñm nostrũ,cui regnum est à seculis,& nunc & semp, & in oĩa secula seculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE BONO MORTIS.

De causa facilitatis scribendi de bono mortis,& qua ratione mors bona uel mala uideri possit,cum argumento ex descriptione uitæ & mortis accepto, quo mors di-

B cenda uideatur mala.

Caput. I.

De tribus mortis generibus. Et quod mors tertia quæ est animæ & corporis secessio,cum omnes absoluat,paucos delectet. Quodq; hoc non eius sit uitiũ,sed nostræ infirmitatis,qui delectatione uitæ istius capimur. In qua cum plus sit amaritudinis quàm uoluptatis,mors quæ est finis illius bona est,nec uita ista tantopere desideranda.

Cap. II.

Quid secundũ scripturã sit mors & quid uita. Et q; in hac uita sit quædã mors bona,cum scilicet quis in hac uita positus speciẽ mortis imitatur,& ita se agit,ut ei moriantur oẽs corporis delectationes, & etiam ipse cupiditatibus omnibus mundiq; illecebris moriatur. Ad quam & ipse Apostolus nos hortatur,docens istam mortẽ in hac uita positis expetendam. Et quomodo quis sic mortẽ imitetur. Quibus etiã rebus deflectatur & abducatur.

Cap. III.

De solutione obiectionis qua mors arguit̃ non esse bona,quia deus eã non fecerit,& qua rõne omnifariã mors sit bonũ. Quodq; ideo frustra hoies mortẽ timeãt, præsertim cum sit finis peccati,& q; ipsa mundum redemerit.

Cap. IIII.

Qua rõne cõmunis omniũ mors nõ sit timenda. Quõ etiã dũ in corpore sumus, usum mortis imitantes abducere nos debeamus à nexu corpis,omniaq; terrena relinquere,conscendere ad diuina,surgere de mundanis,fugere hæc mala, & exaltare animã ad imaginẽ & similitudinem dei, eamq; munire muris ac speculatore. Quo modo etiam ipsa debeat ingredi in hortos atq; paradisum,& ex illo abundantiam uirtutum transferre, & in hortum mentis transplantare, in quem uerbum dei inuitatum descendat & pascatur: & cognoscere quos fructus & cibos epuletur quibusue delectetur.

Caput. V.

Quomo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quomodo cauendi sint laquei principatuum aëreorum qui nos recte gradientes & ad altiora tendentes impedire quærunt, & ad terrena reuocare. Cap. VI.
Quomodo nostri nobis sint laquei cauendi. Et de molestijs huius uitæ, propter quas totam uitam odio habuit Ecclesiastes, & mortem laudauit. Quodq; impio amarior sit uita quàm mors, cum grauius sit ad peccatum uiuere, quàm in peccato mori. Ex quibus conduditur mortem non esse malum. Cap. VII.
Qua ratione nō mors ipsa quæ terribilis apud uiuentes æstimatur, sit terribilis, sed opinio de morte, & de confutatione duarum causarum, ob quas mortem insipientes uerentur. Quodq; mors generaliter non sit mala, licet specialiter pessima sit mors peccatorum. Cur præterea Græci finem appellauerint mortem. Et quantam morti sanctus Iob laudem tribuerit. Cap. VIII.
Quemadmodum ex recapitulatione de bono mortis, probetur anima non mori cum corpore, & quod in bonis demoratura sit. Quid etiam nobis cauendum sit, & quid faciendum, si uelimus post mortē huius corporis, in istis bonis esse. Ca. IX.
De diuino testimonio quo demonstratur quod anima non moriatur cum corpore. Et de errore hominum qui preciosa struunt sepulchra, tanquam animæ & corporis receptacula, cum animarum superiora esse habitacula scripturæ testimonijs ualde probetur. Cap. X.
De iustarum animarum ingenti lætitia per septenarium ordinem digesta. Ac de admonitione ut & nos studium adhibeamus, quo anima nostra deo appropinquet, & ab eo non separemur. Quo etiam modo hoc facere debeamus. Quodq; nō
D uereamur illum omnibus debitum finem, in quo Hesdras remunerationē suæ deuotionis inuenit. Cap. XI.
De consolatiua exhortatione, ut intrepide pergamus ad redemptorem nostrum Iesum Christum, & ad patriarcharum concilium, sanctorum cœtum, iustorumq; conuentum, ubi paradisus iocunditatis, paratæq; seruulis Iesu promissæ mansiones. Qua ratione præterea illuc festinare debeamus. Caput. XII.

DIVI AMBROSII ME

DIOLANENSIS EPISCOPI DE BONO MORTIS LIBER VNVS.

De causa facilitatis scribendi de bono mortis, & qua ratione mors bona uel mala uideri possit, cum argumēto ex descriptione uitæ & mortis accepto, quo mors dicenda uideatur mala. Caput. I.

QVONIAM de anima superiore libro sermonem aliquem contexuimus, faciliorem uiam putamus de bono mortis conficere aliquid. Quæ si animæ noceat, malum uideri potest, si nihil aūt officiat animæ, ne malum quidem. Quod autem malum non est, id etiam bonum, quoniam quod uitiosum id malum, quod autem uitio caret, id bonum, ideoq; bona malis contraria sunt, & mala bonis. Deniq; innocentia est, ubi non est nocendi uolūtas, & noxius dicitur

A citur qui non sit innoxius, misericors qui remittat, immisericors qui ignoscere atq; inflecti nesciat. Sed forte aliquis asserit: Quid tam contrarium quàm uita morti? Si ergo uita bona putatur, quomodo mors non est mala? Et ideo quid sit uita, quid etiam mors consideremus. Vita est spirandi munere frui, mors priuari. Hoc autem spirandi munus apud plerosq; in bonis ducitur. Hoc est ergo uita, frui bonis: mors contrà, bonis exui. Et scriptura dicit: Ecce dedi ante faciem tuam uitam & mortem, bonum & malum, uitam bonum appellans, mortem malum, & illa sibi priora, & hæc sibi conferens. Deniq; ut lectionis diuinæ exemplo utamur, in paradiso est positus homo, ut ederet de ligno uitæ, & cæteris paradisi lignis, de ligno autem in quo esset cognitio boni & mali non ederet, qua die autem ederet morte moreretur. Nō seruauit præceptum, & caruit fructu, atq; eiectus de paradiso mortem gustauit. Malum igitur mors quæ precio damnationis infertur.

De tribus mortis generibus. Et quod mors tertia, quæ est animæ & corporis secessio cum omnes absoluat, paucos delectet. Quodq; hoc non eius sit uitium, sed nostræ infirmitatis, qui delectatione uitæ istius capimur. In qua cum plus sit amaritudinis quàm uoluptatis, mors quæ est finis illius bona est, nec uita ista tantopere desideranda. Ca. II.

B SED mortis tria sunt genera. Vna mors peccati est, de qua scriptum est: Anima quæ peccat ipsa morietur. Alia mors mystica, quando quis peccato moritur & deo uiuit, de qua ait idem Apostolus: Cōsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Tertia mors qua cursum uitæ huius & munus explemus, id est, animæ corporisq; secessio. Aduertimus igitur quod una mors sit mala, si propter peccatum moriamur, alia mors bona sit, qua is qui fuerit mortuus iustificatus est à peccato. Tertia mors media sit. Nam & bona iustis uidetur, & plerisq; metuenda. Quæ cum absoluat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis est uitium, sed nostræ infirmitatis, qui uoluptate corporis & delectatione uitæ istius capimur, & cursum hunc consummare trepidamus, in quo plus amaritudinis quàm uoluptatis est. An non sancti ac sapientes uiri, qui longæuitatem peregrinationis huius ingemiscebant, dissolui & cum Christo esse pulchrius æstimantes, denique diem generationis suæ execrabantur, sicut ille qui ait: Pereat dies illa in qua natus sum? Quid enim est quo hæc uita delectatur, plena erumnarum & sollicitudinum, in qua innumeræ calumniæ, & multæ molestiæ, & multæ lachrymæ eorum qui afflictantur molestijs; & non est, inquit, qui eos consoletur? Et ideo laudat Ecclesiastes defunctos magis quàm uiuentes: Et optimus, inquit, supra hos duos qui nondum natus est, qui non uidit hoc malum. Et alibi idem Ecclesiastes, meliorem longæuo uiro asseruit, quem abortu eiecit mater sua, quia non uidit hæc mala quæ fiunt in hoc mundo, nec in has uenit tenebras, nec in uanitate ambulauit seculi, & ideo requiem hic magis habebit qui in hanc uitam non uenit, quàm ille qui uenit. Quid enim boni est homini in hac uita, qui in umbra uiuit, nec expleri potest cupiditatibus suis? Et si repleatur diuitijs, fructum quietis amittit, quia cogitur custodire, qd' misera auiditate quæsierit, ut miserius eas possideat, cui prodesse nō poterunt. Quid enim miserius, quàm ut custodia torqueat, quarum abundantia nihil prosit?

Roma. 6.
Ezech. 18.
Eccl. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sit? Itaq; si plena oneris uita, utiq; finis eius alleuamentum est. Alleuamentum au
tem bonum mors, mors autem finis. Mors igitur bonum est. Neq; enim aliter ga
Luc.2. uisus est & Symeon, qui respõsum acceperat, non uisurum se mortem nisi prius ui
deret Christum domini, & cum eum parentes in templum ducerent, suscepit mani
bus suis & dixit: Nunc dimittis domine seruum tuum in pace, quasi necessitate qua
dam teneretur in hac uita, non uoluntate. Ita dimitti petit, quasi à uinculis quibus
dam ad libertatem festinaret. Sunt enim uelut uincula quædam corporis huius, &
quod est grauius, uincula tentationum, quæ nos alligant, & ad iniuriam captiuita
tis astringunt quadam lege peccati. Denique in exitu ipso uidemus, quemadmo
dum anima decedentis paulatim soluat se uinculis carnis, & ore emissa euolet tan
quam carcereo corporis huius exuta gurgustio. Denique festinabat etiam san
Psal.38. ctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire dicens: Aduena ego sum apud te in
terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et ideo tanquam peregrinus ad illam
sanctorum communem omnium patriam festinabat, petens pro huius commora
tionis inquinamento remitti sibi peccata priusquam discederet de uita. Qui enim
hic non acceperit remissionem peccatorum, illic non erit. Non erit autem, quia ad
uitam æternam non potuerit peruenire, quia uita æterna remissio peccatorum est.
Ideoq; dicit: Remitte mihi ut refrigerer priusquam eam, & amplius non ero. Quid
igitur tantopere uitam istam desideramus, in qua quanto diutius quis fuerit, tan
Matt.6. to maiore oneratur sarcina peccatorum? Ipse dominus ait: Sufficit diei malicia
Gen.47. sua. Et Iacob dixit: Dies annorum uitæ meæ quos habeo, centum triginta minimi
D & mali, non quia dies mali, sed quia nobis accessu dierum maliciæ incrementa cu
mulantur. Nullus enim dies sine nostro peccato præterit. Vnde egregie Apos
Phil.1. tolus ait: Mihi uiuere Christus est & mori lucrũ, aliud ad necessitatem uitæ referens,
aliud ad mortis utilitatem. Christus enim nobis uiuere cui seruimus, cui oportet ut
à sanctis suis in euangelij prædicatione deferatur obsequium. Denicq; & Symeon
qui ait: Nunc dimittis seruum tuum, propter Christum expectabat. Christus enim
rex noster est, & ideo quod rex iubet, deserere nõ possumus & contemnere. Quan
tos imperator terræ huius in peregrinis locis, aut honoris specie, aut muneris ali
cuius causa iubet degere: Nunquid hinc cõsulto imperatore discedunt? Et quanto
amplius est diuinis parere quàm humanis? Viuere ergo sancto Christus est, & mo
ri lucrum. Quasi seruus enim non refugit uitæ obsequium, & quasi sapiens lucrum
mortis amplectitur. Lucrum est euasisse incrementa peccati, lucrum fugisse deterio
ra, & ad meliora transisse. Et addidit: Dissolui & cum Christo esse multo enim me
lius, permanere autem in carne magis necessarium propter uos. Aliud melius,
aliud necessarium. Necessarium propter fructum operis, melius propter gratiam
& copulam Christi.

Quid secundum scripturam sit mors, & quid uita. Et quod in hac uita sit quædam mors bona, cum scilicet quis in hac uita positus speciem mortis imitatur, & ita se agit ut ei moriantur omnes corporis delectationes, & etiam ipse cupiditatibus omnibus mundiq; illecebris moriatur, ad quam & ipse Apostolus nos hortatur, docens istam mortem in hac uita positis expetendam. Et quomodo quis sic mortem imitetur. Quibus etiam rebus deflectatur & abducatur.

CAPVT TERTIVM.

ERGO quoniam docuit apostolus eũ qui euaserit ex hoc corpore, si me
ruerit tamen, cum Christo futurum, quid sit mors, quid etiam uita con
sideremus. Itaque scriptura docente cognouimus, quia mors absolutio
est animæ & corporis, & quædam hominis separatio. Soluimur enim
hoc nexu animæ & corporis cum recedimus. Vnde & Dauid ait: Dirupisti uincula Psal.115.
mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Vincula autem uitæ huius, id est, coniunctio
nis nostræ quæ ex anima constat & corpore, significari docet superior uersiculus psal
mi huius: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Et ideo quasi pro
pheta præuidens se cum sanctis, & qui pro deuotione animas suas in Christo de
posuerunt futurum, lætatur, quia & ipse obtulit se fideliter pro dei populo aduer
sus Golia m singulari certamine dimicare, ut solus commune periculum & crimen
refelleret, uel cum se morti pro domini placanda offensione promptus obiceret,
uel cum se pro salute populi laborantis diuinæ ultioni paratus offerret. Sciebat e
nim gloriosius esse pro Christo mori, quàm regnare in hoc seculo. Quid enim præ
stantius q̃ fieri Christi hostiam? Itaq; cum frequenter ab eo legamus domino ob
lata esse sacrificia, hoc tamen loco addidit: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Non sa
crifico, inquit, sed sacrificabo, significans illud perfectũ esse sacrificiũ, quando unus
quisq; domino corporis huius uinculis absolutus assisteret, & offerret se hostiã lau
dis, quia ante mortem nulla est perfecta laudatio. Neq; quisq̃ in hac uita potest de
finito præconio prædicari, cũ posteriora eius incerta sint. Mors igit̃ absolutio est a
B nimæ & corporis. Denicq; & in apostolo docuimus lectũ, Dissolui & cũ Christo es
se multo melius. Solutio autẽ ista quid aliud agit, nisi ut corpus resoluat̃ & quiescat,
anima aũt cõuertat̃ in requiem suã & sit libera, quæ si pia est cũ Christo futura sit?
Quid igitur in hac uita aliud iusti agũt, nisi ut exuant se huius corporis cogitationi
bus, quæ uelut uincula nos ligãt, & se ab his molestijs separare contẽdant, renunci
ent uoluptatibus suis atq; luxuriæ, fugiant flãmas libidinũ? Nõne igitur unusquis
que in hac uita positus speciem mortis imitat̃, qui potest ita se agere ut ei morianẽ
omnes corporis delectationes, & cupiditatibus oĩbus mũdiq; illecebris etiã ipse
moriatur, sicuti mortuus erat Paulus dicẽs: Mihi eĩ mundus crucifixus est, & ego Gala. 6.
mundo? Deniq; ut sciamus quia est mors in hac uita, & bona mors, hortat̃ nos ut
mortẽ Iesu in corpore nostro circũferamus. Qui eĩ habuerit in se mortẽ Iesu, is &
uitam domini Iesu in corpore suo habebit. Operetur igitur mors in nobis ut opere
tur & uita. Bona uita post mortem, hoc est, bona uita post uictoriã, bona uita ab
soluto certamine, ut iam lex carnis legi mentis repugnare nõ nouerit, ut iam nobis
nulla sit cum corpore mortis contentio: sed sit in corpore mortis uictoria, atq; haud
scio ipse, an maioris uirtutis mors ista q̃ uita sit. Certe apostoli moueor autoritate
dicentis: Ergo mors in nobis operatur, uita autem in uobis. Vnius mors quantorũ
populorũ uitam ædificabat. Itaque docet & istam mortem in hac uita positis ex
petendam, ut mors Christi in corpore nostro eluceat, & illam beatam qua cor
rũpitur exterior ut renouetur interior homo noster, & terrestris domus nostra dis
soluatur, ut habitaculum nobis cœleste reseretur. Imitatur igitur mortem qui se à
communione carnis huius abducit, atq; illis uinculis soluit, de quibus tibi dicit do
minus per Esaiã: Solue omnẽ colligationem iniusticiæ, dissolue obligationes uiolẽ Esa. 58
tarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tarum cõmutationum, dimitte cõfractos in remissionem, & omnem circumscriptio
nem iniquam dirumpe. Imitatur & ille mortem qui se uoluptatibus exuit, & à terre
nis cogitationibus attollit atq; ableuat, & in illo cœlesti habitaculo locat, in quò
Paulus cum adhuc uiueret conuersabatur. Aliter enim non diceret: Nostra autem
conuersatio in cœlis est, quod pariter ad præsumptionem meriti potest meditatio
nemq; conferri. Illic enim erat eius meditatio, illic animæ eius conuersatio, illic eius
prudentia, quæ uticq; intra angustias carnis huius hærere non solebat. Sapiẽs enim
cum illud diuinum requirit, absoluit animam suam corpore, & eius abnegat contu
bernium, cum illam ueri tractat scientiam, quam uelut nudam sibi & apertam de
siderat demonstrari, & ideo retibus quibusdam & nebulis huius corporis se quæ
rit exuere. Neq; enim manibus istis aut oculis atq; auribus comprehendere illam
2. Cor. 4. supernam possumus ueritatem. Quotiam quæ uidentur temporalia sunt, quæ au
tem non uidentur æterna. Deniq; sæpe fallimur uisu, & aliter pleraq; quàm sunt ui
demus. Fallimur etiam auditu, & ideo non contemplemur illa quæ uidentur, sed
quæ non uidentur si nolumus falli. Quando igitur anima nostra non fallitur, quan
do solium ueritatis attingit, nisi quando se ab isto secernit corpore, neq; ab ipso de
cipitur & illuditur? Illuditur enim uisu oculorum, illuditur auditu aurium, & ideo
Col. 2. relinquat illud & deserat. Vnde Apostolus clamat: Ne tetigeritis, ne attaminaue
ritis, ne gustaueritis omnia quæ sunt ad corruptelam. In corruptelam enim sunt,
quæ sunt in corporis indulgentia. Et ideo ostendens non per corporis diligen
tiam, sed per animæ eleuationem & cordis humilitatem inuenisse quod uerum est,
D addidit. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Ibi igitur quærat quod uerum est,
quod est & manet, secq; in sese colligat, & congreget omnem aciem uirtutis suæ, ne
que alijs committat & credat, sed seipsum cognoscat & intelligat, & quod sibi uide
tur uerum esse hoc sequendum nouerit. quod delectatione carnali eligendum æsti
mauerit, hoc sciat falsum, ab eo fugiat & recedat, quia fraudis est plenum. Merito
ergo depreciauit & dehonestauit hoc corpus, corpus mortis appellans. Quis enim
oculis potuit uidere uirtutum splendorem? quis iusticiam manibus comprehen
dere? quis sapientiam oculorum obtutibus intueri? Denique quando aliquid co
gitamus, neminem nobis occurrere, neminem uolumus obstrepere auribus no
stris, atque ita intendimus animo ut plerunq; non uideamus præsentia. Quineti
am in noctibus syncerius cogitamus, & tunc melius quæ mouent, corde medita
Psal. 4. mur. Vnde & propheta ait: Quæ dicitis in cordibus uestris, in cubilibus uestris
compungimini. Sæpe etiam aliqui claudũt oculos, siquid profunde uolunt nisu co
gitationis eruere, oculorũ impedimenta uitantes. Sæpe etiã solitudines captamus,
ne cuius sermo nostris auribus insusurret, & quasi semita quædam inhærentem co
gitationi animam abducat à uero, atq; ab intentione deflectat. Multas igitur occu
pationes nobis corporis huius necessitas gignit, atq; usus inuehit, quibus impediẽ
Iob. 10. animæ uigor, ac reuocatur intẽtio. Vnde de se pulchre dicit sanctus Iob: Memento
quia lutum me finxisti. Si ergo lutum est corpus, oblinit nos uticq; nõ diluit, & coin
quinat aiam inquinamẽto intẽperantiæ. Coriũ & carnẽ me, inqt induisti, ossibus &
neruis intexuisti. Ligaẽ itaq; & distendiẽ aia nostra isti9 corpis neruis, & ideo inter
dũ rigescit, sæpe curuaẽ. Et addidit: Ab iniqtate innocẽtẽ me nõ feci sti. Si.n. impius
fuero, uæ mihi, si aũt sim iustus, nõ potuero me reclinare. Plenus cm cõfusiõis sum:

Induxisti

A Induxisti super me tentationes. Quid enim est aliud hæc uita, nisi plena laqueorũ?
Inter laqueos ambulamus, inter plurimas uersamur tentationes. Denique idem su
pra ait: Nunquid non tentatio est uita hominis in terra? Bene addidit in terra, quia Iob. 7.
est uita hominis & in cœlo. Sicut mercenarij, inquit, merces uita eius, in labore scili
cet & tepore, leuior fabulis, & fluitans & natans uerbis, cuius habitatio in luteis do
mibus & ipsa uita in luto, nulla firmitudo sententiæ, nulla constantia. In die nox de
sideratur, in nocte dies quæritẽ, ante escam gemitus, inter cibos fletus, lachrymæ, do
lores, timores, sollicitudines, nulla requies à perturbationibus, nulla à laboribus re
clinatio, iræ & indignationis motus horridior. Pleriq; cupiunt mortem, & nõ impe
trant, si autem impetrauerint gratulantur, quia sola est mors requies uiro.

De solutione obiectionis qua mors arguitur nõ esse bona, quia deus
eam non fecerit, & qua ratione omnifariam mors sit bonum. Quódque
ideo frustra homines mortem timeant, præsertim cum sit finis peccati, &
quod ipsa mundum redemerit. Cap. IIII.

SED dicet aliquis scriptũ esse, quia deus mortem nõ fecit. Vita erat in pa Sapien. 1.
radiso ubi lignũ uitæ, & uita erat lux hominũ, Mors igitur mala, quæ
accessit & subintrauit. Sed quomodo mors mala, si aut secundum gen
tiles sensu caret, aut secundũ Apostolum lucrum Christus est, cum quo Philip. 1.
esse multo melius? Quomodo igitur mors nobis malum, si nullus post mortẽ sen
sus est? Vbi em nullus sensus, nullus uticq; iniuriæ dolor, quia dolor sensus est. Aut
quia est post mortem sensus, est uticq; uita post mortem, & superstes mortis est ani
B ma, quæ sensu utitur, & uita fungitur. Cum aũt manet post mortẽ uita atq; anima,
manet bonũ, nec morte amittitur sed augetur, nec ullo impedimento mortis retar
datur anima, sed operatur magis, quia operatur quæ sua sunt, sine ulla societate cor
poris, quod animæ maiori oneri quàm usui est. Quid igitur mali est animæ, quæ pu
ritatem suam custodierit, & uirtutũ disciplinam seruauerit? Aut si nõ seruauerit, nõ
mors malum, sed uita, quia uita nõ fuit. Quæ est enim uita, uitijs peccatisq; obsita?
Quid igitur accusamus mortem, quæ aut uitæ preciũ luit, aut abolet eius dolorem
atque cruciatum? Itaq; mors aut suæ quietis bono utitur, aut malo alieno laborat.
Nunc illud specta: Si uita oneri, mors absolutioni, si uita supplicio, mors remedio,
aut si iudicium post mortẽ, etiam uita post mortem. Mors igitur ea non est bona?
Aut si hic uita bona, quomodo mors illic nõ est bona, cum ibi nullus sit terribilis iu
dicij metus? Sed ipsa hæc uita bona si est, quibus rebus bona est? Virtute utique &
bonis moribus. Non ergo secundũ animæ & corporis copulam bona est, sed quia
per uirtutem quod malum est suũ repellit. Quod autẽ bonũ est mortis adipiscitur,
ut quod animæ est magis cq; id quod contubernij & coniunctionis operetur. Quod
si uita bona quæ animæ se à corpore separantis est speculũ, et si anima bona quæ se
eleuat atq; abducit à corporis contubernio, & mors uticq; est bonũ, quæ animã à so
cietate carnis huius absoluit & liberat. Omnifariã igitur mors est bonũ, & quia cõ
pugnantia diuidit, ne se inuicem impugnent, & quia portus quidã est eorũ qui ma
gno uitæ istius iactati salo, fide quietis stationẽ requirunt. Et quia deteriorem statũ
non efficit, sed qualem in singulis inuenerit, talem iudicio futuro reseruat, & quiete
ipsa fouet, & præsentiũ inuidiæ subducit, & futurorũ expectatione componit. Ac

cedit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cedit eò,quod frustra homines mortem timent,quasi finem naturæ. Nam si recola
mus quod deus mortẽ non fecerit,sed postquã homo lapsus in flagitiũ est,præuari
cationis & fraudis sententia cõprehenderit,ut in terrã suam terra remearet,inuenie
mus mortem finem esse peccati, ne quo esset uita diuturnior, eo fieret culpa nume
rosior. Passus est igitur dñs subintrare mortẽ,ut culpa cessaret. Sed ne iterũ naturæ
finis esset in morte, data est resurrectio mortuorũ, ut per mortẽ culpa deficeret, per
resurrectionẽ autem perpetuaretur natura. Itaq; mors hæc transitus uniuersorũ est.
Opus est,ut constanter transeas. Transitur aũt à corruptione ad incorruptionem,à
mortalitate ad immortalitatẽ, à perturbatione ad tranquillitatem. Non igitur no
men te mortis offendat,sed boni transitus beneficia delectent. Quid est enim mors
Numeri.23. nisi sepultura uitiorum,uirtutũ suscitatio? Vnde & ille ait: Moriatur anima mea in
animis iustorũ,id est,cõsepeliatur,ut sua uitia deponat,iustorũ assumat gratiã, qui
mortificationẽ Christi in corpore suo atq; anima circũferunt. Mortificatio aũt Chri
sti,remissio peccatorũ,abolitio criminũ,erroris obliuio,assumptio gratiarũ est. quid
aũt de bono mortis plenius possumus dicere,q̃ qd' mors est quæ mundũ redemit?

Qua ratione cõmunis omniũ mors nõ sit timenda. Quomodo etiam
dum in corpore sumus usum mortis imitantes abducere nos debeamus à
nexu corporis,omniaq; terrena relinquere,conscendere ad diuina,surge
re de mundanis,fugere hæc mala,& exaltare animã ad imaginem & simi
litudinem dei, eamq; munire muris ac speculatore. Quomodo etiã ipsa
debeat ingredi in hortos atq; paradisum,& ex illo abundantiam uirtutũ
D transferre,& in hortum mentis transplantare,in quem uerbum dei inui
tatum descendat & pascatur,Et cognoscere quos fructus & cibos epule
tur quibusue delectetur. Caput v.

SED de cõmuni omnium morte dicamus. Quid eam timeamus,quæ ani
Matth.10. mæ nocere nõ soleat? Scriptum est enim,Nolite timere eos qui occidũt
corpus,animã autem non possunt occidere. Per mortem aũt istam ani
ma liberatur,dum à corporis cõtubernio secernitur,& inuolucris pertur
bationis exuitur. Vnde & nos dum in corpore sumus usum mortis imitantes,able
uemus animã nostram ex istius carnis cubili,& tanq; de isto exurgamus sepulchro.
Abducamus nos à corporis nexu,relinquamus omnia quæcũq; terrena sunt, ut cũ
uenerit aduersarius,nihil in nobis inueniat suũ. Contendamus ad illud æternũ, ad
illud diuinum euolemus pennis dilectionis, & remigio charitatis. Surgamus hinc,
Ioan.14. hoc est,de secularibus atque mundanis. Dixit enim dominus: Surgite eamus hinc,
præcipiens ut unusquisq; surgat de terrenis,erigat animã humi iacentem,ad super
Psal.102. na attollat,excitet aquilam suã,& illam aquilã ad quam dictum est: Renouabitur si
cut aquilæ iuuentus tua. Ad animã hoc dictum est. Anima ergo nostra sicut aquila
alta petat,supra nubes uolet,renouatis splendescat exuuijs, cœlo uolatus suos infe
rat,ubi laqueos incidere non possit. Auis enim quæ descendit ex alto,uel quæ in al
tum se extollere nõ potest, frequenter aut laqueis capitur,aut uisco fallitur,aut qui
busq; irretitur insidijs. Sic quoq; & anima nostra caueat, ad hæc mundana de
scendere. Laqueus in auro, uiscum est in argento, nexus in prædio, clauus in amo
re. Dum aurum petimus strangulamur, dum argentum quærimus in uisco eius hæ
remus,

remus,dum prædium inuadimus alligamur. Quid inuanum quærimus lucrũ, pre
cioſ.æ animæ detrimentum? Exiguus tibi est totus mundus pro unius animæ dispẽ
dio. Quid enim prodest homini,si hunc mundum lucretur, animæ uero suæ detri
mentũ patiatur? Aut quam cõmutationem dabis pro anima tua? Nõ auro redimi Luc.9.
tur,non argento, immo auro amittitur. Quin etiã mulieris decus dum tentat, a
stringit. Clauus est libido, clauus tristicia, clauus iracundia,clauisunt omnes passi
ones quæ uelut ueru quodam animam nostrã penetrant, & infigunt corpori, uisce
ribusq; eius annectunt. Fugiamus ergo hæc mala, & exaltemus animam nostram
ad illam imaginem dei & similitudinem. Fuga malorum similitudo dei est,& uirtu
tibus imago dei acquiritur. Ideo qui nos pinxit quasi autor, pinxit uirtutum colori
bus. Ecce ego,inquit ad Hierusalem,pinxi muros tuos. Non detergamus penicillo
negligentiæ,depicta animæ nostræ firmamenta muralia. Ideo dixit: Muros pinxi, Cantic.8.
quibus hostem possimus auertere. Habet anima muros suos de quibus eminet,&
de quibus ait: Ego ciuitas munita,ego ciuitas obsessa. His munitur muris,his obses
sa defenditur. Et uere murus anima,quæ prætenditur in castris. Vnde & ipsa ait in
canticis: Ego murus,& ubera mea ut turres, Bonus murus quem pinxit dominus,si
cut ipse ait: In manibus meis pinxi muros tuos,& in conspectu meo es semper. Bo
na anima quæ habet speculatorem deum, & in manibus eius est, sicut anima pro
phetica,quæ in manus domini commẽdatur ut spiritus,& quæ in cõspectu dei est. Psal.35.
Oculi enim domini super iustos,sicut & ipse ait: Ego eram in oculis eius, tanquã in
B uenientis pacem. Bonas turres habet,quæ habet & de intelligibilibus uerbum, & de
moralibus disciplinam. Ideoq; hæc anima habens gratiam suorum uberum ingre
ditur in hortos, & inueniens illic sponsum sedentem & disputantem cũ amicis, ait:
Qui sedes in hortis,uocem tuam insinua mihi. Mihi inquit non amicis. Fuge frater
meus. Hortatur ut fugiat sponsus,quia iã sequi potest etiã ipsa terrena fugientem.
Dicit ut similis sit dãmulæ,quæ euadit de retibus. Vult eñ & ipsa fugere & euolare
supra mundũ. Hinc hortũ illum sibi Plato composuit,quem Iouis hortum alibi,ali
bi hortũ mentis appellauit. Iouem enim & deum & mentem totius mundi dixit:
In hũc introisse animam quam Venerem nuncupat,ut se abũdantia & diuitijs hor
ti repleret,in quo repletus potu iaceret,purum qui nectar effunderet. Hoc igitur ex
libro Cãticorum cõposuit,eo quod anima deo adhærens in hortum mentis ingres
sa sit,in quo esset abundantia diuersarum uirtutũ, floresq; sermonũ. Quis autem
ignorat,quod ex paradiso illo quem legimus in Genesi hãbentem lignum uitæ, &
lignum scientiæ boni & mali,& ligna cætera,abundantiam uirtutum putauerit tran
sferendam, & in hortum mentis esse plantandam? Quem in canticis canticorum
Salomon hortum animæ significauit, uel ipsam animam. Sic enim scriptum est: Cant.4.
Hortus clausus soror mea sponsa,hortus clausus,fons signatus,transmissiones tuæ
paradisus. Et infra ait anima: Exurge aquilo, & ueni auster, perfla hortum meum,
& defluant unguenta mea. Descendat frater meus in hortum suum. Quanto hoc
pulchrius quod anima ornata uirtutum floribus hortus sit, uel in se paradisum
habeat germinãtẽ. In quem hortum inuitat uerbũ dei descẽdere, ut anima illa uer
bi imbre cœlestis,& eius coptis irrigata fructificet. Verbum autem dei pascitur ani
mæ uirtutibus quoties obedientem sibi & opimam inuenerit,& carpit fructus eius
atque his delectatur. Cum autem descenderit in eam dei uerbum, defluunt ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ea ſalubrium unguenta uerborum, & diuerſarum fragrant longe latéque redolen
tia gratiarum ſpiramina. Vnde ait ſponſus (Sponſus autem animæ deus uerbũ eſt,
Cant.5. cui anima legitimo quodam connubij fœdere copulatur) Ingreſſus ſum in hortum
meum ſoror mea ſponſa, uindemiaui myrrham meam cum unguentis meis, man
ducaui panem meum cum melle meo, bibi uinum meum cum lacte meo. Edite pro
ximi mei & bibite, & inebriamini fratres mei. Ego dormio, & cor meum uigilat. Co
gnoſcamus quos fructus & cibos epuletur deus, quibuſue delectetur. Delectatur eo
ſi quis mortificet peccatũ ſuum, obliteret culpam ſuam, ſepeliat atq; abolefaciat ini
quitates ſuas. Myrrha enim eſt ſepultura mortuorum. Mortua autem peccata ſunt
quæ uitæ ſuauitatem habere non poſſunt. Perfunduntur autẽ diuini ſermonis un
guentis, & fortiore cibo uerbi uelut pane, & ſuauiore ſermone uelut melle curantur
quædam uulnera delictorum. Sermones autem cibos eſſe docet & alibi Salomon,
Prouerb.16. dicens: Faui mellis ſermones boni. In illo ergo horto ſermones boni ſunt, alius qui
culpam coherceat, alius qui iniquitatem corripiat, alius qui mori faciat inſolentiam,
& uelut ſepeliat eam, quando correptus aliquis erroribus ſuis renunciat. Eſt etiam
ſermo fortior qui confirmat cor hominis ualidioribus ſcripturæ cœleſtis alimentis.
Eſt etiam ſermo ſuaſorius dulcis ut mel, & tamen peccatoris conſcientiam in ipſa
ſuauitate compungens. Eſt etiam feruentioris ſpiritus ſermo, qui inebriat ſicut ui
num, & cor hominis lætificat. Eſt etiam lacteus ſermo, purus & candidus. Hos ci
bos dulcium utiliumq; ſermonum epulandos ſponſus proximis ſuis dicit. Proxi
mi autem ſunt, qui eum ſequuntur, & nuptijs eius interſunt. Quo cibo & potu re
D pleta anima (bibit enim unuſquiſq; aquam de ſuis uaſis, & de puteorũ ſuorum fon
tibus) atque inebriata, ſeculo dormiebat, uigilabat deo. Et ideo ſicut poſteriora do
cẽt, aperiri ſibi deus uerbum, eius ianuam poſtulabat, ut eam ſuo repleret ingreſſu.
Hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex uino & melle prophetico,
hinc ſonus ille translatus eſt, hinc uita illa perpetua, quam deus dixit ſuos epulari,
quia Chriſtus uita eſt. Ideoq; talium ſermonum ſeminibus animæ eius repletus
eſt uenter, atque ipſa exiuit in uerbo. Quæ autem exit anima à ſeruitio iſto, & ele
uat ſe à corpore, uerbum ſequitur.

Quomodo cauendi ſint laquei principatuũ aëreorum qui nos recte gradientes & ad altiora tendentes impedire quærunt, & ad terrena reuo care. Caput VI.

SED ſunt principatus aërij, & poteſtates mundi, qui nos uelut de muro
deijcere animæ, uel impedire recte gradientes, uel ad altiora tendentes
quærunt deponere, & ad terrena reuocare. Sed nos multomagis ad ſub
limia mentem erigamus, uerbum ſequentes dei. Illi principatus offe
runt ſecularia, quibus tuam mentem incuruent, Tu magis ad Chriſtum anima
dirige greſſus tuos. Inijciunt cupiditatem auri, argenti, uicinæ poſſeſſionis, ut ac
quirendæ eius gratia excuſes à cœna illius qui ad nuptias uerbi te inuitauit: Tu ca
ue ne excuſes, ſed ueſtem te indue nuptialem, & utere conuiuio diuitis, ne diues
qui te inuitauerat, cum excuſaueris tu, dum es ſecularibus occupatus, alios inuitet, &
tu excludaris. Inijciunt etiam honoris appetentiam, poteſtates mundi, ut te extol
las ſicut Adam, & dum uis adæquari deo ſimilitudine poteſtatis, diuina præcepta
deſpicias,

A deſpicias, & quæ habebas incipias amittere. Qui enim nõ habet, & quod habet au- Matth.13.
feretur ab eo. Quotiens in oratione nobis qua maxime deo appropinquamus, of
funduntur ea quæ plena ſunt opprobrij alicuius aut ſceleris, quo nos à ſtudio preca
tionis auertant. Quotiens inimicus cordi noſtro conatur inſerere, quo nos reflectat
à ſanctitatis propoſito & pijs uotis. Quotiens corporeos inflammat ardores. Quo
tiens occurſare facit oculos meretricios, quibus caſtum iuſti tentet affectũ, ut impro
uiſo amoris ſpiculo feriat imparatum. Quotiens inſerit animo tuo uerbum iniquũ, Deut.8.
& cogitationes cordis abſconditas, de quo tibi dicit lex: Attende tibi ne fiat uerbum
abſconditum in corde tuo iniquũ, & dicat tibi dominus: Quid cogitas mala in cor
de tuo? Néue cum abundaueris auro & argento, & opimis agrorum fructibus uel
honoribus, dicas: Virtus mea dedit mihi hæc, & obliuiſcaris dominũ deum tuum.
His ergo anima quæ cupit euolare deponitur. Sed tu obluctare quaſi bonus miles
Chriſti Ieſu, & inferiora obliuiſcens, terrena deſpiciens, ad cœleſtia & æterna cõten
de. Attolle animam tuam, ne eam illiciat eſca laqueorũ. Voluptates ſeculi, eſcæ quæ
dam ſunt, & quod peius eſt eſcæ malorũ, eſcæ tentationũ. Dum uoluptatem quæris
laqueos incurris. Oculus enim meretricis, laqueus amatoris eſt. Oculus ergo mere
tricis eſt laqueus. Laqueus eſt etiam ſermo meretricis qui obdulcat ad tempus fau
ces tuas, & poſtea exaſperat eas amaritudine cõſcientiæ peccatricis. Laqueus eſt alie
na poſſeſſio plena amœnitatis. Omne iter iſtius uitæ, plenum laqueorũ eſt. Vnde
iuſtus dicit: In uia hac qua ambulabam, abſconderunt laqueos mihi. In uia, inquit, Pſal.141.
hac abſconderunt. Ideo tu illam uiam ambula quæ dicit: Ego ſum uia, ueritas, & ui Ioan.14.
B ta, ut dicas: Animam meam cõuertit, deduxit me ſuper ſemitas iuſticiæ propter no Pſal.22.
men ſuum. Moriatur igitur nobis hoc ſeculũ, moriatur nobis carnis iſtius ſapientia
quæ inimica eſt deo. Subijciamus animã noſtram ſoli Chriſto, ut dicat unuſquiſq;
Nónne deo ſubiecta eſt anima mea? Non ſeculo ſubdita, nõ mundo, inquit, ſubdi Pſal.61.
ta. Non poteſt hoc pecunioſus, nõ poteſt auarus dicere, ſed dicit iuſtus & cõtinens.
Auarus autem dicit: Anima habes multa bona in annos multos poſita, requieſce, Luc.12.
manduca, bibe, epulare, quia auari anima ſubdita eſt luxuriæ corporali, iuſti autem
anima utitur corpore ut inſtrumento, aut organo, quæ uelut præclara artifex quò
uult obſequiũ corporis ducit, & effingit de eo ſpeciem quam elegerit, & eas quas uo
luerit facit in eo reſonare uirtutes, pangens nunc modulos caſtitatis, nunc modulos
temperantiæ, ſobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, uirginitatis ſuauitatẽ, gra
uitatem uiduitatis. Interdũ tamen modulator compatitur organo ſuo. Et ideo ho
neſta modulare, ut ſit honeſta compaſſio. Nam & ille qui uidet uidendo plerunq;
& audiens audiendo afficitur. Et ideo dicit ſcriptura: Oculi tui recta uideant. Et in
fra: Ne multus fueris ad alienam. Noli intendere in oculos iuuenculæ, noli intende Prouerb.4.
re in uerba meretricis.

Quomodo noſtri nobis ſint laquei cauendi. Et de moleſtijs huius ui
tæ, propter quas totam uitã odio habuit eccleſiaſtes, & mortẽ laudauit.
Quodq; impio amarior ſit uita q̃ mors, cũ grauius ſit ad peccatũ uiuere,
quàm in peccato mori. Ex quibus cõcluditur mortẽ nõ eſſe malũ. C. VII.

QUid de extraneis laqueis loquor? Noſtri nobis laquei ſunt cauendi. In
ipſo hoc corpore noſtro laquei circũſuſi nobis ſunt, quos debemus uita
re. Non credamus nos huic corpori, non miſceamus cum eo animam no

Universidad de Deusto
Biblioteca

C stram. Cum amico,inquit, misce animam tuam, non cum inimico. Inimicum tibi est corpus tuum, quod repugnat menti tuæ, cuius opera inimicitiæ, dissensiones, lites, perturbationesq; sunt. Noli cum eo miscere animam tuam, ne utrunq; confundas. Nam si miscetur,ergo melior sit caro quæ inferior est quàm anima quæ superior,quia anima uitam corpori tradit, caro autem mortem animæ transfundit. Confunditur ergo utriusque operatio, confunditur propè ipsa utriusq; substantia. Igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis, & corpus omnibus animæ uirtutibus fungitur. Ac ne forte quia infunditur anima corpori, etiam confundi putetur,exemplum nobis sit huius luminis gratia. Siquidem & lumen terræ no loco infunditur, nec tamen confunditur. Non sit ergo cõfusa operatio quorum dispar substantia est,sed sit anima in corpore ut uiuificet corpus,hoc gubernet,hæc illuminet. Negare tamen non possumus,quod compatiatur corpori suo,nam & cõ
Matt.26. tristatur. Siquidem Iesus ait: Tristis est anima mea usque ad mortem,affectum
Psal.6. hominis in se exprimens. Et alibi: Anima mea turbata est. Siquidem & modulator modulis suis,aut tibiæ, aut citharæ, aut organi,uoce,gestu, affectuq; compatitur, In tristibus sonis tristior,in lætis lætior,in acutioribus excitatior,in ipsis mitioribus mitior atq; mansuetior,ut sonos cantuum ipse commendet,& quodammodo moduletur affectus. Anima quoq; in hoc corpore tãquam in fidibus musicis quæ sobria est,cum summis, ut ita dicam,digitis,uelut neruorum sonos, ita pulsat carnis passiones, ut consonum reddat morum atq; uirtutum, consentientemq; concẽtum, ut in omnibus cogitationibus suis, in omnibus operibus id custodiat, ut o-
D mnia consilia & facta sibi concinant. Anima est ergo quæ utitur,corpus quod usui est,ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in ministerio,aliud quod sumus, aliud quod nostrũ est. Si quis animæ pulchritudinem diligit,nos diligit: si quis corporis decorem diligit, non ipsum hominem, sed carnis diligit pulchritudinem, quæ tamen cito marcescit & defluit. Vnde illi intende, de quo dicit propheta: Qui
Psal.25. nõ accepit inuanum animam suam. Inuanum accipit animam suam,ut iam de huius uitæ dicamus molestijs,qui secularia struit, ædificat corporalia. Quotidie ad edendum & bibendum surgimus, & nullus expletur, ut non post momentum esuriat ac sitiat. Quotidie lucrum quærimus, & nullus cupiditati modus ponitur.
Eccle.1. Non satiabitur,inquit,oculus uisu,nec auris auditu. Qui diligit argentum non satiatur argento. Nullus finis laboris,& nullus est fructus abundantiæ. Cupimus quotidie scire noua, & quid est ipsa scientia, nisi quotidiani doloris adiectio? Omnia quæ sunt iam fuerũt,& nihil sub sole est nouum, sed omnia uanitas. Totam uitam odio habui dixit ecclesiastes: Qui uitam odio habuit,utiq; mortem prædicauit. De
Eccle.4. nique mortuos laudauit magis quàm uiuentes, & illum iudicauit beatum, qui in hanc uitam non uenit, nec inanem hunc susc epit laborem. Circuiui, inquit, cor
Eccle.7. meum ut scirem impij læticiam, & ut considerarem & quærerem sapientiam & numerum, & ut scirem per imperium læticiam & molestiam & iactationem, & inueni ego eam amariorem quàm mortem: non quia amara sit mors,sed quia impio amara, & tamen amarior uita quàm mors. Grauius est enim ad peccatum uiuere quàm in peccato mori,quia impius quàm diu uiuit peccatum auget,& moriatur peccare desinit. Plericq; criminum suorum absolutione lætantur,si emendaturi sunt recte, si perseueraturi in eis stulte, quia longe illis plus damnatio profuisset, ne incrementa

A crementa facerent peccatorũ. De quo sublimis est sententia apostoli dicentis,quod Rom.1.
non solum hi qui flagitiosa agunt, sed etiam qui ea approbant digni morte sunt: sed & illos qui talia condemnant in alijs qualia ipsi agunt inexcusabiles haberi,ut & sua damnet eos sententia, cum enim alios condemnant seipsos condemnant. Nec sibi eos blandiri oportere, quia pœnarum ad tempus immunes uidentur, & exortes reatus, cum grauiores pœnas intra se luant, & sibi rei sint qui alijs non uidentur, atque in se intorqueant grauiorem conscientiæ sententiam, cum de aliorum peccatis iudicant. Sed noli, inquit, ò homo diuinæ bonitatis & patientiæ thesauros contemnere. Bonitas enim dei ad pœnitentiam te prouocat, ad correctionem inuitat, duritia autem tua qua in erroris pertinacia perseueras, futuri iudicij auget seueritatem,ut dignam retributionem tuorum accipias delictorum. Non igitur mors malum. Nam neque apud uiuentes mors est,neq; apud defunctos. Apud alios enim non est,quia adhuc uiuunt,alij transierunt. Itaq; nẽque apud eos mala est qui eam adhuc nesciunt,hoc ipso quia nesciunt: neq; apud eos qui iam & secundum corpus nihil sentiunt,& secundum animam liberati sunt.

Qua ratione nõ mors ipsa quæ terribilis apud uiuentes æstimatur sit terribilis, sed opinio de morte. Et de confutatione duarum causarum ob quas mortem insipientes uerentur. Quodq; mors generaliter non sit mala, licet specialiter pessima sit mors peccatorũ. Cur præterea Græci finem appellauerint mortem. Et quãtam morti sanctus Iob laudem tribuerit.

B Caput VIII.

QVOD si terribilis apud uiuentes æstimatur, non mors ipsa terribilis est, sed opinio de morte, quam unusquisq; pro suo interpretatur affectu, aut pro sua conscientia perhorrescit. Suæ igitur unusquisq; conscientiæ uulnus accusat,non mortis acerbitatem. Denique iustis mors quietis est portus,nocentibus naufragium putatur. Certe his quibus grauis est timor mortis, nõ est graue mori,sed graue est uiuere sub metu mortis. Non ergo mors grauis,sed metus mortis. Metus autem opinionis est, opinio uero nostræ infirmitatis contraria ueritati. Nam per ueritatem uirtus, per opinionem infirmitas. Opinio autem non mortis utique, sed uitæ est. Ergo illud graue uita magis inuenitur esse. Liquet igitur quia mortis metus non ad mortem referendus est, sed ad uitam. Non enim habemus quod in morte metuamus,si nihil quod timendum sit uita nostra commisit. Etenim prudentibus delictorum supplicia terrori sunt, delicta autem non mortuorum actus sunt, sed uiuentiũ. Vita igitur ad nos refertur, cuius actus in nostra potestate est,mors autem nihil ad nos. Est enim separatio animæ & corporis. Anima absoluitur,corpus resoluitur. Quæ absoluitur gaudet,quod resoluitur in terram suam, nihil sentit. Quod nihil sentit, nihil agnoscit. Tamen si mors malum, quomodo iuuenes non timent fieri senes, nec finitimam mortis uerentur ætatem? Patientiusq; deficit qui præsumpta morte deficit, quàm qui inopinata. His quoque qui mortem malum putant,aptum respõsum arbitror, quia per uitam ad mortem est transitus, per mortem autem ad uitam reditus. Neque enim nisi qui mortui fuerint possunt resurgere. Insipientes autem mortem quasi summum malorum reformidant

Universidad de Deusto
Biblioteca

C midant, sapientes quasi requiem post labores & finem malorũ expetunt. Duabus autem ex causis mortem insipientes uerentur. Vna quod eam interitum appellant: interitus autem hominis esse non potest, cum anima superstes corpori sit, saluo eo quod ipsum corpus maneat resurrectio. Altera autem causa quod pœnas reformidant, poëtarũ uidelicet fabulis territi, latratus canis infernalis Cerberi, & Cocyti fluminis tristem uoraginem, & nautam inferni gurgitis Charonem tristiorem, furiarũ agmina, aut prærupta tartarea, in quibus hydra sæuior sedem habeat, Tityi quoq; uiscera reparandis fœcũda supplicijs, quæ uultur immanis sine ullo fine depascitur, Ixionij quoque orbis perpetuam sub pœnæ atrocitate uertiginem, & saxi desuper imminentis super capita accubantiũ inter epulas impendentem ruinam. Hæc plena sunt fabularũ, nec tamẽ negauerim pœnas esse post mortem. Sed quid ad mortem id quod post mortem est? Si aũt quæ post mortem sunt referantur ad mortem, eadem etiam quæ post uitam sunt referantur ad uitam. Nulla ergo erunt supplicia quæ referantur ad mortem. Mors enim ut supra diximus absolutio est & separatio
Philip.1. animæ & corporis. Non est aũt mala solutio, quia dissolui & esse cum Christo mul-
Psal.33. to melius. Non igitur mala mors. Deniq; mors peccatorũ pessima. Nõ utiq; mors pessima generaliter, sed pessima specialiter peccatorũ. Deniq; preciosa iustorũ. Vnde liquet acerbitatem non mortis esse, sed culpæ. Pulchre autẽ Græci à fine mortem appellauerunt. τελευτὴν enim mortem appellant, eo quod finis istius uitæ sit. Sed etiã
Ioan.11. somnũ scriptura nuncupat mortẽ, sicut est illud: Lazarus amicus noster dormit, sed
Psal.3. uadam ut suscitem eum. Somnus autem bonus, quoniã quies est, sicut scriptum est:
D Ego dormiui & requieui, & surrexi, quoniã dominus suscepit me. Dulcis igitur quies mortis. Denique dominus suscitat quiescentes, quia dominus est resurrectio. Illud
Eccle.11. quoq; egregium, quod ait scriptura: Ante mortem non laudaueris quenquã. Vnusquisque enim in nouissimis suis cognoscitur, & in filijs suis æstimatur, si bene filios suos instituit, & disciplinis competentibus erudiuit. Siquidem ad negligentiam patris, refertur dissolutio filiorum. Dum enim unusquisq; quandiu uiuit obnoxius est
Gen.25. lapsui, nec senectus immunis à crimine. Ideo legis, quia Abraham mortuus est in senectute bona, eo quod in bonitate propositi sui permãsit. Mors igitur uitæ est testimonium. Nam si laudari ante gubernator non potest, quàm in portum nauem deduxerit, quomodo laudabis hominem priusquam in stationem mortis successerit? Et ipse sui est gubernator, & ipse uitæ huius iactatur profundo. Quandiu in salo isto, tandiu inter naufragia. Dux ipse nisi confecto prælio non sumit lauream, nec miles arma deponit, nec stipendij mercedem adipiscitur, nisi hoste superato. Mors igitur stipendiorum plenitudo, summa mercedis, gratia missionis est. Quantum au
Iob.29. tem morti dedit sanctus Iob, qui dixit: Benedictio morituri in me ueniat. Nam & si Isaac benedixerat filios suos moriens, & Iacob benedixerat patriarchas, tamen benedictionis illius gratia poterat solis benedicentium meritis deputari, uel pietati paternæ. Hic uero nulla prærogatiua meritorum est, nulla pietatis, sed solius mortis priuilegium, cum benedictio cuiusce morituri tantum uirtutis habeat ut eam sibi sanctus propheta optauerit. At per hoc cogitemus semper hunc uersiculum, & corde teneamus, Si quem uidemus pauperem morituũ sumptu iuuemus, dicat unusquisque nostrum: Benedictio morituri in me ueniat. Si quem uiderimus debilem non

A non deseramus, si quem in extremis positum non relinquamus, occurrat & nobis dicere: Benedictio morituri in me ueniat. Lauder & te unusquisq; moriturus, unusquisq; depositus æuo, unusquisq; confectus uulnere graui, unusquisq; morbo absumptus, etiam morti proximus. Hic uersiculus quantos benedici fecit, quotiens mihi pudorem incussit, si morituru præterij, si non uisitaui grauiter ægrum, si fastidiui inopem, si captiuum non redemi, si senem spreui. Sit ergo in corde semper, ut stimulet duriores, ut admoneat promptiores. Resonent te postrema uerba morituri, & benedictionẽ tui egrediens corpore anima secum uehat. Eripe etiam cum Prouerb.24.
qui ad mortẽ ducitur, qui periturus erat nisi tu subuenisses, ut dicas: Benedictio mo Iob.29.
rituri ueniat in me.

Quemadmodũ ex recapitulationẽ de bono mortis, probetur anima nõ mori cum corpore, & quomodo in bonis demoratura sit. Quid etiam nobis cauendum sit, & quid faciendũ si uelimus post mortem huius corporis in bonis esse. Caput. IX.

QVIS igitur dubitet de bono mortis, cum id quod inquietum, id quod erubescendum, id quod inimicũ nobis est, id quod uiolentum, id quod procellosum & ad omnia uitia illecebrosum est conquiescat & iaceat, & quasi feruida cauea claudatur sepulchri, relinquatur rabies eius exanimis & emortua compago uiscerũ in terram resoluatur. Id aũt quod familiare uirtutibus, amicum disciplinis, studiosum gloriæ, sequax boni, deo subditum est, ad illud
B sublime euolet, & cum illo puro & perpetuo bono atq; immortali maneat, ipsi adhæreat, & cum ipso sit de quo cognationem ducit, ut quidam ait: Cuius & genus sumus? Non enim mori animã cum corpore manifestum est, quia nõ est de corpore. Act.17.
Non esse autẽ eam de corpore scriptura multis modis edocet. Nam & Adam à domino deo nostro accepit spiritũ uitæ, & factus est homo in animã uiuentem. Et David ait: Cõuertere anima mea in requiem tuam, quia dñs benefecit mihi. Et in quo Gen.2. Psal.114.
benefecerit audi. Quia liberauit, inquit, pedes meos à lapsu. Vides gratulari eũ mortis huius remedio, quia finis factus est erroris, quia culpa nõ natura defecit. Deniq;, quasi exutus & liber, dicit: Placebo dño in regione uiuorũ. Illa est em̃ uiuorũ regio. Deniq; illam animarũ requiem dicit, terram esse dicit uiuentiũ, quò peccata non penetrant, ubi uirtutũ uiuit gloria. Ista autẽ regio plena est mortuorũ, quia plena delectorum, meritoq; dictũ est: Relinque mortuos sepelire mortuos suos. Sed & supra Matth.8.
similiter ait: Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terrã, hoc Psal.24.
est: Anima timentis deum habitabit in bonis, ut semper in eis sit & secundum ea. Quod potest etiam de eo accipi qui sit in corpore, & ut ipse si timeat deum in bonis habitet, & in cœlestibus sit, & possideat corpus suum, & dominetur ei quasi in seruitutem redacto, & possideat hæreditatem gloriæ & cœlestium promissorum. Vnde & nos si uolumus post mortem corporis huius in bonis esse, caueamus ne adglutinetur anima nostra huic corpori, ne commisceantur, ne inhæreat, ne trahatur à corpore, & tanquam ebria perturbationibus eius uacillet & fluitet, nec se ei credat atq; eius delectationibus, ut cõmittat se eius sensibus. Nam & oculus eius error & fraus est, quia fallitur uisus, & auris eius deceptio est, quia & auditus illuditur, & sapor eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

C deceptio est. Denique non ociose dictum est: Oculi tui recta uideant, & lingua tua
Prouerb.4. non loquatur peruersa. Quod nō esset dictum, nisi frequenter errarent. Vidisti me-
tricem, captus es uultu eius, & forma decoram putasti: errauerunt oculi tui, peruer-
sa uiderunt, alia nunciauerunt. Nam si uera uidissent, uidissent deformem meretri-
cis affectum, inhærentem procaciam, indecentem impudicitiā, marcentes libidines,
Matth.5. tetram colluuionem, animæ uulnera, conscientiæ cicatrices. Qui uiderit, inquit, mu-
lierem ad concupiscendum eam. Vides quod iste falsum quæsiuit, qui nō ueritatem
sed adulterium requisiuit. Videre enim quæsiuit ut concupisceret, non ut uerum co-
gnosceret. Errat igitur oculus ubi errat affectus. Affectus ergo deceptio est, dece-
Prouerb.6. ptio uisus. Et ideo tibi dicitur: Neque capiaris oculis, id est, non capiatur anima tua.
Mulier enim uirorū pretiosas animas capit. Deceptio auditus. Deniq; blandimen-
to multo sermonis, mulier fornicaria sæpe iuuenis cor seduxit, decepit, illusit. Ergo
non laqueis nos credamus & retibus, his quæ decipiunt & illudunt, quia corda ten-
tantur, impediuntur cogitationes, quæ impediuntur uisu, impediuntur auditu, odo
re, tactu, sapore. Non sequamur illecebrosa & seductoria, sed sequamur illud quod
bonum est, illi adhæreamus, illud imitemur, illius præsentia, illius cōmunicatio nos
meliores faciat, mores nostros coloret, illius quædam nos societas informet. Qui e-
Psal.17. nim bono adhæret assumit inde quod bonū est, quia scriptum est: Cum sancto san
ctus eris, & cum peruerso peruersus eris, & cum innocente innocens eris. Assiduita-
te enim atq; imitatione quædā similitudinis imago formatur. Ideoq; addidit: Quo
niam tu illuminas lucernam meam domine. Etenim qui a propinquat lumini ci-
D tius illuminatur, & plus in eo splendor æterni luminis refulget è proximo. Ergo ani
ma quæ illi adhæret inuisibili bono deo atq; immortali, & ipsa corporea hæc fugit,
& terrena & mortalia derelinquit, fitq; illius similis quod desiderat, & in quo uiuit
& pascitur, & quia immortali intendit, non est ipsa mortalis. Quæ enim peccat mo-
ritur, non utique aliqua sui dissolutione, sed merito moritur deo, quia uiuit pecca-
to. Ergo quæ non peccat non moritur, quia manet in substantia sui, manet in uir-
tute & gloria. Nam quomodo substantia eius interire potest, cum utique anima sit
quæ uitam infundit? Et cui anima infunditur, uita infunditur, à quo anima disce-
dit, uita discedit. Anima ergo uita est, Quomodo potest mortem recipere, cum sit
contraria? Sicut enim nix calorem non recipit, nam statim soluitur, & lux non re-
cipit tenebras, nam statim discutit, Infuso enim lumine tenebrarum horror auser-
tur, sicut admoto igne niuium rigor desinit: Ita & anima quæ uitam creat mortem
non recipit, non moritur.

De diuino testimonio quo demonstratur quod anima nō moriatur cum corpore. Et de errore hominum qui preciosa struunt sepulchra tan-quam animæ & corporis receptacula, cum animarum superiora esse ha-bitacula scripturæ testimoniis ualde probetur. Caput X.

Ioan.10. HAbemus ergo rationē, sed hæc humana, illud diuinū quod ait dñs: Potestatē habeo ponendi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam. Vides igi-
tur quia nō moritur cū corpore, quæ & ponitur & resumitur, & in mānus dei patris cōmendat. Sed ne forte dicas speciale esse qd' Christi est, & cuius ille quæ sunt hois

susceperit, tamen quia alterius est causa & istud astruere, ne tempus crastinetur, ati-
di dicentem: Quid scis an nocte hac à te tua anima reposcatur? Nunquid dixit, mo-
riatur in te anima tua? Sed reposcatur à te. Quæ data est reposcitur, uel repetunt à
te. Repetitur enim anima, non interimitur. Quod repetitur manet, quod interimi-
tur nō manet. Quomodo enim interimitur, de qua dixit sapientia dei: Non timen-
dum quenquam qui potest corpus occidere, animā autem non potest? De qua di-
cit propheta: Anima mea in manibus tuis semper. Semper inquit non in tempore, Psal.118.
Et tu commenda animam tuam in manus domini. Non solum cum recedit è cor-
pore, sed etiam cum est in corpore, est in manibus domini, quia non uides eam un-
de ueniat, aut quo uadat. Est & in te, & est cum deo. Deniq; cor regis in manu do-
mini, ab eo regitur & gubernatur. Cor repletur mente, & mēs animæ principale est,
& uirtus animæ est. Nō eam uirtutē dico quæ in lacertis, sed quæ in consilijs, tempe
rantia, pietate, atq; iustitia est. Si cor hominis in manu domini, multo magis ani-
ma. Si anima in manu dei est, non utiq; anima nostra sepulcro simul cum corpore
includitur: nec busto tenetur, sed quiete pia fungitur. Et ideo homines frustra precio
sa struunt sepulchra, quasi ea animæ & non solius corporis receptacula sint. Anima-
rum aūt superiora esse habitacula, scripturæ testimonijs ualde probatur. Siquidem
& in Hesdræ libris legimus: Quia cū uenerit iudicij dies, reddet terra defunctorum 4.Esdre.7.
corpora, & puluis reddet eas quæ in tumulis requiescunt reliquias mortuorum. Et
habitacula inquit reddent animas quæ his commendate sunt, & reuelabitur altissi-
B mus super sedē iudicij. Hæ sunt habitationes de quibus dicit dominus, multas man
siones esse apud patrem suum, quas suis pergens ad patrem discipulis præpararet.
Sed Hesdræ usus sum scriptis, ut cognoscant gentiles ea quæ in Philosophiæ libris
mirantur, translata de nostris. Atq; utinam nō superflua his & inutilia miscuissent,
ut dicerent animas hominum pariter ac bestiarum esse communes, earūq; summū
præmium, si magnorum philosophorum animæ in apes aut luscinias demigrarēt,
ut qui ante hominū genus sermone pauissent, postea mellis dulcedine, aut cātus su
auitate mulcerēt. Satis fuerat dixisse illis, quod liberatæ animæ de corporibus ἀϊδιον
peterent, id est locum qui non uidetur. Quem locum latine infernum dicimus. De-
nique & scriptura habitacula illa animarum promptuaria nuncupauit, quæ occur-
rens querelæ humanæ, eo quod iusti qui præcesserunt uideantur usq; ad iudicij di-
em per plurimum scilicet temporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter
ait, coronæ esse similem iudicij diem, in quo sicut nouissimorum tarditas, sic non pri
orum uelocitas. Coronæ enim dies expectatur ab omnibus, ut intra eū diem & ui-
cti erubescant, & uictores palmā adipiscantur uictoriæ. Illud quoq; non reliquit oc
cultum, eo quod superiores uideātur qui ante generati sunt, infirmiores qui postea.
Comparauit enī utero mulieris partus huius seculi, quoniā fortiores sunt qui in uir
tute iuuentutis nati sunt, infirmiores qui tempore senectutis. Defecit enim multitu-
dine generationis hoc seculū tanq; uulua generantis, & tanq; senescens creatura ro
bur iuuētutis suæ, uelut marcenti iam uirium suarum uigore deponit. Ergo dum ex
pectat plenitudo tēporis, expectāt animæ remunerationē debitā. Alias manet pœ
na, alias gloria: & tamē nec illæ interim sine iniuria, nec istæ sine fructu sunt. Nam &
illæ uidentes seruantibus legē dei, repositā esse mercedem gloriæ, conseruari earū ab
angelis habitacula, sibi autem dissimulationis & contumaciæ supplicia fixura & pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dorem & confusionem,ut intuentes gloriam altissimi, erubescant in eius conspectũ uenire,cuius mandatum temerauerunt. Sicut enim præuaricatio Adæ,ita & confusio, quoniam sicut ille per incuriam mandatorũ cœlestium lapsus est, & pudore se prolapsionis abscondit, fulgorem diuinæ præsentiæ uerecundia peccatricis conscientiæ subire non ausus: ita & animæ peccatorum uibrantis luminis eius splendorem non sustinebunt,quo teste se reminiscentur errasse.

De iustarum animarum ingenti lætitia per septenarium ordinem digesta. Ac de admonitione ut & nos studium adhibeamus quo anima nostra deo appropinquet, & ab eo non separemur. Quo etiam modo hoc facere debeamus. Quodq; non uereamur illum omnibus debitũ finem in quo Esdras remunerationem suæ deuotionis inuenit. Cap. XI.

IVSTARVM autem animarum per ordines quosdam digesta lætitia. Primum quod uicerint carnem, nec illecebris eius inflexæ sint. Deinde quòd precio sedulitatis & innocentiæ suæ securitate potiantur, nec quibusdam sicut impiorum animæ erroribus & perturbationibus implicentur,atq; uitiorum suorum memoria torqueantur,& exagitentur quibusdam curarũ æstibus. Tertio quod seruatæ à se legis diuino testimonio fulciantur,ut factorum suorum incertum supremo iudicio non uereantur euentum. Quarto quia incipiũt intelligere requiem suam,& futurã sui gloriam præuidere,caq; se consolatione mulcentes in habitaculis suis cũ magna tranquillitate requiescent,stipatæ præsidijs an-
D gelorum. Quintus autem ordo exultationis uberrimæ habet suauitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucem libertatẽq; peruenerint, & repromissam sibi possideant hæreditatem. Est enim ordo quietis,quia est & resurrectionis. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo, inquit, omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in ordine suo,Primitiæ Christus,deinde qui sunt Christi,qui in aduentu eius crediderunt, deinde finis. Erit igitur ordo diuersus claritatis & gloriæ, sicut erit ordo meritorum. Processus quoq; ordinum,processum exprimit claritatis. Deniq; sexto ordine demonstrabitur his,quod uultus earum sicut sol incipiat refulgere, & stellarum luminibus comparari, qui tamen fulgor earum corruptelam iam sentire non possit. Septimus uero ordo is erit,ut exultent cũ fiducia,& sine ulla cunctatione confidant,& sine trepidatione lætentur,festinantes uultum eius uidere,cui sedulæ seruitutis obsequia detulerunt, de quo innoxiæ cõscientiæ recordatione præsumant glorioſam mercedem laboris exigui,quam incipiẽtes recipere, cognouerint indignas esse huius temporis passiones,quibus remunerationis æternæ gloria tanta refertur. Hic ordo, inquit, animarũ quæ sunt iustorum, quos etiam immortales non dubitauit dicere in quinto ordine,eo quod spatiũ,inquit,incipiunt recipere fruentes & immortales. Hæc est,inquit,requies earũ per septem ordines,& futuræ gloriæ prima perfunctio,priusquã in suis habitationibus quietæ cõgregationis munere perfruãtur. Vnde ait propheta ad angelũ:Ergo dabitur tempus animabus postquam separatæ fuerint de corpore,ut uideant de quo modo dixisti? Et dixit angelus:Septem dies erit libertas earũ,ut uideant in septem diebus qui prædicti sunt sermones,& postea cõgregabuntur in habitaculis suis. Hoc ideo plenius de iustorũ ordine expressa sunt,quàm de passionibus impiorũ,quia melius est cognoscere quo-

1.Cor.15.

A modo innocentes saluentur, quàm quomodo crucientur flagitiosi. Ergo quia iusti hanc remunerationem habent ut uideant faciem dei,& lumen illud quod illuminat omnem hominẽ, ab hinc induamus huiusmodi studium, ut appropinquet anima nostra deo,appropinquet oratio, adhæreat illi nostrum desiderium, nõ separemur ab eo. Et hic quidem positi meditando,legendo,quærendo copulemur deo,cognoscamus eum ut possumus. Ex parte enim hic cognoscimus,quia hic imperfecta,illic perfecta omnia,hic paruuli,illic robusti. Videmus,inquit,nunc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem. Tunc reuelata facie gloriam dei speculare licebit, quam nunc animæ corporis huius concretis uisceribus inuolutæ, ex quibusdam carnis huius maculis & colluuionibus obumbratæ syncere uidere non possunt. Quis enim,inquit, uidebit uultum meum & uiuet? Et recte. Nam si solis radios oculi nostri ferre non possunt,& si quis diutius è regione solem intenderit,cæcari solere perhibetur,Si creatura creaturã sine fraude atq; offensione sui non potest intueri,quomodo potest sine periculo sui uibrantem cernere uultũ creatoris æterni,corporis huius opertus exuuijs? Quis enim iustificatur in conspectu dei,cum unius quoq; diei infans mundus à peccato esse nõ possit,& nemo possit de sui cordis integritate & castimonia gloriari? Non timeamus igitur recipi ab hominibus,nõ uereamur illum debitum omnibus finem,in quo Esdras remunerationẽ suæ deuotionis inuenit,dicente ei domino: Tu enim recipieris ab hominibus,& cõuersaberis residuũ cũ filio meo & cũ similibus tuis. Quod si illi gloriosum & iocundũ erat cum similibus conuersari,
B quanto nobis gloriosius erit & iocundius ad meliores pergere, & conuersari cũ his quorũ facta miramur? Quis uticq; prior,Esdras an Plato? Nam Paulus Esdræ,nõ Platonis secutus est dicta. Esdras reuelauit secundũ collatam in se reuelationem,iustos cum Christo futuros,futuros & cũ sanctis. Hinc & Socrates ille festinare se dicit ad illos suos deos,ad illos optimos uiros. Nostra sunt utiq; quæ in philosophorum literis præstant. Et ille posuit ea quorũ propriũ testimoniũ nõ habebat,nos diuini præcepti habemus autoritatẽ. Moyses & Helias cũ Christo apparuerũt. Abraham duos alios cum deo suscepit hospitio, Iacob dei castra cõspexit, Daniel iustos sicut solem & stellas fulgere in cœlo,reuelante sibi spiritu sancto declarauit.

1.Cor.13.

Exodi.33

De consolatiua exhortatione ut intrepide pergamus ad redemptorẽ nostrum Iesum Christum,& ad patriarcharũ concilium,sanctorum cœtum,iustorumq; cõuentum,ubi paradisus iocunditatis, paratæq; seruulis Iesu promissæ mansiones. Qua ratione præterea illuc festinare debeamus. Cap. XII.

IIS igitur freti, intrepide pergamus ad redemptorẽ nostrũ Iesum, intrepide ad patriarcharũ concilium,intrepide ad Abraham patrem nostrũ, cum dies aduenerit proficiscamur, intrepide pergamus ad illũ sanctorũ cœtum,iustorũq; conuentũ. Ibimus enim ad patres nostros,ibimus ad illos nostræ fidei præceptores,ut etiã si opera desint,fides opituletur,defendatur hæreditas. Ibimus & ubi sinum suũ Abraham sanctus expandit,ut suscipiat pauperes sicut suscepit & Lazarũ,in quo sinu requiescunt,qui in hoc seculo grauia atq; aspera pertulerũt. Sed nunc pater etiam atq; etiam extende ad suscipiendũ hinc pauperẽ manus tuas,aperi gremium tuum,expande sinus tuos ut plures suscipias,quia plurimi in deum crediderũt. Sed tamẽ quamuis fides creuerit,abundat iniquitas,refri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C gescit charitas. Ibimus ad eos qui recumbunt in regno dei cum Abraham, Isaac & Iacob, quoniã rogati ad cœnam non excusauerunt. Ibimus eò ubi paradisus est iocunditatis, ubi Adam qui incidit in latrones nescit iam uulnera sua flere, ubi & latro ipse regni cœlestis consortio gratulatur, ubi nullæ nubes, nulla tonitrua, nullæ coruscationes, nulla uentorũ procella, neq; tenebræ, neq; uesper, neq; æstas, neq; hyemis uices uariabunt temporũ. Non frigus, non grando, non pluuiæ, non solis istius erit usus, aut lunæ, neque stellarum globi, sed sola dei fulgebit claritas. Dominus enim erit lux omnium, & illud lumen uerum quod illuminat omnem hominem, fulgebit omnibus. Ibimus eò ubi seruulis suis dominus Iesus mansiones parauit, ut ubi ille
Ioan.14. est & nos simus. Sic enim uoluit. Quæ sint illæ mansiones, audi dicentem: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quæ sit uoluntas, iterum inquit: Venio & accersio uos ad meipsum, ut ubi ego sum & uos sitis. Sed dices, quia solis discipulis loquebatur, quod ipsis solis spopondcrit, multas mansiones igitur undecim tantũ discipulis præparabat? Et ubi est illud quod ex omnibus mundi partibus uenient & recumbent in dei regno? Vnde uoluntatis diuinæ dubitamus effectus? Sed Christi uelle fecisse est. Deniq; demonstrauit & uiam, demonstrauit & locũ, dicens: Et quò uado uos scitis, & uiam scitis. Locus apud patrẽ est, uia Christus est, sicut ipse ait: Ego sum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Ingrediamur hanc uiam, teneamus ueritatem, uitam sequamur. Via est quæ perducit, ueritas est quæ confirmat, uita quæ per se redditur. Et ut sciamus ueram uoluntatem, addidit in po
Ioan.17. sterioribus: Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uide-
D ant claritatem meam. Repetitio ista confirmatio est, sicut illud Abraham, Abrahã.
Esaiæ.43. Et alibi: Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas. Pulchre autẽ quod supra promisit, hic popposcit. Et quia ante promisit, & sic popposcit, non ante popposcit & sic promisit, promisit quasi arbiter muneris, conscius potestatis, popposcit à patre quasi pietatis interpres. Et ante promisit ut potestatem cognoscas, popposcit postea ut pietatem intelligas. Non popposcit ante & sic promisit, ne uideretur promisisse potius qd impetrauerat quàm quod promiserat præstitisse. Nec superfluũ putes quod popposcit, cum tibi exprimat paternæ uoluntatis consortium, in quo unitatis indicium, nõ incrementũ est potestatis. Sequimur te domine Iesu, sed ut sequamur accersi, quia sine te nullus ascendit. Tu em̃ uia es, ueritas, uita, possibilitas, fides, præmiũ. Suscipe nos quasi uia, confirma quasi ueritas, uiuifica quasi uita. Pande illud tuum bonum,
Psal.4. quod uidere desiderabat Dauid inhabitans in domo domini, ideoq; dicebat: Quis
Psal.26. ostendit nobis bona? Et alibi: Credo uidere bona dñi in terra uiuentium. Ibi enim
Psal.64. sunt bona, ubi uita perpetua est, uita sine crimine. Alibi quoque ait: Replebimur in bonis domus tuæ. Quod ideo frequentauit, ut scires hinc bonũ illud philosophos transtulisse, quod summũ asserunt. Pande ergo illud uere bonum tuũ, illud diuinũ,
Act.17. in quo & uiuimus & sumus & mouemur. Mouemur quasi in uia, sumus quasi in ueritate, uiuimus quasi in uita æterna. Demõstra nobis illud bonũ quod est simile sui, semp indissolubile atq; immutabile, in quo simus æterni in agnitione oñis boni, si
Ad Philemo. cut uas electionis tuæ Paulus testificatus est dicẽs: Forsitan em̃ ideo discessit ad horam, ut æternũ illum reciperes. Æternũ ergo ministrũ dei dixit, scribens ad Philemonem, cuius fidẽ, in agnitionẽ omnis boni quod in sanctis est, in Christũ Iesum euidentiorẽ fieri postulabat. In quo bono est requies pura, lux immortalis, gratia perpetua,

A petua, hæreditas animarũ pia, & secura tranquillitas, nõ morti subiecta, sed erepta de morte, ubi nullæ lachrymæ, nullus est fletus. Vnde enim illic fletus, ubi nullus est lapsus, ubi sunt sancti tui erroribus & sollicitudinibus, insipientia atq; ignorantia, timore ac metu, cupiditatibus atq; omnibus corporeis colluuionibus & passionibus absoluti, ubi regio uiuentiũ est? Et ut assertioni huic adiũgamus auctoritatẽ, de quo bono propheta dicit: Conuertere anima mea in requiem tuã, quia dñs benefecit tibi, quoniã eripuit animã meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu, Placebo dño in regione uiuorũ. Placebo dixit, nõ placeo, hoc est, de tempore sibi blanditur futuro. Contraria sunt aũt præsentibus futura, & temporalibus æterna Psal.114.
Et ideo quoniã ibi uiuorũ regio, hic utiq; mortuorũ. An non mortuorũ hæc regio, ubi umbra mortis, ubi porta mortis, ubi corpus est mortis? Deniq; donatur Petro, ne forte portæ inferi prævaleant ei. Portæ inferi istæ sunt terrenæ. Vnde & ille ait: Qui exaltas me de portis mortis. Sicut enim sunt portæ iustitiæ, in quibus sancti domino cõfitentur, ita sunt criminũ portæ, in quibus impij dominũ negauerunt. Audi quoniã regio ista sit mortuorũ. Si quis igitur mortuũ tetigerit, immundus erit. Immundus aũt in conspectu domini omnis iniquus. Si quis igitur tetigerit iniquitatẽ, immundus, si quis in delictis, mortuus, quoniã quæ in delictis est, uiuens mortua est. Et qui infideles sunt, descendũt in infernũ uiuentes, etsi nobiscũ uidentur uiuere, sed in inferno sunt. Si quis usurã acceperit rapinã facit, uita non uiuit, ut habes in Ezechiel. Si quis autẽ iustus iustificationes domini custodit ut faciat eas, uita, inquit, uiuet, & uiuet in eis. Ipse est ergo in regione uiuorũ, in illa regione ubi uita nõ abscon- 1.Timoth.5.
B dita est, sed libera, ubi nõ umbra sed gloria. Hic enim nec ipse Paulus uiuebat in gloria. Deniq; in corpore mortis ingemiscebat, Audi dicentẽ: Nunc em̃ uita nostra abscondita est cũ Christo in deo, cum aũt Christus apparuerit uita nostra, tunc & nos cum illo apparebimus in gloria. Festinemus ergo ad uitã, Si quis uitã tangit, uiuet. Ezech.33.
Deniq; tetigit illa mulier quæ tetigit fimbriã eius, & à morte dimissa est, cui dicitur: Col.3.
Fides tua te saluã fecit, uade in pace. Si enim qui mortuũ tangit immundus est, sine dubio qui uiuentẽ tangit saluus est. Quæramus ergo uiuentẽ. Sed iterũ uideamus ne eũ quæramus inter mortuos, & dicatur nobis sicut & mulieribus illis: Quid quæritis uiuentem cũ mortuis? Non est hic, sed surrexit. Ipse quoq; dominus ubi se quæ- Luc.8.
ri uellet ostendit, dicens: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meũ & ad patrem uestrũ, deum meũ & deum uestrũ. Ibi ergo quæramus eum, ubi quæ- Luc.24.
siuit Iohannes, & inuenit. Ille eum in principio quæsiuit, & inuenit uiuentẽ apud uiuentem, filiũ apud patrem. Nos eum in temporũ fine quæramus & cõplectamur Ioan.20.
pedes eius, & adoremus eum, ut dicat & nobis: Nolite timere, id est, nolite timere à peccatis seculi, nolite timere ab iniquitatibus mũdi, nolite timere à fluctibus corporalium passionũ, ego sum peccatorũ remissio, nolite timere à tenebris, ego sum lux, nolite timere à morte ego sum uita, Quicunq; ad me uenit, mortem non uidebit in æternum, quoniã ipse est plenitudo diuinitatis, & ipsi est gloria, decus, perpetuitas à seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum, Amen.

OPERVM AMBROSII PRIMI TOMI FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AMBROSII OPE

RVM TOMVS SECVNDVS PVGNAS CONTINENS,
hoc eſt, ea quæ pertinent ad confutationem hæreti-
corum ac Gentium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERASMVS ROTEROD. PIO LECTORI S. D.

Hic secundus tomus optime lector exhibebit tibi pugnas aduersus hæreticos, quanquam ea res frequenter & in cæteris operibus incidit, præsertim in enarrationibus. In hoc ordine sunt duo libelli de uocatione omnium gentium, quos arbitror alterius esse. Cuius rei si nullum esset aliud argumentum, tanta tamen est totius phraseos dissimilitudo, ut primo statim gustu lector deprehendat alium loqui q̄ Ambrosium. Atq; utinam tales multos libellos Ambrosianis admiscuisset, qui hos admiscuit. Tales impostoras facile tulerimus, quæ pro auro supponant aurum. Ineptum autem sit nec admodum refert diuinare quis fuerit, quum ætas illa tot habuerit eruditos ac eloquentes uiros. Res ipsa loquitur hominem fuisse in sacris literis diligenter exercitatum, ingenio sano & acuto. Ipsa phrasis sic Isocraticis illis schematibus modulata tinnulaq; est, ut, quod est in hac affectatione difficillimum, præsertim in argumẽto subtili, nusquam desideres sermonis perspicuitatem, nusquam offendaris odio captatæ concinnitatis, nec usquam frigeat affectatio sententiarũ argutularũ, sed quod puer in rhetorum scholis didicerat, feliciter accommodat ad seriam scripturarum tractationem. Nec deest orationis copia, idq; citra tædij sensum. Pelagianorum meminit cap. 7. quos haud scio an nouerit Ambrosius. Siquidem Pelagius sub extremam Hieronymi ætatem cœpit apud Italos impietate celebris esse. Nec Hieronymus in catalogo meminit librorum quos scripsit aduersus Pelagium. Contexuit autem catalogum uiuo etiamnum Ambrosio. Rursus lib. 2. cap. 8. refert hæc uerba, ex libro cuiusdam Pelagiani, habet gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat. Capite decimo, hoc est ultimo subindicat se fuisse Romanum aut certe Italum, hunc in modum loquens. At alij barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad suas sedes cum Christianæ religionis institutione remearunt. Quanq; fateor hoc argumentum esse dilutius, eo quod id temporis pleræq; mundi regiones parebant imperio Romano. Stilus non prorsus abhorret à phrasi Eucharij Lugdunensis episcopi. In ueteris testamenti citatiõe nusquam utitur nostra translatione, ne in nouo quidem per omnia conuenit cum hac nostra, quod sanè uetustatis est indicium. In his pag. 115. quod est in margine ascriptum, lege προσέλκυσεν, siue προσείλκυσεν. Nam duo uerba incuria operarum sunt omissa.

CATALOGVS.

De uocatione Gentium. II.. Pag 3. et 27
De fide ad Gratianum V. 14, 65, 81, 98, 117.
De spiritu sancto ad eundem. III.. 15, 172, 193.
De fide contra Arianos. I... 216.
De incarnatiõis dñicæ sacramẽto. I ... 229.
De mysterio Paschæ. I.. 238.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM LIBER PRIMVS.

De propositione quæstionum quæ inter defensores liberi arbitrij, & prædicatores gratiæ dei uertuntur, intentione quoq; autoris, ac tractandorum ordine, iuxta quem primitus de uoluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. De redargutione præterea quorundam non sane inter uoluntatem & gratiam dei discernentium. Caput I.

INTER defensores Liberi arbitrij & prædicatores gratiæ dei, magna & difficilis dudum uertitur quæstio. Quæritur enim utrum uelit deus omnes homines saluos fieri. Et quia negari hoc non potest, cur uoluntas omnipotentis nõ impleatur, inquiritur. Cumq; hoc secundum uoluntates hominum fieri uideatur, gratia uidetur excludi, quæ si meritis redditur, constat eam nõ donum esse sed debitum. Unde iterum quæritur, cur hoc donum sine quo nemo saluus
B est, ab eo qui omnes saluari uult, non omnibus conferatur. Atque ita contrariarum disputationum nullus terminus reperitur, dum non discernitur quid manifestum, quid sit occultũ. De hac igitur compugnantia opinionũ, qua mensura & temperantia sentiendũ sit, quantum dominus adiuuerit, annitar inquirere, exercens atq; discutiens modulum facultatis meæ in his quæ cordi meo sobrie (quantũ arbitror) inhæserunt: ut si in eas regulas processerit stilus, quæ nihil offensionis, nihil habeant prauitatis, nõ solum nobis, sed & alijs utile sit, ad aliquem nos limitem peruenisse, quẽ non debeamus excedere. Primitus itaq; de uoluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. Inter quam & gratiam dei quorundã non sana discretio est, existimantium quod prædicatione gratiæ liberum negetur arbitrium, nec aduertentium eadem regula sibi posse obijci, quod gratiã negent, cum eam humanæ uoluntatis non ducem uolunt esse sed comitem. Si enim tollitur uoluntas, ubi ipsa est uerarum origo uirtutum? Si tollitur gratia, ubi ipsa est bonorum causa meritorum?

Quod omni humanæ uoluntati naturaliter qualiscunq; insit uoluntas. Et de distinctione uoluntatis in naturalem, animalem, & spiritalem. Quod etiam diuina prouidentia quamuis electum sibi populum speciali bus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxerit. Caput II.

SED iam auxiliante Christo quod tractando concepimus, inchoẽmus. Omni animæ humanæ quantũ intelligere atq; experiri datur, naturaliter qualiscunq; inest uoluntas, qua aut appetitur quod placet, aut declinatur quod displicet. Huius uoluntatis (quantũ ad naturalem pertinet

Universidad de Deusto
Biblioteca

C motum exuitio primæ præuaricationis infirmũ)genera sunt duo,secundũ quæ uo
luntas hominis aut sensualis aut animalis est. Sed cũ adest gratia dei,accedit ei per
donum spiritus tertium genus,ut possit fieri spiritalis,& per hũc excellentiorem mo
tum omnes affectus undecunq; nascentes supernæ rationis lege dijudicet. Sensua
lis igitur uoluntas quam & carnalem possumus dicere,non erigitur supra eum mo
tum qui de corporis sensibus nascitur,qualis est in animis paruulorum,qui licet nul
lo iudicio rationis utantur, ostendunt tamen aliquid se uelle, aliquid nolle,cum ui
dendo,audiendo,odorando, gustando,tangendo, & ea quibus delectantur amãt,
& ea quibus offenduntur oderunt. Quid autem est amare, nisi uelle? aut quid est
odisse nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi uoluntatem suam, quæ etsi prouidendi
& consulendi impos atque ignara sit, is, his tamen amat agere quæ carnis sensibus
blandiuntur,donec uigor rationalis ingenij per maturiora ministeria corporis exci
tetur,& ad famulantium sibi membrorum usum,non alieno motu,sed sua lege mo
ueatur. Ab hoc ergo sensuali appetitu,in quo remanent hi quos etiam in annis ma
ioribus excordes uidemus & fatuos, ad animalem surgitur uoluntatem: quæ priusq
quam spiritu dei agatur,etiã si supra sensualem motum sese attollere potest, tamen
sine sui amoris participatione,in terrenis occiduisq; uersatur. In hac humana etiam
ingenia si corporeæ uoluptati nõ turpiter seruiant, & cupiditates suas iusticiæ atque
honestatis legibus temperent,nihil supra mercedem gloriæ temporalis acquirũt. Et
cum præsentem uitam decenter exornent, æternæ tamen beatitudinis præmiũ non
habent,quia rectas actiones & bona studia sua non ad eius laudẽ atq; honorẽ refe
D runt,à quo acceperunt,ut in ipsa animali discretione sublimius saperent,& excellen
tius cæteris enitescerent. Cum em̃ quidã nõ solum ad instituta utilissimarũ artium
& doctrinas liberaliũ disciplinarũ,sed etiã ad inquisitionẽ summi boni aciem men
tis intenderint,& inuisibilia dei,per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerint, non
agentes gratias tamen deo,nec confitentes illum sibi esse huius facultatis autorem,
sed dicentes se esse sapientes,hoc est nõ in deo,sed in semetipsis gloriantes, quasi ad
ueritatis inspectionem,suis studijs atq; rationibus propinquassent, euanuerunt in
cogitationibus suis.Et quod illuminante dei gratia inuenerant,obcæcante superbia
perdiderunt, relapsi à superna luce ad tenebras suas, hoc est ab incõmutabili atque
æterno bono,ad mutabilem corruptibilemq; naturam. Cum ergo tales in amorẽ
sui recidunt,& ita sibimet placent,ut totum quod in se laudabile iudicant,nõ ad do
na dei referant,sed sibi uendicent,& studio propriæ uoluntatis ascribant, procul ab
illa spiritali exulant uoluntate, & nihil in se habent quo ad uitã prouehantur æter
nam, incipientes in semetipsis etiam illa temporalia dei dona corrumpere, & à bo
no eorum usu in cõsuetudinem innumerabilium transire uitiorum. Quamuis enim
Psal.77. scriptum sit, quod cum dispertiret excelsus gentes, quemadmodum dispersit filios
Adam, statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei, & facta est
portio domini, populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israël, Et scriptum
Leuit.19. sit dominum dicere ad Israël:Eritis mihi sancti,quia ego sanctus sum,dominus de
us uester, qui segregaui uos ab omnibus gentibus esse mihi, Et quamuis scriptum
sit in libro Hester, dicente Mardochæo: Gratias tibi domine quoniam fecisti noua
signa & prodigia,qualia non sunt facta in gentibus, diuidens omne seculum in sor
tes duas,& egisti unam tibi populi tui,relinquens aliam gentibus,Et Paulus & Bar
nabas

A nabas dicant:Et nos mortales sumus similes uobis homines,annũciantes uobis cõ *Act.14.*
uerti ad deum uiuum,qui fecit cœlum & terrã & mare & omnia quæ in eis sunt, qui
in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. Quamuis ergo
hæc & multa similia,ueritatis scriptura pronuncier, secundũ ipsam tamen credimus
& pijssime confitemur, q; nunquam uniuersitati hominũ diuinæ prouidentiæ cura
defuerit. Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit insti
tutis,nulli tamẽ nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit,ut propheticas uo
ces & præcepta legalia conuincerentur in elementorũ obsequijs ac testimonijs acce
pisse. Vnde & inexcusabiles facti sunt,quia deos sibi dei dona fecerunt,& quæ crea
ta erant ad utendum, uenerati sunt ad colendũ. In quam impietatem etiã illa gens
quam sibi ab omnibus gentibus dominus segregauit,tota transisset, nisi misericor
diæ suæ propositum sustentandis electorũ lapsibus prætendisset. Nam plenæ sunt
paginæ ueteris testamenti de Israëliticæ defectionis relatu,ut aperte appareat diui
næ semper fuisse gratiæ,quod non omnis ille populus discesserit à domino. Ita huma
na natura in primi hominis præuaricatione uitiata,etiam inter beneficia,inter præ
cepta & auxilia dei, semper in deteriorem est procliuior uoluntatem, cui cõmitti nõ
est aliud quàm dimitti. Hæc itaque uoluntas uaga,incerta,instabilis,imperita,infir
ma ad efficiendum,facilis ad audendum,in cupiditatibus cæca,in honoribus tumi
da,curis anxia,suspitionibus inquieta,gloriæ quàm uirtutũ auidior,famæ quàm cõ
scientiæ diligentior, & per omnem sui experientiam miserior fruendo his quæ con
cupiuerit,quàm carendo,nihil in suis habet uiribus,nisi periculi facilitatem. Quoniã
B uoluntas mutabilis quæ non ab incõmutabili uoluntate regitur,tanto citius propin
quat iniquitati,quanto acrius intenditur actioni. Quandiu ergo homini ea placent,
quæ deo displicent,uolũtas eius animalis est. Quia etiam si in bonis moribus agat,
male adhuc uiuit,si non in dei gloriam uiuit. Hoc est enim proprium & præcipuum
piorum,ut in domino glorientur,nec se nisi in deo diligant. Bene enim se amãt,qui
in se opera dei amant. Nam & deus hoc amat in nobis quod ipse fecit,& hoc odit,
quod ipse non fecit. Si ergo opus dei amamus in nobis, bonam uoluntatem recte
amamus in nobis,quæ utiq; si opus dei non esset,amanda non esset. Quis autẽ ho
mo (nisi malæ uoluntatis fuerit)bonam in se non amat uoluntatẽ, quæ superni agri
colæ prima plantatio est. Dicente enim ueritate:Omnis plantatio quam non plan *Matth.15.*
tauit pater meus cœlestis,eradicabitur:Quicquid nõ est eradicandum,manifestum
est,à patre esse plantatum. Bona autem uoluntas omnium uirtutũ germen est pri
mum. Quæ innixa origini suæ in illa æterna & incõmutabili uoluntate requiescit,ut
uere sit spiritalis. Quoniam qui adhæret deo,unus spiritus est,dum per cõmunionẽ *1.Cor.6.*
illuminantis & illuminati,iustificantis & iustificati, regentis & subditi, omnis actio
ad unum refertur,& quod ad unũ refertur,utriusq; est. Quia nec à deo alienari po
test quod dedit,nec ab homine quod accepit.

De pulchra ac subtili huius quæstionis tractatione, Vtrum cum bo
næ uolũtatis homo esse incipit,eadem quæ in ipso erat corrigatur uolun
tas,an alia ei quam nõ habebat,& quæ priori repugnet,detur. Quemad
modum etiam cum in diuinis scripturis salus generaliter omnibus homi
nibus promittitur,pro parte hominum omnes homines nominentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT TERTIVM.

Hic tractandum uidetur, utrum cum bonæ uoluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipso erat, corrigatur uoluntas, an alia ei quam non habebat, & quæ priori repugnet, detur. Quod ut euidentius appareat, altius id nō pigeat inquirere. Omnes homines in primo homine sine uitio conditi sumus, & omnes naturæ nostræ incolumitatē, eiusdē hominis præuaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animi q̄ corruptio, inde ignorātia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor uanus, amor noxius, iniusta gaudia, pœnitēda cōsilia, & non minor miseriarū multitudo q̄ criminū. His ergo atque alijs malis in naturā humanā irruentibus, fide perdita, spe relicta, intelligentia obcæcata, uoluntate captiua, nemo inse unde repararetur inuenit: quia etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit uitijs reluctari, huius tm̄ temporis uitam strenue ornauit, ad ueras aūt uirtutes æternāq̄ beatitudinem non profecit. Sine cultu enim ueri dei, etiam quod uirtus uidetur esse peccatū est, nec placere ullus deo sine deo potest. Qui uero deo nō placet, cui nisi sibi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur, non uoluntate, sed uoluntatis sanitate priuatus est. Quia nec detrudi ab innocentiæ statu posset, nisi uoluntate peccaret. Quæ ergo natura erat bona, qualitate facta est mala. Et ille animi motus qui nunquam potest sine aliquo esse amore, hoc est sine aliqua uoluntate, non perdidit appetitū, sed mutauit affectū, id recipiēs desiderio, quod debuit refutare iudicio. Cū igit̄ homo ad pietatē redit, de quo ideo dictū est, Spiritus uadēs & nō rediens, quia nisi illū deus cōuerteret, nō rediret, non fit nouū figmentū nouaq̄ creatura, nō alia in eo creat̄ substātia, sed eadem q̄ fuerat labefactata, reparat̄. Nec aliud ab eo aufertur nisi uitiū quod natura nō habuit. Fuit em̄ in Adā natura sine uitio, qui per uoluntatis inobedientiā mala multa cōtraxit, & in posteros magis magisq̄ multiplicāda trāsfudit. Quæ ut uincātur atq̄ in nihilū deducant̄, nō efficit nisi gra
1. Iohan. 3 tia saluatoris, q opus suū opere suo reparat. Sicut em̄ dicit Iohannes apostolus: In hoc apparuit filius dei, ut soluat opera diaboli. Et sicut rūpit uincula captiui, sic uestit nuditatē spoliati, sic sanat uulnera sauciati, ut quod in ipso agit, etiam per ipsū geratur. Cui uticq̄ cōtra hostē suū non expedit sine protectore cōfligere. Cum illo em̄ habet certamē, à quo aliquādo superatus est. Nō ergo fidat de uiribus suis, quæ eriā cum essent integræ, nō steterunt, sed per illū quærat uictoriā, qui solus nō est uictus & omnibus uicit. Etsi quærit, non dubitet quærendi affectum ab illo se accepisse quem quærit. Nec quia spiritu dei agitur, ideo se putet liberū arbitriū non habere, quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo uoluntate se dedit, à quo iudicium uolūtatis deprauatum est, nō ablatum. Quod ergo nō interfectū est per uulnerantē, non tollitur per medentem, uulnus sanatur, non natura remouet̄. Sed qđ
Hierem. 31 in natura perijt, nō restituit̄ nisi ab autore naturæ. Dicit dn̄us: Et disponā domui Israel, & domui Iudæ testamētū nouū, nō secundū testamentū quod disposui patribus eorū in die qua apprehēdi manū eorū, ut educerē illos de terra Ægypti, quia ipsi nō perseuerauerūt in testamēto meo, & ego eos neglexi, dicit dominus. Quia hoc est testamētū quod disposui domui Israël post dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas, & ero illis in deum, & ipsi erūt mihi in populū. Et non docebit unusquisq̄ proximū suū, & unusquisq̄ fratrem

trem suum dicens: Cognosce dominū, quia omnes cognoscent me à pusillo eorum usq̄ ad magnum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorū eorum memor non ero. Et dabo illis uiam alteram & cor aliud, ut me timeant omnes dies in bonum ipsis & filijs eorū post eos, & constituam illis testamentum æternum quod non auertam post eos, & timorem meum dabo in cor eorū ne discedant à me, & uisitabo eos ut bonos eos faciam. Per Esaiam quoque de gratia sua dominus qua ex omnibus hominibus nouam creaturam facit, eadem prænūciat dicens: Ecce faciam Esa. 42. noua quæ nunc orientur, & cognoscetis ea, & faciam in deserto uiam, & in sicca terra flumina. Benedicent me bestiæ agri, sirenæ & filiæ struthionū quod dederim in deserto aquam & flumina in sicca terra ad potandum genus meum electum, populū meum quem mihi acquisiui ut enarrent uirtutes meas. Et iterum: Per meipsum iuro, nisi exibit de ore meo iustitia, & uerba mea non auertentur, quia mihi flectetur Esa. 45. omne genu, & confitebitur omnis lingua deo. Si ergo impossibile est ista non fieri, quia nec incerta præscientia dei est, nec mutabile consilium, nec inefficax uoluntas, nec falsa promissio, omnes isti de quibus hæc prædicta sunt, sine cuiusquam exceptione saluantur. Dat enim leges suas in sensum ipsorum, easq̄ in cordibus eorum digito suo scribit, ut agnitionem dei non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio summi eruditoris accipiant. Quia neq̄ qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed 1. Cor. 3 qui incrementū dat deus. Omnes hi à pusillo usque ad magnum cognoscunt deum, quia ut uenirent ad Christum, à patre audierunt atq̄ didicerunt, omnes educti ab errore diriguntur in uiam uitæ, omnibus corde mutato recta sapere & recta uelle donatur, omnibus timor quo in mandatis dei erudiantur, inseritur. Fit in deserto uia, & terra arida fluminibus irrigatur, ut qui prius ad confitendum deum, os non aperiebant, & uelut muta atque irrationabilia animalia in feritatem transierant bestiarum, diuinorum eloquiorum fontibus mundati benedicant & laudent deum, enarrantes uirtutes & mirabilia misericordiæ eius qui elegit eos & in filios adoptauit, ac noui testamenti fecit hæredes. Si autem (ut apostolus loquitur) hominis con Heb. 9. firmatum testamentū nemo spernit aut superordinat, quomodo fieri potest, ut ex ulla parte diuina promissio resoluatur? Manet prorsus & quotidie impletur quod Abrahæ dominus sine conditione promisit, sine lege donauit. Quia etsi quidā quibus hæc prædicata sunt, non crediderunt, incredulitas eorum fidem dei non euacuauit. Est enim deus uerax, omnis autē homo mendax. Et illi quidem qui audito euan Rom. 3. gelio credere noluerunt, inexcusabiliores facti sunt, quàm si nullum præconium ueritatis audissent. Sed certum est eos apud præscientiā dei, Abrahæ filios nō fuisse, nec in illorū sorte numeratos, de quibus dictum est: Benedicentur in semine tuo o- Gen. 26. mnes tribus terræ. Credituros enim promisit qui dixit: Et non docebit unusquisq̄ Hierem. 31. proximū suum, & unusquisq̄ fratrem suum, dicens: Cognosce dominū, quia omnes cognoscent me à pusillo eorum usq̄ ad magnū. Reconciliandos promisit qui dixit: Propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorū eorum memor non ero. Obeditoros promisit qui dixit: Dabo illis uiam alteram & cor aliud ut timeant me omnes dies. Perseueraturos promisit qui dixit: Timorem meum dabo in cor eorū ne discedant à me, & uisitabo eos, ut bonos eos faciā. Postremo omēs sine cuiusq̄ exceptione promisit qui dixit: Per memetipsum iuro nisi exibit de ore meo iustitia, & uerba Esa. 45. mea nō auertentur, quia mihi flectetur omne genu, & cōfitebitur omnis lingua deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Hic si dicamus non fieri quod deus iurauit esse faciendũ, falsitatem deo (quod absit) & mendacium ascribimus ueritati. Si autem ut pietas fidesq; persuadent, dei uerba non excidunt, & fit omnino quod statuit, quomodo nobis ueracis promissionis firmitas apparebit, cum multa adhuc hominũ milia dæmonijs seruiant, & idolis genu flectant, nisi huiusmodi denunciationes dei secundũ illam incõmutabilem scientiã æditas nouerimus, in qua apud illum iam uniuersitas humana discreta est, & siue de bonis siue de malis loquatur, ita unius partis meminit, quasi neminem hominũ
2.Cor.5. prætermittat. Nam cum dicit Apostolus: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia
Col.1. noua, nunquid nõ omnes homines uidetur dixisse renouatos? Aut cum dicit: Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare, & per ipsum reconciliari omnia in ipso, Nunquid non ita loquitur quasi neminem uelit exortem huius reconcilia-
Heb.1. tionis intelligi? Aut cum ait: Nouissimis istis diebus locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem uniuersorũ, Nunquid aliud sonat forma sententiæ, quàm omnes homines in Christi hæreditate à patre esse transcriptos, secundum prophetiã
Psal.2. Dauid dicentis: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ
Ioan.12. tuã terminos terræ? Dicente enim domino: Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me, Nónne uniuersorũ uidetur promissa cõuersio? Aut cum de ecclesia prophe
Esa.40. tatur & dicitur: Omnis uallis replebitur, & omis mons & collis humiliabitur, & erũt praua in directa, & aspera in uias planas: Nunquid ullus hominũ uidetur omissus,
Esa.66. qui non significatus sit Christo esse subdendus? Quid cum dicitur: Et ueniet omnis caro in conspectu meo ut adorent in Hierusalem, dicit dominus, Aut illud: Et erit in
D diebus illis: Effundam de spiritu meo super omnem carnem? Aut illud: Alleuat do
Psal.144. minus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos, Nunquid non ita pronunciatum est quasi ab hoc dei munere nemo discretus sit? Habet ergo populus dei plenitudinem suam, & quamuis magna pars hominũ, saluantis gratiam aut repellat aut negligat, in electis tamen & præscitis atq; ab omnium generalitate discretis, specialis quædam censetur uniuersitas, ut de toto mũdo totus mundus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines uideantur assumpti. Sicut etiã cum de impijs sermo est, ita locutionem suam diuinus stilus ordinat, ut ea quæ de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere uideantur. Veluti est illud quod ait Iohannes
Ioan.3. baptista: Qui de cœlo uenit, super omnes est, quod uidit & audiuit, testificatur & te
Philip.2. stimonium eius nemo accipit. Aut illud Apostoli: Omnes quæ sua sunt quærunt,
Psal.13. non quæ Iesu Christi. Aut illud quod psalmus Dauidicus canit: Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est usq; ad unum. His igitur & alijs documentis quæ possunt ab inquirentibus numerosio ra proferri, non dubie demonstratur, interdum & pro parte terræ, omnem terram, & pro parte mundi totum mundum, & pro parte hominum omnes homines nominari, quorum tamẽ discretionem plerunq; scriptura cito aperit, ut sensus legentis ab uniuersitatis appellatione ad partem quæ intelligenda est transferatur. Sicut est
1.Cor.1 illud Apostoli dicentis: Prædicamus Iesum Christũ crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus aũt stultitiã. Ipsis uero uocatis Iudæis atq; Græcis Christũ dei uirtutem & dei sapientiam. Nunquid ipsis Christus uirtus quibus scandalũ, aut ipsis sapientia quibus stultitia? Sed quoniã quidam ex eisdem iustificabuntur fide, quidam

A dam autem sua impietate obdurabuntur, unum credentium & non credentium genus sub uocatorũ appellatione discreuit, ut quos à fide significabat alienos, eos quãuis audissent euangelium, ostenderet uocationis extraneos. Hac regula per Esaiam promittit sermo diuinus dicens: Educam cæcos in uiam quam nõ nouerunt, & semi Esa.42.
tas quas nesciunt calcabũt. Et faciam illis tenebras illucescere, & praua in directum Hæc uerba faciam, & non derelinquam eos. Sed quod sequitur, Ipsi autem conuersi sunt retro, ad partem quandam generis ipsorum referendum est, non ad eos qui
bus ait: Non derelinquam eos. Iterum dicit dominus ad Iacob: Noli metuere, quia Esa.49.
tecum sum. Ab oriente adducam semen tuũ, & ab occasu colligam te. Dicam Aquiloni adduc, & Aphrico, noli uetare, adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à summo terræ, omnes in quibus uocatum est nomen meum. In gloriam enim meam paraui illum, & finxi & feci illum. Quod autem sequitur, Et produxi plebem cæcam, & oculi eorum sunt cæci, & surdas aures habent, non potest eis ulla ratione congruere, quos in gloriam suam parasse se dicit. In his quippe omnibus uerbis quæ de uno hominum genere dicuntur, alijs personis priora, alijs posteriora conueniunt. Apud Apostolũ quoq; quod in parte populi agitur, sub totius populi nuncupatione narratur, & in reliquis plenitudo censetur. Cum eñ de Iudæorũ obcæcatione dissereret, & quosdam ex ipsis gratia saluos fieri demonstraret, Dico ergo, inquit, nunquid repulit deus populũ suũ? Absit. Nam & ego Israëlita sum ex semine Rom.11.
Abrahã de tribu Beniamin, non repulit deus plebem suam quã præscisit. Plebs ergo præscita, plebs nõ repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt. Et quod de omni
B Israële dici uidetur, in his tantũ quos sibi gratiæ electio reliquos fecit ostenditur, sicut sequentia apostolici sermonis enarrãt. Adiungit enim & dicit: An nescitis in Helia quid dicit scriptura, quemadmodũ interpellat deũ aduersus Israël? Domine prophetas tuos occiderũt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animã meam. Sed quid dicit illi responsum diuinũ? Reliqui mihi septem milia uirorum qui non curuauerũt genu Baal. Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Si aũt gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam nõ est gratia. Non ergo omnis Israël reprobatus, nec omnis electus est, sed partem cæcitas uoluntaria auertit, partem sibi illuminatio gratuita reseruauit, & tamen ita de eis sermo habetur, ut & in his qui pereunt, & in his qui salui fiunt, nulla totius generis uideatur facta discretio. Nam cum legitur: Secundũ euangeliũ quidẽ inimici propter uos, secundũ electionẽ autem dilecti propter patres, ita locutio sonat, tanquã eosdem dicat dilectos quos dixit inimicos. Sed hanc caliginẽ apostolus ipse detersit dicendo: Quia cæcitas ex parte in Israël contigit, ut unũ genus in duas species intelligeremus esse diuisum, & omnem hominẽ, omnem plenitudinẽ, omnẽ Israëlem, non semper ad uniuersitatem, sed plerunq; ad partem esse referendum. Inter has autem formulas locutionũ, etiam illam in scripturis dictionem debemus aduertere, qua id quod ad diuersorum temporum homines pertinet, ita promittitur quasi de una eiusdem ætatis generatione dicatur. Sicut est quod sanctus Petrus a-
postolus scribens sui & futuri temporis gentibus ait: Vos autem genus electum, re 1.Petri.2.
gale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annuncietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum, qui aliquando non populus, nunc autẽ populus dei, qui nõ consecuti misericordiã, nunc aũt misericordiã consecuti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C secuti. Nunquid cum prædicarentur hæc, adhuc illi homines permanebant, quos omnes deus in præteritis generationibus dimiserat ingredi uias suas, & ijdem ipsi q prius traditi fuerant uoluntatibus suis, nunc de tenebris in lumen admirabile uocabantur? Nonne illi iam defecerant, iam in hoc mundo non erant, nec ab errore ad ueritatem reditus olim mortuis suppetebat? Et tamen quod post multa secula gratia in posteris impiorum sit, loquendi consuetudo perstrinxit, ut ipsi uideãtur nũc eligi, qui prius fuerant derelicti. Pertinent autem hæc non ad eosdem homines sed ad eiusdem gentis homines, & uocatio quæ illuxit prope mundi finem, ad præteritam non recurrit ætatem: Ita modo quodam & ipsi & non ipsi sunt, de quibus & quibus ista dicuntur, dum in aliquo speciali à generalibus non diuiduntur, in aliquo uero à communibus separantur.

De solutione calumnioſæ obiectionis qua quidã dicunt autorẽ per superius dicta contradicere apostolo diffiniẽti, Quod deus uelit omnes homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et quod profunditas diuinorum mysteriorum atque iudiciorum à nobis non sit perquirenda. Caput IIII.

1. Timoth. 2.

SED cum legerint hæc uel audierint, qui amant calumniosa certamina, dicent nos per huiusmodi disputationes apostolo contradicere diffidenti: Quod deus omnes homines uelit saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Quam particulam uerborum apostoli ita nos integre
D pleneq; susc̃ipimus, ut nihil ei de præcedentibus siue subiectis quæ ad ipsã pertinẽt subtrahamus. Quoniã ut cætera diuinorũ eloquiorũ testimonia sequestremus, hic locus sufficit ad euacuandum quod calumnioſe obijciunt, & ad defendendũ quod impie diffitentur. Scribens itaq; ad Timothcum Paulus Apostolus ait: Obsecro igitur primo omnium, fieri obsecrationes, postulationes, gratiarumactiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram salutari nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Vnus enim deus & unus mediator dei & hominũ homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. De hac ergo doctrinæ apostolicæ regula qua ecclesia uniuersalis imbuitur, ne in diuersum intellectum nostro euagemur arbitrio, quid in ipsa uniuersalis ecclesia sentiat requiramus, quia nihil dubium esse poterit in præcepto, si obedientia concordet in studio. Præcepit itaque apostolus, imò per apostolum dominus qui loquebatur in apostolo: fieri obsecrationes & postulationes, gratiarumactiones pro omnibus hominibus, pro regibus, ac pro his qui in sublimitate sunt. Quam legem supplicationis, ita omnium sacerdotũ, & omniũ fidelium deuotio concorditer tenet, ut nulla pars mundi sit, in qua huiusmodi orationes non celebrentur à populis Christianis. Supplicat ergo ubiq; ecclesia deo, non solum pro sanctis & in Christo iam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi, pro omnibus idolorũ cultoribus, pro omnibus qui Christũ in membris ipsius persequuntur, pro Iudæis quorum cæcitati lumen euangelij nõ refulget, pro hæreticis & schismaticis qui ab unitate fidei & charitatis alieni sunt. Quid autem pro istis petit, nisi ut relictis erro-

ribus

A ribus suis conuertantur ad deum, accipiant fidem, accipiant charitatem, & de ignorantiæ tenebris liberati, in agnitiõem ueniãt ueritatis? Quod quia ipsi præstare sibi nequeunt, malæ consuetudinis pondere oppressi & diaboli uinculis alligati, neque deceptiones suas euincere ualent, quibus tam pertinaciter inhæserunt, ut quantum amanda est ueritas, tantum diligant falsitatem, misericors & iustus dominus pro omnibus sibi uult hominibus supplicari: ut cũ uidemus de tã profundis malis innumeros erui, nõ ambigamus deũ præstitisse, qd' ut præstaret, oratus est, & gratias agentes pro his qui salui facti sunt, speremus etiam eos qui nondũ illuminati sunt, eodem diuinæ gratiæ opere eximendos de potestate tenebrarum, ut in regnum dei priusquam de hac uita exeant transferantur. Quod si aliquos sicut uidemus accidere, saluantis gratia præterierit, & pro eis oratio ecclesiæ recepta non fuerit, ad occulta diuinæ iusticiæ iudicia referendũ. Et agnoscendum est secreti huius profunditatem nobis in hac uita patere nõ posse. Ex parte enim scimus & ex parte prophetamus, 1. Cor. 13.
& uidemus nunc per speculum in ænigmate. Nec sapientiores aut scientiores beatissimo apostolo sumus, qui cum de gratiæ potentia disputaret, magnorum mysterio rum ingressus arcanum, ijs quæ impossibile erat enarrare, succubuit. Cum enim dixisset, Nolo uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobisipsis sapientes, Roma. 11.
quia cæcitas ex parte in Israël contigit, donec plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, sicut scriptũ est: Veniet ex Syon q eruat & auertat impietates ab Iacob, & hoc illis à me testamentũ, cũ abstulero peccata eorũ. Secundum euangeliũ quidem inimici propter uos, secundum electionem uero dilecti propter patres. Sine
B pœnitentia enim sunt dona & uocatio dei. Sicut enim aliquando & uos non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatẽ, ita & isti nunc non crediderunt in uestra misericordia, ut & ipsi misericordiam conse quantur. Conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Cum ergo hæc diuinorum operum mysteria supra mensuras humanæ intelligẽtiæ excellentia, quodam mẽtis suæ profudisset excessu, totam expositionis rationem trãstulit ad stuporem, & admirator eorũ quæ protulerat exclamauit & dixit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehẽsibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Cur anterioribus seculis dimissæ sint omnes gentes ingredi uias suas, uno tantum Israële excepto, & ad cognitionem ueritatis electo. Et quare deus uni homini det gratiam, alteri autem deneget. Ca. V.

PRAEMISSA enim docentis assertio locum dabat multimodæ quæstioni, ut uariatæ per tot populos ac tempora gratiæ dei causa quæreret. Cur scilicet anterioribus seculis dimissæ essent oẽs gentes ingredi uias suas, uno tantũ Israële qui diuinis eloquijs eruditur, excepto, & ad cognitionem ueritatis electo, cuius infidelitas locum tandem saluandis gentibus fecerit, tanquam si unus populus in fide sui generis permaneret, misericordia dei cæteris se nationibus præstare non posset. Cur denique ipsi quorum diminutio salus gentibus est, ab obcæcatione sua non liberentur priusquam ingrediatur gentium pleni tudo, quasi illuminari cum omnibus nequeant, qui omnes facta omnium gentiũ

adoptione

Universidad de Deusto
Biblioteca

C adoptione ſaluandi ſunt. Aut quomodo omnis Iſraël ſublata obcæcatione ſaluan
dus ſit, cuius innumerabilis multitudo in ſua infidelitate deficiens, ad tempora ſal
uandis promiſſa non peruenit. Vel quomodo ipſarum gentium, quarum prius nō
eſt facta uocatio, dicatur nunc ingredi plenitudo, cum tanta promiſcuæ ætatis &
conditionis hominum milia in omnibus nationibus quæ ſunt ſub cœlo, ſine Chri
ſti iuſtificatione moriantur. Sed horum myſteriorum iudiciorumq; cauſas pius &
doctus magiſter maluit ad altitudinem diuitiarum ſapientiæ dei ſcientiæq; ſuſpen
dere, quàm iuſtiſſimæ ueritatis & miſericordiſſimæ bonitatis ſubtractum ab hu
mana cognitione ſecretum temeraria inquiſitione diſcutere, nihil omittens de his
quæ non oportet ignorari, nihil contrectans de his quæ non licet ſciri. Multa enim
ſunt in diſpenſatione operum diuinorum, quorum cauſis latentibus ſoli monſtran
tur effectus, ut cum pateat quod geritur, non pateat cur geratur, negocio in medi
um deducto, & in occultum ratione ſubducta, ut in eadem re & de inſcrutabilibus
præſumptio comprimatur, & de manifeſtis falſitas refutetur. Neq; enim ſi neſcio
cur ille græcus creetur, hic barbarus, iſte in diuitijs, ille in egeſtate naſcatur, hunc ua
lida proceri corporis pulchritudo ſublimet, illum debilium membrorum exilitas
contracta deformet, iſte à catholicis æditus in ueritatis cunabulis nutriatur, ille hæ
reticorum progenies cum ipſo lacte matris hauriat uirus erroris, Si denicq; mille
alias differentias in habitu corporū, in qualitatibus animorū, in conditione tempo
rū, in more regionum, dijudicare non poſſum, ideo quod omnium horum deus ſit
conditor atq; ordinator, ignoro. Qui utiq; ſingulorum hominum ita & corpora
D creauit & ſpiritus, ut præter illam ſecuturam ex uniuſcuiuſq; ſtudio uoluntariam
diuerſitatem, ipſa conditionis exordia diſſimilima numeroſitate uariaret. Turba
rent autem nos & in diuerſum diſtraherent multæ uaniloquorum opiniones, qui
de incognoſcibilibus deuenire in inconuenientia præſumpſerunt, & has originales
inæqualitates fatis quæ nulla ſunt, & ſyderibus deputarunt, niſi certiſſima notitia te
neremus deum creatorem de elementis naturalibus prout uult uas unumquodq;
formare, & unam naturam animarum, unam naturam corporum, placitis ſibi tem
perate menſuris. Quæ utiq; opera dei humanæ intelligentiæ cognoſcibilia eſſent ſi
innoteſcere debuiſſent, & manifeſtaretur cur ita quidq; fieret, niſi quod ita fieret
Exo.3 ſcire ſufficeret. Dicit dominus ad Moyſen: Quis dedit os homini, & quis fecit mu
tum & non audientem, uidentem & cæcum, nónne ego dominus deus? Et per Eſai
am: Nónne ego fœcundum & ſterilem feci dicit dominus? In libro eccleſiaſtico legi
Eccl.11. tur: Bona & mala, uita & mors, paupertas & honeſtas à deo ſūt. Et Iob dicit: Abun
Iob.12 dant tabernacula prædonum & audacter prouocant deum, cum ipſe dederit om
nia in manibus eorum. Et idem de omnium rerum humanarum profectu & defe
ctu diſputans, omnesq; mutationes ad iudicia dei referens: Apud ipſum eſt in
quit ſapientia & fortitudo, ipſe habet conſilium & intelligētiam. Si deſtruxerit, ne
mo eſt qui ædificet, ſi induſerit hominem, nullus eſt qui aperiat, ſi cōtinuerit aquas,
omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas, ſubuertēt terram. Apud ipſum eſt fortitudo & ſa
pientia, ipſe nouit & decipientem & eum qui decipitur, adducit cōſiliarios in ſtultū
finem, & iudices in ſtuporem. Balteum regum diſſoluit, & præcingit ſune renes eo
rum, ducit ſacerdotes inglorioſos, & optimates ſupplantat, cōmutans labium ue
racium, & doctrinā ſenū auferens, effundēs deſpectionē ſuper principes, & eos qui

A oppreſſi fuerāt, releuans, qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem um
bram mortis, qui multiplicat gentes & perdet eas, & ſubuerſas in integrū reſtituet.
Qui immutat cor principū terræ, & decipit eos, ut fruſtra incedant per inuium, pal
pabunt quaſi in tenebris & nō in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios. Et iterū idem
dicens, uoluntatem dei iritam eſſe non poſſe. Ipſe enim, inquit, ſolus eſt, & nemo
auertere poteſt cogitationem eius, & anima eius quodcunq; uoluerit, hoc fiet. Libe
ratur pars hominum parte pereūte, etſi hoc uoluntatum meritis uelimus aſcribere,
ut malos neglexiſſe gratia, bonos autem elegiſſe uideatur, reſiſtet nobis innumera
bilium cauſa populorum, quibus per tot ſecula nulla cœleſtis doctrinæ annūciatio
coruſcauit, nec meliores fuiſſe eorū poſteros, poſſumus dicere, de quibus ſcriptum
Eſa.9. eſt: Gentium populus qui ſedebat in tenebris lucem uidit magnā, & ſedentibus in
tenebris & umbra mortis, lux orta eſt illis. Et ad quos apoſtolus Petrus dicit: Vos
1.Petri.2. autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, ut uir
tutes annuncietis eius qui de tenebris uos uocauit in tam admirabile lumen ſuum,
qui quondam non populus, nunc autem populus dei, quorum aliquando non eſt
miſertus, nunc autem miſeretur. Non ergo meritis minorum tribuitur quod nō me
ruere maiores: par enim impietas, & patres accuſabat & filios, eademq; ignorantiæ
cæcitas omnes ſimul in eoſdem mergebat errores. Sed cur illorum non miſertus &
horum miſertus ſit deus, quæ ſcientia comprehendere, quæ poteſt inueſtigare ſapi
entia? Latet diſcretionis iſta ratio, ſed non latet ipſa diſcretio. Non intelligimus iu
dicantem, ſed uidemus operantem. Quid calumniamur iuſticiæ occultæ, qui gratias
B debemus miſericordiæ manifeſtæ? Laudemus & ueneremur quod agitur, quia tu
tum eſt neſcire quod tegitur. Reſpice autem & ad uniuerſalem multitudinem par
uulorum, in quibus excepto illo quo in damnationem naſcitur gens humana deli
cto, nec præterita poſſunt merita nec futura cenſeri. Omnes enim de quibus nūc lo
quimur, ante ullum intelligentiæ uſum, ante liberum uoluntatis arbitrium, alij ad æ
ternam beatitudinem regenerati, alij ad perpetuam miſeriam tranſeunt non rena
ti. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu eſt, ſi moralem innocentiā
quæris, omnis ſumma ſine uitio eſt. Non inuenit quod diſcernat humana iuſticia,
ſed habet quod eligat inenarrabilis gratia dei. In abſcondito eſt conſilium, ſed non
latet donum: opus exerit pietas, cauſam obſcurat poteſtas. Sed tam indubitabile
eſt quod non uidetur quàm quod uidetur: quia autori manifeſti operis negari con
feſſio etiam incognitæ non poteſt æquitatis. Quod ſi & ad illos dirigas mentis intui
tum qui longam agentes in flagitijs & ſceleribus ætatem, ſacramento baptiſmatis
Chriſti in ipſo uitæ fine renouantur, & ſine ullo ſuffragio bonorū operum in regni
cœleſtis conſortium transferuntur, quo intellectu diuinum iudicium cōprehendes,
niſi ut indubitanter agnoſcas gratuita eſſe dei munera? Et ſicut nulla ſunt tam de
teſtanda facinora, quæ poſſint gratiæ arcere donum, ita nulla poſſe tam præclara
opera exiſtere, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis iudicium debea
tur. Vileſceret enim redemptio ſanguinis Chriſti, nec miſericordiæ dei humanorū
operum prærogatiua ſuccumberet, ſi iuſtificatio quæ fit per gratiam, meritis præce
dentibus deberetur, ut non munus largientis, ſed merces eſſet operantis. Vnde aūt
poſſet probari, quod ad euacuandum originale peccatum nulla idonea eſſet indu
ſtria, niſi & impij & facinoroſi, per lauacrum Chriſti aſſumerentur in regnum, agno

Universidad de Deusto
Biblioteca

C scerent? qui in sua iusticia gloriantur, quàm nihil dignum agere possint adoptio-
ne filiorum dei, si ad regenerationis non peruenerint sacramentum, cum eadem
qua sceleſtissimi peccatores conditione teneantur, pares futuri in sanctificatione, si
affuerit regeneratio, simul perituri, si cessauerit ablutio? Si ergo etiam ex nequissi-
mis in ipso uitæ exitu gratia inuenit quos adoptet, cum tamen multi etiam qui mi-
nus nocentes uidentur, doni huius alieni sint, quis hoc aut sine dispensatione dei fie
ri aut sine profunda dicat æquitate decerni? Quod utique non ideo iniquum est,
quia occultum est, sed ideo æquum est, quia iudiciũ dei esse non dubium est. Quod
enim ab illius pendet arbitrio, qua sententia iudicari debeat, priusquam iudicetur,
incertum est. Cum autem res ad finem suum uenerit, nemini liberum est de exitu
conqueri, quia certissimum est, nihil aliter deum facere debuisse quàm fecerit. Qui
multimodæ uocationis uarietatem ad unam gratiam pertinentem etiam illa regu-
la euangelicæ comparationis astruxit, qua ostendit patremfamiliâs diuerso tempo
re conducentem operarios uineæ sub pactione denarij, quo uitæ æternæ significa-
tur æqualitas, ubi sine dubio hora undecima intromissi in uineam, totius diei ope-
rarijs exæquati, istorũ, de quibus nunc loquimur, præferunt sortem, quos ad com-
mendandam gratiæ excellentiam in defectu diei & conclusione uitæ diuina indul-
gentia munerauit, non labori preciũ soluens, sed diuitias bonitatis suæ in eos quos
sine operibus eligit, effundens, ut etiam hi qui in multo labore sudarunt, nec am-
plius quàm nouissimi acceperunt, intelligant donum se gratiæ non operum acce-
pisse mercedem. Vnde si & nos aduersum patremfamiliâs murmuremus, eo quod
D nouissime uocati totius diei operarijs coæquentur, nec amplius multa opera quam
Matth.20. penè nulla mereantur, dicetur nobis quod uni eorum responsum est, Amice non fa
cio tibi iniuriam, nónne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum est & va-
de, uolo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi de re mea fa-
cere quod uolo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Certe huic ca-
lumniatori iniusta uidebatur hæc largitas, & quid eruditionis retulit? quid rationis
accepit? Non est ei dispensationis huius reuelata iusticia, nec ad inspectionem se-
creti latentis admissus est, sed ut à discutiendis dei iudicijs abstineret, oppositus est
ei bonitas miserantis, & uolentis potestas. Quasi illi & ab apostolo diceretur: O ho
Rom.9. mo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, qua-
re me feciſti sic? Omnibus ergo hominibus cuiuslibet generis, cuiuslibet conditio-
nis & ætatis causa percipiendæ gratiæ uoluntas dei est, apud quam ratio electionis
abscondita est, ab ea gratia incipientibus meritis, quam accepere sine meritis. Quæ si
Ioan.3. possent bona esse sine gratia, non diceretur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiri-
Ioan.6. tu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Et nisi manducaueritis carnem filij ho-
minis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis uitam in uobis. Sed diceretur: Ni
si quis fuerit iustus & bonus, beatus in æternũ esse non poterit. Nec opus esset per
aquam & spiritum renasci, si per mandatum sufficeret eruditi. Et euacuaretur fides,
quæ credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gratia non malis & impijs, sed
bonis & rectis doceretur impendi. Origo itaq; ueræ uitæ ueræq; iusticiæ in regene-
rationis est posita sacramento, ut ubi homo renascitur, ibi etiam ipsarum uirtutum
ueritas oriatur. Et incipiunt ad perpetuam gloriam proficere per fidem, qui uix ad
temporalem uanæ laudis poterant peruenire mercedem. Siue enim Iudæus legis
scientia

A scientia tumens, siue Græcus studio sapientiæ naturalis inflatus, priusquam iustifi-
cetur per fidem Christi, cõclusus est sub peccato. Etsi in sua infelicitate perstiterit, ira
dei manet super eum, illa scilicet in Adæ præuaricatione cõtracta, de qua apostolus
loquitur dicens: Et uos cum essetis mortui delictis & peccatis uestris, in quibus ali- Ephe.2.
quando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potesta
tis aëris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos ali-
quando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes uoluntatem carnis &
cogitationum, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Et iterum: Qui eratis illo tem
pore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites testamentorum, pro-
missionis spem non habentes, & sine deo in mundo. Et iterum: Eratis aliquando te Ephe.5.
nebræ, nunc autem lux in domino. Et iterum: Gratias agentes patri, qui dignos nos Col.1.
fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris & potestate
tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Et iterum: Eramus enim & Titum.3.
nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus
uarijs, in malicia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benigni
tas & humanitas apparuit saluatoris nostri, non ex operibus iusticiæ quæ fecimus
nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regeneratio-
nis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem no
strum, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem uitæ æternæ.

Qualis sit natura humana sine gratia. Cap. VI.

B IT ut breuissime pateat, qualis sit natura humana sine gratia, dicat Iu-
das apostolus, quid agat uel ignorantia imperitorum, uel doctrina sa-
pientium. Hi autem, inquit, quæcunq; quidem ignorant blasphemant, Iuda.1.
quæcunq; autem naturaliter ut muta animalia norunt, in his corrum-
puntur. Dicat etiam sub uerbis Zachariæ euangelista Lucas, ante illuminationem
gratiæ in qua humanum genus nocte uersetur, & de quibus ignorãtiæ tenebris, dei
populus eruatur: Et tu, inquit, puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante Luc.1.
faciem domini parare uias eius, ad dandam scientiam salutis populo eius, in remis-
sionem peccatorum ipsorum, propter uiscera misericordiæ domini, in quibus uisita-
uit nos oriens ex alto, lucere his qui in tenebris & umbra mortis sedent, ad dirigen-
dos pedes nostros in uiam pacis. Hæc autem uiscera misericordiæ dominus non ad
unius tantum populi redemptionem, sed omnium nationum impendit salutem, di
cente euangelista: Quia Iesus moriturus erat pro gente, non tantum pro gente, sed
etiam ut filios dei dispersos congregaret in unum. Hoc enim agit illa uox domini,
quæ per quandam pietatis tubam toto terrarum orbe resonantẽ, omnes homines
& inuitat & conuenit. Nam cum dixisset: Confitebor tibi pater domine cœli & ter- Matth.11.
ræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, Ita pa-
ter, quoniã sic beneplacitũ est ante te, addidit: Oẽmia mihi tradita sunt à patre meo,
& nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius
reuelare. Et deinde adiecit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego
uos reficiam. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & hu-
milis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meũ suaue est, &
onus meum leue est. Iohannes uero baptista, in euãgelio Iohannis, prophetico spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ritu proteſtatur dicens: Qui de cœlo uenit, ſuper omnes eſt, quod uidit & audiuit, te
Ioan.3. ſtificatur, & teſtimoniũ eius nemo accipit. Qui accipit teſtimoniũ eius, ſignauit, quo
niam deus uerax eſt. Igitur quantũ attinet ad humani generis cæcitatẽ, longa igno
rantiæ & ſuperbiæ nocte cõtractam, uenit in hunc mundũ creator mũdi, & mũdus
eum nõ cognouit. Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non cõprehenderũt. Qui ſu
per omnes eſt, quod uidit & audiuit, teſtificatur, & teſtimonium eius nemo accipit.
Sed quia nõ fruſtra deus dei filius uenit in mundũ, & dedit ſemetipſum pro omni
bus, mortuusq; eſt, non tantũ pro gente, ſed etiã ut filios dei diſperſos congregaret
in unum, & uniuerſis dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, Et ſer
uato ſibi incognoſcibilis electionis arbitrio, dat ſui patriſq; notitiã quibus eam uo
luerit reuelare, Omnes filij lucis, filij promiſſionis, filij Abraæ, filij dei, genus electũ,
regale ſacerdotiũ, ueri Iſraëlitæ, præcogniti & præordinati in regnũ dei, qui eos uo
cauit, nõ ſolum ex Iudæis, ſed etiã ex gẽtibus, teſtimoniũ eius qui de cœlo uenit ac
cipiunt, ſignificantes quia deus uerax eſt, id eſt, expreſſe ſignificantes in ſui ſaluatio
ne, quoniam deus uerax eſt, Implens & perficiens quod promiſit Abrahæ omnium
gentiũ patri. Qui pollicente deo quod hæres futurus eſſet mũdi, nõ hæſitauit diffi
dentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam deo, & pleniſſime ſciens quoniã quod
promiſit, potens eſt & facere. Quis aũt tam alienus eſt à fide Abrahæ, quis tam de
gener ab uniuerſarũ gentiũ patre, qui promiſſionem dei aut nõ impleri, aut ab alio
præter eum qui promiſit, dicat impleri? Ille quidem erit mendax, deus aũt eſt uerax
Et omnis qui accipit teſtimoniũ eius, hoc ſignat, hoc indicat, quod per lucem illumi
D nantẽ factus eſt uidens, factus eſt obediens, factus eſt intelligẽs, ſicut Ioãnes euãge
1.Ioan.5. liſta teſtat dicẽs: Scimus qa mũdus totus in maligno poſitus eſt, & ſcimus qa filius
dei uenit & dedit nobis ſenſũ ut cognoſcamus uerũ deũ, & ſimus in uero filio eius.

Cur ſaluator omnium hominum, nõ omnibus dederit hunc ſenſum ut cognoſcerent uerum deum. Cur etiam quidam paruuli ſalui fiant renati, alij pereant non renati. Cap. VII.

SI uero quæritur, cur ſaluator omniũ hominũ non omnibus dederit hũc
ſenſum, ut cognoſcerent uerũ deum, & eſſent, id eſt, permanerent in ue
ro filio eius, quamuis credamus nullis hominibus opem gratiæ in totũ
fuiſſe ſubtractam, De quo plenius in ſequentibus diſſeremus, Tamen
ita forte hoc uelatum ſit, ſicut illud abſconditũ eſt, Cur antea oĩbus gentibus præ
termiſſis, unũ populũ ſibi quem ad ueritatis cognitionẽ erudiret exceperit. De quo
iudicio dei ſi nõ eſt conquerendũ, multo minus de hoc, quod cum electione omniũ
gentiũ geritur, murmurandũ eſt. Quæ eĩm deus occulta eſſe uoluit, nõ ſunt ſcrutan
da, quæ aũt manifeſta fecit, nõ ſunt neganda, ne & in illis illicite curioſi, & in iſtis da
mnabiliter inueniamur ingrati. Non aũt ignoramus eſſe quoſdã tam incõſideratæ
præſumptionis, & tam ſuperbæ arrogantiæ, ut quod præcipuus magiſter gentium,
nõ ab hominibus neq; per hominẽ, ſed diuinitus eruditus, ſupra menſurã ſcientiæ
ſuæ longe & alte remotũ eſſe cõfeſſus eſt, audeant falſi nominis temerare doctrina,
& nihil illic occultum, nihil uelint eſſe ſecretũ, ubi apoſtolus nõ quid ſentiendũ eſſet
aperuit, ſed quid nõ ſcrutandũ eſſet, oſtendit. Nullis etenim (quod ſupra iam dixi
mus) ſtudijs, nullis ingenijs indagare conceſſum eſt, quo iudicio quóue cõſilio deus

incom

A incommutabiliter bonus, incõmutabiliter iuſtus, ſemper præſcius, ſemper omnipo- Rom.11.
tens, ideo omnia in incredulitate cõcluſerit, ut omniũ miſereatur, & tamen illis ſecu
lis quibus unum Iſraëlem erudiebat, innumerabiles populos impiorum illuminare
diſtulerit, & nunc eundem Iſraëlem, donec uniuerſitas gentiũ introëat, obcæcatum
eſſe patiatur, pereuntem in tot milibus naſcentium atque morientiũ, & ſaluandum
in eis quos mundi finis inuenerit. Quo myſterio toto ſcripturarũ corpore dilatato,
innotuit quidem nobis quid factum ſit, quid fiat, quid ue faciendum ſit, Sed quare
ita fieri placuerit, ab humanæ intelligentiæ cõtemplatione ſubtractũ eſt. Iſti autem
qui neſcire aliquid erubeſcunt, & per occaſionem obſcuritatis tendunt laqueos dece
ptionis, omnem diſcretionẽ qua deus alios eligit, alioſq; nõ eligit, Multi enim ſunt Matth.20.
uocati, pauci autem electi, ad merita humanæ referunt uoluntatis, docentes ſcilicet
neminem gratis, ſed ex retributione ſaluari, quia naturaliter omnibus ſit inſitum, ut
ſi uelint, poſſint ueritatis eſſe participes, eiſq; affluere gratiã à quibus fuerit expeti
ta. Quæ diffinitio ut interim de gratiæ ueritate taceatur, de his uidetur aliquã often
tare ratiunculam qui libero utuntur arbitrio. De paruulis uero quibus ſine ullo bo
næ uoluntatis merito in originali uulnere cum cæteris mortalibus cauſa communis
eſt, nihil poteſt expoſitionis afferri, qua doceatur cur iſti ſalui fiant renati, illi pereãt
non renati, ſub illius prouidentia & omnipotentia in cuius manu eſt anima omnis
uiuẽtis, & ſpiritus uniuerſæ carnis hominis, & cui dicitur: Breues dies hominis ſunt, Iob.14.
numerus dierum eius apud te eſt. Non autem puto iſtos uoluntatũ patronos, ſim
plicitate illorum tam impudenter uſuros, ut aut fortuitu iſta dicant accidere, aut nõ
B renatos aſſerant non perire. Aperte enim aut cum paganis conuincerentur ſentire
de fato, aut cum Pelagianis transfuſum in poſteros Adæ negare peccatũ. Fato au
tem non baptizari paruulos nec Pelagiani potuerunt dicere, ſed quia eos liberos à
peccato auſi ſunt profiteri, meruere damnari. Cum autem de diſcretione omniũ ho
minum quæſtio uentiletur, & ab omnibus hominibus paruuli nequeant ſeparari,
ſimulq; de totius ætatis hominibus ueritas dixerit: Filius hominis uenit quærere & Luc.19.
ſaluare quod perierat, fruſtra profunditatem inſcrutabilis gratiæ per liberum arbi
trium conantur aperire, qui cauſam electionis in eorum conſtituunt meritis qui eli
guntur. Et cum multa de maiorum uoluntate ac iudicio inepta & falſa protulerint,
in paruulorum tamen diſcretione deficiunt, nec poſſunt de eius quæſtionis ratione
reddita gloriari, quæ de omnibus hominibus tractatur, & non de omnibus expedi
tur. Multiformitas autem & magnitudo diuinæ gratiæ, probat iſtos contra uerita
tem, etiam quod de maiorum uoluntatibus loquuntur, aſtruere, eorumq; perſua
ſioni diuinorum eloquiorum teſtimonia repugnare, Quæ ſi omnia ſermoni noſtro
uelimus annectere, modus nõ erit differendo. Quæ tamẽ ſi ſe recordationi offerũt,
nõ omittantur, ut quantũ ſatis eſt, manifeſtetur omne hominis bonũ meritũ ab in
itio fidei uſque ad perſeuerantiæ conſummationem donum atq; opus eſſe diuinũ.

Fides unde naſcatur, & unde acquiratur. Cap. VIII.

IGITVR fides quæ bonæ uoluntatis & iuſtæ actionis eſt genitrix, quo ipſa fon
te naſcatur, apoſtolus Paulus exponat, qui pro Romanorũ fide deo gratias a- Rom.1.
git dicẽs: Primũ quidem gratias ago deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus
uobis, quia fides ueſtra annunciatur in uniuerſo mundo. Ad Epheſios quoque ſcri Eph.5.
bens: Propterea, inquit, & ego auditã fide ueſtra quæ eſt in domio Ieſu, & dilectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ne in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro uobis, memoriã ueſtri faciens in
orationibus meis,ut deus domini noſtri Ieſu Chriſti,pater gloriæ det uobis ſpiritũ
ſapientiæ & reuelationis in agnitionem eius,illuminatos oculos cordis ueſtri,ut ſcia
tis quæ ſit ſpes uocationis eius,quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.De fi
Col.1. de etiam Coloſſenſium ſimiliter gratias agens: Gratias agimus,inquit,deo & patri
domini noſtri Ieſu Chriſti,ſemper pro uobis orantes, audientes fidem ueſtram in
Chriſto Ieſu,& dilectionem quam habetis in ſanctos omnes,propter ſpem quæ re
poſita eſt uobis in cœlis. Et ut alia bona ab eodem bonorũ autore percipiant, quid
pro eis oret enarrans,Ideo,inquit,& nos ex qua die audiuimus nõ ceſſamus pro uo
bis orantes & poſtulantes ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni ſapien
tia & intellectu ſpiritali,ut ambuletis digne deo placentes,in omni opere bono fru
ctificantes & creſcentes in ſcientia dei,in uirtute confortati ſecundũ potentiã darita
tis eius in omni patientia & longanimitate cum gaudio.Item ad Theſſalonicenſes,
1.Theſſ.1. qui ſpiritu fidei dilectionisq; ſeruiebant: Gratias agimus,inquit,deo ſemper pro o
mnibus uobis,memoriã facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione, memo
res operis fidei ueſtræ & laboris & charitatis & ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu
1.Theſſ.2. Chriſti ante deum & patrem noſtrũ. Et infra: Ideo & nos gratias agimus deo ſine
intermiſſione,quoniam cum accepiſſetis à nobis uerbum auditu dei,accepiſtis non
ut uerbum hominum ſed ſicut eſt uere uerbum dei,qui operatur in uobis qui credi
diſtis. Potuit ne plenius aut euidentius demõſtrari dei eſſe donũ,credentiũ fidem,
quàm ut ideo agerentur gratiæ deo, quoniã hi quibus uerbũ dei per homines præ
D dicabatur,nõ quaſi de hominum ſermone dubitarunt,ſed tanquã deo loquenti per
homines crediderũt,qui in ipſis eſt operatus,ut crederent? In ſecũda quoq; ad eoſ
2.Theſſ.1. dem Theſſ.epiſt.de fide in Chriſto proficientiũ ita apoſtolus loquitur: Gratias age
re debemus deo ſemper pro uobis fratres,ita ut dignũ eſt, quoniã ſupercreſcit fides
ueſtra,& abundat charitas uniuſcuiuſq; ueſtrũ in inuicem, ita ut & noſipſi in uobis
gloriemur in eccleſijs dei pro patientia ueſtra & fide, in omnibus perſecutionibus ue
ſtris & tribulationibus quas ſuſtinetis in exemplũ iuſti iudicij dei,ut digni habeami
ni in regno dei pro quo & patimini.Petrus quoque apoſtolus ex deo haberi fidem
1.Pet.1. prædicans,ita ſcribit: Scientes quod non corruptibilibus auro & argento redempti
eſtis de uana cõuerſatione ueſtra paternæ traditionis, ſed precioſo ſanguine quaſi
agni incontaminati & immaculati Chriſti Ieſu,præcogniti quidem ante cõſtitutio
nem mundi,manifeſtati autẽ nouiſſimis temporibus propter uos qui per ipſum fi
deles eſtis in deum,qui ſuſcitauit eum à mortuis,& gloriã ei dedit,ut fides ueſtra &
ſpes eſſet in domino.Item idem in ſecũda epiſtola de fidei perceptione ſic loquitur:
2.Pet.1. Simon Petrus ſeruus & apoſtolus Ieſu Chriſti,his qui coæqualẽ nobis adepti ſunt
fidem per iuſticiam domini & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Vnde autẽ habeatur ſpiritus
1.Ioan.4. fidei,Iohannes apoſtolus manifeſtiſſime docet dicens: Omnis ſpiritus qui cõfitetur
Ieſum in carne ueniſſe,ex deo eſt.Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum,ex deo non eſt,
& hic eſt antichriſtus. Item dicit:ab eo recipi euangeliũ,in quo eſt ſpiritus ueritatis.
Nos,inquit,ex deo ſumus,qui nouit deum audit nos,qui nõ eſt ex deo non nos au
dit.In hoc cognoſcimus ſpiritũ ueritatis,& ſpiritũ erroris.Item in actibus apoſtolo
Act.5. rum,Petrus apoſtolus fidem eſſe per dominum Ieſum pronuncians: Hunc,inquit,
quem uidetis & noſtis,cõfirmauit nomẽ eius, & fides quæ per eum eſt dedit integrã
ſanitatem

A ſanitatem iſtam in conſpectu omniũ ueſtrũ.De fide quoq; Lydiæ,cuius inter alias
mulieres quæ euangeliũ pariter audiebant,dominus cor aperuit,ita in eadem narra
tur hiſtoria.Die autem ſabbatorũ egreſſi ſumus extra portam iuxta flumen,ubi ui Act.16.
debatur eſſe oratio,& ſedentes loquebamur mulieribus quæ cõuenerant, & quædã
mulier Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorũ, colens deum,audiuit, cuius domi
nus cor aperuit ut intenderet his quæ dicebantur à Paulo. Non autem ex humana
ſapientia eſſe fidem,ſed ex inſpiratione diuina,ipſius ueritatis uoce firmatur.Dicen
te enim domino ad diſcipulos ſuos: Vos autẽ quem me eſſe dicitis? Reſpondens Si Matth.16.
mon Petrus dixit: Tu es Chriſtus filius dei uiui.Reſpondens autem Ieſus, dixit ei:
Beatus es Simon Bariona,quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi,ſed pater meus qui
in cœlis eſt.Paulus uero apoſtolus hanc ipſam fidem ſecundũ menſurã dari pro ar
bitrio largientis ita prædicat: Dico enim per gratiã quæ data eſt mihi,omnibus qui Rom.12.
ſunt inter uos, nõ plus ſapere quàm oporteat ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem,ſicut
unicuiq; diuiſit deus menſuram fidei.Item idem unitatem rectæ fidei,& conſenſio
nem in honorem dei à deo eſſe cõmendans, Deus autem,inquit,patientiæ & conſo Rom.15.
lationis det uobis idipſum ſapere in alterutrũ ſecundum Ieſum Chriſtum,ut unani
mes,uno ore honorificetis deum & patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti.Et infra: Deus
autem ſpei repleat uos omni gaudio & pace in credendo,ut abundetis ſpe in uirtu
te ſpiritus ſancti. Quo teſtimonio nõ ſolum fides,ſed etiam gaudiũ & pax & abun
dantia ſpei docentur niſi in uirtute ſancti ſpiritus nõ haberi. Ad Epheſios uero ſcri
bens apoſtolus de diuitijs gratiæ pro malis bona retribuentis, & de fide quæ nõ ex
B nobis, ſed ex dei dono habetur hæc loquitur: Deus autẽ qui diues eſt miſericordia, Eph.2.
propter nimiam ſuam charitatem qua dilexit nos,& cum eſſemus mortui peccatis,
conuiuificauit nos Chriſto,cuius gratia ſalui facti ſumus,& correſuſcitauit & conſi
dere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc
non ex uobis, Dei enim donũ eſt,non ex operibus,ne quis glorietur.Ipſius enim ſu
mus figmentũ,creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis,quæ præparauit deus ut in
illis ambulemus.Propriũ ergo hoc habet noua creatura per gratiã,ut qui figmentũ
dei ſunt,qui natiuitate cœleſti cõduntur in Chriſto,nõ ocio torpeant,nec deſidia re
ſoluantur,ſed de uirtute in uirtutẽ proficiant,per uiam bonorũ operũ ambulando:
hoc eſt enim fingi,hoc de uetere creatura nouã fieri,hoc de imagine terreni hominis
ad imaginem cœleſtis hominis reformari: quod totũ ſiue palam per cooperatores
gratiæ,ſiue occulte per ſubminiſtrationẽ ſpiritus,ille inchoat, ille auget & perficit,cu
ius agricultura,cuius ædificatio,& cuius figmentum ſumus.

Quod à domino deo omnia uirtutum dona dirigantur & diſponan
tur. Et quod omnia in manu eius ſint. Quodq; deus ſit autor omnis bo
ni. Caput IX.

ABVNDE, quantum arbitror, his teſtimonijs (quamuis & alia docu
menta aggregari potuerint) demonſtratum eſt, fidem qua iuſtifica
tur impius,niſi ex dei munere non haberi, eámque nullis meritis præ
cedentibus tribui, ſed ad hoc donari, ut principium poſſit eſſe me
ritorum, ut cum ipſa data fuerit non petita, ipſius iam petitionibus bona cæ
tera conſequantur. Vnde itaque quædam de plurimis aſſumenda ſunt teſtimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nia, quæ in diuersitate donorum ostendant gratiæ largitatem. Ex deo utique es-
se, ut homo uiam dei eligat, & ut surgat à lapsu, psalmus dauidicus canit dicens:
Psal. 36. A domino gressus huminis dirigentur, & uiam eius uolet. Cum ceciderit non col-
Psal. 42. lidetur, quia dominus supponit manum suam. Item idem quod duce deo uenia-
tur ad deum: Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt & addu-
xerunt in montem sanctum tuum & in tabernacula tua. Item quod in domino sit
Psal. 58. hominis fortitudo, & dei uoluntas præueniat liberandum. Fortitudinem, inquit,
meam ad te custodiam, quia deus susceptor meus, deus meus, uoluntas eius præ-
Prouerb. 2. ueniet me. In prouerbijs quoque legimus de sapientia & intellectu. Quoniam do-
minus dat sapientiam, & à facie eius scientia & intellectus. Item in eodem libro de
Prouerb. 8. dispensationibus sapientiæ dei, sine qua nullæ rectæ sunt actiones ita dicitur: Meũ
cõsilium & mea tutela, ego prudentia, mea autem uirtus. Per me reges regnant, &
tyranni per me obtinent terrã. Itẽ alibi, quod nemo possit recte incedere, nisi domi-
Prouer. 20. no dirigente. A domino corriguntur gressus uiri, mortalis autem quomodo intel-
Prouer. 21. ligit uias suas? Item alibi: Omnis uir uidetur sibi iustus, dirigit autem corda domi-
nus. Et infra: Præparatur uoluntas à domino. Item ibidem de cogitatione atq; con-
Prouer. 19. silio: Multæ cogitationes in corde uiri, consilium autem domini obtinet. In libro
uero ecclesiaste dicitur, quod & habere necessaria, & eis bene uti, donum sit dei.
Non est, inquit, bonũ homini nisi quod manducat & bibit, & ostendit animæ suæ
bonum in labore suo. Et quidem hæc uidi ego, quia à manu dei est. Quoniam quis
manducabit aut pascet absque illo? Item in eodem libro legitur, quod corda & ope-
D ra iustorum in manu sint dei, & tantum in studijs suis proficiant, quantum ille do-
nauerit. Quantumcunq; laborauerit homo ut quærat inueniet, & quodcunq; di-
xerit sapiens ut sciat, non poterit inuenire, quia uniuersum hoc dedi in cor meum, &
cor meum uniuersum hoc uidit, quia & iusti & sapientes & operationes eorum in
manu dei. In libro autem sapientiæ de eodem gratiæ opere ita dicitur: Quoniam
ipse & sapientiæ dux est, & sapientium emendator, in manu enim illius & nos & ser-
mones nostri, & omnis sapientiæ & operum scientia & disciplinæ. De continentia
Sapi. 8. quoq; quod ex dei habeatur munere, eadem scriptura sic loquitur: Vt sciui quia ali-
ter non possum esse continens, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius
esset hoc donũ. Cui sententiæ Pauli apostoli doctrina concordat, in prima ad Co-
1.Cor. 7. rinthios hæc scribentis. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, sed unus-
quisq; propriũ habet donum ex deo, alius sic, alius uero sic. Dominus uero in euan-
gelio secundum Matthæum hæc de continentiæ dono insinuasse narratur. Dicen-
Matth. 19. tibus nanque discipulis suis: Si ita est causa uiri cum uxore, non expedit nubere. Di-
cit illis Iesus: Non omnes capiunt uerbum istud: sed quibus datũ est à patre meo.
Eccle. 1. De timore dei & sapientia ita in Ecclesiastico legitur: Corona sapientiæ timor do-
mini, utraque autem dona sunt dei. Item de eodem: Timor domini super omnia
se superposuit, beatus cui donatum est habere timorem domini. Esaias quo-
que de diuitijs spiritalibus quarum autor est dominus, ita loquitur: In thesau-
ris salus nostra aduenit, sapientia & pietas & disciplina à domino, hi sunt the-
sauri iusticiæ. Item de altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, cuius bo-
Esa. 33. nitas nullius merito præuenitur, hæc dicit: Qui mensus est manu aquam, & cœ-
lum palmo, & uniuersam terram pugillo, qui statuit montes in libra & rupes

A in statera. Quis cognouit sensum domini, aut quis eius fuit cõsiliarius, qui instruat
eum, aut quem consuluit, & instruxit eum, uel quis ostendit ei iudiciũ, aut uiam pru-
dentiæ quis ostendit ei, uel quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Vnde & in lib. Iob
secundũ eundem sensum leguntur domini uerba dicentis: Quis ante dedit mihi, ut Iob. 41
retribuã illi? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Hieremias uero quod à deo sit ho-
mini recta sapiẽtia, sic profatur: Scio domine quia nõ est in homine uia eius, nec ui- Hiere. 10.
ri est ut dirigat iter suũ. Item quod ad deum cõuersio cordis ex deo sit, per ipsum do-
minus protestatur & dicit: Restituam illos in terram istam, & reædificabo & nõ de Hiere. 24.
struam, & plantabo eos & nõ euellã, & dabo illis cor ut sciant me, quia ego sum do-
minus, & erunt mihi in populũ & ego ero illis in deum, quia conuertentur ad me ex
toto corde suo. Item idem prædicans, quod ut deus cognoscatur, ex deo sit. Et scient
inquit, quia ego dominus deus illorum, & dabo illis cor cognoscendi me, & aures au-
diendi. Quod aũt omne uerbum bonũ & omne opus sanctũ summinis̃tratio sit spi-
ritus sancti, sine quo nihil recte agatur, in prima ad Corinthios Paulus apostolus
docet dicens: Ideo notũ uobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathe- 1.Cor.12.
ma Iesu. Et nemo potest dicere dominũ Iesum nisi in spiritu sancto. Diuisiones ue-
ro gratiarũ sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministrationũ sunt, idem autem
dominus. Et diuisiones operationũ sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in o-
mnibus. Vnicuiq; aũt datur manifestatio spiritus ad utilitatẽ. Alij quidem per spiri-
tum datur sermo sapientiæ, alij aũt sermo scientiæ secundũ eundem spiritũ, alteri fi-
des in eodem spiritu, alij gratia sanitatũ in uno spiritu, alij prophetatio, alij discretio
B spirituũ, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ. Hæc autẽ omnia operatur
unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Tantũ uero unumquenq; ha-
bere gratiæ, quantũ dominus donauerit, idem apostolus ad Ephesios ait: Vnũ cor- Ephe. 5.
pus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ, unus dominus,
una fides, unum baptisma, unus deus & pater omniũ, qui super omnes est, & super
omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; aũt nostrum data est gratia secundũ mensu-
ram donationis Christi, propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit ca-
ptiuitatem, dedit dona hominibus. Item idem in secũda ad Corinthios dicit, quod
nec ad cogitandũ quidem quod spiritale est, idonei simus nisi per gratiam dei. Fidu- 2.Cor.3.
ciam autem talem habemus per Christũ ad deum, non quod sufficientes simus ali-
quid cogitare à nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nobis ex deo est, qui &
idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non litera sed spiritu. Litera enim occi-
dit, spiritus aũt uiuificat. Et iterũ in eadem epistola docens bonorũ operũ affectum
& sufficientiã à dei gratia ministrari. Potens est aũt, inquit, deus omnẽ gratiã abun- 2.Cor.9.
dare facere in uobis, ut in omnibus per omnia sufficientiã habentes abundetis in o-
mne opus bonũ, sicut scriptũ est: Dispersit dedit pauperibus, iusticia eius manet in
æternum. Qui autem ministrat semen seminanti, & panem ad manducandum præ-
stabit, & augebit incrementa frugũ iusticiæ uestræ, ut in omnibus locupletati abun-
detis in omnem simplicitatem. Ad Ephesios uero scribens Apostolus docet, quod
omnia bona quibus placetur deo, dona sint dei, & quod ab ipso peti oporteat, ut
ea non habentibus tribuat. Huius rei, inquit, gratia flecto genua mea ad patrem Ephe. 3.
domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur,
ut det uobis secundũ diuitias gloriæ suæ, uirtutẽ, corroborari per spiritũ eius in inte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C riori homine, habitare Christū per fidē in cordibus uestris, in charitate radicati & firmati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundum, supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundantius quàm petimus aut intelligimus, secundum uirtutem qua operatur in nobis, Ipsi gloria in ecclesia & in Christo Iesu, in omnia secula seculorum, amen. Omnis autem boni deum esse autorem, cuius dona nec incerta sint nec mutabilia, sed ex æterna uoluntate uenientia, Iacobus Apostolus ita loquitur: Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initiū aliquod creaturæ eius. Cui & Zacharias propheta concinit dicens: Saluabit dominus in die illo sicut oues populum suum, quoniam lapides uoluuntur super terram ipsius, quia si quid bonum, ipsius est, etsi quid optimum, ab ipso est. In euangelio uero secundum Matthæū, quod scientiæ & intellectus dona sint dei, quæ quibus uoluerit largiatur, ita dicitur, Tunc accedentes discipuli eius dixerunt: Quare in parabolis loqueris ad eos? At ipse respondens ait illis: quia uobis datum est nosse mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. Iohannes quoque euangelista pronunciat, neminem aliquid boni habere nisi quod de sursum acceperit dicens: Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cœlo. In eiusdem uero euangelio, doctrina est ipsius ueritatis, quod nemo ueniat ad filium,
D nisi attractus à patre, quia uenturum deus & intelligentem & obedientem facit. Nemo, inquit, potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est enim in prophetis: Et erunt omnes dociles dei, Omnis qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me. Et infra: Propter hoc dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi datum fuerit ei à patre meo. In fide autem & in operibus bonis proficere ac perseuerare usque in finem, muneris atque auxilij esse diuini sanctarum scripturarū confirmat autoritas. Etenim scribens Paulus apostolus Philippensibus ait: Confidens hoc ipsum quia qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Huius autem testimonij uirtutē quidam uolens ad sui sensus prauitatem conuertere, ita quod dictum est: qui cœpit in uobis, uolebat intelligi, quasi dictum esset, qui cœpit ex uobis, ut & initium & consummatio operis non ad deum, sed ad hominem referretur, qui & incipere & perficere uoluisset. Sed hanc insanissimam superbiam, in eadem epistola excellentissimus gratiæ prædicator elidit dicens: In nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, uobis autem salutis, & hoc à deo. Quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et iterum: Cum metu, inquit, & tremore uestrā salutem operamini, deus est enim qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Item in prima ad Thessalonicenses docet, ex deo esse principium & profectum cōsummationemq; uirtutū dicēs: Ipse autem deus & pater noster, & dominus Iesus dirigat uiā nostrā ad uos, uos autem dominus multiplicet, & abūdare faciat charitatem in inuicem & in oēs, quēadmodū & nos in uos, ad cōfirmanda corda uestra sine querela in sanctitate uitæ ante deū & patrē nostrū in aduētu domini nostri Iesu Christi cū omnibus sanctis

Iacobi. 1.
Zach. 9.
Matth. 15.
Philip. 1.
Philip. 2.
1. Thess. 5.

A sanctis eius. Ad Corinthios quoq; scribens, & omnium uirtutum proficientem perseuerantiam dei donum esse cōmendans, Gratias, inquit, ago deo meo semper pro uobis in gratia dei quæ data est uobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & sapientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gratia, expectantibus reuelationem domini Iesu Christi, qui & confirmabit uos usque ad finem sine crimine, in diem aduentus domini nostri Iesu Christi. Item ad Romanos de charitate Christi, qua eos quos diligit, inseparabiles facit, id est, usque in finem perseuerantes. Nam quid est aliud perseuerare, quàm tentatione non uinci? Quis nos, inquit, separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Item ad Corinthios de uictoria quam peregit Christus. Stimulus, inquit mortis peccatum est, uirtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum dominū nostrum. Item ad Thessalonicenses de perseuerantia quam deus tribuit, Ipse autem, ait, deus pacis sanctificet uos per omnia, ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in aduentum domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos, qui etiam faciet. Item ad Thessalonicenses, quod omnia bona nostra siue in operando siue in loquendo, & in eis perseuerantia, dona sint dei, ita prædicat dicens: Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternā, &
B spem bonam in gratia, exhortetur & corda uestra, & confirmet in omni opere & sermone bono. De cætero fratres orate pro nobis, ut sermo domini currat & clarificetur, sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis hominibus & malis. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est qui & confirmabit nos & custodiet à malo. Petrus quoque apostolus unde esse uirtutem perseuerantiæ doceat audiamus: Deus autem, inquit, omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos, ipse perficiet, confirmabit solidabitq;, cui est uirtus & potestas in secula seculorum. Iohannes uero Apostolus quod uictoria sanctorum opus dei sit habitātis in sanctis, ita loquitur: Vos ex deo estis filioli, & uicistis mundum, quoniam maior est qui in uobis est quàm qui in mundo. Item idem: Omne quod natum est ex deo, uincit mundum, & hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra. In euangelio autem secundum Lucam, deum dare ut in fide perseueretur, ita promitur: Dixit autem Iesus Petro: Simon Simon ecce satanas postulauit ut uos cerneret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu conuersus confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tentationem. In euangelio quoque Iohannis, de ouibus Christi quæ de manu ipsius à nullo rapiuntur, hæc legimus dicere ueritatē: Sed uos non creditis, quia non estis de ouibus meis. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego noui illas & sequuntur me, & uitam æternā do illis, & non peribunt in æternū, nec quisquā rapiet eas de manu mea. Item in eodem euangelio, de his quos pater dat filio, qui & oēs ueniūt ad filiū, & quorū nullus perit, hæc ipsius domini ore dicūtur: Oē quod dat mihi pater, uenit ad me, & eū qui uenit ad me, nō eiiciam foras, quia descendi de cœlo, nō ut faciā uoluntatē meā, sed uoluntatē eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, nō perdam ex eo quic quam,

1 Cor. 1.
Rom. 8.
1 Cor. 15.
1 Thess. 5.
2. Thess. 2.
2. Thess. 3.
1. Pet. 5.
1. Ioan. 4.
1. Ioan. 5.
Luc. 22.
Ioan. 10.
Ioan. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quam,sed resuscitem illud in nouissimo die.Multa sunt alia in canonicarũ serie scripturarum,quæ uitandæ prolixitatis studio prætermisimus,quoniã quæ assumpsimus nec pauca sunt nec obscura, nec leuia: quibus plenissime declaratur, omnia quæ ad promerendam uitam æternã pertinent,sine gratia dei nec inchoari nec augeri posse nec perfici,& cõtra omnem electionem de libero arbitrio gloriantem,illam inuictissime reniti sententiam dicentis apostoli:Quis enim te discernit? Quid autem habes quod nõ accepisti? Si aũt accepisti,quid gloriaris,quasi nõ acceperis? Igitur profunditas illius quæstionis quam secundũ admirationem apostoli impenetrabilem confitemur,per liberi arbitrij uelle & nolle nõ soluitur,quia licet insit homini bonũ nolle,tamen nisi donatũ non habet bonum uelle,& illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam.Sed quiẽ illud sit,quod hæc eadem natura in omnibus hominibus ante reconciliationem mala,in omnibus misera,non in omnibus iustificatur,& à pereuntibus quãdam sui parte discernitur,ab eo quod uenit quærere & saluare quod perierat,humano sensu prorsus non potest indagari. Quantũlibet enim impiorũ malignitas accusetur resistens gratiæ dei, nunquid probabũtur eam, quibus est collata,meruisse: aut illa uirtus gratiæ quæ sibi quos uoluit subdidit,conuertere eos qui inconuertibiles permansere, nõ potuit? Tales fuerunt qui sunt attracti,quales hi qui in sua duritia sunt relicti.Sed illis tribuit gratia stupenda quod uoluit, istis retribuit ueritas iusta quod debuit, ut iudiciũ dei magis inscrutabile sit in electione gratiæ quàm in retributione iusticiæ. Veruntamen ne illa pars fidei,qua D pie credimus deum uelle ut omnes homines ueritatis agnitione saluentur, per hoc quod de effectibus gratiæ euidenter ostenditur,infirmata uideatur, annitendũ est auxiliante Christo ut nobis stabilitas huius diffinitionis appareat. Sed quia necessariæ inquisitionis negocium non leuem operam sibi poscit impendi,secuturam disputationem ab exordio alterius uoluminis inchoëmus.

1 Cor. 4.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM.

Quod tria sint quibus in quæstione superius disputata inhæreri debeat.Quódque deus iustus sit ordinator, & quemadmodum secundum ea quæ prædicatoribus à domino iussa sunt,nullarum nationum facta sit discretio,nemoq; sit exceptus, sed ad omnes homines missum sit euangelium, & gratia salutaris dei omnibus hominibus apparuerit.Et de mysterio eius quod dictum fuit apostolis:In uiam gentium ne abieritis &c.ac de occultis dei iudicijs in hominũ uocatione. Cap.I.
Quod ad ipsam cognitionem ueritatis & perceptionem salutis,non quisquam suis meritis,sed ope & opera diuinæ gratiæ perueniat. Cap. II.
De consideratione differentiarum, quibus diuinæ gratiæ opera, & dona uariata sunt. Cap. III.
Quod auersio à deo non sit diuinæ cõstitutionis,sed propriæ uoluntatis. Cap.IIII.
Quod etiam ante aduentum Christi nationes quæ alienatæ à conuersatione Israël spem non habebant,ob hoc non sint excusabiles.Et quomodo propter persecutiones bonorum Christus populum suum auxerit. Cap. V.
Quod Christus pro omnibus impijs & peccatoribus mortuus fuerit. Cap. VI.
Quomodo

A Quomodo mysterium uocationis gentium prophetis fuerit cognitum & apostolis Caput VII.
Quare tanta multitudo non regeneratorum infantium à perpetua alienetur salute. Caput VIII.
Quomodo gratia tanquam famulam & receptricem donorũ suorum præparet uoluntatem. Cap. IX.
De recapitulatione in hoc secundo libro diffinitorũ,& operis conclusione,quemadmodum uidelicet deus omnes homines uelit saluos fieri. Cap. X.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM LIBER SECVNDVS.

Quod tria sint quibus in quæstione superius disputata inhæreri debeat, Quodq; deus iustus sit ordinator, & quemadmodũ secundum ea quæ prædicatoribus à domino iussa sunt, nullarũ nationum facta sit discretio,nemoq; sit exceptus,sed ad omnes homines missum sit euangeliũ, & gratia salutaris dei omnibus hominibus apparuerit.Et de mysterio eius quod dictum fuit apostolis:In uiam gentium ne abieritis &c.ac de occultis dei iudicijs in hominum uocatione. Caput I.

B REMOTIS abdicatisq; omnibus concertationibus quas intemperantium disputationum gignit animositas,tria esse perspicuum est, quibus in hac quæstione de qua secũdum uolumen incipimus, debeat inhæreri. Vnum quod profitendum est, deum uelle omnes homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Alterum quod dubitandum non est, ad ipsam cognitionem ueritatis & perceptionem salutis,non suis quenquam meritis,sed ope atque opere diuinæ gratiæ peruenire. Tertium quod confitendum est,altitudinem iudiciorũ dei, humanæ intelligentiæ,penetrabilem esse non posse,Et cur non omnes saluet,qui omnes uult saluos fieri,non oportere disquiri. Quoniam si quod cognosci nõ potest non quæratur, inter primam ac secundam diffinitionem non remanebit causa certaminis, sed secura ac tranquilla fide utrunq; prædicabitur, utrunque credetur. Deus quippe apud quem non est iniquitas,& cuius uniuersæ uiæ misericordia & ueritas, omnium hominum bonus conditor, iustus est ordinator, neminem indebite damnans, neminem debite liberans, nostra plectens cum punit noxios, sua tribuens cum facit iustos,ut obstruatur os loquentium iniqua,& iustificetur deus in sermonibus suis, & uincat cũ iudicatur: nec damnati iusta querimonia, nec iustificati uerax est arrogantia,si uel ille dicat nõ meruisse se pœnam,uel iste asserat meruisse se gratiam. Sicut autem ea quæ ad manifestationem gratiæ ex diuinis proferuntur eloquijs,nulla pẽsant ratione, differendi arte uiolari, ut perspicue consonantesque in tanta numerositate sententiæ ad aliquod prauæ interpretationis trahantur incertum:ita etiam quod de saluatione omnium hominum in eodem scripturarum cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

C pore reperitur,nulla cõtraria argumentatione temerandũ eſt, ut quanto hoc ipſum
difficiliore intellectu capitur,tanto fide laudabiliore credatur.Magna enim fortitu/
do eſt conſenſionis,cui ad ſequendam ueritatem autoritas ſufficit etiam latente ra/
tione.Proinde uigilanter cõſideremus,prædicatoribus euangelij quid à domino iu/
Matth.28. beatur. Secundũ Matthæum quippe ſic ait: Data eſt mihi poteſtas omnis in cœlo
& in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & fi
lij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunq; mandaui uobis. Et ecce
uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Secundũ Marcũ
Marci.16. uero eiſdem apoſtolis ita dicitur:Ite in orbem uniuerſum,prædicate euangeliũ uni/
uerſæ creaturæ,& qui crediderit,& baptizatus fuerit ipſe ſaluus fiet,qui uero non cre
diderit,damnabitur.Nunquid hac præceptione ullarum nationum ullorumue ho/
minum facta diſcretio eſt? Neminem merito excepit,neminẽ ſeparauit genere,ne/
minem conditione diſtinxit.Ad omnes prorſus homines miſſum eſt euangeliũ cru
cis Chriſti, & ne prædicantium miniſteria humano tantum uiderentur opere pera/
genda:Ecce ego,inquit,uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem
ſeculi.Id eſt,cum ſicut oues introieritis in medio luporũ,nolite de ueſtra infirmitate
trepidare, ſed de mea poteſtate confidite, qui uos uſq; ad conſummationẽ ſeculi in
hoc opere non derelinquã. Non ad hoc ut nihil patiamini,ſed quod multo maius
eſt,præſtiturus ut nulla ſæuientium crudelitate ſuperemini. In mea enim poteſtate
prædicabitis,& per me fiet,ut inter contradicentes, inter furentes,Abrahæ filij de la
pidibus ſuſcitentur.Ego inſinuabo quod docui,ego faciam quod promiſi. Tradent
enim uos in conciliis,in ſynagogis ſuis flagellabũt uos,& ante reges & præſides ſta
D Matth.10. bitis propter me in teſtimoniũ illis & gentibus. Cum autem tradent uos,nolite co/
gitare quomodo aut quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini,ſed ſpiri/
tus patris ueſtri qui loquitur in uobis.Tradet enim frater fratrem in mortem,& pa
ter filium,& inſurgent filij in parentes,& morte eos afficient.Et eritis odio omnibus
hominibus propter nomẽ meum. Qui aũt perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus
erit.Apparuit ergo(ut apoſtolus ait)gratia ſalutaris dei omnibus hominibus,& ta/
men miniſtri gratiæ odio erant omnibus hominibus: & cum alij eſſent qui oderãt,
alij qui odijs perſequentiũ premebantur, neutra tamen pars nuncupatione omniũ
hominũ priuabatur,habente quidem ſalutis ſuæ damnũ rebelliũ portione,ſed ob/
1.Ioan.2. tinente plenitudinis cenſum fideliũ dignitate.Dicit enim Iohannes apoſtolus: Sed
& ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtũ iuſtum, & ipſe
eſt propitiatio pro peccatis noſtris,nõ pro noſtris aũt tantum,ſed etiam pro totius
mũdi.Magni aũt & inenarrabilis ſacramẽti myſteriũ eſt,quod prædicatoribus qui
Marci.16. bus dictum eſt:Ite in orbem uniuerſum,& prædicate euangeliũ uniuerſæ creaturæ,
Matth.10. ijſdem prius dictum fuerat:In uiam gentiũ ne abieritis,& in ciuitates Samaritano/
rum ne introieritis,ſed potius ite ad oues quæ perierũt domus Iſraël.Quamuis eũ
ad omniũ hominũ uocationẽ euangeliũ dirigeretur,omnesq; dominus ſaluos fieri
& in agnitionẽ ueritatis uellet uenire, nõ tamen ſibi diſpenſationũ ſuarũ abſtulerat
poteſtatem,ut aliter quàm occulto iuſtoq; iudicio ſtatuerat,conſilij ſui ordo decur/
reret.Vnde locum nõ habent contumaciũ murmura querelarũ, quia quod deus fie
ri uoluit,conſtat nõ aliter fieri debuiſſe quàm uoluit. Poſteriore uero tempore cum
iam dominus Ieſus in dei patris gloria conſideret,& prædicatores uerbi ſuſcepto ne
gocio

A gocio deſeruirent,uolentes apoſtoli euangelizare uerbũ in Aſia,uetiti ſunt ab ſpiri/ Act.16.
tu ſancto,& diſponentes ire in Bithyniam,prohibiti ſunt ab ſpiritu Ieſu, non utiq;
negata illis populis gratia,ſed quantũ aparuit retardata. Nam poſtea etiam apud
ipſos fides Chriſtiana conualuit.Quæ autẽ fuerit differendæ uocationis cauſa,non
claret, & tamen rei geſtæ docemur exemplo, quod inter generalia uel promiſſa uel
opera uel præcepta,quædam deus à cõmunibus excepta cauſis occultiore nouit or/
dinare ratione,credo ut interpoſitis quibuſdam obumbrationibus ea quæ ſecretius
micant,mirabilius innoteſcãt,ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi,& quo
dammodo dormitet aſſuetis,ſi non excitetur inſolitis.Has aũt incognoſcibiles illu/
minationum dilationes,inter quas utiq; multi in infidelitate deficiunt, nõ ſolum in
populis remotioribus impiorũ, ſed etiam in ciuitatibus fidelium per plurimas do/
mos ac familias nouimus fieri,dum Chriſtianæ fidei etiã qui Chriſtiani futuri ſunt
aduerſantur.Multi enim quod oderunt,amabunt, quod nõ recipiunt prædicabũt.
Et quis inter hæc querulis aut curioſis notum faciet, cur adhuc ſol iuſticiæ quibuſdã
gentibus non oriatur,& à tenebroſis cordibus etiam nunc radios ſuos ueritas reue/
landa cõtineat? Cur corrigendi tam diu ſinantur errare,& quod ſenibus in fine præ
ſtandum eſt,per tam longam non tribuatur ætatem? Cur filijs iam in Chriſtũ cre/
dentibus necdum credant parentes? Et rurſum à religioſis parentibus ſoboles pra/
ua diſcordet? Cum tamen deo qui initiorum fidei incrementiq; largitor eſt,ſecun/
dum ipſius præceptũ quotidie pro oĩbus ſupplicetur,ut et ſi exaudit,nota ſit gra/
B tia miſerationis,et ſi non exaudit,intelligatur iudicium ueritatis.Sed ne in præteri/
nem ubiq; diffuſa eſt,& de qua ſcriptũ eſt:Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, Pſal.76.
defuit mundo.Quamuis enim ſpeciali cura atq; indulgentia dei populum Iſraëliti/
cum conſtet electum,omnesq; aliæ nationes ſuas uias ingredi, hoc eſt ſecundũ pro
priam permiſſæ ſint uiuere uoluntatẽ, non ita ſe tamen æterna creatoris bonitas ab
illis hominibus auertit, ut eos ad cognoſcendum ſe atq; metuendum nullis ſignifi/
cationibus admoneret.Cœlum quippe ac terra & mare omnisq; creatura quæ uide
ri atq; intelligi poteſt, ad hanc præcipue diſpoſita eſt humani generis utilitatem,ut
natura rationalis de contemplatione tot ſpecierum,de experimentis tot bonorũ,de
perceptione tot munerũ,ad cultum & dilectionem ſui imbueretur autoris,implen/
te omnia ſpiritu dei,in quo uiuimus mouemur & ſumus. Quoniam etſi longe eſt à Act.17.
peccatoribus ſalus,præſentia tamen ſalutis ipſius ac uirtute nihil uacuum eſt. Igitur
ſicut dicit propheta: Miſericordia domini plena eſt terra, quæ nullis unquã ſeculis, Pſal.32.
nullis generationibus defuit,eamq; prouidentiam qua uniuerſitatem rerum admi/
niſtrat & continet,regendis alendisq; naturis ſemper impendit,diſpoſitum habens
ex incõmutabilis æternitate conſilij,quibus quidq; temporibus diſtribueret, & mul
tiformis gratiæ ſuæ inſcrutabiles inueſtigabilesq; menſuras,per quæ dona ac ſacra/
menta uariaret.Sicut enim iſta gratiæ largitas quæ in oĩes gentes nouiſſime efflu
xit,non euacuat eam quæ ſuper unum Iſraël ſub lege rorauit, nec præſentes diuitiæ
fidem præteritæ abrogant parcitati:ita nec de illa cura dei, quæ patriarcharum filijs
propríe præſidebat,conijciendũ eſt, gubernacula diuinæ miſericordiæ cæteris homi
nibus fuiſſe ſubtracta. Qui quidem in comparatione electorum uidentur abiecti,
ſed nunquã ſunt manifeſtis occultisq; beneficijs abdicati.Legimus enim in actibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C apostolorum Paulum & Barnabam apostolos Lycaonijs dicere: Viri quid hæc fa-
Act.14. citis? Et nos mortales sumus similes uobis homines, annunciantes uobis ab his ua-
nis conuerti ad deum uiuum, qui fecit cœlum & terrã & mare, & omnia quæ in eis
sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi uias suas. Et
quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo, dans plu-
uias & tempora fructifera implens cibo & lætitia corda uestra. Quod est autẽ hoc
testimonium quod semper domino deseruiuit, & nunquam de eius bonitate ac po
testate conticuit, nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo & inenarrabilium
beneficiorum eius diues & ordinata largitio, per quæ humanis cordibus quædam
æternæ legis tabulæ præbebantur, ut in paginis elementorũ, ac uoluminibus tempo
rum, cõmunis & publica diuinæ institutionis doctrina legeretur? Cœlum ergo cun
ctaq; cœlestia, mare & terra, omniaq; quæ in eis sunt, cõsono speciei suæ ordinatio-
nisq; concentu protestabantur gloriam dei, & prædicatione perpetua, maiestatem
sui loquebantur autoris. Et tamen maximus numerus hominũ qui uias uoluntatis
suæ ambulare permissus est, non intellexit, nec secutus hanc legem est, & odor uitæ
qui spirabat ad uitam, factus est ei odor mortis ad mortem, ut etiam in illis uisibili
bus testimonijs disceretur, quod litera occideret, spiritus autem uiuificaret.

Quod ad ipsam cognitionem ueritatis, & perceptionem salutis non quisquã suis meritis, sed ope & opera diuinæ gratiæ perueniat. Cap. II.

D QVOD ergo in Israël per constitutionem legis & prophetica eloquia ge-
rebatur, hoc in uniuersis nationibus, totius creaturæ testimonia & boni-
tatis dei miracula semper egerũt. Sed cum in illo populo cui utraq; eru-
ditio præfuit, nemo nisi gratia iustificatus sit per spiritum fidei, quis am-
bigat eos qui de quibuscunq; nationibus quibuslibet temporibus deo placere po-
tuerunt, spiritu gratiæ dei fuisse discretos? Quæ etsi partior antea atq; occultior fuit,
nullis tamen seculis se negauit uirtute una, quantitate diuersa, consilio incõmutabili,
opere multiformi. Nam & in his diebus quibus totum mundum ineffabiliũ dono-
rum flumina rigant, non idem modus omnibus, nec eadẽ mensura confertur. Quã-
uis enim per ministros uerbi & gratiæ dei eadem cunctis ueritas prædicetur, eadem
cohortatio adhibeatur, dei tamen agricultura est, dei ædificatio, cuius uirtus inuisi-
biliter agit, ut incremẽto proficiat quod ædificatur aut colitur. Sicut attestatur Pau
1.Cor.3. lus apostolus dicens: Quid igitur est Apollo? quid uero Paulus? Ministri eius cui
credidistis, & unicuique sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus
incrementum dedit. Itaq; neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui in-
crementum dat, deus. Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt. Vnusquisq; autẽ
propriam mercedem accipiet secundũ suum laborem. Dei enim sumus adiutores,
dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Agriculturæ ergo huius atque ædificationis
intantum quisq; adiutor & operarius ac minister est, inquantum unicuiq; dominus
dederit. Et hi qui ministrorũ labore excoluntur, ad eum proficiũt modum ad quem
illos incrementi autor euexerit. In agro enim domini non uniformis, nec una plan-
tatio est. Et quamuis in unum decorem totius templi structura conueniat, nõ idem
tamen locus est, nec idem usus omnium lapidum, sicut & in uno corpore nõ omnia
membra eundem actum habent, dicente apostolo: Nunc autem posuit deus mem
bra

A bra, & unumquodq; eorum sicut uoluit. Hæc uero membra unde apta, unde uti-
lia, unde sint pulchra, idem doctor exponit dicens: Ideo notum uobis facio, quod
nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominũ
Iesum nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt, idem autem spiri-
tus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & diuisiones opera
tionum sunt, idem uero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem
datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij quidem per spiritum datur sermo sa
pientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spi-
ritu, alij operatio uirtutum, alij prophetatio, alij discretio spirituum, alij genera lin
guarum, alij interpretatio sermonũ, hæc autem omnia operatur unus atque idem
spiritus, diuidens singulis prout uult. Hæc magistro gentium tanta luce, tanta eui
dentia prædicante, qua ratione, qua causa dubitandum est, an omnium nobis uir
tutum germen ex deo sit, uel quis nisi insipientissimus de differentia diuinorum
munerum conqueratur, aut imparibus ascribendum meritis arbitretur, quod non
æqualiter de superna liberalitate confertur? Si enim hæc distributio secundũ præ-
cedentium operum merita proueniret, non ipsorum donorum catalogum tali con
clusione apostolus terminaret, ut diceret: Hæc autem omnia operatur unus atq; 1.Cor.12.
idem spiritus diuidens singulis prout uult. Vbi utique si meritorum causas uoluis-
set intelligi, diceret: Diuidens singulis prout merentur, sicut plantatoribus aut ri- 1.Cor.3.
gatoribus præmium deuotionis spopondit dicens: Vnusquisq; autem propriam
mercedem accipiet secundum suum laborem. Datur ergo unicuique sine merito,
B unde tendat ad meritum, & datur ante ullum laborem, unde quisque mercedem
accipiat secundum suum laborem. Quod ita esse etiam euangelicæ ueritatis testi-
monio agnoscitur, ubi per comparationem dicitur: Quod homo peregre profici- Matth.25.
scens uocauit seruos suos, & tradidit illis substantiam suam, & uni dedit quinque
talenta, alij autem duo, alij uero unum, unicuique secundum propriam uirtutem,
id est, secundum propriam & naturalem possibilitatem, non autem secundum
proprium meritum, quia aliud est posse operari, aliud operari, & aliud est posse
habere charitatem, aliud habere charitatem, & aliud est capacem esse continentiæ,
iusticiæ, sapientiæ, aliud uero esse continentem, iustum atque sapientem. Non ita
que omnis reparabilis reparatur, nec omnis sanabilis sanatus est, quia reparabi-
lem & sanabilem esse de natura est, reparatum autem & sanatum esse, de gratia
est. Deniq; isti quibus secundum modulum capacitatis suæ quem in eis distribu-
tor substantiæ præuidebat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti re
munerationem, sed operis accipere materiam. In qua duorum seruorum uigilan-
tissima industria, non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in æterna
domini sui gaudia intrare præcipitur. Tertij uero pigrum ocium, & desidiosa ne-
quitia sic punitur, ut & uituperationis dedecoretur opprobrio, & portione quam
acceperat, exuatur. Dignus enim erat perdere inutilem fidem, qui non exercuerat
charitatem. Vnde & in subsequenti sermone quo apertissime declaratur futuri for
ma iudicij, sedente filio hominis in sede maiestatis suæ, antequam facta congre-
gatione omnium gentium, alij ducuntur ad dexteram, alij ad sinistram constitu-
endi, laudatis dextris de operibus charitatis, nihil aliud sinistris obijcitur quàm mi

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sericordiæ beneuolentiæq; neglectus. Acceperant ergo etiam isti fidem, sed non
sectati fuerant dilectionem, nec de non aucto munere da/
mnabuntur. Quamuis enim omnia bona, dona sint dei, à deo tamen quæ/
dam etiam non petita tribuuntur, ut per ipsa quæ accepta sunt, ea quæ nondum
sunt donata, quærantur. Semen quippe quod iacitur in terram, non ob hoc seri/
tur, ut ipsum solum maneat, sed ut fructum afferendo, multiplex atque nu/
merosum sit. Cui quidem profectus ab illo est qui dat incrementum, sed terra
uiuens & de gratia iam imbre fœcunda, habet quod ipsa expectetur ad id quod
accepit, augendum.

De consideratione differentiarũ quibus diuinæ gratiæ opera & do/ na uariata sunt. Caput III.

Ne recte (ut arbitror) quantum dominus tribuit, pertractatis, ad id
unde digressa est disputatio, reuertamur, ad considerationẽ scilicet dif/
ferentiarũ quibus diuinæ gratiæ opera ac dona uariata sunt. Altitudo
quippe diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, cuius inscrutabilia sunt
iudicia & inuestigabiles uiæ, sic semper misericordiam suam & iudicium tempera/
uit, ut secretissima æterni consilij uoluntate noluerit in omnibus super omnes ge/
nerationes aut super omnes homines, æquales donorum suorum esse mensuras.
Si quidem aliter eos iuuerit, quos ad cognoscendum se, cœli & terræ testimonijs
conueniebat: aliter illos quibus non solum elementorum famulatu, sed etiam do/
D ctrina legis, prophetarum oraculis, miraculorum signis, & angelorum coopera/
tionibus consulebat, Et multo magis aliter misericordiam suam uniuersis homi/
nibus declarauerit, quando filius dei factus est filius hominis, ut inueniretur ab
eis qui eum non quærebant, & appareret his qui illum non interrogabant, & non
in uno tantum populo Israeliticæ stirpis excelleret, sed in omni gente quæ est sub
cœlo, multiplicatum Abrahæ semen oriretur, in quam hæredum successionem nõ
filij carnis, sed filij promissionis intrarent. Et quanta in præteritis seculis super cæ/
teras nationes, tanta nunc esset in gente Iudæa, parcitas gratiæ: Cum tamen in/
troducta plenitudine gentium, etiam ipsorum ariditati earundem rigationum in
undatio spondeatur. Quæ itaque causæ sint harum sub eadem gratia dissimilitu/
dinum, quæue rationes, sanctis scripturis non loquentibus quis loquetur? Et
cum in eis scientia Pauli Apostoli à disputatione transeat ad stuporem, cuius erit
tanta præsumptio, qui hæc differendo existimet aperienda potius quàm silentio
miranda? Patienter igitur & æquanimiter ignoretur tam remotũ ab humana co/
gitatione secretum, nec tamen quia nequeunt clausa penetrari, ideo etiam reserato
rum est prætereundus introitus. Manifestauerunt enim diuinorum eloquiorum
multæ autoritates, & continua omnium seculorũ experimenta docuerunt, iustam
dei misericordiam, misericordemq; iusticiam, nec alendis unquam corporibus ho
Matth.5. minum nec docendis iuuandisq; eorum mentibus defuisse. Semper etenim pluit
super bonos & malos, semper solem suum oriri fecit super iustos & iniustos, sem/
per uitales auras præbuit, semper diei & noctis uicissitudines minist/auit, uberta/
tem agris, multiplicationem seminibus, fœcũditatem generandis hominibus sem/
per

A per impendit. Et si quando aliquid horum minuit, benignis correptionibus auer/
sionem desidiámque male utentium castigauit, ut miserationes eius quærerent in
aduersis, cuius iusticiam non timuerant in secundis. Denique si ad ipsa mundi ex
ordia recurramus, inueniemus omnium sanctorum qui diluuium præcesserunt, dei
spiritum fuisse rectorem, propter quod & filij dei nominati sunt. Quoniam si/
cut ait Apostolus: Quicunque spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Et cum ij/ Rom.8.
dem neglecta obseruantia patrum, illicitis se reproborum connubijs miscuissent,
atque ob nefariam societatem digni exterminio iudicarentur, dominus ait: Non Gen.6.
permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt. Vnde appa/
ret quod iste populus cuius generationes discreto ordine cum annorum nume/
ro digeruntur, spiritalis antea fuit, ea utique uoluntate cui spiritus sanctus præ
sidebat, sic impendens moderaminis sui regimen, ut declinandi ad uitia non
adimeret potestatem, qua potestate hic populus ii non uteretur, non relinque/ Eccle.31.
ret deum, nec relinqueretur à deo, essetq; ille de quo dictum est: Felix qui po/
tuit transgredi, & non est transgressus. Quandiu ergo apud deum mansit, ea
uoluntate mansit, quam deus inspirauit & rexit. Præparatur enim sicut scri/
ptum est, uoluntas à domino. Sed huius præparationis non unus semper pro/
uectus, nec una mensura est. Quoniam multis modis & innumerabilibus diffe/
rentijs, gratiæ opera & dona uariantur, inq; ipsis singulis generibus munerum, dif
similes sunt gradus & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum
atque lignorum quæ terra producit, non una species, nec unum in omnibus ge/
B nus est, sed singula quæque in sui seminis forma & in suæ stirpis qualitate gignun/
tur, plenum autem decorem non statim ut æduntur accipiunt, sed certis & ordina/
tis prouehuntur augmentis, donec ad perfectam sui habitus quantitatem per suc/
cedentia sibi incrementa perueniant, Ita & semina charismatum plantæq; uirtu/
tum non in omni agro cordis humani totum hoc pariter quod sunt futura nascun/
tur, nec facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exerit
quidem frequenter potens & misericors deus mirabiles istos suæ operationis ef/
fectus, & quibusdam mentibus non expectata profectuum mora, totum simul
quicquid collaturus est, inuehit. In Abrahæ lumbis Leui sanctificatur, & simul Hebr.7.
cum eo domus Aaron, & sacerdotalis ordo benedicitur. In Isaac de repromis/
sione concepto, & contra spem sterilium senum nato, omnium gentium uoca/
tio, & tota Christi forma præconditur. Iacob nullo merito suffragante dilectus,
priusquam nascatur eligitur. Hieremiæ dicitur: Priusquam te formarem in utero, Hier.1.
noui te, & priusquam exires de uulua, sanctificaui te. Iohannes intra Helizabet ma Luc.1.
tris uiscera spiritu sancto repletus exultat, & ut nullus inter natos mulierum maior
sit, prius sentit initia gratiæ quàm naturæ. Sed cum & alia similium documento/
rum exempla non desint, quæ breuitatis studio præterimus, multo tamen crebrior,
multóque numerosior pars illa hominum est, cui particulatim quicquid superna
largitas donat accrescit, ut conferendorum munerum causæ de his quæ sunt col/
lata, pariantur. Quidam accepta fide diffidentia non carent, quam utique in/
esse sibi nouerat qui dicebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Marc.9.
Quam nec illi abesse penitus à suis animis sentiebant, qui dixerunt: Domine au/ Luc.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ge nobis fidem. Quidam quod credunt, non intelligunt, & multi eorum diu in
ſuæ ſimplicitatis modulo detinentur. Multi uero cito intellectus lumen accipiunt.
Ipſa autem intelligentia non in omnibus eundem habet uigorem, aut ſimilem
facultatem. Et plurimi cum & fide & intellectu uideantur ornati, laborant tamen
indigentia charitatis: Et his quæ fide & intellectu uident, nequeunt inhærere, quo
niam perſeuerari in eo non poteſt, quod non toto corde diligitur. Donum quo
que ipſius charitatis non ſemper eiuſmodi eſt, ut quicquid ad plenitudinem ipſius
pertinet, ſimul à percipiente ſumatur. Eſt enim amor qui poteſt alio amore ſupe
rari. Et ſæpe dilectio dei ex mundi dilectione marceſcit, niſi ad eum feruorem
ſpirituſancto inflammante profecerit, qui nullo extingui frigore, nullo poſſit te
pore languere. Cum itaque in hoc inenarrabili dono dei omnium ſumma dono
rum, & quædam ſit cunctarum uita uirtutum, ad hoc cætera conferuntur, ut ha
beat animæ fidelis intentio, per quæ ad perfectam charitatem poſſit eniti. Quæ
quoniam non ſolum ex deo, ſed etiam deus eſt, ſtabiles & perſeuerantes atque
inſuperabiles facit, quos flumine ſuæ uoluptatis impleuerit. Qui autem iſtarum
aquarum dulcedinem neſciunt, & adhuc de mundi huius torrentibus bibunt, aut
etiam ſi aliquid primoribus labris de uitæ fonte guſtauerunt, inebriari tamen au
reo babylonis calice delectantur, ſuo prorſus decipiuntur arbitrio, ſua uoluntate
labuntur, etſi in hac deſidia perſeuerant, ipſi ſe his quæ accepere, diſpoliant. Fa
cile enim quælibet bona ſine charitate poſſunt perire, quæ non poſſunt ſine cha
ritate prodeſſe.

D

Quod auerſio à deo non ſit diuinæ conſtitutionis, ſed propriæ uoluntatis. Caput IIII.

HAEC autem ſummatim breuiterq; perſtricta ad id ualeant, ut certiſſi
me nouerimus, nullum fidelium à deo non diſcedentem relinqui, ne
que cuiuſquam ruinam ex diuina eſſe conſtitutione diſpoſitam, ſed
multis qui iam iudicio rationis utuntur, ideo liberum eſſe diſcedere, ut
non diſceſſiſſe ſit præmium, & ut quod non poteſt niſi cooperante ſpiritu dei fieri,
eorum meritis deputetur, quorum id potuit uoluntate non fieri. Quæ uoluntas
in malis actionibus ſola eſſe poteſt, in bonis autem ſola eſſe non poteſt. Quam
uis em̃ ſecundum naturam ſit homini, ut bonæ ſit uoluntatis, uitium tamen quod
per malam uoluntatem irruit in naturam, non naturæ ſuperatur uirtute ſed gratiæ.
Regebatur ergo primus ille populus dei, ſpiritu dei, & à maledicti ac prædãnati po
puli ſocietate ac moribus per eruditionẽ ſanctiſpiritus abſtinebat, cuſtodiẽs diſcre
tionem ſui à permixtione carnalium, quorũ mala tam diu ſuſtinuit patiẽtia dei, q̃
diu boni per id quod eos non imitabãtur, placere potuerunt. Vbi uero etiam boni
malorũ imitatione corrupti ſunt, & per uoluntatis defectum in eãdem nequiciam
conſpirauit uniuerſitas, quos excepta Noe domo, una impietas prophanauit, ſentẽ
tia una deleuit. Bonitas autem dei ne illi quidem parti defuit, quæ in charitate non
ſtetit, & ab initio ſui ueneno diabolici liuoris intumuit. Pricipem enim gẽtis impiæ
ſancti fratris meritis inuidentem, cædemq; eius parricidali corde meditantẽ, digna
Gen.4. tur dominus paterno mitigare conſilio, dicens ad Cain: Vt quid triſtis factus es
ut quid

A ut quid concidit uultus tuus? Nónne ſi recte offeras, recte autem non diuidas pec
caſti? Quieſce. Ad te enim erit conuerſio eius, & tu dominaberis eius. Depone, in
quit, ortam de inuidiæ æmulatione triſtitiam, & flammas odij crudelis extingue.
Nihil tibi Abel nocuit, nec mihi placendo te læſit, deſpexi munera tua meo iudi
cio, non illius uoto. Opus enim bonum negligenter egiſti, recta fuiſſet oblatio
tua, ſi fuiſſet recta diſcretio. Sciens cui offerres, ſcire debueras quid uoueres.
Non digne inter me & te diuiſiſti, quoniam tibi electiora ſeruaſti. Tuus ergo hic er
ror eſt, tuumq; peccatum, quieſce & noli in inſontem fratrem moueri, ad te potius
tua culpa reuocetur: noli peccato regnũ in te dare, ſed tu potius in ipſum ſume do
minatũ. Pœnitendo enim nec in maius facinus progredieris, & ab eo in quo te do
les diſplicuiſſe, mundaberis. Cum ergo taka ad Cain loqueretur deus, nunquid am
biguum eſt uoluiſſe eum, & quantũ ad medendi modum ſufficiebat egiſſe, ut Cain
ab illo impietatis furore reſipiſceret? Sed malicia pertinax inde facta eſt inexcuſa
bilior, unde debuit eſſe correctior. Et utique præſciebat deus, ad quem finem inſa
nientis eſſet progreſſura conceptio. Neque ex eo quod falli ſcientia diuina non po
terat, neceſſitate peccandi urgebatur facinus uoluntatis, à cuius utique intentione at
que effectu potuit incolumitas Abel illæſa defendi, niſi placuiſſet deo cum magna
laude patientiæ ſuæ, ut temporalis furor impij, fieret perpetuus honor iuſti. Poſte
ris uero iſtius fratricidæ, quamuis in progenitoris ſui moribus uiuerent, nunquam
ſe diuinam bonitatem negaſſe, quis non facile aduertat, ſi conſideret quantum eis
prodeſſe potuerit tam longa patientia dei, tam diues bonorum temporalium co
B pia, & multiplicatæ fœcunditatis tam numeroſa propagatio? quæ beneficia licet ob
durati nihil remedij & emendationis attulerint, probant tamẽ auerſionem eorum
non diuinæ fuiſſe conſtitutionis, ſed propriæ uoluntatis. In conſeruatione autem
Noë filiorumq; eius & nuruum in quibus omnium gentium ſeminarium diſpone
batur, quanta diuinæ gratiæ opera reuelata ſint, ſancta ſcriptura manifeſtat, dum
in illa mirandæ capacitatis arca, uniuerſi generis animalium quantum reparationis
aderat, receptrice, cõgregatura ad ſe omne hominum genus eccleſia figuratur, dum
per lignum & aquam redemptio crucis Chriſti & ablutio regenerationis aperitur.
Dum in his qui ex illa mundi uaſtatione ſaluati ſunt, omnium gentium plenitudo
benedicitur. Dum donum fœcunditatis iteratur, & ſolo eſu ſuffocatorum & ſan
guinis interdicto, libertas edendi quod placuerit, augetur, ſalutiſq; ſecuritas in te
ſtimonio uerſicoloris arcus, hoc eſt in ſigno multiformis gratiæ conſecratur. Quæ
utique myſteria atque ſacramenta non unius tantum familiæ pauciſſimos tunc ho
mines, ſed in ipſis omnes eorum poſteros imbuebant, ut quod eruditioni impen
debatur parentũ, proficeret ſcientiæ filiorum. Iam uero procurrente humanæ pro
pagationis augmento, cum ipſa mortalium numeroſitas de ſuis multiplicationi
bus ſuperbiret, & ſecundum elationis ſuæ altitudinem cœlo cuperet molem immo
dicæ inſtructionis inſerere, quàm mirabilis erga cohibendam hãc inſolentiam fuit
diuinæ cenſura iuſticiæ? Quæ unam illorum populorum loquelam notis ſibi inui
cem ſignificationibus conſonantem, ſeptuaginta & duarum linguarum uarietatẽ
confudit, ut & inter diſſonas uoces operantium pereunte concordia, inſanæ tho
litionis machina ſolueretur, & habitando orbi terrarum daret incolas malæ con
gregationis oportuna diſperſio. In iſto autem opere prouidentiæ dei præordina
bantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bantur miracula gratiæ Christianæ, quæ omnem hanc dispersionē in illius ædifica-
tionis erat uocatura cōpagem, in qua omne genu flectitur deo, & omnis lingua con-
Philip.2. fitetur, quoniam Iesus in gloria dei patris est. Hanc latitudinem gratiæ in plenitudi-
ne dispositorum temporum reuelandæ, facta ad Abrahā promissio dei signis iam
luculentioribus indicabat, quando duplex eius successio, filij scilicet carnis & filij pro-
missionis multitudini arenarū comparabatur & siderum, & uir senex per annosam
uxoris sterilitatē ab spe iam prolis alienus, credebat laudabili fide per germen uni-
us filij patrem futurum esse se mundi, prospiciens illum in semine suo, imò consp-
Ioan.8. ciens qui dixit: Abrahā diem meum uidit, & gauisus est. Qua fide Abrahā cum iu-
stificaretur, nondum mandatum circumcisionis acceperat, sed cum esset in præputio
naturali, reputata est fides eius ad iusticiam, & eadem fides signaculum circumcisio-
nis acceperat in eo corporis membro, per quod semen procreationis peruenturum
erat ad eam carnē, in qua sine carnali semine dei filius deus uerbū caro fieret, ac de
Abrahæ filia Maria uirgine nasceretur assumptis omnibus in huius natiuitatis con-
sortiū, qui in Christo p spiritū sanctū regenerati, qd' Abrahā credidit credidissent.

Quod etiam ante aduentū Christi nationes quæ alienatæ à cōuersa tione Israël, spem non habebant, ob hoc non sint excusabiles. Et quomodo propter persecutiones bonorū Christus populū suū auxerit. Cap. V.

AEC autem fides, antequam ueniret, hoc semen de quo Abrahæ dictū
Gen.12. est: In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, intra unius stirpis
D populum continebatur, uigente apud ueros Israëlitas spe redemptio-
nis nostræ, quoniam etsi fuerunt ex alienigenis quos temporibus legis
ueritas illustrare dignata sit, tam pauci fuerunt, ut uix cognoscantur an fuerint. Ne-
que ob hoc excusabiles sint nationes, quæ alienatæ à conuersatione Israël spem nō
habentes, & sine deo in hoc mundo, sub ignorantiæ tenebris perierunt, quia hæc
abundantia gratiæ quæ nunc uniuersum mundum rigat, pari antea largitate non
fluxit. Adhibita enim semper est uniuersis hominibus quædam supernæ mensura
doctrinæ, quæ etsi parcioris occultioris q; gratiæ fuit, sufficit tamen sicut dominus
iudicauit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium, ut non dubie, sed
euidenter appareat, quod nisi ubi abundauit peccatū, superabundaret gratia, nunc
quoque uniuersum genus humanum similis obcæcaret impietas. An forte ut pleri-
que garriunt, meliora quàm ueterum ingenia nostris seculis orta sunt, & aptiores
diuinis donis animas tempora extrema pepererunt. Quod etiam si ita esset, ad
bonitatem id referendum esset autoris, qui uocandis ad uitam æternam populis,
ea quæ non reniterentur, corda finxisset. Sed nihil prorsus nouatum est in gene-
ratione carnali, nec generosior auis minorum orta successio est, cum potius in ho-
minibus illius temporis, quo mundi redemptor aduenit, quanto erat propago tar-
dior, tanto sit iniquitas inuenta robustior. Probauit hoc Iudaici furoris impie-
tas. Et quam apta euangelio Christi fuerit illa generatio, non solum populi, sed
etiam scribarum & principum ac sacerdotum corda docuerunt. Quibus parum
fuit in agnum dei tollentem peccatum mundi, contra testificationem legis, con-
tra oracula prophetarum, contra diuinarum experimenta uirtutum, seditioni-
bus, contumelijs, sputis, alapis, colaphis, lapidibus, flagris, & ad postremum
crucis

crucis atrocitate sæuisse, nisi etiam testes resurrectionis eius eadem persequerentur
insania: Quā apostoli quando à pontificibus flagellati sunt, ostenderūt in psalmo
Dauitico prophetarū dicentes: Domine tu es qui fecisti cœlū & terrā & mare & oia Acto.4.
quæ in eis sunt, qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Qua-
re fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterūt reges terræ, & princi-
pes cōuenerūt in unum aduersus dominum & aduersus Christum eius? Cōuene-
rūt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctū filium tuum Iesū quem unxisti, He-
rodes & Pōtius Pilatus cū gentibus et populis Israël, facere quæ manus tua & cō
siliū decreuerunt fieri. Igitur ad manifestandā gratiā dei quæ ex æterno eius incom
mutabilicp cōsilio in salutē omnium gentiū disponebatur, non priora quasi incapa
cia declinata sunt tēpora, sed ista electa, quæ tales populos ædiderūt, quorū ferox &
uoluntaria iniquitas nō consulendi affectu, sed intentione sæuiendi persisteret face
re quæ manus dei & consiliū decreuerunt fieri, ut mirabilior esset gratia & potentia
dei, quæ de tā duris animis, tam tenebrosis mentibus, tā inimicis cordibus fecit sibi
populū fidelem, subditum, sanctum, qui non per sapientiā huius mundi peruenit
ad lumen sapientiæ dei, sed per illius donum de quo testatur Iohannes apostolus
dicens: Scimus quia filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum 1.Iohan.5.
deum, & simus in uero filio eius. Cui testimonio apostolus Paulus consonat dicēs:
Gratias agentes patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, Col.1.
qui eripuit nos de tenebris, & de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij
B dilectionis suæ. Et iterum idem: Eramus enim, inquit, aliquando insipientes, incre- Titum 3.
duli, errantes, seruientes desideriis & uoluptatibus uariis, in malicia & inuidia agē-
tes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit sal-
uatoris nostri, non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam mise
ricordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis spiritussancti, quem effudit
in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius
hæredes simus secundum spem uitæ æternæ. Potuit ne plenius, luculētius, uerius ex-
plicari, quæ merita hominum Christus inuenerit, & quos sibi mores subiecerit, quæ
ad se corda conuerterit, quando uenit mederi non sanis sed male habentibus, & uo Matth.9.
care non iustos sed peccatores, quoniam gentium populus qui sedebat in tenebris Esa.9.
lucem uidit magnā, & sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est illis. Fre-
mebant gentes, irascebantur populi, sæuiebant reges, & potestates contradice-
bant, superstitiones & totius mundi reluctabantur errores. Sed de resistenti-
bus, furentibus, persequentibus, populum suum Christus augebat, & per uincu
la ac supplicia mortésque, sanctorum roborabatur fides, uincebat ueritas, pérque
uniuersum mundum, dominici agri segetis multiplicabatur ubertas. Tanta e-
nim desuper præbebatur constantia fidei, fiducia spei, fortitudo tolerantiæ, ut
ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium spiritus sanctus accenderat, nul
lo modo opprimentibus posset extingui. Cum & qui cruciabantur, uehementius
inardescerent, & qui sæuiebant, eandē quam persequebant', flammam sæpe conci-
perēt, qua beatus apostolus Paulus ignitus, fidenter feruenterq; dicebat: Iustificati Roma.5.
igitur ex fide pacē habeamus ad dominum nostrū Iesum Christum, per quem &
accessū habemus fide in gratiā istā in qua stamus, sed & gloriamur in spe gloriæ fili
orū dei, nō solū aūt, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio pa
tientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero ſpem, ſpes autem non cõfundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum
Rom.8. qui datus eſt nobis. Et iterũ: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut ſcri
Pſal.43. ptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, exiſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus, per eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neq; mors, neque uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hæc charitas diffuſa per ſpiritum ſanctum fecit, ut mundus fidelium, mundum uinceret impiorum. Hæc Neronis crudelitatẽ, Domitiani furorem, multorumq; poſt eos principum, glorioſo innumerabilium martyrum fine confudit, donante Chriſto imitatoribus ſuis, de perſecutionibus regum, æternarum ſtemmata coronarum.

Quod Chriſtus pro omnibus impijs & peccatoribus mortuus fuerit. Caput VI.

NVLLA igitur ratio dubitandi eſt, Ieſum Chriſtum dominum noſtrum pro impijs & peccatoribus mortuum, à quorum numero liber inuentus eſt. Nõne eſt pro oĩbus mortuus Chriſtus? Sed prorſus pro oĩbus mortuus eſt Chriſtus. Nemo ergo omnium hominum ante reconciliationem quæ per Chriſti ſanguinem facta eſt, non aut peccator aut impius fuit, di-
D cente apoſtolo: Si enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus, iuxta tempus pro impijs mortuus eſt, uix enim pro iuſto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem ſuam charitatem deus in nobis, Quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis iuſtificati ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in uita
2.Cor.5. ipſius. Idem autem apoſtolus in ſecunda ad Corinthios ait: Charitas enim Chriſti urget nos iudicantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt, ut & qui uiuunt, iam non ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit. De ſeipſo uero quid pronũciat audiamus.
1.Timoth.1 Fidelis inquit ſermo & omni acceptione dignus, Quia Chriſtus uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Sed ideo miſericordiã conſecutus ſum, ut in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiã, ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in uitam æternam. Siue ergo circunciſio ſiue præputium, peccato uniuerſaliter concludebatur, unusq; omnes reatus obſtrinxerat, & inter magis minusq; impios nemo erat qui poſſet abſq; Chriſti redemptione ſaluari, quæ redemptio uniuerſo ſeſe intulit mundo, & omnibus hominibus indifferenter innotuit: quandoquidem in die quinquageſimo ab illo paſcha in quo ſe hoſtiam deo uerus agnus obtulerat, cum apoſtoli & qui cum eis unanimes erant, repleti ſpiritu ſancto linguis omnium gentium loquerentur, conueniebat excita mira culo diuerſi generis hominum multitudo, ut euãgelium Chriſti in eis qui aderant,
Act.2. totus mundus audiret. Confluxerant autem (ſicut ſcriptum eſt) Parthi & Medi, Elamitæ & qui inhabitãt Meſopotamiã, Iudæam & Cappadociam, Pontũ & Aſiam, Phrygiam

A Phrygiam & Pamphyliam, Ægyptum & partes Lybiæ, quæ eſt circa Cyrenen: & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes & Arabes, audientes eorum linguis prædicari magnalia dei, quorum teſtificatio etiam in eas gentes quæ remotiores ſunt, longe lateq; procurreret. Ad cuius rei effectum credimus prouidentia dei Romani regni latitudinem præparatam, ut nationes uocandæ ad unitatem corporis Chriſti, prius iure unius conſociarentur impietatis. Quamuis gratia Chriſtiana non cõtenta ſit eoſdem limites habere quos Roma, multosq; iam populorum ſceptro crucis Chriſti illa ſubdiderit, quos armis ſuis iſta nõ domuit. Quæ tamen per Apoſtolici ſacerdocij principatum amplior facta eſt arce religionis cq; ſolio poteſtatis. Quod ſi forte, quemadmodum quaſdam gẽtes, quod non uolunt, in conſortium filiorum dei nouimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus ſunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia ſaluatoris illuxit: non ambigimus etiam circa illas occulto iudicio dei tempus uocationis eſſe diſpoſitum, quo euangelium quod nondum uiderunt, audiant atq; ſuſcipiant. Quibus tamen illa menſura generalis auxilij quæ deſuper omnibus ſemper hominibus eſt præbita, non negat. Quamuis tam acerbo natura humana uulnere ſauciata ſit, ut ad cognitionem dei neminem contemplatio ſpontanea plene ualeat erudire, niſi obumbrationem cordis uera lux diſcuſſerit, quam inſcrutabili iudicio deus iuſtus & bonus non ita præteritis ſeculis quemadmodum in nouiſſimis diebus effudit. Vnde & beatus Apoſtolus Paulus ſcribens Coloſſenſibus ait: Myſterium quod abſconditum fuit à ſeculis & generationibus, nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius, quibus uoluit de- Col.1.
B us notas facere diuitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus in nobis.

Quomodo myſterium uocationis gentium prophetis fuerit cognitum & apoſtolis. Cap. VII.

NVNQVID hoc myſterium etiam prophetis incognitũ fuit? & illi per quos ſpiritusſanctus loquebatur, ea quorum ab ipſis fiebant denunciationes, neſciebant? Non ita planè intelligendum puto, ſed ipſis gentibus abſconditum fuiſſe myſterium, quod dominus quando uoluit, & quibus uoluit reuelauit. Nam de uocatione gentium quæ non erãt populus dei, & quibus prius non miſertus eſt, nunc autem miſeretur, In Deuteronomio ita dicitur: Et uidit dominus & zelauit, & iratus eſt propter iram filiorum ſuorum & filiarum, & dixit: Auertam faciem meam ab eis, & oſtendam quid erit in nouiſſimo, quia generatio peruerſa eſt filijs, in quibus non eſt fides in illis. Ipſi in zelum compulerunt me in hoc quod non eſt deus, iritauerunt me in idolis ſuis. Et ego in zelum inducam eos in eis qui non erat gens, ſuper gente inſipiente iritabo eos. Et Dauid Deu.32.
hæc de adoraturis deum omnibus gentibus præcinit: Omnes gentes quaſcunq; fe- Pſal.85.
ciſti, uenient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Et iterum idem: Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei. Et ite- Pſal.71.
rum: Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.
Eſaias quoq; ſimilia annunciat dicens: Quoniam erit in nouiſſimis diebus manife- Eſa.28.
ſtus mons domini, & domus dei in cacumine montium, & exaltabitur ſuper colles, & uenient ad eum omnes gentes. Et iterum idem: Et faciet, inquit, dñs ſabaoth

Universidad de Deusto
Biblioteca

C omnibus gentibus,in monte iſto bibent in iocunditate uinum; ungentur unguento in monte iſto,tradet hæc omnia gentibus,hoc enim conſilium ſuper omnes gentes. Et iterum idem: Et reuelabit dominus brachium ſuum ſanctum in conſpectu omnium gentium,& uidebunt omnes gentes terræ ſalutem quæ à domino eſt. Et iterum: Ecce aduenæ ad te per me accedent, & ad te fugient. Et infra: Gentes quæ te non cognouerunt, inuocabunt te,& populi qui te neſciunt,ad te confugient. Oſee quoq; paria prophetat dicens: Et erit in loco in quo dictum eſt eis: Non populus meus uos,ibi uocabuntur filij dei uiui,& congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſraël in idipſum. Et iterum: Miſerebor non dilectæ, & dicam non populo meo: populus meus es tu, & ipſe dicet: deus meus es tu. Sub Apoſtolis uero cum ij qui in Chriſtum ex circunciſione crediderant,eos qui gentiles erant,dicebanturq; præputium, iuſtificationum gratiæ arbitrarentur participes eſſe non poſſe: docet beatus Apoſtolus Petrus quàm indiſcretus apud deum uterque ſit populus, ſi in unitatem fidei ambo conuenerint. Cum autem, inquit,cœpiſſem loqui, decidit ſpiritusſanctus ſuper eos,ſicut & in nos in initio. Recordatus ſum autem uerbi domini,ſicut dicebat: Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis deus ſicut & nobis, qui credidimus in dominum Ieſum Chriſtum, ego quis eram qui poſſem prohibere deum? His auditis, tacuerunt & glorificauerunt deum dicentes: Ergo & gentibus deus pœnitentiam ad uitam dedit. Iacobus quoq; Apoſtolus de hac uocatione gentium dicit. Viri fratres audite me: Simon narrauit quemadmodum primum
D deus uiſitauit ſumere ex gentibus populum nomini ſuo, & huic concordant uerba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid,quod cecidit,& diruta eius ædificabo, & erigam illud,ut requirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum,dicit dominus faciens hæc,notum à ſeculo eſt domino opus ſuum. Symeon quoq; ille cui reſpoſum erat à ſpiritu ſancto non eum uiſurum mortem priuſquam uideret Chriſtum domini, de ſalute omnium gentium quæ in Chriſto reuelabatur,hæc dixit: Nunc dimitte ſeruum tuum domine ſecundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei,ſalutare tuum. Quod paraſti, ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium,& gloriam plebis tuæ Iſraël. His & alijs teſtimonijs ſcripturarum,non dubie demonſtratur, iſtam ditiſſimam, potentiſſimam, benigniſſimam gratiam qua in nouiſſimo mundi tempore omnes gentes in regnum Chriſti uocantur prioribus ſeculis in occulto dei abſconditam fuiſſe conſilio:Et cur hac manifeſtatione qua nunc uniuerſis nationibus innoteſcit, antea reuelata non fuerit, nullam poſſe ſcientiam comprehendere, nullam intelligentiam penetrare: cum tamen illud quod de bonitate dei piiſſime creditur, quia omnes homines uelit ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire, non oporteat niſi perpetuum æternumq; ſentiri,ſecundum eas menſuras,quibus deus dona generalia ſpecialibus nouit cumulare muneribus: ut & qui exortes gratiæ fuerint, de ſua nequitia redarguantur,& qui eius lumine enituerint, non in ſuo merito, ſed in domino glorientur. In hoc ſanè anguſto quidem, ſed tamen recto intelligentiæ tramite non parum difficultatis opponit conſideratio paruulorum, qui nullo iudicio

Oſee.1.

Act.11.

Act.15.

Amos.9

Luc.2.

dicio rationis utuntur,quo autoris ſui beneficia ſentientes, ad agnitionem ualeant ueritatis accedere, nec uidentur de neglectu opitulantis gratiæ iuſte argui, in illa ignorantia naturaliter conſtituti,quam dubium non eſt,nullam recipere ſcientiam, nullam ſentire doctrinam.

Quare tanta multitudo non regeneratorum infantium à perpetua alienetur ſalute. Caput. VIII.

NDE cum omnes homines uelit deus ſaluos fieri,quid eſt quod alienatur à ſalute perpetua tanta infantium multitudo,totq; in his ætatibus hominum milia extra uitam relinquuntur æternam: quaſi ad hoc tantum conditi ſint abeo, qui neminem odiens creauit, ut quia in hunc mundum cum peccati carne uenerunt, inſolubilis culpæ uincula ſine reatu propriæ actionis inciderent:quid hoc profundius,quid mirabilius eſſe poteſt? Nec credi fas eſt,eos qui regenerationis noſtri adepti ſunt ſacramentum,ad ullum beatorum pertinere conſortium. Et magis ſtupendum,magisq; ſit mirum,quod ubi actio non offendit, ubi arbitrium non reſiſtit, ubi eadem miſeria, ſimilis imbecillitas,cauſa communis eſt,non unum eſſe de tanta parilitate iudicem,& quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio. Veruntamen de hac altitudine diſcretionis dei non conturbabitur cor noſtrum, ſi firma & ſtabili fide omne iudicium dei iuſtum eſſe credamus, nec appetamus habere cognitum, quod uoluit eſſe ſecretum,& ubi inueſtigari nō poteſt,quare ita iudicet,ſufficiat ſcire quis iudicet.Quan
B quam non ita incognoſcibilis iſta ſit quæſtio, ut nihil ſit, quod de ea eruditionis poſſimus acquirere, ſi ad contemplandum id quod uideri poteſt, tranquillus ſobrij cordis adhibeatur intuitus. Cum enim conſideramus inter paganos, inter Iudæos,inter hæreticos,inter ipſos catholicos Chriſtianos quàm multiplex pereat numerus paruulorum,quos quantum ad proprias pertinet uoluntates, neq; bonum aliquid,neq; malum conſtat egiſſe, diſcimus ſuper eos illam manere ſententiam, quam humanum genus prærauricatione primi parentis excepit, cuius ſententiæ rigor dum etiam circa tales non reſoluitur, quàm magnum illud peccatum fuerit demonſtratur.Nemo autem putaretur non innocens naſci,niſi etiam talibus eſſet noxium non renaſci. De immaturitate uero mortis non eſt ratio conquerendi, cum ſemel in naturam noſtram per peccatum ingreſſa mortalitas obnoxium ſibi omnem uitæ noſtræ fecerit diem. Eſſet enim, quoniam ſecundum aliquem modum immortalis dici homo poſſet,ſi eſſet tempus intra quod mori omnino non poſſet. Sed nunquam corruptio ita incorruptionis eſt particeps, ut nō ſemper obnoxium ſit defectioni,quod debetur occaſui. Vitæ huius principium, mortis exordium eſt, nec prius incipit augeri ætas noſtra quàm minui. Cui ſi quid adijcitur ſpacij temporalis,non ad hoc accedit ut maneat,ſed in hoc tranſit ut pereat. Quod ergo ab initij ſui die mortale eſt,qualibet occidat die,non contra legem mortalitatis occumbit,Nec unquam ei uicinius eſt poſſe uiuere,quàm poſſe deficere. Quamuis autem ex una cauſa omnium hominum ſit orta mortalitas, non in unam tamen, ſed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura diſtrahitur.Et ſiue morbis ſiue debilitatibus ſiue uulneribus,non ſolum anni aut menſes uel dies ætatis humanæ,ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & omnes horæ omniaq; momenta subiecta sunt. Nec est aliquod mortis genus aut ullus obeundi modus, qui non intra uniuersitatem mortalium in aliquam inci/dat portionem. Manet enim graue iugum super filios Adam, à die exitus de uen/tre matris eorum, in diem sepulturæ in matrem omnium. Sed huius asperrimi iugi pondera non ita in Adæ filios irruerunt, ut diuina iusticia nihil eis suæ dimensionis adhiberet, quæ defectionum legibus ita defectura subiecit, ut ab eis moderatio/num suarum non auerteret potestatem, Ideo omnia omnes inciderent mala, quia per communem conditionem omnes omnibus subiacerent, sed ut generali necessi/tate uariata, causas sibi dominus indulgentiæ correptionisq; seruaret, effetq; in uno omnium debito, quod & misericors remitteret & iustus exigeret. Cum igitur iusta & omnipotens prouidentia dei iuste & abiliter uniuersa dijudicet, & nemo in hunc mundum ueniat, neq; ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu atq; decessu quem re rum arbiter secundum altissimam scientiam suam sapientiamq; decernit, sicut scri/
Iob.12. ptum est in libro Iob: Quis ignorat quod omnia hæc manus domini fecerit, in cu ius manu anima omnis uiuentis, & spiritus uniuersæ carnis hominis? Et iterum:
Iob.14 Breues dies hominis sunt, & numerus dierum eius apud te est: Quis audeat causa operum & consiliorum eius inquirere? Inscrutabile enim est ualdeq; secretum: cur tantis differentijs conditio humana uariata sit. Illum ab infantia usque in senectu/tem longæua carpit infirmitas, nec inter perseuerantes dolores statutæ deficit tem pus ætatis. Illum integris ualentem uiribus annosissimus uigor uegetat. Huic in pu eritia finis est, illi in adolescentia. Huic ultra iuuentutem non licet progredi, illi im
D possibile est usque ad loquendi rudimenta grandescere. Quas uitæ metas multifor miter inæquales minus acerbas experiretur caduca mortalitas, si præsentis tantum seculi detrimenta pateretur, & non in æternas miserias caderent, qui hinc sine laua/cro regenerationis exissent. Sed cum inscrutabilis sit causa donorum quæ gratia tri buit, quàm miseriarum quas natura promeruit, ipsa nos intelligentiæ difficultas ad nostrum remittit autorem. Et cum quærimus, quomodo omnes homines saluos fie ri uelit, qui non omnibus illud tempus impertit, in quo per uoluntariam fidem per/cipiendæ gratiæ sint capaces, non irreligiose arbitror credi, neque inconuenienter in telligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper uniuersis est impensa nationibus, qua utiq; si bene eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem iuuarentur. Omnium nanq; exordia paruulorum totaq; illa principia necdum rationalis infantiæ, sub arbitrio iacent uoluntatis alie/næ, nec ullo modo eis nisi per alios consuli potest, & consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum uel recto uel prauo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non cre/dunt. Et cum ipsi nec præsentis uitæ desiderium habuerunt, nec futuræ, quàm ipso/rum factum est nasci, tam ipsorum efficitur non renasci. Sicut autem circa maiores præter illam generalem gratiam parcius atque occultius omnium hominum corda pulsantem, excellētiore opere, largiore munere, potentiore uirtute uocatio specialis exeritur, ita etiam circa innumeros paruulos eadem manifestatur electio, quæ qui/dem nec illis qui renati non sunt, in parentibus defuit, sed ijs qui renati sunt, præ/parentibus affuit: Ita ut multis sæpe quos suorum impietas deseruit, alienorum

A cura seruierit, & ad regenerationem uenerint per extraneos, quæ eis non erat pro/uidenda per proximos. In quo opere gratiæ, quis nisi arrogantissimus atq; ua/nissimus de diuina iusticia conqueratur, quod non omnibus paruulis similis proui dentia consulat, omniaq; pericula quæ moriturorum regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoueat, aut miseratione præueniat? Quod utique erga omnes ita fieret, si ita fieri omnino deberet. Non autem latet quantum cordibus fidelium desidiæ gigneretur, si in baptizandis paruulis nihil de cuiusquam negligen tia, nihil de ipsorum esset mortalitate metuendum. Quandoquidem ut tales ba/ptismo fraudarentur, nullo modo posset accidere. Hac uero tam inamissibili felici/tate infantium uehementissime opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam dei secundum merita hominum dari audet contra fidem catholicam prædicare. Vi/deretur quippe inculpabili innocentiæ hoc tota æquitate deberi, ut neminem co/rum adoptio præteriret, quos nullus reatus perstringeret: nec impie à quodam de paruulorum baptismo dictum fuisset, Habet gratia quod adoptet, non habet un da quod diluat. Sed hoc detestabiliter prædicatum omnes discipuli ueritatis intel/ligunt: & inde manifestum est eos qui salui fiunt, non merito, sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos perisse non dubium est. Qui utiq; nisi grauissimi pec/cati essent participes, non perirent. Nunc autem occulta quidem dei discretione, sed iusta sic ostenditur, & quid conferat gratia, & quid præuaricatrix mereatur natura: ut nec contra donum eleuetur superbia, nec contra periculum cesset industria. Siue
B igitur nouissima contemplentur secula, seu prima, seu media, rationabiliter & pie creditur omnes homines saluos fieri deum uelle, semperq; uoluisse: & hoc non ali/unde monstratur quàm de ijs beneficijs, eaq; prouidentia dei quam uniuersis ge/nerationibus communiter atque indifferenter impendit. Fuerunt enim ac sunt hu/iusmodi dona ita generalia, ut per ipsorum testimonia ad quærendum uerum de/um possent homines adiuuari, quibus donis autorem suum per omnia secula pro/testantibus, specialis gratiæ largitas superfusa est. Quæ licet copiosius nunc quàm ante præstetur, causas tamen distributionum suarum dominus apud scientiam su/am tenuit, & intra secretum potentissimæ uoluntatis occuluit, quæ si omnibus uni/formiter affluerent, non laterent. Et quàm nulla est ambiguitas de benignitate ge/nerali, tam de speciali misericordia nihil quod stupendum esset existeret, ac perin/de illa esset gratia, ista non esset. Deo autem placuit & hanc multis tribuere, & il/lam à nemine submouere, ut ex utraq; appareat non negatum uniuersitati, quod collatum est portioni: sed in alijs præualuisse gratiam, in alijs resiluisse naturā. Hāc quippe abundantiorem gratiam ita credimus atq; experimur potentiam, ut nullo modo arbitremur esse uiolentam, quo quicquid in saluandis hominibus agitur, ex sola dei uoluntate peragatur, Cum etiam ipsis paruulis per alienæ uoluntatis sub/ueniatur obsequium.

Quomodo gratia tanquam famulam & receptricem dono/rum suorum præparet uoluntatem. Ca. IX.

GRATIA quidem dei in omnibus iustificationibus principaliter præemi/net, suadendo exhortationibus, monēdo exemplis, terrendo periculis, in/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C citando miraculis,dando intellectum,inspirãdo consilium, corq; ipsum illuminan
do & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam uoluntas hominis subiungitur ei,
atq; coniungitur,quæ ad hoc prædictis est excitata præsidijs,ut diuino in se coope
retur operi,& incipiat exercere ad meritum quod superno semine concepit ad stu
dium,de sua habens mutabilitate si deficit,de gratiæ opitulatione si proficit. Quæ
opitulatio per innumeros modos siue occultos siue manifestos omnibus adhibe
tur,& quod à multis refutatur,ipsorum est nequitiæ: quod autem à multis suscipi
tur,& gratiæ est diuinæ & uoluntatis humanæ.Siue igitur initia,siue profectus fi
delium,siue usq; in finem perseuerantium cogitemus genus, nulla species cuiusquã
uirtutis occurrit,quæ uel sine dono diuinæ gratiæ,uel sine consensu nostræ uolunta
tis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atq; auxiliandi agit,ut in
eo quem uocat, primam sibi receptricem & famulam donorum suorum præparet
uoluntatem.Nam uirtus nolentium nulla est,nec potest asseri uel fidem, uel spem,
uel charitatem eis inesse,quorum ab his bonis consensus alienus est. Hunc aũt con
sensum non solum cohortatio prædicantium & incitamenta doctrinæ, sed & me
Prouer.9. tus gignit,propter quod scriptum est: Principium sapientiæ timor domini. Qui
quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quàm ut quem fecerit timentem,
faciat & uolentem,nec solum uolentem,sed etiam sapientem. Vnde & illud scriptũ
Eccl.25. est: Beatus cui donatum est habere timorem dei. Quid em̃ tam beatificum quàm
hic timor,qui genitor eruditorq; sapientiæ est? In cuius utique deuotione deuota
est & uoluntas,quæ autore gratiæ eodem proficit timore quo cœpit.Cum ergo hic
D timor etiam per quandam uim magni terroris immittitur, non ibi ratio extingui
tur,nec intellectus aufertur, sed illa potius quæ mentem premebat, caligo discuti
tur,ut uolũtas deprauata prius atq; captiua,recta efficiat & libera. Vnde sicut aius
nihil uirtutis capit,nisi radium ueri acceperit luminis,ita gratia nihil ei quem uocat,
confert,nisi oculos in eo aperuerit uoluntatis.Quæ in plerisq;(sicut superius dispu
tatum est) ab ipso initio sui ardentissima citis & magnis ditatur augmentis,in ple
risq; autem tarde cunctanterq; proficiens, uix ad ea incrementa prouehitur, quæ
Iob.6. idoneam ad perseuerandum habeant firmitatem. Dicit quidem dominus: Nemo
uenit ad me,nisi pater qui misit me,attraxerit eum. Sed hoc ideo dictum est, ut il
lam fidem,sine qua nemo ad Christum uenit,ex patris haberi munere nouerimus,
Matt.16 secundum illud quod Apostolo dicitur:Beatus es Simon Bariona,quia caro & san
guis non reuelauit tibi,sed pater meus qui in cœlis est. Qui in cordibus trahendo
rum hoc egit ut crederent,hoc effecit ut uellent. Non enim esset unde traherentur,si
sequaces fide & uoluntate non essent,quoniam qui non credunt, nec trahuntur o
mnino,nec ueniunt,neq; accedunt qui dissentiunt,sed recedunt. Qui ergo ueniunt,
amore ducuntur, dilecti enim sunt,& dilexerunt:quæsiti sunt,& quæsierũt:& quod
eos uoluit deus uelle, uoluerunt, qui ad obediendum sibi ipsum uelle sic do
nat,ut etiam à perseueraturis illam mutabilitatem quæ potest nolle, non auferat.
Alioquin nemo unquam fidelium recessisset à fide. Neminem concupiscentia uin
ceret,neminem tristicia elideret,neminem iracundia debellaret, nullius charitas re
frigesceret,nullius patientia frangeretur,& collatam sibi gratiam nemo negligeret.
Sed quia hæc possunt fieri, & in consensum talium tentationum facilis nimium
procli-

A prociuisq; descensio est, nunquam debet in auribus fidelium uox illa domini non
sonare,qua Apostolis dicitur: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Vbi Matt.26.
si de uigilando tantum,non etiam de orando discipulos admoneret,solas liberi ar
bitrij uires uideretur hortatus. Sed cum addidit: Et orate, satis docuit super
ni futurum muneris, ut eos etiam uigilantes tentationis procella non uinceret.
Tale est & illud quod ait: Simon Simon, ecce sathanas expostulauit, ut uos cer Luc.22.
neret uelut triticum, ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua, & tu tandem
conuersus, confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tentationem. Si ergo defe
ctura erat fides tanti Apostoli, nisi pro eo Christus oraret, inerat ei proculdubio
mutabilitas quæ posset in tentatione nutare, & non ita iam perseuerantiæ fue
rat uirtute solidatus, ut nullis periculis esset obnoxius. Siquidem tam grauis
eum perturbatio etiam post ista concusserit, ut in Caiphæ domo unius ancillæ in
terrogatione pauefactus, usque ad trinam negationem Christi cui moriturum se
spoponderat, constantia deficiente perduc?as sit. Qui ergo tunc conturbatum
cor Apostoli, non humanis, sed diuinis conuenit oculis, & ad largos pœnitu
dinis fletus potenti incitauit aspectu, potuit hanc firmitatem animi præci
puo conferre discipulo, ut sicut ipsum dominum nihil ab explendæ passionis
proposito deterrebat, ita nec beatum Petrum ulla tunc formido superaret. Sed
hæc stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus uere potenterq; dice
bat: Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo iterum su Iob.10.
B mere eam. In cæteris uero hominibus, donec caro concupiscit aduersus spiri
tum, & spiritus aduersus carnem, & donec spiritus quidem promptus est, ca
ro autem infirma, incommutabilis animi formido non potest reperiri, quoni
am non huius, sed alterius uitæ est uere perfecta & secura felicitas. In præsen
tis autem agonis incerto, ubi tota uita tentatio est, & ab insidianti superbia nec
ipsa est tuta uictoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris san
ctis suis donet uirtutem perseuerandi usque in finem diuina protectio, à nullis ta
men aufert quod ipsis repugnat ex ipsis, ut in omnibus studijs eorum atq; ae co
natibus semper inter se uelle & nolle decertet. Quam compugnantiam idem bea
tissimus Petrus etiam in ipsa palmarum omnium consummatione perpessus est.
Siquidem hoc ipse dominus protestetur & dicat: Amen amen dico tibi, quando Iob.21
iuuenis eras, præcingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, ex
tendes manus tuas, & alius te præcinget, & ducet quò tu non uis. Hoc autem di
xit significans qua morte glorificaturus esset deum. Quis ergo ambigat,quis igno
ret hanc fortissimam petram quæ ab illa principali petra communionem & uir
tutis sumpsit & nominis, hoc desiderium semper habuisse, ut ei moriendi pro
Christo constantia donaretur? Veruntamen ita ineuitabilis erat obluctatio tre
pidationis, ut uir martyrij auidissimus, adepturus quidem denunciaretur uicto
riam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum ab
incipientibus, uerumetiam à prouectissimis sanctis uniformiter domino suppli
catur & dicitur: Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Vniuer Matt.6.
sis enim qui in fide & dilectione permanent, ab ipso donatur, ne in tentatione
superentur, ut qui gloriatur, in domino glorietur: Ipsamq; gloriam ijsdem qui 1.Cor.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bus eam impertit aſcribit, Vt q̃uis auxilio dei ſteterint, tamen quia in ſe habebant unde caderent, ipſorum ſit meritum quod ſteterunt. Igitur ſicut qui crediderunt, iuuantur ut in fide maneant: ſic & qui nondum crediderunt, iuuantur ut credant. Et quemadmodum illi in ſua habent poteſtate ut exeant: ita & iſti in ſua habent poteſtate ne ueniant. Fitq; manifeſtum, quod diuerſis atq; innumeris modis omnes homines uult deus ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Sed qui ueniunt, dei auxilio diriguntur, qui non ueniunt, ſua pertinacia reluctantur. Quamuis autem multi amantes tenebras ſuas, ſplendorem non recipiant ueritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebreſcant, uerbum tamen dei manet in æternum, & de promiſſionis ueritate nihil excidit. Intrat quotidie præſcita & promiſſa gentium plenitudo, & in Abraæ ſemine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim pater filio dedit, filius non amittit, neque quiſquam poteſt de manu eius eripere quod accepit. Firmum fundamentum dei ſtat, & manſuri in æternum templi ædificatio non uacillat, præterea ſuper omnes ueritate & miſericordia dei, à quo quod & nemini negatur & nulli debetur, in ijs quos promiſit, efficitur. Ipſe em̃ operatur omnia in omnibus. Sed omnia proculdubio iuſta & bona. Vniuerſæ em̃
Pſal. 24. uiæ domini miſericordia & ueritas, Qui ſicut præſciuit ante ſecula, quanta totius mundi hominum multitudo, uel communibus uſa donis uel ſpecialibus adiuta præſidijs, declinans tamen ab itinere ueritatis & uitæ ingreſſura eſſet latitudinem erroris & mortis: ita ſemper prægnitum habuit, quantus piorum numerus per opem gratiæ, & per ſeruitutem obedientiæ ad æternam beatitudinem perueniret: ut nullo excidente de plenitudine promiſſorum, qui nec prouectu erat fallendus,
D nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus quos eligit ex omnibus. Vniuerſitati quippe hominum, quod abunde probauimus, ita multiplex atq; ineffabilis bonitas dei conſuluit ſemper & conſulit, ut neq; ulli pereuntium excuſatio ſuppetat de abnegato ſibi lumine ueritatis, neq; cuiquam ſit liberum de ſua iuſticia gloriari, cum & illos propria nequicia demergat ad pœnam, & iſtos dei gratia perducat ad gloriam.

De recapitulatione in hoc ſecundo libro diffinitorum & operis concluſione, quemadmodum uidelicet deus omnes homines uelit ſaluos fieri. Caput. x.

QVOD itaq; in principio ſecundi huius uoluminis inſinuauimus, hoc nunc iterum commendamus, ut cum de gratiæ profunditate & altitudine diſputatur, tribus illis ſaluberrimis & ueraciſſimis diffinitionibus ſimus innixi. Quarum una profitetur æternum & proprium diuinæ eſſe bonitatis, ut omnes homines ſaluos fieri uelit, & in agnitionem ueritatis uenire. Alia ſimul prædicat omnem hominem qui ſaluus fit, quiq; in agnitionem ueritatis uenit, dei auxilio iuuari & regi, utq; in fide quæ per dilectionem operatur, permaneat cuſtodiri. Tertia uero temperāter & ſobrie proteſtatur, non omnem uoluntatis dei comprehendi poſſe rationem, & multas diuinorum operum cauſas ab humana intelligentia eſſe ſubductas. Vt cum in temporibus, in nationibus, in familijs, in paruulis, in nondum natis & genitis quædam, aut uarie aut inſigniter geſta noſcun

A noſcuntur, non ambigimus ea ex illis eſſe quæ iuſtus & miſericors deus in hoc tranſituro ſeculo noluit ſciri. Quod quidem ad utilitatem noſtram diſpoſitum ſentiendum eſt, ut quoniam ſalui facti ſumus, cui præparauit deus quod oculis non uidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ſicut conſtanter credimus uidendum quod nondum uidemus, ita patienter expectemus intelligendum quod nondum intelligimus. Si ergo ceſſet inſidioſa malignitas, ſi inſolens præſumptio conquieſcat, his recte, ut arbitror, pertractatis, nullius ſupereſt cauſa certaminis, ne que ultra neceſſe eſt nos interminabilibus quæſtionibus occupari. Elaboratum eſt enim quantum dominus adiuuit, ut non ſolum in nouiſſimis diebus, ſed etiam in cunctis retro ſeculis probaretur, gratiam dei omnibus hominibus affuiſſe, prouidentia quidem pari & bonitate generali, ſed multimodo opere diuerſáque menſura. Quoniam ſiue occulte ſiue manifeſte, ipſe eſt, ut apoſtolus ait, ſaluator omnium hominum maxime fidelium. Quæ ſententia ſubtiliſſimæ breuitatis & ualidiſſimi roboris, ſi tranquillo conſideretur intuitu, totam hanc de qua egimus, controuerſiam dirimit. Dicendo enim qui eſt ſaluator omnium hominum, confirmauit bonitatem dei ſuper uniuerſos homines eſſe generalem. Adijciendo autem maxime fidelium, oſtendit eſſe partem generis humani, quæ merito fidei diuinitus inſpiratæ, ad ſummam atque æternam ſalutem ſpecialibus beneficijs prouehatur, quod utique nulla iniquitate agitur iuſtiſſimi & miſericordiſſimi dei, cuius iudicium in his diſpenſationibus non cum arrogantia diſcutiēdum, ſed cum tremore laudandum eſt. Siquidem in ipſis quoque fidelium populis quod iam ſuperius oſten
B ſum eſt, non eadem omnibus nec paria conferantur, & ante ulla humanorum ponderа meritorum, diſſimillima diuinorum menſura ſit munerum. Si enim de parentum carnalium iudicijs conqueri non audemus, cum aliquos filios ſuos ante ulla morum examina, ante aliqua pietatis obſequia, indulgentiore amplectuntur affectu, In dominis quoque erga famulos libera eſt diſpoſitio, nec iuſte à quoquam reprehenditur, qui de unius conditionis familia quoſdam ſibi quos benignius honeſtaret, & quos liberius erudiret elegit: nunqd de ſummi patris & ueri domini beniuolentiſſima æquitate cauſandum eſt, quod in magna domo eius innumeris differentijs uniuerſa uariantur? Cumq; nemo aliquid boni habeat quod non ille donauerit, non omnes tamen ijſdem uirtutibus micant, aut eadem chariſmatum dote ditantur. Nec poſſumus hanc diuerſitatem graduum cauſis aptare meritorum, cū totius boni meriti principalis cauſa ſit gratia, de cuius opibus ſumitur quicquid in ſingulis probabile reperitur. Sicut ergo de ijs quæ intra eccleſiam multiformiter ſpirituſſanctus operatur, impium eſt ullam querelam corde concipere, ita etiam de illa prouidentia quæ infidelibus præſidet, nullatenus murmurandum eſt. Quoniam & iuſtus & bonus arbiter nec uoluntatis iniquæ eſt, nec diſcretionis incertæ, ut ſub immenſa omnipotentis dei miſericordia atque iuſticia putemus quod quiſquā pereat qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab Euangelio uacat Chriſti, & licet illa generalis uocatio non quieſcat, tamen etiam iſta ſpecialis iam uniuerſis eſt & facta communis. Ex omni gente, ex omni conditione adaptātur quotidie milia ſenum, milia iuuenum, milia paruulorum, & effectibus gratiæ Chriſtianæ etiam ipſa quibus mundus atteritur, arma famulantur. Quàm multos enim

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

C qui in tranquillitate pacis, sacramentum baptismatis susçipere differebant, ad aquã regenerationis confugere, instantis periculi metus impulit, & lentis tepidisq; animis quod diu cohortatio quieta non suasit, minax subito terror extorsit. Quidam ecclesiæ filij ab hostibus capti dominos suos Christi euangelio manciparunt, & quibus conditione bellica seruiebant, eisdem fidei magisterio præfuerunt. At alij barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad sedes suas cum Christianæ religionis institutione remearunt. Ita nihil obsistere diuinæ gratiæ potest, quo minus id quod uoluerit, impleatur, dum etiam discordiæ ad unitatem trahunt, & plagæ in remedia uertuntur, ut ecclesia unde metuit periculum, inde sumat augmentum. Ad quoslibet igitur rerum humanarum exitus se nostra cõuertat inspectio, nulla secula, nulla negocia, nullos generationum ortus atq; decessus ab æternis & inscrutabilibus iudicijs dei uacare reperiet. Omnes uarietatum compugnantiæ, & uniuersæ dissimilium prouentuum causæ, quas inuestigare & discernere non ualemus, in illa æterna scientia simul notæ, simulq; diuisæ sunt. Et nihil ibi inordinatum est, etiam de necdum existentium qualitatibus actionum. Quoniam non est in deo accidens motus, aut noua uoluntas, aut temporale consilium, nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inæqualitate uariatur, sed cuncta pariter tempora & temporalia, sempiterno ac stabili comprehendit intuitu, & omnibus omnia iam retribuit, qui quæ sunt futura,
Ephe.1. iam fecit. Hinc illud est beati Pauli Apostoli scribentis ad Ephesios: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione
D spiritali in cœlestibus in Christo: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum dominum nostrum, secundum propositum uoluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ. Et cætera quæ sub eiusdem sensus prædicatione connectit, docens donum atq; opus gratiæ in æterno semper dei mansisse consilio, omnesq; adoptionis filios, non solum in eo tempore quo iam existentes uocati sunt, sed etiam priusquam mundus conderetur, electos. In qua electione quicquid hominum in Christo præcognitum non est, nulla eidem ratione sociabitur. Omnes enim qui in regnum dei de cuiuslibet temporis uocatione uenturi sunt, in ista quæ secula cuncta præcessit, adoptione signati sunt. Et sicut nullus infidelium in hac sorte numeratus, ita nullus piorum ab hac sorte discretus est. De plenitudine quippe membrorum corporis Christi, præscientia dei quæ falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimẽto minui potest, summa præcognita atq; in Christo ante secula æterna prælecta, sicut ad Timotheum scribens
2.Tim.6 Apostolus dicit: Collabora Euangelio secundum uirtutem dei, qui nos liberauit & uocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora æterna. Contra hanc inuictæ ueritatis splendidissimam lucem solent quidam non sobrie dicere, superfluo ad acquirenda bonorum operum merita laborari, frustra etiam orõnibus quibus deus exorandus speratur, insisti, si ex incõmutabili proposito eius Christianæ gratiæ subsistit electio, nec aliter quicq; procedere põt cẽ oipotentis uoluntate dispositũ est. Sed q se ingeniose hoc arbitrant opponere, nõ intelligũt scientiam

A tiam dei, quæ & præterita & præsentia & futura complectitur, tempore non teneri. Et tam in conspectu eius astare ea quæ gerenda sunt, quàm illa quæ aut geruntur, aut gesta sunt. Quod cum uerissimum sit, non indiget mora cernendi & discernendi illa uirtus, quæ perpetuo uerocq; contuitu creata & creanda, orta & oritura, acta & agenda, simul aspicit: & quicquid in uniuersitate rerum per secula præfinita euoluitur, ac multimodis uarietatibus explicatur, id totum in eo iam ordine comprehendit, quem ex ipsius summo illo perfectoq; iudicio mundi huius finis accipiet. Hæc autem æterna & semper tranquilla cognitio nulla nos urget necessitate peccandi: nec inde manat iniquitas, unde iusticia. Quia cum bonus deus omnia bona fecerit, & mali nulla sit omnino natura, à liberis uoluntatibus, quas utique bonum fuit liberas fieri, spontanea est orta transgressio, & natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pendebat essentia, à summo se bono dum proprio peruerse delectatur abrupit, cui nunc ruinæ medetur gratia dei. Et propterea Iesus Christus uenit in hunc mundum, ut soluat opera diaboli, quæ utique sic soluuntur, ut in destructione eorum, etiam ab ijs quibus succurritur, laboretur, quoniam & hoc à saluante donatur. Ideo beatus Apostolus: Non solum autem, inquit, sed Roma.5.
& gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Itemq; idem ad Ephesios: Gratia, inquit, saluati estis per fidem, & hoc non Ephe.2
ex uobis, dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim su-
B mus figmentum, creati in Christo in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur, ut electi sint. Virtutum quippe munera ociosa esse non possunt, quoniam sicut ueritas ait: Omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet au- Matt.25.
ferretur ab eo. Non igitur ad hoc datur continentia, ut concupiscentijs non repugnet, nec ideo cuiquam tribuitur sapientia & intellectus, ut non die ac nocte in domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis, si beneuolentiæ sollicitudo non uigilat? Quis fructus est patientiæ, si non habet fortitudo quod toleret? Aut quomodo in Christo pie uiuere ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur? Vel pax quæ est à deo & cum deo, nunquid bene quieta est, si non discordat à mundo? Aut amor dei poterit sine diaboli inimicitijs obtineri? Neminem prorsus dei gratia intentabilem facit, neq; ob hoc cœlestium armorum præsidio à dextris & sinistris instruitur Christiana militia, ut nullo cum hoste confligat, cum laudabilius sit atq; felicius pugnantem non potuisse uinci, quàm desidem non potuisse tentari. Orationum uero sollicitudinem diuinæ electionis proposito non resolui, uno testimonio euidenter probabo, ut cætera studio breuitatis omittam. In libro igitur Tobiæ ad filiũ eius Tobiam Raphaël angelus dicit: Memor esto mandatorũ Tobi.4.
patris tui, qm̃ præcepit tibi accipere debere uxorẽ de genere patris tui. Et nunc audi me frater, noli cõputare dæmoniũ illud, sed postula eam. Et scito qm̃ dabit tibi hac nocte uxor, & cum intraueris in cubiculum, tolle de iecore piscis illius, & impone super carbones, & odor manabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, &

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

C non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis uelle esse cum illa, surgite primum ambo, & deprecamini dominum cœli, ut detur uobis misericordia & sanitas. Et nolite timere, tibi enim destinata est ante secula, & tu eam sanabis. Quamuis ergo quod statuit deus, nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propositum, liberi arbitrij deuotio relaxatur. Cum implendæ uoluntatis dei ita sit præordinatus effectus, ut per laborem operum, per instantiam supplicationum, per exercitia uirtutum, fiant incrementa meritorum, Et qui bona gesserint, non solum secundum propositum dei, sed etiam secundum sua merita coronentur. Ob hoc enim in remotissimo ab humana cognitione secreto, præfinitio huius electionis abscondita est, & de nullo ante ipsius finé pronunciari potest, quod in electorum gloria sit futurus, ut perseuerantem humilitatem utilis metus seruet, & qui stat, uideat ne cadat: Et si forte aliqua uictus tentatione corruerit, non absorbeatur tristicia, nec de eius miseratione diffidat, qui alleuat omnes qui ruunt, & erigit omnes elisos. Dum enim in hoc corpore uiuitur, nullius est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio. Oret itaque sancta ecclesia, & pro ijs qui crediderunt gratias agens, proficientem eis perseuerantiam petat. Pro ijs autem qui extra fidem sunt, poscat ut credant. Nec ideo ab obsecrationibus cesset, si pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enim qui omnes uult ad agnitionem ueritatis uenire, non potest quenquam sine iusticia refutare.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE FIDE.

Expositio fidei nostræ.	Caput. I.
De uno deo.	Caput. II.
Expositio dogmatis Ariani.	Caput. III.
Non esse dissimilem patri filium dei.	Caput. IIII.
De sempiterno dei filio.	Caput. V.
Non esse creaturam dei filium.	Caput. VI.
Quod facturam uel creaturam dei filium dicant Ariani.	Caput. VII.
Definitio patrum de fide.	Caput. VIII.

CVPIO ualde quem recordor absentem, ut cum quo mente sum, cum eo etiam corpore sim præsenti. Festina igitur ad me religiose dei sacerdos, ut doceas doctrinam ueram credentem, Non quo cõtentioni studeam, aut uelim deum uerbis magis quàm mente cõplecti, sed ut magis aperto pectori reuelatio diuinitatis insidat. Docebit enim me ille quem non nego, quem fateor deum ac dominum esse meum, non ei obijciens quam in me uideo creaturam, quia Christo nihil me addere posse confiteor. Velle tamen ut etiam patri me commendem filium prædicando. Non ego in deo uerebor inuidiam, nõ me talem laudatorem putabo, qui diuinitatem uerbis augeam. Ego infirmus & fragilis, quantum possum prædico, non quantum est ipsa diuinitas. Rogo te ut mihi des ipsum tractatum quem dederas, augendo illic de spiritu sancto fidelem disputationẽ, scripturis atque argumentis deum esse cõuince. Diuinitas te seruet per multos annos, patrens & cultor dei æterni, quem colimus Iesum Christum.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER PRIMVS.

PROLOGVS.

B REGINA austri uenit audire sapientiam Salomonis, ut in libro regnorũ legimus. Hiram quoq; rex ad Salomonem misit ut cognosceret eũ. Tu quoq; sancte imperator Gratiane, ueteris imitator historiæ, fidem meam audire uoluisti. Sed non ego Salomon cuius mireris sapientiam, neq; tu unius gẽtis, sed totius orbis Augustus, fidem libello exprimi censuisti, nõ ut disceres, sed ut probares. Quid enim disces imperator Auguste, cum ab ipsis cunabulis pio fuisti semper affectu? Priusquam te, inquit, formarem in utero matris tui noui te, & priusquam exires de uulua sanctificaui te. Sanctificatio ergo nõ traditur, sed infunditur, & ideo diuina dona custodi. Quod enim nemo te docuit, utiq; deus autor infudit. Petis à me fidei libellum, sancte Imperator, profecturus ad prælium. Nosti enim fide magis Imperatores, quàm uirtute militum quæri solere uictoriam. Nam & Abraham trecentos decem & octo duxit ad bellum, & ex inimicis trophæa hostibus reportauit, signoq; dominicæ crucis & nominis, quinq; regum uictriciumq; turmarum subacto robore, & ultus est proximum, & filium meruit & triumphum. Iesus quoq; filius Naue, hostes quos totius exercitus manu ualida superare non poterat, septem tubarum sacerdotaliũ sono uicit, ubi ducem militiæ cœlestis agnouit. Ergo & tu uincere paras qui Christum adoras, uincere paras qui fidem uendicas,

5. Reg. 10.

Esa. 7.

Gen. 14.

Iosue. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cuius à me libellum petisti. Mallem quidem cohortandi ad fidem subire officium, quàm de fide disceptandi. In altero enim religiosa cõfessio est, in altero incauta præ sumptio. Sed quoniam neq; tu cohortatione indiges, neq; ego excusandi liber ubi pietatis officium est, audax negociũ uerecunda occasione suscipiam, ut de fide pauca disceptem, de testimonijs plura cõtexam. De concilijs id potissimũ sequar, quod trecenti decem & octo sacerdotes, tanquã Abrahæ electi iudicio, consona fidei uirtute uictores, uelut trophæum toto orbe subactis perfidis extulerũt, ut mihi uideatur hoc esse diuinũ, quod eodem numero in concilijs fidei habemus oraculum, quo in historia pietatis exemplum.

Expositio fidei nostræ. Caput I.

ASSERTIO autem nostræ fidei hæc est, ut unum deum esse dicamus. Neq; ut gentes filium separemus. Neq; ut Iudæi natum ex patre ante tempora & ex uirgine postea æditũ denegemus. Neq; ut Sabellius patrem cõfundamus & uerbum, ut eundem patrem asseramus & filium. Neq; ut Fotinus initium filij ex uirgine disputemus. Neq; ut Arrius plures credendo & dissimiles potestates, plures deos gentili errore faciamus, quia scriptũ est: Audi Israël, dominus deus tuus deus unus est. Deus enim & dominus nomẽ magnificentiæ, nomen est potestatis sicut ipse dicit: Dominus nomen mihi est. Et sicut alibi propheta asserit: Dominus omnipotens nomen est ei. Dñs ergo & deus, uel quod dominetur oñibus, uel quod spectet omnia, & timeatur à cunctis. Si ergo unus deus, unũ nomẽ, una potestas, una est trinitas. Deniq; ipse dicit: Ite baptizate gentes in nomie patris & filij & spiritus sancti. In nomine utiq; nõ in nominibus. Ipse etiã dicit: Ego & pater unũ sumus. Vnum dixit, ne fiat discretio potestatis. Sumus addidit, ut patrem filiumq; cognoscas, quo perfectus pater, perfectũ filium genuisse credatur, & pater & filius unum sint, non confusione, sed unitate naturæ.

Deut.6. Esa.42. Exodi.15. Matth.28. Ioan.10.

De deo uno. Cap. II.

VNVM ergo deum non duos aut tres deos dicimus, ut impia Arrianorũ hæresis dum criminatur inurrit. Tres enim deos dicit qui diuinitatẽ separat trinitatis, cum dñs dicendo: Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti, unius esse trinitatem potestatis ostenderit. Nos patrẽ & filium & spiritũ sanctũ confitemur, ita ut in trinitate perfecta & plenitudo sit diuinitatis & unitas potestatis. Omne regnũ in seipso diuisum facile destruetur: Dñs hoc dicit. Non ergo diuisum est regnũ trinitatis. Si diuisum nõ est, unũ est, qđ aũt unũ non est, diuisum est. Tale ergo regnũ esse cupiũt trinitatis, quod diuisione sui facile destruat. Imò quia nõ potest destrui, cõstat nõ esse diuisum. Non enim diuiditur unitas nec scinditur, & ideo nec corruptelæ subditur nec ætati. Non quicũ q;, inquit, qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorũ. Nõ ergo perfunctoria fides debet esse, Imperator Auguste. Scriptũ est em̃: Zelus domus tuæ comedit me. Itaque fideli spiritu & mente deuota Iesum dñm inuocemus, deũ esse credamus, ut in nomine eius quicquid à patre petimus impetremus. Pater enim se per filium uult rogari. Filius uult rogari patrẽ. Concordat pietatis gratia, nec uirtutis facta discordãt. Quæcunq; enim pater facit, eadem & filius facit similiter. Et similiter facit & eadem facit filius, sed uult rogari patrẽ in eo quod ipse facturus est, ut non impossibilitatis indiciũ, sed unitatẽ potestatis agnoscas. Iure igitur adorandus atq; uenerandus est

Matth.12. Matth.7. Psal.68. Ioan.8.

A dei filius, qui mundũ diuinitate sua condidit, & nostrũ pietate sua informauit affectum. Et ideo bonũ deum, sempiternũ, perfectum, omnipotentẽ uerũ debemus credere, ut in lege accepimus & prophetis, scripturisq; diuinis cæteris, quia sine his deus nõ est. Non potest em̃ bonus nõ esse qui deus est, cũ in natura dei plenitudo bonitatis sit. Neq; ex tẽpore deus potest esse, qui fecit tẽpora, neq; potest imperfectus deus esse. Qui em̃ minor est, imperfectus uticq; est, cui desit aliquid quo maiorẽ possit æquare. Hæc igitur fidei nostræ prædicatio. Deus malus non est, deo impossibile nihil est, deus tẽporalis nõ est, deus minor nõ est. Si fallor redarguant. Quia igitur deus Christus, & bonus uticq; & omnipotẽs & sempiternus & pfectus & uerus est. Hæc enim in natura diuinitatis sunt. Aut igitur negẽt naturã diuinitatis in Christo aut quæ diuinæ naturæ sunt deo negare non possunt. Certe ne quis possit errare, se quatur ea qbus scriptura sancta ut intelligere possumus filiũ significauit. Verbũ dicitur, filius dicitur, dei uirtus dicitur, dicitur dei sapiẽtia. Verbũ, quia immaculatus, uirtus quia perfectus, filius quia genitus ex patre, sapiẽtia, quia unũ cũ patre, unũ æternitate, unũ diuinitate. Non em̃ pater ipse qui filius, sed inter patrẽ & filiũ generationis expressa distinctio est, ut ex deo deus, ex manẽte manẽs, plenus è pleno sit. Nõ sunt igitur hæc nuda noia, sed operatricis uirtutis indicia. Est enim plenitudo diuinitatis in patre, est plenitudo diuinitatis in filio, sed nõ discrepans, sed una diuinitas. Nec cõfusum, quod unũ est, nec multiplex quod indifferens. Etem̃ si omniũ credentium sicut scriptũ est, erat anima una & cor unum, Si omnis qui adhæret dño unus spiritus est, ut apostolus dixit, Si uir & uxor in carne una sunt, Si omnes homines

Act.4. 1.Cor.6.

B quantũ ad naturã pertinet unius substantiæ sumus: Si hoc de humanis scriptura dicit, quia multi unũ sunt quorũ nulla potest esse cum diuinis cõparatio, quãtomagis pater & filius in diuinitate unum sunt, ubi nec substãtiæ nec uolũtatis ulla est differentia. Nanq; aliter quõ unũ deum dicimus? Diuersitas plures facit, unitas potestatis excludit numeri quãtitatẽ, quia unitas numerus nõ est, sed hæc omniũ ipsa principiũ est. Quantã uero scriptura diuina patris & filij secundũ diuinitatẽ expresserit unitatẽ, pphetica testanť oracula. Sic em̃ dicit dñs sabaoth: Labor Ægypti & mercatus Æthiopum & Sabain, uiri excelsi ad te transibunt, & tui erũt serui, & post te sequenť alligati uinculis, & adorabũt te, & in te deprecabũtur, quoniã in te est deus, et nõ est deus præter te. Tu em̃ es deus, & nesciebamus deus Israël. Audis propheticã uocẽ. In te, inquit, est deus, & nõ est deus præter te. Quomõ hoc secundũ Arrianos cõuenit? Necesse est negent aut patris aut filij diuinitatẽ, nisi eiusdẽ diuinitatis credi derint unitatẽ. In te, inquit, est deus, quoniã in filio pater. Scriptũ est em̃: Pater qui in me manet ipse loquitur, & opa quæ ego facio & ipse facit. Sed & alibi in patre filius est, quia dicit: Ego in patre & pater in me est. Dissoluãt si possunt hanc naturæ proprietatẽ & operis unitatẽ. Deus igitur in deo est, sed non duo dij. Scriptũ est em̃: quia unus deus, & dñs in dño, sed nõ duo dñi, quia æque scriptũ est: Nolite duobus dominis seruire. Et lex dicit: Audi Israël, dñs deus tuus, deus unus est. Et utiq; in eodem est testamẽto. Pluit dñs à dño. Dñs inquit à dño pluit. Sic & in Genesi habes: Et dixit dñs, & fecit deus. Et infra: Et fecit deus hominẽ ad imaginem dei, sed tamẽ nõ duo dij, sed unus deus fecit. Vtrobiq; igitur unitas operationis seruatur & nomi nis. Nam utique cũ legimus, deus ex deo, nõ duos deos dicimus. Deniq; habes in

Ioan.5. Ioan.14. Deut.6. Gen.1.

psal.xliiij.q; & deũ patrẽ dicit pphèta, & deũ filiũ declarauit dicens: Sedes tua deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C in seculum seculi. Et infra: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. Deus est qui ungit, & deus qui secundũ carnẽ ungitur dei filius. Deniq; quos habet unctionis suæ Christus nisi in carne consortes. Vides igitur qa deus à deo unctus, sed in assumptione naturæ unctus humanæ dei filius designat, nec legis forma uio latur. Et hic ergo cũ dicitur: Pluit dñs à dño, unitatẽ diuinitatis agnosce. Operatiõis
Ioan.10. eẽ unitas nõ facit pluralẽ diuinitatẽ, sicut ipse dñs ostendit dicẽs: Credite mihi quia ego in patre & pater in me, alioqn uel propter opera ipsa credite. Et hic aduertimus quod unitatẽ diuinitatis, per unitatem operũ designauerit. Vt aũt una deitas & pa tris & filij & una dominatio probaretur, ne gentilis aut Iudaicæ impietatis incurre
1. Cor.8. remus erroré, prouidens apostolus quid sequi deberemus ostẽdit dicẽs: Vnus deus pater ex quo oĩa & nos in ipso, & unus dñs Iesus Christus per quẽ omnia & nos per ipsum. Sicut eĩ unũ dicendo dñm Iesum Christũ, patrẽ dñm non negauit, Ita unũ dicendo deum patrẽ, æque à deitatis ueritate nec filiũ separauit. Vnde nec plu ralitatem diuinitatis, sed unitatẽ potestatis ostendit. Quia & in dominatione diuini
Psal.99. tas, & in diuinitate dominatus est: sicut scriptũ est: Scitote quoniã dñs ipse est deus, ipse fecit nos & nõ ipsi nos. In te igit' est deus per unitatẽ naturæ, & nõ est deus præ ter te, per proprietatẽ substantiæ, repulsam differentiæ. Et in Hieremiæ quoq; libro
Baruch.3. unũ deũ scriptura dicit, & tamẽ & patrẽ & filiũ cõfitetur. Ita q; sic habes: Hic est de/ us noster & nõ æstimabit' alius ad eum, qui adinuenit omnẽ uiã disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cũ homini bus cõuersatus est, De filio dicit: Ipse enim est cũ hoibus cõuersatus. Et dicit: Hic est
D deus noster, nõ æstimabit' alius ad eum. Quid discutimus eũ, de quo tãtus dicit pro pheta? Sanctus spũs dicit q; ad eũ nõ possit alius æstimari. Quæ eĩ potest esse alia æstimatio, ubi diuinitatis unitas est? Confitebat' hoc populus in periculis constitu/ tus. Nesciebat quærere quæstionẽ, qa religionẽ timebat. Adesto sancte spũs ꝓphe
E4 33. tis tuis qbus iesse cõstituisti, quibus credimus. Si prophetis nõ credimus, sapiẽtibus credo huius mũdi? Sed ubi sapiens, ubi scriba? Rusticus noster cũ ficus insereret, in
1. Cor.1. uenit quod philosophus ignorauit. Quæ stulta sunt eĩ huius mũdi elegit deus, ut cõfundat quæ sunt fortia. Credimus Iudæis, qa notus aliqñ in Iudæa deus, sed hoc ipsum negãt, propter qd' credimus, quia nõ nouerũt patrẽ, qui filiũ negauerũt. Vnũ deũ cõmunis natura testatur, quia unus est mũdus, unũ deũ fides significat, qa una fides noui & ueteris testamenti. Vnũ spiritũ sanctũ testificatur gratia, quia unũ ba/ ptisma in noie trinitatis est. Vnũ deũ ꝓphetæ dicũt, apostoli audiũt. Vnũ deũ ma/ gi crediderũt, & aurũ thus & myrrhã supplices ad Christi cunabula detulerũt, Au/ ro regẽ fatentes, ut deũ thure uenerãtes. Thesaurus eĩ regni, sacrificiũ dei, myrrha est sepulturæ. Quid igitur uoluerũt sibi mystica munera inter abiecta præsepia, nisi ut intelligeremus in Christo differentiã diuinitatis & carnis? Vt homo cernitur, ut dñs adoratur, latet in pannis, sed fulget in stellis. Cunæ nascentẽ indicãt, & stellæ do minantẽ. Caro est quæ inuoluitur, diuinitas cui ab angelis ministrat'. Ita nec digni/ tas naturalis maiestatis amittitur, & assumptæ carnis ueritas cõprobatur. Hæc est fi des nostra. Sic se deus cognosci uoluit ab hominibus, sic tres pueri crediderũt nec in cendia circũiecta senserũt, cũ infidos noxius ignis exureret, & fideles innoxia flãma roraret, quibus aliorũ incendia refrigerabãt, quia merito fidei perdiderat suã pœna naturã. Adorat eĩ in specie angeli qui monebat, ut in numero trinitatis, unius esset

laudatio

A laudatio potestatis. Benedicebatur deus, uidebatur in angelo dei filius, sancta & spi ritalis in pueris gratia loquebatur.

Expositio dogmatis Arriani. Caput III.

NVNC cõsideremus quas Arriani dei filio inferant quæstiones. Dissimilẽ patri dicũt esse dei filiũ. Hoc si homini obijciatur, iniuria est. Ex tempore cœpisse dicũt dei filiũ, cum cõditor ipse sit temporũ. Homines sumus & esse nolumus tẽporales. Ex tempore cœpimus & sine tempore futuros esse nos credimus, & fieri nos optamus æternos. Et quomodo negare possumus dei filiũ sempiternũ, quẽ sempiternũ docet atq; demõstrat natura non gratia. Crea tum dicũt. Quis autorẽ inter opera sua deputet ut uideat' id esse quod fecit? Bonũ negant. Sacrilega uox ipsa se dãnat, ut indulgentiã sperare nõ possit. Negant uerũ dei filiũ, negãt omnipotentẽ, cũ fateantur oĩa facta per filiũ, omnia creata per dei esse uirtutẽ. Quid est eĩ uirtus, nisi perfecta natura? Negãt etiã diuinitate unũ esse eũ patre. Deleant ergo euangeliũ, deleant Christi uocẽ. Ipse eĩ dixit: Ego & pater Ioan.10.
unũ sumus. Nõ ego hoc dico, Christus dixit. Nunquid fallax ut mentiretur? Nun/ quid impius, ut qd' nõ erat usurparet? Sed singula suis locis plenius digerent'. Nũc quoniã hæreticus dicit esse dissimilẽ, idcq; uersutis disputationibus astruere nititur, Col.2.
dicendũ est nobis qd' scriptũ est: Cauete ne quis uos deprædet' per philosophiã & inanẽ seductionẽ secundũ traditionẽ hominũ, & secũdũ elemẽta huius mũdi, & nõ secũdũ Christũ, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corpaliter. Omnẽ eĩ uim uenenorũ suorũ in dialectica disputatiõe cõstituũt, quæ philosophorũ sen
B tentia definit', nõ astruendi uim habere sed studiũ destruendi. Sed nõ in dialectica 1. Cor.4.
cõplacuit deo saluũ facere populũ suũ. Regnũ eĩ dei in simplicitate fidei est, nõ in cõtentione sermonis.

Non esse dissimilẽ patri filiũ dei. Cap. IIII.

ISsimilẽ igitur dicũt esse. Nos negamus, imò potius horremus hanc uo/ cem. Sed nolo argumẽto credas, sancte Imperator, & nostræ disputatio ni, scripturas interrogemus. Interrogemus apostolos, interrogemus pro phetas, interrogemus Christũ. Quid multa, patrẽ interrogemus, cuius honori studere se dicũt, si filius degener iudicet'. Sed nõ est honorificentia boni pa/ tris filij iniuria. Non potest bono patri placere, si filius degenerasse potius à patre q; patrẽ æquasse credatur. Da ueniã sancte Imperator, si ad ipsos pauli sper uerba con uerto. Sed quẽ potissimũ legã Eudoxiũ Eunomiũue, an Arriũ uel Ætiũ eius magi/ stros? Plura eĩ noia sed una pfidia, impietate nõ dissonãs, cõmunione discordãs, nõ dissimilis fraude sed cogitatione discreta. Cur eĩ secũ nolint cõuenire, nõ intel/ ligo. Eunomij pſonã diffugiũt Arriani, sed eius perfidiã asserũt, impietatẽ exequun tur. Aiũt eũ prodidisse effusius, quæ Arrius scripserat. Magna cæcitatis effusio. Au/ torem probãt, executorẽ refutãt. Ita q; nũc in plures sese diuisere formas. Alij Eudo/ xium, alij Eunomiũ uel Ætiũ, alij Palladiũ uel Demophilũ atq; Auxentiũ, uel per/ fidiæ eius hæreses sequunt', alij diuersos. Nunquid diuisus est Christus? Sed qui eũ 1. Cor.1.
à patre diuidunt, ipsi se scindũt, & ideo quoniã cõmuniter aduersus ecclesiã dei qui/ bus inter seipsos nõ cõuenit cõspirarũt, cõmuni noie hæreticos quibus respõdendũ ẽ nomiabo. Hæresis eĩ, uelut quædã hydra fabularũ, uulneribus suis creuit. Et dũ sæpe recidit' pullulauit, igni debita incendioq; peritura. Aut uelut quædã mõstruo/ si scylla portẽti in uarias formas distincta perfidiæ, uelut supne uacuũ Christianæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sectæ nomẽ obtẽdit. Sed quos in illo impietatis suæ freto miseros inter naufragia fi
dei reppererit fluctuãtes, beluinis succincta prodigijs tetri dogmatis sæuo dẽte dila
cerat. Cuius speluncã sancte imperator ut ferunt nautæ, cæcis latebris inhorrentẽ, o
mnẽq; eius uiciniã ceruleis canibus inter perfidiæ saxa resonãtẽ, dausa quodãmodo
Eccle. 28. præterire aure debemus. Scriptum est em̃. Sepi aures tuas spinis. Et alibi: Videte ca
Philip. 3. nes, uidete malos operarios Et iterum: Hæreticũ post primã correptionẽ deuita, sci
Titũ. 3. ens quia subuersus est qui eiusmodi est, & deliquit cũ sit ꝓprio iudicio dãnatus. Ita
q; tanq̃ boni gubernatores quo tutius prætermeare possimus, fidei uela tendamus,
scripturarũq; relegamus ordinẽ. Apostolus dicit: imaginẽ patris, Christum esse: ait
em̃ q; ipse sit imago dei inuisibilis, primogenitus uniuersæ creaturæ. Primogẽitus in
Col. 11. quit, nõ primo creatus, ut & genitus ꝓ nasta, & primus ꝓ perpetuitate credat. Ali
Heb. 1. bi q̃q; Apostolus asseruit, q; ipsũ posuit hæredẽ omniũ per quẽ fecit & secula, qui ẽ
splẽdor gloriæ & character substãtiæ eius. Imaginẽ Apostolus dicit, & Arrius dicit
esse dissimilẽ. Cur imago si similitudinẽ nõ habet? In picturis hoies nolũt esse dissi
miles, & Arrius dissimilẽ patrẽ cõtẽdit in filio, & uult ut pater dissimilẽ genuerit sui,
Psal. 35. quasi ipotẽs qui generare similẽ nõ potuerit. Prophetæ dicũt. In lumine tuo uidebi
Sap. 7. mus lumẽ. Prophetæ dicũt: Splẽdor est em̃ lucis æternæ, & speculũ sine macula dei
maiestatis & imago bonitatis illius. Vide quãta dicãt. Splẽdor, q; claritas paternæ
lucis in filio sit. Speculũ sine macula, quod pater uideat in filio. Imago bonitatis, qd
non corpus in corpore, sed uirtus in filio tota cernat. Imago docet nõ esse dissimilẽ,
D character expressũ esse significat, splẽdor signat æternũ. Imago itaq; nõ uultus ẽ cor
poralis, nõ fucis cõpositа, nõ cæris, sed simplex de deo, egressa de patre, expressa de
Iohan. 14. fõte. Per hãc imaginẽ Philippo patrẽ dñs demõstrauit dicẽs. Philippe qui me uidet
uidet & patrẽ. Et quõ tu dicis, ostẽde nobis patrẽ? Nõ credis, quia ego in patre & pa
ter in me est? Videt em̃ in imagine patrẽ, qui uidet i filio. Vides quã imaginẽ dicat.
Imago ista ueritas est, imago ista iustitia ẽ, imago ista dei uirtus est, non muta quia
uerbũ est, nõ insensibilis qa sapiẽtia est, nõ inanis qa uirtus ẽ, nõ uacua qa uita est,
nõ mortua quia resurrectio est. Vides ergo, quia dũ imago dicit, patrẽ significat es
se cuius imago sit filius, quia nemo potest ipse sibi imago sua esse. Plura possim de
filio testimonia dicere, sed ne forte ipse sibi nimium fauisse dicat, patrem interroge
Gen. 1. mus. Nempe ipse dixit. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Pa
ter filio dicit: Ad similitudinem nostrã. & tu dissimilem filiũ dei dicis? Iohãnes dicit:
1. Iohan. 3. Dilecti filij dei sumus, & nõdũ apparet quid erimus, scimus quia si reuelatũ fuerit,
similes ei erimus. O improuida amẽtia. O impudens peruicacia, homines sumus, &
in quo possumus ad similitudinẽ dei erimus, & similem audemus dei filiũ denega
re? Ergo pater dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã. In
principio ipsius mundi patrem & filium esse audio & unum opus cerno. Audio lo
quentem, agnosco facientem, sed & patris & filij unam imaginem, unam similitudi
nem lego. Similitudo hæc non diuersitatis sed unitatis est. Quod igit̃ tibi usurpas
filio dei derogas, cũ utiq; nisi per imaginem dei, ad imaginem dei esse nõ possis.

De sempiterno dei filio. Caput V.

CLARET igitur non esse dissimilem, & ideo procliuior uia est, ut etiam sem
piternum esse fateamur, cũ similis sempiterno utiq; sempiternus sit. Si au
tem patrem sempiternũ dicimus, & hoc idẽ filiũ denegamus, dicimus esse
dissi

dissimilẽ. Sempiterno em̃ tẽporale dissimile est. Clamat propheta sempiternũ, Cla
mat & apostolus sempiternũ. Plenũ est uetus testamentũ testimonijs filij sempiter
ni, plenũ est nouũ. Ordinem ergo teneamus. Scriptũ est in ueteri testamẽto, ut uel
unũ è pluribus dicã: Ante me nõ fuit alius deus, & post me nõ erit. Nihil ergo argu
mentabor, teipsum interrogo. Quis hoc dicit, pater an filius? Vtrũ dixeris, eo te con
uinci intelliges, uel si credas doceri. Quis ergo hoc dicit, pater an filius? Si filius, ante
me, inqt, nõ fuit alius deus: si pater, post me, inquit, nõ erit: hic priorẽ, ille posteriorẽ
non habet, inuicẽ in se & pater in filio, & filius in patre cognoscit. Cũ em̃ patrẽ dixe
ris, eius etiã filiũ designasti, qa nemo ipse sibi pater est. Cũ filiũ nominas, etiã patrẽ
eius fateris, quia nemo ipse sibi filius est. Itaq; nec filius sine patre, nec pater potest
esse sine filio. Semp igitur pater, semp & filius. In principio em̃ erat uerbũ, & uerbũ Ioan. 1.
erat apud deũ, & deus erat uerbũ, hoc erat in principio apud deũ. Erat, inquit, apud
deũ. Erat, erat, erat, erat, ecce quater erat, Vbi impius inuenit q; nõ erat? Alibi quoq;
Ioannes in epist. sua dicit, quod erat in principio, indefinite tenditur erat. Quicquid
excogitaueris, erat filius, Omnes aũt hæreses hoc capitulo breui, piscator noster exclu
sit. Quod em̃ erat in principio nõ indudit̃ tẽpore, nõ principio præuenit̃. Ergo Ar
rius cõticescat. Quod aũt erat apud deũ, nõ cõmixtione cõfundit̃, sed manẽtis uerbi
apud patrẽ solida pfectione distinguitur, ut Sabellius obmutescat. Et deus erat uer
bum, Nõ ergo in prolatione sermonis hoc uerbũ est, sed in illa cœlestis designatio
ne uirtutis, ut confitet̃ Fotinus. Quod uero erat in principio apud deũ, sempiternæ
diuinitatis in patre & filio inseparabilis unitas edocet̃, ut erubescat Eudoxius & Eu
B nomius. Postremo cum omnia per ipsum facta dicant̃, ipse cõditor noui utiq; testa
menti & ueteris designat̃, ut Manichæus locũ tentationis habere nõ possit. Ita pisca
tor bonus intra unũ omnes rete cõclusit, ut faceret inhabiles fraudi, quãuis essent inu
tiles captioni. Dic mihi hæretice, dat em̃ uenia clementissimus Imperator, ut te non
obloquendi studio, nec audiẽdi cupiditate, sed exponẽdi gratia paulisper alloquar.
Dic mihi inquã, Fuit ne aliquãdo tẽpus quo omnipotens deus pater nõ erat, & deus
erat? Tempus inquis nõ astruo. Bene & argute. Si em̃ tẽpus dixeris, teipsum cõuin
ces, quia necesse est asseras fuisse tẽpus ante filiũ, cũ filius temporis autor sit & crea
tor. Non potest em̃ post opus suũ ipse cœpisse. Necesse est igitur autorẽ operis sui
esse fatearis. Ante tẽpora, inquis, nõ nego filiũ. Sed cũ filiũ dico, ostendo priorẽ pa
trem, quia pater inquis filio prior est. Quid est hoc? Negas esse tempus ante filiũ, &
tamen nescio quid ante filiũ uis præcessisse quod temporis sit, & ostendis media ne
scio quæ molimina fuisse generandi, in quo generationẽ patris significas tempora
lem. Nam si pater esse cœpit, deus ergo primo erat, postea pater factus est, Quo
modo ergo immutabilis deus? Si enim ante deus, postea pater, utiq; generationis
accessione mutatus est. Sed auertat deus hanc amentiã. Nos em̃ ad impietatẽ eorũ
redarguendã, hanc retulimus quæstionem, quia pia mens generationem sine tem
pore asserit, ut & sempiternũ patrem cum filio dicat, nec aliquãdo asserat esse muta
tum. Iungat igitur honorificentia patri filium quem diuinitas iunxit, nõ separet im
pietas, quem generationis proprietas copulauit. Honorificemus filium, ut honorifi
cemus & patrem, sicut in Euangelio scriptum est. Sempitemitas filij, paternæ maie
statis insigne est. Si iste non semper fuit, ergo ille mutatus est, sed si semper fuit fi
lius, ergo nec pater aliquando mutatus est, qui immutabilis semper est. Itaque

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uidemus quod illi qui uolunt negare filiũ ſempiternum, uolunt patrem docere eſſe
mutatum. Accipe aliud quo clareat filium ſempiternũ. Apoſtolus dicit: Quod dei
Roma.1. ſempiterna uirtus ſit atque diuinitas. Virtus autem dei Chriſtus eſt. Scriptum eſt
1.Cor.1. enim, Chriſtum eſſe dei uirtutem & dei ſapientiam. Ergo ſi Chriſtus dei uirtus, qa
uirtus dei ſempiterna, ſempiternus igitur & Chriſtus. Non ergo ex uſu generatio-
nis humanæ calumniam hæretici inſtruas, neq; ex noſtro ſermone componas. Ne
que enim anguſtis ſermonibus noſtris, immenſæ magnitudinem poſſumus diuini
tatis includere, cuius magnitudinis non eſt finis. Nanque hominis generationem ſi
definire contendas, tẽpus oſtendis. Generatio aũt diuina ſupra omnia eſt. Late pa-
tet, ſupra omnes cogitationes aſcẽdit & ſenſus. Scriptum eſt enim: Nemo uenit ad
patrem niſi per me. Quicquid igit̃ de patre cogitaueris quamlibet eius æternitatem
nõ potes de eo aliquid niſi per filiũ cogitare, nec poteſt ullus ad patrem niſi per filiũ
Matth. 17. trãſire ſenſus. Hic eſt, inquit, filius meus dilectiſſimus. Eſt, inquit, quod indeſinenter
Pſal.118. eſt. Vnde & Dauid dicit, In æternũ, inquit, domine permanet uerbũ tuum in cœlo.
Quod enim manet, nec ſubſtantia nec æternitate deficit. Quæris à me, quomodo ſi
filius ſit, non priorẽ habeat patrẽ, quæro itẽ abs te, qñ aut quomodo filiũ putes eſſe
generatũ? Mihi em̃ impoſſibile eſt, generationis ſcire ſecretum. Mens deficit, uox ſi
let, nõ mea tantũ ſed angelorũ. Supra poteſtates, ſupra angelos, ſupra cherubin, ſu
Philip.4. pra ſeraphin, ſupra omnẽ ſẽſum eſt, quia ſcriptũ eſt: Pax aũt Chriſti quæ eſt ſupra
omnẽ ſenſum. Si pax Chriſti ſupra omnem ſenſum eſt, quẽadmodũ non eſt ſuper
omnem ſenſum tanta generatio? Tu quoq; manũ ori admoue, ſcrutari non licet ſu
D perna myſteria. Licet ſcire quod natus ſit, non licet diſcutere quẽadmodũ natus ſit.
Illud negare mihi nõ licet, hoc quærere metus eſt. Nam ſi Paulus ea quæ audiuit ra
2.Cor.12. ptus in tertium cœlum ineffabilia dicit, quomodo nos exprimere poſſumus pater-
næ generationis arcanũ, quod nec ſentire potuimus nec audire? Verũ ſi me ad con-
ſuetudinem trahis generationis humanæ ut patrẽ dicas priorem, uide utrũ ad ge-
nerationẽ dei, terrenæ generationis exempla cõueniant. Si ſecundũ hominẽ loqua
mur, negare nõ poteris, priores eſſe inter homines patris ẽq; filij paſſiones. Prior cre
uit, prior ſenuit, prior doluit, prior fleuit. Si igit̃ hic tẽpore minor, ille antiquior paſ-
ſione. Si hic generationis incurrit ætatẽ, nec ille generãdi euaſit pudorẽ. Quid te iſta
quæſtionũ tormẽta delectãt? Audis dei filiũ, aut dele nomẽ, aut agnoſce naturam.
Audis uterũ, agnoſce generatiõis perſpicuæ ueritatẽ. Audis cor, uerbũ intellige, Au
dis dexteram, cognoſce uirtutẽ. Audis os, cognoſce ſapientiam. Nõ hæc ſunt in deo
corporaliter æſtimãda. Incõprehenſibiliter generat̃ filius. Impaſſibiliter generat pa
ter, & tamen ex ſe generauit, & ante omnẽ intellectũ generauit deus uerus deũ ue-
rum. Pater diligit & tu diſcutis, pater cõplacet, & tu cum Iudæis inuides, pater ho-
norificat, & tu cum gentibus conuitiaris? Quæris à me, utrum prior non poſſit eſ
ſe qui pater eſt, Quæro à te ut doceas, quando pater fuerit prior, aut teſtimoniis
aut argumentis collige ueritatem. Si teſtimoniis, accepiſti utique ſempiternam
Pſal.80. dei eſſe uirtutem. Legiſti etiam dicentem: Iſrael ſi me audieris non erit in te deus re
cens, neq; adorabis deum alienum. Aliud horum æternitatem, aliud proprietatem
ſubſtantiæ indifferentis ſignificat, ut neque poſteriorem neque alterius diuinitatis
filium eſſe credamus. Nam ſi poſterior eſt, recẽs eſt, & ſi unius non eſt diuinitatis,
Roma.9. alienus ẽ. Sed nec poſterior, quia recẽs nõ eſt, nec alienus quia ex patre natus, quia
ſupra

A ſupra oĩnia eſt deus bñdictus in ſecula, ſicut ſcriptũ eſt. Sed ſi alienũ putãt, cur ado-
rant eũ cũ ſcriptũ ſit: Neq; adorabis deũ alienũ? Aut ſi nõ adorãt, fateantur, & finis
eſt, ne quẽ ſub religioſi nois profeſſione decipiant. Hæc nempe ſunt teſtimonia ſcri-
pturarũ. Aut ſi habes aliud, proferre debebis. Supeſt ut & argumẽtis ueritas colliga
tur. Quanq̃ etiã humanis teſtimoniis argumẽta cedere ſoleant, argumentare tamẽ
hæretice ut uoles. Vſu, inquis, accipiemus eo qui naſcit̃ priorẽ eſſe qui generat. Per-
ſequere igitur oĩa ueſtigia cõſuetudinis, & ſi cætera cõueniunt, nõ obſiſto, quin &
iſtud requiras. Si aũt nulla cõcordant, quemadmodũ cũ deſint cætera, hoc ſolũ exi-
gis? Ergo quia uſum requiris, quãdo generatus eſt ex patre paruulus fuit, uidiſti in
fans infantulũ uagientẽ? Proceſſus aliquos accepit ætatis? Si em̃ infirmitatẽ gene-
rationis habuit, neceſſe eſt ut nõ ſolũ naſcendi ſed etiã uiuendi inciderit infirmitatẽ.
Si fortaſſe eò prolaberis amentiæ, ut de dei filio iſta nõ abnuas, qui eũ ex infirmita-
te metiris humana: quid ſi deũ negare nõ potes nomine, infirmitate tamẽ hominẽ
uis probare? Quid ſi dum filiũ diſcutis, patrẽ arguis, & dum Chriſto præiudicas, pa
trem adiudicas? Nam ſi diuina generatio ſubiecta tempori fuit, & id ex uſu genera
tionis uſurpatur humanæ, ergo & pater corporali utero portauit filiũ, decem men-
ſium curriculis, onus uexit? Sed quomodo ſine ſexu altero generatiõis uſus? Vides
ſolennem generationis ſeriem nõ cœpiſſe, & tu partus cuiuſdã corporei neceſſitates
putas fuiſſe ſolennes. Tu uſum quæris, ego ſexũ. Tu tempus exigis, ego ordinẽ. Tu
finem diſcutis, ego quæro principiũ. Nempe finis ex principio, nõ principiũ pendet
ex finẽ. Omne, inquis, quod natũ eſt, principiũ habet. Et ideo quia filius eſt, princi-
B cipium habet & ex tempore eſſe cœpit, quod ipſorũ ore ſit dictũ. Ego aũt filium na
tum eſſe profiteor, quod reliquũ eſt impietatis horreſco. Deũ confiteris homo, & ta
li circũſcribis calumnia? Deus hanc auertat amentiã. Rurſus obijciũt: Ergo nõ eſt fi
lius ſi nõ habet quæ habent filij. Ignoſcat mihi pater, ignoſcat mihi filius, ignoſcat
ſpiritus ſanctus, quæſtionẽ proprietate referre cupienti. Eſt certe pater & manet ſem
per, ſunt etiã creaturæ pro diſpoſitione diuina. Eſt ergo aliquid eorũ quod nõ ſub-
iectum ſit, aut locis, aut temporibus, aut creationi, aut cauſæ alicui uel autori? Profe
cto nihil. Quid ergo dicitis? Eſt horũ aliquid quo egeat pater? impiũ eſt dicere. Er-
go aut deſinite quæ creaturarũ ſunt aptare diuinitati, aut ſi cõparare cõtenditis, con-
ſiderate quò ueſtra procedat impietas, quod abſit uel in ſenſus noſtros aliquãdo ue
niat. Nos em̃ piam reſponſionẽ tenemus. Nanq; omnipotens deus eſt, & ideo nul
lo eorũ pater indiget, qa non habet mutationẽ ſui aliquã uel profectũ quo nos ege
mus, quorũ infirmitas ex huiuſmodi rebus ꝓfectũ accipit. Qui aũt oĩpotens eſt,
uticq; nõ creatus & ſine loco & ſupra tẽpora eſt. Nihil em̃ ante deũ, imò hoc ipſum
uerbũ ante deũ dicere eſſe aliqd graue. Ergo ſi ita eſt, qa nihil horũ eſt in deo patre
quæ ꝓfectũ ſignificẽt qa deus eſt, nihil horũ aptare etiã poteſt dei filio ut uel initiũ
accipiat uel ꝓfectũ, qa deus uerus ex deo uero eſt. Ergo quia uſitatũ nõ repimus or
dinẽ, acqeſce Arriane p̃cipuã filij generationẽ fuiſſe, Acqeſce, inquã, & ſi mihi nõ cre
dis, erubeſce uel dei uocẽ dicẽtis: Cui me ſimilẽ exiſtimatis. Et iterũ: Quia nõ ſicut ho
mo ita & deus. Etem̃ ſi operatio dei præcipua eſt, qa nõ manibus operat̃ aliqd, non Numeri.23.
labore cõficit, nõ diebus abſoluit, Ipſe em̃ dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata Pſal.148.
ſunt: cur nõ credam⁹ p̃cipuã generationẽ eſſe eius in filio, cuius p̃cipuã opationẽ in
opibus eius agnoſcim⁹? dignũ certe eſt ut ſpecialiter & p̃cipue uideat̃ genitaſſe filiũ.

Habeat

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Habeat generationis inusitatæ gloriã, qui habet potestatis inusitatæ gratiã. Nõ so-
lum admirabilis ex patre generatio Christi, sed admirabilis etiã ipsa generatio eius
ex uirgine. Tu illam dicis nostræ similẽ conceptionis, & ego probo istã nostræ esse
dissimilem, immo te ipsum cogam fateri. Dic quẽadmodũ sit natus ex Maria, quo
usu uterus eũ habuerit uirginalis, qũo sine semine uiri partus, unde uirgo prægnãs,
quẽadmodũ puella mater ante fœta, q̃ copulã uxoris experta? causa deerat & gene
rabatur filius. Vnde ergo legis nouatæ partus? Si igitur in uirgine usus defuit ge
nerationis humanæ, quemadmodũ in deo patre proprie generationis usum requi
ris? Certe usus in sexu est, quia sexus in carne est. Vbi ergo caro non est, quẽadmo-
dũ carnis infirmitatẽ exigis? Nemo meliorẽ discutit. Credere tibi iussum est, & nõ
Gen.15. Psal.32. discutere permissum est. Scriptũ est enim: Credidit Abraã deo. Nec solum in gene
ratione filij sermo defecit, sed etiam in operibus dei, Scriptũ est enim: Omnia ope-
ra eius in fide. Opera ergo eius in fide, generatio sine fide? Et discutimus quæ nõ ui
demus, qui iubemur credere magis q̃ discutere quæ uidemus? Dicet aliqs: Quomo
do generatus est filius quasi sempiternus, quasi uerbum, quasi splendor lucis æter-
næ, quia simul splendor operatur ut nascitur? Apostoli istud exemplum est nõ me-
um. Noli ergo credere quod fuerit uel momentum aliquod quo fuerit sine sapiẽtia
deus, aut sine splẽdore lux. Noli Arriane ex nostris æstimare diuina, sed diuina cre
de ubi humana non inuenis. Rex gentilis in igne cum tribus pueris Hebræis, quar
ti quasi angeli uidit figuram, Et quia præstare putabat angelis dei filium, quem nõ
legit sed credi iudicauit. Abraam quoq; tres uidit, & unũ adorauit. Petrus in mon-
D te Moysen & Heliam cum filio dei uidit, nec errauit in natura, nec errauit in gloria.
Deniq; quid facere deberet, non illos sed Christũ interrogauit. Nam & si tribus pa
rabat obsequium, unius tamen expectabat imperium. Sed quoniam uel taberna-
culorum numerum deferendum tribus simpliciter æstimauit, emendatur dei patris
autoritate dicentis: Hic est filius meus dilectissimus, ipsum audite, id est, quid con-
Matth. 17. seruos tuos cum domino socias tuo? Hic est filius meus, non Moyses filius, nõ He-
lias filius, sed hic filius. Sensit emendationem apostolus, procidit in faciem conster
natus patris uoce & filij claritate. Sed eleuatur à filio qui iacentes erigere consueuit.
Vnum uidit, solum uidit dei filium. Recesserũt enim seruuli, ut solus dominus qui
solus designabatur, filius uideretur. Quid igitur sibi uult illa uisio, non æqualitatem
Christi seruorum significans, sed mysterium signans, nisi ut appareret nobis quod
lex & prophetæ cum euangelio congruentes sempiternum dei filium quem annun-
ciauerant reuelarent. Ergo & nos cum audimus ex utero filium, ex corde uerbũ cre
damus, quia non plasmatus manibus sed ex patre natus: nõ artificis opus, sed pro
genies ẽ patris. Et ideo qui dicit: Hic est filius meus, non dixit: hic est temporalis,
non dixit, hæc est creatura mea, hæc factura mea, hic seruus meus. Sed hic filius me
Exo.5. us quem uidetis in gloria. Hic est deus Abraam, deus Isaac, deus Iacob, qui appa-
ruit in rubo Moysi, de quo Moyses ait: Qui est misit me. Nõ pater in rubo, non pa
ter in heremo, sed filius Moysi locutus est. Denique de ipso Stephanus dixit: Hic
est q̃ fuit in ecclesia in heremo. Hic est ergo qui legẽ dedit, ipse q̃ locutus ẽ Moysi di-
cẽs: Ego sũ deus Abraã, deus Isaac, deus Iacob. Hic ẽ deus patriarcharũ, hic ẽ deus
pphetarũ. Filiũ ergo legimus, mẽs tua pcipit lectionẽ, ædat lingua cõfessionẽ. Auser
hic argumẽta ubi fides q̃rit, in ipsis gymnasijs suis iam dialectica taceat. Nõ quæro
quid

A quid loquãtur philosophi, requiro quid faciãt, soli in suis gymnasijs remanserũt. Vi
de q̃s fides argumentis præponderet. Illi quotidie à suis cõsortibus deserunt̃ qui co
piose disputãt, isti quotidie crescũt qui simpliciter credũt. Non credit̃ philosophis,
creditur piscatoribus, nõ creditur dialecticis, creditur publicanis. Illi uoluptatibus &
delitijs orbem ligarũt, isti ieiunijs & doloribus exuerũt. Plures itaq; iam cœpit illice
re iniuria q̃s uoluptas. Nũc uideamus, quo distant à gentilibus Arriani. Illi deos ap
pellant dispares sexu, dissimiles potestate, isti trinitatẽ asserũt differentis diuinitatis
& dissimilis potestatis. Illi deorũ suorũ principiũ asserũt tẽporale, & isti Christũ cœ
pisse ex tẽpore mentiũtur. Nónne ex philosophia omnẽ impietatis suæ traxerũt co
lorem. Illi tamen quod uenerantur amplificant, isti dei filiũ creaturã asserũt esse qui
deus est.

Non esse creaturã dei filiũ. Cap. VI.

PATVIT ut arbitror, sancte Imperator, nec; dissimilẽ esse patris, neque
ex tempore esse dñm Iesum. Restat ut illud quoq; sacrilegiũ redargua
tur, & probemus creaturã nõ esse dei filiũ, in quo nobis præsentis oracu
lum lectionis aspirat. Audiuimus em̃ legi dicẽte dño: Ite in orbem uni- Marci.16.
uersum, & prædicate euãgeliũ uniuersæ creaturæ. Qui uniuersam creaturã dicit, nul-
lam excipit. Et ideo ubi sunt qui creaturã Christũ appellant? Nam si creatura esset,
nunqd ipse sibi mãdaret euãgeliũ prædicari? Nõ igitur creatura est sed creator qui
docẽdæ creaturæ discipulis suis mãdat officiũ. Nõ ergo creatura Christus. Vanitati Rom.8.
em̃ creatura subiecta est, sicut apostolus dixit. Nunqd ergo Christus subiectus est
uanitati? Rursus iuxta eundẽ apostolũ, Creatura cõgemiscit & cõparturit usq; nũc
B Nũquid ergo Christus cõgemiscit & cõparturit qui nostros à morte gemitus libera
uit? Creatura, inqt, liberabit̃ à seruitute corruptionis. Videmus igitur magnã inter
creaturã & dñm esse distantiã, quia seruitus creatura est, dñs aũt spiritus est, ubi aũt 2.Cor.3.
spiritus dñi est, ibi libertas. Quis hunc induxit errorẽ, ut eum qui creauit omnia, qui
fecit omnia, diceret creaturã? Num ipse dñs se creauit? Si enim lectum est, quod per
ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, nunquid ipse se fecit? Si lectũ est
quod negari nõ potest, quia deus in sapientia fecit omnia, nũquid uerisimile uideri Psal.109.
potest, quia à seipsa est facta sapiẽtia? Legimus genitũ quia pater dixit: Ego ex ute-
ro ante luciferũ genui te. Legimus primogenitũ filiũ, legimus unigenitũ. Primoge-
nitum, quia nemo ante ipsum. Vnigenitũ, quia nemo post ipsum. Legimus etiã: Ge
nerationẽ eius quis enarrabit? Generationẽ, inquit, nõ creationẽ. Quid his tantis ac Esa.53.
talibus cõferri potest? Ostendit etiam dei filius distantiã generationis & gratiæ di-
cens: Ascendo ad patrem meum & patrẽ uestrum, deum meũ & deum uestrũ. Non
dixit: Ascendo ad patrẽ nostrũ, sed ascendo ad patrem meũ & patrem uestrũ. Sepa Ioan.20.
ratio ista diuersitatẽ ostendit, quod illius genitor, noster creator sit. Et addidit: Deũ
meũ & deum uestrũ. Quia licet ipse & pater unũ sint, & illi pater sit proprietate natu
ræ, nobis deus pater cœperit esse per filiũ, nõ naturæ iure sed gratiæ, tamen utranq;
naturã hic significare uidetur in Christo, & diuinitatis & carnis. Diuinitatis ex patre
carnis ex matre. Illamq; ante omnia, istamq; ex uirgine. Deniq; ante patrẽ ut filius
nominauit, deum postea ut homo nũcupauit. Vbiq; aũt deum suum, quod ex per
sona dicat hominis, testimonia docent. Deus deus meus respice in me, quare me de Psal.21.
reliquisti? Et alibi: De uentre matris meæ, deus meus es tu. Et supra quasi homo
patitur, & infra, homo est qui ex matris uentre iactatur. Itaq; cum dicit: De uentre
matris

Universidad de Deusto
Biblioteca

C matris meæ deus meus es tu,significat eum qui pater semper erat, ex illo deum sibi esse ex quo de uentre matris iactatus est. Cum igitur in Euangelio,in Apostolo,in prophetis generationem Christi legerimus,unde audent dicere creatum esse uel factum? Et quidem in quo creatum legerint,in quo factum cõsiderare deberent? Edo ctum est enim dei filium de deo esse genitum, de deo natum. Factũ autem in quo legerint diligenter aduertãt. Non enim deus factus,sed deus dei filius natus est. Postea autem secundum carnem homo factus ex Maria est. Si mihi non credunt,cre-
Gal.4. dant apostolo dicenti: Postquam uero uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. Filium,inquit,suum,non unum de multis non cõmunem sed suum. Suum cum dicit,generationis æternæ proprietatem signa uit. Hunc postea factum ex muliere asserbit, ut factura nõ diuinitati sed assumptio ni corporis ascriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem. Factum sub le ge per obseruantiã legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem,ista post legem.

Quod facturam uel creaturam dei filium dicant Arriani. Cap. VII.

ANDE & illud uane iactare consuerunt quod scriptum est: Et deum eum & Christum fecit deus, Imperiti legant totum & intelligant. Sic enim scriptũ est: Et deum eum,& Christum fecit deus,hunc Iesum quem uos crucifixistis,non diuinitas crucifixa sed caro est. Hoc utique fieri potuit quod potuit crucifigi. Non ergo factura dei filius. Facessat igitur & illud de quo calumniari solent,& discant quemadmodum dictum sit: Dominus creauit mẽ,nõ di-
D xit pater creauit,sed dominus creauit me. Caro dominũ cognoscit. Gloria patrem significat. Creatura nostra dominum confitetur. Charitas patrem nouit. Itaque quis ignoret,quia ob causam incorporationis hoc dicitur. In eo igitur se creatum dicit,in
Ioan.7. quo & hominem testificatur dicens: Quid me quæritis occidere hominem? In quo & crucifixus est,mortuus & sepultus est. Nec dubitandum quod præteritum posuit quod erat futurum. Hæc enim cõsuetudo est prophetiæ,ut quæ futura sunt uel quasi præsentia uel quasi facta dicantur. Deniq; in psal.xxi.legisti: Tauri pingues obsederunt me. Legisti etiam: Diuiserũt sibi uestimenta mea. Quod euangelista de tempore passionis prophetatũ esse significat. Deo enim quæ sunt futura præsentia sunt & ei cui prænota sunt omnia,uentura pro factis sunt. Sicut scriptum est: Qui fecit quæ uentura sunt. Nec mirum si ante secula fundatũ se esse dicit, cum legeris præde-
Proverb.9. stinatum ante tempora secularia. Quàm uerum de incarnatione id uideatur expressum,declarant sequentia. Sapientia,inquit,ædificauit sibi domum & subdidit columnas septem, & inter duas hostias miscuit in cratere uinum suum, & parauit suam mensam,& misit suos seruos conuocans cum altissima prædicatione dicens: Qui est insipiens declinet ad me. Nónne in euangelio post incarnationem hæc omnia uidemus esse completa? Quod sacri conuiuij celebrauit mysteria, quod apostolos misit,
Ioan.7. uoce clamauit dicens: Si quis sitit ueniat ad me & bibat. Ergo sequentia respondent prioribus, & totius cursum incarnationis uidemus prophetiæ expositione digestũ. Multa alia documenta præsto esse possunt,huiusmodi de incarnatione dicta uideri. Sed non me inuoluo libris,ne tractatus uideatur esse diffusior. Nunc ipsos Arrianos interrogo,utrum idem putent esse genitum quod creatum? Si enim idem dicunt,nihil utiq; distat inter generare & creare. Ergo quoniam & nos creati sumus,in-

ter nos

ter nos & Christum,inter Christum & elementa, nulla distantia est. Sed quamuis amentes sint,id tamen non audebunt dicere. Postremo ut insipientiæ eorum quod uerum non est,indulgeam,Si nihil,ut putant,distat in uerbo, cur nõ eum quem colunt,meliore appellent nomine? Cur uerbo non utuntur patris? Cur abiciũt quod honorificentiæ,assumunt quod iniuriæ? Si aũt distat inter creatum & genitum, ut ego arbitror,cum legerimus genitum, non utiq; idem & genitũ intelligemus & creatum. Dicãt igitur generatum ex patre,ex uirgine procreatũ: aut dicant: quõ dei filius & genitus & creatus,una natura,& maxime deus diuersitatẽ nõ recipit. Certe fa cesset nostra sententia. Paulum interrogemus, qui spiritu dei plenus, has præuidẽs quæstiões,generaliter cõtra gentes, specialiter cõtra Arrianos locutus ait: diuino iudicio eos esse damnatos qui seruirent creaturæ potius quàm creatori. Deniq; sic habes: Tradidit illos deus in desideria cordis eorum,ut contumelijs afficiant corpora Rom.1.
suа inter semetipsos,qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium,& coluerũt & seruierunt creaturæ potius quàm creatori,qui est deus benedictus in secula. Prohibuit itaq; me Paulus creaturæ seruire,sed Christo admonet seruiendum. Non ergo creatura Christus. Paulus inquit seruus Iesu Christi: Bonus seruus qui dominũ recognoscit, ipse creaturæ seruire nos prohibet. Quemadmodũ ergo Christo ipse seruiret,si creaturam Christum putaret? Aut igitur desinãt colere quem creaturam appellant,aut desinant quem colere se simulant,dicere creaturã, ne sub appellatiõe cultorũ,sacrilegia grauiora cõmittant. Detestabilior em̃ domesticus hostis q̃ extraneus,& grauius scelus aduersus Christũ,cum abutant̃ Christi nomine. Quem igit̃
B meliorem interpretẽ quærimus scripturarũ,q̃ illum doctorẽ gentium,uas electionis,electum de persecutoribus,qui Iesum quẽ persecutus fuerat,fatet̃. Legerat utiq; Salomonẽ plus q̃ Arrius,& erat peritus in lege, & ideo quia legerat,non creatum Christum dicit esse,sed genitũ. Legerat em̃: Ipse dixit & facta sunt,ipse mãdauit & Psal.148.
creata sunt. Nunqd dicto factus est Christus? Nunquid mãdato creatus est Christus? Quõ aũt creatura in deo esse pót? Etem̃ deus naturæ simplicis est,non coniunctæ atq; cõpositæ,cui nihil accidat, sed solũ quod diuinũ est in natura habeat sua, Complens omnia,nusquã ipse cõfusus, Penetrans omnia,nusquã ipse penetrãdus, Vbiq; totus,eodemq; tpe uel in cœlo uel in terris,uel in nouissimo maris pẽs. Visu incõprehensibilis,factu interpretabilis,sensu inæstimabilis,fide sequẽdus,religione uenerandus,ut quicquid religiosius sentiri potest, quicquid præstantius ad decorem,quicquid sublimius ad potestatem,hoc deo intelligas conuenire. Ergo quia in filio complacet pater,crede quia dignus patre filius. Crede quia à deo exiuit filius, Ioh.8.
ut ipse testatur dicens: Ex deo processi & ueni. Et alibi: Adeo exiui. Qui ex deo pro- Ioh.16
cessit,& à deo exiuit: nihil aliud potest habere,nisi quod dei est. Vnde non solum deus,sed etiam uerus deus. Verus è uero,& adeo uerus,ut ipse sit ueritas. Itaque si nomẽ quærimus,ueritas est. Si maiestatem quærimus naturalem, eòusq; filius dei uerus est. Et ut proprius. Scriptum est enim: Qui filio proprio nõ pepercit,sed pro Rom.8.
nobis omnibus tradidit eum. Tradidit utiq; secundum carnem. Proprietas diuinitatis est,ueritas proprietatis,misericordia pietatis,oblatio securitatis. Sed ne calumniarentur quia scriptum est: Tradidit eum pater,ipse Apostolus alibi dixit: Pax à Gal.1.
deo patre,& domino nostro Iesu Christo,qui se dedit pro peccatis nostris. Et ali- Ephe.5
bi: Sicut Christus dilexit nos,& tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo & traditus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C est à patre,& ipse se tradidit,apparet unam esse operationem,unam esse patris & si
lij uoluntatem.Si naturalem ergo maiestatem quærimus: Genitus est. Qui genitū
inficiatur,proprium negat.Qui proprium abnuit,communem cæteris arbitratur.
Sin uero generationis ipsius proprietatem requirimus, ex deo exiuit. Nam cum in
usu nostro id sit exire quod iam sit, & ex interioribus secretis prodire uideat quod
exire perhibetur,angustis licet sermonibus proprietatem diuinæ generationis ad
uertamus,ut non ex loco aliquo uideatur exisse,sed ut deus ex deo, filius ex patre.
Nec uideatur cœpisse ex tempore qui ex patre nascēdo prodijt, ut dixit ipse qui na
Eccl.24. tus est:Ex ore altissimi prodij.Sed si naturam non agnoscunt, si nō credunt scriptu
ris,uel operibus credant.Cui dicit pater:Faciamus hominem nisi ei quem uerum fi
lium sciret? In quo nisi in uno suam imaginem recognosceret? Non est unum ado
ptiuus & uerus,nec filius diceret, Vnum sumus, si se cum uno qui uerus non erat
ipse cōferret.Faciamus ergo dicit pater, qui dixit uerus est. Potest ne ergo uerus nō
esse ille qui fecit:& quod dicēti defertur,facienti negatur? Quomodo autem nisi ue
rum filium sciret,committeret ei uolūtatis suæ unitatem & operis ueritatem? Cum
enim eadem faciat filius opera quæ pater facit,& quos uult uiuificet filius, sicut scri
ptum est, nec indifferens potestate & liber est uolūtate: ita unitas seruatur, quia &
uirtus dei in diuinitatis proprietate est,& libertas non in aliqua differentia,sed uni
tate est uoluntatis. Turbati in freto Apostoli licet adhuc non credentes corde, ubi
primum sub pedibus domini ludere aquas & inquieto maris æstu deambulantis
domini super aquas intrepida uidere uestigia,subitoq; naui quæ fluctibus turbare
D tur,ubi eam tamen Christus ascendit, placida æquora & elemēta conspexere famu
Matt.14. lantia,uerum dei filium crediderunt dicentes:Vere dei filius est.Hoc idem centurio
cum alijs qui secum erant,tremefactis mundi cardinibus,in passione domini confi
Matt.27. tetur,& tu hæretice negas.Centurio dicit: Vere filius dei erat iste.Erat,inquit,centu
rio,& Arrianus dicit non erat. Ille ergo generationis & ueritatem & æternitatem
asseruit,manu cruentus, sed mente deuotus. Tu hæretice ueritatem generationis ne
gas,tempus asscribis,utinam manus potius quàm animū cruentasses. Sed nec ma
nu innocens,& mente feralis,quantum in te est mortem infers qui infirmum opina
ris. Immo quod grauius est,& si diuinitas uulnus sentire non possit, quod in te ta
men est maiestatem suam in Christo non corpus interficere conaris. Verum igitur
deum dubitare non possumus, quem uerum dei filium & carnifices crediderunt &
dæmones fatebantur:quorum nunc non testimonia requiruntur,sed tuis tamen sa
crilegijs præferuntur. Illos nominauimus ut erubesceres,diuina quoq; responsa ad
Esa.65. hibuimus ut crederes. Clamat dominus per Esaiam: Seruientibus mihi uocabitur
nomē nouū,quod benedicet super terrā, & benedicent deum uerum, & qui iurant
super terram iurabunt per deum uerum. Hæc dixit Esaias, quando uidit maiesta
tem eius.Hoc in euangelio designatur,quod maiestatem uiderit Christi & locutus
sit de eo.Accipe tamen quod etiam scripserit Euangelista Iohannes in epistola di
1.Ioh.5. cens: Scimus quoniam filius dei apparuit & dedit nobis sensum ut cognoscamus
patrem & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus & uita æterna.
Verum Iohannes filium dei, & uerum deum dicit. Ergo si uerus deus, utiq; non
creatus, nihil fallax habens atq; fucatum,nihil confusum atq; dissimile.

Definitio

Definitio patrum de fide. Cap. VIII.

DEVS igitur ex deo,lumen de lumine,uerus deus de deo uero, ex patre
natus non factus,unius substantiæ cum patre.Sic nempe nostri secun
dum scripturas dixerunt patres,qui etiam sacrilega dogmata ideo suis
inserenda putauere decretis,ut Arrij perfidia ipsa se proderet,ne qua
si fucis quibusdam & coloribus illita uelaretur.Fucum enim faciunt qui non audent
explicare quod sentiunt censorie. Itaq; impietas Arriana, non expositione resera
tur,sed damnatiōe detegitur.Vt qui curiose gestit audire,prius damnatam cognos
ceret ne laberetur quam expositam audiret ut crederet.

Expositio quæ Arrij perfidiam damnat. Cap. IX.

EOS, inquit,qui dicunt: Erat quando non erat, & antequam nasceretur
non erat,& qui ex nihilo factum, aut ex alia substantia uel usia dicunt
esse,aut mutabilem & conuertibilem dei filium,anathematizat catho
lica & apostolica ecclesia.Accepisti sancte imperator eos qui talia asse
runt iure damnatos,non humana industria,non compositione aliqua, sed trecenti
decem & octo,ut supra dixi,episcopi ad concilium conuenerunt. Sed ut in numero
eorum per signum suæ passionis & nominis dominus Iesus,suo probaret se adesse
concilio crux in trecentis,Iesu nomē in decē & octo est sacerdotibus.Hoc & in Ari
minensi concilio habuit prima confessio, & post Ariminense concilium secūda cor
rectio epistola ad imperatorem Constantium missa testatur correctionem, secuta
B concilia confitentur.Arrius ergo dicit:Erat quando nō erat,sed scriptura dicit:erat,
non dicit:non erat.Deniq; Iohannes scripsit: In principio erat uerbum,& uerbum Ioh.1.
erat apud deum,& deus erat uerbum,hoc erat in principio apud deum. Ecce quo
tiens erat,& nusquam dixit quod non erat. Cui ergo credimus: Iohanni in Christi
pectore recumbenti,an Arrio inter effusa se sua uiscera uolutanti,ut agnoscaremus
similem Iudæ proditoris Arrij quoq; fuisse perfidiam,quem similis pœna damna
uit,effusa sunt enim & Arrij uiscera.Pudet dicere ubi, atq; ita crepuit medius pro
stratus in faciem, ea quibus Christum negauerat fœda ora pollutus.Crepuit enim
sicut etiam de Iuda Petrus apostolus dixit, quia possedit agrum de mercede iniu Act.1.
sticiæ,& in faciem prostratus crepuit medius,& effusa sunt omnia uiscera eius. Nō
est fortuita mors ubi in sacrilegio pari pœnæ parile processit exemplum, ut idem
subirent supplicium qui eundem dominum negauerunt,& qui eundem dominum
prodiderunt.Veniamus ad alia.Arrius dicit:Anteq; nasceretur nō erat,sed scriptu
ra dicit omnia esse per filium.Quomodo ergo alijs dedit esse,qui nō erat? Cum au
tem dicit impius,quando & ante,hæc utiq; duo uerba tempus ostendunt.Quomō
ergo negant tempus ante filium, & uolunt prius fuisse quæ temporis sunt, cum id
ipsum quando & ante & aliquando non fuisse sit temporis? Arrius dicit ex nihilo
dei filium,quomodo ergo dei filius? Quomodo paterno generatus ex utero? Quo
modo eructuatum ex corde uerbū legitur, nisi ut ex intimo & inæstimabili patris
intelligatur,ut scriptum est, prodisse secreto? Filius enim aut per adoptionem, aut
per naturam est.Per adoptionem nos filij dicimur,ille per ueritatē naturæ est.Quo
modo ergo ex nihilo ille,qui ex nihilo fecit omnia? Non habet filium qui nescit un
de sit.Deniq; nec Iudæi habebant filium,quia unde esset nesciebant. Et ideo dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C his dominus: Nescitis unde ueni. Et infra: Neq; me noscitis, neque patrem meum
Ioh.8. scitis. Qui enim negat ex patre filium, nec patrem ex quo est filius nouit, neq; filium nouit qui patrem nescit. Arrius dicit: Ex alia substantia. Quæ igitur alia substantia æquatur dei filio, ut ex ipsa dei filius sit? Aut quomodo reprehendunt, quia nos in deo aut usian græce, aut latine substantiam dicimus, cum ex alia dicendo substantia deum esse filium, etiam ipsi substantiam dei esse confirment? Sed si de nomine substantiæ aut naturæ diuinæ uoluerint dicere, facile reuincunt, quia & usian græce & latine substantiam frequenter scriptura memorauit. Et Petrus uult nos, ut legimus, diuinæ cõsortes fieri naturæ. Quod si ex alia substantia filium dicent, ipsi se reuincunt, & uerbum substantiæ quod metuunt cõfitendo, & filium creaturis quibus præferre se simulant coæquabunt. Arrius dicit creaturam dei filium, non sicut cæteras creaturas. Quæ enim creatura non sicut alia creatura est? Homo non ut angelus? terra non ut cœlum? sol non ut aqua? lumen nõ ut tenebræ? Nihil ergo præferendo donauit, sed ad simplices accipiendos, misero colore fraudem suæ impietatis obduxit. Arrius dicit mutabilem & conuertibilem dei filium. Quomodo ergo
Malach.3. deus sit mutabilis, cum ipse dixerit: Ego sum, ego sum, & non sum mutatus? Vere nunc mihi propheticum illud est confitendum, quod prophetaturus de dño præ-
Esa.6. mittit Esaias dicens: O miser ego & compuncto corde, qui cum immunda labia habeam, in medio quoq; populi inhabitem immunda labia habentis, uidi dñm sabaoth. Ergo si Esaias miserum se dicit, qui uidit dominũ sabaoth, quid ego de me dicam, qui cum immunda labia habeam, cogor de dei generatione tractare? Quid
D igitur de his quæ metuo locuturus erumpo, cum Dauid de his quæ sciat ori suo cu-
stodiam petat? O si mihi quoq; unum de seraphin candentẽ illum carbonem quẽ de altari diuino sumpsit, utriusq; forcipe deferens testamenti, immunda adurat labia. Aut quia tunc seraphin descendit in figura ad prophetam, tu autem domine reuelato mysterio ad nos in carne uenisti, non per legatum, neq; per nuncium, sed ipse per te, ab occultis meis conscientiam meam mundes, ut ego quoq; dudum immundus, sed iam per tuam misericordiam fide mũdus, illud Dauidicum canam di-
Psal.70. cens: Psallam tibi in cithara deus Israël, gaudebunt labia mea dum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti. Itaq; dñe calumniatores tuos & hostes relinquens, confer te ad nos, & sanctifica aures principis Gratiani, omniumq; præterea quorũ in manibus hic libellus uenerit, uacuas mihi præsta, nec ibi auditæ perfidiæ sordes resident. Emunda ergo, emunda autem, non fontanis poculis, nec fluuiali haustu, nec susurro prætermeantis riuuli, sed sermonibus ad uicem aquarum operantibus supra nitorem aquarum perspicuis, & omni purioribus niue. Illis utiq; sermonibus
Esa.1. quibus dixisti per Esaiam: Si fuerint peccata uestra sicut phœnicium, ut niuẽ dealbabo. Est etiam poculum quo secreta mentis mundare consuesti. Poculum non naturæ ueteris, nec ex uite solenni, sed poculum nouũ de cœlo delatũ, in terra expressum ex illo botrione peregrino, qui sicut uua de uite, ita ille in carne crucis pependit è liguo. Ex hoc ergo botrione, est poculum quod lætificat cor hominis, sobrietatem inebriat, crapulam fidei & ueræ religionis exhalat, crapulã castitatis infundit. Hoc igitur poculo domine meus, domini aures Augusti mentis emũda, ut sicut poculo naturali homines inebriati quietem diligunt, timorem mortis expellunt, iniurias non sentiunt, aliena non quærunt, suorum obliuiscuntur, Ita etiam poculo tuo crapulatus

A tus pacem diligat, & fidei exultatione securus, mortem infidelitatis ignoret, patientiam charitatis exhibeat: Sacrilegia aliena nõ teneat. Fidem etiam pignoribus suis præferat, secundum quod scriptũ est: Relinque omnia tua & ueni sequere me. Hoc Matt.19.
poculo domine Iesu, sensus etiam nostros dilue, ut te adoremus, te colamus uisibilium & inuisibilium creatorem. Non potes ergo inuisibilis aut bonus non esse, qui id etiam tuis operibus contulisti.

FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE FIDE.

Quod Arriani bonum dei filium negent. Cap. I.
De uero & bono dei filio. Cap. II.
De omnipotenti dei filio. Cap. III.
De domino maiestatis dei filio. Cap. IIII.

DIVI AMBROSII ME

DIOLANENSIS EPISCOPI DE FIDE AD Gratianum Augustum, Liber Secundus.

PROLOGVS.

B ATIS, ut arbitror, libro superiore sancte imperator edoctum est, sempiternum esse deum dei filium. Non dissimilem patri, genitum non creatum. Deum quoq; uerum dei filium scripturarum lectionibus approbauimus, & apertis maiestatis suæ indicijs designatũ. Itaq; quamuis ista ad fidem copiose redundantia sint, quod à fontis meatu magnitudo plerunq; decurrentis fluminis æstimatur, tamen quo purius niteat fides, tripartita uideatur deriuanda distinctio. Sunt enim euidentia indicia quæ proprietatem deitatis ostendũt, Sunt quæ similitudinem patris & filij, Sunt etiam quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt unitatem. Proprietatis itaq; sunt generatio, deus, filius, uerbum. Similitudinis, splendor, character, speculum, imago. Vnitatis æternæ, sapientia, uirtus, ueritas, uita. Hæc indicia ita dei filium signant, ut ex his & sempiternum patrem esse cognoscas, nec ab eo filium discrepãtem. Ex eo enim qui est generatio ex sempiterno deus: Ex patre filius, ex deo uerbum, splendor gloriæ, character substantiæ, speculum dei, maiestatis imago, de bono bonitas, de sapiente sapientia, de forti uirtus, de uero ueritas, de uiuente uita. Concordant igitur patris & filij indicia, quibus non discrepare inter se, sed unius maiestatis esse nemo dubitauerit. Quorum singulorum proferremus exempla nominum, nisi coartãdi sermonis studio teneremur. His duodecim tanq; lapidibus preciosis, fidei columna consurgit. Hi sunt em̃ preciosi illi lapides, sardius, iaspis, smaragdus, chrysolithus, & cæteri, quibus sancti Aaron illius utiq; qui figuram gessit Christi ueri, scilicet uestimen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tum ſacerdotis intexitur. Circundati auro lapides & ſculpti de nominibus filiorum Iſraël, duodecim lapides ſibi inuicem cohærentes. Nam ſi eos aliquis ſeparet aut ſe cernat, omnis fidei ſtructura diſſoluitur. Itaq; principiũ fidei noſtræ eſt, ſcire quod genitus eſt dei filius. Si genitus non eſt, nec filius eſt. Nec ſatis eſt dixiſſe filium, niſi & unigenitum filium deſignaueris. Si creatura eſt, deus non eſt: ſi deus non eſt, nec uita eſt: ſi non eſt uita, nec ueritas eſt. Ergo tria illa, id eſt, generatio, filius, unigenitus, principaliter & proprie indicant ex deo filium. Tria ſequentia, id eſt, deus, uita, ueritas, uirtutem eius manifeſtant, qua condidit & fecit ſubſiſtere creaturam. In ipſo enim uiuimus, mouemur & ſumus, ſicut ait Paulus. Et ideo in illis tribus proprietas filij, in iſtis alijs paternæ ac filij operationis unitas declaratur. Imago quoq; & ſplendor & character dicitur dei filius, quia hæc incomprehenſibilem & inueſtigabilem paternæ diuinitatem maieſtatis in filio, & expreſſam ſimilitudinẽ reuelarunt. Hæc quoq; tria uidemus ad ſimilitudinem pertinere. Reliquum eſt uirtus, ſapientia, iuſtitia, ut his ſingulis operationibus æternitas probaretur. Hoc igitur eſt illud ueſtimentum precioſis lapidibus adornatum, hic ueri amictus eſt ſacerdotis, hæc ueſtis nuptialis, hic textus propheticus qui bene nouerit iſta contexere. Neque uilis iſta textura eſt, de qua dominus dicit per prophetam: Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiam? Nec communes iſti lapides, ut legimus ſupplementi. Omnis enim in eo perfectio eſt, ſi nihil deſit lapidis compoſiti & circundati auro, intelligibili ſcilicet natura. Si eos bene mens noſtra cõponat naturaliſq; ſenſus probabili ratione compaginet. Denicq; quàm non mediocres lapides ſint lectio docet. Quod
D cum alij alia uiliora deferrent, iſtos tamẽ lapides ſuper humeros ſuos religioſi principes attulerunt, ex quibus fecerunt rationale opus textile. Textile enim opus eſt quando fidei facta concordant. Nec me aliquis errare putet, quia ſupra tripartitam de quaternis, ſubter uero quadripartitam de ternis feci diſtinctionẽ, boni operis gratia, per diuerſas plus placet formas. Bona enim & illa quæ textrinum indumenti ſacerdotalis oſtendit, uel lex ſcilicet, uel eccleſia, quæ binas ueſtes fecit uiro ſuo, ſicut ſcriptum eſt, unam operis, alteram mentis fidei intexens, factorumq; uelamina. Itaq; alibi ſicut legimus: Aurum prætexit, & poſtea hyacinthum ac purpuram cum cocco ſubiungit & byſſo. Rurſus alibi ex hyacintho & cæteris, prius floſculos format, aurumq; ſubnectit, & unus eſt habitus ſacerdotis, ut iiſdem coloribus micans, gratiæ decoriſq; diuerſitas, ordinis diuerſitate reſplendeat. Itaque ut etiam rationis typicæ ſeries deſignatur, auro & argento probabili non eſt dubium eloquia domini deſignari, quibus fides conſtat. Scriptum eſt enim: Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatum ſeptuplum. Hyacinthus autem aëris habet ſimilitudinem, quem ſpiramus, & cuius carpimus flatum. Purpura quoq; ſpeciem aquarum exprimit, Per coccum ignis intelligitur, Terra per byſſum, hæc enim ex terra gignitur. Ex his autem quatuor elementis, corpus ſubſiſtit humanum. Siue ergo mentis fidei præcedente conſcientia, corporis facta ſubnectas, ſiue facta præcedant, & fides aſtipuletur comes religioſa ſanctorum, hic religioſi ornatus antiſtitis, hoc uelamen eſt ſacerdotis. Bona ergo fides, cum pulchro operum renitet ornatu. De qua ut ad ſummam loquar definitiones iſtæ ſunt, quæ non queunt ſolui. Si ex nihilo eſt, non eſt filius. Si creatura eſt, non eſt creator. Si factura eſt, non eſt omnium factor. Si diſcens, non præcognitor.

A tor. Si accipiens non eſt perfectus. Si proficiens non eſt deus. Si diſſimilis non imago. Si per gratiam, non per naturam. Si bonitatis expers, autor maliciæ. Nemo bonus niſi unus deus.

Quod Arriani bonum filium dei negent. Caput I.

STVPEO itaq; ad reliqua ſancte imperator & toto corpore animóque deficio, eſſe aliquos homines, uel potius nõ homines, ſed humana adoptos ſpecie, intus aũt demẽtiæ beſtialis, qui poſt tãta domini & tam diuina beneficia bonũ negent eſſe autorẽ bonorũ. Scriptũ eſt inquiunt: Nemo bonus niſi unus deus. Scriptũ eſt, agnoſco, ſed litera errorẽ nõ habet, utinã Arriana interpretatio non haberet. Apices ſine crimine ſunt, ſenſus in crimine. Dictum domini ſaluatoris agnoſco. Sed conſideremus, quando dicat, cui dicat, qua circumſpectione dicat. Dicit utique in hominis forma dei filius, & dicit ſcribæ, ei ſcilicet qui magiſtrum bonum dei filium nominaret, deum negaret, quod ille non credidit, Chriſtus adiungit ut dei filium, nõ ut bonum magiſtrum, ſed ut bonum deũ credat. Nam ſi ubi unus deus dicitur, nequaquam tamen dei filius à diuinitatis plenitudine ſeparatur, quomodo ubi unus deus bonus nũcupatur, à plenitudine diuinæ poteſtatis unigenitus excluditur? Neceſſe eſt igitur, aut deum negent dei filiũ, aut deum bonum eſſe fateantur. Et ideo circumſpectione cæleſti non dixit: Nemo bonus niſi unus pater. Sed nemo bonus niſi unus deus. Pater enim proprium ge-
B neranꝺis eſt nomen, deus autem unus eſt, nequaquam deitatem trinitatis excludit, & ideo natura laudatur. Bonitas ergo in natura eſt dei, & in natura dei etiam dei filius. Et ideo non quod ſingularitatis, ſed quod trinitatis eſt prædicatur. Nõ igitur à domino bonitas negat', ſed talis diſcipulus refutat'. Nam cũ ſcriba dixiſſet: Magiſter bone. Reſpondit dñs: Quid me dicis bonũ, id eſt quem deũ non credis? Nõ eſt ſatis ut bonũ dicas, nõ tales ego quæro diſcipulos qui me magis ſecũdũ hominem magiſtrũ bonũ quàm ſecundum diuinitatem deum bonũ credant. Sed nolo prærogatiua naturæ ſuæ & priuilegio poteſtatis ut at'. Nõ dicatur bonus, ſi nõ mere', à nobis. Si hoc nõ mere' operibus, ſi beneficijs non mere'. Abdice' ſuæ iure naturæ, ſubdatur noſtro iudicio. Qui iudicat' de nobis eſt, nõ dedignat' iudicari, ut iuſtificetur in ſermonibus ſuis, & uincat cũ iudicat'. Hiccine ergo nõ bonus, qui bona tribuit mihi? Hiccine non bonus, qui cum ſexcenta milia populi Iudeorũ perſecutoribus ſuis cederent, dehiſcentẽ ſubito rubri maris æſtum indiuidua aquarũ mole diuiſit, ut fideles circũfuſa unda muniret, infidos refuſa demergeret? Hiccine nõ bonus, cuius imperio maria ſolidata fugientibus, ſaxa humefacta ſitientibus, ut opus ueri agnoſceretur autoris, cum humor rigeſceret, petra inundaret? Quod ut agnoſceres opus Chriſti, Apoſtolus dixit: Petra autem erat Chriſtus. Hiccine non bonus, qui 1. Cor. 10.
tam innumera populi milia, ne qua inceſſeret fames in deſerto pauit pane cœleſti, ſine uſu laboris, cum fructu quietis, ita ut eorum per quadraginta annos nec ueſtimenta uetera ſcerent, nec calciamenta tererentur, Inſtar infidelibus futuræ reſurrectionis oſtendẽs, quod nec factorum decora ſplendidorum, nec circumfuſæ uiriuris nitor, nec uitæ curſus periret humanæ. Hiccine non bonus, qui nobis cœlum fecit eſſe quod terra eſt, ut ſicut in cœlo quaſi in ſpeculo quodam, ſtellarum lucentium refulgent globi, Ita etiam Apoſtolorum & martyrum & ſacerdotum uice

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſtellarum ſplendentium toto illuceſcerent chori mundo? Ergo non ſolũ bonus, ſed etiam paſtor bonus, hoc eſt, non ſibi tantum, ſed etiam ouibus ſuis bonus. Bonus
Ioh.10 enim paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Poſuit planè animã ſuam ut no ſtram leuaret. Sed pro diuinitatis poteſtate poſuit & ſumpſit, ſicut ſcriptum eſt: Po teſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo ſumendi eam. Nul lus eam tollit à me, ſed ego à memetipſo pono eam. Vides bonitatem, quia ſpon te poſuit: uides poteſtatem, quia ſumpſit. Et tu bonũ negas, cum ipſe de ſe in euan
Matt.20 gelio dixerit: Si ego bonus, quare oculus tuus nequam? Ingrate quid agis? Bonum negas? per quem bona ſperas, ſi tamen credas. Bonum negas qui dedit nobis quæ oculus non uidit, nec auris audiuit. Nec in bonum credam? Bonum eſt enim confi
Pſal.117 teri domino. Mihi expedit ut domino confitear. Scriptum eſt enim: Cõfitemini do mino quoniam bonus. Mihi expedit, ut iudicem meũ bonum arbitrer. Dominus eñ bonus iudex domui Iſraël. Ergo ſi iudex, dei filius utiq;. Quoniam iudex dñs & deus bonus eſt. Iudex autem dei filius eſt, & deus bonus iudex dei filius. Si for
Pſal.44. taſſe non credas aliis, non credas filio, audi patrem dicentem: Eructauit cor meum
Ioh.1. uerbum bonum. Bonum ergo uerbum eſt, uerbum hoc de quo ſcriptum eſt: Et uer bum erat apud deum, & deus erat uerbum. Ergo ſi uerbum bonũ eſt, filius autem dei uerbum eſt. Bonus utiq; deus eſt dei filius, etiam ſi non placeat Arrianis. Eru beſcant aliquando. Iudæi dicebant: Bonus eſt, & ſi alij dicebant: nõ eſt, alij dicebãt tamen bonus eſt, & uos omnes bonum negatis. Bonus eſt qui peccatum mũdi ab ſtulit. De ipſo eñ dictum eſt: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatũ mundi. Sed qd
D dubitamus? Credidit iam eccleſia bonum, & confeſſa eſt dicendo: Oſculetur me ab
Can.1. oſculo oris ſui, qm̃ bona ubera tua ſuper uinum. Et alibi: Et fauces tuæ tanq; uinũ
Can.7. optimũ. Bonus ergo ille nos legis & gratiæ nutriuit uberibus, cœleſti cura hominũ prædicatione demulcens. Et nos bonum negamus, cum ſit imago bonitatis, expri mens æternæ in ſeſe bonitatis effigiem? Sicut & ſupra oſtendimus ſcriptum, quia ipſe eſt ſpeculum ſine macula & imago bonitatis illius.

De uero & bono deo dei filio. Cap. II.

2.Cor.3. SED quid uobis uidetur, quid bonum & uerum deum dei filium denega tis, cum ſcriptum ſit, q; nullus deus niſi unus. Nam & ſi ſunt qui dicantur dij, an inter eos Chriſtum annumeratis qui dicuntur & non ſunt? Cum ſpeciale ſit eius, ut ſemper ſit, & præter ipſum bonus & uerus alius deus non ſit, qm̃ in ipſo eſt deus, ſpeciale aũt etiam patris ſit, ut poſt ipſum uerus alius deus non ſit, quia unus deus. Nec iuxta Sabellianos patrem filiumq; confundens, nec iuxta Ar rianos patrem filiumq; ſecernens. Pater enim & filius diſtinctionem habent, ut pa ter & filius ſeparationem diuinitatis non habent.

De omnipotente dei filio. Cap. III.

TAQVE cũ uerus & bonus dei filius, utiq; omnipotens deus dei filius. Num hinc quoq; dubitari põt? Supra diximus lectũ, quia deus omni potens nomen eſt ei. Ergo quia filius dñs, dñs autẽ omnipotens, omni potens dei filius. Sed accipe etiam eam, de qua dubitare nequeas lectio nem: Ecce uenit, inquit, cũ nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum com punxerunt

A punxerunt, & plangẽt ſe ſuper eum omnes tribus terræ, etiã amen. Ego ſum alpha & o dicit dominus Ieſus, qui eſt & qui erat & qui uenturus eſt omnipotens. Quem igitur cõpunxerunt, & quem ſperamus eſſe uenturum, niſi filium dei? Ergo omni potens dominus & deus etiam Chriſtus eſt. Accipe aliud ſancte imperator, accipe Chriſtum loquentẽ. Hæc dicit dominus omnipotens. Poſt honorẽ miſit me ſuper Zacha.2. gentes quæ deprædauerũt uos, qm̃ qui tãgit uos, quaſi qui tãgit pupillã oculi eius. Quia ecce ego iniicio manũ meã ſup eos qui dep̃dauerunt uos, & erũt in prædã qui prædauerũt eos, & ſciẽt quia dominus omnipotens miſit me. Vtiq; qui dicit, domi nus eſt omnipotẽs, & qui miſit dominus ẽ omnipotens. Ergo & patris & filij omni potẽtia, ſed tñ deus unus omnipotẽs, quia unitas poteſtatis eſt. Atq; ut ſcias impe rator auguſte Chriſtũ eſſe qui locutus eſt & in ꝓphetis & in euangelio, tanquã in prædeſtinatione euãgelij per Eſaiã dicit: Ipſe qui loquebar aſſum, hoc eſt, aſſum in Eſa. 52. euãgelio qui loquebar in lege. Deide alibi: Omnia quæ pater habet mea ſunt. Quæ Iohan. 16. ſunt omnia? Nõ utiq; locutus eſt de creatis. Hæc eñ omnia facta ſunt per filiũ. Sed ea quæ pater habet, id eſt, æternitatẽ, maieſtatẽ diuinitatẽq; naſcẽdo poſſidet. Ergo eũ q oĩa habet q̃ pater habet. Scriptũ eſt eñ: Oĩa quæ pater habet mea ſũt, omni potẽtẽ eſſe dubitare nõ poſſumus. Nec uereor, quia ſcriptũ eſt de deo: Beatus & ſo 1. Timoth.6. lus potens, ab eo dei filius ſeparetur, cũ ſcriptura deum ſolum potentem dixerit, nõ patrẽ ſolũ. Et ipſe de Chriſto deus pater aſſerat per prophetã: Poſui adiutoriũ ſu Pſal.88. p̃ potentẽ. Nõ ergo pater ſolus potẽs, ſed potẽs etiã dei filius. In patre eñ laudatur filius. Certe oſtendat aliquis quid ſit quod non poſſit dei filius. Quis ei adiutor cũ
B cœlum fecerit, fuit? Quis adiutor cum conderet mundum? An qui in conſtitutio ne angelorum & dominationum adiutore non eguit, eguit ut hominem liberaret? Scriptum eſt inquiunt, Pater ſi poſſibile eſt tranſfer à me calicem hunc. Et ideo ſi o Matth.26. mnipotens eſt quomodo de poſſibilitate ambigit? Ergo quia omnipotentem pro baui, probaui utique ambigere eum de poſſibilitate non poſſe. Verba inquis Chri ſti ſunt. Verum dicis. Sed quando & in qua forma loquatur aduerte. Hominis ſub ſtantiam gerit, hominis aſſumpſit affectum. Denique ſupra habes: Quia progreſ ſus puſillũ procidit in faciem ſuã in orans & dicens: Pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Non ergo quaſi deus, ſed quaſi homo loquitur. Deus enim poſſibi le aliquid aut impoſſibile neſciebat? Aut aliquid impoſſibile deo, cum ſcriptum ſit: Impoſſibile enim tibi nihil eſt. De quo autem dubitat, de ſe, an de patre? De eo utique qui dicit, tranſfer, dubitat hominis affectu. Ergo propheta non putat ali quid impoſſibile deo. Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Num intra homines conſtitues deum? Et dubitat de patre deus & de morte formidat? Iohan. 15. Timet ergo Chriſtus, & dum Petrus non timeat, Chriſtus timet? Petrus dicit. A nimam meam pro te ponam, Chriſtus dicit, Anima mea turbatur. Vtrunq; ue rum eſt, & plenum utrunque rationis, quod & ille qui eſt inferior non timet, & ille qui ſuperior eſt gerit timentis affectum: Ille enim quaſi homo uim mortis igno rat, iſte quaſi deus in corpore conſtitutus, fragilitatem carnis exponit, ut eorum q ſacramentum incarnationis abiurant excluderetur impietas. Denique & hæc dixit, & Manichæus non credidit, Valentinus negauit, Marcion phantaſma iudicauit. Eo uſq; aũt hominem quem in ueritate corporis demonſtrabat, æquabat affectu ut diceret, Sed tamẽ non ſicut ego uolo ſed ſicut tu uis, Cum utiq; ſimiliter ſit Chriſti Matth.26. uelle

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uelle quod pater uult,cuius similiter est facere quod pater facit. Quo loco etiam illa
uestra quæstio conticescit, quam soletis obijcere, quia dixit dominus: Non sicut
Ioh.6. ego uolo,sed sicut tu uis. Et alibi: Adhoc descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam; sed uoluntatem eius qui me misit. Ergo ut quasi interpositis plenioris expositionis pauliſper inducijs,cur dixerit si possibile est, uoluntatis interim liberæ dominum fuisse doceamus, Intantum processistis impietatis,ut negetis quod filius dei liberæ uolũtatis sit. Ac certe soletis etiam sancto spiritui derogare,& negare nõ
Iohan.3. potestis scriptum esse: Spiritus ubi uult spirat. Vbi uult,inquit,non ubi iubetur. Ergo si spiritus ubi uult spirat,filius quod uult nõ agit? Et certe idem dei filius in euangelio suo dicit: ubi uelit spirandi suppetere spiritui facultatem. Nunquid ergo superiorem fatetur,quia illi licet quod sibi non licet? Apostolus quoq; dicit,quia omnia
1.Cor.12 operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Prout uult, inquit, hoc est,pro liberæ uoluntatis arbitrio,non pro necessitatis obsequio. Et diuidit spiritus non mediocria,sed quæ deus consueuit operari,gratiam curationum,& operationem uirtutum. Ergo diuidit spiritus prout uult,filius dei non liberat quem uult?
Psal.39. Sed audi etiam ipsum agere quod uult. Dixit enim: Vt faciam uoluntatem tuam
Psal.55. deus meus uolui. Et alibi: Voluntarie sacrificabo tibi. Sciuit sanctus apostolus Petrus Iesum in potestate habere quæ uellet, & ideo cũ uideret ambulare eum supra
Matt.14. mare ait: Domine si tu es,iube me uenire ad te super aquam. Petrus credidit,quia si Christus iubeat, naturæ possit conditio mutari,ut humanis se subijciat unda uestigijs,& discrepantium naturarũ possit conuenire concordia. Petrus poscit ut iubeat
D non ut roget Christus: Christus non rogauit,sed iussit & factum est,& Arrius contradicit? Quid est tamen quod pater uelit,& filius nolit: aut filius uelit,& pater no
Ioh.5. lit? Pater quos uult uiuificat,& filius quos uult uiuificat, sicut scriptum est. Dic nũc quos uiuificauerit filius,& pater uiuificare noluerit? Cum autẽ filius quos uelit uiuificet,& operatio una sit,uides quia non solum filius uoluntatem patris,sed etiam pater filij faciat uoluntatem. Quid est aũt uiuificare nisi per filij passionem? Passio autem Christi,uoluntas est patris. Quos ergo filius uiuificat,per patris uiuificat uoluntatem, Vna igitur est uoluntas. Quæ autem uoluntas patris: nisi ut ueniret Iesus
Matt.8. in hunc mundum,& nos mundaret à uitijs? Audi leprosum dicentem: Si uis potes me mundare. Respondit Christus: Volo,& statim secutus est effectus sanitatis. Vides quia filius arbiter suæ uoluntatis est,& Christi uoluntas eadẽ quæ paterna est, quanquam cũ dixerit: Omnia quæ pater habet mea sunt,sine dubio quia nihil excipitur,quam pater habet,eandem habet & filius uoluntatem. Vna ergo uoluntas, ubi una operatio. In deo enim una uoluntatis series, operationis effectus est. Sed alia uoluntas hominis, alia dei. Deniq; ut scias uitam in uoluntate esse hominis qa mortem timemus, passionem autem Christi in uoluntate diuina ut pateretur pro
Matt.16. nobis,cum Petrus dominum uellet à passione reuocare,dominus ait: Non sapis ea quæ dei sunt,sed quæ sunt hominum. Suscepit ergo uoluntatem meam, suscepit tristiciam meam. Confidenter tristiciam nomino,quia crucem prædico. Mea est uoluntas quam suam dixit,quia ut homo suscepit tristiciam meam, ut homo locutus
Matt.26. est. Ideo ait: Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Mea est tristicia, quam meo suscepit affectu. Nemo enim moriturus exultat: Mihi compatitur,mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Doles

A les igitur domine Iesu, non tua sed mea uulnera, non tuam mortem sed nostram infirmitatẽ,sicut ait propheta: Quia pro nobis dolet. Et nos domine æstimauimus te esse in doloribus,cum tu non pro te sed pro me doleres. Et quid mirum si pro omnibus doluit,qui pro uno fleuit? Quid mirũ si moriturus pro omnibus tædeat, qui Lazarum resuscitaturus illachrymat? Verum & ibi piæ sororis lachrymis commouetur,quia mẽtem humanã tangebat, & hic alto operatur effectu,ut sicut mors eius mortem abstulit,liuor eius ulcera nostra curauit,ita etiam mœrorem nostrum, mœror eius aboleret. Vt homo ergo dubitat,ut homo turbatur. Non turbatur uirtus, non turbatur eius diuinitas,sed turbatur anima, turbatur secundum humanæ fragilitatis assumptionem. Et ideo quia suscepit animam, suscepit & animæ passiones. Non enim eo quod deus erat,aut turbari aut mori posset. Deniq; Psal.21.
deus deus,inquit,meus,quare me dereliquisti? Vt homo ergo loquitur, meos circũferens metus,quod in periculis positi à domino deseri nõs putamus. Vt homo turbatur,ut homo flet,ut homo crucifigit. Sic enim & apostolus Paulus dixit: Quia Christi carnem crucifixerunt. Et alibi apostolus Petrus ait: Christo passo secundũ 1.Pet.4.
carnem, Caro igitur est passa,diuinitas autem mortis libera,passioni corpus, naturæ humanæ legi cõcessit. An uero mori diuinitas potest,cũ anima non possit? No Matth.10.
lite,inquit, timere eos qui corpus possunt occidere,animam autem non possunt. Si ergo anima occidi non potest, quomodo diuinitas potest?

De domino maiestatis dei filio. Caput IIII.

B NDE illud quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, nõ quasi in maiestate sua crucifixum putemus sed quia idem deus,idẽ homo,per diuinitatem deus,per susceptionẽ carnis homo Iesus Christus Dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia cõsors utriusq; naturæ, id est humanæ atq; diuinæ,in natura hominis subijt passionem,ut indiscrete & dominus maiestatis dicatur esse qui passus est, & filius hominis,sicut scriptũ est, qui descẽdit de cœlo. Per naturã igitur hominis & dubitauit & tedui & resurrexit. Quod enim cecidit,hoc resurrexit per naturam hominis. Dicit etiam illud de quo calumniari solent,quia dictum est: Vado ad patrem,quoniam pater maior me est. Quomodo uadit nisi per mortem,& uenit nisi per resurrectionem? Deniq; addidit ut de assumptione se dixisse signaret. Propterea dixi uobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Loquebatur enim passionem sui corporis & resurrectionẽ per quam credere cœperant qui ante dubitabant. Neq; enim deus de loco ad locum transit, qui ubiq; semper est,ut homo est qui uadit,ipse est qui uenit. Denique & alibi dicit: Surgite eamus,inquit. In eo ergo uadit & uenit, quod est commune nobiscũ. Nã quomodo potest minor esse deus cum deus perfectus & plenus sit? Sed minor in natura hominis, & miraris si ex persona hominis patrẽ dixit maiorem, qui in personam hominis se uermem dixit esse non hominem. Dixit enim: Ego autem sum uermis & nõ homo. Et alibi: Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, Si in hoc minorem dicis negare non possum. Sed ut uerbo utar scripturæ,non minor natus, sed minoratus est, hoc est minor factus est. Quomodo autem minor factus, nisi quia cum Philip.2.
in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit? Non amittens utique quod erat,sed assumens quod non erat,quia formam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mam ſerui accepit. Deniq; ut ſciremus per ſuſceptionem corporis minoratũ, de ho
Pſal. 8. mine Dauid prophetauit dicẽs: Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius ho
minis, niſi quia uiſitas eum? Minoraſti eum paulominus ab angelis. Hoc ipſum in
Heb. 2. terpretatus Apoſtolus ait: Nam paulominus minoratum ab angelis uidemus Ie
ſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum, ut ſine deo pro omni
bus guſtaret mortem. Non ſolum ergo à patre, ſed etiam ab angelis minor filius
dei factus eſt. Et ſi hoc ad præiudicium trahis: Num ergo filius in natura dei mi
nor eſt quàm ſui angeli qui ei ſeruiunt & miniſtrant? Ita dum minorem uultis aſſe
rere, impietatem incurritis, ut angelorum naturam dei filio præferatis. Sed non eſt
ſeruus ſuper dominum ſuum. Deniq; & in carne conſtituto angeli miniſtrabant,
ut nihil ei agnoſcas per naturam corporis imminutum. Neq; enim deus ſui pati po
tuit detrimentum, cum id quod aſſumpſit ex uirgine, nec acceſſio diuinæ, nec dimi
nutio poteſtatis ſit. Non eſt ergo ſecundum diuinitatem minor, qui plenitudinem
habet diuinitatis & gloriæ. Maior enim & minor in his quæ corporalia ſunt diſtin
gui ſolent: Aut ſtatu maior, aut plenitudine, aut certe ætate: uacãt enim iſta, ubi de
diuinis tractatus inducitur. Maior etiam uulgo dici ſolet, qui aliquem inſtituit &
informat. In dei autem ſapientia non cadit, ut inſtituta ſit alterius diſciplinis, cum
ipſa diſciplinarum omnium tradiderit inſtitutum. Quàm bene autem poſuit Apo
ſtolus, quod ſine deo pro omnibus guſtauerit mortem, ne diuinitatis illam paſſio
nem putaremus fuiſſe non carnis. Ergo ſi non inuenerunt quemadmodũ poſſent
probare maiorem, non uerbis calumnientur, ſed uerborum rationem requirant.
D Ego illos interrogo: quo putent eſſe maiorem, ſi quia pater eſt eo maiorem putant.
Sed non hic ætas & tempus, neque canities patris, & filij pueritia eſt. Hæc enim
maiorem ſolent facere patrem. Cæterum pater & filius, generantis & nati nomina
ſunt, quæ non uidentur ſeparare, ſed iungere. Non enim pietas naturæ detrimen
tum eſt. Nanq; homines ſibi inuicem conciliat neceſſitudo non ſeparat. Itaq; ſi nec
de natura afferre poſſunt aliquam quæſtionem, uel teſtimonijs credant. Deniq; fi
lium nõ eſſe eo minorem, quia filius eſt, Euangeliſta teſtatur, & æqualem eſſe, quia
Iohan. 5. filius eſt, ipſe ſignificat dicens: Propterea enim uolebant eum occidere Iudæi, quia
non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem proprium dicebat deum, æqualem ſe
faciens deo. Non Iudæi hoc dicunt, ſed Euangeliſta teſtatur, quod æqualem ſe faci
ebat deo, proprium ſe filium dei dicens. Non enim ſcriptum eſt ex perſona Iudæo
rum dicentium: Propterea uolebant eum Iudæi occidere, Sed Euãgeliſta ex ſua per
ſona dicit: Propterea enim uolebant illum Iudæi occidere. Et interpretatus eſt cau
ſam, ideo Iudæos ad necem eius eſſe commotos, quod cum & ſabbatum quaſi de
us ſolueret, & deum patrem ſibi proprium uendicaret, non ſolum in ſolutione ſab
bati maieſtatem diuinæ poteſtatis, ſed etiam in patris proprij nomen eius ſibi æter
næ æqualitatis aſſciſceret. Quibus aptiſſime reſpondit dei filius, ut & dei ſe filium,
& æqualem probaret: Quæcunq;, inquit, pater fecerit, eadem & filius facit ſimiliter.
Filius igitur patri & dicitur & probatur æqualis. Bona æqualitas, quæ & differen
tiam diuinitatis excludit, & cum filio patrem ſignat, cui filius ſit æqualis. Non eſt
enim diuerſa nec ſingularis æqualitas, quia nemo æqualis ipſe ſibi ſolus eſt. Ergo
Euangeliſta interpretatus eſt quid ſit proprium filium dei ſe dicere, hoc eſt, æqua
Phil. 2. lem ſe facere deo. Vnde id ſecutus Apoſtolus dixit: Non rapinam arbitratus eſt
eſſe

A eſſe ſe æqualem deo. Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo nõ quaſi ra
pinam habebat æqualitatem cum patre quam in natura ſui tanquam deus & do
minus poſſidebat. Vnde addidit: Formam ſerui accepit. Contrarius utique ſeruus
æquali. Aequalis ergo in dei forma, minor in ſuſceptione carnis & hominis paſſio
ne. Nam quomodo eadem poſſet minor eſſe æqualisq; natura? Quomodo autem
ſi minor eſt, eadem ſimiliter facit quæ pater facit? Nam quemadmodũ eadem ope
ratio diuerſæ eſſet poteſtatis? Nunquid ſic poteſt minor quemadmodũ maior ope
rari, aut una operatio poteſt eſſe ubi diuerſa ſubſtantia eſt? Itaq; accipe Chriſtum
ſecundum diuinitatem minorem non poſſe dici. Ipſe loquitur ad Abrahã: Per me Gen. 22.
ipſum iuraui. Oſtendit autem apoſtolus eum qui iurauit per ſe, minorem eſſe non
poſſe. Itaq; ſic ait: Abrahæ cum repromiſiſſet deus, quoniam nullum alium maiorẽ Heb. 6.
habebat, iurauit per ſeipſum dicens: Niſi benedicendo benedixero te & multiplican
do multiplicauero te. Ergo maiorem non habuit Chriſtus, & ideo per ſe iurauit. Et
bene addidit: Homines enim per maiorem iurant, quia homines maiorem habent,
deus non habet. Aut ſi uolunt de patre dictum uideri, reliqua non cohærent. Neq;
enim pater uiſus eſt Abrahæ, & deo patri pedes lauit, ſed in eo futuri hominis eſt fi
gura. Denique dei filius dicit: Abraham diem meum uidit & gauiſus eſt. Ipſe eſt er Ioan. 8.
go qui per ſe iurauit, quem Abraham uidit. Et reuera quomodo maiorem habet,
qui diuinitate cum patre unum eſt? Quod enim unum eſt, diſſimile non eſt. Inter
maiorem autem minoremq; diſcretio eſt. Ergo de filio & de patre præſentis docet
lectionis exemplum, quia nec pater minorem habet, nec maiorem dei filius, cum in
B patre & filio nulla diſtantia diuinitatis ſit, ſed una maieſtas. Nec illud ſanè metuo
quod ſolent obtendere minorem eſſe, quia miſſus eſt. Si enim & minor non doce
tur, & honorificentiæ docetur æqualitas, cum ita omnes honorificent filium ſicut ho
norificant patrem, conſtat eo minorem non eſſe qui miſſus eſt. Non ergo humani
ſermonis anguſtias, ſed uerborum charitatem intuere, operibus crede. Conſidera
quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in Eſaia locutus eſt, ab ſpiritu ſancto eſſe ſe
miſſum. Nunquid ergo ſpiritu minor filius, quia miſſus ab ſpiritu eſt? Habes igi
tur ſcriptum, quod filius à patre & ſpiritu eius dicat eſſe ſe miſſum. Ego ſum, inquit Eſa. 48.
primus, & ego in æternum, & manus mea fundauit terrã, dextera mea ſolidauit cœ
lum. Et infra: Ego locutus ſum, ego uocaui, ego adduxi eum, & proſperum iter eius
feci. Accedite ad me & audite hæc, nõ in occulto ab initio locutus ſum. Cum fierent
illic eram, & nunc dominus miſit me & ſpiritus eius. Vtiq; qui cœlum fecit & terram
ipſe dicit à domino & ſpiritu eius eſſe ſe miſſum. Videte ergo quod ſimplicitas ſer
monis, non iniuria miſſionis ſit. Ipſe igitur miſſus à patre, ipſe eſt miſſus ab ſpiritu.
Et ut agnoſcas nullam maieſtatis eſſe diſtantiam, etiam filius ſpiritum mittit, ſicut
ipſe dixit: Cum uenerit autem paracletus quem ego mittam uobis à patre meo, ſpi Ioan. 15.
ritum ueritatis qui à patre meo procedit. Hunc eundem paracletum & à patre eſſe
mittendum, ſupra poſuit dicens: Paracletus autem ſpiritus ille ſanctus, quem mit Ioan. 14.
tet pater in nomine meo. Vide unitatẽ, quia quem deus pater mittit, mittit & filius.
Et quem mittit pater, mittit & ſpiritus. Aut ſi uolunt filium miſſum, quia dexteram
patris filium lẽgimus, ipſi de patre quod de filio abnuunt, fatebuntur. Niſi forte aut
alterũ ſibi patrẽ, aut alterũ ſibi filium inueniant Arriani. Sileant igitur inanes de ſer
monibus quæſtiones, quia regnũ dei, ſicut ſcriptũ eſt, non in perſuaſione uerbi eſt, 1. Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sed in ostensione uirtutis. Seruemus distinctionē diuinitatis & carnis, unus in utra-
que loquitur dei filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non
uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriā dei, nunc hominis passiones,
quia quasi deus loquitur quæ sunt diuina, quia uerbum est: quasi homo dicit quæ
sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic est panis uiuus qui descendit
Ioan.6. de cœlo. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: Hic panis quē ego dabo caro mea est. Hic
est qui descendit, hic est quem pater sanctificauit & misit in hunc mundū. Hæc ipsa
litera nos docet, sanctificatione nō diuinitatem eguisse sed carnem. Deniq; ipse do-
minus dixit: Et ego memetipsum sanctifico pro ipsis, ut agnoscas quod & sanctifica-
Gal.4. tur in carne pro nobis, & diuinitate sanctificat. Hic idem est quem pater misit, sed
Luc.4i factum ex muliere, factum sub lege, ut apostolus dixit. Hic est qui ait: Spiritus do-
mini super me propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me. Hic est
qui dicit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Si quis uoluerit uolunta
tem eius facere, cognoscet de doctrina utrum ex deo est, an ego à meipso loquar.
Alia ergo ex deo doctrina, alia ex homine. Itaque Iudæi cum doctrinam eius se-
cundum hominem quærerent & dicerent, quomodo hic literas nouit, cum non di-
Ioan.7. cerit: respondit Iesus & dixit: Mea doctrina non est mea. Nam cum sine eruditio
ne literarum doceat, non quasi homo, sed potius ut deus uidetur docere qui doctri-
nam non didicerit sed inuenerit. Adinuenit enim omnem uiam disciplinæ, ut su-
Baruch.3. pra lectum est. Nam utique de filio dei dictum est: Hic est deus noster & non æsti-
mabitur alius ad eum, qui adinuenit omnem uiam disciplinæ. Post hæc in terris ui-
D sus est, & cum hominibus conuersatus est. Quomodo ergo secundum diuinitatem
doctrinam suam non habet, qui adinuenit omnem uiam disciplinæ antequam ui-
deretur in terris? Aut quomodo minor, de quo dictum est: Non æstimabitur alius
ad eum? Vtique incomparabilis dicitur ad quem nemo alius æstimari potest. Sed
ita incomparabilis, ut & patri nequeat anteferri. Quod si de patre dictum putant,
impietatem Sabellij non euadent, ut patri susceptionem humanæ carnis attribu-
Ioan.7. ant. Prosequamur sequentia. Qui à semetipso, inquit, loquitur, gloriā suam quæ-
rit. Vide unitatem quæ & patrem signat & filium. Non potest non esse qui loqui-
tur, sed non potest à semetipso esse quod loquitur, in quo naturaliter ex patre sunt
omnia. Quid est autem, Gloriam suam quærit? Hoc est, non diuisam à patre glo-
riam. Nam utique & uerbum deus habet gloriam. Denique dicit: Vt uideant glo-
riam meam. Sed illa uerbi gloria eadem patris gloria est, sicut scriptum est: Domi-
Philip.2. nus Iesus Christus in gloria est dei patris. Ita igitur secundum diuinitatem dei fili-
us suam gloriam habet, ut patris & filij una sit gloria. Non est ergo minor in clari-
tate, quia una gloria. Non minor diuinitate, quia plenitudo diuinitatis in Christo
Col.2. est. Et quomodo inquit scriptum est: Pater uenit hora, clarifica filium tuum? Qui
Ioan.17. hoc dicit, clarificatione, inquit, indiget. Hucusque oculos habes, quod reliquum est
non legisti. Sequitur enim: Vt filius tuus clarificet te: nunquid & pater indiget, quia
clarificandus à filio est? Pari modo obedientiam filio obijcere solent, quia scriptum
Philip.2. est: Et specie inuentus ut homo, humiliauit semetipsum factus obediens usque ad
mortem. Et hominem præmisit, & usque ad mortem dixit, ut intelligeremus obe-
dientiam mortis non diuinitatis fuisse sed incarnationis, in qua & officia nostra su-
scepit & nomina. Didicimus itaque unam esse potentiam trinitatis, quam nos in

ipsa

A ipsa quoq; docuit passione. Filius enim patitur, In manus patris cōmendatur spiri-
tus. Deus quoq; pater maxima uoce atque post ipsam docuit passionem. Filius eñ
patitur per corporis sacramentum, apostolis spiritus sanctus infunditur, pater quo-
que maxima uoce signatur. Didicimus unam patris & filij esse imaginem, unam si-
militudinem, unam sanctificationē. Didicimus unam esse operationē, unam gloriā
unam quoque diuinitatem. Vnus ergo & solus deus, quia scriptum est: Dominum Matth.4.
deum tuum adorabis & illi soli seruies. Vnus deus non ut ipse sit pater & filius, sicut
impius Sabellius asserit, sed quia patris & filij spiritusq; sancti una diuinitas sit, ubi
autem una diuinitas, una uoluntas & una præceptio. Deniq; ut scias & patrem esse,
& filium esse, & unum opus patris & filij esse. Apostolū sequere qui dixit: Ipse autē 1.Thess.3.
deus & pater noster & dominus Iesus dirigat uiam nostram ad uos. Et patrem lo-
quitur, & filium loquitur, sed unitas directionis est, quia unitas potestatis est. Sic &
alibi habes: Ipse autem dominus noster Iesus Christus & deus & pater noster qui 2.Thess.2.
dilexit nos, & dedit consolationem æternā, & spem bonam in gratia, consoletur cor-
da uestra & confirmet. Quantam unitatem ostendit, ut consolationis unitas nō plu
ralitas sit? Conticescat ergo perfidia, aut si ratione non uincitur, morali humanitate
flectatur. Consideremus quàm moraliter egerit dominus, ut nos non solum fidem
sed etiam mores doceret. Nanq; in forma hominis constitutus, subditus erat Io-
seph & Mariæ. Nunquid ergo minor & hominibus, quia subditus? Aliud pietatis,
aliud potestatis est, sed non præiudicat pietas potestati. In eo ergo legis subditum
patri, in corpore scilicet, in quo erat subditus matri. Agamus & nos moraliter, per-
B suadeamus illis quod sibi prosit, obsecremus & ploremus ante dominum qui fecit
nos. Non enim uincere uolumus sed sanare, non insidiose agimus, sed religiose mo
nemus. Sæpe flectit humanitas, quos nec uirtus potuerit superare nec ratio. Deni-
que dominus illum hominem qui ex Hiericho descendens incidit in latrones, quem
non asperioribus legis medicamentis, non prophetico rigore curauerat, oleo cura-
uit & uino. Veniant ergo adhūc omnes qui sanari uolunt, accipiant medicamentū
quod & à patre detulit & præparauit in cœlo, ex illis confectum immortalibus su-
cis, hoc ex terra non pullulat. Expers enim omnis natura huius confectionis. Diui-
no enim consilio suscepit hanc carnem, ut ostenderet legem carnis legi esse subdi-
tam mentis. Suscepit carnem ut quasi homo uinceret qui homines erudiret. Quid
mihi prodesset, si quasi deus exerta potestate diuinitatem suam tantūmodo inuio-
labilem demonstrasset? Aut cur susciperet carnem, nisi ut tentari se naturæ atque in
firmitatis meæ conditione pateretur? Tentari debuit, compati mihi debuit, ut sci-
rem quemadmodum tentatus uincerem, compassus euaderem. Vicit per continen-
tiam, uicit per contemptum diuitiarum, uicit per fidem, calcauit ambitionem, fuga-
uit intemperantiam, lasciuiam relegauit. Hoc medicamentum Petrus uidit, & retia
sua instrumenta uidelicet quæstus & subsidia dereliquit. Renuncians carnis concu-
piscentiæ tanquā corruptæ naui, in quam quasi sentina quædam multarum ingre-
ditur passionum. Magnum ergo medicamentum, quod non solum cicatricem ue-
tusti uulneris amputauit, sed etiam causam passionis incidit. O fides thesauris o-
mnibus opulentior: O fides uulnerum nostrorum peccatorūq; medicina præstan-
tior. Consideremus, quia nobis prodest bene credere. Mihi enim prodest scire, quia
propter me Christus suscepit meas infirmitates, mei corporis subijt passiones, pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

me peccatum,hoc est pro omni homine, pro me maledictum factus est,& pro me
atque in me subditus atq; subiectus,pro me agnus,pro me uitis, pro me lapis, pro
me seruus,pro me filius ancillæ, pro me diē iudicij ignorans, pro me nescius diem
aut horam. Nam quomodo posset diem nescire,qui dies fecit & tempora? Quomo
do posset diem ignorare iudicij,qui & horam iudicij futuri expressit & causam? Fa
ctus ergo maledictum non secundum diuinitatem,sed secundum carnem. Scriptū
Deut.21. est enim: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Secundum carnem utique pepen
dit,& ideo maledictum,quia nostra maledicta suscepit. Ille fleuit,ne tu homo diu
fleres. Ille iniurias passus est,ne tu iniuriam tuam doleres. Grande remedium,sola
tium habere de Christo. Ille enim pro nobis hæc patientius tulit, & sumus qui pa
tienter hæc pro illius nomine ferre nequeamus. Quis appetitus non discat ignosce
re, quando pro persecutoribus suis Christus & crucifixus orabat? Vides ne illas
quas tu putas Christi infirmitates, tuas esse uirtutes? Cur de remedijs nostris ei
quæstionem mouemus? Lachrymæ illæ nos lauant. Fletus illi nos abluunt,ac du
bitatio illa nos firmat, ne tu si cœperis dubitare desperes. Quanto maior est iniuria
tanto uberior debetur gratia. Sed & in ipsis iniurijs cognosce diuinitatem. In cruce
pendebat,& elementa ei omnia seruiebant. Sol refugit,dies occidit, Obfusæ & circū
fusæ tenebræ, Terra tremuit,non tremuit qui pependit. Quid aliud hæc quàm au
toris reuerentiam signant? Quia in cruce est uides, quia regnum dei donat non ui
des,quia mortem gustauit legis, quia latronem quoque ad paradisum inuitauit nō
legis? Mulieres flentes intueris ad tumulum, non intueris angelos excubantes?
D Quid dixerit legis, quid gesserit non legis? Dicis Chananeæ mulieri dixisse domi
Matth.15. num: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, Non dicis,quoni
am id quod ab ea rogatus est fecit. Vnde intelligere te conuenit,quia missus non id
significat quod alieno sit coactus imperio,sed quod uoluntario functus sit arbitra
tu,alioquin contemptum ostendis patris. Si enim ut tu interpretaris paternorum
famulus præceptorum Christus uenerat in Iudæam, ut solis eius incolis mederē
tur,& Chananeæ prius filiam ut legimus liberauit, non utique alieni fuit executor
imperij, sed uoluntarij liberi arbitrij. Vbi autem libertas uoluntatis, ibi nulla præ
uaricatio missionis. Nec uereare ne displiceat patri quod fecit filius, cum ipse dicat:
Ioan.8. Quæcunque placita sunt ei facio semper. Et alibi: Opera quæ ego facio, ipse facit.
Ioan.14. Quomodo ergo patri potuit displicere quod ipse fecit per filium? Vnus enim deus
Rom.3. sicut scriptum est, qui iustificauit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem.
Omnia lege, omnia diligenter aduerte, inuenies sic demonstrasse se Christum, ut
deus in homine cerneretur. Nec malicioſe accipias de patre filium gloriantem,cum
audias patrem in filio complacentem. Sed si moralibus flecti non queunt, prouo
cemus ad iudicem. Ad quem tandem ibimus? Nempe ad eum qui iudiciū habet,
Ioan.5. Nunquid ad patrem? Sed pater non iudicat quenquam. Omne enim iudicium de
dit filio. Dedit utique generando, non largiendo. Vide quàm te noluerit filio suo
derogare,ut tibi ipsum iudicem daret. Videamus ergo ante iudicium quis causam
meliorem habeat, ego an tu. Nempe prudentis actoris est, prius conciliare sibi iu
dicem. Hominem honoras, deum non honoras? Quid ergo conciliat cognitorem,
honorificentia, an iniuria? Pone me peccasse quod non est, Num offenditur ho
nore suo Christus? Peccamus omnes, Quis ergo ueniam promerebitur,qui defert
hono

A honorificentiā,aut qui irrogat contumeliam? Aut si ratio non mouet, species sal
tem iudicij ipsa commoueat. Attolle oculos ad iudicem tuos, intuere qui sedeat,
cum quo sedeat, ubi sedeat. Sedet Christus ad dexteram patris. Aut si oculis hoc
non potes comprehendere, audi dicentem prophetam: Dixit dominus domino Psal.109.
meo, sede ad dexteram meam. Sedet ergo ad dexteram patris filius. Dic nunc qui
de secularibus arbitraris æstimanda diuina, Num tibi uideatur inferior qui ad de
xteram sedet? Num iniuriam patris, qui ad sinistram sedet? Pater honorat,& tu
iniuriam putas? Pater mauult id esse pietatis exemplum, & tu putas præceptionis
imperium? De morte surrexit & ad dexteram dei sedet. Sed dixit inquis pater. Ac
cipe etiam ubi non dicit pater & prædicit filius. Amodo uidebitis filium hominis Matth.26.
sedentem ad dexteram uirtutis. Et hoc de assumptione corporis dicit. Hinc dicit:
Sede ad dexteram meam. Nam si de æterna sede diuinitatis quæris,interrogatus à
Pilato si ipse esset rex Iudæorum, ait: In hoc sum natus. Vnde & Apostolus mo Ioan.18.
net, hoc esse nobis utile, si Christum non ex præcepto neq; ex gratia, sed quasi dile
ctissimum filium ad dexteram dei sedere credamus. Sic enim habes: Quæ sursum Col.3.
sunt quærite ubi Christus est ad dexteram dei sedens, quæ sursum sunt sapite. Hoc
est enim superiora sapere & credere,quia Christus ut sedeat, non quasi iussus obse
quitur, sed quasi filius dilectissimus honoratur. Propter rationem ergo corporis di Psal.109.
cit: Sede ad dexterā meam,donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū.
Quod si & hoc ad calumniam trahis, quia pater ad filium dicit: Ponam inimicos
B tuos,etiā pater trahit ad filiū quos filius suscitet atq; uiuificet. Nemo enim, inquit,
potest uenire ad me,nisi pater qui misit me attraxerit eum, & ego resuscitabo eum
in nouissimo die. Et tu filium dei pro infirmitate dicis esse subiectum, cui pater at
trahit, quos ille in nouissimo die suscitet? Hæccine tibi uidetur esse subiectio,in qua
regnum patri paratur,cum pater ad filium trahat,& calumniæ locus nō sit cum pa
tri regnū filius tradat, nec aliquid præferatur? Hæc enim documenta pietatis sunt,
quod & pater filio & filius patri tradat. Ita enim sibi tradunt, ut neque ille qui acci
pit quasi alienum acquirat, nec qui tradit amittat. Ad dexteram quoque sedere nul
la prælatio est, neq; ad sinistram iniuria. Diuinitas enim gradum nescit,nec loco ali
quo circumscribitur, nec temporibus definitur. Angustis animis homines ista pen
samus. Nulla differentia charitatis, nullum discrimen est unitatis. Sed cur longius
euagamur? Circumspectasti omnia, uidisti iudicem, aduertisti angelos prædican
tes. Illi laudant & tu uituperas? Dominationes & potestates uenerantur, & tu calu
mniaris? Adorant omnes sancti eius,non adorat dei filius,non adorat spiritus san
ctus. Seraphin dicunt: Sanctus,sanctus,sanctus. Quid sibi uult sub uno nomine
sanctitatis,trina repetitio? Si trina repetitio, cur una laudatio? Si una laudatio,cur
trina repetitio? Trina repetitio cur nisi quia pater & filius & spiritus sanctus sancti
tate unum sunt? Non dixit semel,ne filium sequestraret, non bis,ne spiritum præ
teriret,non quater, ne creaturam sibi coniungeret. Et ut ostenderet trinitatis unam
esse deitatem,cum tertio dixisset: Sanctus sanctus sanctus,addidit singulariter: Do
minus deus sabaoth. Sanctus igitur pater,sanctus filius,sanctus & dei spiritus. Ad
oratur igitur trinitas,non adorat. Laudatur trinitas non laudat. Ego malo sicut Se
raphin credere,& sicut omnes potestates uirtutesq; cœlestes adorare. Igitur prose

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cutionem tuam uideamus, quemadmodum concilies tibi iudicem. Dic sanè, dic in-
quam, ego te Christe puto esse dissimilem patri. Respondebit & ille: Discerne si po
tes, Discerne, inquam, quo putes esse dissimilem? Dic aliud: Creaturam inquies te
arbitror. Respondebit & Christus: Si duorum hominum testimoniū uerum est, tu
nec mihi nec patri saltem credere debuisti, qui genitū nominauit: Bonum inquit ne
go. Dicet & ille: Fiat tibi secundum fidem tuam, ut tibi bonus non sim. Omnipo
tentem non arbitror. Respondebit & ipse: Non possum ergo tibi tua peccata do
nare. Subiectum dico. Referet ad hoc: Cur igitur libertatem ac ueniam ab eo pe
tis quem putas pro seruitio esse subiectum? Video hærere prosecutionem tuam,
non urgeo, quia peccatorum meorum ipse sum conscius, non inuideo ueniam, quia
ipse opto indulgentiam, uotum tuum scire desidero. En allego apud iudicem desi
deria tua non prodo crimina. Seriem tuorum expecto uotorū. Dic utique ea quæ
in communi uoto sunt. Dic inquam: Domine fac me ad imaginem dei. Respondebit & ille: Ad quam imaginem, quam negasti? Dic, fac me incorruptibilem. Refe
ret utique, Quomodo te incorruptibilem facere possum, quem tu creaturam dicen
do, capacem corruptibilitatis esse uoluisti? Mortui resurgent incorrupti, & tu corru
ptibilem dicis quem deum cernis? Dic bonus esto mihi. Dicet tibi: Quid postulas
Leuit.19. quod negasti? Ego te bonum uolui. Ego dixi: Estote sancti, quoniam ego sanctus
sum, Et tu mihi id negare contendis? Tu expectas ueniam peccatorum? Sed ne
mo potest donare peccata nisi solus deus. Itaque cum uerus & solus tibi deus non
sim, non possum utique tua peccata donare. Hæc Arrianus dicit. Et Fotinianus:
D Nego te, inquit, deum. Respondebit & dominus: Dixit insipiens in corde suo, nō
est deus. De quo dictum putas, de Iudæo, de gentili an de diabolo? De quo uis di
ctum sit Fotiniane, tolerabilior est ille qui tacuit. Tu uero & uoce ausus es dicere, ut
Psal.81. insipiente insipientior probareris. Negas ergo inquit deum, cum ego dixerim: Dii
estis & filij excelsi omnes. Et tu deum negas, cuius opera diuina circumspicis? Di
cat & Sabellianus: Ego teipsum patrem & filium & spiritum sanctum arbitror. Re
spondebit & dominus: Non audis patrem, non audis filium? Nunquid hic ulla
confusio est? Scriptura ipsa te docet, patrem esse qui detulit iudicium, filium esse
Ioan.8. qui iudicat. Non audisti me dicentem: Solus non sum, sed ego & qui misit me pa
ter? Dicet & Manichæus: Ego autorem carnis nostræ diabolum credo. Respon
debit ei: Ergo quid facies in cœlestibus? Vade ad autorem tuum. Ego eos uolo me
cum esse quos dedit mihi pater. Tu te à diabolo creatum Manichæe arbitraris, ad
illius ergo festina sedem, ubi ignis & sulphur, ubi non restinguitur eius incendium,
nec unquam pœna morietur. Omitto alia hæreticorum portenta, non nomina,
qui dicunt: Qui dies erit iudicij, quæ erit forma sententiæ? Respondebit his omni
Michæa.6. bus & ille moraliter: Populus meus quid feci tibi aut quid contristaui te? Nónne
ex Ægypto eduxi te, & ex domo seruitutis liberaui te? Sed parum est ex Ægypto
liberasse, & ex domo seruitutis eripuisse, plus est teipsum dedisse pro nobis. Di
ces: Nónne uestras omnes suscepi iniurias? Nónne corpus meum pro uobis ob
tuli? Nónne mortem appetiui, quod non erat diuinitatis meæ sed uestræ redem
ptionis. Hæccine referūtur gratiæ, hoc profecit sanguis meus, sicut in propheta ipse
Psal.20. iam dixit: Quæ utilitas in sanguine meo, quia descendi in corruptionem? Hoc er
go pro

A go profecit ut me impie negaretis, pro quibus ista sustinui. Ego uero tunc domi
ne Iesu & si grauium peccatorum mihi ipse sim conscius, dicam tamen, non te ne
gaui, habes quod ignoscas fragilitati carnis. Delictum fateor, peccatum nō abnuo.
Si uis potes me saluare, quia hoc qui dixit, & meruit. ne quæso in iudicium intres cū
seruo tuo. Non quæro ut iudices sed ignoscas. Quid putamus Christum iudicatu
rum? Ego scio, iudicaturum dico, immò iam iudicauit. Tenemus eius sententiam, ut
omnes inquit honorificent filium, sicut honorificant patrem: Qui non honorificat fi- Ioan.5.
lium, non honorificat patrem qui misit illum. Si displicet sententia, appella ad patrē,
rescinde iudicium quod pater attulit. Dic quia dissimilem habet filium. Respondebit tibi: Ergo mentitus sum, qui dixi filio: Faciamus hominem ad imaginem & simi Gen.1.
litudinem nostram. Dic quia creauit. Respondebit tibi: cur ergo adorasti, quem creaturam putasti? Dic quia minorem genesauit filium. Respondebit, metire, uidea
mus. Dic quia ei nō debuisti credere. Referet ad hoc: Non tibi dixeram: Hic est filius meus dilectissimus in quo conplacui, ipsum audite? Quid est, ipsum audite? Di- Matth.17.
centem utiq; omnia quæ pater habet mea sunt. Hoc audierunt Apostoli, sicut scriptum est: & ceciderunt in faciem suam & timuerunt ualde. Si ceciderunt qui confessi sunt, quid facient qui negarunt? Si illos Iesus tetigit & leuauit, uos iacere patietur, ne uideatis gloriam quam negastis. Videamus ergo quoniam quem filius damnat & pater damnat. Et ideo honorificemus filium sicut honorificamus patrē, ut per filium ad patrem peruenire possimus. Hæc ergo Imperator Auguste car
B ptim ac breuiter impolita magis proposui quàm enodata digessi. Quod si qua Arriani inconsummata arbitrantur, ego uix fateor inchoata. Si qua adhuc superesse opinantur, ego propè omnia. Infidelibus enim totum deest, sed abundat fidelibus. Denique una confessio Petri, abundauit ad fidem Christo: Tu es Christus Matth.16.
filius dei uiui. Sat est enim generationem scire diuinam, non diuisam, non dimi
nutam, non diriuatoriam, non creatam. Hoc etiam totis scripturarum exponi
tur libris. Nec adhuc ab impijs creditur. Incrassatum est enim, ut scriptum est, Esa.6.
cor eorum, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos grauauerunt: nequan
do oculis suis uideant, & auribus audiant, & corde intelligant. Nanque more Iu
daico aures suas Arriani claudere solent, aut ferere tumultum, quotienscunque
uerbum salutis auditur. Et quid mirum si humanis uocibus credere non solent in
fideles, qui non credunt diuinis? Filius dei dicebat, sicut habes in Euangelio: Pa- Ioan.12.
ter clarifica nomen tuum. Vox patris de cœlo audita est dicentis: Et clarificaui &
iterum clarificabo. Infideles hæc audiebant, sed non credebant. Dicebat filius,
respondebat pater. Dicebant Iudæi: Tonitruum factum est illi: alij dicebant, an
gelus locutus est ei. Paulus quoque sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, Act.9.
cum uoce Christi uocaretur ad gratiam, pluresque comites pariter incederent, so
lus uocem Christi audisse se dixit. Ideo sancte Imperator, qui credit audit, & au
dit ut credat. Qui non credit non audit, sed nec uult nec potest audire ne credat.
Atque utinam quod in me est audire uellent ut crederent, audire cum bona
mansuetudine ut uerum quærentes, non ueritatem impugnantes. Scriptum est
enim, ut non intendamus fabulis & genealogijs interminabilibus, quæ quæstio Titum.3.
nes magis præstant quàm ædificationem dei quæ in fide est. Finis autem præ- 1.Tim.1.
cepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. A qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legisdoctores,
non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Alibi quo-
2. Timoth. 2. que idem Apostolus dicit: Stultas autem & sine disciplina quæstiões deuita. Tales
deserendos Apostolus dicit: Qui quæstiones asserant hos esse hæreticos. De qui-
1. Timoth. 4. bus alibi dicit, quod discedent quidam à fide intẽdentes spiritibus erroris & doctri
nis dæmoniorum. Et Iohannes dicit, hæreticos esse antichristos, Arrianos utiq; de-
signans, Hæc enim hæresis post omnes hæreses cœpit, & ex omni hæresi uenena col
Apoca. 13. legit. Sicut enim de antichristo scriptum est. Quia aperuit os suum in blasphemia
ad deum, blasphemare nomen eius & bellum facere cum sanctis eius. Ita & isti fi-
lio dei derogant, nec martyribus pepercerunt, & quod fortasse ille non faciet, scri-
pturas falsauere diuinas. Itaque qui dicit: Quia Iesus non est Christus, hic est anti-
christus. Qui negat saluatorem mundi, negat Iesum, qui negat filium, negat & pa
trem, quia scriptum est: Omnis qui negat filium, negat & patrem. Neque uero te
imperator pluribus tenere debeo bello intentum, & uictricia de barbaris trophæa
meditantem. Progredere plane scuto fidei septus & gladium spiritus habens, pro-
gredere ad uictoriam superioribus promissam temporibus & diuinis oraculis pro
phetatam. Nanque & futuram nostri depopulationem & bella Gothorum Eze-
chiel illo iam tempore prophetauit. Sic enim habes: Propterea prophetiza fili ho-
Ezech. 38. minis & dic o Gog hæc dicit dominus: In die illa cum constituetur habitare popu-
lus meus Israël in pace, surges & uenies de loco tuo ab extremo aquilonis, & gen-
tes tecum multæ, sessores equorum, omnis congregatio multa & magna & uirtus
D copiosa, & descendet ad populum meum Israël, ut nubes operiet terram in nouis-
simis diebus, &c. Gog iste Gothus est, quem iam uidemus exisse, de quo promitti
tur nobis futura uictoria dicente domino: Et deprædabunt eos qui deprædati eos
fuerant, & despoliabunt eos qui sibi spolia detraxerunt dicit dominus. Eritq; in die
illa, dabo Gog, hoc est Gothis locum nominatum monumẽtum in Israël multorũ
uirorum congestũ, qui superuenerunt ad mare, & per circuitũ struet has ualles, istũ
& eos, & obruet illic Gog & totam multitudinem eius, & uocabitur gepoliandri-
um Gog, & obruet eos domus Israël ut purgetur terrra. Nec ambiguum sancte im
perator, quod qui perfidiæ alienæ pugnam excepimus, fidei catholicæ in te uigẽtis,
habituri sumus auxilium. Euidens enim antehac diuinæ indignationis causa præ
cessit, ut ibi primum fides Romano imperio frangeretur, ubi fracta est deo. Non
libet confessorum neces, tormenta, exilia recordari, piorum sacerdotia, prodito-
rum munera. Nónne de Thraciæ partibus per ripensem Daciã & Mysiã omnẽm
que Valeriam Pannoniorũ, totum illum limitem sacrilegis pariter uocibus & bar
baricis motibus audiuimus inhorrẽtem? Quid poterat nobis uicinia tam feralis in
uehere? Aut quemadmodũ res Romana tali tuta poterat esse custodia? Sed iam
satis supérque omnipotens deus nostro exilio, nostróque sanguine, confessorum
neces, exilia sacerdotum, & nefas tantæ impietatis eluimus, satis claruit eos qui
uiolauerunt fidem, tutos esse non posse. Conuertere domine, fideiq; tuæ attolle
uexilla. Non hic aquilæ militares, neque uolatus auium exercitum ducunt, sed
tuum domine Iesu nomen & cultus. Non hic infidelis aliqua regio, sed ea quæ con
fessores mittere solet Italia, aliquãdo tentata, mutata nunquam: quam dudum
ab hoste barbaro defendisti, nunc etiã uindicasti, Nõ hic imperatoris mẽs lubrica,
sed fides

A sed fides fixa. Ostende nunc euidens tuæ maiestatis indicium, ut is qui te uerum uir
tutum dominum & cœlestis militiæ ducem, is qui te ueram dei uirtutem credit esse
atque sapientiam, non temporalem utique nec creatam sed sempiternam, sicut scri-
ptum est, dei uirtutem & diuinitatem, tuæ maiestatis fultus auxilio, fidei suæ tro- 1. Cor. 1.
phæa mereatur.

CAPITA LIBRI TERTII

Qua ratione autor ea quæ in superioribus libellis breuiter digesta sunt, in hoc libro
latius exequi curauerit. Cur etiam illicitum putari non debeat quod ad informa
tionem uitæ humanæ comparationem à poëticis fabulis deriuatam induxerit.
Caput I.
Quod nos magis quàm poëtæ illecebram secularis lasciuiæ pernicioſam debeamus
iudicare, Quodq; nostræ salutis gratia Christus corporis infirmitates susceperit
licet secũdum diuinitatem æqualis sit patri in altitudine & immortalitate. Quod
præterea (contra hæreticorum insaniam) cum de deo dicitur, solus, non separetur
filius. Caput II.
Quomodo filius factus intelligatur. Quemadmodum etiam omnia per ipsum fa-
cta sint, cum diuersorum hæreticorum confutatione. Caput III.
Quid significet quod de incarnatione domini scriptum est: Deus creauit me princi-
pium uiarum suarum. Et quod Christus dicatur principium, non solum per rela
B tionem ad diuinitatem, sed etiam ad documenta uirtutum. Quomodo etiam in
telligatur id quod scriptum legitur: Puer natus est nobis &c. quo multæ hæreses
extinguũtur. De solutione quoq; dubitationis, quomodo de incarnatione Chri
sti dictũ sit: Dominus creauit me &c. cum ante incarnationẽ eius creatura mun-
di fuerit. Caput IIII.
De solutione obiectionis sumptæ ex eo quod scriptũ est: Post me uenit uir qui an-
te me factus est, cum confutatione erroris Arrianorum. Et quomodo iuxta my-
sticam intelligentiam historiæ de Booz & Ruth designatus fuerit Christus, qui
ecclesiam sibi copulauit. Quomodo etiam sæpe ad causam pertineat cum Chri-
stus dicitur factus. Quomodo denicq; ipse idem sacerdos sit & hostia. Cap. V.
Quod patris & filij unum sit regnum & non diuisum, sicut Arriana sæuitas asseruit.
Caput VI.
Quod una sit maiestas & una gloria, una quoque substantia patris & filij, cum re-
dargutione Arrianorum, & quemadmodũ fraudem eorum cauere debeamus.
Caput VII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER TERTIVS.

Qua ratione autor ea quæ in superioribus libellis breuiter digesta sunt, in hoc libro latius exequi curauerit, Cur etiam illicitũ putari non debeat quod ad informationem uitæ humanæ comparationem à poëticis fabulis deriuatam induxerit. Caput I.

QVONIAM clementissime Imperator, instruendi tui gratia, aliqua de fide mihi scribenda mandaueras, & uerecundantem, coram etiã ipse fueras adhortatus, ideo quasi in procinctu positus, duos tantũ scripsi libellos, quibus uias quasdam fidei & semitas demonstrarem. Sed quoniam mens praua quorundam, serendis intenta quæstionibus, stilo lacessit uberiore confligi, tuæ quoq; pia me cura dementiæ ad interna uocat, uolens in pluribus experiri quem in paucis probasti, ea quæ perpaucis superius digesta sunt, placuit paulo latius exequi, ne ea quasi diffidentia assertionis deseruisse potius quàm securitate fiduciæ proposuisse uideamur. Et quod hydræ numinis & scyllei littoris comparationẽ indeximus, ut ostenderemus uel rediuiua plantaria cauenda perfidiæ, uel famosa naufragia, si
D quis cõtra licitũ putat callorem disputationis eiusmodi à poeticis fabulis deriuatũ, & cum in fide nihil quod uituperare possit inuenerit, aliquid in sermone reprehendit, agnoscat nõ solum sententias, sed etiam uersiculos poëtarũ scripturis insertos di-
Act.17. uinis. Vnde eũ illud: Huius & genus sumus, quod Paulus usu prophetico doctus usurpat? Nam & gigantes & uallem Titanum prophetici sermonis series non refugit. Et Esaias sirenas & filias passerũ dixit, Et Hieremias de Babylone memorauit, quod habitabunt in ea filiæ sirenum, ut ostenderet Babylonis, hoc est secularis confusionis illecebras, uetustis lasciuiæ fabulis comparandas, quæ uelut scopuli in istius uitæ littore, dulcem sonare quandam cantilenam ad capiendos animos adolescentium uiderentur. Quam sapiens etiam ab ipso poëta græco inducit, ut quasi quibusdam prudentiæ suæ circũdatus uinculis præteriisse uideatur. Ira non difficile iudicatũ est ante aduentũ Christi etiã fortiores posse capi speciosæ delitijs uoluptatis.

Quod nos magis quàm poëtæ illecebram secularis lasciuiæ pernicio-sam debeamus iudicare. Quodq; nostræ salutis gratia, Christus corporis infirmitates susceperit, licet secundum diuinitatem æqualis sit patri in altitudine & immortalitate, Quod præterea (cõtra hæreticorum insaniã) cum de deo dicitur, solus, non separetur filius. Caput II.

QVOD si poëta ille, pernitiosam mentibus hominum, & subeundis obnoxiã naufragijs, lasciuiæ secularis illecebram iudicauit, quid nos æstimare oportet, quibus scriptum est: Carnis curam ne feceritis in concupiscentijs. Et alibi: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne alijs
Rom.13. 1.Cor.9.
prædicans

A prædicans ipse reprobus efficiar? Non enim per luxuriam nobis Christus, sed per ieiunium salutem attulit. Neque ille emerendæ gratiæ suæ causa, sed nostræ eruditionis gratia ieiunauit. Neque infirmitate corporis uictus est ut esuriret, sed esurien-
do susceptí corporis fidem præstitit, ut non solum corpus, sed etiam infirmitates nostri corporis doceret à se esse susceptas. Sicut scriptum est: Quoniam infirmitates ac- Esa.53.
cepit, & ægritudines nostras portauit. Corporis est igitur, hoc est, nostrũ est quod esurijt, nostrum est quod sleuit, quod tristis fuit usque ad mortem, Cur ad diuinitatem quæ sunt nostra referunt? Corporis est quod etiam factus asseritur. Deniq; Psal.86.
sic habes: Mater Syon dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam 1.Timoth.2.
altissimus. Homo, inquit factus est, non deus factus est. Qui autẽ idem altissimus, idem homo, nisi mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semet ipsum redemptionem pro nobis? Et hoc utiq; ad incarnationem pertinet. Redemptio enim nostra per sanguinem, remissio per potestatem, uita per gratiam. Quasi deus donat, quasi homo precatur. Aliud creatoris, aliud redemptoris est. Distincta licet, unius tamen autoris beneficia sunt, decuit eũ ut ille nos redimeret qui creauit. Quis autem neget Christum esse altissimum significatum? Nam qui aliter sentit, deo patri sacramentũ incarnationis ascribit. Sed hinc dubitari non potest quod Psal.17.
altissimus Christus sit, cum etiam alibi dixerit de mysterio passionis: Dedit uocem Luc.1.
suam altissimus, & mota est terra. Et in euangelio habes: Et tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Ergo quod altissimus deus est & Christus. Et solus utiq; cum dicitur deus, non separatur etiam dei fi-
B lius. Qui enim altissimus solus sicut scriptũ est: Cognoscant quoniam dominus nomen est tibi, tu solus altissimus super omnem terrã. Vnde etiam illud explosum est 1.Timoth.6.
quod solent ad calumniam deriuare, quod de deo scriptum est: Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilẽ. De deo enim scriptũ est, quod est commune nomẽ patri & filio. Nam si ubicunq; deũ legunt, negant etiam filiũ designari, & impij sunt diuinitatis potentiã filio denegando, & incarnatũ patrem Sabelliana impietate astruere uidebunt. Dicant eũ quomodo illud nõ impie de patre intellige-
re possint, quod apostolus ait: In quo & cõsurrexistis per fidem operationis, qui su- Col.2.
scitauit illum à mortuis. Et aduertant de sequentibus quid incurrãt. Sequitur enim: Et cum mortui essetis delictis & præputio carnis uestræ, uiuificauit nos cum illo, donans nobis delicta, delens quod aduersum nos erat chirographũ decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci, exuens se carnem. Ergo non deus pater solus intelligendus est qui susciauit carnem, & non etiam filius cuius templum resuscitatum est. Qui suscitauit utique & uiuificauit. Qui uiuificauit & delicta donauit. Qui chirographum tulit, affixit illud cruci. Qui affixit illud cruci, carnem se exuit. Sed pater non se exuit carnem. Non enim pater caro factus est, sed uerbum, sicut legimus, caro factum est. Videtis ergo quod Arriani dum separant à patre filium, in id periculum incidũt ut patrem passum esse commemorent. Nos autem facile docemus de filij dictum operatione. Nam & ipse corpus suum resuscitauit, sicut ipse dixit: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud, Et Ioan.2.
ipse uiuificat nos cum suo corpore. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, Ioan.5.
sic & filius quos uult uiuificat. Et ipse delicta donauit dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Et ipse chirographum affixit cruci, qui crucifixus est per corporis

passio

Universidad de Deusto
Biblioteca

C passionem. Nec alius se carnem exuit, nisi dei filius qui carnem se induit. Ipse ergo si
gnificatur deus, qui opus nostræ resurrectionis operatus est, Ergo cum legis deum,
non separes patrem, non separes filium, quia diuinitas patris & filij, una eademq;
est. Et ideo nec ibi separes ubi legis, quod beatus & solus potens. De eo enim dictū
1. Thim. 6. est, sicut habes: Præcipio coram deo qui uiuificauit omnia, sed etiam Christus uiui-
ficat. Conuenit & patri & filio dei nomen, quando cōuenit & operationis effectus.
Prosequamur & cætera. Præcipio, inquit, coram deo qui uiuificat omnia & Christo
Psal. 55. Iesu in deo. Hic etiam uerbum est, sicut scriptum est: In deo laudabo uerbū, in deo
sempiterna sua uirtus est Iesus. In deo igitur unitatem diuinitatis, in Christo autē
incarnationis testificatus est sacramentum. Deniq; ut de incarnatione Christi se di
1. Timoth. 6. xisse ostenderet, subdidit: Qui testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bonam con-
fessionem, ut serues mandatum sine macula usque in aduentum domini nostri Ie-
su Christi, Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, & rex regum &
dominus dominantium. Qui solus habet immortalitatē, & lucem habitat inacces-
sibilem. Quem uidit hominum nemo, sed nec uidere potest. Ergo de deo hæc scripta
sunt, cuius nominis & dignitas & ueritas communis est filio. Cur igitur hoc loco fi-
lius separatur, cum etiam filio hæc cuncta conueniant? Aut si non conueniunt, nega
deum ut neges quæ deo sunt conuenientia. Beatus negari non potest, qui beatitudi
Psal. 31. nes donat. Beati eīm quibus remissæ sunt iniquitates. Beatus negari non potest, qui
sanam doctrinam tribuit, sicut scriptum est, quæ est secundum euangelium clarita-
Psal. 88. tis. Beatus dei potens abnui non potest, de quo pater dicit: Posui adiutorium super
D potentem. Immortalitatem autem eius quis audeat diffiteri, cum etiā aliis immor-
Sap. 8. talitatem ipse largitus sit, sicut scriptum est de sapientia dei: Per hanc habeo immor
talitatem. Sed alia immortalitas suæ naturæ, alia nostræ est. Non sunt fragilia com
paranda diuinis, una sola substantia diuinitatis quæ mori nescit. Vnde & Aposto-
lus cum sciret animam & angelos immortales, quod solus deus immortalitatem ha
Ezech. 18. beat prædicauit. Nam & anima moritur. Anima enim quæ peccauerit ipsa mori-
tur. Nec & angelus immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in uoluntate est
creatoris. Neq; ad præiudicium trahas, quod nos moritur Gabriel, nō moritur Ra
phael, non moritur Vrihel. Et in ipsis enim naturæ capacitas uitio obnoxia, sed nō
obnoxia disciplina. Omnis eīm rationalis creatura accidentia recipit, & subiecta iu-
dicio est. In accidentibus autem & pœna iudicij & corruptela est & profectus. Vn-
Eccle. 11. de & Ecclesiastes ait: Quæ niā omne opus suum deus adducet in iudicium. Ergo cor
ruptelæ & mortis etiam si nō moriatur aut peccet, capax tamen omnis est creatura.
Nec ex immortali natura habet, sed ex disciplina uel gratia, si se in aliquibus ad ui-
tia nō mutat. Alia ergo immortalitas quæ donat, alia quæ sine capacitate mutabi-
litatis est semper. An negatur immortalis diuinitas Christi, quia in carne pro omni
bus mortem gustauit? Iam ergo melior Gabriel quàm Christus, quia ille nō est de
functus, hic mortuus est. Sed non est seruus supra dominum, alia enim carnis infir
mitas, alia diuinitatis æternitas. Mors carnis est, immortalitas potestatis. Quod si
diuinitas fecit ne caro uideret corruptionem, quæ utiq; corruptelæ erat obnoxia per
naturam, quomodo mori posset ipsa diuinitas? Quomodo autem lucem inacces-
bilem nō habitat filius, cum in sinu patris filius sit? Lux autem pater, lux etiam ipse
sit filius, quia deus lux est. Aut si aliam lucem inaccessibilē nisi diuinitatis putamus,

nunquid

A nunquid melior patre lux est, ut non sit in luce, quia sicut scriptum est: Et apūd pa-
trem est & in patre? Non ergo seperent filium cum legūt solum deum, nec patrem
seperent cum legunt filium solum in terris. Si filius sine patre nō est, & putas quod
pater sine filio sit in cœlo, In carne est filius, cum dico in carne est uel in terris, secun-
dum carnem non iam nouimus Christum. Ergo in carne est filius, & solus non est,
secundum quod scriptum est: Et non sum solus quia pater mecum est, & putas qd
sit pater solus in luce? An ne hoc argumentum putes, accipe etiam testimoniū: De- Ioh. 1.
um, inquit, nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enar
rauit. Quomodo solus pater, si in sinu patris filius est? quomodo enarrat quem nō
uidet? Non ergo solus pater. Accipe nunc & solum patrem, & solum filium. Solus
pater, quod alius pater non est. Solus filius, quod alius filius nō est. Solus deus, qd
una diuinitas trinitatis est.

Quomodo filius factus intelligatur. Quemadmodum etiam omnia per ipsum facta sint, cum diuersorum hæreticorum confutatione. Caput. III.

SATIS ergo claret, & solum deum non esse patrem sine filio, & solum deum nō intelligi filium sine patre. In quo autem factus sit, per os san
cti patriarchæ locutus asseruit dicens: Quia repleta est malis anima Psal. 87.
mea & uita mea in inferno appropinquauit: Æstimatus sum cum de-
B scendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et
hic sicut homo inquit, non sicut deus, factus sum. Et repleta est malis anima mea.
Anima utiq; non diuinitas. Factus est in eo in quo erat infernus debitus, factus est
in eo in quo cum aliis æstimatur, diuinitas enim similitudinem collationis abiurat,
& tamen in ipsa carne morti obnoxia maiestatem aduerte diuinitatis in Christo.
Et si factus est sicut homo & sicut caro factus est, tamē inter mortuos liber, & liber
sine adiutorio. Sed quomodo hic sine adiutorio fuisse se filius dicit, cum supra di-
ctum sit: Posui adiutorium super potentem? Ergo & hic distingue naturas. Adiu- Psal. 88.
torium caro habet, diuinitas nō habet. Liber igitur est qui mortis uincula nescit,
non captus ab inferis, sed qui operatus sit in infernis, sed sine adiutorio est, quod nō
per nūcium, neq; legatum, sed ipse per se dñs saluum fecit populum suum. Quomo
do ergo potuit adiutorium sui corporis quærere suscitandi, qui alios suscitauit? Ac
licet homines quoque resuscitauerint mortuum, non in sua tamen uirtute fecerunt,
sed in Christi nomine. Aliud est rogare, aliud imperare, aliud mereri, aliud donare.
Helias ergo suscitauit, sed orauit, non imperauit. Helisæus suscitauit configuratus
mortuo, suscitauit etiam ipsius mortui corporis tactus, ut esset typus uenturum eū
qui missus in similitudine carnis humanæ etiam sepultus mortuos suscitaret. Pe-
trus quoq; cū Æneam curaret, ait: In nomine Iesu nazareni surge & ambula. Non Act. 9.
in suo ait, sed in Christi nomine. Surge autem uerbum est imperātis, sed fiducia de
merito est, non præsumptio de potestate, & de nominis operatione, non de sua uir
tute præceptionis autoritas. Quid igitur Arriani dicunt? In nomine Christi & Pe-
trus imperat, & illi nolūt imperasse dei filium, sed rogasse. Sed lectum est quod ro
gauit. Disce distantiā: Rogat quasi filius hominis, Imperat quasi dei filius. An non
defertis hoc dei filio, quod etiam diabolus detulit? Et uos maiore sacrilegio dero-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C gatis. Ille dicit: Si filius dei es, dic lapidi huic ut fiat panis. Ille dicit impera, uos dici-
Luc.4. tis obsecra. Ille credit quod iubente dei filio elementorum rerumq; in aduersum na
tura uertatur, uos creditis quod nisi roget dei filius, nec uoluntas ipsius impleatur.
Et diabolus ex potestate æstimandum putat dei filium, uos de infirmitate. Tolera
biliora sunt tentamenta diaboli, quàm argumẽta sint Arrij. Nec moueat quod po
tentem filium dixit hominis, cum dominum maiestatis legeris crucifixum. Quæ au
tem maior potentia, quàm supra cœlestes potestates habere dominatum? Habe-
bat autem qui thronis, dominationibus, angelis imperabat. Nam & si erat inter be
stias, sicut scriptum est, tamen angeli ministrabant. Et ut agnoscas aliud incarna-
tionis esse, aliud potestatis, secundum carnem itaque tentatur à bestijs, secundum
dignitatem ab angelis adoratur. Dicimus igitur factum esse hominem, & ad ho-
Rom.1. minem hoc esse referendum. Deniq; & alibi habet: Qui factus est ei ex semine Da
uid, secundum carnem utiq; ex semine Dauid factus est. Deus autem ante secula
ex deo natus est. Nec semper tamen factum esse ad creationem refertur. Scriptum
Psal.89. est enim: Domine refugium factus es nobis. Factus es mihi in salutem. Non utiq;
creationis diffinitio uel æditio declaratur. Sed refugium factus mihi, & conuersus
1.Cor.1. mihi dicitur ad salutem, sicut & Apostolus dixit: Qui factus est nobis sapientia à
deo, & iusticia, & sanctificatio, & redemptio. Nobis factum, non creatum ex patre
dixit. Deniq; quomodo dicat factum nobis esse sapientiam, in posterioribus expo
2.Cor.2. suit dicens: Sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quã præ
destinauit deus ante tempora secularia in gloriam nostram, quam nemo princi-
D pum huius seculi cognouit. Si cognouissent, nunquam dominum maiestatis cruci-
fixissent, Vbi mysterium passionis exprimitur, nõ utiq; generationis æternæ series
2.Petri.1. declaratur. Sapiẽtia igitur mea, crux domini est: redemptio mea, mors domini est.
Sanguine enim precioso redempti sumus, ut Apostolus Petrus dixit. Sanguine
igitur suo quasi homo, dominus nos redemit, idemq; quasi deus peccata donauit.
Non ergo in uerbis quasdam constituamus insidias, & uerborum tendiculas aucu
pemur, ut quod & aliud secundum impios significare reputatur sermo qui legitur,
non id quod sensus exprimat, sed quod litera ostendat, interpretemur. Sic perie-
runt Iudæi dum sensuum profunda despiciunt, & sequuntur nuda uerborum. Lite-
ra enim occidit, spiritus autem uiuificat. Et tamen inter duo grauia sacrilegia for-
tasse detestabilius sit ad diuinitatem referre quæ carnis sunt, quàm ad literam re-
ferre quæ spiritus sunt. Illi timuerunt in deo carnem credere, & ideo redemptionis
gratiam perdiderunt, quia causam salutis abiurant. Isti diuinitatis maiestatem ad
carnis infirma deducunt. Detestandi Iudæi qui carnem domini crucifixerunt, dete-
stabiliores tamẽ eos arbitror, qui diuinitatem Christi cruci subditam crediderunt.
Titum.3. Deniq; qui cum Iudæis sæpe tractabat, hæreticum inquit post unam correptio-
nem deuita. Nec tamẽ sine iniuria patris factum nobis esse sapientiam, ad illam in-
enarrabilem nec ullis temporibus momentisq; obnoxiam Christi generationem
sacrilega interpretatione deriuant. Nam præter id quod filij iniuria patris est con-
Roma.3. tumelia, etiam in patrẽ sacrilegia ista procedunt. De quo scriptum est: Est autem de-
us uerax, omnis autem homo mendax. Aut si de filio putant dictum, generationi
quidem non præiudicant, quia deum uerum huius lectionis autoritate quod ab-
nuunt confitentur. Prolixum est si uelim singula recensere quoties factum legeri-
mus,

A mus, nõ utiq; per naturam, sed per gratiam. Nam & Moyses dicit: Adiutor & pro Exo.15.
tector factus est mihi in salutem. Et Dauid dicit: Esto mihi in deum protectorem Psal.30.
& in domum refugij, ut saluũ me facias. Et Esaias dicit: Factus es omni ciuitati hu-
mili adiutor. Non utiq; sancti deo dicunt: creatus es, sed protector & adiutor per
gratiam tuam factus es nobis. Vnde nec illud uerendum est quod solent Arriani
sæua interpretatione componere dicẽtes, factum esse dei uerbum: Quia scriptum
est inquiunt: Quod factum est in ipso uita erat. Primum intelligant, si ad substan- Ioh.1.
tiam diuinam referant, quod factum est, Manichæorum se quæstionibus implica-
ri. Obijciunt enim Manichæi: Si quod in ipso factum est, uita est, est ergo aliquid
quod in ipso factum non sit, & mors sit, ut duo impie inducant principia. Sed hoc
damnat ecclesia. Deinde unde possunt dicere sic pronunciasse euangelistam. Ple-
riq; enim docti & fideles sic pronunciant: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
factum est nihil quod factum est. Alij sic: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
factum est nihil. Deinde: Quod factum est, pronũciant, & subiungũt: In ipso, hoc
est, quicquid autem factum, est in ipso. Quid est, in ipso? Apostolus docet dicens:
In ipso sumus & uiuimus & mouemur. Tamen si quemadmodum uelint pronun
cient, non possunt hinc calumniari deo uerbo, si ad substantiam eius uelint referre,
quod factum est, quin & calumnientur & patri deo, de quo scriptum est: Qui autẽ Iohan.3.
facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifestẽtur opera eius quod in deo sunt facta.
Ecce hic opera hominis in deo facta legimus, & ad substantiam tamen diuinam re
B ferre non possumus. Sed aut per ipsum facta cognoscimus, ut est illud apostolicũ,
quod omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in Col.1.
ipso constant. Aut ut docet præsentis lectio testimonij, uirtutes quibus uitæ æter-
næ fructus acquirit, in deo facta æstimare debemus, charitatem, pietatem, religio-
nem, fidem, & alia huiusmodi, quæ in uoluntate dei facta sunt. Ergo sicut in dei pa
tris, ita etiam in Christi uolũtate & uirtute facta sunt, sicut legimus: Creati in Chri Ephe.2.
sto in operibus bonis. Et in Psalmo: Fiat pax in uirtute tua. Et alibi: Omnia in sapi- Psal.121.
entia fecisti. In sapientia inquit fecisti, nõ sapientiam fecisti. Nam cum omnia in sa Psal.103.
pientia facta sint, Christus autẽ dei sapientia sit, non accedens utiq;, sed subsistens
& permanens in æternum, si facta est sapientia, iam deteriore conditione facta est,
quàm omnia, eo quod sapientia fieri per seipsam non potuit. Ergo si factũ esse fre
quenter ad aliud, nõ ad naturam refertur, etiam creatũ esse ad causam refertur.

Quid significet quod de incarnatione domini scriptum est: Deus crea
uit me principium uiarum suarum. Et quod Christus dicatur principi-
um, non solum per relationem ad diuinitatem, sed etiam ad documen-
ta uirtutum. Quomodo etiam intelligatur id quod scriptum legitur: Pu
er natus est nobis, &c. quo multæ hæreses extinguuntur. De solutione
quoq; dubitationis, quomodo de incarnatione Christi dictum sit: Dñs
creauit me &c. cũ ante incarnationẽ eius creatura mũdi fuerit. Ca. IIII.

VNDE intelligimus illud quod de incarnatione domini scriptũ est: Do Prouer.8.
minus creauit me principium uiarum suarum in opera sua, id significa
re quod ad redimenda opera patris dominus Iesus ex uirgine sit crea
tus. Neq; enim dubitari potest de incarnatiõis dictum esse mysterio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cum propter opera ſua corruptelæ ſeruitio liberãda dominus ſuſceperit carnem, ut illum qui imperium habebat mortis, per ſui corporis deſtrueret paſſionẽ. Caro enim Chriſti propter opera, diuinitas ante opera, quia ipſe ante omnia, & omnia in ipſo conſtant. Non ergo diuinitas propter opera, ſed ꝓpter diuinitatẽ opera, ſicut Apoſtolus declarauit dicens, ꝙ propter filiũ dei omnia. Sic enim habes: Decebat autẽ eũ per quẽ omnia, & propter quẽ omnia multis filijs in gloriam adductis, ducẽ ſalutis eorum per paſſionẽ cõſummari. Nónne euidenter expoſuit ꝙ dei filius qui propter diuinitatem ſuã omnia creauit, is poſtea propter populi ſalutẽ & carnis ſuſceptionẽ & mortis aſſumpſerit paſſionẽ? Propter quæ autẽ opera ſit creatus ex uirgine, ipſe dominus cũ illũ cæcũ curaret, oſtendit dicẽs: In illo me oportet operari opera eius ꝙ miſit me. Et addidit, ut de incarnatione dictũ crederemus: Cum in hoc mũdo ſum, lux ſum huius mundi. Etenim quaſi hõ in hoc mũdo pro tempore eſt, nã quaſi deus ſemp eſt. Deniq; alibi ait: Ecce uobiſcũ ſum uſq; ad conſummationẽ mũdi. Nec de principio reſidet aliquid quæſtionis, cũ interrogatus in carne: Tu quis es? Reſpõdit: Principium, qui & loquor uobis. Quod nõ ſolũ ad diuinitatis æternitatem refertur, ſed etiã ad documẽta uirtutũ. Ex hoc enim & deũ ſe probauit æternum, quia oĩm ipſe principiũ eſt, & uniuſcuiuſq; uirtutis autor eſt, quia eccleſiæ caput eſt, ſicut ſcriptũ eſt: Quia ipſe caput corpis eccleſiæ, qui eſt principiũ primogenitus ex mortuis. Liquet igitẽ & de incarnatione dictum eſſe principium uiarum ſuarũ, quod ad ſacramentum ſuſcepti corporis uidetẽ eſſe referendum. Deniq; ut ſcias ꝙ uias ſuas oĩpotens pater ſecũdum incarnationẽ præſcripſerit filio, habes in Zacharia: Ieſum indutum ueſtimenta ſordida, Ab angelo dictum, Hæc dicit dominus omnipotẽs: Si D in uijs meis ambulaueris, & præcepta mea cuſtodieris. Quod eſt ueſtimẽtum illud ſordidum, niſi carnis aſſumptio? Viæ igitur dñi uelut quidam tramites bonæ uitæ ſunt, qui diriguntur à Chriſto, qui ait: Ego ſum uia & ueritas & uita. Via ergo ſuperna eſt dei uirtus. Chriſtus enim nobis uia eſt, & bona uia quæ credentibus cœli regna patefecit. Viæ autẽ dñi uiæ rectæ ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Vias tuas dñe notas fac mihi. Via caſtitas, uia fides, uia abſtinentia. Eſt nãq; uia uirtutis, eſt & uia iniquitatis. Scriptũ eſt enim: Et uide, ſi eſt uia iniquitatis in me. Principium itaq; noſtræ uirtutis eſt Chriſtus. Principium integritatis, qui docuit uirgines nõ uiriles expectare concubitus, ſed integritate mentis & corporis, ſancto magis dicare ſpiritui ꝙ̃ marito. Principium parſimoniæ Chriſtus, qui pauper factus eſt cum eſſet diues. Principium patientiæ Chriſtus, qui cum malediceretur, non maledixit, cum percuteret, non repercuſſit. Principium humilitatis Chriſtus, qui formam ſerui accepit, cum patrem deum maieſtate uirtutis æquaret. Ex illo enim accepit uirtus unaquæq; principium. Et ideo ut hæc uirtutum genera diſceremus: Filius datus eſt nobis, cuius principium ſuper humeros eius. Principium illud crux dñi eſt, principium fortitudinis, quo uia ſanctis eſt reſerata martyribus ad ſacri certaminis paſſionẽ. Vidit hoc principium Eſaias, & ideo ait: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Viderunt magi, & ideo cum paruulum in præſepi cernerent, adorauerunt dicẽtes: Puer natus eſt nobis. Cum ſtellam conſpicerent prædicantes, filius datus eſt nobis. Aliud munus eſt terris, aliud munus eſt cœlo, & utrunq; unus in utroq; perfectus, & ſine mutabilitate diuinitatis, & ſine humanæ imminutiõe naturæ. Vnũ adorauerunt, eidemq; munera obtulerunt, ut oſtenderẽt ipſum eſſe cœli dominum qui in præſepibus uideretur.

Heb.2

Ioh.9.

Matt.28.

Ioh.8.

Col.1.

Zacha.5.

Ioh.14.

Pſal.15.

Pſal.138.

1.Petri.2.

Eſa.9.

A deretur. Diſtingue ſingulorum momẽta uerborum: Puer natus eſt nobis, filius eſt nobis. Et ſi ex patre natus, non tamen nobis natus, quia non filius propter nos, ſed nos propter filium. Neq; enim nobis natus eſt, qui & ante nos natus eſt, & totius eſt conditor creaturæ. Neq; nunc primum naſcitur qui erat ſemper, & erat in principio, ſed illud quod nõ erat nobis naſcitur, hoc eſt puer ex uirgine, corpus ex Maria. Hoc enim poſt nos, illud ante nos. Alij ſic habẽt: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Qui datus ſit, audi prophetam dicentem: Et ſalutare tuum da nobis. Qd' enim ſupra nos eſt datur, quod de cœlo eſt datur. Sicut etiam alibi de ſpiritu legimus, quod charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis. Sed uide quemadmodum hic locus multas hæreſes extinguat. Puer natus eſt nobis, non Iudæis: nobis, non Manichæis: nobis, non Marcionitis. Propheta dicit: Nobis, hoc eſt credentibus, nõ incredulis. Et ille quidem miſericordia ſua omnibus natus eſt, Nam & lumen diei oriri iubetur ſuper bonos & malos: ſed oriri non uidentibus nõ uidetur. Si ergo puer nõ omnibus natus eſt, ſed fidelibus, ſic filius nõ infidelibus datus eſt, ſed fidelibus nobis datus eſt, nõ Fotinianis. Illi enim non datum nobis dei filium dicunt eſſe, ſed ab initio inter nos natum. Nobis, non Sabellianis. Illi enim nolunt filium datum, eundem aſſerentes patrem eſſe quem filium. Nobis, non Arrianis, & ipſi enim non habent filium pro ſalute datum, ſed pro infirmitate tranſmiſſum. Non habẽt cõſiliarium quem putant futura neſciſſe, non habent filium, quem ſempiternum nõ putant, cum ſcriptum ſit de uerbo dei, ꝙ erat B in principio. Et alibi: In principio erat uerbũ. Deniq; ut ad propoſitũ reuertamur exemplum. In principio, inquit, anteq; terram faceret, & anteq; produceret fontes aquarũ, ante omnes colles genuit me. Fortaſſe dices, quomõ de incarnatione Chriſti dictum eſſe memorauerim: Dñs creauit me, cũ ante incarnationem Chriſti creatura ſit mundi? Sed cõſidera quod moris eſt ſcripturis diuinis, & futura pro præteritis dicere, & geminam in Chriſto ſignificare ſubſtantiã, diuinitatis & carnis, ne qs aut diuinitatem neget eius aut carnem. Nam ſicut in Eſaia habes: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, ita hic quoq; ante præmiſit creaturam carnis, & ſubtexuit aſſertionem diuinitatis, ut ſcires non duos Chriſtos, ſed unum eſſe, quod & ante ſecula generatus ſit ex patre, & ultimis tẽporibus creatus ex uirgine, hoc eſt: Ego ſum ille creatus ex homine, creatus ad cauſam, qui ſum generatus ante ſecula. Deniq; dicturus: Dñs creauit me, præmiſit, cõmemorabo quæ à ſeculo ſũt. Dicturus genuit, præmiſit in principio anteq; terram faceret. Ante omnes colles genuit me. Ante, cũ dicitur, in infinitum retro ſine aliqua diffinitione porrigitur. Deniq; ante Abraam inquit, ego ſum, non utiq; poſt Adam, & ante luciferum, non utiq; poſt angelos. Sed ante, cum dicit, nõ ſe intra aliquem, ſed omnia intra ſe dicit. Sic enim moris eſt eternitatem dei, ſcripturis ſignificare diuinis. Deniq; alibi habes: Priuſquam montes fierent aut formaretur orbis terræ, à ſeculo & uſq; in ſeculum tu es. Ante omnia ergo generatio, inter omnia & propter omnia creatura. Natus ex patre ſupra legẽ, factus ex Maria ſub lege.

Pſal.89.

De ſolutione obiectionis ſumptæ ex eo quod ſcriptum eſt: Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt, cum confutatione erroris Arrianorum.

Et quomodo iuxta myſticam intelligentiam hiſtoriæ de Booz & Ruth deſignatus fuerit Chriſtus, qui eccleſiã ſibi copulauit. Quomodo etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpe ad cauſam pertineat cum Chriſtus dicit factus. Quomodo deniq; ipſe idem ſacerdos ſit & hoſtia. Cap. V.

SED ſcriptum eſt: Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt, quia prior me erat. Vnde dicũt: Ecce qui erat, factus eſt. Ipſa uerba perpendamus: poſt me inquit uir. Vir ergo qui uenit ipſe qui factus eſt, uir autem nomen eſt ſexus. Sexus autem non uticq; diuinitati ſed naturæ deputatur humanæ. Poſſem ergo dicere: Erat in præcogitatione quidem corporis, ſed æternitate uirtutis. Nam & eccleſia erat, & ſancti erant prædeſtinati ante ſecula. Sed non id loco hoc dico, ſed illud aſſero, factum eſſe, non ad diuinitatem, ſed ad incarnationis pertinere naturam. Sicut ipſe Iohannes dixit: Hic eſt de quo dixi: Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt. Itaq; cum ibi geminam, ſicut ſupra dixi, in Chriſto ſubſtantiam propoſuit, ut utrunq; intelligas & diuinitatis & carnis, hoc loco cœpit à carne. Eſt enim ſcripturis promiſcua conſuetudo diuinis, ut interdum à diuinitate Chriſti incipiãt, & ad incarnationis ſacramenta deſcendant. Interdum ab humilitate incarnationis exordium ſumant, & ad gloriam diuinitatis aſſurgant, ut in prophetis, euangeliſtis, frequenter & in Paulo. Ergo & hic iuxta memoratam conſuetudinem ab incarnatione domini cœpit de eius diuinitate dicturus, ut non cõfunderet humana atq; diuina, ſed ut diſtingueret. Verum Arriani uelut Iudaici caupones, miſcent aquã cum uino, quia diuinam generationem humanamq; confundunt, ad diuinitatem referentes quod de carne ſit dictum. Nec metuo quod obiecturi uidentur, quod in ſuperioribus non habet uirum. Sic enim habet: Qui poſt me uenit. Sed uide, ante ibi quid præmiſerit: Verbum, inquit, caro factum eſt. Et ideo non addidit uirum, quia carnem dixerat. Per carnem autem uirum intelligimus, & per uirum carnem. Ergo quod dixerat: Verbum caro factum eſt, uirum hoc loco nominare ſuperfluum fuit, quem iam carnis expreſſione ſignificauerat. Quo exemplo in poſterioribus quoq; & agnum præmiſit qui tolleret peccatum mundi. Et ut incarnatum intelligeres quem ante memorauit, ait: Hic eſt de quo ante dixi, qui ante me factus eſt, hoc eſt, uirum dixi, non deum factum. Sed ut ipſum incarnatum declararet eſſe, qui ante ſecula erat, ne duos filios crederemus, ait: Quia prior me erat. Nam ſi, factus eſt, ad diuinam generationem retuliſſet, quid opus fuerat ut adhuc adderet tertium, atque iteraret quod ſupra dixerat? Sed quod ante de incarnatione tantum dixerat: Poſt me uenit uir qui ante me factus eſt, ideo addidit: Quia prior me erat, quoniam diuinitatis æternitas fuerat exprimenda. Et hæc eſt cauſa prælationis, ut merito antelatus uideatur, qui proprij patris ſempiterna uirtus eſt. Dat tamen intellectus ſpiritalis ubertas, ut excurrere & euagari ad condendos libeat Arrianos, qui uolunt factum hoc loco non ad uirum, ſed ad diuinitatem referre. Quid eſt enim tenere quod poſuit, cum dixerit baptiſta: Poſt me uenit qui ante me factus eſt, hoc eſt ſupra meritum meum factus, ſupra meam gratiam, tempore carnis poſterior, diuinitatis honore uenerabilis. Poſt me enim uenit, temporis eſt: prior me erat, æternitatis: ante me factus eſt, honoris eſt, quod etiam incarnationis myſterium ſupra humanam eſt gratiam. Deniq; in inferioribus quid ſupra contexuiſſet expreſſit dicens: Poſt me uenit uir, cuius non ſum dignus calciamenta portare, Præſtantiam utiq; dignitatis non æternitatem diuinæ generationis exponens. Quod eo uſq; ad incarnationem pertinet, ut typum in hominibus

minibus myſtice calciamenta ante præmiſerit. Lege enim proximo defuncti, uel fratri copula deferebatur eius uxoris, ut ſemen fratris uel proximi reſuſcitaret. Vnde quod Ruth licet ipſa alienigena, tamen quia maritũ habuerat ex Iudæis qui reliquerat ſuperſtitem proximum, eamq; colligentem manipulos ſuæ meſſis, quibus alebat & ſocrum, Booz uidit & amauit, non aliter eam accepit uxorem, niſi calciamentum eius ante ſoluiſſet, cui uxor debebatur ex lege. Hiſtoria ſimplex ſed alta myſteria, aliud enim gerebatur, aliud figurabatur. Nam ſi ſecundum literam ſenſum torqueamus, prope quidam pudor eſt, & horror in uerbo eſt, ſi ad commixtionis corporeæ conſuetudinẽ ſententiam intellectúmque referamus. Deſignabatur autem futurus ex Iudæis, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui proximi ſui, hoc eſt populi mortui ſemen, doctrinæ cœleſtis ſemine reſuſcitaret, cui calciamentum nuptiale eccleſiæ copulandæ præſcripta legis ſpiritalia deferebant. Non Moyſes ſponſus. Illi enim dicitur: Solue calciamentum pedum tuorũ, ut domino ſuo cedat. Non Ieſus Naue filius ſpõſus. Nam & ipſi dicitur: Solue calciamentum pedũ tuorum, ne ex ſimilitudine nominis ſponſus eccleſiæ crederetur. Non alius ſponſus ſed ſolus Chriſtus, & ſponſus de quo dixit Iohannes: Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Illis etiam calciamentũ ſoluitur, huic ſolui non poteſt. ſicut dixit Iohannes: Nõ ſum dignus ſoluere corrigiã calciamenti eius. Solus ergo Chriſtus eſt ſponſus, cui illa ueniens ex gentibus ſpõſa, ante inops atq; ieiuna, ſed iam Chriſti meſſe diues, nubat, quæ manipulos fœcundæ ſegetis uerbi quæ reliquias gremio legat mẽtis interno, ut exhauſtam illam uiduã morte filij, atq; inopem defuncti populi matrẽ, nouis paſcat alimentis, non relinquens deſtitutam uiduam & nouos quærens. Solus ergo Chriſtus eſt ſponſus, qui nec ſynagogæ ipſi manipulos ſuæ meſſis inuidebat. Vtinam ſeipſam non excluderet. Habuit quos per ſe colligeret, ſed quia ſponſus eius eſt mortuus, quaſi filio egeno defuncto, per eccleſiam manipulos quibus uideret colligebat, quos uenientes in exultatione portabunt, ſicut ſcriptum eſt: Venientes autem uenient in exultatione, tollentes manipulos ſuos. Quis enim ſibi alius ſponſam audeat eccleſiã uendicare, quàm à libano unus & ſolus uocauit dicens: Ades huc à libano? Aut de quo alio potuit eccleſia dicere: Fauces eius dulcedines & totus deſiderium? Et quia de calciamento pedum tractatum ſumpſimus, cui alij niſi uerbo dei incarnato conuenit dici: Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas. Solus enim Chriſtus inambulat animis, & graditur in monte ſanctorum, in quibus uelut aureis baſibus fundamentiſq; præcioſis, ſolidata ueſtigia uerbi cœleſtis hæſerunt. Claret igitur hinc & typum ad incarnationis ſpectare myſteriũ, non ad ſubſtantiã diuinitatis, ſed ad incarnationem. Sæpe nõnunquam etiam ad cauſam pertinet, cum dicitur factus. Nam ſi ad diuinitatem refers, ergo & in opprobriũ deus factus eſt. Sic enim habes: Tu autem repuliſti & ad nihilũ redegiſti, diſſpuliſti Chriſtum tuum. Et infra: Factus eſt in opprobrium uicinis ſuis. Et uicinis inquit, non ciuibus, non domeſticis, nõ adhærentibus. Quoniam qui adhæret domino, unus ſpiritus eſt. Qui uicinus eſt, non adhæret, factus eſt in opprobriũ, quia crux domini Iudæis ſcandalũ, Græcis ſtulticia. Nam ſapiẽtibus per eandẽ crucẽ excelſior factus eſt cœlis, excelſior angelis, & melioris teſtamẽti factus eſt ſpõſor, ipſe qui erat prioris. Vide q̃ nõ refugiã iſta, ut etiã congerã. Sed quomodo factus ſit cõſidera: primũ q; purificatione facta cõſedit in dextra magnitudinis in excelſis, tãto

Exod. 3.
Ioſue 5.
Ioban. 3.
Ioban. 1.
Pſal. 125.
Canti. 4.
Canti. 5.
Pſal. 88.
1. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C melior factus angelis:ubi purificatio hostia,ubi hostia corpus, ubi corpus oblatio, ubi munus oblationis,ibi sacrificium passionis. Deinde sponsor melioris testamen
Heb.7 ti:ubi testamentum,mors necesse est præcedat testatoris, sicut subter est scriptum. Mors autem non ad diuinitatis æternitatem,sed ad fragilitatem refertur humanã. Excelsior quoq; cœlis factus,quomodo sit ostẽditur. Immaculatus,inquit, segrega tus à peccatoribus & excelsior cœlis factus,qui non habet quotidie necessitatem, si cut sacerdotes prius pro suis delictis hostiam offerre,deinde pro populi. Hoc enim fecit semel se offerendo sicut scriptum est. Nemo excelsior factus dicitur, nisi qui in aliquo fuerit humilior. In eo igitur excellentior factus est,sedendo ad dexteram pa tris,in quo se minor angelis factus obtulit passioni. Postremo ipse Apostolus ad
Phil.2. Philippenses ait:quod in similitudinem hominis factus est, specie inuentus ut hõ, humiliauit semetipsum,factus obediens usq; ad mortem. Vide ubi factus sit in si militudine inquit hominis,non in potestate dei. Et factus obediens usq; ad mortẽ, ut obedientiã quidem hominis habuerit, regnum diuinitatis. Quãris igitur adhuc utemur exemplis ad incarnationẽ,uel aliquid referẽdum esse quod factus est. Qđ autem & factum est,idem est & creatum. Dixit enim & facta sunt, mãdauit & crea ta sunt. Creatum quoq; supra ostendimus in libro primo de incarnatione dictũ ui deri. Ipse etiam Apostolus asserendo seruiendum non esse creaturæ,significauit ex deo filium nõ creatum esse,sed genitum, tamen etiam alibi ut manifestaret quõ in
Prou.8. Salomone sit lectum:Dominus creauit me,quid in Christo creatum esset ostendit. Itaq; totius seriem capitis recẽseamus. Sicẽ habes: Ergo quia filij participes sunt
D sanguinis & carnis,& ipse similiter particeps factus est eorundem,ut per mortẽ de struaret hũc,qui mortis habebat imperiũ. Quis ergo est qui nos participes suæ uo luit esse carnis & sanguinis? Vtiq; dei filius. Quomõ nisi per carnẽ particeps factus est noster,aut per quam nisi per corporis mortem,mortis uincula dissoluit? Morti eñ mors facta est susceptio mortis in Christo. Ergo de incarnatiõe proposuit. Vi deamus sequentia. Nec eñ statim angelos,inquit,assumpsit,sed semen Abraæ,un de habuit per omnia fratribus similari,ut misericors fieret & fidelis particeps sacer dos à deo ut expiaret peccata populi. In quo eñ passus est ipse & tentatus, põt & tentatos iuuare. Propter quod fratres sanctissimi uocationis cœlestis participes in tuemini apostolũ & principem sacerdotũ confessionis nostræ Iesum fidelẽ esse crea tori suo,sicut Moyses in domo eius asserit. Hæc nẽpe uerba sunt Apostoli. Videtis in quo creatum dicat,in quo assumpsit,inquit,semen Abraæ,corporalẽ utiq; gene rationem asserit. In quo aũt nisi in corpore expiauit populi peccata. In quo passus est nisi in corpore,sicut & supra diximus:Christo passo secundum carnẽ. In quo sa cerdos nisi in eo qđ sacerdotali assumpsit ex genere? Et sacerdos eñ aliqd debet of ferre & secũdum legẽ in sancta intrare. Per sanguinẽ ergo,quia sanguinẽ taurorum hircorumq; repudiauerat deus,hunc utiq; sacerdotem per suũ sanguinẽ,sicut legi sti,in sancta sanctorũ cœli summa penetrantẽ oportebat intrare, ut æterna nostro rum esset ablutio peccatorũ. Idem ergo sacerdos,idẽ & hostia,& sacerdotiũ tñ & sa crificiũ humanæ cõditionis officiũ est. Nã & agnus ad immolandũ ductus est,& sa cerdos erat secundũ ordinem Melchisedech. Nemo igit̃ ubi ordinẽ cernit humanæ conditiõis,ibi ius diuinitatis ascribat. Nã & illũ Melchisedech p quẽ Abraã hosti as suas obtulit,nõ angelũ utiq; secundũ Iudaica ludibria intelligit ecclesia,sed uirũ sanctum

A sanctum ac sacerdotem dei,qui typum gerens domini, & sine patre & sine matre,& sine generationis enarratione, & sine initio & sine fine describitur, ut ostẽderet sem piternum filium dei in hunc mundum esse uenturum, qui & sine patre secundũ in carnationem natus est,& sine matre secundũ diuinã generationẽ, & sine enarratiõe generationis,quia scriptũ est: Generationem aũt eius quis enarrabit? Ergo illũ Mel *Esa.55.*
chisedech in Christi typo sacerdotẽ dei accipimus. Sed illũ in typo,hũc in ueritate, typus aũt umbra est ueritatis. Illũ in nomine unius ciuitatis, hũc regem in reconcili ationẽ totius mundi. Quia scriptum est: Deus erat in Christo mundũ reconcilians *2.Cor.5.*
sibi,hoc est sempiterna diuinitas. Aut si pater in filio,sicut filius in patre,& substan tiæ utiq; & operationis unitas non negatur. Quomodo autem negare merito pos sunt etiam si uelint,cum scriptum sit: Pater autem in me manens ipse loquitur,& o *Iohan.14.*
pera quæ ego facio ipse facit. Non dixit,& ipse facit,ne similitudinem magis quàm unitatem operis æstimares. Sed dicendo, quæ ego faciõ ipse facit,manifestum reli quit quod unum opus patris & filij credere debeamus. Deniq; ut similitudinẽ ope rum non unitatem uoluit intelligi. Qui credit, inquit, in me,opera quæ ego facio & ipse faciet. Bene hic interponẽdo, &,similitudinem nobis donauit,ubi unitatẽ natu ralem negauit. Vnum est igitur opus patris & filij,etiam si non placet Arrianis.

Quod patris & filij unum sit regnum & non diuisum, sicut Arria na sæuitas asseruit. Caput VI.

B QVAERO autem quomodo regnũ uelint patris & filij esse diuisum, cũ *Matth.12.*
dominus dixerit,ut supra ostẽdimus,Omne regnũ inter se diuisum,fa cile destruetur. Et ideo ad excludendum Arrianæ sacrilegiũ sæuitatis,u num imperium patris & filij,etiam Petrus sanctus asseruit dicens: Qua *2.Pet.1.*
propter satis agite fratres, certam uocationem & collectionem facere. Hæc enim fa cientes non errabitis. Sic enim abundantius ministrabitur introitus in æternũ im perium dei & domini nostri conseruatoris Iesu Christi. Aut si quis de Christi tan tũ imperio dictum putat,& ideo sic accipit ut patrem filiumq; potestate secernat, is tamẽ & regnũ filij fatebitur & æternũ. Itaq; non solũ duo inducent regna diuisa ut obnoxia sint defectui,sed etiam cũ regna cõparabilia nulla sint dei regno,quod filij esse etiam si uelint negare non possunt, aut contra suam sententiam ridebunt, ut i dem patris & filij regnum esse fateantur. Aut quod sacrilegium est dicere, ius patri regni minoris ascribent, Aut, quod contrariũ est, quem minorem diuinitate impie memorant,eius regnum fatebuntur æquale. Sed hoc non quadrat, non congruit, non cohæret. Dicant igitur unum esse regnum,sicut nos dicimus & probamus. Pro bamus aũt non nostris sed cœlestibus testimonijs. Primũ eñ etiã alijs exemplis di sce regnũ cœlorũ,regnũ filij esse. Ipse eñ dixit: Amen amẽ dico uobis,qñ sunt ali qui de istis astãtibus qui nõ gustabũt mortẽ,donec uideãt filiũ hominis ueniẽtẽ in regnum suũ. Dubitari ergo non potest quod sit regnũ filij dei, sed accipe ipsum esse regnũ filij quod patris est. Amen dico uobis quod sunt quidã circunstantiũ qui nõ *Marci 9.*
gustabunt mortem donec uideant regnum dei uenientis in uirtute. Eo enim usque regnum est,ut unum sempiternum. Idem hæres,eadem merita: Idem sponsor, quo *Matth.13.*
modo nõ idẽ regnũ cũ præsertim ipse de se filius dixerit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui? Quod enim patris est per maiestatis proprietatem,id etiam filij

Universidad de Deusto
Biblioteca

C filij est per eiusdē claritudinis unitatem. Ergo & patris regnum scriptura dixit, & filij. Accipe nunc quod ubi regnum dei dicit, nec patris, nec filij separat potestatem, quia & patris unum & filij regnum uno dei nomine comprehēdit. Sicut habes: Cū uideris Abraam, Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei. An negamus in regno dei prophetas esse, cum & latroni dicenti: Memento mei cum ueneris in regnum tuum, responderit dominus: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso? Aut quid est esse in regno dei, nisi æternam nescire mortem? Qui autem nesciunt æternam mortem, uident filium hominis uenientem in regnum suum. Quo
Matt.16. modo ergo potest nō in potestate habere qd' donat, dicēs: Tibi dabo claues regni cœlorum? Et uideto distantiam. Seruus aperit, dominus largitur. Iste per se, ille per Christum. Famulus claues accipit, dīs ordinat potestates. Aliud ius donātis, aliud dispensantis obsequium est. Vnum igitur patris & filij regnū euidenter est declara
Ephe.5 tum. Sic & Apostolus Paulus asseruit dicens: Hoc autē scitote, q, omnis impudicus aut immundus, aut auarus, quod est idolatria, non habet hæreditatē in regno Christi & dei. Ergo unum regnū & una diuinitas. Vnam diuinitatem lex probauit, quæ
Col.2. dicit unum deum. Probauit & Apostolus dicendo de Christo: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si em̄ iuxta Apostolū, plenitudo omnis corporaliter diuinitatis in Christo est, aut unius diuinitatis patrem & filium fatebuntur, aut si patris & filij diuinitatē cupiunt separare, cum omniū plenitudinem diuinitatis corporaliter filius habeat, quid est quod patri æstimāt amplius asscribendū, cum amplius nihil sit plenitudine, & plenitudo perfectio sit? Ergo una diuinitas.

D Quod una sit maiestas & una gloria, una quoq; substantia patris & filij, cum redargutione Arrianorum: Et quemadmodum fraudem eorum cauere debeamus. Cap. VII.

IMAGINEM autē unam & similitudinem unā supra diximus: Superest ut unius quoq; maiestatis patrē filiumq; doceamus. Nec longe aberit. Cum em̄ ipse dixerit de se filius: Cum autē uenerit filius hominis in
Matt.25 maiestate sua, & oēs angeli cū eo, tunc sedebit sup sedē maiestatis suæ. Ecce filij expressa est maiestas. Accipiant nunc ut dubitare nō possint, q, patris & fi-
Luc.9. lij una maiestas sit. Ipse em̄ dīs dixit: Nā qui me erubuerit & meos sermones, hūc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua & patris, & sanctorū angelorum. Quid est: Et sanctorum angelorū, nisi q, honorāt & serui dīni dignitatem suā? Ergo ad filium & patrem retulit, nō ut angeli habeant cū patre & filio æquale consortium, sed ut præminentem gloriam dei cernant. Neq; enim suam maiestatem angeli habent, sicut lectum est de filio: Cum sederit in sede maiestatis suæ, sed assistunt ut patris & filij gloriam uideāt, quibus aut possunt aut merent' aspectibus. Denicq; ipsa se explanāt uerba diuina, ut intelligas illam gloriam & patris & filij cū angelis non esse communem. Sic enim habes: Cum aut uenerit filius hominis in maiestate, & omnes angeli cum eo. Et ut doceret unam maiestatem & unam gloriam esse patris & suam. Ipse in alio libro ait: Et filius confundet eum, cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Illi in obsequio, hic in gloria. Illi in comitatu, iste in suggestu. Illi stant, hic sedet. Vt uerbo tamen usus utamur humani, hic iudicat, hi ministrant. Diuine autem non præmisit maiestatem patris, & subdidit

A didit suam & angelorum, ne de superioribus ad inferiora fecisse graduum quendam ordinem uideretur. Sed quod pater inferior uideri non poterit, præmisit maiestatem suam, & addidit patris & angelorum, ne se medium inter patrem & angelos nominando, ut ab angelis ad patrem, per sui quoq; incrementa fecisse quendam uideretur ascensum, aut à patre rursus ad angelos per ordinem cum sui etiam diminutione crederetur fuisse descensum. Nam nos qui unam diuinitatem patris confitemur, diuersum, ut Arriani, non putamus. De substantia autem imperator Auguste quid loquar? Vnius filium cum patre esse substantiæ, cum imaginem paternæ substantiæ filium legerimus, ut in nullo secundum diuinitatem à patre intelligas discrepare. Iuxta hanc imaginē dixit: Omnia quæ pater ha
Ioh.16 bet mea sunt, ergo nec substantiā in deo possumus denegare. Neq; em̄ insubstātiuus est quod alijs dedit habere substantiam, licet alia sit substantia dei, alia creaturæ. Nō potest insubstantiuus filius dei esse, per quem cūcta subsistunt. Et ideo ait:
Psal.138 Non est abscōditum os meum quæ fecisti in abscondito, & substantia mea in inferioribus terræ. Virtuti em̄ & diuinitati, ea quæ ante cōstitutionem mundi, uel inperspicabili maiestate sunt gesta, abscondita esse non poterāt. Legimus ergo substantiam. Sed dices de incarnatione dictam esse substantiam. Interim nomen substantiæ lectum probaui, & lectum non pro patrimonio ut dicitis. Iam si placet accipiamus secundum mysteriū in inferioribus Christi fuisse substantiam. Etem̄ ut defunctorum animas in sui corporis anima liberaret, uincula mortis solueret, peccata donaret, operatus est in inferno, & tamē quid obstat, quo minus illā diuinā intelligas
B substantiā, cum deus ita ubiq; sit ut ei dictum sit: Si ascēdero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Deniq; ad substantiā diuinā deriuandā esse intellectum, sequētibus declarauit dicens: Inoperatū meum uiderūt oculi tui, eo quod nō in operis factura sit filius, sed uerbū genitū potestatis æternæ. ἀκατέργασον em̄ dixit, hoc est, inoperatum atq; increatum uerbū sine alicuius creaturæ testimonio ex patre natum, & tamē abundantius alijs ad substantiā testimonijs. Sit ista hoc loco substantia corporalis, dummō nō opus dei filiū sed inoperatū eius diuinitatem & ipse fatearis. Scio autē aliquos dicere inoperatū esse etiā incarnationis mysterium, quod nō sit uirilis copulæ usu operatū, quod partus est uirginis. Si ergo pleriq; hoc loco, nec Mariæ partū opus esse dixerūt, tu Arriane opus putas esse dei uerbū? At hic tm̄ substantiā legimus. Nōne & alibi: Portæ effractæ sunt, mōtes ceciderūt, & reuelata est substātia, nunquid hic & creatura significat? Solēt em̄ aliqui dicere pecuniariam esse substantiam. Ergo si ad hunc sensum refers, ideo ceciderunt mōtes, ut pecuniarum patrimonium cerneretur. Sed si meminerimus qui montes ceciderunt, illi utiq; de quibus dictum est: Si habueritis fidem sicut granū synapis, dicetis huic
Matt.21. monti, tollere & iactare in mare. Montes ergo sunt altitudines se extollentes. Deniq; in græco: regna ceciderunt, habetur. Quæ regna, nisi sathanæ, de quo dixit dominus: Quomodo stabit regnum ipsius?
Matt.12. Ipsos ergo legimus montes, quæ regna sunt diaboli. Ideoq; istis cadentibus regnis de corde fidelium, reuelatum est paternæ dei filium Christum esse substantiæ. Qui sunt etiam uel illi & ipsi montes ærei, de quorum medio quatuor currus procedunt? Aduertimus altitudinem illam & extollentem se aduersus scientiam dei, uerbo domini corruisse, cum diceret dei filius: Obmutesce, & exi immunde spiritus. De quo & in Propheta
Mar.1. dixit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dixit:Ecce ego ad te mons corrupte. Isti ergo ceciderunt montes,& reuelatum est q̃ esset in Christo diuina substantia, dicentibus his qui uiderunt: Vere filius dei est. Non enim humana sed diuina potestate dæmonijs imperabat. Hieremias quoq; dicit:Super montes accipite luctum,& super semitas desertas planctum, quia deseHiere.9. cerunt eo quod non sint homines,non acceperunt uocem substantiæ, à uolatilibus usq; ad iumenta expauerunt & perierunt. Nec præterit etiam alibi cum fragilitates exponeret conditionis humanæ,ut susceptam à se infirmitatem carnis, & affectum Psal.88. nostræ mentis ostenderet,dixisse domino per prophetam: Memento domine quæ est substantia mea. Quod in natura fragilitatis humanæ dei filius loquebatur, de quo supra,ut incarnationis mysterium reuelaret, ait: Tu uero repulisti domino,& pro nihilo dispulisti Christum tuum,euertisti testamentum serui tui, prophanasti in terra sanctitatem eius.In quo utiq; seruum dixit nisi in carne,quod nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo,sed semetipsum exinaniuit serui formam accipiens, in similitudinem hominum factus,specie inuentus ut homo? Mea ergo susceptione seruus,sua dominus potestate est.Quid illud quod habes:Quoniã qui steHiere.23. tit in substantia domini.Et alibi:Et si stetissent in substantia mea, & audissent uerba mea,& si docuissent uerba mea,& si docuissent plebem meam, auertissem eos à nequitijs & conuentionibus suis? Quomodo negant dei esse substantiam, quomodo uerbum substantiæ,quod creberrimum in scripturis est,putant esse uitam, cum in deo esse non abnuant? Non igitur uerbum,sed uim uerbi fugiunt,quod nolunt uerum esse dei filium. Nam licet humano uerbo non possit diuinæ generationis series comprehendi, tamen iudicarunt patres fidem suam tali proprie & ἐνιπόστατον ser
D mone signandam,autoritatem secuti prophetæ qui ait:Qui stetit in substantia dei, & uidit uerbum eius. Secundum impietatem igitur suam propositum substantiæ uerbum recipiunt Arriani.Secundum pietatem autem fidelium, comprobatum repudiant & refutãt.Nam quid est aliud,cur homousion patri nolint filium dici, nisi quia nolunt iterum dei filium confiteri? Sicut autor ipsorum Eusebius Nicomediensis epistola sua prodidit dicens:Si uerum,inquit,dei filiũ & increatum dicimus homousion cum patre incipimus confiteri.Hæc cum lecta esset epistola in concilio Niceno,hoc uerbum in tractatu fidei posuerunt patres,quod uiderunt aduersarijs esse formidini,ut tanquam euaginato ab ipsis gladio, ipsorum nefandæ caput hæresis amputarent.Frustra aũt uerbum istud propter Sabellianos declinare se dicũt, & in eo suam imperitiam produnt.Homousion enim aliud alij,nõ ipsum esse sibi. Recte ergo homousion patri filium dicimus,quia uerbo eo & personarum distinctio, & naturæ unitas significatur. An negare possunt usian lectam, cum panem ἐνιπόστατον dñs dixerit.Et Moyses scripserit. ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαὸς περιούσιος. Aut quid est usia uel unde dicta, nisi usia quod semper maneat? Cui enim esse est,semper deus est,& ideo manens semper usia dicitur diuina,& propterea ἐνιπόστατος panis,quod ex uerbis substantia,substãtiam manentis cordi & animæ subministret. Scriptum est enim: Et panis cõfirmat cor hominis.Seruemus igitur præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula ausi rudis temeritate uiolemus.Librum signatum illum prophetici non seniores,non potestates,non angeli,non archangeli aperire ausi sunt, soli Christo explanandi eius prærogatiua est seruata. Librum sacerdotalem quis nostrum designare audeat,signatũ à cõfessoribus,& multorũ iam martyrio consecratum?

A tum? Quem igitur designare conati sunt, postea tamen damnata fraude signarunt. Qui uiolare nõ ausi sunt,confessores & martyres extiterunt.Quomodo fidem eorũ possumus denegare,quorum uictoriam prædicamus? Nemo metuat,nemo formidet,plus confert fidelibus qui minatur. Venenatæ sunt blanditiæ perfidorũ tunc caA uendæ,cum id quod negant prædicare se simulant.Sic decepti sunt & ante qui facile crediderunt,ut ibi perfidiæ laqueos inciderent,ubi fidem esse credebant.Qui dicit,in quit,Christũ creaturam secundũ cæteras creaturas,anathema sit.Audierunt simplices & crediderunt.Innocens enim,sicut scriptum est,credit omni uerbo.Audierũt ergo & crediderunt,primi decepti somno ac uelut aues intenti ad escam fidei, extentũ sibi laqueum non cauerunt.Ita dum fidem sequuntur hamum nefandæ fraudis attrectauerunt.Et ideo:Estote,inquit,astuti sicut serpentes,& simplices sicut columbæ, Matth.10. præmittitur astutia ut sit tuta simplicitas. Sunt enim serpentes euangelici,qui exuũt ueterem usum ut induant nouos mores,sicut scriptum est:Expoliantes ueterem ho- Col.3. minem cum actibus suis,& induentes nouum secundum imaginem eius qui creauit eum. Discamus ergo depositis uetusti hominis exuuijs angelicorũ serpentium uias, ut more serpentium seruare caput, fraudem cauere nouerimus. Satis fuerat dicere, qui dicit creaturam Christum anathema sit. Cur bonæ confessioni Arriane uenena permisces, ut totum corpus contamines? Addendo enim secundum cæteras creaturas, non creaturam Christum negas, sed creaturam dicis esse. Dissimilem creaturã enim dicis, & si præstantiorem cæteris asseras creaturis. Denique Arrius huius impietatis magister, dei filium creaturam dixit esse perfectam. Sed non sicut cæteras
B creaturas. Vides igitur hæreditario patris uestri uos usos esse sermone. Sat est creaturam negare,quid opus fuit addere,sed non sicut cæteras creaturas? Decide quod putruit,ne serpat cõtagio,uenenum habet,mortem affert.Deinde dicis interdũ deũ Christum,sed ita dic deum,ut deum uerum, ut plenitudinem ei paternæ diuinitatis assignes.Sunt enim qui dicantur dij,siue in cœlo siue in terra. Non enim perfuncto- 1.Cor.8. rie nuncupandus deus, sed ita ut eandem diuinitatẽ prædices in filio quam pater habet.Sicut scriptum est:Sicut enim pater uitã habet in semetipso,sic dedit & filio uitã Ioannis.5. habere in semetipso.Dedit utiq; quasi filio per generationẽ,non quasi inopi per gratiam & potestatẽ.Dedit ei iudiciũ facere,quia filius hominis est.Vide quid addidit, ne tu calumnieris ex uerbo.Filium hominis legis, & accipientẽ arguis. Negas ergo deum,si nõ omnia filio quæ dei sunt deferuntur.Cum enim dixerit:Omnia quæ pa Ioan.16. ter habet mea sunt,cur tu non omnia quæ diuinæ naturæ sunt etiam in filio confiteris? Nam qui dicit: Omnia quæ pater habet mea sunt,quid excipit quod nõ habet? Quid est quod ἐμφαλιῶ quàm fideli magis sermone cõmemores, quod mortuos resuscitauerit,maria pede transierit,infirmitates hominũ curauerit? Hæc etiã seruulis his præstitit.Plus ista miror quod tantam dederit potestatem hominibus. Aliquid de Christo audire desidero,quod speciale sit Christi,quod cum his quæ creata sunt, nõ possit esse cõmune.Quia genitus qui unicus est dei filius,quod deus uerus,quod deus ex deo uero qui ad dexterã patris sedet,ubiq; lego consessum patris & filij,semper ad dexterã filius sedet,Nunquid melior filius patre? Non hoc dicimus.Sed charitas dei ignorat,humana iniquitas derogat. Sciuit pater ferendas esse de filio quæstiones,præbuit nobis quod sequeremur pietatis exemplũ,ne filio derogemus.Vno tamen loco stantem ad dexterã dei Iesum, Stephanus uidisse dixit. Et hoc dixit,ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quam hic moueas quæstionē. Cur enim ubiq; ad dexterā ſedere oſtenditur, uno legitur in loco ſtare? Sedet quaſi iudex uiuorū & mortuorū, ſtat quaſi aduocatus ſuorum. Stabat ergo quaſi ſacerdos, quādo patri hoſtiam boni martyris offerebat, ſtabat quaſi bono luctatori brauiū tanti præſul certaminis redditurus. Accipe & tu ſpiritum dei, ut iſta diſtinguas, ſicut accepit & Stephanus, & dicas ſicut dixit & Martyr:
Act.7. Ecce uideo cœlos apertos & filium hominis ſtantem ad dexteram dei. Qui cœlos apertos habet, Ieſum ad dexteram dei cernit. Qui clauſos oculos habet mētis, Ieſum ad dexteram dei non uidet. Confiteamur ergo Ieſum ad dexteram, ut cœlum & nobis aperiatur. Claudunt ſibi cœlū qui aliter cōfitentur. Quod ſi qui obijciunt quod ſtabat, oſtendant hoc loco quod pater ſedebat. Nam licet filium hominis ſtare dixerit, tamen hoc loco nec patrem ſedere memorauit. Vt autem euidentius cognoſceretur, nulla eſſe ſtātis iniuria ſed poteſtas, filiū Stephanus obſecrat, ut ſe amplius cōmendaret patri, dicens: Domine Ieſu recipe ſpiritum meum. Et ut eandem patris & filij poteſtatē eſſe oſtenderet, repetiuit dicēs: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatū. Hoc dominus in paſſione propria quaſi filius hominis patri dicit. Hoc & Stephanus filium dei in ſuo martyrio deprecatur: cum eadem gratia à patre filioq; depoſcitur, eadem potentia declaratur. Aut ſi uolunt Stephanum patri dixiſſe, uideant quid propria teſtificatione ſignificent, licet nos iſta non moueant, aduertant tamen qui totum in littera conſtituunt, & in ordine, quod filius prius rogatur. Nos autē & ſecundum eorum interpretationē oſtendimus unitatem paternæ maieſtatis & filij. Nam cum & pater rogatur & filius, æqualitas precationis, operationis indicat unitatem. Si
D autem illis nō placet filium dictum: Domine, uidemus quod etiam dñm cum negare conantur. Sed iam quod martyris tanti corona proceſſit, ſtudia certaminis relaxemus, ferias hodierni ſermonis habeamus. Proſequamur ſanctum martyrem laudibus, ſicut poſt magna decebat certamina, uulneribus quidem aduerſarij cruētatum, ſed Chriſti præmijs coronatum.

CAPITA LIBRI QVARTI.

Quod nō mirum uideatur quod humanum genus errauerit de filio dei, cum & Angeli non potuerint myſterium domini Ieſu Chriſti cognoſcere niſi per reuelationem, ut ex hoc oſtenditur, quod dum domino cœlos aſcendente, multitudo Angelorum triumphali agmine præcurrerent: Tollite portas principes ueſtras, &c. alij ſtupentes dixerūt: Quis eſt iſte rex gloriæ? Et quomodo nos cœlum aſcendere poſſimus. Quomodo etiam portas noſtras Chriſto aperire debeamus. Cap. I.
De confutatione Arrianorum ex ſolutione quæſtionum quas faciunt ex illis uerbis apoſtoli: Omnis uiri caput Chriſtus eſt &c. Et iſtis: Qui autem plantat & qui rigat unum ſunt. Cap. II.
De ſolutione obiectionis Arrianorū ſumptæ ex uerbis domini dicētis: Amen amē dico uobis non poteſt filius facere à ſe quicquā niſi quod uiderit patrē facientem, cum euidenti & multiplici eorum redargutione. Cap. III.
De ſolutione obiectionum quibus impij hæretici inæqualitatem patris & filij probare contendunt. Cap. IIII.
De ſolutione quæſtionis quam pleriq; faciunt ex eo quod ſcriptum eſt: Sicut me miſit uiuens pater & ego uiuo propter patrē. Et qui manducat me & ipſe uiuit propter me. Caput V.
De ſolutione obiectionis quam Arriani ſumunt ex hoc quod dominus dixit: Hæc infirmitas non eſt ad mortem. Caput VI.
De diſſolutione obiectionis quam Arriani ex hoc faciunt quod à domino dictum legitur: Ego ſum uitis uera & pater meus agricola eſt. Caput VII.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER QVARTVS.

Quod non mirum uideatur quod humanum genus errauerit de filio dei, cum & angeli non potuerint myſteriū domini Ieſu Chriſti cognoſcere niſi per reuelationem, ut ex hoc oſtenditur quod dum domino cœlos aſcendente multitudo angelorum triumphali agmine præcurrerent, Tollite portas principes ueſtras &c. alij ſtupentes dixerunt: Quis eſt iſte rex gloriæ. Et quomodo nos cœlum aſcendere poſſimus, Quomodo etiā portas noſtras Chriſto aperire debeamus. Caput I.

B ONSIDERANTI Imperator Auguſte, qua ratione ſic errauerit humanum genus de dei filio, pleriq́ue in diuerſa ſequerentur, nequaq; ſatis mirum uidetur, quod errauit humana ſcientia de ſupernis, ſed quod ſcripturis nō detulit obedientiam. Quid enim mirum ſi myſteriū dei patris & domini Ieſu Chriſti in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, per ſapientiam mundi nō potuerunt homines comprehendere, quod nec angeli cognoſcere niſi ex reuelatione potuerūt? Quis enim potuit opinione magis quàm fide ſequi dominū Ieſum, nunc de cœli altiſſimis inferna penetrantem, nunc ab inferis ad cœleſtia reſurgentem, ſubito exinanitum ut habitaret in nobis, nec unquam imminutum, cum ſemper filius in patre & in filio pater eſſet? Dubitauit in eo ipſe prænuncius, licet per ſynagogam & typum. Et dubitauit ipſe ante domini faciē deſtinatus. Denique miſſis diſcipulis interrogat: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Matth.11.
Obſtupuerūt & angeli cœleſte myſterium, unde cum reſurgeret dominus, atq; illū quem dudum ſecundum carnem anguſtus ſepulchri locus texerat, reſurgentem ab inferis, cœli alta ſuſtinere non poſſent, hæſerunt etiā cœleſtia opinionis incerto. Veniebat em̄ nouis uictor redimitus exuuijs, dominus in templo ſancto ſuo, præibant angeli & archangeli, mirantes ſpolium ex morte quæſitum. Et quamuis ſcirent nihil deo accedere externe potuiſſe, quia infra deum omnia ſunt, tamen trophæa crucis, cuius principium ſuper humeros eius, & triumphatoris æterni manubias intuentes, quaſi eum quem emiſerānt, cœli portæ capere non poſſent, licet nunquam eius capiant maieſtatem, maiorē uiam quærebant aliquā reuertenti, adeo nihil exinanitus amiſerat, debuit tamē nouo uictori nouū iter parari. Semper em̄ uictor & prælatus ſtatuitur. Sed quia æternæ ſunt iuſticiæ portæ, eædemq; noui & ueteris teſtamenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſtamenti quibus cœlum aperitur,nō mutantur utique ſed eleuantur, quia nō unus homo,ſed totus in omni redemptore mundus intrabat. Translatus erat Enoch,raptus Helias. Sed nō eſt ſeruus ſupra dominū. Nullus enim aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit de cœlo. Nam & Moyſen,licet corpus eius non apparuit in terris,nuſquam tamen in gloria cœleſti legimus,niſi poſteaquā dominus reſurrectionis ſuæ pignore uincula ſoluit inferni,& piorum animas eleuauit. Translatus ergo Enoch, raptus Helias,ambo famuli,ambo cū corpore,ſed non poſt reſurrectionē, nō cum manubijs mortis & triumpho crucis,uiderant illos angeli. Et ideo dominū omniū primū & ſolum de morte triumphantē uenire cernētes,tolli portas principibus im-
Pſal.23. perabāt cū admiratione dicētes: Tollite portas principes ueſtras,& eleuamini portæ æternales,& introibit rex gloriæ. Erāt tamē & in cœleſtibus qui ſtuperent,qui admirarent nouā pompā nouā gloriā,& ideo requirebāt:quis eſt iſte rex gloriæ? Sed quod & angeli proceſſus habent ſcientiæ,& capacitatem profectus habent, habent utiq; diſcretionem uirtutis atq; prudentiæ. Solus ſine proceſſu deus & in omni perfectione ſemper æternus eſt. Dicebant alij,illi utiq; qui affuerant reſurgenti,illi qui uiderant uel iam cognouerant: Dominus fortis & potens,dominus potens in prælio. Iterū multitudo angelorū triumphali agmine præcinebant: Tollite portas principes ueſtras,& eleuamini portæ æternales,& introibit rex gloriæ. Rurſus alij ſtupentes dicebant: Quis eſt iſte rex gloriæ? Vidimus eum nō habentem ſpeciem atq; decorem. Si ergo ipſe nō eſt, Quis eſt iſte rex gloriæ? Reſpōdetur à ſcientibus: Dñs uirtutū, ipſe eſt rex gloriæ. Ergo dñs uirtutū ipſe eſt filius. Et quomodo infirmū Ar-
D riani dicunt,quem dñm uirtutū ſicut & patrē credimus? Quomodo Arriani diſcretionem faciunt poteſtatis,cū dñm ſabaoth patrē,dominū ſabaoth filiū legerimus? Nam & hoc ſic poſitū pleriq; codices habent, quod dñs ſabaoth ipſe ſit rex gloriæ. Sabaoth autē interpretes alicubi dñm uirtutū, alicubi regem, alicubi omnipotentē interpretati ſunt. Ergo quoniā qui aſcendit filius eſt,qui aſcendit autē dominus eſt ſabaoth oīpotēs,utiq; dei filius eſt. Quæ igitur agemus? quomodo aſcendemus ad cœlū? Sunt illic diſpoſitæ poteſtates,ordinati principes, qui cœli ianuas ſeruant, qui aſcendentē interrogant. Quis me admittet niſi omnipotentē annunciem Chriſtum? clauſæ ſunt portæ,nō cuicunq; aperiunt,nō quicūq; uult niſi qui fideliter credit ingreditur,cuſtodit aula imperialis. Sed eſto,indignus obrepſerit,latuerit principes portarū cœleſtiū,diſcubuerit in cœna domini: ingreſſus dñs cōuiuij,uidens non indutū nuptiale fidei ueſtimentū, proijciet eū in tenebras exteriores, ibi ſit fletus & ſtridor dentiū,ſi fidem pacemq; non ſeruet. Seruemus igitur nuptiale quod accepimus ueſtimentū,nec Chriſto propria denegemus,quē oīpotentē annunciant angeli,prophetæ ſignificāt,apoſtoli teſtificant,ſicut iam ſupra oſtendimus. Et fortaſſe nō de iſtius tantūmodo cœli portis propheta dixerit quod præteribit,& alios eīm
Heb.4 cœlos dei uerbū penetrat,de quibus dictum eſt: Habemus enim ſacerdotē magnū, principem ſacerdotū qui penetrauit cœlos Ieſum filiū dei. Qui ſunt iſti cœli, nō niſi
Pſal 18. & hi de quibus dicit propheta: Cœli enarrant gloriā dei? Stat enim Chriſtus ad ia-
Apoc.3. nuam mentis tuæ. Audi tu dicentē: Ecce ſto ad ianuā & pulſo, Si quis mihi aperue-
Cant.5. rit ingrediar ad illū,& cœnabo cū eo & ipſe mecū. Et eccleſia dño dicit: Vox fratris mei pulſat ad ianuā. Ergo ſecundū ſuperius exemplū nō ſolus ſtat,ſed præcedūt eū angeli qui dicūt: Tollite portas principes ueſtras. Quas portas? Illas utiq; de qbus

A & alibi dicit: Aperite mihi portas iuſticiæ. Aperi ergo Chriſto portas tuas ut ingre- Pſal.117.
diatur in te,aperi portas iuſticiæ, aperi portas pudicitiæ, aperi portas fortitudinis
atq; ſapientiæ. Crede angelis dicētibus: Et eleuamini portæ æternales,ut introēat in Pſal.29.
te rex gloriæ,dñs ſabaoth. Porta tua uocis fidelis canora confeſſio eſt,porta tua o-
ſtium uerbi eſt,quā ſibi apoſtolus optat aperiri dicens: Vt aperiat mihi oſtiū uerbi Col.4.
ad eloquendū myſteriū Chriſti. Aperiatur igitur Chriſto porta tua,nec ſolū aperia
tur ſed etiā eleuetur,ſi tamē æternalis eſt nō caduca. Scriptū eſt enim: Et eleuamini
portæ æternales. Eleuatū eſt ſuper limen Eſaiæ, quādo Seraphin labia eius tetigit, Eſa.6.
& uidit regē dñm ſabaoth. Tūc ergo portæ eleuabunt,ſi ſempiternū,ſi oīpotentē
ſi inæſtimabilē,ſi incōprehenſibilem,ſi eū qui & præterita oīa & futura omnia nouerit,filiū dei credas. Quod ſi præfinitæ poteſtatis & ſciētiæ,ſubiectūq; opinere,nō
eleuas portas æternales. Eleuent ergo portæ tuæ,ut nō Arriano ſenſu paruulus,nō
puſillus,nō ſubditus,ad te Chriſtus introēat,ſed intret in dei forma,intret cū patre,
intret talis qualis eſt & cœlū & oīa ſupergreſſus,& mittat tibi ſpiritū ſanctū. Expe
dit tibi ut credas quod aſcendit & ſedet ad dexterā patris. Nam ſi eū inter creaturas
& terrena impia cogitatione detineas,ſi nō tibi abeat,non tibi aſcendat,nec paracle
tus ad te ueniet,ſicut ipſe dixit: Nam ſi ego nō abiero, paracletus nō ueniet ad uos, Ioan.16.
ſi aūt abiero mittā illū ad uos. Quod ſi inter terrena eum requiras,ſicut Maria Ma-
gdalene requirebat,caue ne & tibi dicat: Noli me tangere,nondū eīm aſcendi ad pa Ioan.20.
trem meū. Portæ eīm tuæ anguſtæ ſunt,capere me nō queunt,eleuari nō queunt,in-
trare nō poſſum. Vade ergo ad fratres meos,hoc eſt ad alias portas æternales,quæ
B cum leſum uiderint eleuant. Aeternalis porta eſt Petrus,cui portæ inferi nō præua
lebūt. Aeternales portæ,Ioannes & Iacobus,ut portæ filij tonitrui. Aeternales por-
tæ ſunt eccleſiæ,ubi laudes Chriſti annūciare propheta deſiderans dicit: Vt annun- Pſal.72.
ciem oīes laudationes tuas in portis filiæ Syon. Grāde ergo myſteriū Chriſti qd
ſtupuerūt & angeli,Et ideo uenerari debes & dñi famulos,derogare nō debes,ignorare nō licet,& propterea eīm deſcendit ut credas. Si nō credis nō deſcendit tibi,nō tibi paſſus eſt. Si nō ueniſſem,inqt,& locutus fuiſſem his,peccatū nō haberent. Nunc Ioan.15.
aūt excuſationē nō habent de peccato ſuo. Qui me odit & patrē meū odit. Quis igitur odit Chriſtū niſi qui derogat? Sicut eīm amoris eſt deferre,ita odij eſt derogare: qui odit,quæſtiones mouet,qui amat,reuerentiam defert.

De confutatione Arrianorū ex ſolutione quæſtionū quas faciunt ex illis uerbis apoſtoli: Omnis uiri caput Chriſtus eſt &c. Et iſtis: Qui autē plantat & qui rigat unum ſunt. Caput II.

ITAQVE diſcutiamus eorum alias quæſtiones. Scriptum eſt,inquiūt: Omnis uiri caput Chriſtus eſt,caput aūt mulieris uir,caput aūt Chriſti 1.Cor.11.
deus. Qua in quæſtione dicant, uelint utrū cōiungere, aut diuidere hæc quatuor uelint. Si eīm coniungere atq; ut ita dicant deū caput eſſe Chriſti,ſicut uir eſt mulieris caput,uidere quid incidant. Nam ſi hæc tanquā ex paribus ſumpta eſt cōparatio,& hæc quatuor,id eſt mulier,uir, Chriſtus & deus,quaſi ex unius atq; eiuſdē naturæ ſimilitudine cōparant, ergo mulier & deus unius incipient eſſe naturæ. Quod ſi hoc diſplicet (quod ſacrilegū eſt dicere ut uolūt) diuidant. Itaq; Chriſtū apud deū patrē ita uolūt eſſe,ſicut eſt mulier apud uirū. Vnius utiq; Chriſtū & deū dicūt eſſe ſubſtātiæ,quoniā mulier & uir unū ſunt in carne naturæ. Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C qui distat,in sexu est. Cū uero inter Christū & deū patrē sexus nō interueniat, qđ unū inter filiū & patrē in natura est, fatebuntur,quod diuersum in sexu est,denegabunt.Placet ne ista diuisio,an mulierē, uirū & Christū unius uolūt esse substantiæ, & patrē separāt?Hæccine igitur diuisio placet?Si ita est,uidete qd incidant.Aut em nō solū Arrianos & Fotinianos se necesse est cōfiteant, q̄ Christū hoiem tantū fatent quē hūanæ tm̄modo naturæ æstimāt copulādū, aut uel inuitos acqescere par est nostræ sentētiæ,per quā id qđ impie cogitarūt,pie religioseq̄ defendimus,ut sit Christus quidē secūdū generationē diuinā dei uirtus,secūdū assumptionē aūt carnis,unius cū oībus homibus in carne substātiæ,salua tamē incarnationis suæ gloria, q autoritatē suscepit nō imaginē carnis. Si ergo iuxta humanā cōditionē caput Christi deus,Nō em̄ dixit caput Christi pater,sed caput Christi deus,qa diuinitas ut pote creatrix caput est creaturæ.Et bene dixit,caput Christi deus,ut & diuinitatē Christi significaret & carnē,hoc est incarnationē in Christi noie,in deo autē unitatē diuinitatis & magnitudinē potestatis.Eousq̄ aūt caput Christi deus secundū incarnationē dictum est,ut & caput uiri Christus secūdum incarnationē uerbi dictū sit.

Ephe.5. Quod alibi apostolus euidēter exposuit dicēs: Quoniā uir caput est mulieris, sicut & Christus ecclesiæ.Et in cōsequentibus addidit:Qui se tradidit pro ea.Secundū incarnationē igitur caput uiri Christus,quia secundū incarnationē facta traditio est. Est ergo uiri caput Christus, caput Christi deus,ubi serui, hoc est hominis,non dei forma tractat.Sed nihil præiudicat dei filio,si secundū carnis ueritatē similis sit hominibus,qui diuinitate cū patre unū est.Nō em̄ potestas hac interp̄tatione minuit

D si misericordia prædicatur.Quis aūt unā diuinitatē patris & filij pie abneget,cū ipse

Ioan.17. dñs cōsummaturus p̄cepta discipulis suis dixerit,ut sint unū sicut & nos unū sumus. Pro testimonio em̄ fidei positū est,licet ab Arrianis ad argumentū perfidiæ deriuetur.Etenim quoniā toties lectā negare nō queūt, unitatē extenuare conant, ut talis uideat diuinitatis unitas inter patrē & filiū, qualis est inter hoies unitas deuotiōis & fidei, licet etiā inter ipsos homines unitas naturæ sit ex cōmunitate naturæ. Vnde & illud aptissime soluit,quod ad extenuationē dominicæ unitatis obijcere con-

1.Cor.3. fuerūt,quia scriptū est:Qui aūt plantat & qui rigat unū sunt.Hoc Arriani si saperēt nō obijcerēt,quō negare conant,quod pater & filius unū sunt,cū Paulus & Apollo & natura unū sint & fide?Sed tamē per oīa unū esse nō possunt,& nequeūt comparari humana diuinis.Inseparabilis ergo deus pater uerbo,insepabilis uirtute,inseparabilis sapiētiæ per diuiſæ unitatē substātiæ,& est in filio,sicut frequenter scriptū est.Est uero,nō ut egentē significās,nec ut uacuū implens,quia nō uacua dei uirtus. Nec em̄ uirtus uirtute auget,quia nō duæ uirtutes sed una uirtus.Nec diuinitas diuinitatē accipit,qa nō duæ diuinitates sed una diuinitas.Nos autē per acceptā & inhabitantē in nobis uirtutē,unū erimus in Christo. Cōmunis ergo litera,sed discrepans diuina humanaq̄ substātia.Nos unū erimus,pater & filius unū sunt.Nos secundū gratiā,filius secūdū substantiā.Alia aūt per cōiunctionē,alia per naturā unitas.Deniq̄ uide quid ante p̄miserit, ut oīes unū sint, sicut tu pater in me & ego in te.Cōsidera ergo q̄ nō dixit:Tu in nobis & nos in te, sed tu in me & ego in te, ut se à creaturis separaret.Et addidit:Et isti in nobis,ut etiā hic suā potentiā & patris à nobis secerneret:ut quod nos in patre & filio sumus,non naturæ uideatur esse sed gratiæ.Quod aūt filius & pater unū sunt,nō hoc filius accepisse per gratiā,sed naturaliter ut filius possidere credatur.

De

A Dē solutione obiectionis Arrianorū sumptæ ex uerbis domini dicentis: Amen amen dico uobis, non potest filius facere à se quicq̄ nisi quod uiderit patrē facientē,cū euidenti & multiplici eorū redargutione. C.III.

ALIVD rursus obijciunt, asserentes unam atq̄ eandem potestatē filij & patris esse non posse,quia ipse dixit:Amen amen dico uobis, nō potest Ioan.5. filius facere à se quicquā,nisi quod uiderit patrē facientem.Itaq̄ nihil se esse filium dicunt,nec facere posse,nisi quod uiderit facientem patrem. O præscia sapientia infideliū argumentorū,quæ subiecit quod solueret quæstionē, addendo quod sequitur.Quia quæcunq̄ ille fecerit,eadē & filius facit similiter.Hoc nempe sequitur. Cur ergo scriptum est?Eadem facit filius,& nō talia,nisi ut in filio unitatem non imitationē paterni operis,æstimares.Sed tamen ut illorum quoq̄ argumenta discutiamus, quæro ut respondeant, Vtrum uideat filius opera patris,uidet itaq̄ an non?Si uidet,ergo & facit,si facit,desinant omnipotentē negare,quem omnia posse facere quæ patrem facientem uiderit confitentur. Quid est autem,uiderit?Corporaliū ne aliquis usus oculorum est?Sed si hoc de filio uelint dicere,corporalis etiam in patre usum operationis ostendit,ut facientem uideat quod ipse facturus est.Quid est autem:Non potest filius facere à se quicquā,hoc interrogemus, hoc consideremus. Est ergo aliud impossibile dei uirtuti atq̄ sapientiæ, hoc est dei filius qui alienam uticq̄ non accipit fortitudinem,sed quemadmodum uita est,non alia uiuificatione subnixus,sed alios uiuificans,quia ipse uita est,ita etiam sapientia

B est, non quasi insipiens accipiens sapientiam, sed qui de suo alios faciat esse sapientes. Ita etiam uirtus est,non quasi per infirmitatem consecutus incrementa uirtutis, sed ipse uirtus qui uirtutem fortibus largitur.Quomodo ergo uirtus quasi cum iurisiurandi attestatione dicit:Amen amen dico uobis,quod est fideliter, fideliter dico. Fideliter ergo dicis deum,& cum sacramenti quadā repetitione confirmas quod nihil facere potes,nisi quod facientem patrem uideris.Feci sti mundū,Nunquid alterum mundum pater tuus fecit, quem quasi ad exemplarem acceperis?Ergo necesse est fateantur impij, aut duos aut certe multos esse mundos, quod philosophi asserunt,ut se etiam in hoc errore gentilitatis inuoluant.Aut si uelint uerū sequi,dicant sine exemplari te fecisse quod feceris.Dic mihi domine,quādo in mari patrem incarnatū uideris ambulantē?Ego enim nescio, ego hoc de patre credere sacrilegū puto,qui te solum carnem assumpsisse cognoui.Quando uideris in nuptijs patrem aquam in uina uertentē?Sed solum te unigenitū filium legi ex patre natum, solum te ex spiritu sancto accepi & uirgine secundū incarnationis sacramenta generatum. Ergo ista quæ memorauimus à te gesta,non fecit pater,sed sine exemplo paterni operis ad redimendā tuo sanguine salutem mūdi, immaculatus ex aluo uirginis prodiisti. An ne forte incarnationis tantūmodo putent sequestrandū esse mysteriū, licet cum dicant:Non potest filius à se facere quicquā,nihil excipiant,ita ut quidam impius dixerit, nec culicem facere potest, tam temerario ausu petulantiq̄ sermone maiestatem supernæ uirtutis irridens. Dic domine Iesu quando terram sine te pater fecerit?Cælum enim sine te non fecit,quia scriptum est:Verbo domini cœli firmati sunt. Sed nec terram sine te fecit, quia scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nam si aliquid sine te deo uerbo pater fecit: Non ergo omnia facta per uerbum, & euāgelista mentitur.Quod si omnia facta

Psal.32. Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C per uerbũ,& omia per te cœperũt esse quæ nõ erant,utiq; quæ nõ uidisti à patre fa/
cta,à te ipse fecisti.Nisi forte philosophicas tibi Idæas,Platonica illa disputatione
præstituũt,quas ab ipsis tamẽ philosophis scimus irrisas.Si aũt ex te ipse fecisti,ua
na est assertio perfidorũ,quæ autori omniũ cui suppetit ex se faciendi magister tri/
buit discendi profectũ . Quod si per te negant cœlũ esse factũ uel terrã,considerent
Hier.10. impij quò se suo furore præcipitẽt,cũ scriptũ sit:Dij qui nõ fecerũt cœlũ & terrã pe/
reant.Peribit ergo ò Arriane,qui quod perierat & reperit & redemit?Sed ad ꝓpo
sita reuertamur:Quomodo nõ potest filius facere à se quicq̃.Quæremus quid sit qd̃
facere nõ possit.Multæ sunt impossibilitatũ differentiæ.Est aliqd natura impossibi
le.Et est aliquid qd̃ est possibile per corporis & aniæ firmitatẽ, impossibile per im/
peritiã aut impotentiã.Est etiã quod per definitionẽ immutabilis propositi & con/
stantis perseuerantiã uolũtatis atq; amicitiæ fidẽ,sit impossibile mutari.Sed hæc ut
euidenter possimus aduertere, per exẽpla nobis disputatio dirigat. Impossibile est
ut auis sapientiæ disciplinã aliquã assequat ut artem. Impossibile est & lapidẽ pro
dire quoq̃.Impossibile est em̃ lapidẽ moueri,nisi motu moueatur alterius.Non po
test ergo lapis per seipsum moueri & transire de loco.Non potest etiam aquila hu/
manis imbui disciplinis.Habes unam speciem,cũ impossibilitatis causa natura est.
Impossibile est & debili facere opa robusti.Sed huic alia impossibilitatis causa est.
Quod em̃ facere potest per naturã,per infirmitatẽ nõ potest.Causa igitur huic quo
que impossibilitatis infirmitas. Alia ergo impossibilitatis hæc species, quoniã à fa/
ciendi possibilitate,corpis infirmitate reuocat. Tertia quoq; impossibilitatis est cau
D sa,quia etiã si per naturã quis & firmitatẽ corpis facere aliqd possit, nõ potest tamẽ
facere per imperitiã uel impotẽtiã,ut aut indoctus aut seruus. Quas igit̃ harũ quas
enumerauimus impossibilitatũ causas(ut quartã interim sequestremus)filio dei exi
stimas cõuenire,nũquid insensibilis ꝑ naturã,& immobilis sicut lapis? Lapis quidẽ
est impijs in ruinã,fidelibus angularis. Sed non insensibilis supra quẽ sensibiliũ po
1.Cor.10 pulorũ fideles ædificant̃ affectus,nõ immobilis petra.Bibebant em̃ ex consequenti
petra,petra aũt erat Christus.Nõ ergo paternũ opus per naturæ distantiã impossi
bile Christo.Nunquid forte per debilitatẽ impossibile ei aliquid æstimemus? Sed
nõ ille debilis qui aliorũ debilitates imperiali sermone sanabat.An debilis uidebat̃
Mar.2. cũ paralytico præcipiens: Tolle grabatũ tuũ & ambula:sanitatis iam mandabat of
ficium,cum adhuc ille remediũ debilitatis oraret? Num debilis dñs uirtutũ,cum il/
luminaret cæcos,inclinatos erigeret,mortuos suscitaret,uotis nostris medicinæ præ
curreret effectus,orans curaret,& fimbria mundaret & tactus? Nisi forte debilitatẽ
illam impij putabatis,quando uulnera uidebatis.Erant quidem illa corporis uulne
ra,sed non erat uulneris illius ulla debilitas ex quo omniũ uita profluebat. Vnde &
Esa.53. propheta dixit: Liuore eius nos sanati sumus. An qui in uulnere debilis non erat,
erat in maiestate? Quomodo quæro,cum dæmonijs imperaret & reis peccata di/
mitteret,aut cum rogaret patrem? Quo loco fortasse dicant, quomodo pater & fi/
lius unũ sunt,si filius nunc imperat, nunc precatur.Et unum sunt, & imperat & pre
Ioan.5. catur.Sed neq; cũ imperat solus, nec cum precatur infirmus. Solus nõ est,quia quæ
cunq; filius facit,pater facit.Infirmus nõ est, quia & si in carne infirmatus est ꝓpter
peccata nostra.tamen illud nostræ erat in eo pacis eruditio,sicut scriptũ est,non suæ
maiestatis infirmitas. Deniq; ut scias quod secundũ hominẽ rogat , & diuinitatem
imperat

A imperat,habes in euangelio,quod & Petro dixit:Rogaui pro te ut nõ deficiat fides Luce 22.
tua.Eidem autem supra dicenti: Tu es Christus filius dei uiui, Respõdit: Tu es pe/ Matth. 16.
trus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam , & tibi dabo claues regni cœ/
lorum. Ergo cui propria autoritate regnum dabat,huius fidẽ firmare non poterat,
quẽ cũ petrã dicit,firmamentũ ecclesiæ iudicauit? Quãdo igit̃ roget,quãdo imperet
cõsidera.Rogat quando passurus ostẽdit̃.Imperat quãdo filius dei creditur. Duas
igit̃ species impossibilitatis uacare iã cernimus , quod neq; insensibilis neq; infirma
potest esse dei uirtus.Nũquid tertiũ profertis in mediũ,q; quasi imperitus sine ma/
gistro facere nihil possit,aut seruus sine dño? Ergo mẽtitus es domine Iesu,qui te &
magistrũ & dñm ipse dixisti,& fefellisti discipulos tuos dicẽs: Vos uocatis me ma/ Iohan. 13.
gister & dñe,& bene dicitis,sum em̃.Sed q̃ nõ falleres ueritas,eos præsertim quos ami
cos uocasti. Tamen si ut imperitũ te ab artifice uiderint, ut tibi, hoc est dei sapiẽtiæ
dicant peritiam defuisse , unitatem tamen substantiæ inter te & patrẽ separare non
possunt.Artificem nanq; ab imperito imprudẽtia nõ natura secernit.Sed nõ in pa
tre artificium, neq; in te insipientia. Non est enim insipiens sapientia. Ergo si neq;
insensibilis in filio natura,neque debilitas,neq; imperitia, neq; seruitus potest esse,
considerent quod & per naturam & maiestatem unum sit cũ patre filius, & per ope Iohan.5.
rationẽ non discrepet à patre uirtus,cũ omnia quæ pater fecerit, eadẽ & filius faciat
similiter. Neq; enim similiter potest quisquam facere idẽ opus quod alius fecerit,ni/
si qui & inæqualitatẽ non habeat operationis,& naturæ eiusdem habeat unitatem.
Adhuc tamen requiro, quid sit quod non possit facere à se filius nisi uiderit facien/
B tem patrem? Et insipienter aliqua de uilioribus exempla propono.Factus sum em̃ 2.Cor. 12.
insipiens, uos me coegistis. Nam quid insipientius ꝯ de maiestate dei argumenta
discutere , quæ quæstiones magis præstãt quàm ædificationem dei quæ est in fide? 1.Timoth.1.
Sed argumentis argumenta respondeãt . Illis uerba, nobis charitas quæ in deo est
de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Ergo ad infirmationem tam
ineptæ propositionis, non piget &iam ridicula deriuare. Quomodo ergo uidet fi/
lius patrem? Videt equus picturam quam per naturam imitari non potest. Non
utique sic uidet filius. Videt patuulus uiri opera maioris,sed imitari nõ potest.Nec
utique sic uidet filius.Ergo si filius & per eiusdem cum patre arcanum commune na
turæ inuisibiliter & uidere & facere potest,& per plenitudinem diuinitatis quod uo
luerit exequi,quid superest nisi ut per unitatem inseparabilem potestatis, nihil cre/
damus filium facere,nisi quod uiderit patrem facientem, quia per inseparabilẽ uni/
tatem nihil à se facit filius,quoniam nihil uult quod pater nolit? Quod utiq; nõ in/
firmitatis sed unitatis est. Ergo nec cõtumax filius , ut etiam de quarta propositio/
ne dicamus. Nihil enim consiliarius filius facit,quod cum patris non cõueniat uo
luntate.Deniq; uidit pater quod fecit filius,& probauit quod bona ualde.Sic enim
habes in Genesi:Et dixit deus:Fiat lux,& facta est lux, & uidit deus lucem quod bo Gene. 1.
na est.Nũquid hic dixit pater:Fiat talis lux qualem ipse feci? Sed fiat lux quæ ante
non fuerat . Aut filius qualem faceret interrogauit? sed fecit ut uoluit,qualem pa/
ter usque eo uoluit & probauit.Ergo nouum opus filij est. Denique si reprehendi/
tur in filio secũdum interpretationes Arrianorum, quod quæ uiderit facit,qui utiq;
secundum scripturas quod non uidit & fecit,& dedit esse quæ nõ erant,Quid dicũt
de patre , qui quod uiderat prædicauit , quasi ea quæ facienda forent non potuerit
præuidere?

Universidad de Deusto
Biblioteca

C præuidere? Similiter ergo uidet filius patris opus, sicut pater opus filij. Nec quasi a-
Ioan.5. lienum laudat, sed quali proprium recognoscit. Quæcúq; enim pater fecerit, eadem
& filius facit similiter, ut idem opus patris filijq; sentires. Nihil ergo facit filius nisi
quod pater probet, pater laudet, pater uelit, quia ex patre totus est, non ut creatura,
quæ multa committit dum studio lapsuq; peccati uoluntatem frequenter offendit
autoris. Nihil ergo filius facit nisi quod placeat patri, quia una uoluntas, una sen-
tentia est, una est uera charitas, unus operationis effectus. Denicq; ut scias charitatis
esse, quia nō potest filius à se facere quicquam nisi quod uiderit facientem patrem,
cum præmisisset, Quæcunq; enim ille fecerit, eadem & filius facit similiter, subiecit:
Pater enim diligit filium. Ergo quod dixit scriptura, quia non potest, ad inseparabi
lis & indiuiduæ charitatis retulit unitatem. Quod si naturaliter est & uere est insepa
rabilis charitas, inseparabilis utique est etiam operatio naturaliter, & impossibile ut
opus filij cum patria non conueniat uoluntate, quādo id quod filius operatur, ope-
ratur & pater, & quod pater operatur, operatur & filius, & quod loquitur filius, lo-
Ioan.14. quitur & pater, sicut scriptum est: Pater meus qui in me manet, ipse loquitur, & ope-
ra quæ ego facio, & ipse facit. Nihil enim pater sine uirtute atq; sapientia sua condi-
Psal.103. dit, qui omnia in sapientia fecit, sicut scriptum est: Omnia in sapientia fecisti. Nihil
etiam deus uerbum sine patre fecit. Non operatur sine patre. Non sine patria uo-
luntate sacrosanctæ illi se obtulit salutaris mundi totius hostia passioni. Non sine
patria uoluntate mortuos suscitauit. Denique Lazarum suscitaturus leuauit oculos
Ioan.11. sursum & dixit: Pater gratias ago tibi quia audisti me, & ego sciebam quia semper
D me audis, sed propter turbā quæ circūstat dixi, ut credat quia tu me misisti. Vt quā-
uis ex persona hominis in carnis susceptione loqueretur, unitatem tamen paternæ
uoluntatis & operationis exprimeret, quia pater oīa audit, omnia uidet quæ uult
filius. Videt ergo & pater facientem filium, audit uoluntatem. Deniq; non rogauit,
& exauditum se esse dixit. Nec æstimari potest quod non audit pater quod uelit fi-
lius, & ut scias quia semp auditur à patre, nec quasi propheta sed quasi filius. Et ego
inquit, sciebam quia semper me audis, sed propter turbam quæ circumstat dixi, ut
credant quia tu me misisti. Propter nos igitur gratiās egit. Nec eundem patrē eun-
demq; filium esse credamus, cum idem opus patris audimus & filij. Nam ut cogno
sceres non quasi infirmum gratias egisse, sed quasi dei filium, semper sibi diuinā po
tentiam uendicare, clamauit: Lazare ueni foras. Imperantis utique uox ista est, non
precantis. Sed ad superiora redeamus, & proposita concludamus, facit quasi uerbū
filius uoluntatem patris. Verbum hoc nostrum utiq; prolatiuum est, syllabæ sunt,
sonus est, & tamen à sensu nostro & mente non discrepat, & quæ interiori tenemus
affectu, ea tanquam operantis uerbi testificatione signamus. Sed nō sermo noster
operatur, solum est uerbū dei quod nec prolatiuū est, nec ἐνδιάθετον dicunt, sed quod
Hebr.4. operatur & uiuit & sanat. Vis scire quale uerbum, audi dicentem: Viuum est ēm uer
bum dei & ualidum atq; operatoriū & acutum, & omni gladio acutissimum pene-
trans usq; ad diuisionem animæ & spiritus artuumq; & medullarum. Verbum igi-
tur audis dei filium, & à patria uoluntate & potestate secernis. Audis quod uiuit, au
dis quod sanat, noli ergo nostro comparare uerbo. Si enim uerbum nostrum quis
non obtutu uiderit, non auditu audierit loqui, & loquitur tamen cognita per quæ-
dam naturæ humanæ interna mysteria: quomodo non impius qui secundum di-
uinitatem

A uinitatem in dei uerbo & obtutum quendam corporeum exigit, & auditum, & pu-
tet quod non possit à se quicquam facere filius nisi quod patrem facientem uiderit,
cum per unitatem ut diximus eiusdem substantiæ, idem uelle atq; idem nolle & idē
posse, & in patre sit & in filio & in spiritusancto? Quod si homines plerūq; sensuū
qualitate discreti, tamen unius propositi intentione cōcordant, quid de patre nos &
de filio congruit æstimare, nisi id quod humana imitatur charitas, substātia diuina
possideat? Ponamus tamen sicut ipsi uolunt quod quasi in exemplari, quod uiderit
patrem facientem filius faciat. Et hoc utiq; eiusdem substātiæ est. Nullus ēm potest
alterius imitationem operationis implere, nisi qui eiusdem naturæ habeat unitatē.

De solutione obiectionum quibus impij hæretici inæqualita-
tem patris & filij probare contendunt. Cap. IIII.

IMPERATOR Auguste, quidā hoc etiā ad inæqualitatē dei patris obij
ciendā usurpare consuerunt, quia dicāt omnipotentē patrē esse quod ge-
nerauit filiū, negēt aūt omnipotētē filiū dicētes qd' generare nō potuit.
Sed uide quēadmodū sæua impietas, ut dialectica philosophorū seipsa
conuincat. Hac ēm quæstiōe, aut coæternū patri filium esse sua uoce fateātur, aut si
principiū tēporis filio aliquod ascribūt, principiū potentiæ, necesse est tribuant etiā
patri. Ita cum omnipotentem filium negant, incipiunt, quod nefas dictu est, assere
re per filium patrē omnipotētem esse cœpisse. Nā si per generationem omnipotēs
pater, utiq; aut coæternus patri filius est, quia semper omnipotens pater, sempiter-
B nus & filius: aut si fuit quando non erat filius sempiternus, fuit ergo quādo nō erat
omnipotēs pater. Nam cū uolunt filiū dicere aliquādo cœpisse, in illud recidūt, ut &
patris potentiā dicant nō semper fuisse, sed ex filij generatione cœpisse. Ita dū filio
dei cupiunt derogare, plus tribuunt, ut cōtra fas omne autorē paternæ potentiæ de-
clinare uideantur, cum filius dicat: Omnia quæ pater habet mea sunt, hoc est, non Iohan.16.
quæ patri ipse tradiderit, sed quæ à patre iure generationis acceperit. Et ideo filium
esse sempiternam didicimus uirtutem. Si ergo sempiterna eius uirtus atque diuini-
tas, utiq; & potentia eius sempiterna. Filio igitur qui derogat, patri derogat, pieta-
tem offendit, uiolat charitatem. Nos honorificemus filium in quo pater cōplacet.
Placet enim patri ut laudetur filius in quo ipse complacuit. Respondeamus tamen
intentioni eorum, ne epilogo quodam inuidiam quæstionis declinasse uideamur.
Generauit inquiunt pater, non generauit filius. Quod hic argumentum est in-
æqualitatis? Generatio enim paternæ proprietatis est, non potētiæ, & pietas æquat
non separat. Denique in ipso usu nostræ infirmitatis, frequenter euenire cognosci-
mus, ut & infirmi filios habeāt, & non habeant fortiores, habeant serui & nō habe
ant domini, habeant inopes, non habeant qui potentes sunt. Sed hoc dicunt & in-
firmitatis esse quod homines uolunt filios habere nec possunt, quamuis humana
non sint cōferenda diuinis, tamen intelligāt inter ipsos quoq; homines nō potentiæ
esse sed paternæ proprietatis habere filios uel non habere. Nec in potestate nostræ
uoluntatis est generare, sed in corporis qualitate. Nam si esset potentiæ, utiq; po-
tentior multos haberet, ergo non est potentia habere filios uel non habere. Num-
quid naturæ est? Si naturæ infirmitatem putatis, & ad humana confertis exem-
pla, eadem patris est natura quæ filij est: itaque aut uerum filium dicitis, & pa-
tri in

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tri in filio derogatis per unitatē eiuſdem naturæ. Sicut enim pater natura deus, ita & filius. Deos autē, ait Apoſtolus, non natura deos eſſe ſed dici. Aut ſi negatis eſſe
Gal.4. uerum filium, hoc eſt eiuſdem naturæ, non eſt ergo generatus, ſi non eſt generatus filius, non generauit pater. Colligitur itaque iuxta ſententiam ueſtram, ut non ſit omnipotens deus pater, quia generare non potuit ſi non generauit filiū ſed creauit. Sed quia omnipotens pater cum iuxta ſententiam ueſtram ſolus generator omnipotens ſit, generauit utique filium non creauit. Verum ipſi magis quàm uobis credendum eſt. Ille ait: Genui, & frequenter ait, generationis ſuæ teſtis. Nō eſt ergo naturæ, nō eſt potētiæ in Chriſto aliqua quod nō generauit infirmitas, quia generatio ſicut ſæpe iā diximus, nō ad ſubtilitatē potentiæ ſed ad proprietatē referē naturæ. Nam ſi ideo omnipotens pater quia filium habet, omnipotentior ergo eſſe potuit ſi plures haberet. An uero potētia eius in una generatione deficit? At ego oſtendā & Chriſtum habere filios, quos quotidie generat, ſed ea generatione uel potius re-
generatione quæ poteſtatis eſt, nō naturæ. Adoptio enim poteſtatis eſt, generatio
Iohan.1. proprietatis. Quod ipſa ſcriptura nos docuit. Dicit eī Iohannes: Quia in hoc mūdo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit, & ſui eum nō receperunt. Quotquot autem receperunt dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Didicimus enim poteſtatis eſſe quod nos filios dei fecit, proprietatis autem generationes eſſe oracula diuina declarant. Dicit enim ſapi-
Eccl.24. entia dei: Ex ore altiſſimi prodiui, hoc eſt, non coacta ſed libera, nō poteſtati obnoxia, ſed nata generationis arcano, priuilegio dominationis & iure poteſtatis. Deni-
D que de eadem ſapientia, hoc eſt de domino Ieſu, alibi pater dicit: Ex utero ante luciferum genui te, quod utiq; ideo dixit, non ut corporalem aluū declararet, ſed ut proprietatem ueræ generationis oſtenderet. Nam ſi ad corporalia referas, ergo omnipotens pater cum dolore & conceptione generauit. Sed abſit, ut deum ex infirmitate corporis metiamur. Eſt quidam uterus paternæ arcanum ſubſtantiæ, interiuſque ſecretum, quod non angeli, non archangeli, non poteſtates, non dominationes, non aliqua creaturarum potuit, penetrare natura. Cum patre enim ſemper & in patre ſemper eſt filius. Cum patre per diſtinctionem indiſſociabilem trinitatis æternæ. In patre per diuinam unitatem naturæ. Quis igitur hic arbiter diuinitatis? Quis diſcutiat patrem ac filium, ille quare regenerauerit, iſte cur genuerit? Seruulum ſuum aut ancillam, cur non genuerit nemo condemnat, iſti condemnāt, cur non generauerit Chriſtus. Condemnant enim ſua opinione cum derogāt. Nec coniugibus inter ſe cur non generauerit, aut charitas minuitur aut meritum derogatur: iſti quia nō generauit, Chriſti minuūt poteſtatē. Cur inquiunt, filius pater non eſt, quod & pater filius non eſt? Cur non iſte non generauit, cum nec ille generatus eſt? Nec ideo minus habet filius quod pater non eſt, nec pater minus habet qui fili
Iohan.16. us non eſt. Dixit enim filius: Omnia quæ pater habet mea ſunt. Adeo generatio in paterna proprietate, non iure eſt poteſtatis. Eſt quædam indiſtincta diſtincte incomprehenſibilis & inenarrabilis ſubſtantia trinitatis. Diſtinctionem etenim accepimus & filij & ſpiritusſancti non confuſionem, diſtinctionem non ſeparationem, diſtinctionem non pluralitatem. Diuino itaque admirandóque myſterio, manentem ſemper accepimus patrem, ſemper filium, ſemper ſpiritum ſanctum. Nō duos
1.Cor.8. patres, non duos filios, non duos ſpiritus. Vnus enim deus pater, ex quo omnis,

A & nos in ipſo. Et unus dñs Ieſus per quem omnia & nos per ipſum. Vnus natus ex patre dñs Ieſus, & ideo unigenitus. Vnus & ſpūſſanctus, ut idē apoſtolus dixit. Sic accepimus, ſic legimus, ſic tenemus, diſtinctionē neſcimus, ſecreta neſcimus, cauſas non diſcutimus, ſecreta ſeruamus, Facinus indignū, ut qui generatiōis ſuæ facultatē nō habent, diuinæ generationis examen ſibi arrogent, uendicent poteſtatem. Negent ergo æqualem patri filium, quod non generauit filius. Negent æqualem patri filium quod patrem habet. Hoc ſi de hominibus dicerent, quorum aliqui uolunt filios habere nec poſſunt, iniuriam putaremus. Sic etiam ſi inter duos honore pares, habenti filios, qui nō habet negaret æqualis. Et ideo hoc inquam graue & de ipſis hominibus uidetur, ut quis minor putetur q̄ patrē habet. Niſi forte tanq̄ cōſtitutum in familia, putēt Chriſtum dolere quod emancipatus à patre nō ſit, & adminiſtrandi patrimonij nō habet facultatē. Sed nō Chriſtus in ſacris qui ſacra uniuerſa diſtinxit. Quō tñ reſpōdeāt, uera ne generatio ſit, & uerus filius ex deo patre natus, hoc eſt, ex ſubſtantia patris? An ex alia natus ſubſtantia? Si enim dicunt ex patre, hoc eſt ex dei ſubſtantia, cōuenit quod ex ſubſtantia patris filium dicāt. Ergo quia unius ſubſtantiæ, unius utiq; potentiæ. Si uero ex alia ſubſtantia filius eſt, quō omnipotens filius eſt, & omnipotens filius nō eſt? Quid enim præſtātius ſi ex alia ſubſtantia filium deus fecit, cum utiq; & filius ex alia nos ſubſtantia filios dei fecerit? Ergo aut unius ſubſtātiæ filius cum patre, aut unius potentiæ. Friget igitur eorum quæſtio quod de Chriſto iudicare nō poſſunt, immo quod uincit ille cum iudicatur. Digni tamen ſunt iſti iudicio ſuo, qui hanc obijciunt quæſtionem. Si enim
B ideo æqualis patri filius nō eſt, quia nō generauit filiū, & iſti utiq; fateant ſi nō habent filios, qui ſerunt hmōi quæſtiones, ſuos ſibi etiam ſeruulos præferēdos, eo qd habentibus filios æquales eſſe nō poſſunt. Si aūt filios nō putent ſibi merito, ſed filiorum iure deferri, nō conſiſtit igit hæc quæſtio, quod æqualis filius patri ideo eſſe nō poſſit, quod pater generauit filium, filius nullum ex ſeipſo generauerit. Nam & fons fluuium generat, & fluuius fontem ex ſeipſo nō generat. Et lux ſplendorē generat, nō ſplendor lucem, & una natura eſt ſplēdoris & lucis. Vnde cum æqualē ex generationis obiectu probare nō potuerint, intelligant etiam illam diuulgantē ſuæ calumniam quæſtionis exploſam. Solēt enim opponere, quō æqualis poteſt eſſe filius patri. Nam ſi filius eſt, antecq̄ generaretur non erat, aut ſi erat, cur natus eſt? Et Arrianos ſe negare conſuerunt, qui ꝓponunt Arrij quæſtiones. Itaq; exigunt à nobis reſpōſionē, ut ſi dixerimus, quod antecq̄ generaretur erat, aſtute referant, Ergo antecq̄ generaretur creatus eſt, & nō differt à cæteris creaturis, quia prius cœpit creatura eſſe cq̄ filius. Et adijciunt, cur quod natus eſt? An quod imperfectus erat, ut & poſtea perfectior fieret? Si autē reſponderimus quod nō erat, obijciunt ſtatim ei: ergo generatio contulit ut eſſet quod non erat antecq̄ naſceretur, ut hinc colligant: Erat ergo quando nō erat filius. Sed quia hoc proponunt & obſcuritate uolunt involuere ueritatē, dicant ipſi, utrum tēporaliter generet pater, an intēporaliter? Si ēm temporaliter dixerint, quod filio obijciunt, patri aſcribent, ut uideat pater cœpiſſe eſſe quod nō erat. Si intēporaliter, quid ſupereſt niſi ut ipſi ſoluant quā propoſuerint quæſtionē, ut cum generationē patris abnuāt tēporalem, generationē quoq; filij temporalē nō eſſe fateant? Si ergo nō eſt generatio eius ex tpe, æſtimari datur quod nihil p̄ceſſerit ante filium qui nō ſit ex tēpore. Si ēm aliud ante filiū, iam non

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſunt in ipſo creata oĩa q̃uel in cœlo ſunt uel in terris. Et Apoſtolus redarguitur qui
hoc in epiſtola ſua ſcripſit. Quod ſi nihil añ generationẽ, non aduerto cur poſterior
aſſeratꝰ quẽ nemo p̃ceſſit. Cõnectenda eſt alia eorũ plena impietatis obiectio, quæ
latentem habeat dolum, quo ſenſus facilium mentesq; perſtringant. Interrogant
enim utrum quod finẽ habet, aliq̃n cœperit? Et ſi acceperint hmõi reſponſionẽ, qa
quod finem habet cœpit aliq̃n, referunt utrum pater deſierit generare filium? Qđ
cum tenuerint, noſtro aſpirante conſenſu contexunt, cœpit ergo generatio. Id ſi nõ
abnuas, conſequi uidetur, ut ſi cœpit generatio, uideatur in eo cœpta qui natus eſt,
ut natus eſſe dicatur, qui ante non fuerit, unde diffiniãt, aliq̃n ergo filius non fuit.
Adijciunt alias ineptias loquacitatis ſuæ dicẽtes: Si uerbum patris filius eſt, & ideo
genitus dicitur quia uerbũ eſt, opus non eſt, multifariam locutus eſt pater, multos
ergo generauit filios, ſi non operatus eſt ſ̃d locutus eſt uerbum. Amẽtes homines
quaſi nõ intelligant quid iñterſit inter prolatiuum ſermonẽ & in æternũ permanẽs
dei uerbum ex patre natũ, natum utiq; nõ prolatum, in quo non cõpoſita ſyllaba,
ſed plenitudo diuinitatis æternæ eſt, & uita ſine fine. Subtexunt aliã impietatẽ, pro
ponentes utrũ uolẽs an inuitus generauerit pater, ut ſi dixerimus uolentẽ, antiquio
rem generatione uoluntatem uideamur fateri, & referant quod nõ ſit filius coæter
nus patri, quẽ aliquid anteceſſit, aut q̃, & ipſe ſit creatura, quia ſcriptum eſt: Omnia
quæ uoluit ipſe fecit. Cum hoc ipſum nõ de patre & filio, ſed de his quas filius fecit
dictum ſit creaturis: Sin aũt inuitum patrẽ generaſſe reſponderimus, inualidũ pa
trem dixiſſe uideamur. Sed nihil in ſempiterna generatione præcedit, nec uelle nec
D nolle, ergo nec inuitum dixerim, nec uolentẽ, quia generatio nõ in uoluntatis poſſi
bilitate eſt, ſed in iure quodam & proprietate paterni uideꝰ eſſe ſecreti. Nam ſicut
bonus pater nõ aut ex uoluntate eſt, aut neceſſitate, ſed per naturã, ita non generat
ex uoluntate aut neceſſitate pater. Eſto tñ, ſit generatio in uoluntate generantis, q̃
hanc uoluntatem fuiſſe dicunt: Si in principio, utiq; ſi ſempiterna uoluntas, ſempi
ternus & filius. Si cœpit uolũtas, diſplicuit igitur ſibi quod erat deus pater, ut muta
ret ſtatũ. Diſplicuit ergo ſibi ſine fine, placere cœpit in filio. Iam illa conſequentia ut
dicamus: Si ſtudium generandi noſtro more aſſumpſit, ergo & cætera quæ genera
tionem præcedere ſolent noſtro more aſſumpſit, noſtro aũt uſu generationis uotũ
eſt nõ uoluntas. Produnt igitur impietatem ſuam qui uolũt generationem cœpiſſe
Chriſti, ut uideatur nõ generatio illa uerbi manẽtis, ſed prolatio fluentis eſſe ſermo
nis: Deinde multos inducendo filios, negẽt in Chriſto diuinæ proprietatẽ naturæ,
ut nec unigenitus nec primogenitus æſtimetur: Poſtremo ut ſi principiũ eſſe creda
tur accepiſſe, etiã finem uideatꝰ habiturus. Sed neq; principiũ aſſumpſit aliq̃n dei fi
lius qui erat in principio, neq; finẽ qui eſt principium uniuerſitatis & finis. Nam cũ
ſit principium, quõ quod habeat accepit, aut quõ ſui finem habebit, cũ omniũ ipſe
ſit finis, ut in illo fine, ſine fine maneamus? Dei eñ generatio cum temporalis non
ſit, nec ante ſe nec in ſe tẽpus inuenit. Frigida igitꝰ eorum & uana quæſtio, & in crea
turis ipſis non habet locum. Ipſa etenñ quæ temporalia ſunt, diſcretionẽ in quibuſ
dam habere temporis nõ uidentur. Lux nempe ſplendorem generat, nec cõprehen
di põt quod ſplendor luce poſterior ſit, aut lux ſplendore antiquior, quia ubi lumẽ
& ſplendor eſt, & ubi ſplendor & lumen eſt. Itaq; nec ſine ſplendore lumẽ, nec ſplen
dor põt eſſe ſine lumine, quia in ſplẽdore lumẽ, & ſplendor in lumine eſt. Vnde &
Apoſto

A Apoſtolus ſplendorem paternæ gloriæ filium dicit, quia ſplendor paternæ lucis eſt Heb.1.
filius: coæternus, propter uirtutis æternitatẽ: inſeparabilis, propter claritudinis uni
tatem. Ergo ſi temporalia hæc & aëria hic cõprehendere & ſeparare nõ poſſumus
quæ uidemus, deum quem non uidemus, qui ſuper oẽm eſt creaturã, in ipſo ſuæ ge
nerationis arcano poſſumus comprehendere, poſſumus eum à filio tempore ſepa
rare, cum omne tempus opus filij ſit? Deſinãt ergo dicere: & anteq; generaretur nõ
erat. Ante enim temporis eſt, generatio ante tpa, & ideo quod poſterius eſt, prius
non eſt, nec opus ante autorem poteſt eſſe, cum opera principiũ de operatione ſua
ſumant. Nam quomõ ante operationem ſuam uſus operis æſtimatur, cum omne
tempus opus ſit ei, omne opus de operatore ſuo ut eſſet, accepit? Experiri igitur ad
huc iſtos uolo qui ſibi uidentur aſtuti, ut de noſtris reſpondeant qui calumniantur
diuinis, longeq; refugiunt ab inſcrutabili ſupernæ generationis exemplo. De filio
dei dicunt quod antequam generaretur non erat, hoc eſt de dei ſapientia, de uirtu
te dei, de dei uerbo, cuius generatio nihil ante ſe nouit: quia ſi aliq̃n, ut uolunt, non
fuit (quod nefas dictu eſt) non fuit ergo in deo perfectionis aliquãdo plenitudo di
uinæ, ſi poſtea proceſſum generationis accepit. Tamen ut ſciant q̃ uana ſit & ſolu
bilis eorum quæſtio, licet nihil in eo humanis diuinisue commune, tamen docebo
homines antequam naſcerentur, fuiſſe. Aut negent Iacob ſanctum fuiſſe priuſ
quam naſceretur, qui fratrem ſupplantauit in materni adhuc uteri poſitus arcano.
Negent Hieremiam antequam naſceretur ſanctum fuiſſe, cui dicitur: Priuſquam Hiere.1.
B te formarem in utero matris tuæ noui te, & priuſquam exires de uulua ſanctificaui
te, & prophetam in gentibus poſui te. Quid hoc euidentius tanti exemplo prophe
tæ, qui ſanctificatus eſt antequam natus, & anteq; formaretur eſt cognitus? Quid
etiam de Iohanne loquar, de quo mater religioſa teſtatur, quod inter materna ſitus
adhuc uiſcera, præſentiam domini ſpiritu cognouit, exultatione ſignauit, ſicut ſcri
ptum meminimus matre dicente: Ecce enim ut facta eſt in auribus meis uox ſaluta Luc.1.
tionis tuæ, exultauit in gaudio infans in utero meo. Erat igitur qui prophetabat, an
non erat? At certe erat. Erat enim qui uenerabatur autorem, erat qui loquebatur in
matre. Deniq; Helizabet filij ſpiritu replebatur, mater filij ſpiritu ſanctificabatur.
ſic enim habes, quod exultauit infans in utero eius, & repleta eſt ſpiritu ſancto. Vi
de ſingulorum uerborũ proprietates. Vocem quidem Mariæ prior Helizabet au
diuit, Sed Iohannes prior domini gratiam ſenſit, pulchre ſibi conueniunt, oracula
oraculis, fœmina mulieri, & pignus pignori. Iſtæ gratiam loquuntur, illi intus ope
rantur, pietatisq; myſterium maternis adoriunt profectibus, duplicique miraculo li
cet honore diuerſo, prophetant matres ſpiritu paruulorum. Quis igitur autor hu
ius miraculi, nónne dei filius qui fecit eſſe non natos? De rebus humanis quæſtio
noſtra non poteſt conuenire. Poteſt ne de diuinis conuenire ſecretis, ut qui anteq;
generaretur non erat? Nunquid pater aliqua tempora conceptionis accepit, ut filiũ
tempora præuenirent? Aut fœmineæ more naturæ generationis ſuæ molitus eſt
partum, ut molitio ipſa filio eſſet antiquior? Quid eſt hoc? cur diuina ſcriptura di
ſcutimus proprietatem legi diuinæ generationis, non qualitatem? Facinus indi
gnum, ut ex ſe quidam cœleſtia metiantur, qui tanquam unum de ſpadonibus pu
tant Chriſtum non naſci potuiſſe, ſed fieri. Aut tanquam unum de ſpadonibus pa
trem, qui filium quem generare non potuerit adoptauerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C De solutione quæstionis quam pleriq; faciunt, ex eo quod scriptū est: Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse uiuit propter me. Cap. V.

PLERIQVE etiam hinc faciunt quæstionem, quia scriptū est: Sicut misit me uiuus pater, & ego uiuo propter patrē, & qui manducat me, ipse uiuit propter me, dicentes. Quomodo æqualis est patri filius qui dixit, quod propter patrem uiuit? Qui hoc proponunt, primū respondeant cuiusmodi uita sit filij, utrum ea quam pater largitus sit non habenti? Sed quomodo uitam aliquando potuit non habere, cum ipse sit uita, sicut ait: Ego sum uia ueritas & uita? Vita utiq; sempiterna sicut uirtus est sapientiæ. Aliquādo ergo, ut sic loquar, si uitam non habuit, considerate quid lectum sit hodie de domino Iesu, qđ mortuus est pro nobis, ut siue uigilemus siue dormiamus, simul cum illo uiuamus. Cuius mors uita est, huius diuinitas uita nō est, cum diuinitas uita sit sempiterna? An uero uita eius in patris potestate? Sed nec corporis quidē sui uitam in alterius fuisse potestate memorauit, sicut scriptum est: Ego pono animā meam & iterum sumam illam: Nemo tollit illam à me, sed ego pono eā à meipso: Potestatem habeo ponendi animam meā, & iterum potestatem habeo sumēdi eam, hoc mandatum accepi à patre meo. Eius ergo uita secundum diuinitatem in alterius potestate iudicatur, cuius uita secundum corpus alienæ nō erat subdita potestati? Aliena em̄ potestas erit, si non erat unitas potestatis. Sed sicut potestatis suæ esse significat ponere animam & liberæ uoluntatis, ita etiā quod secūdum mandatū deposuit patris,
D suæ ac paternæ uoluntatis significat unitatem. Ergo si uitam filius neq; aliquo accepit ex tempore, neq; alienæ habet potestati subditam, uideamus qua ratione dixerit: Sicut misit me uiuus pater, & ego uiuo propter patrem: Ita & qui manducat me, ipse uiuit propter me. Si primam eligunt, hoc significat q̄ sicut missus sum à patre & descendi à patre, ita uiuo propter patrem. Quis autem missus est atq; descendit, nisi filius hominis, sicut ipse supra sapientia dixit: Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descēdit filius hominis. Ergo si quasi filius hominis missus est atq; descendit: Ita quasi filius hominis uiuit propter patrem. Denicq; & qui mādducat quasi filium hominis. Actum ergo incarnationis suæ aduentui cōparauit. Quod si secunda complacuit, nónne & æqualitatem filij cum patre, & similitudinem eius cum homine manifesta distinctione colligimus? Nam quid est: sicut ipse uiuit propter patrem, & nos uiuimus propter ipsum: nisi quod uiuificat filius hominis, sicut pater in filio carnem uiuificauit humanā? Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat, ut ipse dominus supra dixit. Æqualitas ergo filij ad patrem, per unitatem quoq; uiuificationis astruitur, quādo sic uiuificat filius ut pater. Agnosce ergo eius uitam & potentiam sempiternam Similitudo etiam nostra ad filium, & quædam secundū carnem unitas declaratur, quoniam quēadmodum filius à patre, sicut homo est uiuificat in carne. Sic em̄ scriptum est: Quod sicut dñs Iesum Christū à mortuis suscitauit, ita etiā nos quasi homines uiuificamur à deo. Secundū hanc ergo expositionē humanā non solū ad conditionē humanā deriuatur gratia largitatis, sed etiā diuinitatis æternitas prædicat. Diuinitatis q̄ ipsa uiuificat, humanæ aūt cōditionis q̄ uiuificata est & in Christo. Quod si quis utrunq; ad Christi refert diuinitatē, ergo filius dei hoibus comparatur, ut ita filius propter patrem

A trem uiuat, sicut nos propter filiū dei uiuimus. Sed filius dei uitam largitur æternā, nos aūt largiri nequimus, ergo nostri cōparatione nec ille largitur. Habent igit Ariani fidei suæ præmium ne uitā æternam adipiscant à filio. Libet iam ulterius progredi. Nam si illis placet hunc locum ad diuinæ perpetuitatem referre substātiæ, accipiant tertiam expositionem. Nónne euidēter uidetur dicere: Quod sicut uiuus pater est, ita uiuit & filius. Quod utiq; quis nō aduertat ad unitatē uitæ, quod eadem patris & filij uita sit, esse referēdum. Sicut em̄ pater uitam habet in semetipso, sic dedit filio uitam habere in semetipso. Dedit per unitatem, dedit nō ut auferat, sed ut darificet in filio: Dedit ut cōplaceat: Dedit nō ut pater custodiret, sed ut filius possideret. Sed obijciendum putant q̄ dixit: Ego uiuo propter patrem. Vtiq; si ad diuinitatem referunt: propter patrem uiuit filius, quod ex patre filius est: propter patrē, quod unius substantiæ cū patre: propter patrem, q̄ eructuatum est uerbum ex patris corde, quod à patre processit, qđ ex patre no generatus est utero, quod fons pater filij est, quod radix pater filij est. Sed dicunt fortasse: Si unitatē putas patris ac filij uitæ esse, cum filius dixerit: Et ego uiuo propter patrem, Nunquid unitas est filij uitæ atq; hominū, cum dixerit filius: Qui mādducat me & ipse uiuit propter me? Imo planè, sicut uniuersitatē fateor esse uitæ cœlestis in patre & filio per diuinæ unitatem substātiæ, ita uel diuinæ naturæ uel dñicæ incarnationis, excepto priuilegio, societatē nobiscum uitæ spiritalis in filio esse profiteor per humanæ unitatē naturæ. Qualis em̄ cœlestis, tales & cœlestes. Deniq; sicut in illo sedemus ad dexterā pa 1.Cor.15.
B tris, nōq; cum ipso sedemus, sed quod sedemus in Christi corpore, de quo postea dicemus plenius: sicut, inquā, sedemus in Christo p̄ corporis unitatē, ita & in Christo uiuimus per corporis unitatem. Non solum aūt non uereor quod scriptum est: Et ego uiuo propter patrem, sed etiam, si per patrem dixisset, non uererer.

De solutione obiectionis quam Arriani sumunt ex hoc quod dominus dixit: Hæc infirmitas non est ad mortem. Cap. VI.

SOLENT enim etiam illud obijcere quod hæc dixit: Hæc infirmitas nō Ioan.11.
est ad mortē, sed prō claritate dei, ut clarificet filius eius per ipsum. Nō solum em̄ per patrem, & à patre filius clarificatur, quod scriptū est: Clarifica me pater, Et alibi: Nūc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo, & deus clarificauit eum, sed etiam per filium & à filio clarificat pater, quia ueritas dixit: Ego te clarificaui super terram. Sicut ergo clarificatur per patrem, ita etiam propter patrē uiuit. Vnde & quidam opinionē magis putauerunt esse q̄ gloriam, & ideo sic interpretati sunt: Ego te clarificaui super terrā, opus consummaui quod dedisti mihi, & nūc clarifica me pater, hoc est, δόξασον, ut sit hic sensus, opinionē de te hominibus hmōi infudi, ut cognoscant te uerū deum, & tu hāc de me confirma illis opinionē, ut credant me tuum filiū & deum uerum. Iam illud ridiculum est, quod quidam ex illo apostolico, discretionem inter patrē & filium faciunt potestatis, quod scriptum est: Nobis tn̄ unus deus pater, deus ex quo omnia 1.Cor.8.
& nos in ipsum, & unus dñs Iesus per quē omnia & nos per ipsum. Aiunt em̄ non mediocrē diuinæ maiestatis esse distantiā, quod dictū est: ex illo omnia, & per hūc omnia. Nihil aūt expressius q̄ quod hoc loco omnipotēs filius euidenti rōne signatur. Nā ut ex illo omnia, ita per hūc omnia. Inter omnia pater nō est, cui dictū est:

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quoniam uniuersa seruiunt tibi. Inter omnia filius non est, quia omnia per ipsum facta sunt, & omnia in ipso constant: & ipse est super omnes cœlos. Non ergo inter omnia filius, sed super omnia, quod secundū carnem quidem est ex familia Iudæo rum, idem tamē super omnia deus benedictus in secula, cuius est nomē super oīe
Psal.8. nomen. Et de quo dicitur: Omnia subiecit sub pedibus eius. Subiiciēdo aūt omnia nihil reliquit ei non subiectum, sicut Apostolus dixit: Quod si hoc etiā secundum incarnationis locutus est sacramentum, quēadmodum possumus de supernæ gene rationis incōparabili maiestate dubitare? Nihil igitur potestatis inter patrem & fi lium certū est interesse. Deniq; eousq; nihil interest potestatis, ut idem Apostolus
Rom.11. ex eo dixerit esse omnia, per quē omnia, sicut habes: Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Si igitur pater sicut putant tantummodo signatur, nō potest idem omnipotens esse, quia ex ipso omnia, & omnipotens nō esse, quia per ipsum omnia. Aut igitur inualidum nec omnipotentē patrē sua assertione memorabunt, aut certe omnipotentē etiam filiū inuiti uoce propria fatebunt. Eligāt tamē utrum hic patrem declaratum putēt. Si patrē, ergo & per ipsum omnia. Si filium, ergo & ex ipso omnia. Si autē & per patrē omnia, nihil utiq; filio derogandum. Etsi ex filio omnia, similiter & filio deferendum. At ne insidiari nos unius arbitrent obreptiōe uersiculi, totum capitulū recēseamus. O altitudo, inquit, diuitiarū sapientiæ & scien tiæ dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis em̄ cognouit sensum dñi? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuet ei? Qm̄ ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula. De quo igi
D tur dictum putant, de patre an de filio? Si de patre, sed nō est sapiētia dei pater, qa
Sap.7. sapientia dei filius est. Quid est autē qd' non possit sapientia, de qua scriptū est: Cū sit una omnipotens & pmanens, in se omnia innouat? Nō ergo accedentē legimus sed permanentē. Habes ergo iuxta Salomonē, omnipotentē & permanentē sapientiam. Habes ergo etiam bonā, quia scriptū est: Sapientiā aūt non uincit malicia. Sed ad propositum reuertamur. Q̄ inscrutabilia sunt, inquit, iudicia eius. Si igitur omne iudicium pater dedit filio, filius uidetur declarare qui iudicat. Deniq; ut scias quod nō de patre, sed de filio dicit, addidit: Quis prior, inquit, dedit illi. Dedit etiā pater filio, sed dedit iure generationis, nō munere largitatis. Et ideo qd' negari non
Matt.11. potest, à patre accepisse filiū, secūdum quod scriptum est: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Dicendo tñ, quis prior dedit illi, nō accepisse per naturā à patre filium denegauit, sed priorem nō posse dici inter patrē & filium declarauit, quia & si pater dedit filio, nō tamen quasi posteriori dedit, quia increata & inæstimabilis trinitas, quæ unius est æternitatis & gloriæ, nec tempus nec gradum uel posterioris recipit uel prioris. Quod si græcos magis codices sequendos putamus, quia habent

τίς προέδωκεν αὐτῷ. *Sic habet locus apud Esaiam Cap. 40. & item apud Paulum. Ambrosium tamē legisse uide-*

uides quoniam cui nihil addi potest, non dispar à pleno est. Ergo si filio magis conuenit hoc totum apostolicum capitulū, uidemus & de filio esse credendum, quia ex ipso omnia, sicut scriptum est: Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Esto tñ de patre dictum putent. Itaq; meminerimus qd' sicut ex ipso legimus omnia, ita etiā per ipsum omnia, in uniuersitatē quippe totius creaturæ patris & filij profutura autoritas. At licet superius omnipotentē filium paterno pbauerimus exēplo, tñ quod illis derogare studiū est, cōsiderent quod & patri derogent. Si em̄ infirmus filius, qa p ipsum omnia, nunquid & infirmus pater, quia & per

A per patrem omnia? Sed ut agnoscāt nullam discretionem inter hæc esse, uerum demonstrabo, eiusdem esse ex quo aliquid, & per quem aliquid, & ostendam utrunq; de patre lectum. Sic enim habemus: Fidelis deus per quem uocati estis in cōmunionem filij eius. Quid Apostoli dixerint, cōsiderent. Per patrem uocamur, & nihil est quæstionis. Per filium creamur, & hoc uilius æstimabimus. Patrem in communionem filij uocauit, & religiose hoc sicut debemus accipimus: filius omnia creauit, & putant nō liberæ esse potestatis arbitrium, sed coactæ atque seruilis operationis obsequium. Vt autem agnoscas plenius nihil distare inter patris & filij potestatem, cum per patrem in communionem filij eius uocemur, ex filio ipsa est communio, si cut scriptū est: Quoniā de plenitudine eius nos omnes accepimus, licet secundū græcum euangelium, ex plenitudine eius & intelligere debeamus. Ecce & per patrem cōmunio, & ex filio communio, sed non discrepans, sed una communio. Sicut idē Iohannes in epistola sua dixit: Et cōmunicatio sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Accipite etiam quod non solum ex patre & filio, sed etiam ex spiritusancto unā nobis cōmunionem scriptura memorauit. Gratia, inquit, domini nostri Iesu Christi & charitas dei, & communicatio sanctispiritus cum omnibus uobis. Quæro autem in quo minor uideatur is per quem omnia, quàm is ex quo omnia? an quod operator asseritur? Sed operatur & pater, quia uerus est qui dixit: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Sicut igitur pater operatur, operatur & filius. Non ergo operator infirmus aut uilis est, quoniam operatur & pater, & ideo quod com
B munio est filio cum patre, uel propter patrem inferiore loco accipi nō oportet, ne patri potius in filio ab hæreticis derogetur. Nec mediocre illud quod alibi etiam idem sanctus Ioannes ad refellēdas Arrianæ perfidiæ quæstiones ait: Scitis quoniam iustus est, scitote quoniam qui fecit iusticiam ex ipso natus est. Iustus autem quis nisi dominus qui iusticias dilexit, aut quem sicut superiora indicāt repromissionem uitæ habemus? Si igitur filius dei uitam nobis promisit æternam, & ipse iustus est, & ex ipso utique nati sumus: Aut si ex filio nos per gratiam natos negant, nec iustum filiū confitentē. Credas igitur necesse est etiam ex dei filio omnia, quia omnium sicut deus pater, ita & filius & autor est & creator. Videmus ergo inanē esse hāc quæstionē, cū & de filio credi cōueniat, qm̄ ex ipso, & per ipsū, & in ipso sunt oīa. Diximus Rom.11.
q̄q ex ipso, quō etiā per ipsum. In ipso aūt oīa esse qs dubiter, cū alibi scriptū sit: Col.1.
Qm̄ in ipso cōdita sunt oīa in cœlis, & in ipso creata sunt, & ipse est añ oīes, & oīa in ipso cōstāt. Habes ergo ex ipso gratiā, ipsū opatorē, in ipso oīiū firmamētū.

De dissolutione obiectionis quam ex hoc faciunt quod à dño dictū legit,

Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Cap. VII.

ILLVD q̄q ad separandā patris & filij diuinitatē obijcere cōsueuerūt, qd' dñs dixit in euāgelio: Ego sū uitis uera, & pater meus agricola est, agricolā Ioan.15.
& uitē diuersæ dicētes esse naturæ, & uitē esse in agricolæ potestate. Sic ergo uultis esse filiū secūdū diuinitatē, sicut uitis ē, ut sine cultore nihil ualeat, q̄ possit deseri uel recidi, et ex litera calūniā cōpatis, q̄ dñs uitē se esse dixit, incarnatiōis suæ significās sacrāmētū. Tñ si placet ut ex litera argumētemur, fateor & ego, imo pfiteor q̄ uitē se filius noīauit. Væ.n. mihi si sacramētū salutis publice derogauero. Quō ergo uultis accipe q̄ se uitē dei filius noīauit? Si secūdū diuinā substātiā dictū accipitis, & sicut inter agricolā & uitē, ita etiā inter patrē & filium diuinitatis creditis esse

tur Θεοτόκον xp̄m quē dicit, cui nihil addi potest. Et eandē lectionē in dicabāt quali acūq; uestigia græcorū ecclesiarū. Quā q̄ quod nobis tradidit ædi tio Aldina, nec consentit cūeo qd' uertit Hieron. nec cū eo qd' ædi tū est, nomine Sept. Latine,

1.Ioan.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C distantiam,geminam filio,geminam patri facitis iniuriam.Filio, quia ſi ſecundum diuinitatem inferior eſt q̄ agricola,inferior etiam Paulo Apoſtolo,noſtra aſſertio ne neceſſe eſt æſtimetur,quia Paulus agricolam ſe eſſe dixit,ſicut habes:Ego plan/ taui,Apollo rigauit,deus aũt incrementum dedit.Num ergo uultis,ut Paulus me/ lior ſit dei filio? Habetis unam iniuriam.Alteram,quia ſecundũ ſubſtantiam gene rationis æternæ uitis eſt filius,cum dixerit: Ego ſum uitis, uos palmites eſtis,unius nobiſcum etiam illa diuina generatio uidebit̃ eſſe ſubſtãtiæ. Sed quis ſimilis tui in
Pſal.88. dñs dñe,ſicut ſcriptum eſt.Et rurſus in pſalmo:Quoniam quis in nubibus æquabi tur domino? aut quis ſimilis erit domino inter filios dei? Nec tamen ſoli filio dero gatis,ſed etiam patri. Nam ſi in agricolæ nomine omnis paternæ prærogatiua eſt poteſtatis, cum etiam Paulus agricola ſit, patri utiq; (cui filium negatis æqualem)
1.Cor.3. apoſtolũ cõparatis. Denicq; cum ſcriptum ſit: Sed neq; qui plantat eſt quicquam, neq; qui rigat, ſed qui dat incremẽtum deus, in eo nomine uos ſummam paternæ maieſtatis locabitis,quod uidetis infirmum. Si enim qui plantat & qui rigat nihil eſt, ſed qui dat incrementum deus: uidete quid ueſtra aſſerere moliatur impietas, ut & pater nomine ſit contemnendus agricolæ, & deus incrementum paterno ope ri qui tribuat requirendus. Impie igitur ex nomine agricolæ dei patris præferendã æſtimant poteſtatem,in quo ſit patri deo cum homine appellationis cõmune con ſortium.Quid autem egregium ſi ei, ut uultis hæretici, filio præferat̃,cuius diuina ſubſtantia ab humana conditione non diſcrepet? Nam ſi uitem filium ſecundum
D diuinam ſubſtantiam appellatum putatis, nõ ſolum corruptelæ incertiſq; ẽ'emen torum obnoxium iudicatis,ſed etiam humanæ tantummodo conſortem naturæ,ſi cut uites & palmites,ut non per incarnationis ſacramentũ dei filius aſſumpſiſſe ui/ deatur,ſed principium ſumpſiſſe de carne.Ego autem dicam planè, carnem eius li/ cet nouo generationis myſterio,unius tamen naturæ fuiſſe nobiſcum,& hoc ſalutis ſacramentum eſſe,non diuinæ generationis exordium. Vitis enim eſt qui meas ſu/ ſtinet paſſiones,quandoquidem in illo nixa fragilis prius humana conditio ſecun/ dis rediuiuæ fructibus pietatis adoleuit. Veruntamen ſi te pompa delectat agrico
Hiere.11. læ, dicas uelim quis ille ſit qui locutus ſit in prophetã: Domine notum mihi fecit ſciam,tunc uidi cogitationes eorum.Ego ut agnus ductus ſum innocens ad immo landum & neſciebam, aduerſum me cogitauerunt conſilium dicentes: Venite mit/ tamus lignum in panem eius. Si enim filius incarnationis futuræ loquitur ſacra/ mentum,quod impium eſt ut de patre credas,filius eſt utiq; qui dixit: Ego planta/ ui te uitem fructiferam,quomodo conuerſa es in amaritudinem uitis alienæ. Itaq; & filium uides eſſe agricolam,unius nominis cum patre,unius operis, unius digni/ tatis atq; ſubſtantiæ.Ergo ſi agricola & uitis eſt filius,uitem utiq; ſecundum incar/ nationis accepimus ſacramentum.Sed non ſolum ſe eſſe uitem dixit,ſed etiam bo/ trionem uoce prophetica nuncupauit,tunc quando ad uallem botrionis explorato res Moyſes iuſſu dñi direxit.Quæ eſt illa uallis niſi humilitas incarnationis & ſœ/ cunditas paſſionis? Et puto botrionem ideo dictum,quia ex uinea illa tranſlata ex Ægypto,hoc eſt,ex familia Iudæorum,utilis mundo fructus emicuit? Nemo certe botrionem poteſt ad generationem referre diuinam,aut qui refert aliud nihil relin quit,niſi ut botrionem illum natum ex uite credamus.Itaq; aſcribit inſipiens patri, quod reprehẽdit in filio. Verũ ſi iam dubitari non põt q̄ uitis ſecundũ incarnatio

nem

A nem dei filius nominatus ſit, uidetis ſecundum quod **ad ſacramentum dominus** ſit locutus,quoniam pater maior eſt me. Nam cũ hoc in ſuperioribus dixerit,cõtinuo *Ioan.14.* ſubiecit:Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt, ut agnoſceres ſecundũ id pa trem eſſe maiorẽ,quia ſicut agricola uiti,ita pater dominicæ carnis eſt cultor,quæ & augeri potuit per pietatem, & paſſionem recidi,ut omne genus ab æſtu ſecularium noxio uoluptatum,diffuſæ ſalutaribus brachijs crucis umbra uelaret.

CAPITA LIBRI QVINTI.

De intentione autoris & tranſitu ad hunc quintum librũ.Et qua ratione quinq; libros de patris ac filij & ſpirituſſancti inſeparabili diuinitate digeſſerit.De poſtula tione quoq; ueniæ ſi quos prolixitas huiuſce ſermonis offenderit, cum excuſatione ſui,& miniſtrorum dei inæqualitate atq; commendatione. Caput I.

De ampla ac diſerta cõfutatione impiorũ Arrianorum dicentiũ Chriſtum à ſo/ lo & uero deo ſeparatum, per rationes & teſtimonia ſcripturarum ,quibus cuidẽter cõprobatur quod cũ de deo ſolus legitur, æquaq̃ à patre filius ſeparet̃. Cap. II.

De ſolutione obiectiõis qua argui poteſt inæqualitas patris & filij ex hoc quod filius deũ patrem adorare legitur.De ſolutione quoq; atq; cõfutatione obiectionis Arrianorum qua probare conantur diſſimilitudinẽ patris & filij ex reſponſione e/ iuſdem filij data ad ea quæ mater filiorum Zebedæi poſtulabat. Caput III.

De redargutione eorum qui unitatem in diuinitate negare cupiẽtes , extenuare ſtudent patris & filij charitatẽ ex hoc quod ſcriptũ eſt:Et dilexiſti eos, ſicut & me di lexiſti.Quomodo etiam intelligẽdum ſit quod filius miſſus dicitur, & quemadmo
B dum dominum dicat,quem patrem nouit cum diuerſorum hæreticorum condem/ natione qui ex falſa ſuperiorum intelligentia errauerunt. Caput IIII.

De confutatione Arrianorũ qui ideo aliam patris, aliam filij,aliam ſpirituſſan/ cti dicunt eſſe poteſtatem,quia ſcriptũ ſit: Ite docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpirituſſancti , ex uerborum ordine differentiam diuinæ poteſtatis facientes . Qui præterea idcirco negant in Chriſtũ eſſe credendum quod ſcriptum ſit:Qui credit in me,non credit in me, ſed in eum qui me miſit. Cap. V.

Quod non debeamus deducere filiũ in hanc humilitatẽ, ut niſi quæ audierit,fa/ cere aut loqui neſciat,cũ Arrianorũ confutatione . Et unde maxime unitatẽ diuinæ maieſtatis intelligere poſſimus . Quibus etiã rationibus dei filius creatura dici non poſſit. Caput VI.

Quemadmodum intelligere debeamus filiũ eſſe ſubiectũ patri,cũ hæreticorum condemnatione . Quomodo etiam non ſolus deus pater filio, ſed & filius ipſe ſibi ſubiecerit omnia.Et qua de cauſa filius ſubiectus ſit in nobis. Quodq; eadẽ ſit cha/ ritas dei patris & Chriſti. Quod præterea nihil ſit quod diuinitas ſempiterna non poſſit,nihil quod lateat ueritatem,fallat iuſticiam,prætereat ſapientiã. Caput VII.

De condemnatione execrabilium Arrianorum dicẽtium quod dei filius neſciat tempora & annos,argumentorumq; ſuorum deſtructione , cum finali & cõcluſiua cõfutatione erroris eorundem,quo aſſerũt filiũ eſſe minorem patre. Cap. VIII.

De humili ac deuota autoris ad deũ patrẽ cõuerſione rectæq; fidei cõfeſſione, cũ diſertiſſima huius operis cõcluſione,ad laudẽ & gloriã inæſtimabilis, inenarrabi lis,incircũſcriptæ & immenſæ ac ſanctiſſimæ trinitatis,perfidiſſimorũq; Arrianorũ confuſionem & damnationem. Cap. IX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AMBROSII ME

DIOLANENSIS EPISCOPI DE FIDE AD Gratianum Augustum. Liber Quintus.

De intentione autoris & transitu ad hunc quintum librum. Et qua ratione quinq; libros de patris & filij & spiritussancti inseparabili diuinitate digesserit. De postulatione quoq; ueniæ si quos prolixitas huiusce sermonis offenderit, cum excusatione sui & ministrorum dei inæqualitate atq; commendatione. Caput. I.

Matt.24. VIS nam est fidelis seruus & prudẽs quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore cibũ? Beatus ille seruus quem ueniens dominus eius inuenerit sic faciẽtem. Non uilis hic seruus est. Magnus aliquis esse debet. Quis sit iste cõsideremus. Est Petrus ipsius domini ad pascendum gregem electus iudicio, qui tertio meretur audire: Pasce agniculos meos, pasce agnos, pasce ouiculas meas. Itaq; pascendo bene cibo fidei gregem Christi, culpam lapsus prioris aboleuit. Et ideo tertio admonetur ut pascat, tertio utrũ dominum diligat, interrogatur, ut quem tertio ante crucem negauerat, tertio fateretur. Beatus & ille seruus qui potest dicere: Lac uobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis. Nouit enim quos quẽadmodum pascat. Quis enim nostrum hoc facere potest? Quis nostrum potest uere dicere: Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciam? Et tamen ille tãtus ad curam gregis electus à Christo, qui sanaret infirmos, curaret inualidos, hæreticum à cõmisso sibi ouili statim post unã correptionem repellit, ne unius erraticæ ouis scabies serpenti ulcere totum gregem contaminet. Iubet præterea stultas quæstiones & contentiones esse uitandas. Quid igitur nos agemus, inter messis antiquæ noua zizania, imprudentes accolæ constituti? Si taceamus, credere uidebimur. Si cõtendamus, uerendum est ne nos quoq; iudicemur esse carnales. Scriptum est enim de hmõi quæstionibus, quod generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia docentẽ eos qui resistunt. Et alibi: Siquis contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei. Eoq; scribere aliquid sententiæ fuit, ut sine strepitu aliquo impietati hæreticorum per nostra scripta respondeamus. Quintum itaq; imperator Auguste hunc librum paramus ordiri. Nam & quartum librum oportuit in illa uitis disputatiõe finiri, ne coaceruasse magis librum eundem quodam uideremur quæstionum tumultu, cũ fructu spiritalis uineæ repleuisse, nec inconsummatã fidei uindemiam tantis adhuc superfluentibus disputationibus decuit derelinqui. Quinq; igitur libros de patris ac filij & spiritussancti inseparabili diuinitate digerimus, sequestrata interim plenjore disputatione de spiritusancto, prouocati magisterio euangelicæ lectionis, ut credita nobis quinq; fidei talenta quasi quadam horum quinq; sorte librorum humanis fœneremur affectibus, ne forte cum uenerit dominus, & inuenerit in terram absconditam

Ioh.21

D

1.Cor.9.

2.Tim.2.

1.Cor.11.

A pecuniam suam, dicat mihi: Serue male & piger, sciebas quod meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi, oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, & ueniens ego recepissem quod meum est. Aut quemadmodum in alio libro est: Et ego, inquit, ueniẽs cum usuris uticq; exegissem. Date ergo ueniã si quos prolixioris huiusce sermonis offendit audacia. Officij contemplatio cogit credere quod accepimus. Dispensatores sumus mysteriorum cœlestium. Ministri sumus, non ex æquo omnes, sed unicuiq;, inquit, sicut dominus dedit. Ego plãtaui, Apollo rigauit, sed dominus incrementum dedit. Vnusquisq; igitur enitatur ut mercedem possit accipere secundum suum laborem. Dei enim sumus, ut Apostolus ait, cooperarij, dei cultura, dei ædificatio. Beatus itaq; ille qui tales fœnoris sui cernit usuras. Beatus & ille qui fructus sui operis intuetur. Beatus quoq; qui superædificat supra fundamentum fidei aurum, argentum, lapides pretiosos. Vos nobis estis omnia qui hæc auditis & legitis. Vos fœneratores usuræ, uerbi usuræ, non pecuniæ. Vos agricolæ reditus. Vos ædificatores, aurum, argentum, lapidesq; pretiosos superædificantes. In uestris meritis sacerdotalis summa laboris est. In uestris animis fructus episcopalis operis enitescit. In uestris profectibus, aurũ domini refulget, multiplicatur argentum, si eloquia diuina teneamus. Eloquia enim domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Vos ergo facietis fœneratorem diuitem, agricolam fructuosum. Vos peritum probabitis architectum. Non arroganter dico quod tam mea sunt quàm uestra quæ uoueo. O

B si mihi liceat secure de uobis tunc temporis dicere: Domine quinq; talenta mihi dedisti, ecce alia quinq; lucratus sum, & ostendere uestrarum talenta pretiosa uirtutũ. Habemus enim thesaurum in uasis fictilibus. Hæc sunt talenta quæ habet dominus spiritaliter fœnerari. Aut duo æra noui & uereris testamenti, quæ spoliato illi à latronibus samaritanus ille euangelicus ad curanda uulnera dereliquit. Neq; ergo fratres uoti auarus ideo opto hæc, ut super multa constituar. Satis est mihi præmium de uestro prouentu. Vtinam non indignus eo inueniar quod accepi, ea quæ sunt me maiora melioribus tribuendo, non exigo. Licet soleas domine dicere: Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Accipiat potestatem supra decem ciuitates qui meretur. Sit ille talis qualis Moyses qui legis decem uerba consumpsit. Sit ille Iesus Naue, qui subegit quinq; reges, & ciuitates in deditionem accepit, ut esset typus uenturum eius nominis uirum, cuius imperio corporales delitiæ uincerentur, conuerterentur gentes, ut fidem Iesu Christi magis quàm pristina studia sua & uota sequerentur. Sit ille Dauid, cui occurrerunt psallentes iuuenculæ, dicentes: Saul triumphauit in milibus, Dauid in decem milibus. Mihi satis est, si non in exteriores tenebras extrudar, quemadmodum ille qui commissum sibi talentum in terra quadam suæ carnis abscondit: Sicut principes synagogæ cæteriq; principes Iudæorum. Qui credita sibi eloquia dei, humo quadam sui corporis occuparunt. delitijsq; carnis intenti, quasi in quandã exaltati cordis foueã fœnus cœleste merserũt. Nos igit nõ intra latibula carnis absconditã dñi teneamus pecuniã uel mnam illam, sed tanq; boni in sudario reponamus nummularij, cum sudore quodã mẽtis & corporis æquo & parato semp libremur affectu, ut prope sit uerbũ in ore tuo & in corde tuo. Hoc uerbũ dei pretiosum est talentũ quo redimeris. Hæc est pecunia pro mensis animarum sæpe cernenda, ut frequenter agitando in omnẽ terram, bo-

Matt.25.

2.Cor.4.

Luc.10.

Matt.20

Iosue.10.

1.Reg.18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C norum ſonus factus ſit exire nummorũ, per quam uita partitur æterna. Hæc eſt au
tem uita æterna quam largiris omnipotẽs pater, ut cognoſcamus te ſolum uerum
deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

De ampla ac diſerta confutatione impiorum Arrianorum dicentium Chriſtum à ſolo & uero deo ſeparatum, per rationes & teſtimonia ſcripturarum, quibus euidenter comprobatur, quod cum de deo ſolus legitur, nequaquam à patre filius ſeparetur. Cap. II.

VNDE aduertãt Arriani quàm impij ſint qui de ſpe noſtra & uoto nobis faciunt quæſtiones. Et qm̃ hic præ cæteris uociferari ſolent dicẽtes: ſeparatum à ſolo & uero deo Chriſtũ, intellectus impios pro noſtris uiribus confutemus. Hoc em̃ loco magis intelligere debent, quod hæc utilitas, hæc merces eſt perfectæ uirtutis, hoc diuinum & incõparabile munus, ut cognoſcamus cum patre Chriſtũ, nec ſeparemus à patre filium, ſicut ſcriptura non ſeparat. Nanq; hoc magis ad unitatem, q̃ ad diſtantiam diuinæ proficit poteſtatis: Quod idem præmium unum honorẽ nobis dat patris filiiq; cognitio. Qm̃ mercedem habere non poterit, niſi qui & patrem cognouerit & filium. Sicut em̃ patris, ita filij cognitio uitam acquirit æternam. Itaq; ſicut in principio ſtatim uerbum cũ deo
Ioh.1. patre pia confeſſione iũxit euangeliſta dicẽs: Et uerbum erat apud deum, ita & hic
Ioh.17 ſcribendo uerba dñi: Vt cognoſcant te ſolum uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Cõiunctione illa, patrẽ utiq; copulauit & filium, ut Chriſtũ uerũ deum
D à maieſtate patris nemo ſecernat. Nunq̃ em̃ coniunctio ſeparat. Et ideo dicẽdo: Vt cognoſcãt te ſolum uerum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, & Sabellianos interfecit, & Iudæos excluſit: Eos utiq; qui audirent loquentem: Ne aut illi eundem patrem putarent eſſe quem filium, ſi non addidiſſet: et Chriſtum, aut iſti in patre filium ſepararent. Quæro aũt cur non ſic putent ſubaudiendum, & ex ſuperioribus colligendum, ut quod præmiſit, ſolum uerum deum patrem, ſubaudiamus etiam Ieſum Chriſtum ſolum uerum deum. Exprimendum enim alterũ non fuit, ne duos deos dicere uideretur. Nam neq; duos dicimus deos, & eiuſdẽ cũ patre diuinitatis filiũ confitemur. Itaq; quæramus qua rõne diuinitatis hic putẽt factam eſſe diſtantiam, utrum deũ negent Chriſtum? Sed negare non poſſunt. An uerum deum negent Chriſtũ? Sed dicãt, ſi uerũ negant, utrũ falſum an nuncupatiuum deũ iudicẽt. Nã ſecundũ ſcripturas, aut uerus deus eſt, aut tantũmodo nũcupatiuus, aut falſus. Verus ut pater, nuncupatiuus ut ſancti, falſus ut dæmones atq; ſimulacra. Dicant igit̃ qui filiũ dei confeſſione deſignent, utrũ falſo præreptũ dei nomẽ, an uero, quaſi nũcupatiuo, inſpiratiõe tm̃ diuinitatis nomẽ eſſe arbitremur? Falſo p̃reptum nomẽ nõ puto q̃ dicãt, ut apertiore ſe crimine impietatis inuoluant, ne ut dæmonijs & ſimulacris, ita etiã Chriſto falſo dei inditum nomẽ inſinuando ſe prodant. Sinautẽ ideo dictũ putant deũ, q̃ inſpirationẽ diuinitatis habuit, ſicut & ſancti dei multi uiri, eos enim ſcriptura deos dixit, ad quos ſermo fiebat dei: Ergo nõ ultra hoies deũ præferunt, ſed cõparandum hominibus arbitrant̃, ut hoc eũ putẽt eſſe quod homi
Exo.7. nibus ipſe donauit, dicẽs ad Moyſen: Poſui te in deum Pharaoni. Vñ & in pſalmo
Pſal.81. dictum eſt: Ego dixi dij eſtis. Et hãc tm̃ ſacrilegorũ opinionẽ Paulus excludit q̃ ait:
1.Cor.8. Nam & ſi ſunt qui dicant̃ dij, ſiue in cœlo ſiue in terra. Non dixit ſunt dij, ſed ſunt qui

A qui dicantur. Chriſtus aũt ſicut ſcriptum eſt, heri & hodie ipſe eſt. Eſt, inquit, nõ ſolum nomine, hoc eſt, ſed etiam ueritate. Et bene ſcriptum eſt: heri & hodie ipſe eſt, Heb.13
ut Arrij impietas aſtruendi ſacrilegij locum inuenire nõ poſſet. Qui cum legeret in pſalmo ſecundo, dicentem filio patrẽ: Filius meus es tu, ego hodie genui te, adnotauit hodie non heri, ad æternitatẽ diuinæ generationis referẽs, quod de carnis aſſumptione memoratum eſt. Sancto igitur ſpiritu repletus Apoſtolus, ut illam elideret ſcæuitatem, ait: Heri & hodie ipſe eſt, & in ſecula. Heri propter æternitatem, hodie propter corporis ſuſceptionẽ. Eſt ergo Chriſtus, & eſt ſemper. Qui em̃ ſemper eſt, eſt, Chriſtus aũt ſemper eſt, de quo dicit Moyſes: Qui eſt miſit me. Erat utiq; Ga- Exo.3.
briel, erat Raphael, erant angeli, ſed ſemper eſſe qui aliquando non fuerint, nequaquam pari ratione dicũtur. In Chriſto autem ſicut legimus non fuit eſt, & non, ſed eſt in illo fuit, unde uere dei ſolius eſt eſſe, qui ſemper eſt. Ergo & ſi nuncupatũ deum non audent dicere, & falſum eum dicere maioris eſt impietatis, reſtat ut deus uerus ſit, ueri patris, nõ diſſimilis, ſed æqualis. Qui cum & iuſtificet & ſanctificet quos uelit, non foris aſſumens, ſed in ſe habens ſanctificandi poteſtatem, quomodo nõ eſt uerus deus? Nam & Apoſtolus eum utiq; uerum deum dixit, qui naturaliter ue
rus deus eſſet, ſicut habes: Quia tunc, inquit, neſcientes deum, ſeruiſtis his qui natu Gal.4.
ra non erant dij, hoc eſt, qui ueri dij eſſe non poterant, quibus hoc naturaliter mini me ſuppetebat. Verum copioſe iam uerum deum Chriſtum in ſuperioribus libris ſcripturarum lectionibus approbauimus. Ergo ſi Chriſtus, ut edoctum eſt, deus
B uerus eſt, quæramus qua ratione, cum ſolum uerum deum patrem legunt, à patre filium cupiunt ſeparare? Si dicunt quod uerus ſolus deus pater eſt, negare nõ poſſunt, quod & filius ſolus deus ueritas eſt, & quod Chriſtus ueritas eſt. Nunquid ueritas uero minor eſt, cum ſecũdum appellationem nominum, uerus plerunq; à ueritate dicatur, ſapiens à ſapientia, iuſtus à iuſticia? Hoc nos inter patrem nõ ſentimus & filium, quodq; patri nihil deeſt, quod pater eſt uerax, & filius quod ueritas eſt, æqualis eſt uero. Vt ſciant aũt cum ſolum legunt nequaq̃ eſſe à patre filium ſeparandum, meminerint in prophetis à deo dictum: Ego extendi cœlum ſolus. Et
utiq; non extendit ſine filio pater. Ipſe enim filius qui ſapientia dei eſt dicit: Quan Prouer.8.
do parabat cœlum, cum ipſo aderam. Et Paulus de filio dictum eſſe confirmat: Ini- Heb.1.
tio terram tu fundaſti domine, & opera manum tuarum ſunt cœli. Siue ergo filius cœlum fecit, ſicut & Apoſtolus uoluit intelligi, & ipſe utiq; non ſine patre cœlum ſolus extendit. Siue ut in Prouerbijs habes: Deus in ſapientia fundauit terram, para Prou.3.
uit autem cœlos in intellectu, oſtenditur quod nec pater ſolus ſine filio cœlos fecit, nec ſine patre filius, & tamẽ qui cœlum extendit ſolus deus eſt. Quàm uero & de filio aperte intelligendum ſit, quod ſolus appelletur, & ſi nunquã inſcio patre aliquid feciſſe credatur, etiã alibi habes ubi ſcriptum eſt: Extendens cœlum ſolus, & ambu- Iob.9.
lans quaſi in pauimẽto ſuper mare. Nãq; euangelium dñi docuit nos, quod in mari non pater, ſed filius ambulauit, quãdo Petrus rogauit eum dicens: Domine iube Matt.14.
me uenire ad te. Sed etiã prophetia ipſa documento eſt. Sanctus em̃ Iob aduentũ domini prophetabat, de quo uere dixit, quod magnũ cetum erat debellaturus, & factum eſt. Nam feralem illum cetum, zabulum ſcilicet ultimis temporibus uenerabilis corporis ſui paſſiõe proſtratum perculit & afflixit. Eſt ergo ſolus & uere dei filius. Hæc em̃ & filio prærogatiua defertur. De nullo em̃ qui creatus eſt, proprie dici

Universidad de Deusto
Biblioteca

C poteſt quod ſolus. Nam cui ineſt cõmunitas creaturæ, quemadmodum quaſi ſolus poteſt à cæteris ſeparari? Itaq; hõ rationabilis uidet inter omnia terrena animantia, ſed tñ non eſt ſolus rationabilis. Scimus eñ rationabilia eſſe & cœleſtia opera dei, angelos & archangelos rationabiles cõfitemur. Si ergo angeli rationabiles, nõ utiq; ſolus rationabilis homo dicitur. Sed dicunt ſolum dici poſſe ſolem, quia ſol alter non eſt. Sed & ipſe ſol habet cõmunia multa cum ſtellis, quod percurrit cœlum, quod æthereæ illius cœleſtisq; ſubſtãtiæ eſt, quod creatura eſt, quod in omnia dei opera cõputatur, quod cũ omnibus deo ſeruit, cum omnibus benedicit deum, cum omnibus laudat. Non ergo ſolus proprie dicitur, quod nec à cæteris ſeparat. Itaq; cũ patris & filij ſpiritusq; ſancti diuinitati, quæ ſola non inter omnia, ſed ſuper omnia eſt, nulla poſſit creatura conferri (ut de ſpiritu interim aſſertio reſeruet) ſicut pater dicitur ſolus deus uerus, cui nihil cõmune cum cæteris, ita etiã ſolus eſt filius imago ueri dei, ſolus dextra patris, ſolus uirtus dei atq; ſapiẽtia. Solus ergo filius facit
Ioan.14. ſicut & pater, quia ſcriptum eſt: Quæcũq; facio ipſe facit. Cum eñ unum opus ſit patris & filij, bene de patre & filio dicit, quod deus ſolus operatus eſt, unde etiam cum creatorem dicimus & patrem & filium confitemur. Nam utiq; cum Paulus diceret: Qui ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori, nec patrem creatorem negauit ex quo omnia, nec filium per quẽ omnia. A quo alienum utiq; non uidetur, quod ſcri
1.Tim.6. ptum eſt: Quod ſolus habet immortalitatem. Quomodo eñ immortalitatẽ nõ habet, qui uitam habet in ſemetipſo? Habet utiq; in natura, habet in ſubſtãtia, & habet nõ per gratiam temporalem, ſed per ſempiternam diuinitatem, habet nõ ex dono quaſi ſeruus, ſed ex generatiõis proprietate quaſi filius coæternus. Et habẽt ſicut
D pater. Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo, ita & filio dedit uitam habere in ſemetipſo, ſicut habet, inquit, ſic dedit. Didiciſti ſupra quẽadmodum dederit, ne putares eſſe gratiæ largitatem, ubi generationis arcanum eſt. Cum ergo inter patrem & filium uitæ nulla diſtãtia ſit, quemadmodum quod immortalitatẽ ſolus habeat pater, filius non habeat, æſtimari poteſt? Vnde intelligant ne hoc loco à ſolo uero deo patre filium ſeparandũ, quia probare nõ poſſunt, q; ſolus & uerus dei filius nõ ſit, cum præſertim & hic aut ſubaudiatur ut diximus, & Chriſtum ſolum uerũ deũ eſſe, Aut certe aliud ad diuinitatem patris & filij, aliud ad incarnationem Chriſti relatum intelligendum ſit, quia nõ eſt perfecta cognitio niſi eius qui & ſecundũ æternitatem unigenitum deum uerum dei filium Ieſum Chriſtum, & ſecundũ carnẽ generatum ex uirgine confiteatur. Quod alibi hic ipſe euangeliſta nos docuit dicens:
1.Ioan.4. Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne ueniſſe, de deo eſt. Denicq; q̃ non alienum ſit etiam incarnationis hoc loco intelligere ſacramentũ, docet nos
Ioan.17. ipſius ſeries lectionis. Sic eñ habes: Pater uenit hora, clarifica filium tuũ, utiq; cum & horam ueniſſe cõmemoret, & clarificari petat, quomõ niſi ſecũdum carnis aſſumptionem locutum eum cõuenit æſtimari? Nam nec ulla ſibi temporum præſcripta momenta diuinitatis habet, nec clarificatione indiget lumẽ æternũ. Ergo in ſolo uero deo patre, & filium dei ſolum uerum ſecundũ diuinitatis intelligimus unitatẽ, & in Ieſu Chriſti nomine, quod ex uirgine natus accepit, incarnationis agnoſcimus ſacramentum. Quod ſi cũ ſolum deum legunt patrem, filium cupiunt ſeparare, ergo cum de filij incarnatione legunt: Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli, Et infra: Non eſt aliud nomẽ ſub cœlo datũ hominibus

A minibus, in quo oportet uos ſaluos fieri, patrem æſtimant ab impertiendæ uobis ſalutis beneficio ſeparandum. Sed neq; ſine patre ſalus, neq; uita æterna ſine filio. Sed aſſerunt Arriani ſolum uerum deum ſicut patrem, ita & filium dicitis, & unius ſubſtantiæ patrem & filium confitemini: non unum deum, ſed duos deos inducitis, quia qui unius ſubſtantiæ ſunt, non unus deus, ſed duo dij uidentur, ſicut duo homines, aut duæ oues pluresue dicuntur, homo autem & ouis, nec duo homines dicuntur, nec duæ oues, ſed unus homo & una ouis. Hæc Arriani dicunt, & hac diſputatione uerſuta ſimpliciores capere nituntur. Tamen ſi legimus ſcripturas diuinas, inueniemus pluralitatem in ea cadere, quæ diuerſæ diſcretæq; ſubſtantiæ ſunt, hoc eſt, ἑτερούσια. Idcq; in Salomonis libris habemus expreſſum, eo loco ſcilicet in
Prouer.30. quo dicit tria ſunt impoſſibilia intelligere, & quartum non agnoſco. Veſtigia aquilæ uolantis, & uiam ſerpentis ſupra petram, & ſemitas nauis nauigantis, & uias uiri in iuuentute. Vtiq; aquila & nauis & ſerpens unius non ſunt generis atq; naturæ, ſed differentis diſcretæq; ſubſtãtiæ, & tamen tria ſunt. Contra ſe igitur ſua eſſe intelligant argumenta teſtimonijs ſcripturarum. Itaq; dicendo, patris & filij diſcretam eſſe ſubſtantiam, differentemq; deitatem, duos utiq; ipſi deos aſſerunt. Nos autem cum patrem confitemur, & filium aſſerendo: tamen unius eſſe diuinitatis, non duos deos, ſed unum deum dicimus. Et hoc dominicis eloquijs approbamus, quia ibi plures ſunt, ubi aut naturæ aut uoluntatum & operationum eſt differentia. Denicq; ut ſuis ſibi teſtimonijs reuincantur, duo homines dicuntur, quia licet
B unius naturæ ſint iure naſcendi, tamen & tempore & cogitatione & opere & loco diſtãt, & ideo non poteſt unus homo dici in ſignificatione & numero dierum, quia non eſt unitas, ubi eſt diuerſitas, unus autem deus dicitur, & patris & filij ac ſpiritusſancti gloria & plenitudo ſignatur. Denicq; tanta ueritas unitatis eſt, ut etiam quando natura ſola generationis aut carnis ſignificatur humanæ, & unus homo de multis dicatur, ſic habes: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi
Pſal.117. homo, id eſt, non una perſona hominis, ſed una caro & una fragilitas generationis humanæ. Et addidit: Bonum eſt ſperare in domino quàm ſperare in homine. Nec hic utiq; ſpecialem hominem, ſed generalem conditionem deſignauit. Denicq; ſtatim ſubiecit de pluribus: Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in principibus. Sed ubi homo dicitur, naturæ interdum, ut ſupra diximus, communis inter omnes unitas ſignificatur, ubi principes uariarum quædam differentia poteſtatum eſt. Sed inter homines aut in hominibus unius alicuius rei unitas eſt, aut charitatis, aut cupiditatis, aut carnis, aut deuotionis & fidei. Generalis autem unitas, & quæ in ſe ſecundum diuinitatis gloriam complectatur omnia, ſolius eſt patris & filij & ſpirituſſancti. Vnde & dominus cum diuerſitatem inter ſe hominum deſignaret, quod nihil habent inter ſe quod poſſit ad unitatem indiuiduæ ſubſtantiæ pertinere: In lege ueſtra, inquit, ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimonium
Ioan.8 uerum eſt. Et cum præmiſiſſet, duorum teſtimonium uerum eſt, ubi uenit ad ſuum & patris teſtimonium, non dixit, uerum eſt teſtimonium noſtrum, quod duorum deorum teſtimonium eſt, ſed ego, inquit, ſum qui teſtimoniũ perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater. Supra quoq; ſimiliter ait: Et ſi iudico ego, iudicium meum iuſtum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater. Itaq; & infra & ſupra patrem ſignauit & filium, & pluralitatẽ non admiſcuit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nec diuinæ unitatem ſubſtantiæ ſeparauit. Euidens igitur,quia quod unius ſubſtantiæ,ſeparari non poteſt,& ſi non ſit ſingularitatis,ſed unitatis.Singularitatem hanc dico, quæ græce μονότης dicitur. Singularitas ad perſonam pertinet, unitas ad naturam.Ea uero quæ diuerſæ ſubſtantiæ ſunt,non ſolum unum,ſed etiam per plura dici ſolere, licet etiam ex prophetico claruerit teſtimonio, expreſſius tamen
2.Cor.8. ipſe Apoſtolus declarauit dicens: Nam &ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo ſiue in terra. Vides igitur quod hi qui ex diuerſis ſubſtantijs ſunt,& non ex unius ueritate naturæ, dij appellantur. Pater autem & filius quia unius ſubſtantiæ ſunt, non duo dij,ſed unus deus. Pater ex quo omnia, & unus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Vnus,inquit,deus pater & unus dominus Ieſus. Et ſupra: Vnus deus non duo. Et infra: Vnus dominus & non duo, pluralitas ergo excluditur non unitas ſequeſtratur.Sed quemadmodum cum legimus dominum Ieſum, nec patrem,ut ſupra diximus,à dominationis iure ſecernimus,quod ei cõmune cum filio eſt: ita dum legimus ſolum uerum deum patrem,nec filium à ſolius ueri dei poſſumus ſeparare, quod ei commune cum patre eſt: Aut dicant quid aliud ſentiant, quidúe arbitrentur, cum legimus: Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, utrum Chriſtum non adorandum, & Chriſto non æſtiment ſeruiendum? Quod ſi illa quæ adorauit eum Chananæa impetrare meruit, quod poposcit, Et Paulus Apoſtolus,q ſeruũ ſe Chriſti prima ſcriptorum ſuorum præfatione profitetur,apoſtolus eſſe meruit,non ab hominibus neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum:dicant quod arbitrentur ſequendum: utrum cum Arrio malint ſibi ſocietatem eſſe perfidiæ, ut ſolum & uerum deum Chriſtum negando oſtendant,
D quod nec adorandum eum, nec ſeruiendum ei iudicent: An uero conſortium malint habere cum Paulo,qui ſeruiendo atq; adorando etiam Chriſtum, utiq; ſolum uerum deum uoce affectuq; non diffitebatur, quem pio ſeruitio fatebatur.

De ſolutione obiectionis qua argui poteſt inæqualitas patris & filij ex hoc quod filius deum patrem adorare legitur. De ſolutione quoq; atq; confutatione obiectionis Arrianorum qua probare conantur diſſimilitudinem patris & filij ex reſponſione eiuſdem filij data ad ea quæ mater filiorum Zebedæi poſtulabat. Caput. III.

Ioan.4 QVOD ſi quis dicat: Quoniam deum patrem adoret & filius, quia ſcriptum eſt: Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, conſideret quando & apud quem & cuius ſuſcepto loquatur affectu. Deniq; & in ſuperioribus non immerito præmiſſum eſt, quod Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat & à Samaritana bibere poſtulabat, quod ſecundum carnem hominis loquebatur. Nam ſecundum diuinitatem nec fatigari poterat nec ſitire. Deinde eũ Samaritana quaſi Iudæũ appellaret,& prophetã putaret,quaſi iudæus qui ſpiritaliter myſteria legis doceret, reſpondit dicens: Vos adoratis quod neſcitis,nos adoramus quod ſcimus. Et ut oſtenderet quod ſecundum incarnationem reſponderat, addidit: Quod ſalus ex Iudæis eſt. Sed ſtatim poſt hoc ſequeſtrauit hominis affectum,dicens: Veniet,inquit, hora & nunc eſt,quando ueri adoratores adorabunt patrem. Non dixit adorabimus. Quod utiq; dixiſſet ſi conſortium noſtri ſubiret obſequij. Verũ cum legerimus,quod Maria adorauit eũ,intelli-
gere

A gere debemus quod non poteſt per eandem naturam & adorare quaſi ſeruus, & adorari quaſi dominus,ſed potius quod ut homo inter homines adorare dicitur, & quaſi dominus & filius adoratur.Multa ergo ſecundum incarnationis legimus & credimus ſacramentum.Sed in ipſa naturæ humanæ affectione, maieſtatem licet ſpectare diuinam.Fatigatur ex itinere Ieſus,ut reficiat fatigatos. Petit bibere,ſitientibus potum ſpiritalem daturus. Eſurit, cibos eſurientibus ſalutis traditurus, moritur uiuificaturus,ſepelitur reſurrecturus. Tremulo pendet in ligne, confirmaturus trementes. Cœlum caligine obducit, ut illuminet. Terras tremefacit, ut ſolidet.Maria conturbat,ut mitiget.Reſerat tumulos mortuorum,ut oſtendat domicilia eſſe uiuorum.Creatur ex uirgine,ut ex deo natus eſſe credatur.Neſcire ſe ſimulat,ut ſcire faciat neſcientes. Adorare quaſi iudeus dicitur, ut quaſi uerus dei filius adoretur.Quomodo,inquiunt,filius dei,ſolus uerus deus poteſt eſſe ſimilis patri, cum ipſe dixerit filijs Zebedæi: Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam uel ad ſiniſtram, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo? Hoc igitur ueſtræ differentiæ,ut uultis, non æqualitatis eſt argumentum,cum in eo magis uenerari domini clementiam, adorare gratiam debeatis, ſi tamen uirtutis atq; ſapientiæ dei profunda ſecreta poſſetis aduertere. Conſiderate enim quæ cum filijs perat, mater eſt utiq;, cui pro filiorum honore ſollicitæ immoderatior quidem,ſed tamen ignoſcenda menſura uotorum eſt. Atq; mater ætate longæua,ſtudio religioſa,ſolatio deſtituta, quæ tunc temporis quando uel
B iuuanda uel alenda foret ualidæ prolis auxilio,abeſſe ſibi liberos patiebatur,& uoluptati ſuæ,mercedem ſequentium Chriſtum prætulerat filiorum. Qui prima uoce uocati à domino,ut legimus,relictis retibus & patre ſequuti ſunt eum. Hæc igitur ſtudio maternæ ſedulitatis indulgentior,obſecrabat ſaluatorem dicens: Vt ſedeant hi duo filij mei,unus ad dexteram tuam,& alius ad ſiniſtram tuam in regno tuo. Etſi error, pietatis tamẽ error eſt, Neſciunt enim materna uiſcera patientiam: & ſi uoti auara,tamen uenerabilis cupiditas, quæ non pecuniæ eſt auida, ſed gratiæ. Nec inuerecunda petitio,quæ non ſibi,ſed liberis conſulebat. Matrem conſiderate,matrem cogitate. Sed nihil mirum ſi uilis uobis uidetur circa filios affectus parentum,quia etiam omnipotentis patris uilem putatis eſſe circa unigenitum filium charitatem. Dominus cœli atq; terrarum uerecundabatur (ut ſecundum aſſumptionem carnis & uirtutes animæ loquar) uerecundabatur inquam,& ut ipſius uerbo utar,confundebatur, matri pro filijs poſtulanti etiam ſuæ ſedis conſortium denegare. Vos æterni dei filium proprium,interdum pro miniſterio ſtare contenditis, interdum famulatorium,hoc eſt,non ex maieſtatis unitate,ſed ex patris præceptis,& uultis eius eſſe conſeſſum,& negatis hoc deo uero dei filio, quod ille homini quoquo modo noluit denegare. Conſiderabat enim matris dilectionem, quæ filiorũ ſtram ſuæ grandæuam lababatur ſenectam, & deſiderijs feſſa maternis,chariſſimorum ſe quorum tolerabat abſentiam. Conſiderate etiam fœminam, hoc eſt ſexum fragiliorem, quem dominus propria nondum confirmauerat paſſione. Conſiderate inquam Euæ illius primæ mulieris hæreditatem tranſfuſam,in omnes immoderatæ cupiditatis ſucceſſionem labentem,quam dominus adhuc proprio ſanguine non redemerat,nondum inolitam affectibus omnem immodici contra fas honoris appetentiam,ſuo Chriſtus cruore diluerat. Hæreditario igitur mulier delin-
Matt.20

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quebat errore. Et quid mirum si mater pro filiorū suorum (quod est tolerabilius cū
si ipsi) quādo etiam apostoli ipsi inter se, sicut legimus, de sui prælatione certabant?
Nō debuit igitur medicus omniū destitutā matrem, & ægram adhuc mentē, pudo
ris cōuitio sauciare, ne postulato sibi superius denegato quasi immoderatæ petitio
nis damnata, mœreret. Deniq; dñs qui honorandā sciret esse pietatē, nō mulieri sed
filijs eius respōdit dicens: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. Dicenti
bus autē illis: Possumus. Ait illis Iesus: Calicem quidē meum bibetis, sedere autē ad
dexteram meā uel ad siniſtram nō est meum dare uobis, sed quibus paratum est à
patre meo. Quàm patiens & clemēs dominus, cū alta sapiētia & bona charitas. Vo
lens em̄ ostendere quod nō perfunctoriam rem aliquam discipuli postularent, sed
etiam quā impetrare nō possent, prærogatiuā eius paternæ honorificentiæ reserua
Phil.2. uit, nō metuens, ne quid iuri proprio derogaret, qui nō rapinā arbitratus est esse se
Ioan.13 æqualem deo: simul diligens discipulos, quod sic habes: Vsq; in finē dilexit eos, no
luit his quos diligeret uideri quod peterent denegasse sanctus & bonus dñs, quod
mallet aliquid dissimulare de iure q̄ de charitate deponere. Charitas em̄ patiēs est,
benigna est, non æmulatur, nō inflatur, non quærit quæ sua sunt. Deniq; ut agno
Marc.10. scatis, non infirmitatis sed indulgentiæ esse quod dixit: Non est meū dare uobis,
ubi sine matre filij Zebedæi rogant, nihil de patre dixit. Sic em̄ habes: Nō est meū
dare uobis, sed quibus paratū est. Ita Marcus Euangelista posuit. Vbi uerō mater
Matt.20. pro filijs rogat, hoc est secundum Matthæum: Non est, inquit, meum dare uobis,
sed quibus paratum est à patre meo. Hic addidit, à patre meo, quia maiorem in-
D dulgentiam maternus poscebat affectus. Quod si putant, dicēdo q̄ibus paratum
est à patre meo, quod aut patri plus tribuit, aut sibi aliquid irrogauit, dicāt utrum
Ioan.5. & illic putent patri aliquid derogatum, quia dixit in euāgelio filius de patre: Pater
non iudicat quenquā. Quod si sacrilegum putamus dicere quod pater ita iudicium
detulit filio, ut ipse non habeat. Habet em̄, nec potest amittere quod habet natura
liter diuina maiestas: sacrilegum utiq; æstimare debemus, quod nō potest filius da
re quicquā, quod aut homines mereri possunt, aut quæuis accipere creatura, præser
tim cum ipse dixerit: Ego ad patrem uado, & quodcūq; ab eo petieritis in nomine
meo, hoc faciam. Si em̄ quod pater dare potest, filius non potest, mentita est ergo
ueritas. Non em̄ potest facere quicquam quod in nomine eius pater fuerit obsecra
tus. Nec enim ideo dixit: Quibus paratum est à patre meo, ut tantūmodo à patre
posceant. Nam omnia quæcunq; à patre fuerint postulata se donare memorauit.
Deniq; nō dixit: Quodcunq; à me petieritis hoc faciam, sed quodcunq; ab eo pe-
tieritis in nomine meo, hoc faciam. Quæro nunc, utrum possibile aliquid hu-
conditioni, aut alicui creaturæ, aut impossibile putent à Zebedæi cōiuge &c. ...
stulatum? Si possibile, quomodo ad siniſtram suam uel ad dexteram impertiendæ
apostolis sedis nō habuit potestatē, qui omnia fecit esse cum non erant? Aut quo-
modo non poterat iudicare de meritis hominum, cui pater dedit om... iudicium?
Notum est quemadmodum dederit. Nam quomodo quasi indigens accepit filius
qui omnia creauit ex nihilo? quorum igitur naturas fecerat, eorum iudicium nō ha
beat? dedit autem filio pater omne iudicium, ut omnes, inquit, honorificēt filium,
sicut honorificant patrem. Non igitur potentia filij, sed cognitio nostra proficit.
Neq; aliquid ad substantiam eius accedit, sed ad nostram utilitatem quod à no-
bis

A bis cognoscitur, ut cognoscendo dei filiū, uitam habeamus æternā. Cum aūt in co-
gnitione filij dei honor illius, noster nō illius sit profectus, si quis putat quod dei uir
tus illo honore cumulatur, necesse etiā deū patrē credat posse cumulari, quod & ipse
per cognitionem nostrā clarificatur sicut filius, Iuxta quod scriptum est, dicēte filio:
Ego te clarificaui super terram. Ergo si possibile aliquid erat, quod petebatur, in po Iohan. 17.
testate utiq; filij fuit. Sed tamen ostendāt qui possibile putant, quid de hominibus
aut cæteris creaturis, aut ad dexteram aut ad siniſtrā dei sedeat. Pater enim dicit fi-
lio: Sede ad dexteram meā, Itaq; si quis ad dexteram filio sedet, inter ipsum utique
& patrem, ut humano usu loquamur, filius medius reperitur. Nō ergo possibile ho
mini aliquid petebat, sed noluit dicere, cū homines sedere secū non possent. Siqui-
dem diuinam suam gloriam celare prinsq̄ resurgeret nō diuulgare cupiebat. Nam
cum supra inter famulos suos Moysen & Heliam apparuisset in gloria, monuerat
discipulos ne cui dicerent quod uidissent. Itaq; si possibile non hominibus erat uel
creaturis cæteris hoc mereri, nō debet uideri filius minus posse quod nō dedit apo
stolis, quod nec pater hominibus uel creaturis dedit. Aut dicant cui horum dederat
pater? Nō utiq; angelis, de quibus scriptura dicit: Quod omnes angeli stabāt in cir Apoca.7.
cuitu sedis. Deniq; & Gabriel se stare dixit, sicut habes: Ego sum Gabriel qui asto Luc.1.
ante deū: nō ergo angelis, nō senioribus qui adorāt sedentē, Illi enim nō supra sedē
maiestatis sedēt, sed ut dixit scriptura, in circuitu sedis. Sedes em̄ aliæ uiginti & qua Apoca.4.
tuor sunt, ut habes in Apocalypsi Iohannis: Et supra sedem uiginti quatuor senio-
B res sedentes. In Euangelio quoq; ipse dominus dicit: Cum sederit filius hominis in Matth.19.
sede maiestatis suæ, sedebitis & ipsi super sedes duodecim iudicantes duodecim tri
bus Israel. Non ergo sedis suæ dixit Apostolis dari posse cōsortium, sed alias illas
sedes esse duodecim, quas tamen non corporali confessu, sed pro successu spiritalis
gratiæ æstimare debemus. Deniq; in libro Regnorū dixit Micheas propheta: Vi- 3.Reg.22.
di dominum deum Israël sedētem super thronū suum, & omnis militia cœli stabat
circa eum ad dexteram eius & ad siniſtram. Quomodo igitur stantibus angelis ad
dexteram uel ad siniſtram domini dei, stante omni militia cœli, sedebunt homines
ad dexteram dei uel ad siniſtram, quibus pro uirtutibus præmia angelorum simili
tudo promittitur: sicut dominus dicit: Eritis sicut angeli in cœlo? Sicut angeli, inqt, Matt.22.
non plus quàm angeli. Si ergo nihil plus dedit pater quàm filius, nihil utique mi-
nus dedit filius quàm pater, nihil igitur minus filius potest quàm pater. Posito ta-
men possibili impetratu hominibus quod poscerēt, Quid est quod ait: Sedere aūt
ad dexteram meam uel ad siniſtram, non est meum dare uobis? Quid est meum? Matth.20.
Supra dixit: Calicem quidem meum bibetis, & infra posuit: non est meum dare uo-
bis, & supra meum, & infra meū dixit, non immutauit. Ergo superiora docent pro
pter quod dixerit. Rogatus enim à muliere quasi homo, ut ad dexteram uel ad sini
ſtram suam filios eius sedere pateretur, quia illa quasi hominem rogauerat, & do-
minus quasi tantummodo homo de sua passione respōdit: Potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum. Itaq; quod secūdum carnē de passione sui corporis loque
bat, demonstrare uoluit, quod secundū carnē subeundæ passionis nobis exēplū ac
similitudinē derelinqueret, secundū humanā aūt conditionem sedis supernæ cōsor
tia nō donaret. Hoc em̄ quod dixit, non est meum, Sicut alibi: Mea doctrina nō est Ioan.7.
mea: nō est em̄ inquit secundū carnē meā, qa quæ diuina sunt, nō sicut carnis eloqa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Indulgentiam aũt ſuam circa diſcipulos quos diligeret,quæ expreſſe reuelauit præ/
mittens: Calicem quidem meum bibetis. Etenim quod non debebat id dare quod
petierant,aliud propoſuit ut prius cõmemoraret quid ijs tribueret,quàm quid ne/
garet,quo magis æquitatem ſibi petitionis quàm ſtudium dominicæ libertatis in/
telligerent defuiſſe. Calicem quidem meũ bibetis, hoc eſt, paſſionem quidem quæ
carnis meæ eſt non negabo. Quod eñ humanæ aſſumptionis habeo,poteſtis imi/
tari,donaui uobis uictoriam paſſionis,hæreditatem crucis,ſedere autem ad dexte/
ram meam uel ſiniſtram,non eſt meum dare uobis. Non dixit, non eſt meum da/
re,ſed non eſt meum dare uobis,hoc eſt,nõ ſibi poteſtatem deeſſe aſſerens,ſed me/
ritum creatoris. Accipe aliter: Non eſt meũ dare uobis. Quid eſt,non eſt meũ? qui
ueni humilitatem docere, non eſt meum, qui ueni non miniſtrari, ſed miniſtrare,
non eſt meum,qui iuſticiam ſeruo,non grãtiam. Deniq; ad patrem referens,addi
Act.10. dit: Quibus paratum eſt,ut oſtenderent patrem quoq; nõ petitionibus deferre ſo/
lere,non meritis, quia deus perſonarum acceptor non eſt. Vnde & Apoſtolus ait:
Roma.8. Quos præſciuit & prædeſtinauit. Iure igitur reprehenditur mulier, quæ & impoſſi/
bilia & ſpeciali quodam priuilegio ab eo domino poſtulauit, quia ea quæ ſanctis
iudicauit eſſe donanda,non duobus apoſtolis, ſed omnibus diſcipulis, etiam ſine
Matt.19 cuiuſquam precatione, uoluntaria ſui largitate contulerit,ſicut ſcriptum eſt: Duo/
decim uos ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſraël. Ergo etiã ſi poſ/
ſibile putemus poſtulatum fuiſſe,calumniæ locus non eſt,tamen cum legerim ſera/
phin ſtare,quomodo poſſum quod homines ad dexteram uel ſiniſtram filio dei ſe
D deant arbitrari? Supra cherubin dominus ſedet,ſicut habes: Qui ſedes ſuper che/
rubin appare. Quomodo apoſtoli ſuper cherubin ſedebunt? Et hoc tamen colligo
Ioan.17. non ex meo ingenio,ſed ex dominicæ uocis oraculo. Ipſe enim dominus in poſte/
rioribus apoſtolos commendãs,patri ait: Pater quos dediſti mihi,uolo ut ubi ego
ſum,& illi ſint mecum. Vtiq; ſi iudicaſſet quod diuinã ſedem pater hominibus da
ret,dixiſſet: Volo ubi ego ſedeo & illi ſedeant mecum. Sed uolo,inquit, ut ſint me/
cum,non ſedeant mecum,& ubi ego, non quomodo ego. Deinde ſequitur: Vt ui/
Pſal.26. deant claritatem meam, non ut habeant,ſed ut uideant. Seruus enim uidet,domi/
nus poſſidet, Sicut & Dauid docuit dicens: Vt uideam uoluntatem domini. Et ipſe
Matt.5. dominus in euangelio reuelauit dicens: Beati mundo corde: Ipſi enim deum uide/
bunt. Videbunt,inquit,non ſuper cherubin cum deo ſedebunt. Deſinant ergo ui/
liora ſecũdum diuinitatem æſtimare de dei filio,ne uiliora quoq; de patre æſtimẽt.
Qui enim male crediderit de dei filio,nõ poteſt bene ſentire de patre. De patre qui
male crediderit,& de ſpiritu,non poteſt bene ſentire de filio. Eorum eñ una digni/
tas,una gloria,una charitas,una maieſtas eſt. In commune derogatur quicquid in
aliquo putaueris derogandum. Iam enim non erit plenitudo quam diſcernas & di
uidas in aliquas portiones.

De redargutione eorum qui unitatem in diuinitate negare cupientes,
extenuare ſtudent patris & filij charitatem ex hoc quod ſcriptum eſt: Et
dilexiſti eos ſicut & me dilexiſti. Quomodo etiam intelligendũ ſit quod
filius miſſus dicitur,& quemadmodum dominum dicat, quem patrem
nouit, cum diuerſorum hæreticorum condemnatione qui ex falſa ſupe/
riorum intelligentia errauerunt.

Cap.

CAPVT QVARTVM.

EXISTVNT tamen imperator Auguſte qui in hac diuinitate unita/
tem ſubſtantiæ negare cupientes, extenuare ſtudeant patris & filij chari
tatem,quia ſcriptum eſt: Et dilexiſti eos,ſicut & me dilexiſti. Quod cum Ioan.17.
dicunt,quid aliud agunt, niſi inter dei filiũ & homines æqualitatem quã
dam cõparationis inducunt? Nunquid ſic diligi poſſunt à deo homines quem ad/
modum filius,in quo complacuit pater? Ille per ſe cõplacet,nos per ipſum. In qui/
bus enim deus filium ſuum ad imaginem ſuam cernit,eos per filium ſuum aſſciſcit
in gratiam filiorum,ut quemadmodum per imaginem ad imaginem ſumus,ſic per
generationem filij in adoptionẽ uocemur. Alius igitur naturæ amor ſempiternus,
alius gratiæ. Aut ſi ex uerbis faciunt quæſtionem,quia ſcriptum eſt: Et dilexiſti eos
ſicut me dilexiſti, & comparationem factam putant: ergo & illud in comparatione
dictum putant,Eſtote ergo miſericordes ſicut & pater ueſter qui in cœlis eſt. Et Ali Luc.6.
bi: Eſtote perfecti,ſicut & pater meus qui in cœlis eſt perfectus eſt. Quia ille ſecun Matth.5.
dum plenitudinem maieſtatis ſuæ perfectus eſt, Nos autem perfecti ſecundũ uir/
tutis accidentis profectum. Sic etiam filius diligit à patre,ſecundũ ſemper manẽtis
plenitudinẽ charitatis, In nobis aũt charitatem dei,uirtutis emeretur profectus. Vi
des igitur quam gratiam deus dederit hominibus, & tu patris & filij uis diſſoluere
naturalem & indiuiduam charitatem: & tu uerba adhuc diſcutis,ubi unitatem ma/
ieſtatis aduertis. Video totum hunc locum,ex cuius affectu loquatur. Habes enim
dicentem ipſum: Clarifica me pater claritate ea quam habui priuſquam mũdus eſ Ioan.17.
B ſet apud te,& tamen ut ſcires magnũ deum & ſalutarem, & omnipotentem dei fi/
lium,indiciũ ſuæ maieſtatis admiſcuit dicendo: Et mea omnia tua ſunt,& tua mea.
Omnia habet,& tu miſſum eſſe ad iniuriã deriuas,qui ſecũdũ carnẽ nõ accipis miſ/
ſum? Apoſtolus dixit,& ex uerbo ſimplici præiudiciũ ſtruis, quo dicas inferiores à
ſuperioribus mitti ſolere. Quid ad illa reſpõdes,quod filius ad homies miſſus eſt?
Num minorem putas eũ qui mittitur,eo uidelicet à quo mittit? Diſce quod & mi
nor maioré miſit,& maiores ad minores miſſi ſunt. Nã & Tobias Raphael angelũ Tobie. 9.
miſit. Et angelus ad Balaã miſſus eſt,& dei filius ad Iudæos. Nunquid ergo minor Num. 22.
etiam Iudæis dei filius ad quos mittebatur? De ipſo enim ſcriptum eſt: Nouiſſime Matth. 21.
autẽ miſit eis filiũ ſuum unicũ. Et uide quod ante ſeruos,poſtea filium nominauit,
ut ſcias quod dei filius unigenitus ſecundũ diuinitatis potentiam,nec nomẽ habet,
nec cõſortium cõmune cum ſeruis, reuerendus mittitur, nõ cum famulis reuerẽdus.
Et bene addidit,meũ,ut non unus de multis,nec degeneris naturæ,aut minoris ali/
cuius poteſtatis,ſed uerus à uero,paternæ imago ueniſſe ſubſtantiæ crederet. Eſto
tamen,minor ſit qui mittitur eo à quo mittitur,ergo & Pilato minor Chriſtus,quo
niam Pilatus miſit eũ ad Herodẽ. Sed præiudicat poteſtati ſcriptura,quæ miſſum
à patre dicit,miſſum dicit à præſide. Vnde ſi ſobrie de dei filio quæ digna ſunt opi/
nemur,ideo miſſum intelligere debemus,quod ex illo incõprehenſibili inenarrabili
q; ſecreto maieſtatis profundæ,dedit ſe cõprehendendũ pro captu noſtro, menti/
bus noſtris dei uerbum,non ſolum cum ſe exinaniret,ſed etiam cũ habitaret in no
bis,ſicut ſcriptum eſt: Quoniã inhabitabo in illis. Deniq; & alibi habes quod deus
dixit: Venite deſcendamus & confundamus linguas eorum. Non enim deus de lo
co aliquãdo decidit,qui ait: Ego cœlum & terram cõpleo, ſed dico deſcendere uide/

tur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tur,si nostros dei uerbum penetret affectus, sicut dixit propheta: Parate uiam domino,rectas facite semitas eius, ut quemadmodum ipse promisit ueniens cum patre,apud nos faciat mansionem. Euidens est igitur quomodo ueniat. Vnde & euidens est quomodo dñm dicat,quem patrem nouit. Ait enim: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Ante patrem dixit sapiẽtia suum, postea creaturæ dominum nuncupauit. Itaq; dominatum nõ esse ubi uera progenies est, ipse dominus ostendit in Euangelio suo dicens: Quid uobis uidetur de Christo,cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis Iesus: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum dicens: Dixit dominus domino meo,sede à dextris meis? Et addidit: Si ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum,quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum. O quàm caute propter Arrianos etiam in hoc testimonio dominus fidei prospexit. Non enim dixit. Vocat eum spiritus dominum, sed quod Dauid dixit in spiritu,ut cuius secundum carnem filius est Dauid scilicet,eius etiam secundum diuinitatem & dominus & deus crederetur. Vides igitur quod nomen pietatis & domini secretum est. Et bene dominus suum quidem patrem,cœli autem & terræ dominum prædicauit,ut tu cum legis & patrem & dominum,intelligas patrem filij,& dominum creaturæ. In alio prærogatiua naturæ est, in alio auctoritas potestatis. Formam enim serui accipiens,eo utiq; dominum uocat, quo seruientem suscepit,æqualis in dei forma,seruus in corporis, seruitus enim carnis,dominatus autem diuinitatis est. Vnde & Apostolus ait: Deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ,hoc est,deum assumptionis humanæ asserens,patrem autem

D gloriæ. Num enim duos filios habuit deus, Christum & gloriam? Minime. Ergo si unus dei filius Christus,utiq; Christus est gloria. Quid autem ei derogas qui patris gloria est? Si ergo & filius gloria est,& pater gloria,quia pater gloriæ, non potest aliud esse quàm gloria, non diuisio gloriarum,sed una est gloria: Itaq; ad proprietatem naturæ gloria refertur,dominatus ad suscepti corporis seruitutem. Si enim caro etiam iusti animæ subdita est,sicut scriptum est: Castigo corpus meum & seruituti redigo,quanto magis subiecta est diuinitati, de qua dicitur: Quoniam uniuersa seruiunt ei? Vna autem quæstione & Sabellianos & Fotinianos & Arrianos dominus exclusit. Nam cum dominum cum domino dicit, Sabellius excluditur: qui eundem patrem uult esse quem filium. Excluditur Fotinus, qui secundum carnem iudicat,quod dominus Dauid regis non poterat esse,nisi qui deus est. Scriptum est enim: Dominum deum tuum adorabis,& illi soli seruies. Nunquid contra legem propheta sentiret, qui sub lege regnaret? Excluditur Arrius,quod filium sedere audit ad dextram patris,ut si ex usu argumentetur humano,ipse se perimat, & uenenum sacrilegæ disputationis suæ in se refundat,ut dum inæqualitatem patris & filij ex consuetudine hominum interpretatur, in utroq; à uero deuius, eum præferat cui derogat,consessurum priorem quem audit ad dextram. Excluditur etiam Manichæus. Non enim negat esse se Dauid filium secundum carnem, utpote qui clamantibus cæcis: Iesu fili Dauid miserere nobis,& delectatus est fide, & fetit & curauit eos: Sed negat nos esse æternitatis,si Dauid solius filius à perfidis nominetur. Nam filius est cõtra Hebionem. Filius Dauid est contra Manichæos. Filius dei est contra Fotinum. Filius Dauid est contra Marcionem. Filius dei est contra Paulum Samosatenum. Filius Dauid est contra Valentinum. Filius dei est contra

Matt.22. Psal.109. Matt.4. Matt.20.

Arrium

A Arrium atq; Sabellium gentilis erroris hæredes. Dominus Dauid est contra Iudæos. Qui dei filium in carne cernentes,hominem tantummodo impio furore credebant. Sed ecclesiastica fide & dei patris & Dauid idem unus atque idem filius. Quod incarnationis dei mysterium uniuersæ salus est creaturæ, secundum quod scriptum est: Vt sine deo pro omnibus gustaret mortem: Id est, quod creatura omnis sine passione aliqua diuinitatis,dominici sanguinis redimenda sit precio,sicut habes: Omnis creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Aliud est igitur secundum diuinam substantiam,aliud secundum susceptionem carnis filium nominari. Nam & secundum generationem diuinam,deo patri æqualis est filius,& secũdum susceptionem corporis deo patri seruus est. Quod formam serui,inquit,accepit, unus tamen atq; idem est filius. Contra autem sancto patriarchæ Dauid secundum gloriam suam dominus est,secundum corporalis successionis seriem filius est,non deficiens à se,sed nostræ sibi adoptionis gratia acquirens. Nõ solum ex genere Dauid seruus est,sed etiam ex nomine,sicut habes: Inueni Dauid seruum meum. Seruus est in quo unctus est. Seruus est in quo sanctificatus est. Seruus est in quo creatus est. Et ut de compendio dicam, seruus est in quo matrem habet, sicut scriptum est: O domine ego seruus tuus,& filius ancillæ tuæ. Nam secundum diuinam generationem,non matrem habet,sed patrem,nec corporalis est uentris fructus, sed sempiterna dei uirtus. Ergo etiam cum legimus quod dixit dominus: Tempus meum nondum impletum est. Et: Adhuc modicum tempus uobiscum sum: Et uado

B ad eum qui me misit: Et clarificatus est filius hominis, ad incarnationis sacramentum referre debemus. Cum autem legimus: Et deus clarificatus est in eo: Et deus clarificauit eum,quid ibi est quæstionis,ubi & filius clarificatur à patre,& pater clarificatur à filio? Denicp ut fidem unitatis aperiret, etiam spiritu clarificandum esse dixit,sicut habes: Ille de meo accipiet & clarificabit me. Clarificat ergo dei filium etiam spiritussanctus. Quomodo igitur ipse dixit: Si ego clarificauero meipsum, claritas mea nihil est? Ergo nihil claritas filij. Sacrilegum est dicere nisi referas ad carnem,quod ex persona hominis filius loquebatur,eo quod comparatione diuinitatis nulla est carnis claritas. Desinant igitur impie obijcere,quod in suam perfidiam retorquetur. Scriptum est enim: Non nego: Nunc clarificatus est filius hominis. Sed uideant quod subiectum sit: Clarificatus est filius hominis. Videant etiam quod sequatur: Et deus clarificatus est in eo. Ego excusationem habeo de filio hominis, Ille de patre non habet,quia pater non suscepit carnem: excusationem habeo,non utor: ille non habet,& calumniatur. Aut simpliciter me patiatur intellige re,aut ad carnem referre quæ carnis sunt. Pia mens, quæ leguntur, secundum carnem diuinitatemq; distinguit, Sacrilega confundit,& ad diuinitatis retorquet iniuriam,quicquid secundum humilitatem carnis est dictum.

Psal.88. Ioan.7. Ioan.13

De confutatione Arrianorum qui ideo aliam patris,aliam filij,aliam spiritussancti dicunt esse potestatem, quia scriptum sit: Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti,ex uerborum ordine differentiam diuinæ potestatis facientes. Qui præterea idcirco negãt in Christum esse credendum quod scriptum sit: Qui credit in me,non credit in me,sed in eum qui me misit.

Cap.v

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput. V.

QVID quod etiam more Iudaico falsi & impudentes interpretes Arriani,uerborum sunt diuinorum,dicentes:usq; adeo aliam patris,aliam filij.aliam spiritussancti esse potestatem,ut scriptum sit: Ite docete omẽs gentes,baptizantes eos in nomine patris & filij & spũssancti,& ex uerborum ordine differentiam diuinæ faciunt potestatis? Ego autẽ licet hoc ipsum testimonium in superioribus libris pro unitate asseruerim maiestatis ac nominis, tamen si hic faciũt quæstionem,possum testimonijs asserere scripturarum, in plerisq; locis prius filium nominatum,postea patrem dictum. Nunquid igitur filij sanctificatio ante præmissa est,uerborum, ut Arriani uolunt,præiudicio,pater secundus à filio est? Absit inquam absit. Nescit hunc ordinem fides, nescit discretum patris & filij honorem. Non legi,non audiui,nec aliquem in deo inuenio gradum. Nusq; secundum nusquam tertium deum legi,primum legi,primum ac solum audiui. Si ordinis exigimus superstitionem,nec ad dexteram patris sedere filius debet,nec primum se & principium debuit dicere. Male ergo euangelista quod prius à uerbo q̃p
Iob.1. à deo cœpit dicens:In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. Etenim iuxta humani ritus ordinem prius patrem debuit nominare. Nescíuit etiam Apo-
Rom.1. stolus ordinem qui ait:Paulus seruulus Christi Iesu uocatus Apostolus,segregatus
2.Cor.15. in euangelio dei.Et alibi:Gratia dñi nostri Iesu Christi,& charitas dei,& cõmunicatio spiritussancti.Si uerborum sequamur ordinem,in primo filium posuit,in secundo patrem.Sed uerborum ordo sæpe mutatur, & ideo non debes uel de ordine uel
D de gradu,patri deo & filio eius facere quæstionem,cum secundum diuinitatem diuisio nulla sit unitatis.Ad extremum ut Christianos se non esse manifestent,negãt
Iob.12 in Christum esse credendum,dicentes scriptum esse:Qui in me credit,non credit in me,sed in eum qui me misit.Hanc ergo expectabam confessionẽ, quid me quibusdam ambagibus ludebatis,sciam mihi aduersum gentiles esse contentionem, sed conuertuntur,uos non conuertimini.Illi se credant,saluum est sacramentum,uos perdidistis acceptum: Et ne cœptum fortasse,sed factum. Scriptum est inquiunt: Qui in me credit,non in me credit,sed in eum qui me misit.Sed uidete quid sequatur,& uidete sic quemadmodum se dei filius uult uideri. Sequitur enim: Et qui uidet me, uidet eum qui me misit, hoc est,quod pater uidetur in filio. Exposuit igitur id q̃d ante præmisit:Quia credit in filium,qui cõfitetur & patrem. Nam qui filium nescit, nec patrem nouit. Omnis enim qui negat filium,nec patrem habet. Qui confitetur filium,& filium & patrem habet. Quid est ergo:Non credit in me? Non in id quod corporaliter cernitis, non in hominem tantummodo quem uidetis. Non enim in hominem tantummodo credendum asseruit,ut credas quia Iesus Christus,ipse
Iob.8. est & dei filius & homo.Propter quod & utrunq; ait:A meipso non ueni. Et alibi: Ego sum principium qui & loquor uobis.Quasi homo à se non uenit. Quasi dei filius non ex homine principium habet.Sed sum,inquit,ipse principium qui loquor uobis.Neq; humana sed diuina sunt quæ locutus sum.Neq; eñ fas est credere,q̃ negauerit in se esse credendum,cum ipse dixerit: Vt omnis qui credit in me,in tenebris non maneat.Et alibi:Hæc est eñ uoluntas patris mei qui me misit,ut omnis q̃
Iob.6. uidet filium & credit in eum,habeat uitam æternam.Et alibi:Credite in deum & in me credite. Nemo ergo filium sine patre accipiat, q̃d filiũ legimus. Habet patrem filius

A filius,sed non temporalem,non ex passione,non ex conceptione,non ex gratia. Generationem legi,non legi conceptionem.Et pater dicit:Genui,non dicit creaui.Et filius non creatorem suum deum secundum æternitatem diuinæ generationis, sed patrem nominat. Se quoque nunc ex persona hominis, nunc in dei maiestate significat: nunc unitatem sibi diuinitatis cum deo patre uendicans, nunc fragilitatem humanæ carnis assumens: nunc doctrinam suam non habere, nunc uoluntatem suam se non quærere, nunc testimonium suum uerum non esse, nunc uerum esse significans. Nam ipse dixit: Si ego testimonium perhibeo de meipso, te- Ioan.5.
stimonium meum non est uerum. Et ipse in posterioribus ait: Et si ego testimoni- Ioan.8
um perhibeo de me,uerum est testimonium meum. Quomodo igitur non est uerum testimonium tuum domine Iesu, qui qui credit, in cruce licet positus, & inter confessi sceleris supplicia constitutus,merita latronis exuit,præmia innocentis meruit? Deceptus est ergo Paulus,qui ideo recepit oculos, quia credidit, quos amisit antequam crederet? Errauit ne etiam Iesus Naue, qui ducem militiæ cœlestis Act.9. Iosue.5.
agnouit,sed postea quàm credidit statim uicit, dignus qui fidei prælio triumpharet? Deniq; non æratas acies in bella produxit, nec ariete cæterisq; tormentorum machinis,sed tubarum septem sacerdotalium sono,murorum hostilium septa deposuit.Ita bellum immane cõfecit tubæ clangor,& infula sacerdotis. Vidit hoc meretrix,& quæ in excidio ciuitatis remedia desperaret salutis, quod fides uicerat, signa fidei atq; uexilla dominicæ passiõis attollens,coccum in fenestra ligauit, ut spe
B cies cruoris mystici quæ foret mundum redemptura uernaret. Ita foris Iesus nomen fuit præliantibus ad uictoriam,intus species dominicæ passionis periclitantibus ad salutem. Vnde quod intellexit Raab cœleste mysterium, dicit dominus in psalmo: Memor ero Raab & Babylonis scientibus me. Quomodo ergo non est Psal.86.
uerum testimonium tuum domine, nisi secundum fragilitatem hominum? Omnis enim homo mendax.Deniq; ut secundum hominem dixisse se demonstraret, ait: Qui misit me pater,ipse testimonium perhibet de me. Verum autem est testimonium secundum diuinitatem, sicut ipse ait: Et uerum est testimonium meum, quia scio unde uenio, aut quò uado, uos autem nescitis unde uenio & quò uado, uos secundum carnem iudicatis.Non ergo secundum diuinitatem, sed secundum hominem iudicant, qui putant Christo testificandi scientiam defuisse. Ergo cum audis: Qui credit in me,non credit in me: Et qui misit me pater ipse mihi mandatum dedit, didicisti quò id putes esse referendum. Deniq; mandatum quod esset ostendit dicens: Pono animam meam, & iterum sumam eam. Nemo tollit eam à Ioan.10.
me,sed ego pono eam à meipso. Vides ideo dictum,ut ostenderet sibi ponendæ ac resumendæ animæ potestatem,sicut ipse dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam,& potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo. Siue igitur mandatum, siue ut aliqui latini habent præceptum, non utiq; secundum diuinitatem,sed secundum incarnationem datur,ad subeundæ uictoriam passionis.

Quod non debeamus deducere filium in hanc humilitatem, ut nisi quæ audierit,facere aut loqui nesciat, cum Arrianorum confutatione. Et unde maxime unitatem diuinæ maiestatis intelligere possimus. Quibus etiam rationibus dei filius creatura dici non possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

CAPVT SEXTVM.

AVD uero in hanc humilitatem dei filium deducemus, ut nisi quæ audierit facere aut loqui nesciat, & præscriptam agendi loquendiq; ei puIoan.12. temus esse mensuram, quia scriptum est: Ex meipso non sum locutus. Et infra: Sicut dixit mihi pater ita loquor, sed ad obedientiam carnis, ut ad fidem unitatis ista referantur. Pleriq; etiam doctiores & audire filium & dicere aliquid filio patrem accipiunt per unitatem naturæ. Quod enim per unitatem uoluntatis nouit filius, patrem uelle uidetur audisse. Vnde non officium corporale, sed arbitrium indissociabile cooperationis declaratur. Neq; enim uerborum hic aliquem significat auditum, sed unitatem uoluntatis atq; uirtutis, quæ & in patre est & in filio. Quam etiam & in spiritu sancto esse memorauit alio loco dicēs: Non Ioan.16. enim loquetur à semetipso. sed quæ audit loquetur, ut aduerteremus quod quicquid spiritus loquitur, loquitur & filius, & quicquid loquitur filius, loquitur & pater, quia una sententia & operatio trinitatis. Sicut enim pater uidetur in filio, non utiq; specie corporali, sed unitate diuinitatis, Ita etiam pater loquitur in filio, non Ioan.14. temporali uoce, nec corporali sono, sed operis unitate. Deniq; cum dixisset: Et pater qui in me manet ipse loquitur, & opera quæ ego facio ipse facit, addidit: Credite mihi, quia ego in patre & pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Hic intellectus esse uidetur secundum diuinarum seriem scripturarum. Arriani autem qui nolunt de deo æstimare quæ digna sunt, uel apto suis meritis confutentur exemplo, nec totum carnaliter credant, cum ipsi patris sui diaboli opera incorporaliter uideant. Sicut de eorum consortibus Iudæis dominus declarauit dicens: Vos

D quod uidistis patrem uestrum facientem facitis, cum utiq; non quod diabolum operantem uiderint, sed quod arbitraria eius fecerint arguantur, inuisibiliter in his secundum iniquitatem suam diabolo operante peccatum. Hoc secundum Apostolum propter insipientiam posuimus perfidorum. Cæterum satis probatum est scripturarum exemplis, ad unitatem maiestatis pertinere diuinæ, quod & pater maneat in filio, & ea quæ loquitur filius à patre uideatur audisse. Vnitatem autem maiestatis quibus alijs possumus intelligere, quàm quod eadem patri & filio deferuntur? Nam quid præcellentius potest dici, quàm quod Apostolus dixit dominum maiestatis crucifixum? Filius ergo est, & deus maiestatis, & dominus maiestatis, sed non creaturis subiecta maiestas: Non ergo creatura filius. Filius paternæ est imago substantiæ. Non ergo creatura filius. Omnis autem creatura dissimilis supernæ substantiæ, sed non dissimilis dei patris filius. Non ergo creatura filius. Filius nō rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed nulla creatura æqualis deo. Æqualis autem filius, non ergo creatura dei filius. Omnis creatura mutabilis, sed non mutabilis dei filius. Non ergo creatura dei filius. Omnis creatura accidentia boni & mali recipit suæ capacitate naturæ, eademq; decessionem sentit: Dei autem filio nihil potest ex eius diuinitate uel decedere uel accedere: Non ergo creatura dei

Eccl.12. filius. Omne opus suum adducet deus in iudicium, sed dei filius non adducitur in iudicium, quod ipse iudicat: Non ergo creatura dei filius. Postremo ut unitatem intelligas, de ouibus dicens saluator: Nullus, inquit, rapit eas de manu mea. Pater quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sic uiuificat filius ut pater. Sicut enim pater suscitat mortuos

A mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Sic suscitat filius ut pater. Sic conseruat filius ut pater. Qui non impar est gratia, quomodo impar est potestate? Sic etiam non perdit filius ut pater. Et ideo ne quis uel duos deos crederet, uel discretionem potestatis induceret: unum se esse cum patre dixit. Id quemadmodum potest dicere creatura? Non ergo creatura dei filius est. Non idem est regnare & seruire: Christus autem & rex est & filius regis: Non ergo seruus est dei filius. Omnis autem creatura seruit, sed non seruit dei filius, qui ex seruis filios dei facit: Non ergo creatura dei filius. Diuine utiq; illam parabolam induxit diuitis qui in regionem longinquam profectus est accipere regnum & reuerti, seipsum secundum substantiam diuinitatis incorporationisq; describens. Ipse enim diues secundum plenitudinem diuinitatis, qui pro nobis pauper factus est, cum diues esset. Et rex æternus, & æterno rege progenitus, peregre profectus secūdum corporis susceptionem, quia uias hominis tanquam iter ingressus alienum, in hunc mundum uenit ut regnum sibi pararet ex nobis. Venit ergo Iesus in hunc mundum regnum accipere de nobis, quibus ait: Regnum dei intra uos est. Hoc est regnum dei quod Christus Luc.17. accepit, hoc est quod patri tradidit. Nam quomodo regnum accepit, qui rex erat sempiternus? Venit ergo filius hominis accipere regnum & reuerti. Noluerūt eum Luc.19 suscipere Iudæi, de quibus ait: Illi qui noluerunt me regnare super se, adducite & interficite eos. Sequamur scripturarum ordinem. Ille qui uenit regnum deo patri tra- 1.Cor.15. det, & cum tradiderit regnum, tunc & ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia,

B ut sit deus omnia in omnibus. Sicut filius hominis, regnum accepit dei filius: ut filius utiq; hominis etiam traditurus est quod accepit: Sicut filius hominis tradit, ergo & ut filius hominis subiectionem utiq; per conditionem carnis, nō per maiestatem diuinitatis agnosceret. Et tu ad contumeliam obijcis, quod ei subiecerit omnia deus, cum audias quod regnum filius hominis deo tradat, Et ut in superioribus diximus libris, legeris: Nemo uenit ad me nisi pater attraxerit eū, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Si literam sequamur, uide magis atq; aduerte unitatem honorificentiæ, & pater subiecit filio, & filius patri tradet. Dic quid sit amplius, trahere an resuscitare? Nónne secundum morem hominum, ministerium trahentis potestas est resuscitantis? Sed & filius ad patrem trahit, & pater ad filium trahit, & filius suscitat, & pater suscitat. Facessant sacrilegæ commenta discretionis, ubi unitas potestatis est. Tradat igitur patri regnum suum filius, non deperit Christo quod tradit, sed proficit. Nos sumus regnum, & nobis dictum est: Regnum dei intra uos est. Et sumus regnum Christi ante, postea patris, quia scriptum est: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Cum in uia sum, Christi sum: cum peruenero patris sum, sed ubiq; per Christum, & ubiq; sub Christo. Bonum est in regno Christi esse, ut Christus nobiscum sit, sicut ipse ait: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consum- Matt.28 mationem mundi. Sed melius est esse cum Christo. Dissolui enim & cum Christo esse multo melius, cum in hoc mundo sub peccato simus. Christus nobiscum est, ut per unius obedientiam iusti constituantur multi. Et si peccatum huius mundi euasero, incipiam esse cum Christo. Deniq; ait: Veniam iterum, & assumam uos ad me. Et infra: Volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum. Ergo nunc sub regno Christi sumus, dum in corpore uersamur, & nondum forma exuimur serui, quam ille cum se exinaniuisset accepit: cum uero gloriam eius uiderimus quam habuit priusquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mundus esset,erimus in regno dei,in quo patriarchæ sunt & prophetæ. De quibus
Luc.13. scriptum est: Cum uideritis Abraam Isaac & Iacob,& omnes prophetas in regno
dei,ut iam pleniore cognitione potiamur. Sed in filij regno & pater regnat,& in re-
gno patris filius regnat,quia pater in filio,& in patre filius,& in quo habitat pater.
Ioan.14 habitat filius. Sicut ipse ait: Ego & pater ueniemus,& apud eum mansionem facie-
mus. Ergo sicut una domus,ita & unum regnum. Eouscp autem unum patris & fi-
lij regnum est,ut quod filius tradit,pater accipiat: & quod pater accipit, filius non
amittat. Ergo in uno regno unitas potestatis est. Nemo igitur diuinitatem inter pa
trem filiumcp secernat.

Quemadmodum intelligere debeamus filium esse subiectum pa-
tri,cum hæreticorum condemnatione. Quomodo etiam non solum de-
us pater filio,sed & filius ipse sibi subiecerit omnia. Et qua de causa filius
subiectus sit in nobis. Quodcp eadem sit charitas dei patris & Christi.
Quod præterea nihil sit quod diuinitas sempiterna nõ possit,nihil quod
lateat ueritatem,fallat iusticiam,prætereat sapientiam. Cap. VII.

QVOD si patri & filio unum dei nomen & ius est,cum deus uerus & sem
piternus sit etiam dei filius,subiectum itacp imperator Auguste quem
admodum debeamus accipere,consideremus. Quomodo enim subie-
ctus dei filius ut creatura uanitati? Sed impium est de diuinitatis sub-
stantia,tale aliquid æstimare. An quemadmodum creatura omnis dei filio,quod
Psal.8. æque scriptum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius? Sed non Christus ipse sibi
D subiectus est. An quemadmodum mulier uiro,sicut legimus: Mulieres uiris suis
Ephe.5. 1.Tim.2. subiectæ sint. Et alibi: Mulier in silentio discat cum omni subiectione? Sed sacrile-
gum est,uel patri uirum,uel dei filio mulierem comparare. An quemadmodum Pe
1.Petri.2. trus dixit: Subiecti estote omni humanæ creaturæ? Nec sic itacp Christus. Vel
quemadmodum Paulus scripsit: Patri & deo, subiecti inuicem, in timore Christi?
Sed necp in suo,necp in alterius Christi timore subiectus est filius, quia unus est
Christus. Quorum uerborum uim considerate,quia patri subiecti sumus,dum eri-
am Christum ueremur. Quomodo ergo subiectum intelligimus. Totum Aposto
1.Cor.15. licum capitulum recenseamus,ut nihil uideatur fraude subtractum, aut obreptio-
ne præstrictum. Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores
sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ
dormientium. Videtis quoniam de resurrectione Christi tractata est disputatio.
Quoniam sicut per unum hominem,inquit,mors,& per hominẽ resurrectio mor-
tuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur,ita & in Christo omnes uiuifica-
buntur,unusquisq; autẽ in suo ordine,primitiæ Christus,deinde hi qui sunt Chri-
sti,qui in aduentum eius crediderũt,deinde finis,cum tradiderit regnum deo & pa
tri,cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutem. Oportet enim
illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autẽ ini-
mica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat:
Omnia subiecta sunt ei,sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia? Cum autem
subiecta illi fuerint omnia,tunc & ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit om-
nia,ut sit deus omnia in omnibus. Quod etiã ad Hebræos Apostolus dixit: Nunc
autem

A autem nondũ uidemus omnia illi esse subiecta, accipimus apostolicæ seriẽ lectio-
nis. Quomodo igitur subiectum dicemus? Sabelliani & Marcionitæ dicunt, quod
hæc futura sit Christi ad deum patrem subiectio,ut in patrem filius refundatur. Si
ergo ea erit uerbi subiectio,ut resoluatur in patre deus uerbum, ergo & quæcunq;
patri filiocp subiecta sunt,in patrem & filiũ resoluentur,ut sit deus omnia & in om
nibus creaturis. Sed absurdum est dicere: Non igitur per refusionem subiectio. Alia
sunt enim quæ subijciuntur,ea utiq; quæ creata sunt,& alius cui sit subiectio. Conti
cescant itacp sæuæ refusionis interpretes,atcp utinam & illi tacerẽt, qui quoniam re
solubile dei uerbum,deicp sapientiam probare non possunt,infirmitatem diuinita
tis subiectioni ascribunt, dicentes quod scriptum est: Cum autem subiecta illi fue-
rint omnia,tunc & ipse subiectus erit. Videmus igitur quod nondum subiectum,
sed subijciendum esse scriptura commemorat. Ergo nunc non est subiectus deo pa
tri filius. In quo igitur filium subiectum fore dicitis? Si in diuinitate, nec inobediẽs
est,quia non est patri discors. Nec subiectus,quia nõ est seruus, sed unicus proprio
patri filius. Denicp cum cœlum crearet,& terram conderet,& potestatem exercebat
& charitatem. Nulla igitur seruilis in Christi diuinitate subiectio. Si autẽ nulla sub
iectio,uoluntas libera est. Quod si etiam subiectionem putant filij, quia cum eius
uoluntate omnia faciat,discant hoc ipsum esse indiuiduæ potestatis argumentum,
quod unitas uoluntatis est,quæ non cœpit ex tempore,sed erat semper,ubi autem
unitas perpetuæ uoluntatis,non utiq; temporalis subiectionis infirmitas. Si enim
B per naturam subijceretur,semper subiectus maneret. Cum uero subijciendus dica-
tur in tempore dispensationis,ergo susceptæ non perpetuæ infirmitatis erit illa sub
iectio,maxime cum sempiterna dei uirtus non possit statum mutare pro tempore,
nec deo patri ex tempore ius potestatis accedere. Nam si filius aliquando mutabi-
tur,ut secundum diuinitatem subijciatur, ergo & deus pater aliquando plus pote-
rit,ut secundum diuinitatem habeat filium,nũc interim minus posse secundum in-
terpretationem uestram,necesse est æstimetur. Quid autem culpæ cõmeruit filius,
ut postea secundum diuinitatem subijci posse credatur? Nunquid secundum diui-
nitatem ad dexteram patris sedere præripuit,& inuito patre sibi prærogatiuam pa
terni solij uendicauit? Sed ipse ait: Omnia quæ placita sunt ei facio semper. Ergo si Ioan. 8
in omnibus patri complaceat filius,cur subijcietur qui ante subiectus non erat? Vi
deamus itacp ne nõ diuinitatis illa sed nostra fiat in Christi timore subiectio, ple-
na gratia,& plena mysterij. Itacp rursus apostolica uerba pandamus. Cum autem 1.Cor.15.
subiecta,inquit,illi fuerint omnia,tunc & ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit om-
nia,ut sit deus omnia in omnibus. Ergo quid dicis? Nunc subiecta non sunt ei om
nia? Non subiecti sanctorum chori,non angeli qui in terris posito ministrabant,
non archangeli qui etiam ad Mariam aduentus dominici prænuncij mittebantur,
non omnis militia cœlestis,non cherubin & seraphin,non throni & dominationes
& potestates quæ uenerantur & laudant? Quomodo ergo subiecta erũt? Sic utiq; Matt.11.
quemadmodum ipse dominus dixit: Tollite iugum meum super uos. Non enim
indomiti iugum portãt,sed humiles atcp mansueti. Nec est planè angelis nec ipsis
hominibus uilis,sed gloriosa subiectio,ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœ
lestium,terrestriũ,& infernorũ,& omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus in
gloria est dei patris. Ideo autẽ ante subiecta non erant omnia,quia nondum rece-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C perant ſapientiam dei, nondū habile iugum uerbi mentis quadam ceruice portā-
bant. Quotquot autē, ſicut ſcriptum eſt, receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios
dei fieri. Dicet aliquis: Ergo iā ſubiectus eſt Chriſtus, quia plurimi crediderunt? Mi
nime: Quia nō in paucis eſt Chriſti ſubiectio, ſed in omnibus. Sicut em̄ ſi in me cō
cupiſcat adhuc caro aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, nec uideor
eſſe ſubiectus, & ſi ex parte ſim ſubditus, ita qa omnis eccleſia unū corpus eſt Chri-
ſti, q̄ diu genus diſſenſit humanum, Chriſtum diuidimus. Nōdum ergo ſubiectus
eſt Chriſtus, cuius non ſunt adhuc membra ſubiecta. Cum autē fuerimus nō mul-
ta membra, ſed unus ſpiritus, tunc & ipſe ſubiectus erit, ut per ipſius ſubiectionem,
ſit deus omnia in omnibus. Sicut autē nondum ſubiectus eſt Chriſtus, ita nōdum
Ioan.4. perfectum eſt opus patris, quia dei filius dixit: Meus cibus eſt ut faciam uoluntatē
patris mei qui me miſit, & perficiam opus eius. Quid igitur quæſtionis eſt, quod in
me erit filij ſubiectio, in quo perfectū eſt opus patris, quia non ſum ipſe perfectus?
Ergo qui imperfectum opus facio patris, ipſe filium facio eſſe ſubiectum? Sed nō
eſt iniuria iſta ſed gratia, quia in eo quod ſubijcimur, noſter utiq; nō diuinitatis eſt
p̄fectus, ut ſubijciamur legi, ſubijciamur gratiæ. Quoniā ante, ſicut ipſe dixit Apo-
Roma.8. ſtolus, ſapientia erat carnis inimica in deum. Legi em̄ non erat ſubiecta. Nunc autē
iā p̄ Chriſti eſt ſubdita paſſionē. Et tñ ne quis calumnieť, uidete quid diuinitus ſpi-
rās ſcriptura p̄cauerit. Oſtēdit em̄ nobis in q̄ ſubiectus erit deo Chriſtus, dū docet
in quo ſibi uniuerſa ſubijceret. Ideoq; dicit: Nūc aūt nō uidemus om̄ia ei ſubiecta.
Nā paulominus q̄ angelos minoratū uidimus Ieſum, ꝓpter paſſionē mortis, Oſtē
D dit itaq; minorē factū propter incarnationē. Quid igiť impedit quinetiā ſubiectio-
nē in carnis ſuſceptiōe ſignificet, p quā ſubijciet ſibi oia, dū in ipſa patri deo eſt ſub-
iectus? Cōſideremus itaq; eius ſubiectionē: Pater, inquit, meus ſi uis tranſfer calicē
hunc à me, uerū nō mea uolūtas ſed tua fiat. Ergo ſecundū humanæ naturæ aſſum
ptionē erit illa ſubiectio. Quia ſicut legimus: Specie inuētus ut homo, humiliauit ſe
Phil.2. metipſum factus obediens uſq; ad mortē. Subiectio utiq; obedientia eſt, obedien
tia mortis, mors aſſumptionis humanæ. Aſſumptionis ergo humanæ erit illa ſub-
iectio. Nequaq̄ igitur diuinitatis infirmitas, ſed diſpēſatio iſta pietatis eſt. Vide q̄
non timeam eorum paſſiones. Illi obijciunt ſubijciendum patri deo. Ego lego Ma
riæ ſubditum matri, quia ſcriptū eſt de Ioſeph & Maria: Et erat ſubditus illis. Aut
Luc.2. ſi hoc putant, dicant quod hominibus erat ſubiecta diuinitas. Non igitur præiudi-
cet quod ſubiectus dicitur, cui non præiudicat quod ſeruus legitur, quod crucifixus
aſſeritur, mortuus prædicatur. Qui cum moreretur uiuebat, cum ſubijceretur regna
bat, cum ſepeliretur reſuſcitabat, ac ſubiectū ſe poteſtati præbebat humanæ, aliàs
ſe dominū maieſtatis declarabat æternæ. Erat ſub iudice, & ad dexteram dei ſolius
ubi iudex perpetuus iudicabat. Scriptū eſt deniq;: Amodo uidebitis filium homi-
Matt.26. nis ſedentē ad dexterā uirtutis: Vapulabat à Iudæis, imperabat angelis. Natus ex
Maria ſub lege erat, ante Abraam ſupra legē erat, in cruce uenerandus naturæ. De
niq; ſol refugit, terra contremuit, conticuerunt angeli. Cuius igitur paſſionē elemen
ta uidere timuerunt, huius generationem uidere potuerunt. Et in qua ſubiectionē
corporis non tulerunt, in eo ſubiectionē naturæ uenerabilis ſuſtinebunt? Sed cum
unius naturæ ſint pater & filius & ſpūſanctus, utiq; nō erit pater ſibijpſe ſubiectus.
Et ideo nō erit in eo ſubiectus filius, in quo cum patre unū eſt, ne per unitatē diuini
tatis

A tatis uideaťˢ & pater filio eſſe ſubiectus. Ergo ſicut in illa cruce, nō diuinitatis pleni-
tudo, ſed noſtra fragilitas erat ſubdita, ita etiā poſtea ſubditus erit filius patri, in no
ſtra utiq; participatiōe naturæ, ut ſubiectis carnis illecebris, nō cupiditas dominēť
cordi, nō ambitio, non uoluptas, ſed om̄ia nobis deus ſit, & omnino quantū capere
poſſumus ad eius imaginē ſimilitudinēq; uiuamus. Ad cōmunitatē igiť beneficiū
trāſiuit à ſpecie, qa i ſua carne naturā totius humanæ carnis edomuit. Et ideo iuxta
apoſtolū: Sicut portauimus imaginē huius terreni, portemus & imaginē cœleſtis. 1.Cor.15.
Quod utiq; niſi per interiorē hominē nō poteſt euenire. Deponētes igiť uniuerſa, Coloſ.3.
hoc eſt illa quæ legimus, irā, animoſitatē, blaſphemiā, turpiloquiū, Et ſicut infra dici
tur, Expoliātes nos ueteré hominē cū actibus ſuis, induamur nouū q renouaťˢ in a-
gnitionē ſecūdū imaginē eius qui creauit nos. Et ut ſcires, quod cū dicit: Vt ſit deus
omnia in omnibus, à deo patre nō ſeparēt Chriſtū, ipſe ad Coloſſen. dixit. Vbi nō
maſculus, inqt & fœmina, Iudæus & Græcus, barbarus & ſcytha, ſeruus & liber, ſed
oia & in omnibus Chriſtus. Ergo etiā ad Corithios dicēs: Vt ſit deus om̄ia in omni 1.Cor.15.
bus, & unitatē & æqualitatē cū deo patre cōplexus eſt Chriſti, qa nec à patre filius
ſeparaťˢ. Et ſimiliter ſicut pater om̄ia in om̄ibus, ita om̄ia in omnibus etiā Chriſtus
operaťˢ. Si ergo Chriſtus q̄q; in omnibus oia operaťˢ, nō utiq; in diuinitatis maie-
ſtate ſubiectus eſt, ſed in nobis. Quō aūt ſubiectus in nobis, niſi eo modo q̄ minor
angelis factus eſt, in corporis ſcilicet ſacramento? In eo em̄ nondū ſubiecta ei om̄ia
uidebāťˢ, quæ creatori ſuo à principio ſui utiq; ſeruiebāt. Q; ſi quæſieris, quēadmo
dum ſit ſubiectus in nobis, ipſe oſtēdit dicēs: In carcere erā, & ueniſtis ad me. Infir- Matth.25.
B mus erā & uiſitaſtis me. Q; em̄ uni eorū minimorū feciſtis, mihi feciſtis. Infirmū
audis, & nō moueris, ſubiectū audis & moueris, cum in eo infirmus in q̄ ſubiectus,
i q̄ peccatū atq; maledictū, p nobis factus eſt. Sic igiť nō ꝓpter ſe ſed p nobis erit
ſubiectus in nobis, nō in natura ſubiectus æterna, neq; em̄ in natura maledictus æ-
terna. Maledictus aūt oīs q pēdet i ligno. Maledictus, qa noſtra maledicta ſubiecit. Deu.21.
Subiectus ergo, qa ſubiectionē noſtrā ipſe ſubiecit, ſcilicet in ſeruilis formæ aſſum
ptiōe in dei maieſtatē, ut dū ille noſtræ fragilitatis ſe p̄beret in carne cōſortē, nos in
uirtute ſua diuinæ faceret cōſortes naturæ. Nō q̄ aut hoc nobiſcū ſupna Chriſti ge
neratione naturale cōſortiū, aut diuinitatis in Chriſto ſit illa ſubiectio, ſed ſicut in il
la p carnē illā, q̄ eſt pignus noſtræ ſalutis, ſedere nos in cœleſtibus, apoſtolus dixit,
utiq; nō ſedentes, ſic & ille p noſtræ aſſūptionē naturæ dicitur ſubiectus in nobis.
Quis enim tā demens qui putet, ut ſupradiximus, quod ad dexteram dei patris, ſe-
des ſibi uenerabilis nō debeatur, cū ſcilicet etiā ſecundū carnē Chriſto ea à patre, ge
nerationis tñ ſupernæ & æqualitatis potētia deferaťˢ? Angeli adorāt & tu tibi præ- Ephe.2.
ſumptione ſacrilega ſoliū dei ſternis? Scriptū eſt inquiūt, qd' cū mortui eſſetis pec
catis, cōuiuificauit uos i Chriſto, cuius gratia eſtis ſalui facti, & ſimul ſuſcitauit ſimul
ꝓ facit ſedere in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Agnoſco ſcriptū. Sed nō ut homines ſe
dere ad dexterā ſibi patiaťˢ deus, ſed ut in Chriſto ſedere, qa ipſe eſt omniū funda-
mētū, & ipſe eſt caput eccleſiæ, in q̄ cōmunis ſecūdū carnem natura, p̄rogatiuā ſedis
cœleſtis emeruit. In Chriſto em̄ deo caro. In carne aūt hūani natura generis omni-
um hominū particeps honoratur. Sicut nos ergo in illo ſedemus p corporeæ cōmu
ne naturæ, ita et ille, q p ſuſceptionē noſtræ carnis maledictū filiū dei nō credit, ita et
inquā ille p obedientiā omniū erit ſubiectus in nobis, cū gētilis crediderit, cum Iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dæus agnouerit quem crucifixit, cum Manichæus adorauerit quẽ in carne uenisse non credidit, cum Arrianus omnipotentem confessus fuerit quem negauit, cum po stremo in omnibus fuerit sapiẽtia dei, iusticia, pax, charitas, resurrectio. Per sua igit̃ opera Christus & genera diuersa uirtutum erit in nobis patri subditus, cum uitijs abdicatis & feriãte delicto, unus in omnibus deo cœperit in uno sensu populorum omnium spiritus adhærere, tunc erit deus omnia & in omnibus. Conclusionem igi tur totius absolutionis breuiter colligamus: unitas potestatis opinionem iniuriosæ subiectionis excludit: euacuatio potestatis, & uictoria de morte quæsita triumpha toris utiq; non minuit potestatem. Subiectionẽ operatur obediẽtia, obedientiam Christus assumpsit, obedientia usq; ad mortem, crux ad salutẽ. Ergo ubi opus, ibi & autor est operis. Cum igit̃ omnia Christo subiecta fuerint per obedientiã Chri sti, ut in nomine eius genu flectant, tunc erit ipse omnia in omnibus. Nunc enim quia non omnes credunt, non uidentur omnes subiecti. Cum omnes ergo credide rint, & dei fecerint uoluntatem, erit omnia & in omnibus Christus. Cum Christus fuerit omnia & in omnibus, erit omnia & in omnibus deus, quia pater manet sem per in filio. Quomodo ergo infirmitatis arguitur, qui redemit infirmos? At ne for te & illud ad infirmitatem filij referas, quod scriptum est, quod subiecit ei deus om
Phil.3. nia. Disce quod omnia sibi etiam ipse subiecerit. Scriptum est enim: Nostra autem cõuersatio in cœlis est: Vnde & saluatorem expectamus dominũ Iesum, qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, conforme ut fiat corpori gloriæ suæ secundum operationem qua possit etiam sibi subijcere omia. Didicisti ergo quod omnia pos
D sit sibi subijcere, secũdum operationem utiq; diuinitatis. Disce nunc quod secũdum
Ephe.1. carnem omnia subiecta accipiat, secundum quod scriptum est: Qui operatus est in Christo, suscitans eum à mortuis, & constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem, & uirtutẽ, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Secundum igitur carnem ei omnia subiecta tradentur, secundum quod & à mortuis suscitatus est, & secũdum animam humanam ac ratio
Psal.61. nabilem subiectionem. Diuine pleriq; interpretantur, quod scriptum est: Nónne deo subiecta erit anima mea? Animam dixit non diuinitatem, animam non maie statem. Et ut sciremus quod dominus per prophetam de susceptione naturæ est locutus humanæ, addidit: Vsquequo adijcietis super hominem, secundum illud qd'
Ioan.7 ait in euangelio: Quid me quæritis interficere hominem? Et addidit: Veruntamen precium uoluerunt repellere, cucurrerunt in sitim, ore suo benedicebãt, & corde suo maledicebant. Iudæi enim reportante Iuda precium, recipere noluerũt, currentes in sitim amentiæ, quia spiritalis potus gratiam recusarunt. Nec est piæ subiectionis interpretatio. Etenim dum dominicæ passiõis hoc munus sit, utiq; in quo passus est, in hoc erit subiectus in nobis. Quærimus qua causa? Vt neq; angeli, neq; uirtutes, neq; altitudo, neq; profundum, neq; præsentia, neq; futura, neq; creatura alia separare nos possit à charitate dei, quæ est in Christo Iesu. Videmus itaq; ex his quæ diximus, nullam exceptam esse creaturã, sed istas quas supra dixit, omnem, si qua est annumeratam esse. Simul etiam illud est considerandum, quod cum in superioribus dixerit: Quis nos separabit à charitate Christi, subter posuit: Neq; mors, neq; uita, nec alia creatura separare nos poterit à charitate dei quæ est in Christo Iesu.

Videmus

A Videmus ergo eandem charitatem dei esse, quæ Christi est. Denicq; non ociose posuit charitatem dei quæ est in Christo Iesu, ne separatam dei & Christi intelligeres charitatem. Nihil autem est quod charitas diuidat, Nihil quod diuinitas sempiterna non possit. Nihil quod lateat ueritatem, fallat iusticiam, prætereat sapientiam.

De condemnatione execrabilium Arrianorum dicentium quod dei filius nesciat tempora & annos, argumentorumq; suorum destructione cum finali & conclusiua confutatione erroris eorundem, quo asserunt filium esse minorem patre. Cap. VIII.

VNDE execrabiles eos, qui ista commemorant, & à spiritu sancto esse damnatos, scire debemus (Quos enim alios nisi specialiter Arrianos, propheta condemnat) qui dicunt quod dei filius nesciat tempora & annos? Non enim est aliquid quod ignoret deus. Si autem deus & Christus, & altissimus Christus, ipse est enim super omnia deus. Videte quẽadmodum sanctus Dauid huiuscemodi qui dei filio scientiam derogẽt perhorrescat. Sic enim habes: In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabun Psal.72. tur. Ideo obtinuit eos superbia eorũ, cooperti sunt iniquitate & impietate sua, prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in dispositionem cordis. Vtiq; condemnat qui ex dispositione cordis æstimanda quæ diuina sunt arbitrantur. Nam deus nec dispositioni est subiectus, nec ordini. Quando etiam ipsa quæ sunt in usu hominum, & successione generis humani, non semper aliqua solennis dispositione
B ratio is, sed plerunq; secretis latentibusq; decursa mysterijs, euenire cernamus. Cogitauerunt, inquit, & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in cœlum os suum. Videmus itaq; quod impij sacrilegij reos damnet, qui ex similitudine humanæ naturæ, dispositionem sibi arrogent cœlestis arcani. Et dixerunt: Quomodo scit deus? & si est scientia omnis in altissimo? Nónne hæc quotidie perstrepunt Arriani, scientiam omnem in Christo esse nõ posse: Quia ipse, inquiunt, diei & horæ se professus est esse ignarum? Nónne dicunt, quomodo sciuit, qui eum non potuisse scire cõmemorant, nisi quæ audierit & uiderit, & ea quæ spectant ad diuinæ unitatem naturæ, ad infirmitatem quoq; sacrilega interpretatione deriuant? Scriptum est inquiunt: De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli Marc.13. cœlorum, nec filius, nisi solus pater. Primum ueteres nõ habent codices græci, quod nec filius scit. Sed nõ mirũ si & hoc falsarunt, quia scripturas interpolauere diuinas. Qua ratione autem uideatur adiectum, proditur dum ad interpretationem tanti sacrilegij deriuatur. Pone tamen ab euangelistis scriptum. Medium itaq; nomẽ est filij. Nam & filius hominis dicitur, ut secundum imprudentiam assumptionis nostræ diem futuri iudicij nescisse uideatur. Quomodo enim nesciret diem dei filius, cum in ipso sint thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi? Quæro autem utrum ex substantia, an ex accidenti habuerit scientiam? Omnis enim scientia aut ex natura, aut ex disciplina est. Ex natura suppetit, ut equo currere, pisci natare, hæc enim faciunt antequam discant. Ex disciplina rursus suppetit, natare homini. Nam nisi didicerit, scire non poterit. Cum ergo multis animantibus suppetant ex natura facere & scire quæ non didicerint, Quid censes de dei filio, utrum ex institutione, an ex natura habeat scientiam? Si ex institutione, ergo non, est natus sapien-

tia, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tia,& ex processu cœpit esse profectus, nec erat semper. Quod si naturalem scien-
tiam habet, utiq; profectus in principio erat, profectus ex patre processit, & ideo
præscientia non eguit futurorum. Non ergo nesciuit diem. Neque enim sapien-
tiæ dei est ex parte scire, & ex parte nescire. Nam quomodo potest nescire partem,
qui fecit omnia,cum minus sit scire quàm facere? Multa em̃ scimus quæ facere non
possimus,nec eodem modo omnes scimus,sed ex parte cognoscimus. Nouit enim
uentorum uim stellarumq; cursus,aliter rusticus,aliter ciuitatis incola,aliter guber
nator. Etsi omnes non norunt,omnia tamen nosse dicuntur. Solus autem plane no
uit ille qui fecit omnia. Nouit gubernator quota uigilia procedat arcturus, quales
ortus præexploret orionis. Non tamen colligationes uigiliarum cæterarumq; stel-
larum,aut numerum nouit,aut nomina,sicut ille qui numerat multitudinem stella
rum,& omnibus nomina his uocans, Quem utiq; non fallit operis sui uirtus. Quo
modo enim uultis hæc fecisse dei filium? Nunquid quasi annulum, qui non sentit
quod exprimit? Quia omnia in sapientia pater fecit,id est, omnia per filium fecit,
qui est uirtus dei & sapientia. Sapientiæ autem id conuenit, ut suorum operum &
uirtutes norit & causas, Et ideo non potuit creator omnium ignorare quod fecit,
nescire quod ille donauit. Nouit ergo diem quem fecit. Sed dicis quod præsentem
nouit,nescit futurum. Licet inepta sit propositio,tamen ut de scripturis satisfaciam
tibi,disce quod non solum præterita fecit,sed etiam quæ futura sunt, sicut scriptum
Heb.1. est: Qui fecit quæ aduentura sunt. Et alibi ait scriptura: Per quem & facta sunt secu
la. splendor est gloriæ,& character substantiæ eius. Secula enim & præterita & præ
D sentia,& futura sunt. Quomodo ergo facta sunt quæ futura sunt, nisi quia operato
ria uirtus est,scientia comprehendit numerum omnium seculorum? Sicut enim uo
cat quæ non sunt tanquam quæ sunt,sic & fecit quæ futura sunt tanquam quæ sint,
quia nō contingit ut non sint, sed necessario sunt futura quæ esse præcepit. Ergo qui
fecit quæ futura sunt,eo genere quo sunt futura cognouit. Si hoc de seculis,multo
magis de iudicij credendum die, eo quod cognitionem eius habeat dei filius tan-
Psal.118. quam à se iam factæ,quia scriptum est: Dispositione tua permanebit dies. Non so
lum permanet dixit,sed etiam permanebit, ut eius dispositione quæ uentura sunt
gubernentur. Quæ disposuit ergo non nouit? Qui plantauit aurem nō audiet, qui
finxit oculum non considerat? Videamus tamen ne quid forte magnum sit quod
creatorem suum potuerit præterire, & negligant utrum quasi magnum aliquid &
præstantius putent esse quàm cætera: an quasi minimum atq; subiectum. Si mi-
nimum atq; subiectum, non est iniuria (ut nostro usu loquar) uilia & exigua ne-
scire. Nam cum potentiæ sit scire quæ maxima sunt, despexisse uidetur degeneris
operis uilitatem: Fastidio igitur absolutus est, non potestate fraudatus est. Quod
si magnum & summum arbitrātur scire iudicij diem,dicant quid deo patre maius
Matt.11. aut melius sit. Patrem igitur deum nouit ut ipse ait, quod nemo nouit patrem nisi
filius,& cui uoluerit filius reuelare. Patrem,inquit, nouit,& diem nescit? Sic ergo cre
ditis quod patrem reuelat,& diem non potest reuelare? Verum non solum sacrile-
ga ista,sed etiam inepta dubitatio. Nunc consideremus quibus modis scientia col-
ligatur,& ostendamus ipsum filium demonstrasse,quod & dicit,scire? Quod enim
scimus,aut tempore,aut loco,aut signis,aut personis declaramus,aut ordine. Quo
modo igitur nesciuit iudicij diem, qui & horam iudicij & locum & signa expressit?

Denique

A Denique sic habes: In illa hora qui fuerit in tecto non descēdat tollere uasa, & qui in Marci 13.
agro similiter non redeat retro. Eousque igitur futurorum norat periculorum euen
tus ut etiam præsidia periclitantibus demonstraret. An poterat dominus diem i-
gnorare, qui ipse dixit, quod filius hominis dominus est sabbati? Locum quoque Luc.6.
etiam alibi designauit cum sibi structuras templi ostendentibus discipulis diceret:
Videtis hæc omnia? Amen dico uobis,non relinquetur lapis super lapidē qui non Lucæ 21.
destruatur. De signo quoque interrogatus ab apostolis dixit: Videte ne seducami-
ni. Multi enim uenient in nomine meo dicētes,quia ego sum Christus. Et infra. Ter
ræmotus,inquit,magni erunt per loca singula, & fames,& pestilentia terroresq; de
cœlo, & signa magna erunt, Itaque & personas expressit & signa. Quo autem mo-
do, uel circundaturos exercitus Hierusalem dicat, uel implenda tempora gentium,
& quo ordine, Euāgelicæ utique lectionis attestatione referatur. Sciuit ergo omnia.
Sed quærimus qua ratione designare momenta noluerit. Si quæramus non igno-
rantiæ inueniemus esse, sed sapientiæ. Nobis enim scire non proderat, ut dum cer-
ta futuri iudicij momenta nescimus, semper tanquam excubijs constituti,& in qua
dam uirtutis specula collocati, peccandi consuetudinem declinemus, ne nos inter ui
tia dies domini deprehendat. Non enim prodest scire sed metuere quod futurum
est. Scriptum est enim: Noli alta sapere,sed time. Nam si diem designasset expres- Roma.11.
se,uni ætati hominum quæ proxima erat iudicio uideretur disciplinam præscripsis
se uiuēdi,superioris temporis aut iustus esset remissior, aut peccator securior. Nam
B adulter nisi quotidianam pœnam metuat, non potest adulterandi cupiditatem de
sinere. Nec latro obsessorum saltuum secreta deserere,nisi sciat sibi momentis omni
bus imminere supplicium. Plerunque enim quibus incentiuum est impunitas, ti-
mor tædium est. Ideo ergo dixi quod scire non proderat sed ignorare, ut ignoran-
tes timeremus,ut obseruantes emēdaremur,sicut ipse dixit: Estote parati quia nesci Matth.24.
tis qua hora filius hominis uenturus est,Nanq; miles si bellum in manibus esse co-
gnoscat,portendere non nouit in castris. Vnde alibi quoque ipse dominus interro
gatus,ab apostolis,inquam,qui utique non sicut Arrius intelligebāt, sed filium dei
futura scire credebant. Nam nisi hæc credidissent nunquam interrogassent: Interro
gatus autem quando restituerit regnum Israël,non se nescire dixit,sed ait: Non est Acto. 1.
uestrum scire tempora & annos quæ pater posuit in sua potestate. Attendite quid
dixerit: Non est uestrum scire. Lege iterum, Non est uestrum, Vestrum dixit, non
meum. Iam enim non secundum perfectionem sed secundum profectum humani
corporis ac nostræ animæ loquebatur. Vestrum ergo dixit,nō meū. Quod & apo-
stolus secutus. De temporibus autem & momentis fratres non habetis, inquit, o- 1.Thes.5.
pus ut uobis scribamus. Itaque ne apostolus quidem ipse Christi seruus dixit se ne-
scire momenta, sed non opus esse edoceri populum qui semper spiritalibus muni
mentis esse debet armatus ut uirtus Christi in uno quoq; portendat. Cum autem
dicit dominus, de temporibus quæ pater posuit in sua potestate, utiq; non potest
exors esse scientiæ paternæ, cuius nequaquam exors est potestatis, cuius potestas ex
sapientia & uirtute gignitur, quod utrunque Christus est. Sed quæritis, qua cau-
sa non ita discipulis negauerit, quasi sciret & nollet dicere, sed neque angelos, ne-
que filium scire memorauerit? Interrogabo uos & ego, qua causa in Genesi deus
dicat: Descendam itaque ut uideam secundum clamorem eorum uenientem ad Gen.18.

me si

Universidad de Deusto
Biblioteca

C me si consummabũtur: Sin autem ut sciam? Qua causa etiam scriptura de deo di-
Gen.11. cat: Et descendit dominus uidere ciuitatem & turrim quam ædificarent filij homi-
Psal.52. num? Qua causa etiã dicat propheta in psalterio: Dominus respexit super filios ho
minum si est intelligens aut requirens deum, quasi & illic si non descẽderet deus, &
hic si nõ prospiceret dominus, aut opera hominũ ignoraret aut merita? Sed etiam
Luc.20. in euangelio habes secundum Lucam, quia pater dicit: Quid faciam? Mittam filiũ
Matt.21. meum dilectissimum, forsitan hunc uerebuntur. Secundum Matthæum autẽ &
Mar.12. cundum Marcum: Quoniam misit deus unicum filium suum dicens: Verebuntur fi
lium meum. In uno libro dicit: Forsitan uerebuntur, & quasi nesciens dubitat. Nam
hic sermo dubitantis est. In duobus autem alijs libris: Verebuntur, inquit, filium
meum, hoc enim confirmat reuerentiam deferendã. Sed neq; dubitare dei est neq;
falli. Dubitat eñ qui ignorat quod futurum est, fallitur autem qui aliud prædixit,
& aliud est secutum. Quid autem euidentius quàm quod scriptura habet aliud pa
trem dixisse de filio, & aliud accidisse eadem scriptura testatur? Ille dixit: uerebũtur
filium meum, filius autem uapulauit, illusus est, crucifixus est, mortuus est, multoq;
illis seruis qui prius fuerant destinati, grauiora secũdum carnem passus est. Fefellit
igitur pater, aut ignorauit, aut sibi subuenire non potuit? Sed uerus nescit fallere.
Scriptum est eñ: Fidelis deus qui non mentitur. Quomodo autem ignorauit, qui
nouit omnia? Aut quid non potuit, qui omnia potest? Tamen si aut ignorauit aut
non potuit, facilius eñ acquiescitis ut dicatis patrem ignorasse, quàm confiteami-
ni scisse: uidetis quia ex hoc ipso quod unius substantiæ est filius cum patre, sic
D quemadmodum pater, ita & filius (ut secũdum uestram insipientiã loquar) aut non
omnia nouit, aut non omnia potest. Non sum eñ auarus aut præceps circa filij lau
des, ut plus audeam dicere filium posse q̃m patrem, & inter patrem & filium discre-
tionem faciam potestatis. Sed fortasse dicetis: Non ita dixisse patrem, sed de patre
filium nos fefellisse. Iam ergo non solum infirmitatis filium, sed etiam iam sacrilegij
& mendacij coarguitis. Veruntamen si non creditis de patre filio, nec de se credetis.
Si enim fallere nos uoluit qui dixit dubitasse patrem, quia nesciret quod esset futu
rum, fallere ergo etiam de se nos uoluit, quia futura nescire se dixit, multoq; tolera-
bilius ad pudorem, si ignorantiam ante portendit quod de se fecit, quàm si contra
rio præmissis lusus uideatur affectu quod de patre prædicauit. Sed neq; fallitur pa
ter, neq; fallit filius: uerum ea est in scripturis consuetudo diuinis, sicut & superiora
& multa alia exempla testantur, ut deus dissimulet se scire quod nouit. Et in hoc
ergo unitas diuinitatis, & unitas dispositionis in patre probatur & filio, si quemad-
modum deus pater cognita dissimulat, ita filius etiam in hoc imago dei, quæ sibi
sunt nota dissimulet. Edoctum est igitur non ignorasse dei filium quæ futura sunt.
Quod si fatentur, & ego ut iam respondeam: qua ratione neq; angelos neq; filium
sed patrem scire memorauit, solenné eius circa discipulos charitatem etiã in hoc lo-
co & gratiam recognosco, q̃d ex frequentia ipsa debet omnibus esse iam cognitũ.
Mauult eñ dominus nimio in discipulos amore propensus, pendentibus his quæ
cognitu inutilia iudicaret, uideri ignorare q̃d nouerat, q̃m negare. Plus q̃m amat no-
stram utilitatem instruere, q̃m suam potentiam demonstrare. Sunt tñ plerique nõ ita
timidiores ut ego, Malo enim alta timere q̃m sapere, Sunt tamen plerique eo freti q̃d
scriptum est: Et Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia apud deũ & homines,
qui

A qui dicunt confidenter quod secũdum diuinitatem quidem ea quæ futura sunt igno
rare non potuit, sed secundum nostræ conditionis assumptionem ignorare se qua-
si filium hominis ante crucem dixit. Etenim cum filium dicit, non quasi de alio dicit.
Nam ipse est & dominus noster dei filius, & filius uirginis. Sed medio uerbo no-
strum informat affectum, ut quasi hominis filius secundũ susceptionem nostræ im-
prudentiæ tibi profectus non plene adhuc scisse omnia crederetur. Non est uestrum Act.1.
scire quæ futura sunt. Eadem igitur uidetur ignorare conditione qua proficit. Nam
quomodo secũdum diuinitatem proficit in quo habitat plenitudo diuinitatis? Aut Col.2.
quid est quod nesciat dei filius, qui dicebat: Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Matth.9.
Quomodo nesciat de quo dicit scriptura: Iesus autem norat cogitationes eorũ. Hæc Luc.6.
tamen alij dicant: Ego aũt ut ad superiora redeam, qui proposuerim scriptum quod
pater dixit: Fortasse reuerebuntur filium, Quod utiq; ideo arbitror propositum, ut Luc.20.
quod de hominibus loquebatur pater, hũmano locutus uideatur affectu, Multoma
gis arbitror quod filius qui cum hominibus conuersatus est, & hominem egit & car-
nem suscepit, nostrũ assumpsit affectum, ut nostra ignorantia nescire se diceret, non
quod aliquid ipse nesciret. Nam & si homo in ueritate sui corporis uidebatur, erat
tamen uita, erat lux, & uirtus exibat de eo, quæ uulnera sauciorum, maiestatis sui au
toritate sanabat. Aduertitis ergo quæstionem nobis esse sublatam, Cum & filij di-
ctum ad susceptionem integræ conditionis referatur humanæ, Et de patre ideo scri-
ptum sit, ut uel sic calumniari filio desinatis. Nihil ergo fuit quod ignorauerit dei fi-
lius. Nihil eñ fuit quod ignorauerit pater. Quod si nihil filius ignorauit, ut iam con
B dudamus, dicant in quo eum minorem uelint uideri? Si minorem generauit deus fi
lium, minus contulit. Si minus contulit, aut deus minus uoluit, aut minus potuit.
Sed nec infirmus, nec inuidus pater, quia nec uoluntas ante filium nec potestas. In
quo minor, qui omnia habet quæ pater habet? Nam & omnia à patre iure genera
tionis accepit, & totum patrem gloria suæ maiestatis expressit. Scriptum est inqui- Ioan.14.
unt: Quoniã pater maior me est. Sed scriptum est: Non rapinam arbitratus est se es Phil.2.
se æqualem deo. Scriptum est, quod propterea uolebant illum Iudæi occidere, quia Ioan.5.
filium se dicebat dei, æqualem se faciens deo. Scriptum est: Ego & pater unũ sumus. Ioan.10.
Vnũ legunt, multa nõ legunt. Nunquid ergo & minor & æqualis per naturã eandẽ
potest esse? Sed aliud ad diuinitatem refertur, aliud ad carnem. Minorem dicunt:
Quæro, qui mensus sit, qui tam exaltati cordis, qui uelut ante tribunal patrem deum
& filium constituat ut de prælatione dijudicet? Non est exaltatum cor meum, ne- Psal.130.
que inuanum elati sunt oculi mei, Dauid dicit. Rex Dauid exaltare cor metuit in
rebus humanis, nos exaltamus aduersus diuina secreta? Quis igitur iudicat de dei fi
lio? Throni, dominationes, angeli, potestates? sed famulantur & seruiunt. Archan-
geli? sed ministrãt. Cherubin & Seraphin? sed laudant. Quis igitur iudicat de dei fi
lio, cum legeris quod ipse pater nouerit filium, non iudicat? Nemo enim nouit filiũ Matth.11.
nisi pater. Nouit inquit, non iudicat. Aliud est nosse, aliud iudicare. Habet pater in
se scientiam, filius supra se non habet potestatem. Et rursus: Nemo nouit patrem ni
si filius, & ipse nouit sicut eum pater nouit. Sed dicis quod minorem se dixit, dixit &
lapidem. Plus dicis & impie calumniaris, minus dico & plus astruo. Minorem dicis
& supra angelos confiteris. Ego minorem angelis dico, & non derogo, quia non di-
uinitatem arguo, sed misericordiam prædico.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De humili ac deuota autoris ad deum patrem conuersione rectæq; fidei cõfessione, cum disertissima huius operis conclusione, ad laudem & gloriam inæstimabilis, inenarrabilis, incircunscriptæ & immensæ ac sanctissimæ trinitatis, perfidissimorumq; Arrianorum confusionem & damnationem. Caput IX.

AD te nunc omnipotens pater cum lachrymis uerba conuerto. Ego te qui dem inaccessibilem, incomprehensibilem, inæstimabilem prompte dixerim, sed filium tuum minorem non ausim dicere. Nam cum illum splendorem gloriæ & imaginem substantiæ tuæ legerim, uereor ne minorem imaginem tuæ dicendo substantiæ, minorem substantiam tuam dicere uidear, cuius imago sit filius, cum plenitudo tuæ diuinitatis omnis in filio sit. Immensum te filiumq; tuum & spiritum sanctum, incircũscriptum, inæstimabilem, inenarrabilem legi libenter, credo libenter. Et ideo æstimare non possum, ut examinare possim. Esto tamen, spiritu ausuq; temerario metiri te uelim, Vnde quæso te metiar? Funiculum agrimensorium uidit propheta quo metiebatur angelus Hierusalem. Metiebatur tamen angelus non Arrius. Metiebatur angelus Hierusalem non deum, & fortasse non Hierusalem metiri poterat angelus, Vir enim erat. Denicq; sic habes: Et alleuaui oculos & uidi, & ecce uir & in manu eius funiculus agrimensoris. Vir erat, quod typus suscipiendi corporis declarabat. Vir erat ille de quo est dictũ: Post me uenit uir, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius. Ergo Iesus in typo Hierusalem metitur, non Arrius deum. Et satanas transfigurat se in angelum lucis: Quid mirum si Arrius suum imitatur autorem, ut usurpet illicita, licet quod pater suus Zabulus per semetipsum non fecit, intolerabiliore iste sacrilegio diuinorum sibi scientiam secretorum & supernæ generationis arcana præsumat? Zabulus enim uerum dei filium fatebatur, Arrius negat. Si ergo metiri te omnipotens pater nõ queo, possum ne sine sacrilegio de tuæ generationis disputare secreto? Possum ne dicere quod aliquid inter te & filium tuum plus minusue sit, cũ ipse qui natus est dixerit: Omnia quæ pater habet mea sunt? Quis me constituit iudicem aut diuisorem de rebus humanis? Hoc filius dicit, & nos inter patrem & filium. diuisorem nobis & iudicium uendicamus? Bona pietas arbitror refugit etiam in diuisore patrimonij. Nos ergo erimus arbitri ut inter te & filium tuum increatæ maiestatem substantiæ diuidamus? Generatio inquit hec, generatio nequam est: signum quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Signumque datur non diuinitatis, sed incarnationis. Denique de incarnatione dicturus ait: Pete tibi signum. Et cum ille dixisset, Non petam neq; tentabo dominum, respondit: Ecce uirgo in utero. Ergo signum diuinitatis uidere non possumus, mensuram quærimus? Væ misero mihi impie discutere audemus, quem digne rogare nõ possumus. Videro tamen quid faciant Arriani. Ego te pater si maiorem omnibus dixero, iniuriose te tuis operibus cõparaui. Si maiorem filio, ut Arrius asserit, impie iudicaui: de te prius erit illa sententia. Nam neq; ulla fieri potest nisi ex cõparatione prælatio, neq; præferri quisquã nisi prius de quo fuerit iudicatum. Iurare nobis per cœlũ non licet, iudicare de Dei filio licet? Sed filio tuo soli iudiciũ de omnibus detulisti. Ioãnes carnẽ dñi baptizare metuebat. Ioannes phibebat dicẽs: Ego à te debeo baptizari & tu uenis ad me, & ego Christũ iudicio meo subdam? Moyses excusat,

Exech.40.
Ioan.1.
2.Cor.11.
Ioan.16.
Luc.12.
Luce.11.
Esa.7.
Matth.3.

Petrus

Petrus imperatum in ministerio declinat obsequiũ, Arrius scrutatur etiam alta dei. Sed non Arrius spiritus sanctus. Sed Arrio & hominibus dictum est: Altiora te ne quæsieris. Moyses uultum domini prohibetur uidere, Arrius meruit uidere secretũ? Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Moyses qui cum domino apparet in gloria. Moyses ergo illa posteriora tantummodo dei in typo uidit, Arrius totum deum facie ad faciem comprehendit? Sed nemo, inquit, uidere potest faciem meam & uiuit. Paulus etiam de inferioribus dicit: Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus, Arrius dicit: Ex toto deum non ex parte cognoui. Inferior ergo Paulus quàm Arrius? Et uas electionis ex parte scit, uas perditionis totum scit? Scio, inquit, hominẽ siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit, qui raptus est in paradisum & audiuit ineffabilia. Paulus raptus usque ad tertiũ cœlum, seipsum nescivit, Arrius in stercore uolutatus, deum sciuit? Paulus dicit de seipso, deus scit. Arrius de deo dicit, Ego noui. Sed non Arrius raptus in cœlum, quamuis eum secutus sit qui iactatione damnabili diuina præsumeret dicens: Ponam thronũ meum super nubes, & ero similis altissimo. Sicut enim ille dixit: Ero similis altissimo, sic Arrius altissimũ dei filium similem sui uult uideri, quem non diuinitatis æternæ maiestate ueneratur, sed excarnis infirmitate metitur.

Ecclc.3.
Psal.98.
Exodi.33.
1.Cor.13.
2.Cor.12.
Esa.14.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. IN LIBRVM PRIMVM DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM PROLOGVS.

HIEROBOAL sub arbore, ut legimus, quercus, tritici messem cum uirgã cæderet, accepit oraculum, ut à potestate alienigenarũ in libertatem dei populum uendicaret. Nec mirum si est electus ad gratiam, cum sub umbra iam tum sacræ crucis & uenerabilis sapientiæ prædestinato incarnationis futuræ mysterio cõstituatus, feracis segetis sensibilia de latibulis frumenta produceret, electionemq; sanctorum à purgamentis inanis paleæ sequestraret, qui tanquam uirga ueritatis exerciti, superflua ueteris hominis cum eius actibus deponentes, quasi in torculari ita in ecclesia congregantur. Ecclesia enim torcular est fontis æterni, in qua cœlestis uitis fructus exundat. Quo motus oraculo Gedeon, cum audisset quod deficientibus licet populorum milibus, in uno uiro dominus plebem suam ab hostibus liberaret, obtulit hœdum caprarum, cuius carnem secundum præceptum angeli & azyma supra petram posuit, & ea iure perfudit, quæ simul ut uirgæ cacumine quam gerebat angelus dei contigit, de petra ignis erupit, atque ita sacrificium quod offerebatur absumptum est. Quo indicio declaratum uiderur quod petra illa typum habuerit corporis Christi, quia scriptum est: Bibebant de consequenti eos petra, petra autem erat Christus. Quod utiq; non ad diuinitatem eius sed ad carnem relatum est, quæ sitientium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in mysterio declaratũ est, quia dominus Iesus in carne sua totius mundi peccata crucifixus aboleret. Nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro enim hœdi ad culpam facti refertur, Ius ad illecebras cupidi

1.Cor.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C pidítatũ ,ſicut ſcriptum eſt: Quia concupiuit populus cupidítatem peſſimam,& dí-
xerunt: Quis nos cibabit carne? Quod igitur extendit angelus uirgam & tetigit pe-
tram de qua ignis exiuit, oſtendit quod caro domini ſpiritu repleta diuino,peccata
Luc.12. omnia humanæ conditionis exureret. Vnde & dominus ait:Ignem ueni mittere in
terram.Aduertit igitur uir doctus & præſagus futuri ſuperna myſteria,& ideo ſecũ
dum oracula occidit uitulum à patre ſuo idolis deputatum , & ipſe ſeptennem aliũ
uitulum immolauit deo . Quo facto manifeſtiſſime reuelauit poſt aduentum do-
mini , omnia gentilitatis abolenda ſacrificia , ſolúmque ſacrificium deo dominicæ
paſſionis pro redemptione populi deferendũ.Etenim uitulus ille erat in typo Chri
ſtus , in quo ſeptem ſpiritalium plenitudo uirtutum , ſicut Eſaias dixit, habitabat.
Iohan. 8. Hunc uitulum & Abraam obtulit , quando diem domini uidit,& gauiſus eſt. Hic
eſt qui nũc in hœdi typo,nunc in ouis,nunc in uitulo offerebatur.Hœdi quod ſacri
ficium pro delictis ſit,ouis quod uolũtaria hoſtia,uituli quod immaculata ſit uicti-
ma. Præuidit ergo myſterium ſanctus Gedeon . Denique trecentos elegit ad præ-
lium, ut oſtenderet non in numero multitudinis , ſed in ſacramento crucis mundũ
ab incurſu grauiorum hoſtium liberandum. Et tamen licet fortis & fidus , pleniora
Iudi.6. adhuc de domino futuræ uictoriæ documenta quærebat , dicens: Si ſaluas in ma
nu mea Iſraël , quemadmodum locutus es domine . Ecce ego pono lanæ uellus in
area , & ſi ros factus fuerit ſuper uellus , & ſuper omnem terram ſiccitas, cognoſcã
quia in manu mea ſecundum promiſſa tua populum liberabis.Et ita factũ eſt.Sed
D adiecit poſtea ut rurſum ros proflueret ſuper totam terram,& ſiccitas eſſet in uelle-
re. Quærit fortaſſe aliquis utrum nam quaſi incredulus eſſe uideatur, qui frequenti
bus informatus indicijs adhuc plura poſcebat . Sed quemadmodum poterat ui-
deri quaſi ambiguus incertúſque tentaſſe , qui myſteria loquebatur . Non ergo il-
le ambiguus ſed prouidus ne nos ambigeremus . Nam quomodo ille ambiguus
cuius precatio habebat effectum ? Vnde autem ſecurus adorſus eſſet prælium,ni-
ſi intellexiſſet oraculum ? Ros enim in uellere , fides erat in Iudæa , quia ſicut ros
dei uerba deſcendunt . Ergo quando totus orbis infructuoſo æſtu gentilis ſuper-
ſtitionis arebat , tunc erat ros ille cœleſtis uiſitationis in uellere. Poſtea uero quàm
oues quæ perierunt domus Iſrael , Vnde puto figuram iudaici uelleris adumbra-
tam, Oues inquam illæ fontem aquæ uiuæ negarunt , ros fidei humentis exaruit in
pectoribus Iudæorum , manátúſque ſuos fons ille diuinus in corda gentium diriua
uit. Inde eſt quod nunc fidei rore totus orbis humeſcit . At uero Iudæi prophetas
ſuos & cõſiliarios perdiderunt . Nec mirum ſi perfidiæ ſubeant ſiccitatem,quos do
Eſa.5. minus deus prophetici imbris ubertate priuauit dicens: Mandabo nubibus meis
ne pluãt ſuper uineã iſtam.Eſt enim propheticæ nubis pluuia ſalutaris,ſicut & Da
Pſal.71. uid dixit: Deſcẽdit ſicut pluuia in uellus ,& ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã.Hanc
nobis ſcripturæ diuinæ totius mundi pluuiam pollicebantur , quæ rigaret orbem
ſub domini ſalutaris aduentu ſpiritus rore diuini . Venit ergo iam dominus,uenit
& pluuia, uenit dominus ſtillicidia ſecum cœleſtia deferens, & ideo iã nos bibimus
qui ante ſitiebamus,& diuinũ illũ ſpíritũ hauſtu interiore potamus.Hoc ergo præ-
uidit ſanctus Gedeon,quia uerũ & ſpiritalẽ rorẽ etiã gẽtes nationeſq; erãt fidei per
ceptione bibituræ,& ideo diligẽtius explorauit.Eſt em̃ neceſſaria cautela ſanctorũ

Siquidem

A Siquidem etiam Ieſus Naue cum uidiſſet ducem miſitiæ cœleſtis interrogauit:No- Ioſue.5.
ſter es an aduerſariorũ ? ne forte aliquibus aduerſarij præſtigijs falleretur. Non ta-
men ocioſe uellus nõ in campo poſuit uel in prato , ſed poſuit in area ubi meſſis eſt
tritici. Meſſis enim multa, operarij autem pauci.Eo quod per fidem domini futura Luce.10.
eſſet meſſis fœcunda uirtutũ.Nec illud ocioſum quod exiccauit uellus Iudaicũ,& ro
rem eius miſit in peluem ut repleretur aqua,non tamen ipſe eo rore pedes lauit.Alij
debebatur tanti prærogatiua myſterij,expectabatur ille qui ſordes omniũ ſolus poſ
ſet abluere.Non erat tantus Gedeon,qui hoc ſibi myſteriũ uendicaret.Non em̃ Ge
deon, ſed filius hominis uenit non miniſtrari ſed miniſtrare . Itaq; cognoſcamus in
quo hæc myſteria uideantur eſſe completa.Non in ſancto Hieroboal.Adhuc enim
erant illa principia.Ideo gentes uictæ,quia ſiccitas erat adhuc in gentibus.Ideo Iſra
el uicit,quia ros tunc manebat in uellere.Veniamus ad euangelium.Inuenio domi- Ioan.13.
num ſpoliantem ſe ueſtimenta & præcingentem ſe lintheo,mittentem aquam in pel
uem,lauantem pedes diſcipulorũ.Hæc erat aqua,ros ille cœleſtis, hoc prophetabat
quod illo rore cœleſti diſcipulorũ ſuorum dominus Ieſus pedes lauaret. Et nunc ex
tendantur pedes animorũ noſtrorum,uult dominus Ieſus & noſtros lauare pedes.
Non enim Petro ſoli,ſed unicuicq; dicit fideli:Niſi lauero tibi pedes nõ habebis me-
cum partem. Veni ergo dñe Ieſu, exue te ueſtimenta quæ propter me induiſti, eſto
nudus ut nos miſericordia tua ueſtias.Præcinge te ,ppter nos lintheo,ut nos tui mu
neris immortalitate præcingas.Mitte aquam in peluem, laua non ſolum pedes ſed
etiam caput. Nec ſolũ corporis noſtri,ſed etiam mentis ueſtigia uolo exuere, omẽs
B noſtræ ſordes fragilitatis, ut & ego dicam: Nocte exui tunicã meam quomodo in- Cant.5.
duam eam? Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Quãta iſta maieſtas eſt?
Quaſi miniſter pedes famulorũ tuorũ lauas,quaſi deus rorem mittis è cœlo.Nec ſo
lum pedes lauas,ſed etiã ut tecum recumbamus inuitas,& exemplo nos tuæ digna-
tionis hortaris,dicens: Vocatis me dominũ & magiſtrum & bene facitis,ſum enim. Ioan.13.
Si ergo ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter,& uos inuicem lauate pedes ue
ſtros. Volo ergo & ego pedes lauare fratrũ meorũ, uolo domini implere mandatũ.
Voluit me non uerecundari,non dedignari quod ipſe prius fecit . Bonum myſteriũ
humilitatis,quia dum alienas ſordes lauo,meas abluo.Sed non hoc omnes haurire
poterant myſteriũ.Lauare uoluit quidẽ & Abrahã pedes,ſed hoſpitalitatis affectu.
Volebat & Gedeon lauare pedes angelo domini qui apparuit ſibi, ſed uolebat uni,
uolebat quaſi is qui deferret obſequium,non qui donaret conſortium . Hoc myſte-
rium magnum eſt,quod nemo cognouit.Deniq; Petro dixit: Quod ego facio tu ne
ſcis,cognoſces poſtea.Hoc inquam diuinum myſterium eſt,quod etiam qui lauerũt
requirunt. Non eſt ergo ſimplex aqua cœleſtis myſterij, per quam conſequimur ut
partem cum Chriſto habere mereamur.Eſt & quædã aqua quam mittamus in pel-
uim animæ noſtræ,aqua de uellere in lib.Iudicũ,aqua de libro pſalmorũ. Aqua eſt
ros cœleſtis oraculi. Veniat igitur domine Ieſu hæc aqua in meam animã, in meam
carnem,ut huius humore pluuiæ noſtrarũ conualles mentium atq; intimi cordis ar-
ua uirideſcant.Veniant in me ſtillicidia tua,gratiam immortalitatemq; rorãtia.Di-
lue greſſus mentis meæ,ne iterum peccem . Ablue animi mei calcaneum ,ut poſſim
abolere maledictum,ne morſum ſerpentis interiore pede ſentiam,ſed ſicut ipſe iuſſi
ſti ſequentibus te,ut ſerpentes & ſcorpiones illæſo poſſim calcare ueſtigio. Redemi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sti mundum,redime unius animã peccatoris.Hæc est specialis tuæ prærogatiua pietatis, qua totum mũdum in singulis redemisti. Helias ad unam missus est uiduam, Helisæus mundauit unum,tu nobis domine Iesu hodie mille mundasti. Quantos in urbe Roma,quantos Alexandriæ,quantos Antiochiæ,quantos etiam Constantinopoli. Nam etiam Constantinopolis iam dei uerbũ recepit, & euidentia meruit tui documenta iudicij.Etenim quandiu uenena Arrianorum suis fouebat inclusa uisceribus,bellis finitimis inquieta,murus armis circumsonabat hostilibus.Postea uero quãm fidei exules abdicauit,hostem ipsum iudicem regum,quem semper timere consueuerat,deditum uidit,supplicem recepit,moriẽtem obruit, sepultum possidet. Quantos ergo & Constantinopoli, quantos postremo toto hodie in orbe mundasti? Non mundauit Petrus,non mundauit Ambrosius,non mundauit Gregorius. Nostra enim seruitia,sed tua sunt sacramenta.Necp enim humani operis est diuina conferre,tuum domine murus & patris est,qui locutus est per prophetas dicens: Effundam de spiritu meo super omnem carnem,& prophetabunt filij & filiæ eorum. *Ioel.2.* Hic est in typo ros ille cœlestis.Hæc pluuia uoluntaria sicut legimus: Pluuiã uoluntariam segregans deus hæreditatis suæ. *Psal.67.*

CAPITA PRIMI LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Non esse inter creaturas spiritũ sanctum,nec inter omnia,sed super omnia. Cap.I.
Non posse ad spiritum deriuari dei,quia scriptum est de dei filio:Omnia per ipsum
D facta sunt,quia spiritus dei super omnia,non inter omnia est. Cap. II.
Non uideri spiritum dei à patris & filij maiestate secerni, quia scriptum est: Nobis autem unus deus pater ex quo oĩa & nos in ipsum,& unus dominus Iesus per quem omnia,de spiritu autem nihil dixit. pleriscp; locis & de spiritu dixit scriptura & filio,& de deo patre eo loco nihil dixit,aut de deo patre dixit & spiritu,& de filio nihil dixit. Cap. III.
Quoniam ipse est spiritus sanctus qui est spiritus dei & spiritus Christi. Ipse est spiritus patris,ipse paracletus,ipse spiritus ueritatis,ipse spiritus uitæ. Cap. IIII.
Quia sicut pater sanctus,ita filius,ita & spiritus dicitur sanctus. Cap. V.
Quia in spiritu signamur. Cap. VI.
Quia replet omnia spiritus dei. Cap. VII.
Quia sempiternus dei filius. Cap. VIII.
Quia spiritus peccata condonat. Cap. IX.
Non de loco ad locum transire spiritum dei,de quo scriptum est: Qui à patre procedit,& de quo dicit filius dei:Quem ego mittam uobis. Cap. X.
Quia una pax,una gratia patris & filij & spiritus sancti. Cap. XI.
Quia una charitas patris & filij & spiritus sancti & operatio trinitatis,ut passionem corporis dominus Iesus subiret. Cap. XII.
Quia una communicatio patris & filij & spiritus sancti. Cap. XIII.
Quia unum nomen patris & filij & spiritus sancti. Cap. XIIII.
Quia & filius paradetus dicitur sicut & spiritus,& quia beneficij & gratiæ hoc nomẽ non iniuriæ est. Cap. XV.
Quia sicut pater lumen,ita & filius lumen & spiritus lumen est. Et sicut patrem ignẽ legimus

A legimus,ita & filium & spiritum sanctum. Cap. XVI.
Quia lumen uultus dei spiritus,& spiritus lumen. Cap. XVII.
Quia sicut pater uita & filius uita & spiritus sanctus uita. Cap. XVIII.
Quia sicut pater fons uitæ est,ita etiam filius,ita & spiritus sanctus. Cap. XIX.
Quia sicut pater flumen,ita & filius & spiritus sanctus. Cap. XX.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER PRIMVS.

Non esse inter creaturas spiritum sanctum, nec inter omnia,sed super omnia. Caput I.

B NON eñ spiritus sanctus aut potestati alienæ est subiectus aut iuri,sed suæ libertatis arbiter,omnia pro autoritate propriæ uoluntatis,diuidens,sicut legimus,singulis prout uult. *1.Cor.12.* Non ergo inter oĩa,sed super omnia spiritus sanctus est. Iam enim de eo,quod non ita plene de dei filio,clementissime Imperator,instructus es ut ipse iam doceas,cupientẽ te & exigentem audire aliquid expressius non morabor,Præsertim cum ita te assertione istiusmodi testificatus sis proxime delectatũ,ut basilicam ecclesiæ sine ullo monitore præceperis reformari. Fidei itaq; tuæ gratiam,nostræ præmiũ iam tenemus,Neq; enim aliud possumus dicere, nisi sancti spiritus hanc fuisse gratiam, quod ignorantibus omnibus subito basilicã teddidisti.Spiritus inquã sancti hoc munus,hoc opus est, qui à nobis quidem tunc prædicabatur,sed in te operabatur.Nec superioris tẽporis damna deploro,quando quidem sequestratio illa basilicæ cuiusdã fœnoris traxit usuras.Etenim basilicam sequestrasti,ut fidem probares.Impleuit igitur propositũ suum pietas tua, quæ sic sequestrauerat ut probaret,sic probauit ut redderet.Nec fructum amisi,sed iudiciũ teneo.Patuitq; omnibus in quadam facti discretione, discretam tibi nunc fuisse sententiam. Patuit inquã omnibus & tuũ nõ fuisse cum sequestrares,& tuũ esse cũ redderes. Primũ igiẽ ab inferioribus inchoẽmus, ut quasi per gradus quosdã tractatus noster ascendat,quo facilius hi qui fidem nõ deferũt uel ratione flectantur.Possunt enim dicere in principio:Nec nos dicimus seruire spiritũ.Sed cũ dicant seruire Christum,quomodo possent negare de spiritu? Quod si secundũ carnẽ in serui forma cõfitentur Christũ fuisse,constat & cõuenit. Ergo si secundũ diuinitatẽ suam Christus nõ seruit,nõ seruit etiã spiritus. Quod si nõ seruit spũs,oĩa aũt seruiũt,sup omnia igitur spũs est qui nõ seruit sicut oĩa.Nõ esse ergo inter creaturas spũm sanctũ,nec inter oĩa sed sup oĩa.Nõ eñ alienæ aut potestati aut iuri subiectus est,sed suæ libertatis est arbiter.Siquidem oĩa pro autoritate propriæ uolũtatis,diuidens sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

C scriptū est singulis prout uult. Nunc idipsum quod diximus testimonijs astruamus. Principium disputationis est, quia seruiunt omnia. Seruire autem omnia licet, quo-
Psal.118. niam scriptum est: Vniuersa seruiunt tibi. Dixit hoc spiritus per prophetam, non di-
xit seruimus sed seruiunt tibi, ut crederes quod ipse à seruitio sit exceptus. Ergo cum
uniuersa seruiant, non seruiat spiritus, uticp inter uniuersa non est spiritus sanctus.
Nam si inter omnia dicimus esse spiritum sanctum, uticp cum legerimus, quia alta
1.Cor.2. dei scrutatur spiritus, deum patrem esse super omnia denegamus. Etenim cū ex deo
spiritus sit, & spiritus oris eius, quomodo possumus inter omnia dicere spiritum san
ctum, cum super omnia deus sit cuius est spiritus, plenæ utique perfectæcp uirtutis?
Ac ne apostolum arbitrentur errasse, accipiant quem fiduciæ huius sit secutus auto-
Ioan.15. rem. Dominus enim in euangelio dixit: Cum uenerit paracletus quem ego mittam
uobis à patre meo spiritum ueritatis qui à patre procedit, ille testimonium perhibe-
bit de me. Ergo & à patre procedit spiritus sanctus & testificatur de filio. Testificat
etiam de patre testis fidelis & uerus, quo nihil ad expressionē diuinæ maiestatis est
plenius, nihil ad unitatem diuinæ potestatis euidentius, cum idem nouerit spiritus
quod & filius, qui paternorum testis & consors indiuiduus secretorum est. Exclusit
itacp à cognitione dei societatem & multitudinem creaturæ, non excludendo autem
Ioan.1. spiritum sanctum, ostendit non esse socium creaturæ. Vnde & illud quod lectum est
in Euangelio: Quia deum nemo uidit unquā nisi unigenitus filius qui est in sinu pa-
tris ipse enarrauit, ad exceptionem pertinet spiritus sancti. Quomodo enim deum
non uidet, qui scrutatur etiam alta dei? Quomodo deū non uidet, qui cognouit quæ
D dei sunt? Quomodo deum nō uidet, qui cognouit quia ex deo est? Ergo cum ita po
situm sit, quia deum nemo uidit unquam, uidit autem spiritus, uticp exceptus est spi
ritus. Super omnia igitur est, qui est exceptus ex omnibus.

Non posse ad spiritū deriuari dei, quia scriptum est de dei filio, Omnia per ipsum facta sunt, quia spiritus dei super omnia, non in ter omnia est. Caput II.

Ioan.1. VIDETVR sancte Imperator plena ratio esse pietatis, sed impijs nō uidetur. Denicp quid moliātur aduerte. Solent enim dicere hæretici, ideo inter omnia spiritum sanctum esse numerandum, quia scriptum est de dei filio: Omnia per ipsum facta sunt. Quàm male confunditur actio quæ non tenet ueritatem, & præpostero ordine assertionis inuoluitur. Hoc enim tūc ualeret, ut inter omnia dicerent esse spiritum sanctū, si factum probarent. Nam o-mnia per filium scriptura dicit esse quæ facta sunt. Cum autem factus nō doceatur spiritus sanctus, uticp nec inter omnia probari potest, qui neq; factus est sicut omia nec creatus. Mihi igitur ad utrūcp hoc proficit testimonium, ut & super omnia pro-betur esse qui factus non est: & quia super omnia est non uideatur factus esse, nec in ter ea quæ sunt facta numerandus. Quod si quis, quia omnia facta per uerbū euan-gelista posuit, non excipit spiritum sanctum, quanquam in Iohanne locutus spiri-tus dei, omnia per ipsum facta sunt dixerit, non omnia facta sumus, Cum utique lo-
Matth.10. qui in euangelistis spiritum dei ipse dominus ostenderit dicens: Non enim uos estis loquentes, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis: Tamen si quis, ut dixi, hoc loco non excipit spiritum sanctum, sed inter omnia numerat, nec ibi ergo excipit dei filium

A filium ubi apostolus dixit: Nobis tamen unus deus pater ex quo omia & nos in il-
1.Cor.8. lum. Sed ut sciat quia inter omnia non est filius, legat sequentia. Nam cum dicit: Et unus dominus Iesus per quem omnia, ab omnibus utiq; excepit dei filium, quia ex cepit & patrem. Eiusdem autem impietatis est, uel patri uel filio uel spiritui sancto derogare. Non enim credit in patrem qui nō credit in filium, nec credit in dei filium qui non credit in spiritum, nec potest sine regula ueritatis fides stare. Nam qui nega re cœperit unitatem potestatis in patre & filio & in spiritu sancto, non potest utiq; ibi ubi nulla diuisio est fidem probare diuisam. Ergo quia pietatis unitas bene cre-dere, etiā unitas impietatis est male credere, Itaq; qui putant spiritū inter omnia de bere numerari, quia omnia legunt facta per filium, etiā filium utiq; inter omnia an-numerandū putant, quia legunt ex deo omnia. Consequenter autem nec patrem se cernunt ab omibus, qui à creaturis omnibus filiū nō secernūt, quoniā sicut ex patre omnia, ita etiā per filiū omnia. Hoc ipsum supra euidenter apostolus dixit, ne inter omnia posuisse filium uel impius uideretur, qui audierat dixisse filium: Pater quod dedit mihi maius omnibus est.

Non uideri spiritū dei à patris & filij maiestate secerni, quia scriptum est: Nobis autem unus deus pater ex quo omia & nos in ipsum, & unus dominus Iesus per quē omnia, de spiritu autē nihil dixit: pleriscp locis & de spiritu dixit scriptura & de filio & de deo patre eo loco nihil dixit, aut de deo patre dixit & spiritu & de dei filio nihil dixit. Cap. III.

B SED fortasse aliquis dicat, qua ratione cum dixerit hic ex patre omnia, & per filium omnia, & de spiritu sancto tacuerit, & hinc cupiat præiudiciū comparare. Quod si sic cœperit maliciose interpretari, quàm multis inue niet locis prædicatam sancti spiritus potestatem, in quibus uel de patre uel de filio nihil scriptura expresserit, sed intelligendū reliquerit. Nunquid ergo cum gratia spiritus prædicatur, dei patris aut unigeniti filij denegatur? Non ita, quia si-
Rom.5. cut pater in filio, & filius in patre, ita etiā diffusa est charitas dei in cordibus nostris per spūm sanctū qui datus est nobis. Et sicut qui benedicit in Christo, benedicitur in nomie patris & filij & spūs sancti, qa unū nomē est potestas una, ita etiā ubi opa tio aliqua diuina, aut patris, aut filij, aut spūs designat, nō solū ad sanctū spūm, sed etiā ad patrē refertur & filiū, nec solū ad patrē sed etiā ad filiū refertur & spūm. Dei
Act.8. nicp & æthiops eunuchus Candacis reginæ baptizatus in Christo, plenū mysteriū
Act.19. cōsecutus est, Et illi qui negauerūt se scire spūm, cuius baptizatos se dicerent in Ioan nis baptismo, baptizati sunt postea, quia Ioānes in remissionē peccatorū, in aduenti entis Iesu, nō in suo baptizauit noīe. Et ideo spiritū nesciebant, quia nec baptismū in Christi nomine, sicut Ioānes baptizare solebat acceperāt. Ioannes em licet nō ba-ptizaret in spiritu, tamē & Christū prædicabat in spiritu. Denicp cū interrogaretur
Matth.3. ne forte ipse esset Christus, respōdit: Ego uos aqua baptizo, ueniet autē fortior me cuius nō sum dignus calciamenta portare, ipse uos baptizabit in spū sancto & igni. Ergo isti, quia nec in Christi noīe, nec cū fide spiritus sancti baptizati fuerant, nō po terant accipere baptismatis sacramentū. Baptizati sunt itacp in nomine Iesu Chri-sti, nec iteratū est in his baptisma sed nouatū. Vnū enim baptisma. Vbi aūt nō est plenū baptismatis sacramentū, nec principium uel species aliqua baptismatis æsti-matur. Plenum autem est, si patrem & filium spiritumcp fatearis. Si unum neges,

totum

Universidad de Deusto
Biblioteca

totum subrues. Et quemadmodū si unum in sermone comprehendas, aut patrem, aut filium, aut spiritum sanctum, fide autem nec patrem nec filium nec spiritum abneges, plenum est fidei sacramentum: Ita etiam quamuis & patrem & filium & spiritum dicas, & aut patris aut filij aut spiritus sancti minuas potestatē, uacuū est oīe
Act.19. mysterium. Deniq; & illi qui dixerant: Nec si spiritus sanctus sit audiuimus, baptizati sunt postea in nomine domini nostri Iesu Christi. Et hoc abundauit ad gratiā, qui iam spiritum sanctum Paulo prædicante cognouerant. Nec contrariū debet uideri, quia quamuis etiam postea tacitum sit de spiritu, tamen creditum est, & quod uerbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur: In nomine domini Iesu Christi, per unitatem nominis impletum mysteriū est, nec à Christi baptismate spiritus separatur, quia Iohannes in pœnitentiam baptizauit, Christus in spiritu. Nunc consideremus utrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legimus baptismatis sacramentū, ita etiam sancto tantum spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterij plenitudinem. Rationem sequamur, qui unum dixerit, trinitatem signauit. Si
Act.10. Christum dicas & deum patrem à quo unctus est filius, & ipsum qui unctus est filium, & spiritum quo unctus est designasti. Scriptum est enim: Hunc Iesum à Nazareth quem unxit deus spiritu sancto. Et si patrem dicas, & filium eius & spiritum oris eius pariter indicasti. Si tamen id etiam corde comprehendas. Et si spiritum dicas, & deum patrem à quo procedit spiritus, & filiū quia filij quoq; est spiritus nuncupasti. Vnde ut rationi copulet autoritas, in spiritu quoq; recte baptizare nos posse
Act.1. scriptura indicat dicente domino: Vos autem baptizabimini in spiritu sancto. Et
D alibi apostolus ait: Omēs enim in ipso corpore in uno spiritu baptizati sumus. Vnū opus, quia unum mysterium. Vnum baptisma, quia mors una pro mundo. Vnitas ergo operationis, unitas prædicationis, quæ non potest separari. Quod si hoc loco separatur spiritus ab operatione patris & filij, quia dictū est: Ex deo omnia, & per fi-
Rom.9. lium omnia, ergo & ibi quia apostolus de Christo dixit: Qui est super omnia deus benedictus in secula, non solum cum creaturis omnibus, sed etiam patri quod dictu nefas est prætulit. Sed absit. Non enim inter omnia pater, non inter plebem quandam creaturarū suarum. Subter creatura omnis, supra diuinitas patris & filij & spiritus sancti. Illa seruit, hæc regnat. Illa subiacet, ista dominat. Illa opus, hæc autor est operis. Illa adorat omnis, hæc adoratur ab omnibus. Deniq; de filio scriptum est: Et
Hebr.1. adorent eum oīes angeli eius. Non habes adoret spiritus sanctus. Et infra: Ad quē autem angelorum dixit aliquando: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nónne omnes sunt, inquit, ministri spiritus in ministerium qui mittuntur? Cum dicit omnes, nunquid & spiritum sanctum comprehendit? Non utiq;, quia angeli & cæteræ potestates in ministerium & obsequiū
Ioan.15. dei filio ut seruiant destinantur. At uero spiritus sanctus, non minister, sed testis est filij. Quemadmodum de ipso filius dixit: Ille testimoniū perhibet de me. Testis est ergo filij spiritus. Qui testis est nouit omnia. Sicut deus pater testis est. Sic enim ha-
Heb.2. bes in posterioribus, quia confirmata est salus nostra testificante deo signis quoque & prodigijs & uarijs uirtutibus, & spiritus sancti diuisionibus. Qui dixidit utique supra omnia, non inter omnia est. Diuidere enim operatoris gratia, non operis est materia. Si supra omnia filius per quem initiū salus nostra ut prædicaretur accepit, utique & pater deus qui testificatur & asseuerat signis & prodigijs de salute nostra, ex-
ceptus

A ceptus à cunctis est. Similiter autem & spiritus qui diuisionibus suis nostræ testimonium fert saluti, non est in creaturarum plebe numerandus, sed cum patre æstimandus & filio, qui nō per incisiones sui diuiditur ipse cū diuidit. Indiuiduus enim cū sit nihil amittit cum omnibus largitur. Sicut & filius regnum patre accipiente nihil perdit, nec pater filio cum sua tradit, amittit. Nullū itaq; damnū esse in diuisione gratiæ spiritalis, dño attestante cognouimus. Qui eī ubi uult spirat, ubiq; sine damno est. De quo infra dicemus plenius. Interim nūc quoniā propositū est ordine suo asserere, Non esse inter omnia spiritū cōputandū, ipsum apostolū, de cuius uerbis sanciunt quæstionē assertionis huius adhibeamus autorē. Quæ enim essent illa oīa,
Col.1. siue uisibilia siue inuisibilia, ipse signauit dicens: Quoniā in ipso cōdita sunt oīa in cœlis & in terra. Vides oīa de his dicta quæ uel in cœlis sunt uel in terra? Sunt eī in cœlis etiā inuisibilia quæ facta sunt. Tamen ne cui esset incognitū, addidit de quibus diceret: Siue sedes, inquit, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Nunquid ergo hic inter creaturas spiritū sanctū cōprehendit? Aut cum dicit,
Psal.32. ante omnes dei filiū, nunquid ante patrē dixisse æstimandus est? Non utiq;, nam sicut hic per filiū dicit oīa creata esse, & in ipso omnia cōstare cœlestia, ita etiā in spiritu sancto uires habere uniuersa cœlestia dubitari nō potest, quādo lectū est: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Super omnia est igitur de quo est omnis cœlestiū & terrestriū uirtus. Qui igitur super oīa est, utiq; non seruit, qui nō seruit liber est, qui liber est habet iura dominatus. Hoc si à princi
B pio dicerē negaret. Sed quemadmodū illi minora negant ne maiora credant, ita & nos minora præmittamus, ut aut perfidiā suā etiā in minoribus prodant: aut si uel minoribus cōsentiūt maiora de minoribus colligamus. Arbitror, dementissime Imperator, plenissime cōfusos eos qui audent inter oīa spiritū sanctū cōputare. Sed tamē ut sciant se nō tantū apostolicis testimonijs sed etiā dominicis perurgeri, quō
Matth.12. audent inter omnia numerare spiritū sanctū quando ipse dñs dixerit: Qui blasphemauerit in filiū hominis remittetur ei, qui aūt blasphemauerit in spiritū sanctū, nec hic nec in futurū remittet ei. Quomō igitur inter creaturas audet quisquā spūm cōputare? Aut qui sic se obligat, ut si creaturæ derogauerit, nō putet sibi hoc aliqua uenia relaxandū? Nam si Iudæi, quia adorauerunt militiā cœli diuino præsidio destituti sunt, qui autem adorat & confitetur spiritū sanctum acceptus est deo, qui non confitetur sacrilegij reus sine uenia damnatur, utique hinc æstimari potest, nō inter omnia sed super omnia esse spiritū sanctum, cuius iniuria æternis supplicijs expiatur. Cur aūt dixerit dominus: Qui blasphemauerit in filium hominis remittetur ei, qui autem blasphemauerit in spiritū sanctum, nec hic nec in futurū remittetur ei, diligenter aduerte. Nunquid alia est offensa filij, alia spiritus sancti? Sicut enim una diuinitas, sic una iniuria. Sed si qui corporis specie deceptus humani, remissius aliquid sentit de Christi carne quàm dignum est (Neque enim uilis nobis debet uideri, quæ aula uirtutis fructus est uirginis) habet culpam, non est tamen exclusus à uenia, quam fide possit assciscere. Si qui uero sancti spiritus dignitatem, maiestatē & potestatem abneget sempiternam, & putet non in spiritu dei eici dæmonia, sed in Beelzebub, non potest ibi exoratio esse ueniæ, ubi sacrilegij plenitudo est. Quia qui spiritū negauit, & deum patrem negauit & filium, quoniam idem est spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ritus dei qui ſpiritus Chriſti eſt. Vnum autem eſſe ſpiritum nemo dubitauerit, & ſi de uno deo plerique dubitarint. Alium enim dixerunt plerique hæretici deum uete-
Heb.1. ris,alij noui teſtamenti.Sed ſicut unus pater qui & olim locutus eſt,ut legimus, patribus in prophetis,& in nouiſſimis diebus nobis locutus eſt in filio,Et ſicut unus filius qui iuxta ueteris ſeriem teſtamenti ab Adam offenſus,ab Abraham uiſus,à Iacob adoratus eſt,Ita etiam ſpiritus ſanctus unus eſt,qui efferbuit in prophetis,inſufflatus eſt apoſtolis,copulatus eſt patri & filio in baptiſmatis ſacramẽto.De ipſo eñ
Pſal.50. dicit Dauid: Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. De ipſo etiam alibi dicit:
Pſal.138. Quó ibo à ſpiritu tuo.

Quoniã ipſe eſt ſpiritus ſanctus qui eſt ſpiritus dei & ſpiritus Chriſti, ipſe paracletus,ipſe ſpiritus ueritatis,ipſe ſpiritus uitæ. Cap. IIII.

1.Cor.12. ET ſcias quia idem ſpiritus dei ẽſt,qui eſt ſpiritus ſanctus,ſicut & in Apoſtolo legimus:Nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu.Et nemo dicit dominum Ieſum niſi in ſpiritu ſancto.Ipſum apoſtolus ſpiritum dei dixit,Ipſum etiam ſpiritũ Chriſti appellauit, ſicut habes: Vos
Rom.8. autem in carne non eſtis,ſed in ſpiritu,ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis. Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet hic nõ eſt eius. Et infra: Quod ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis habitat in uobis. Ipſe eſt ergo ſpiritus dei qui ſpũs Chriſti. Ipſe eſt ſpiritus uitæ,ſicut ait apoſtolus. Lex enim ſpiritus uitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. Quem ergo ſpiritũ uitæ Apoſtolus dixit,ipſum
D dominus in euangelio paracletum nominat,ipſum ſpiritum ueritatis,ſicut habes:Et
Ioan.14. rogabo patrem & alium paracletum dabit uobis ut uobiſcum ſit in æternum ſpiritũ ueritatis,quem hic mundus non poteſt accipere,quia nõ uidit eum nec cognoſcit eũ. Habes ergo & paracletum ſpiritum,eundem & ſpiritum ueritatis,& ſpiritum inuiſibilem deſignatum. Quomodo igitur ſecũdum diuinitatem quidam filium uiſibilem putant,cum etiam ſpiritũ mundus uidere non poſſit? Accipe nunc eiuſdem uoce domini quod ipſe ſit ſpiritus ſanctus,qui & ſpiritus ueritatis.Habes enim in ultimo libri huius:Accipite ſpiritum ſanctum. Ipſum quoq; eſſe ſpiritũ ſanctum qui eſt ſpiri
Act.5. tus domini Petrus docet dicẽs: Ananias quid tibi uiſum eſt mentiri ſpiritui ſancto? Et ſtatim ad uxorem Ananiæ idem ait: Quid uobis uiſum eſt tentare ſpiritum domini? Cũ dicit,uobis,oſtendit de eo dictum ſpiritu de quo Ananiæ dixerat. Ipſe eſt ergo ſpiritus domini,qui ſpiritus ſanctus. Ipſum etiam ſpiritum ſanctum qui ſpiritus patris eſt, declarauit dominus dicens ſecundum Matthæum in perſecutione nõ
Matth.10. eſſe cogitandum quid loquamur. Non enim uos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus pa
Luc.12. tris ueſtri qui loquitur in uobis. Idem autem ſecundũ Lucam ait: Nolite ſolliciti eſſe qualiter reſpondeatis aut dicatis,Spiritus enim ſanctus dei docebit uos in ipſa hora quæ oporteat dicere. Ergo quamuis multi dicantur ſpiritus,quia lectum eſt: Qui fa-
Pſal.103. cit angelos ſuos ſpiritus, Vnus tamen eſt dei ſpiritus. Ipſum igitur unum ſpiritũ & apoſtoli & prophetæ ſunt ſecuti. Sicut etiã uas electionis, doctor gentiũ dicit: quia unum ſpiritum potauimus,quaſi eum qui non queat ſcindi, ſed infunditur animis, & ſenſibus illabitur,ut ſecularis ſitis reſtinguat ardorem. Non ergo ſanctus ſpiritus de ſubſtantia corporalium, Hic enim corporalibus incorpoream infundit gratiam: ſed nec de ſubſtantia inuiſibilium creaturarum eſt, nam & illi ſanctificationẽ huius accipiunt

A ccipiunt,& per hunc reliquis mundi operibus antecellũt,ſiue angelos dicas ſiue dominationes ſiue poteſtates,omnis creatura expectat ſancti ſpiritus gratiã. Sicut eñ
Gal.4. nos per ſpiritũ liberi, quia miſit deus ſpiritũ filij ſui in corda noſtra clamantẽ, abba pater,itaq; iam nõ eſt ſeruus ſed filius, Ita etiã omnis creatura reuelationẽ filiorum dei expectat,quos utique ſancti ſpiritus gratia filios dei fecit. Ergo & creatura ipſa ſpiritalis gratiæ reuelatione mutatur,& liberabitur à ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorũ dei. Omnis ergo creatura mutabilis, non ſolũ ea quæ iam peccato aliquo aut elementorũ conditione mutata eſt,uerũ etiam quæ corruptelæ poteſt eſſe obnoxia uitio naturæ,etſi nondũ eſt ſtudio diſciplinæ. Nam ut in ſuperioribus libris docuimus & angelorũ naturã liquet potuiſſe mutari. Vticq; æſtimare conuenit qualis unius natura,talis & cæterorũ. Mutabilis ergo & reliquorũ natura, ſed melior diſciplina.

D

Quod ſicut pater ſanctus,ita filius,ita & ſpiritus dicitur ſanctus. Cap. V.

ERGO omnis mutabilis creatura,ſed nõ mutabilis ſpiritus ſanctus. Neque enim aliquo uitio mutari poteſt,qui omnium abolet uitia,peccata cõdonat. Quomodo ergo mutabilis qui ſanctificando alios mutat ad gratiam, non ipſe mutatur? Quomodo mutabilis,qui bonus ſemper eſt? Neq; unquã malus ſpiritus ſanctus,per quem nobis quæ bona ſunt miniſtrantur. Vnde euãgeliſtæ duo,in uno eodemq; loco,diuerſis quidem inter ſe uerbis ſed
Matth.7. eadem deſignarunt. Habes enim in Matthæo: Si uos cum ſitis mali noſtis bona da
B ta data filijs ueſtris,quãtomagis pater ueſter qui in cœlis eſt dabit bona petentibus ſe. Secũdum Lucam autem inuenies ita ſcriptum: Quantomagis pater ueſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe. Aduertimus ergo bonum eſſe ſpiritum ſanctum domini iudicio,euangeliſtarũ teſtimonio,quando alius pro ſancto ſpiritu bona,alius pro bonis ſanctum ſpiritũ nominauit. Si igitur quod bonũ eſt,hoc eſt ſpiritus ſanctus,quomodo bonus non eſt? Nec fallit, quod nonnulli codices habent
Luc.11. etiam ſecundũ Lucam: Quantomagis pater ueſter de cœlo dabit bonũ datum pententibus ſe. Hoc bonum datum gratia ſpiritalis eſt,quod dominus Ieſus effudit de cœlo poſtq; patibulo crucis fixus triumphales reuehens euacuatæ mortis exuuias,
Pſal.67. uictor mortis à mortuis reſurrexit. Sicut habes: Aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatẽ,dedit dona hominibus. Et bene ait data. Sicut enim filius datus,de quo
Eſa.9. ſcriptum eſt: Puer natus eſt nobis,filius datus eſt nobis,data eſt & gratia ſpiritalis. Quid autem dubitem dicere quia datus eſt & ſpiritus ſanctus,cum ſcriptũ ſit: Gratia dei effuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis? Quẽ utiq; quoniã pectora recipere captiua nõ poterant, prius dominus Ieſus captiuam duxit captiuitatẽ,ut liberis affectibus gratiæ diuinæ munus infunderet. Pulchre aũt duxit captiuam captiuitatẽ. Chriſti enim uictoria,uictoria libertatis eſt,quæ omẽs gratiæ uendicauit,nullum aſtrinxit iniuriæ. Ergo in omnium abſolutione,nemo captiuus eſt. Et quia dominicæ tẽpore paſſionis, ſola feriabatur iniuria quæ captiuos omnes amiſerat quos tenebat, in ſe recurrens captiua facta eſt ipſa captiuitas, iam
1.Cor.7. non Belial addicta,ſed Chriſto,cui ſeruire libertas eſt. Qui enim in domino uocatus eſt ſeruus,libertus eſt domini. Sed ut ad propoſita reuertamur: Omnes,inquit,
Pſal.13. declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt,nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt uſq; ad unũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Si excipiunt ſpiritũ ſanctum,etiam ipſi eum nõ eſſe inter omnia confitentur. Si nõ excipiunt,ergo & ipſum inter omnia declinaſſe fateantur.Sed uideamus utrum bonitatem habeat,cum fons ſit principiũq; bonitatis.Nam ſicut pater bonitatem habet & filius habet , ita etiam bonitatẽ habet ſpiritus ſanctus. Quod etiã apoſtolus
Gal.5. docuit dicens:Fructus aũt ſpiritus,pax,charitas,gaudium,patientia, bonitas. Quis
Matth.7. autem dubitet quod bonus ſit,cuius fructus eſt bonitas? Arbor enim bona bonos fructus facit.Itaq; ſi bonus deus,quomodo non bonus qui oris eius eſt ſpiritus,qui ſcrutatur etiam alta dei? An in alta dei contagio mali poſſit intrare? Vnde & illud intelligitur,quàm amentes ſint,qui bonum filium dei abnegant,cum bonum ſpiri-
Ioan.16. tum Chriſti negare non poſſint. De quo ait dei filius: Propterea dixi de meo accipiet.An non bonus ſpiritus qui bonos de peſſimis facit,peccatum abluit, malũ delet,crimen excludit, bonum munus infundit, de perſecutoribus apoſtolos facit, de
Eph.5. peccatoribus ſacerdotes? Eratis inquit aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino. Sed quid differimus eos? Nam ſi uerba exigunt,cum facta non abnuant, acci-
Pſal.142. piant bonum ſcriptũ.Dixit enim Dauid:Spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam.Quid eſt enim ſpiritus,niſi plenus bonitatis? qui cum ſit inacceſſibilis natura,receptabilis tamen propter bonitatem ſuam nobis eſt,complens uirtute omnia, ſed qui ſolis participatur iuſtis,ſimplex ſubſtantia,opulens uirtutibus,unicuiq; præ-
Matth.28 ſens,diuidens de ſuo ſingulis,& ubiq; totus. Meritoq; filius dixit:Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, non dedignatus ſpiritus ſancti ſocietatem.Cur igitur quod dominus non dedignatus eſt in baptiſmatis ſacramento, mo-
D leſte ferunt aliqui filio uel patri ſpiritum noſtra deuotione coniungi? Bonus ergo ſpiritus.Bonus autem nõ quaſi acquirens,ſed quaſi impartiens bonus eſt.Non enim accipit à creaturis, ſed accipitur ſpiritus ſanctus, ſicut non ſanctificatur ſed ipſe ſanctificat.Creatura enim ſanctificatur.Sanctificat autem ſpiritus ſanctus,in quo licet uerbi cõmunio,diſcretio tamen naturæ eſt. Sanctus enim dicitur homo qui accipit,
Leuit.19. & deus qui tribuit ſanctitatem , quia legimus:Eſtote ſancti, quoniam ego ſanctus ſum.Non ergo poteſt ſanctificatio & corruptela unius eſſe naturæ. Et ideo non poteſt gratia ſancti ſpiritus & creatura unius eſſe ſubſtantiæ. Itaq; cum omnis inuiſibilis præter trinitatem reliqua natura,cuius rationabilem & incorpoream iure quidam ſubſtantiam putant,non impertiat ſpiritalem gratiam ſed acquirat,nec participet ſed aſſumat,ſeparanda utiq; eſt à ſocietate ſpiritus ſancti cõmunitas creaturæ Credant igitur,quia creatura nõ eſt ſpiritus ſanctus.Aut ſi creaturã putant,cur aſſociant patri? Si creaturam,cur filio dei iungunt? Quod ſi à patre & filio dei nõ exiſtimant ſeparandũ,non æſtiment creaturã, quia ubi una ſanctificatio,una natura eſt.

Quia in ſpiritu ſignamur. Cap. VI.

SVNT tamẽ pleriq; qui eo quod in aqua baptizamur & ſpiritu,non putent aquæ & ſpũs diſtare naturã.Nec aduertũt quia in illo aquarũ ſepelimur elemento,ut renouati per ſpiritũ reſurgamus. In aqua eñ imago mortis,in ſpũ pignus eſt uitæ,ut p aquã moriat corpus peccati,quæ qua ſi q̃dã tumulo corpus includit,& p uirtutẽ ſpũs renouemur à morte peccati. Et ideo
1.Ioan.5. hi tres teſtes unũ ſunt,ſicut Ioãnes dixit:Aqua,ſanguis & ſpũs. Vnũ in myſterio nõ in natura.Aqua igitur teſtis eſt ſepulturæ,ſanguis teſtis eſt mortis,ſpiritus teſtis eſt uitæ.

A uitæ.Si qua ergo in aqua gratia,nõ ex natura aquæ ſed ex præſentia eſt ſpiritusſancti.Nũquid in aqua uiuimus ſicut in ſpiritu? Nũquid in aqua ſignamur ſicut in ſpiritu? In ipſo eñ uiuimus, & ipſe eſt pignus hæreditatis noſtræ. Sicut & Apoſtolus ſcribens ad Epheſios ait:In quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. Ephe.1.
Sancto igitur ſpiritu ſignati ſumus,non natura, ſed à deo,quod ſcriptum eſt: Qui
2.Cor.1. unxit nos deus,& qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris . Signati ergo ſpiritu à deo ſumus.Sicut enim in Chriſto morimur ut renaſcamur , ita etiam ſpiritu ſignamur ut ſplendorem atq; imaginẽ eius & gratiã tenere poſſimus, quod eſt utiq; ſpiritale ſignaculũ. Nam &ſi ſpiritu ſignemur in corpore,ueritate tamen in corde ſignamur,ut ſpirituſſanctus exprimat in nobis imaginis cœleſtis effigiem. Quis igitur audeat dicere diſcretum à deo patre & Chriſto eſſe ſpiritumſanctum,cum per ipſum ad imaginem & ſimilitudinẽ dei eſſe mereamur, & per ipſum
2.Petri 1. fiat,quemadmodum Petrus apoſtolus dixit , ut diuinæ ſimus cõſortes naturæ? In quo utiq; non carnalis ſucceſſionis hæreditas,ſed adoptionis gratiæ ſpiritale cõmertium eſt.Atq; ut ſciamus cordis noſtri magis hoc quàm corporis ſignaculum,docet
Pſal.4. propheta qui dicit: Signatum eſt in nobis lumen uultus tui domine , dediſti lætiam in corde meo.

Quia replet omnia ſpiritus dei. Caput VII.

B VM igitur omnis creatura,certis naturæ ſuæ ſit circunſcripta limitibus,ſiquidem & illa inuiſibilia opera quæ non queũt locis & finibus comprehendi,ſubſtãtiæ ſuæ tamen proprietate clauduntur, quomodo quis audeat creaturam appellare ſpiritumſanctũ,qui non habeat circũſcriptam determinatamq; uirtutem? Quia & in omnibus & ubiq; ſemper eſt,quod utiq; di-
Pſal.25. uinitatis & dominationis eſt propriũ, Domini enim eſt terra & plenitudo eius. Et ideo cum dominus ſeruulos ſuos apoſtolos deſtinaret: ut agnoſceremus aliud creaturam eſſe,aliud gratiam ſpiritalem, alios aliò deſtinabat,quia omnes ſimul ubiq; eſſe non poterant. Dedit autem omnibus ſpiritumſanctum,qui licet ſeparatis apoſtolis,ſic inſeparabilis gratiæ munus infunderet. Erant igitur diuerſæ perſonæ , ſed
Actor.1. unus in omnibus operationis effectus,qa unus eſt ſpirituſſanctus,de quo ait: Accipietis uirtutem ueniente ſpirituſancto in uos , & eritis mihi teſtes in Hieruſalem & in omni Iudæa & Samaria uſq; in fines terræ. Incircũſcriptus igitur & infinitus ſpirituſſanctus,qui ſe diſcipulorum ſenſibus per ſeparatarum diuortia diſcreta regionum ſemotoſq; fines totius orbis infudit,quem nihil poteſt præterire uel fallere.Et
Pſal.138. ideo ſanctus ait:Quò ibo à ſpiritu tuo,aut quò à facie tua fugiam? De quo hoc angelo ſcriptura dicit? De qua dominatione? de qua poteſtate? Cuius inuenimus angeli uirtutem per plurimos eſſe diffuſam? Angeli enim ad paucos mittebantur, ſpiritus autem ſanctus populis infundebatur . Quis igitur dubitet quin diuinum ſit , quod infunditur ſimul pluribus nec uidetur? Corporeum autem quod uidetur à ſingulis & tenetur . Sed quemadmodum ſanctificans Apoſtolos ſpiritus non eſt humanæ conſors naturæ , Ita etiam ſanctificãs Angelos dominationes & poteſtates, non habeat conſortium creaturæ. Si qui autem putant non eſſe ſpiritalem in Angelis ſanctitatem , ſed aliam quandam gratiam ſuæ proprietate naturæ, hi inferiores profecto angelos hominibus iudicabunt . Cum enim &ipſi fateantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quod ſpiritui ſancto angelos conferre non audeant,nec poſſent uetare quod homi
nibus infundatur ſpirituſſanctus,Sanctificatio enim ſpiritus, donum munuſcꝫ di
uinum ſit,Inuenientur uticꝫ homines qui meliorem ſanctificationem habẽt ange
lis præferendi.Sed cum angeli hominibus in adiumento deſcendant,intelligẽdum
eſt quod creatura quidẽ ſuperior angelorũ ſit quæ plus recipit gratiæ ſpiritalis,Eiuſ
dem tamẽ & erga nos & illos munus autoris ſit.Quãta aũt gratia quæ præmĩjs an
gelorũ etiam inferiorẽ creaturam humanæ cõditionis exæquet? ſicut dominus ipſe
Matth. 22. promiſit dicẽs:Eritis ſicut angeli in cœlo. Nec difficile. Qui enim illos angelos fecit
in ſpiritu,homines quocꝫ per eandem gratiam ſimiles faciet angelorũ. De qua aũt
Iohel.2. creatura dici poteſt,quia replet omnia ſpiritus,quod ſcriptũ de ſpirituſancto:Effun
dam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem? non de angelo dici poteſt.Deniq; Ga
Luc.1. briel ipſe miſſus ad Mariam.Aue,inquit,gratia plena.Spiritalem utiq; in ea decla
rans gratiã,quod in eã ſanctusſpiritus ſuperueniret, & plenum gratiæ uterũ uerbo
Hier.23. eſſet habitura cœleſtis.Domini enim eſt omnia complere qui dicit:Ego cœlũ & ter
ram cõpleo.Si ergo dominus eſt qui cœlum cõplet & terram, quis poteſt ſpiritum
ſanctum iudicare dominationis & diuinæ poteſtatis exortem, qui repleuit orbem,
& quod ultra totum orbem eſt repleuit Ieſum mundi totius redemptorem? Scri
ptum eſt enim:Ieſus autem plenus ſpirituſancto regreſſus eſt ab Iordane.Quis igi
tur alius,niſi qui eiuſdem plenitudinis,complentem omnia poſſet implere? Sed ne
hoc ſecundum carnem dictum obĩciant , quanquam plus unus ille quàm omnes,
de cuius carne exibat uirtus ut uſque ſanaret omnes,Tamẽ ſicut dominus complet
D omnia:ita etiam de ſpiritu lectũ eſt:Quoniam ſpiritus domini repleuit orbem ter
rarum. Habes etiam de omnibus qui conuenerant cum apoſtolis dictum,quia re
Actor.4. pleti ſanctoſpiritu loquebantur uerbum dei cum fiducia. Vides quia & plenitudi
nem & fiduciam dat ſpiritus, cuius operationem archangelus nunciat Mariæ dicẽs:
Luc.1. Spirituſanctus ſuperueniet in te. Habes etiam in Euangelio, quia angelus ſecun
dum tempus deſcendebat in natatoria & mouebatur aqua, & qui prior deſcendiſ
Iohan.5. ſet in natatoria ſanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, niſi deſcenſionẽ ſanctiſpi
ritus nunciabat, quæ noſtris futura temporibus aquas ſacerdotalibus inuocata pre
cibus conſecraret? Ille ergo angelus ſanctiſpiritus erat nuncius, eo quod per gratiã
ſpiritalem medicina noſtris eſſet animi ac mentis languoribus deferenda, Eoſdem
ergo & ſpiritus habet quos deus pater & Chriſtus miniſtros. Sic omnia poſſider,
ſic omnia operatur in omnibus,quemadmodũ & deus pater operat & filius.Quid
igitur ſanctiſpiritus operatione diuinius, cũ etiam benedictionũ ſuarũ præſulẽ ſpi
Eſa.44. ritũ,deus ipſe teſtet dicẽs:Ponã ſpiritũ meũ ſupra ſemẽ tuũ & benedictiones meas
ſuper filios tuos? Nulla eñ poteſt eſſe plena benedictio,niſi per infuſionẽ ſpiritus
ſancti. Vnde & apoſtolus,nihil melius hoc nobis quod optaret inuenit. Sicut ipſe
Coloſ.1. dixit:Nõ deficimus pro uobis orãtes & obſecrãtes,ut repleamini cognitione uolun
tatis eius,in omni ſapientia & intellectu ſpiritali ambulantes digne deo. Hanc igit
dei eſſe docuit uoluntatem , ut magis in bonis operibus & ſermonibus & ſenſibus
ambulantes repleamur uoluntate dei qui ponit in cordibus noſtris ſpiritũſanctũ.
Ergo ſi is qui habet ſpiritũſanctũ dei repletus eſt uolũtate, uticꝫ inter patrẽ & ſpi
ritũ nulla diſtãtia uolũtatis eſt.Simul illud aduerte,qa deus dat ſpiritũ ſanctũ.Nõ
eñ humanũ hoc opus,neq; ab homĩe datur, ſed inuocatus à ſacerdote,à deo tradit,
in quo

A in quo dei munus miniſterium ſacerdotis eſt. Nam ſi Paulus apoſtolus indicauit,
quod ipſe donare ſpiritũ ſanctum,ſua autoritate non poſſit,& intantũ ſe huic offi
cio imparem credidit,ut à deo nos ſpiritu optaret impleri,quis tantus eſt qui huius
traditionem muneris ſibi audeat arrogare? Itaq; apoſtolus uotũ precatione detulit
non ius autoritate aliqua uendicauit. Impetrare optauit, nõ imperare præſumpſit.
Petrus quocꝫ ait,quia nõ erat idoneus qui poſſet ſpiritũ ſanctum uel cogere uel ar
cere.Sic enim dixit:Ergo ſi eandem gratiã conceſſit illis deus ſicut & nobis,ego quis Act.11.
eram qui poſſem prohibere deum? Sed fortaſſe apoſtolicis non moueantur exem
plis,& ideo diuinis utamur oraculis.Scriptum eſt enim:Iacob puer meus ſuſcipiam
eum.Iſraël dilectus meus ſuſcepit eum anima mea, dedi ſpiritum meum in ipſum,
Dominus quocꝫ per Eſaiã dixit:Spiritus domini ſuper me propter quod unxit me. Eſa.61.
Quis ergo audeat dicere creaturã ſpiritus ſancti eſſe ſubſtantiã,qui cum illuxerit in
cordibus noſtris,diuinæ cernimus pulchritudinem ueritatis,& diſtantiam creaturæ
diuinitatisꝫ cognoſcimus, ut opus ſegregẽt ab autore? Aut de qua creatura deus
ita locutus eſt, quod aut dominationes aut poteſtates effundat aut angelos? Sed
de ſpiritu inquit meo effundam.Non ſpiritum ait,ſed de ſpiritu.Neꝫ enim nos ca
pere poſſumus plenitudinem ſpiritus ſancti, ſed tantum accipimus quãtum de ſuo
arbitrio noſtri pro ſua uoluntate diuiſerit.Sicut enim dei filius non rapinam arbitra Phil.2.
tus eſt eſſe ſe æqualem deo,ſed ſemetipſum exinaniuit, ut nos eum noſtris animis
percipere poſſemus,Exinaniuit autem nõ quod ipſe eſſet uacuus ſuæ plenitudinis,
ſed quo mihi qui plenitudinem eius ſuſtinere non poſſem,pro eo quod capere poſ
B ſem is effunderetur,Ita etiam de ſpiritu ſancto pater ſe dicit effundere ſuper omnem
carnem. Non enim totũ effudit,ſed quod effudit omnibus abundauit. Supra nos
ergo effuſum eſt de ſpiritu.At uero ſupra dominum Ieſum cum in forma eſſet ho
minis manebat ſpiritus,ſicut ſcriptum eſt:Super quem uideris ſpiritum deſcenden- Ioan.1.
tem de cœlo & manentẽ ſuper eum,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Circa nos
ex affluenti commodo liberalitas largientis eſt,in illo totius manet in æternum ſpi
ritus plenitudo.Quod igitur nobis ſatis eſſe iudicauit,effudit,& quod effuſum eſt,
non ſeparatum eſt nec inciſum ſecũdum quod unitatem habebat plenitudinis,quæ
aciem noſtri cordis illuminet pro noſtræ poſſibilitate uirtutis.Denique tantum ca
pimus,quantum profectus noſtræ mentis acquirit. Inſeparabilis eſt enim plenitu
do gratiæ ſpiritalis,ſed nobis pro noſtræ participatur facultate naturæ. Effudit er
go deus de ſpiritu. Effunditur etiam charitas dei per ſpiritum, quo loco unitatem
debemus agnoſcere operationis & gratiæ. Sicut enim de ſpiritu ſancto deus effu- Rom.5.
dit,ita etiam charitas dei effuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum,ut in
telligamus nõ eſſe opus ſanctum ſpiritum qui diuinæ arbiter & fons profluus cha
ritatis eſt.Similiter autem ut credas id quod effunditur cum creaturis non poſſe eſ
ſe commune,ſed ſpeciale diuinitatis,etiam & filij nomen effunditur ſicut habes,Vn Cant.1.
guentum effuſum eſt nomen tuum. Cuius uirtute ſermonis, nihil poteſt eſſe præ
ſtantius.Nam ſicut incluſum in uaſe aliquo unguentum cohibet odorem ſuum,qui
odor quandiu uaſis illius anguſtijs cohercetur,& ſi ad plures non poteſt peruenire,
tamen uim ſuam ſeruat: cum uero de uaſe illo quo claudebatur unguentum fuerit
effuſum,longe lateꝫ diffuſum ducitur, Ita & Chriſti nomen ante eius aduentum
in Iſraël populo quaſi in uaſe aliquo Iudæorum mentibus claudebatur: Notus eñ Pſal.75.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C in Iudæa deus, in Israël magnũ nomen eius. Hoc utiq; nomẽ quod uasa Iudæorũ
angustijs suis cohercitũ continebant. Magnũ quidem & tunc nomen, cum infirmo
rum atq; paucorũ hæreret angustijs, sed magnitudinẽ sui nondũ per corda gentiũ
& in fines totius orbis effuderat. Postea uero quàm per omnem mundũ suo illuxit
aduentu, per omnẽ utiq; creaturã, diuinũ illud suũ nomen extendit, nõ repletum ex
cessione aliqua, plenitudo enim nescit augmentũ, sed replens uacua, ut esset admi
rabile nomen eius in uniuersa terra. Huius igitur effusio nominis, abundanté quan
dam exuberantiã gratiarũ bonorũq; cœlestiũ significat largitatẽ. Ex abũdanti em̃
superfluit quicquid effunditur. Itaq; sicut creatura non potest dici sapientia quæ ex
ore dei procedit, nec uerbum quod eructuatur ex corde, nec uirtus in qua plenitudo
maiestatis æternæ est: Ita etiã creatus nõ potest spiritus æstimari qui ex ore dei fun
ditur, cum ipse deus tantã ostenderit unitatem, ut effundere se de spiritu suo dicat.
Quo intelligamus, quia etiam dei patris eadem gratia sit, quæ spiritus sancti est, &
quod sine incisione ac detrimento aliq̃ dividat mentibus singulorũ. Quod ergo de
spũ effundit nec inciditur, nec partibus aliqbus corpalibus cõprehendit aut secat.

Quia sempiternus dei spiritus. Cap. VIII.

1.Ioan.3. QVOMODO em̃ credibile est, quod spiritus sectilibus aliquibus dividatur? Dicit enim Ioãnes de deo: Ex hoc cognoscimus, quia manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Quod aũt manet, semper utiq; est nec mutatur. Ergo si mutationẽ nõ habet, æternitatẽ habet. Et ideo spiritus
D sanctus sempiternus est, creatura aũt obnoxia uitio, ideoq; mutabilis. Quod autẽ mutabile est, esse nõ potest sempiternũ, & ideo nõ potest consortium esse creaturæ
spiritus sanctus, quia sempiternus est spiritus, creatura autẽ omnis in tempore est.
Hebr.9. Sempiternũ aũt spũm, etiã apostolus ostendit: Si em̃ sanguis hircorũ & taurorũ &
cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnẽ emundandã, quãtomagis san
guis Christi qui per spũm sempiternũ se obtulit immaculatũ deo? Plericq; arbitra
ti sunt unguentũ Christi esse spũm sanctũ. Et bene unguentũ, qa oleũ lætitiæ nun
cupatũ est, quo plurimarũ redolent epulæ gratiarũ. Verũ illũ deus omnipotens pa
ter unxit principẽ sacerdotũ, qui non ut alij in typo unctus ex lege, sed & secundũ le
gem unctus in corpore & in ueritate supra legẽ uirtute sancti spũs ex patre plenus
Psal.44. est. Hoc est oleũ lætitiæ, de quo dicit propheta: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ
Act.10. præ cõsortibus tuis. Deniq; Petrus unctũ spiritu dicit Christũ, sicut habes: Vos sci
tis quod factũ est uerbũ per totã Iudæam, incipiens à Galilæa post baptismũ, qd̃
prædicauit Ioannes Iesum à Nazareth quõ unxit eum deus spiritu sancto. Oleum
igitur lætitiæ spũs sanctus est. Et pulchre oleũ lætitiæ dixit, ne creaturã putares. Olei
enim huiusmodi natura est, ut nequaq̃ naturæ alterius humidæ misceatur. Lætitia
Psal.4 quoq; nõ corpus ungit, sed intima cordis illuminat. Sicut ꝓpheta dixit: Dedisti læti
tiam in corde meo. Ergo cũ laudat operã qui oleũ uelit cum creatura humidiore cõ
fundere, quia cum oleũ leuior natura sit cæteris, residentibus alijs eleuatũ secernitur.
Quomodo putant isti deterrimi caupones, oleũ lætitiæ cũ cæteris creaturis sua pos
se fraude cõfundi, cũ utiq; nõ queant incorporeis corporea, increatis creata miscerí?
Et bene oleũ lætitiæ dicitur quo unctus est Christus. Neq; em̃ usitatũ fuit ei oleũ &
cõmune quærendũ, quo aut uulnera curantur, aut æstus leuatur, cũ fomentũ uulne
rum suorũ salus mundana nõ quæreret, nec refectionẽ corporis fatigati uirtus sem
piterna

A piterna deposceret. Nec mirũ si habet oleũ lætitiæ, qui facit exultare morituros, tri
stitia mundũ exuit, maiestate fœtorem mortis aboleuit. Et ideo apostolus ait: Chri 2.Cor.2.
sti em̃ bonus odor sumus deo, Vtiq; de spiritalibus significans se locutũ, Sed & cũ
ipse filius dei dicit: Spiritus dñi super me propter quod unxit me, spiritale significat Luce.4.
unguentũ. Ergo unguentũ Christi est spũs. Aut si quod unguentũ exinanitũ est in
nomine dñi Iesu Christi, ipsum intelligere uolũt unguenti expressum nomine, non
spiritũ Christi, utiq; cum unctũ spiritu sancto dñm Iesum Petrus apostolus dixerit
licet sine dubio quod unguentũ dicatur & spũs. Sed quid mirũ cũ & pater & filius
spiritus esse dicat? De quo quidẽ dicemus plenius, cũ de unitate nominis dicere cœ
perimus. Tamẽ quia hic quoq; incidit pulcherrimus locus, ne sine corolario eũ præ
terite uideamur, accipiant quia & pater dicitur spiritus, sicut in euangelio dñs locu
tus est, Quoniã spiritus est deus: & Christus spũs dicitur, quia Hieremias dixit: Spi Ioan.4.
ritus ante faciem nostrã Christus dñs. Et pater ergo spiritus, & filius spiritus. Quod Thren.4.
nõ est creaturæ corpus, hoc spiritus est. Sed nõ cõfusus cũ patre & filio spiritus san
ctus, uerũ & à patre distinctus & filio. Non enim spiritus sanctus est mortuus qui
mori nõ potuit, qui carnẽ nõ suscepit, nec mortis capax esse potuit sempiterna diui
nitas, sed mortuus secundũ carnem Christus. In eo utiq; mortuus quod suscepit ex
uirgine, non in eo quod habebat ex patre. In eo enim mortuus in quo crucifixus est
Christus. Spiritus aũt sanctus non potuit crucifigi, qui carnem & ossa non habuit,
sed crucifixus est dei filius qui carnẽ & ossa suscepit, ut in illa cruce nostræ carnis ten
tamenta morerent. Suscepit enim quod nõ erat, ut celaret quod erat. Celauit quod
B erat, ne tentaretur in eo, & redimeretur quod non erat, ut ad id quod erat, per id qd̃
non erat nos uocaret. O diuinũ crucis illius sacramentũ in qua hæret infirmitas, uir
tus libera est: affiguntur uitia, eriguntur trophæa. Vnde quidã sanctus ait: Confi Psal.118.
ge clauis à timore tuo carnes meas, non ferreis clauis, sed timoris & fidei. Vehemen
tior est enim uirtutis strictura quàm pœnæ. Deniq; Petrus cum usque in atriũ prin
cipis sacerdotũ dominũ sequeretur, quem nemo ligauerat, fides uinxerat, & quem fi
des uinxit, pœna nõ soluit. Rursus cum ligaretur à Iudæis deuotio soluit, pœna nõ
tenuit, quia nõ secessit à Christo. Ergo & tu crucifige peccatum, ut moriare peccato.
Qui enim peccato moritur, deo uiuit. Viuamus ei qui filio proprio non pepercit, ut
in illius corpore nostras crucifigeret passiones. Pro nobis em̃ mortuus est Christus,
ut nos in illius rediuiuo corpore uiueremus. Mortua est ergo in illo nõ uita nostra,
sed culpa. Qui peccata, inquit, nostra pertulit corpore suo super lignum, ut à pecca 1.Pet.2.
tis nostris separati cum iustitia uiuamus, cuius uulnere plagarum sanati sumus. Li
gnum igitur illud crucis, uelut quædam nostræ nauis salutis uectura, non pœna est.
Alia enim salus non est nisi uectura salutis æternæ, dum mortem expetendo non
sentio, dum pœnam cõtemnendo non patior, dum metum nescio negligendo. Qui
est igitur cuius uulnere plagarũ sanati sumus nisi Christus dominus? De quo idem
prophetauit Esaias, quia plaga eius nostra medicina est. Et de quo Paulus aposto
lus in epistolis suis scripsit: Qui peccatũ non cognouit sed pro nobis peccatũ factus 2.Cor.5.
est. Hoc quippe diuinũ in eo, quia caro peccatũ non fecit, nec in eo susceptí corporis
natura peccauit. Nam quid mirum si non peccauit sola diuinitas, cũ peccandi incen
tiua non habeat? Si autem solus exors peccati deus, omnis utiq; creatura per natu
ram sui, ut diximus, obnoxia potest esse peccato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quia spiritus peccata condonat. Cap. IX.

DIC igitur quicũq; spiritus sancti diuinitatem negas. Spiritus autem obnoxius non potuit esse peccato, qui magis peccata cõdonat? Nunquid angelus donat? Nunquid archangelus? Non utiq;. Sed donat solus pater, solus filius, solus spiritus sanctus. Nemo autem quod nõ potest donare, non potest uitare. Sed fortasse dicit aliquis, quia & Seraphin dixit Esaiæ: Ecce tetigit hoc labia tua, & abstulit iniquitates tuas & peccata tua circũpurgauit. Abstulit inquit & circũpurgauit. Non ego abstuli sed ignis de altare dei, hoc est gratia spiritalis. Quid enim aliud pie intelligere possumus in altare dei esse, nisi spiritus gratiam? Non utiq; lignum syluarũ, nec fuliginem atq; carbonem. Aut quid tam piũ quàm ut secundum mysterium intelligamus, quia reuelabatur in ore Esaiæ, omnes homines per passionem Christi esse purgandos? Quia uelut carbo secundum carnem exussit nostra peccata, sicut in Zacharia habes. Nõne hic ticio eiectus ab igni? Et ille erat Iesus indutus uestimenta sordida. Deniq; ut sciamus communis hoc redemptionis mysterium per prophetas euidentissime reuelatum, etiam hoc loco habes ab illo dictũ: Ecce abstuli peccata tua, nõ quo Christus peccata sua deponeret, qui peccatum non fecit, sed quod in carne Christi oĩe à peccatis suis genus absolueretur humanum. Sed etiam si Seraphin abstulisset peccatũ, quasi unum utiq; de ministris dei, ad hoc esset ministerium destinatum. Sic enim dixit Esaias, Quia missum est ad me unum de Seraphin.

Esa.6.

Zach.3.

D Non de loco ad locum transire spiritum dei de quo scriptum est: Qui à patre procedit, & de quo dicit filius dei: Quẽ ego mittã uobis. Cap.X.

ET spiritus quidem missus dicitur, sed Seraphin ad unum, spiritus ad omnes. Seraphin mittitur in ministerium, spiritus operatur mysterium. Seraphin quod iubetur exequit̃, spiritus quod uult diuidit. Seraphin de loco ad locum transit, non enim complet omnia, sed ipsum repletur ab spiritu. Seraphin descendit cum aliquo secundũ naturam suã transitu. At uero de spiritu sancto hoc nõ possumus æstimare. De quo dicit filius dei: Cum uenerit iquit paracletus spiritus ueritatis, quem ego mitto uobis qui à patre procedit. Etẽ si de loco procedit spiritus & ad locũ transit, & ipse pater in loco inuenitur & filius. Si de loco exit quem pater mittit, aut filius, utiq; de loco transiens spiritus atq; progrediens, & patrem sicut corpus secundum impias interpretationes relinquere uidetur & filium. Hoc secundum eos loquor qui putant quod habeat spiritus descensorium motum. Sed neq; in loco aliquo pater circumscribitur qui est super omnia, non solum corporeæ naturæ, sed etiam inuisibilis creaturæ. Neq; filius suorum operum locis temporibusq; cõcluditur, qui super omnem est creaturam, totius opifex creaturæ. Neq; spiritus ueritatis utpote dei spiritus circũscribitur aliquibus finibus corporalibus, qui cum creaturæ inenarrabili diuinitatis plenitudine supeminet, spirandi ubi uelit, & inspirandi quomodo uelit, habens super omnia potestatem. Nõ ergo quasi ex loco mittitur spiritus, aut quasi ex loco procedit quando procedit ex filio, sicut ipse filius cum dicit: De patre processi & ueni, Omnes interficit opiniones quæ ex loco ad locum possunt, sicut in aliquibus corporalibus æstimari. Similiter cum aut intus aut foris legimus deum esse, nõ utiq; deum aut intra aliquod corpus includimus

Ioan.15.

Ioan.10.

A includimus, aut ab aliquo corpore separamus: sed alta hoc & inenarrabili æstimatione pensantes diuinæ naturæ intelligimus arcanũ. Deniq; ita sapientia ex ore altissimi prodisse se dicit, ut nõ extra patrem sit, sed apud patrẽ, quia uerbũ erat apud deum. Nec solum apud patrem, sed etiã in patre. Dicit enim: Ego in patre, & pater in me est. Sed neq; cum de patre exit, de loco recedit, aut quasi corpus à corpore separatur. Neq; cum patre est quasi in corpore tanq; corpus includitur. Spiritus quoque sanctus cũ procedit à patre & filio, non separatur à patre, non separatur à filio. Quemadmodũ enim separari potest à patre qui spiritus oris eius est? Quod utique & æternitatis indicium, & diuinitatis exprimit unitatem. Est ergo & manet semper qui oris est spiritus. Sed descendere uidetur etiam, cum illũ recipimus ut habitet in nobis, ne nos simus à gratia eius alieni. Nobis descendere uidetur, non quo ille descendat, sed quo ad illũ animus noster ascendat. De quo plenius diceremus, nisi memini̇ssemus in libris iam superioribus positũ quod & pater dixerit: Descendamus & confundamus linguas eorũ. Et filius dixerit: Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Sic igitur uenit spiritus, quemadmodũ uenit pater, quia ubi pater est ibi est & filius, & ubi filius est, ibi est & spiritus sanctus. Non ergo discrete uenire æstimandus est spiritus sanctus. Venit autem non de loco ad locum, sed à dispositione constitutionis ad salutem redemptionis, à gratia uiuificationis ad gratiã sanctificationis, ut de terris ad cœlum, de iniuria ad gloriam, de seruitio ad regnum transferat. Sic ergo uenit spiritus, quemadmodum uenit pater. Dixit enim filius: Ego & pater

Gen.11. Ioan.14.

B ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Nunquid corporaliter pater uenit? Sic ergo spiritus uenit, in quo cũ uenit & patris & filij plena præsentia est. Quis autem potest à patre & filio spiritum sanctum separare, cum uel appellare patrem & filium sine spiritu nõ queamus? Nemo enim dicit dominũ Iesum, nisi in spiritu sancto. Ergo si appellare dominum Iesum sine spiritu non possumus, sine spiritu prædicare non possumus. Si autem & angeli prædicant dominum Iesum quem nemo potest sine spiritu prædicare, & in ipsis ergo spiritus sanctus operatur. Probauimus igitur unam præsentiam esse, unam gratiam esse patris & filij & spiritus sancti, quæ tam cœlestis atq; diuina est, ut pro ea agat gratias patri filius dicens: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ quod abscõdisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Ergo cum una uocatio sit, una etiam gratia est.

1.Cor.12.

Matth.11.

Quia una pax, una gratia patris & filij & spiritus sancti. Cap. XI.

DENIQVE scriptũ est: Gratia uobis & pax à deo patre nostro & dño Iesu Christo. Ecce habemus, quia patris & filij una est gratia, & patris & filij una est pax, sed & gratia & pax fructus est spiritus, sicut ipse apostolus docuit dicens: Fructus autẽ spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia. Et bona pax & necessaria, ut nemo à disputationũ turbetur incertis, neq; passionum corporaliũ tempestate quatiatur, sed in simplicitate fidei & tranquillitate mentis quietus circa dei cultum perseueret affectus. De pace probauimus. De gratia autem propheta Zacharias dicit: Quia promisit deus effundere in Hierusalem spiritum gratiæ & misericordiæ. Et Apostolus Petrus dicit: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionem

Gal.1.

Gal.5.

Act.2.

peccatorũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C peccatorum,& accipietis gratiam ſpiritus ſancti. Ergo ſicut patris & filij,ita & ſpiritus ſancti gratia eſt.Quomodo enim ſine ſpiritu poteſt eſſe gratia,cum gratia diuina omnis in ſpiritu ſit? Nec ſolum pacem & gratiam legimus patris & filij & ſpiritus ſancti, ſed etiam charitatem & cõmunionem fidelis Auguſte. De charitate em̃ dictum eſt:Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti & charitas dei.

Quia una charitas patris & filij & ſpiritus ſancti & operatio trinitatis,ut paſſionem corporis dominus Ieſus ſubiret. Cap. XII.

Ioan.14. ACCIPIAMVS charitatem patris.Eadem charitas quæ patris,etiam filij eſt.Ipſe enim dixit:Qui me diligit,diligetur à patre meo, & ego diligam eum. Quæ eſt enim charitas filij, niſi quia ſe pro nobis obtulit, & ſuo ſanguine nos redemit? Eadem autem charitas & in patre eſt, quia Ioan.3. ſcriptum eſt:Sic enim dilexit deus mundum ut filium proprium daret. Tradidit ergo pater filium,& filius ipſe ſe tradidit.Seruatur charitas,nec læditur pietas. Nulla eſt em̃ pietatis iniuria, ubi nulla eſt traditionis ærumna.Tradidit uolentem,tradidit offerentem, non utiq; ad pœnam pater filium, ſed ad gratiam.Si diſcutis facti meritum,interroga pietatis uocabulum.Vas electionis unitatem hanc diuinæ charitatis euidenter oſtendit,quia & pater tradidit filium,& filius ipſe ſe tradidit.Pater Rom.8. tradidit,quia filio proprio non pepercit,ſed pro nobis omnibus tradidit illum. De Gal.2. filio quoq; dicit:Qui ſe tradidit pro me. Tradidit inquit. Si gratiæ quid arguo? Si iniuriæ plus debeo. Sed ſicut pater tradidit filiũ, & filius ipſe ſe tradidit, accipe gra-
D & ſpiritus eum tradidit.Scriptum eſt enim:Tunc Ieſus ductus eſt in deſertũ ab ſpiritu,ut tentaretur à diabolo.Ergo & ſpiritus diligens tradidit dei filium.Sicut enim una eſt charitas patris & filij,ita hanc charitatem dei ſupra effundi per ſpiritum ſanGal.5. ctum,& fructum eſſe ſancti ſpiritus declarauimus:quia fructus eſt ſpiritus,charitas gaudium,pax,patientia.

Quia una cõmunicatio patris & filij & ſpiritus ſancti. Cap. XIII.

COMMVNICATIONEM autem & patris & filij eſſe manifeſtum eſt, quia ſcriptum eſt:Et cõmunicatio noſtra cum patre & cum filio eius Ieſu Chriſto.Et alibi:Cõmunicatio ſpiritus ſancti cum omnibus uobis.Si igitur una pax,una gratia,una charitas,una cõmunicatio eſt patris & filij & ſpiritus ſancti,una certe operatio eſt. Et ubi una operatio eſt,utiq; non poteſt uirtus eſſe diuiſa & diſcreta ſubſtantia. Nam quomodo operationis eiuſdem gratia conueniret?

Quia unum nomen patris & filij & ſpiritus ſancti. Cap. XIIII.

QVIS igitur unitatem ſeparare audeat nominis,cum operationis uideat unitatem? Sed quid ego unitatem nominis argumẽtis aſtruo,cum diuinæ uocis euidens teſtimonium ſit, unum nomen eſſe patris & filij & Matth.28. ſpiritus ſancti? Scriptum eſt enim:Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti.In nomine dixit,non in nominibus. Non ergo aliud nomen patris,aliud nomen filij,aliud nomen ſpiritus ſancti,quia unus deus:non plura nomina,quia non duo dij,non tres dij.Et ut aperiret quia una diuinitas,una maieſtas

A ieſtas eſt,quia unum nomen patris & filij & ſpirituſſancti,non in alio nomine uenerit filius, in alio nomine ſpirituſſanctus, ait ipſe dominus: Ego ueni in nomine Iohan.5. patris mei & non accepiſtis me,ſi alius uenerit in nomine ſuo illum accipietis.Quod autem nomen patris eſt, hoc idem filij ſcriptura declarat, quia in Exodo dixit dominus: Ego antecedo in nomine meo & uocabo te nomine meo dominum in conſpectu tuo. Dominus ergo dixit, quia in nomine ſuo uocauit dominum. Dominus ergo & patris eſt nomen & filij.Cum autem unum nomen ſit patris & filij,accipe quod & ſpirituſſancti idem nomen ſit,quoniam & ſpirituſſanctus in nomine ſi Iohan.14. lij uenit:ſicut ſcriptum eſt. Paracletus autem ille ſpirituſſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Qui autem uenit in nomine filij,utiq; etiã in nomine patris uenit,quia unum nomẽ patris & filij eſt. Sic fit ut unum & patris & filij nomen ſit & ſpirituſſancti.Nec enim eſt aliud nomen ſub cœlo ullum in quo Actor.4. oportet ſaluos fieri.Simul docuit unitatem diuini nominis eſſe credẽdum,non diſparilitatem,quoniam in unitate nominis uenit Chriſtus. In ſuo autem nomine uẽ turus antichriſtus eſt,ſicut ſcriptum eſt:Ego ueni in nomine patris mei & non acceIohan.5. piſtis me,ſi alius uenerit in nomine ſuo,illum accipietis.Edoctũ eſt igitur ex his non eſſe in patre & filio & ſpiritu paracleto nominis diuerſitatem.Et quod nomẽ eſt patris,id eſſe etiam filij nomen,ſimiliter quod nomen eſt filij, eſſe id etiam ſpirituſſanctũ.Quãdoq; etiam paracletus filius dicitur,ſicut & ſpirituſſanctus. Et ideo ait in euangelio dominus Ieſus: Rogabo patrẽ meũ & alium paracletum dabit uobis qui uobiſcũ ſit inæternũ ſpiritũ ueritatis.Et bene dixit alium,ne ipſum filiũ ipſum ſpiri-
B tũ intelligeres. Vnitas em̃ nominis eſt nõ filij ſpiritus,quæ eſt Sabelliana cõfuſio.

Quia & filius paracletus dicitur ſicut & ſpiritus, & quia beneficij & gratiæ hoc nomẽ,nõ iniuriæ eſt.Cap.XV.

ITAQVE alius paracletus eſt filius,alius paracletus ſpirituſſanctus. Filium enim paracletũ dixit etiam Ioannes, ſicut habes: Si quis peccauerit 1.Iohan.2. paracletum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum.Itaq; quemadmodum unitas nominis,ita etiam unitas poteſtatis eſt. Vbi enim paracletus ſpiritus,ibi etiam filius. Nam ſicut hic inæternum dominus futurum cum fidelibus ſpiritum dicit,ita etiam de ſe alibi oſtendit, quod inæternum cum apoſtolis ſit futurus dicens:Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad cõſummationem Matth.28. mundi. Vnum ſunt ergo filius & ſpiritus,unum nomen eſt trinitatis & una inſeparabilisq; præſentia. Sicut autem oſtendimus paracletum filium nominatũ,ita etiã oſtendimus ueritatẽ ſpiritum nuncupatum, Veritas Chriſtus,ueritas ſpiritus.Habes enim in epiſtola Iohannis: Quoniam ſpiritus eſt ueritas. Non ſolum ergo ueritatis, ſed etiam ueritas dicitur ſpiritus, ſicut & ueritas filius prædicatur qui ait: Ioan.14. Ego ſum uia ueritas & uita.

Quia ſicut pater lumen, ita & filius lumen,& ſpiritus lumen eſt.Et ſicut patrẽ ignem legimus,ita & filium & ſpiritũ ſanctũ.Cap. XVI.

VID autem aſtruam,quod ſicut pater lumen,ita etiam filius lumẽ,& ſpirituſſanctus lumen eſt.Quod utiq; diuinæ potẽtiæ eſt.Deus em̃ lux eſt,ſicut dixit Ioãnes.Quia deus lux eſt & tenebræ in eo nõ ſunt:lux aũt & filius, 1.Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quia uita erat lux hominũ. Et ut oſtenderet ſe de dei filio euangeliſta dixiſſe, ait de
Ioan.1. Ioanne baptiſta: Non erat ille lux, ſed ut teſtimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux
uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mũdum. Ergo quia deus
lux eſt, lux autem uera eſt dei filius, Sine dubio deus uerus eſt dei filius. Habes & ali
Eſa.9. bi, quia filius dei lux eſt: Populus qui ſedebat in tenebris & in umbra mortis lucem
Pſal.35. uiderunt magnam. Quid autem hoc euidentius quod ait: Quoniã apud te eſt fons
uitæ & in lumine tuo uidebimus lumen, hoc eſt quod apud te deus omnipotens pa
ter, qui fons uitæ es, in lumine tuo filio, lumen uidebimus ſpiritus ſancti. Sicut ipſe
Ioan.20. dominus oſtendit dicẽs: Accipite ſpiritum ſanctum. Et alibi: Et uirtus exibat de eo.
Luc.6. Ipſum autem patrem quis dubitet lucem eſſe, cum lectũ ſit de filio eius, quia ſplen
Hebr.1. dor ſit lucis æternæ? Cuius enim niſi patris ſplendor eſt filius, qui & cũ patre ſemper
eſt, nec diſſimilis, ſed eadem claritate ſemper fulget? Et Eſaias ſignificat, non ſolum
Eſa.10. lucem, ſed etiam ignem ſpiritum ſanctum, dicens: Et erit lux Iſraël in igne. Itaq; pro
phetat eum ignem ardentem, quia in tribus iſtis generibus propenſius maieſtatem
diuinitatis aduertimus. Quoniam & ſanctificare diuinitatis eſſe aduertimus, & illu
minare ignis & lucis eſt proprium, & ſpecie ignis exprimi uel uideri, diuinæ eſt con
Deut.4. ſuetudinis. Deus enim eſt ignis cõſumens, ſicut Moyſes dicit. Vidit enim ipſe in ru
bo ignem, & audierat deum tũc quando uox facta eſt de flamma ignis ad eum di
Exo.3. cens: Ego ſum deus Abraham & deus Iſaac, & deus Iacob. Vox ergo de flamma &
in rubo flamma & flamma non noxia. Vrebatur enim rubus & nõ exurebatur, eo
quod illo myſterio dñs figuraret, quia illuminaturus ſpinas noſtri corporis adueni
D ret, nec conſumpturus ærumnoſos ſed mitigaturus ærumnas, qui baptizaret in ſpi
ritu ſancto & igni, ut gratiã tribueret, peccata conſumeret. Ergo in ſpecie ignis deus
ſeruato propoſito. In actibus quoq; apoſtolorũ cum ſupra fideles ſpiritus ſanctus
Act.2. deſcendiſſet, ignis ſpecies uidebatur. Sic enim habes: Et factus eſt ſubito de cœlo ſo
nus tanq; ui magna ſpiritus ferretur, & repleuit totam domum ubi erant ſedentes,
Iudic.7. & uiſæ ſunt illis diſperſæ linguæ tanquam ignis. Vnde & illud: Quãdo Gedeon ſu
peraturus Madian, trecentos uiros iuſſit hydrias ſumere, & in hydriis faces accen
ſas habere, & in dextris tenere tubas; Ita noſtri acceptũ ab apoſtolis ſeruauere ma
iores, quod hydriæ ſint corpora noſtra figurata de limo, quæ timere non norunt, ſi
feruore gratiæ ſpiritalis igneſcant, & Ieſu domini paſſionem canoræ uocis cõfeſſio
ne teſtentur. Quis igitur de diuinitate ſancti ſpiritus dubitet, cum ubi ſpiritus gratia
ſit, ibi ſpecies diuinitatis appareat? Quo teſtimonio, nõ diuerſitatem ſed unitatem
diuinæ collegimus poteſtatis. Nam quemadmodum poteſt eſſe diſcretio poteſta
tis, ubi unius in omnibus operationis effectus eſt? Neq; uero poteſt eſſe gratia ſa
cramentorum, niſi ubi fuerit uenia peccatorum. Quis eſt igitur iſte ignis? Non utiq;
uirgultis uilibus concretus, aut ſtipula ſyluarum fragoſus incendiis, ſed ignis ille qui
ut aurum bona facta meliorat, & ut ſtipulã peccata conſumit. Hic eſt utiq; ſpiritus
ſanctus, qui dominici uultus & ignis appellatur & lumen.

Quia lumen uultus dei ſpiritus, & ſpiritus lumen. Cap. XVII.

Pſal.4. ICVT ſupra diximus: Signatũ eſt in nobis lumen uultus tui domine.
Epb.1. Quod eſt ergo lumen ſignatum, niſi illius ſignaculi ſpiritalis, in quo cre
dentes ſignati ſunt? Signati inquit eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto. Et
ſicut lumẽ eſt uultus diuini, ita etiam ignis emicat ex dei uultu, quia ſcri
ptum

A ptum eſt: Ignis in cõſpectu eius ardebit. Præfulget enim gratia dei iudicij, ut ſequa- Pſal.49.
tur abſolutio quæ ſanctorũ remuneratur obſequiũ. O magna abundantia ſcriptu
rarum, quã nemo poſſit humano ingenio comprehendere. O maximũ diuinæ uni
tatis indicium. His enim duobus uerſiculis quàm multa ſignantur.

Quia ſicut pater uita & filius uita & ſpiritus ſanctus uita. Cap. XVIII.

DIXIMVS, quia lux eſt pater, lux filius, lux ſpiritus ſanctus, accipiamus
etiam quia uita eſt pater, uita filius, uita ſpiritus ſanctus. Et quia ſicut pa
ter uita, ita & filius uita, & ſpiritus ſanctus eſt uita. Dixit enim Iohan
nes: Quod erat ab initio quod audiuimus & quod uidimus & oculis no 1.Ioan.1.
ſtris perſpeximus, & manus noſtræ ſcrutatæ ſunt de uerbo uitæ, & uita apparuit &
uidimus & teſtamur & annũciamus uobis de uita quæ erat apud patrem. Et uerbũ
uitæ dixit & uitam, ut & patrem uitam ſignificaret & filium. Quid enim eſt uitæ uer
bum niſi dei uerbum? Ac per hoc & deus uerbum dei uita eſt. Et ſicut uerbum uitæ
dicitur, ita & ſpiritus uitæ. Scriptum eſt enim: Et ſpiritus uitæ erat in rotis. Itaq; ſicut Ezech.1.
uerbum uitæ uita eſt, ita & uitæ ſpiritus, uita eſt.

Quia ſicut pater fons uitæ eſt, ita etiam filius, ita & ſpiritus ſanctus. Caput XIX.

B ACCIPE nunc, quia ſicut pater fons uitæ eſt, ita etiam filium plerique fon
tem uitæ memorarunt ſignificatum, eo quod apud te inquit deus omi
potens, filius tuus fons uitæ ſit, hoc eſt fons ſpiritus ſancti, quia ſpũs ui
ta eſt, ſicut dominus ait: Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & Ioan.6.
uita ſunt. Quia ubi ſpiritus & uita, & ubi uita, etiam ſpiritus ſanctus. Pleriq; tamen
hoc loco patrem uolunt tantũmodo fontem ſignificatum, quanquã uideant quod
ſcriptura memorauerit, quia ſicut pater fons uitæ, ita & filius uita & ſpiritus, & ſicut
pater flumen, ita & filius & ſpiritus ſanctus. Apud te inquit fons uitæ, hoc eſt apud Pſal.35.
patrem filius, quoniam uerbum apud deum, quod erat in principio & erat apud
deum. Sed ſiue patrem quis hoc loco, ſiue filium intelligat fontem, fontem utiq; in
telligimus, non aquæ iſtius quæ creata eſt, ſed diuinæ illius gratiæ, hoc eſt ſpũs ſan
cti. Ipſe eſt enim aqua uiua, propterea dominus dicit: Si ſcires donũ dei, & quis eſt Ioan.4.
qui dicit tibi, da mihi bibere, tu petiſſes ab eo & dediſſet tibi aquam uiuam. Hanc
aquam ſitiuit anima Dauid. Harum fontem aquarum deſiderat ceruus, non ſitiens
uenena ſerpentum. Viua eſt enim gratia ſpiritalis, eo quod mentis interna purifi
cet, & omne animi peccatum abluat, occultorumq; mundet errorem.

Quia ſicut pater flumen, ita & filius ita & ſpiritus ſanctus. Cap. XX.

SED ne quis forte tanquam puſillitatem ſpiritus redarguat, & hinc uelit
quandam facere diſtantiam magnitudinis, quod aqua portio uideatur
eſſe fontis exigua, quanquam creaturarum exempla minime diuinita
ti aptanda uideantur, tamen ne quid ex hac quoq; creaturæ compara
tione præiudicent, diſcant non ſolum aquam ſed etiam flumen dictum ſpiritũ ſan
ctum, ſecundũ quod lectum eſt: Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc au- Ioan.7.
tem dicebat de ſpiritu ſancto quem accepturi erant qui crediturí erant in eo. Ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C flumen est spiritus sanctus, & flumen maximum quod secũdum Hebræos de Iesu fluxit in terris, ut ore sæpe accepimus prophetarũ. Magnum hoc flumẽ quod fluit semper & nunquam deficit. Nec solum flumẽ, sed etiam profusi impetus & magni-
Psal.45. tudinis redundantis, sicut etiam Dauid dixit: Quia fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Necꝙ enim ciuitas dei illa Hierusalem meatu alicuius fluuij terrestris abluitur, sed ille ex uitæ fonte procedens spiritus sanctus, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cœlestibus thronis, dominationibus & potestatibus, angelis & archangelis redundantius uidetur effluere pleno septem uirtutũ spiritalium feruens meatu. Si enim fluuius riparum editis superfusus exundat, quanto magis spiritus omnem supereminens creaturam, cum reliqua tanquam inferiora nostræ mentis arua perstringat, cœlestem illam creaturarum naturam effusiore quadam sanctificationis ubertate lætificat? Nec moueat quod uel hic dixit, flumina, uel alibi septem spiritus. his enim sanctificationibus septem spiritalium, sicut Esaias dixit, significatur pleni-
Esa.11. tudo uirtutum. Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij atque uirtutis, spiritus cognitionis atqꝙ pietatis, spiritus timoris dei. Vnum ergo flumen, sed multi spiritalium donorum meatus. Hoc igitur flumen exit ex fonte uitæ. Nec hic rursus sensum tuum ad inferiora detorqueas, quia quædã diuersitas uidetur esse fontis & fluminis, & tamen ad omnia prospexit scriptura diuina, ne infirmitas humani caperetur ingenij uilitate sermonum. Proponas tibi licet quoduis flumen è fonte, est unius tamen naturæ, unius splendoris & gratiæ. Dic sanè & tu spiritũ sanctum unius cum filio dei & deo patre esse substantiæ, unius caritatis & gloriæ. Capiam fidele com-
D pendium de unitate uirtutis, nec uerebor aliquam de diuersitate magnitudinis quæ-
Ioan.4. stionem. Nam etiam in hoc nobis scriptura prospexit. Dicit enim dei filius: Qui biberit de aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Hic fons utique gratia spiritalis est. Fluuius ex uiuo fonte procedens. Fons igitur uitæ etiam spiritus sanctus est. Aduertis etiam ex uerbis ipsius, diuinæ significari magnitudinis unitatem. Nec posse Christum etiam à perfidis fontem negari, cum fons dicatur & spiritus. Et sicut flumen dicitur spiritus, ita & pater dixit: Ecce ego decurram
Esa.66. in uos sicut fluuius pacis, & sicut torrens inundans gloriam gentium. Quis autem dubitet flumen esse dei filium, de quo æternæ uitæ flumina profluebant? Bona ergo aqua spiritalis gratia. Quis hunc fontem dabit pectori meo? in me saliat, in me fluat uitæ largitor æternæ. Superfluat in nobis fons iste, non effluat. Dicit enim sa-
Prouerb.5. pientia: Bibe aquam de tuis uasis & de puteorũ tuorum fontibus, inꝙ plateis tuis superfluant aquæ tuæ. Quomodo hanc aquam tenebo ne effluat, ne labatur? Quomodo uas meum conseruabo ne qua penetrans rima peccati, æternæ uitæ distillet humorem? Doce nos domine Iesu, doce sicut docuisti Apostolos tuos dicens: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra ubi erugo & tinea exterminat, & ubi fures effodiunt & furantur. Furem uidelicet immũdum spiritum esse significat, qui in bonorum operum luce gradientibus non posset obrepere. In tenebris autem secularium cupiditatum, & inter oblectamenta terrestrium si quem ceperit uoluptatum, omni uirtutis æternæ flore dispoliat. Et ideo dominus dicit: Thesaurizate uobis thesaurum in cœlo, ubi neque erugo neque tinea exterminat, & ubi fures non effodiunt & furantur: Vbi enim fuerit thesaurus tuus ibi erit & cor tuum. Erugo nostra lasciuia est, Erugo nostra libido est, Erugo nostra luxuria est, quæ flagitiorũ sordibus aciem

A mentis obducunt. Tinea rursus nostra Arrius est, Tinea nostra Fotinus est, qui sanctum ecclesiæ uestimentum impietate sua scindunt, & unitatem diuinæ potestatis indiuiduam separare cupientes, sacrilego morsu precio sum fidei uelamen obrodũt. Funditur aqua si Arrius dentem impresserit. Effluit si aculeum suũ in alicuius uas Fotinus infixerit. Vile figmentum sumus, cito uitia sentimus. Sed nemo dicit figulo quid me feci sti sic. Nam & si uile uas nostrum, aliud tamen in honore, aliud in contumelia est. Noli ergo aperire lacum tuum, noli fodere uitijs atque criminibus. Ne quis dicat: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam operatus Psal.7. est. Si Iesum quæritis contritos lacus deserite. Christus enim non ad lacum sed ad puteum sedere consueuit. Ibi eum Samaritana illa quæ credidit, illa quæ aquã hauire cupiebat, inuenit. Quamuis mane uenire debueris, tamen etiam si serius uenieris, etiam sexta hora Iesum fatigatũ ex itinere inuenies. Fatigatus est, sed in te, quia diu te quæsiuit, tua illum tandiu incredulitas fatigauit. Non offenditur tamen si modo uenias, petit bibere, daturus. Bibit autem non aquam prætermeantis riuuli, sed salutem tuam, bibit affectum tuum, bibit calicem, hoc est, passionem illam tuorum criminum redemptricem, ut tu sitim istius mũdi sacri potus cruore restinguas. Sic Abraham deum posteaquã puteum fodit emeruit. Sic Isaac dum ad puteum deambulat uenientem illam in typo ecclesiæ accepit uxorem. Fidelis ad puteum, infidelis ad lacum. Denique & Rebecca, sicut legimus petitorem inuenit ad fontem, & meretrices in lacu Iezabel se cruore lauerunt.

B

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. IN LIBRVM SECVNDVM DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM PROLOGVS.

ITSI in libro primo ueteris historiæ lectione patefactũ sit, & in ipsis iudicibus Iudæorum ueterum spiritalem gratiam refulsisse, & per spiritũ sanctum cœlestium sacramentorum reuelata mysteria quem Moyses non ignorauit æternum. Denicꝙ statim in principio mundi, immo ante principium eum deo iunxit, quem ante mundi principium sempiternum esse cognouit. Nanque si quis diligenter aduertat & patrem in principio & filium, cognoscet & spiritum. De patre enim scriptum est: In principio fecit deus cœlum & terrã. De Gen.1. spiritu dictum est: Spiritus superferebatur super aquas. Et bene in exordio creaturæ baptismi figura signatur, per quod habuit creatura mundari. Lectum etiam de filio quod ipse est qui discreuit inter medium lucis & tenebras. Vnus est enim deus pater qui dicit, & unus dominus Iesus qui facit. Sed ne rursus aut arrogans putes dicentis imperium, aut uile facientis obsequium, æqualem sibi pater filium confitetur operis unitate dicens: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et imago enim & operatio & similitudo communis, quid aliud nisi maiestatis eiusdem significat unitatem? Tamẽ ut æqualitatem plenius patris filiꝙ cognoscas, sicut dixit pater & filius fecit, ita & pater operatur, & filius dicit: Pater operatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sicut scriptum est. Pater meus usquemodo operatur. Filius dicit, sicut habes dictum
ad filium. Dic uerbo & sanabitur. Et filius dicit patri: Volo ut ubi ego sum & isti sint
Ioan.17. mecum. Fecit pater quod filius dixit. Sed nec Abraam ignorauit spiritum sanctum.
Deniq; tres uidit & unum adorauit, quia unus deus, unus dominus & unus spiritus.
Et ideo unitas honoris, quia unitas potestatis. Et quid de singulis loquar? Samson
Iudic.13. diuina promissione generatus, spiritū comitantē habebat. Sic enim legimus. Quia
benedixit eum dominus, & cœpit spiritus domini comitari cum eo in castra. Et ideo
Iudic.14. futurum præuidens sacramentum ex alienigenis poscebat uxorem, quod pater eius
ac mater ut scriptum est ignorabant quoniam a domino est. Meritoq; fortior cæte-
ris habebatur quia eum spiritus domini dirigebat, quo duce solus nunc alienigena-
rum fugabat populos, nunc leonem morsu inuiolabilis, fortitudine insuperabilis di
scerptum manibus diuidebat. Vtinam tam cautus ad seruandā gratiam quàm for-
tis ad superandam bestiam. Et fortasse hoc non solum uirtutis miraculū, sed etiam
sapientiæ mysterium, prophetiæ oraculū fuit. Neq; enim ociosum uidetur quod cū
tenderet ad mysterium nuptiarū, leo occurrit ei quem manibus ille discerpsit, in cu-
ius corpore connubia petiturus optata cōgregationem apum repperit & mel sustu-
lit de ore eius, quod patri tribuit edendum & matri. Habebat gentiū populus mel-
la qui credidit: qui corpus feritatis erat ante, nunc Christi est. Nec ipsa quæstio ua-
cat à sacramentis quā proposuit sodalibus suis dicens. De edente exiuit esca, & de
potente exiuit dulce. Deniq; eo usq; mystica, ut tribus diebus eius reuelatio quærere
tur, quæ nō potuit nisi per fidem ecclesiæ, die septima completo legis tempore post
Ioan.7. D passionem domini reuelari. Sic enim habes, quia & apostoli ideo non intelligebant
quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quid, inquit, dulcius melle, quid fortius leo-
Iudic.14. ne? Ad quæ ille respondit: Si non domuissetis uitulam meam non inuenissetis quæ
stionem meam. O diuinum mysterium. O euidens sacramentū, euasimus interem-
ptorem, potentem uicimus. Ibi nunc cibus uitæ est, ubi erant antea miseriæ, fames,
mortes. In salutem pericula: in suauitatem amaritudo conuertitur. Gratia ex offen-
sione processit, potentia ex infirmitate, uita de morte. Sunt tamen qui econtrario pu
tant fundari non potuisse coniugium nisi occiso leonē de tribu iudæ. Et ideo in cor-
pore eius, hoc est, ecclesia apes repertas quæ condunt mella sapientiæ, quia post do-
mini passionem magis apostoli crediderunt. Hunc igitur leonem Samson quasi lu-
dæus occiderit, & in eo mel in figura redimendæ hæreditatis inuenerit, ut reliquiæ
saluæ fierent secundum electionem gratiæ. Et decidit, inquit, super eum spiritus do-
mini, & descendit in Ascalonē & percussit inde triginta uiros. Necq; enim potuerat
uictoriam non tenere qui sacramenta cernebat. Accipiant itaq; in stolis præmium
sapientiæ, conuersationis insigne, qui absoluunt & renunciant quæstionem. Rursus
hic alia oboriuntur mysteria, quod uxor eius auferatur, & ideo uulpes incendunt ma-
nipulos alienigenarum. Eos enim qui aduersus diuina sacramenta contendant, deci
Cantic.2. pere sua consueuit astutia. Vnde iterum cum dicit in Cāticis canticorū. Prendite no
bis uulpes pusillas exterminantes uineas ut uineæ nostræ floreant. Bene pusillas
uulpes dixit, quia maiores uineas exterminare non poterant, licet fortibus, & dia-
bolus sit pusillus. Ergo ille (ut compendiū faciamus historiæ. Suo enim tempori toti
us lectionis digestio reseruanda est) inuictus, quamdiu habuit gratiam spiritalem,
sicut

A sicut dei populus ille electus à domino, ille Nazareus in lege. Inuictus ergo Sam-
son atq; ita insuperabilis ut in maxilla asinæ uiros mille percuteret: ita plenus gra-
tiæ cœlestis, ut etiam aquam in maxilla asini sitiens reperiret, Siue hoc ad miraculū
conferas siue ad mysteriū uertas, quod in populi foret humilitate gentilis & requies
& triumphus. Iuxta quod scriptum est: Qui te percusserit in maxillā, præbe ei & al-
teram. Per hanc enim iniuriarū patientiā quā erudiunt sacramenta baptismatis, de
quibusdā stimulis iracundiæ triumphamus, ut morte obita resurrectionis requiem
consequamur. Ille ne ergo Samson qui funes intextos neruis, qui nouas restes sicut
mollia fila dissoluit, Ille ne Samson qui crinium suorum palo constricta defixo uin
cla non sensit, quandiu habuit gratiam spiritalem. Is inquam postea quàm spiritus
dei discessit ab eo, longe mutatus ab ille Samson qui redit Allophilorū indutus ex
uuias, in mulieris genibus uirtutis palpatusq; captus sacro crine tondetur. Tantum
ne ergo momenti crines habuere capitis ut manentibus his uirtus inuicta duraret,
tonso autem capite fortitudo omnis uiri subito solueretur? Non ita est ut tantam
uim corporalium capillorum putemus. Sunt quidam crines religionis & fidei, cri-
nes Nazarei in lege perfecti, in parsimonia & abstinentia cōsecrati, quibus illa in ty-
po ecclesiæ quæ domini pedes oleo perfuderat, uerbi cœlestis uestigia detergebat.
Tunc enim & secundum carnem noueramus Christum. Isti uidelicet crines de qui-
bus dicitur: Capillatura tua ut greges caprarum, ex illo capite pullulantes, de quo di Cant.4.
ctum est: Caput autem uiri Christus. Et alibi: Caput eius aurum cephas & crines Cant.5.
eius abietes nigræ. Et bonæ abietes, naues Tharsis, quæ fluctibus supernatant mun
B di, & tutum remigium salutis exhibeant. Vnde & in euangelio dominus noster ui-
sibiles capitis & intelligibiles capillos quosdam esse significans ait: Sed & capilli ca-
pitis uestri omnes numerati sunt, spiritalium uidelicet significans facta uirtutū. Ne-
que enim de capillis nostris cura est deo. Quanquam & illud nō absurdum sit æsti-
mare, quia pro maiestate diuina eum latere nihil possit. Sed quid mihi prodest, si
deus ipse omnes meos nouit capillos. Illud mihi redundat & proficit, si bonorū ope
rum peruigil testis, remunerationem gloriæ donet æternæ. Deniq; & ipse Samson
nō corporales sed intelligibiles hos capillos esse declarans ait: Si tonsus fuero disce-
det à me uirtus mea. Hoc de mysterio.

CAPITA SECVNDI LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Quia dominus spiritus, quia uirtus spiritus, sicut pater uirtus & filius uirtus. Cap. I.
Quia unum consilium est patris & filij & spiritus sancti. Cap. II.
Quia sicut uita est cognoscere patrem & filium, ita uita est cognoscere spiritum dei.
Caput III.
Quia sicut pater uiuificat, ita filius, ita & spiritus sanctus. Cap. IIII.
Quia sicut pater creator est omnium, ita & filius, ita & spiritus sanctus. Cap. V.
Quia sicut patri & filio, ita etiam spiritui sancto seruiendū est. Cap. VI.
De eo quod scriptum est: Ecce ego firmans tonitrua & creans spiritū. Cap. VII.
Creat pater dominicæ incarnationis sacramentum, creat & spiritus, creat & filius.
Caput VIII.
Quia sicut pater & filius, ita & spiritus sanctus regenerat. Cap. IX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia eadem uerba quibus spiritum inferiorem uideri uolunt, præeminentiam ostendunt patris & filij. Cap. X.
Quia una uoluntas,una uocatio patris & filij & spiritus sancti. Cap. XI.
Quia sicut pater nouit filium & filius patrem,sic spiritus patrem & filium.Et sicut pater reuelat nobis quæ sua sunt,sic & filius,sic & spiritus sanctus reuelat nobis. XII.
Caput

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER SECVNDVS.

Quia dñs spiritus,quia uirtus spūs,sicut pater uirtus & filius uirtus. Cap.I.

Iudic.13. Iudic.14.

VNC lectionis seriem consideremus.Supra habes quia benedixit eum dominus,& cœpit spiritus comitari cum eo. Infra ait:Et direxit super eum spiritus domini. Item ait:Si tonsus fuero discedet à me uirtus mea, postea quàm tonsus est, uide scripturā quid dicat: Dominus inquit discessit ab eo. Vides ergo quia ille qui comitabatur ipse discessit. Idem est ergo dominus qui spūs domini, hoc est, ipsum spiritū dei,dominū nuncupauit,sicut & apostolus ait:Dominus autem spiritus est,ubi autē spiritus domini,ibi libertas. Habes ergo dominū dictum etiam spiritū sanctum. Non enim unus sed unū sunt spiritus sanctus & filius. Hoc quoq; loco uirtutē dixit, & spiritū significauit. Sicut enim pater uirtus,ita & filius uirtus, & spiritus sanctus est uirtus. De filio legisti, Christum dei uirtutem esse atq; sapientiam. Legimus etiam,quia uirtus est pater sicut scriptum est: Videbitis filium hominis ad dexterā uirtutis.Hic uticq; uirtutem patrem dixit,cuius ad dexteram filius sedet, sicut habes: Dixit dominus domino meo sede ad dexterā meā. Virtutem etiam spiritum sanctum ipse dominus nuncupauit dicens:Accipietis uirtutem aduenientem in uos spiritus sancti.Ipse enim spiritus uirtus est.

D

1.Cor.1. Matth.26. Psal.109. Act.1.

Quia unum consilium? est patris & filij & spiritus sancti. Cap. II.

VIA legisti spiritus consilij atq; fortitudinis.Et sicut filius magni consilij angelus,ita etiam spiritus consilij est,ut unum scias patris & filij & spiritus sancti esse consiliū. Consiliū non de rebus incertis aliquibus,sed præcognitis & statutis. Arbitrum autem diuini consilij,spiritum etiam inde cognosce.Nam cum supra docuerimus arbitrū baptismatis esse spiritum sanctum, Baptismum aūt dei esse consiliū legerimus,sicut habes: Pharisæi aūt consilium dei spreuerunt,non baptizati ab eo,Liquido daret quod sine spiritu baptisma esse non possit,sine spiritu quoq; non esse consilium dei. Et ut sciamus plenius uirtutem esse spiritū,scire debemus ipsum esse promissum,quando dixit dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem.Ille enim qui promissus est nobis,ipse est uirtus, sicut etiam in euāgelio idem dei filius declarauit dicens:Et ego mittam promissa patris

Tobel.2. Luc.24.

Actis mei in uos,uos autem sedete in ciuitate quoadusq; impleamini uirtute ex alto. Eousq; autem uirtutem esse spiritū sanctum euangelista significat,ut & eum uim magna etiam sanctus Lucas descendisse memoraret dicens: Et factus est subito de cœlo sonus,tanquā ui magna spiritus ferretur.Sed ne rursus putes ad sensibilia & corporalia hoc esse uertendum, accipe quia sic descendit & spiritus quemadmodū descensurus est Christus.. Nam & ipse cum uirtute descendet,sicut habes: Et uidebūt filium hominis uenientē in nubibus cœli in uirtute maxima & maiestate. Quomodo enim non est una uirtus atque eadem potestas, cum unum opus,unum iudiciū, unum templum,una uiuificatio, una sanctificatio,unum etiam regnum sit patris & filij & spiritus sancti.

Act.2. Matth.24.

Quia sicut uita est cognoscere patrem & filium,ita uita est cognoscere spiritum dei. Caput III.

ICANT enim in quo dissimilitudinem diuini operis arbitrentur, Quandoquidem sicut uita est cognoscere patrem & filium, quemadmodum ipse dominus declarauit dicens:Hæc est autē uita æterna ut cognoscant te solum uerum deum & quem misisti Iesum Christū, ita etiam uita est cognoscere spiritū sanctum.Dicit enim dominus:Si diligitis me mandata mea seruate,& ego rogabo patrem,& alium paradetum dabit uobis ut maneat uobiscū in æternum,spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere,quia nō uidet eum, nec cognoscit eū, Vos aūt scitis eū,quia apud uos manet & in uobis est.Ergo mundus non habebat uitam æternam,quia non acceperat spiritum. Vbi autem spiritus ibi uita æterna. Ipse est enim spiritus uitæ operator æternæ. Vnde miror, cur de solo & uero deo Arriani moueant quæstionem.Sicut enim uita æterna est cognoscere solum & uerum deum, ita uita æterna est cognoscere Iesum Christum, ita uita æterna est cognoscere spiritum sanctum,quem sic non uidet mundus,quemadmodum patrem,sic non scit quemadmodum filium.Qui autem de hoc mundo nō est, habet uitam æternam, & cum ipso manet spiritus in æternum, qui est lumen uitæ æternæ.Ergo si hoc confert cognitio soli ueri dei,quod confert filij spiritusq; cognitio,cur filium & spiritū à ueri dei honore secernis,cum à magnitudine beneficij non secernas? Aut enim credas necesse est,solius ueræ diuinitatis esse hoc maximū munus,& solam & ueram diuinitatem, sicut patris,ita & filij & spiritus confitebere: aut si deus ex æquo uitam potest æternam conferre qui uerus deus nō sit,incides ut patri magis derogare uidearis,cuius opus non potest solius ueræ diuinitatis esse præcipuum,sed creaturæ operibus conferendum.

B

Quia sicut pater uiuificat,ita filius,ita & spiritus sanctus. Cap. IIII.

VID autem mirū si spiritus operator est uitæ qui uiuificat sicut pater, uiuificat sicut filius? Viuificare autem quis abnuat esse maiestatis æternæ? Scriptū est enim: Viuifica seruū tuum. Viuificatur ergo qui seruus est hoc est homo,qui uitam ante nō habuit,sed ut haberet accepit. Videamus igitur,utrū uiuificet spūs,an ipse uiuificet. Sed scriptū est:Litera occidit,spiritus aūt uiuificat,Ergo uiuificat spūs.Sed ut intelligas patris & filij & spūs sancti uiuificationē nō esse diuisam,accipe qa uiuificationis quoq; unitas sit,quāq; ipse per

Psal.118. 2.Cor.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C spiritum uiuificat deus. Dixit enim Paulus: Qui suscitauit Christum ex mortuis,ui
Rom.8. uificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis.

Quia sicut pater creator est omniũ,ita & filius,ita & spiritus sanctus. Cap.V.

QVIS uero dubitare potest,quia uiuificet omnia spiritus sanctus,quando & ipse sicut pater & filius creator est omniũ.Nec quicquã nisi cũ spiritu sancto deus omnipotens pater intelligatur operatus.Quandoquidem & in principio creaturæ spiritus superferebatur super aquam.Itaque cum superfertur spiritus,nulla erat gratia creaturæ.Postea uero quàm operationem spiritus,etiam creatura mũdi istius suscepit,omnem hanc gratiæ meruit uenustatem qua mundus illuxit.Deniq; sine spiritu sancto uniuersitatis gratiam manePsal.103 re non posse,propheta declarauit dicens: Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum conuertentur.Emitte spiritum tuum & creabuntur,& innouabis omnem faciem terræ. Non solum igitur sine spiritu docuit omnem creaturã stare nõ posse,sed etiam creatorem totius esse spiritum creaturæ.Et quis neget opus esse spiritus sancti quod creata est terra cuius opus est quod nouatur? Nam si negare cupiant quod per spiritum sit creata, cum per spiritum nouandã negare non possint, meliorem ergo operationem spiritus sancti quàm patris & filij qui cupiunt separare defendent,quod abhorret à uero.Neq; enim dubium est,quod nouata terra melior quàm creata sit,aut si primo sine operatione spiritus sancti,terram pater fecit & filius,postea uero spiritus sancti operatio copulabitur,uidebitur id quod factũ est, eius quod accessit eguisse præsidio.Sed absit ut hoc quisquam æstimet, ut operatio
D diuina uarietatem creatoris quam Manichæus inducit habere credatur.An uero si ne opere spũs sancti substantiã putamus esse terrarũ, sine cuius opere nec cœli cõuePsal.32. xa subsistũt? Scriptũ est enim: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.Aduerte quid dicat. Omnem inquit uirtutem cœlorũ ad spiritum esse referendam.Qui enim superferebatur antequã terra fieret,quomodo cum terra fieret non ferebatur? Gentiles homines per umbram quandam nostros secuti,quia ueritatem spiritus haurire non poterant, quod cœlum ac terras lunæ quoq; stellarumq; micantium globos spiritus intus alat,suis uersibus indiderunt.Ergo illi per spiritũ nõ negant uirtutẽ subsistere creaturæ,Nos qui legimus denegamus.Sed flatilem putatis ab illis spiritũ designatũ. Sed illi autorem omniũ flatilem spiritũ declararunt,nos dubitamus spiritum dei esse omnium creatorem? Sed quid alienis immoror? Accipiant documentum euidens, nihil posse esse quod spiritus negetur operatus,nec de angelis,nec de archangelis,nec de thronis, nec de dominationibus posse dubitari quod eius operatione subsistant.Quandoquidem ipse secundũ carnem dominus cui angeli seruiebãt,spiritu in uirgine superueniente generatus sit. SiMatth.1. cut & secundum Matthæum,ad Ioseph angelus dixit: Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam,quod enim ex ea nascetur de spiritu sancto est.Luc.1. Et secundum Lucam dixit ad Mariam:Spiritus sanctus ueniet in te.Opus ergo spiritus,uirginis partus est. Opus spiritus,fructus est uentris,secundum quod scriptũ est:Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus uẽtris tui.Opus spiritus,flosEsa.11. radicis est.Ille inquam flos,de quo bene est prophetatũ:Exiet uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.Radix Iesse patriarchæ familia Iudæorũ, uirga Maria,

A ria,flos Mariæ Christus,qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe uirginali ex utero germinauit, sicut ipse dixit: Ego flos campi & lilium conuallium. Flos odorẽ Cant.2. suum succisus reseruat,& cõtritus accumulat, nec auulsus amittit. Ita & dominus Iesus in illo patibulo crucis, nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit, sed illa lanceæ punctione succisus, sacro speciosior fusi coloris cruore uernauit, Mori ipse nescius & mortuis æternæ uitæ munus exhalans. In hoc igit spiritussanctus uirgæ regalis flore requieuit. Bona uirga ut quidam putant, & caro domini, quæ de radice terrena ad superna se subrigens, odoriferos sacræ fructus religionis circumtulit mũdo, mysteria diuinæ reuelationis & gratiam cœlestibus altaribus supereffundens. Dubitare ergo nõ possumus spm̃ creatorẽ,quẽ dominicæ cognoscimus incarnationis autorem.Quis em̃ dubitet cum in principio euangelij habeas, quia Christi generatio sic erat: Cum desponsata esset Maria Ioseph,antequam conuenirent inuẽ- Matth.1. ta est in utero habens de spiritu sancto. Nam licet pleriq; habeant,de spiritu,Græcus tamen unde transtulerũt latini,ἐκ πνεύματος ἁγίου dixit, hoc est,ex spiritusancto. Quod ergo ex aliquo est, aut ex substantia est,aut ex potestate eius.Ex substantia, sicut filius qui ait:Ex ore altissimi prodiui,sicut spiritus qui à patre procedit.De quo Eccle.24. dicit filius: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Ex potestate autem, sicut illud Ioan.16. est:Vnus deus pater ex quo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex spi- 1. Corinth.8. ritusancto? Si quasi ex substantia: Ergo spiritus in carnẽ & ossa conuersus est. Nõ utique. Si quasi ex operatione & potestate eius uirgo concepit,quis neget spiritum creatorem? Quid quod etiam Iob creatorem suum euidenter ostendit dicens:spi-
B ritus diuinus qui fecit me? Et diuinũ utiq; & creatorem, uno uersiculo demõstrauit.

Quia sicut patri & filio, ita etiam spirituisancto seruiendum est. Caput VI.

SI igitur creator est spiritus, non est utique creatura. Creaturam enim apostolus creatoremq; diuisit dicens:Seruierunt creaturæ potius quàm Rom.1. creatori. Simul creatori admonet seruiendum, damnando eos qui seruiunt creaturæ, cum creatori seruitium debeamus.Et quoniam creatorem spiritum nouerat, docet eidem seruiendum dicens: Videte canes, uidete malos ope Philip.3. rarios, uidete concisionem.Nos enim sumus circuncisio qui spiritui deo seruimus. Quod si quis de latinorum codicum uarietate contendit, quorum aliquos perfidi falsauerunt,Græcos inspiciant codices, & aduertet quia scriptum est, οἱ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες. Quod interpretatur,qui spiritui deo seruimus.Ergo si seruiendum dicat spiritui,idem apostolus qui non creaturæ sed creatori asserit seruiendum,euidenter utique ipse sanctum ostendit spiritum creatorem, & in æternæ diuinitatis honore uenerandum,quia scriptum est: Dominum deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Matth.4.

De eo quod scriptum est:Ecce ego firmans tonitrua & creans spiritum. Caput VII.

NEC præterijt hæreticos obiectare consuesse,Ideo uideri creatum spiritum sanctum, quia plerique eorum ad argumenta astruenda suæ impietatis assciscũt illud quod Amos de flatu uentorũ locutus est,ut ipse ꝓpheticus

sermo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sermō declarat. Sic enim habes: Ecce ego firmans tonitrua & creans spiritum, & nuncians in homines Christum suum, faciens lucem & nebulam, & ascēdens super excelsa, dominus deus omnipotens nomen est ei. Si hinc faciunt quæstionem de eo quod scriptum est: Ecce ego firmans tonitruum & creans spiritum, quod creatum spiritum dixit, quia creatur spiritus, Hesdras nos docuit dicens in tertio libro: Et in die secundo iterum creasti spiritum firmamenti. Tamen ut propositis inhæreamus, his uidelicet quæ Amos dixit, nónne euidenter dictorum testificatur series de istius creatura mundi locutū prophetā? Deniq; ita cœpit: Ego dominus firmās tonitruum & creans spiritum. Ipse ordo nos doceat. Nam si de spiritusancto dicere uoluisset, non de tonitruo utiq; præmisisset. Neq; enim antiquiora tonitrua sunt, q̄ spiritussanctus, Quamuis impij sint, tamen id nō audeant dicere. Deinde cum subiectū uideamus esse de luce & nebula, nónne manifestū est quod de creatura mūdi dictum intelligendum sit? Cum enim sint aliquæ tempestates istius mundi, præcedere tonitrua, sequi uentorum flatus, cœlum nebulis caligari, lucem fundi ex tenebris, ipso usu quotidiano exemploq; cognoscimus. Nā etiam flatus uentorum spi-
Psal. 10. ritus dicitur, sicut scriptum est: Ignis & sulphur & spiritus procellæ. Et ut scires, quia hunc spiritum dixit, ait: Firmās tonitrua & creans spiritum, quia frequenter creātur ista cum fiunt. Spiritus autem sanctus æternus est, quem si quis audet dicere creatum, non potest tamen dicere quod quotidie creatur sicut flabra uētorum. Deniq; ipsa sapientia secundum susceptī locuta corporis sacramentū ait. Dominus creauit me. Quāuis uentura prophetaret, tamen quia prædestinatus erat domini saluatoris aduentus, nō dixit creat me, sed creauit me, ne frequēter sed semel crederēt exuir-
D gine Maria Iesu corpus esse generādum. Ex hoc igitur quod uelut quotidianā operationē dei in tonitruum firmamento, & in spiritus creatione propheta declarauit, intelligere nefas est, ut de spiritu sancto tale aliquid æstimemus, quē ipsi impij ante secula esse negare nō possunt, unde & semper eū esse & semper manere, pia assertio ne testamur: Neq; enim qui ante mundum superferebatur super aquas, potest uideri creari posse post mundum, aut multos spiritussanctos æstimari fas est, qui uelut quotidiana generatione generentur. Absit ut se quisquā tali impietate contaminet, ut dicat frequenter creari, aut unquam creari spiritum sanctum. Cur enim frequenter creari uideatur non intelligo, nisi forte & mori eum credant frequenter, & frequēter recreari. Sed quemadmodum mori potest spiritus uitæ? Ergo si mori nō potest, causam non habet cur sæpius sit creandus. Aut qui aliter putant, in illud sacrilegium incidunt ut non distinguant spiritumsanctum qui prolatiuum uerbum putant in patrem redire, prolatiuum spiritum in deum refundi, ut unius refusio sit & quædam uicissitudo, in uarias formas sese permutantis, cum patris & filij & spiritussancti manens semper immutabilisque distinctio unitatem suæ teneat potestatis. Si quis tamen propheticum dictum ideo deriuandum putat ad interpretationem spiritussancti, quia habet: Annuncians in homines Christum suum, is ad incarnationis dominicæ mysteria dictum facilius deriuabit. Nam si te mouet quia spiritum dixit, & ideo hoc non putas deriuandum ad mysteria assumptionis humanæ, prosequere scripturas, & inuenies optime congruere de Christo, de quo bene conuenit æstimari, quia firmauit tonitrua aduentu suo, uim uidelicet & sonum

A & sonum cœlestium scripturarum, quarum uelut quodam tonitruo mentes nostræ redduntur attonitæ ut timere discamus, & reuerentiam cœlestibus deferamus oraculis. Deniq; in euangelio fratres domini, filij tonitrui dicebantur. Et cum uox patris facta esset dicentis ad filium: Et honorificaui & iterum honorificabo, Iudæi di- Marci.3. Ioan.12.
cebant tonitruum factum est illi. Nam licet gratiam ueritatis haurire non possent, tamen confitebantur inuiti, & ignari mysterium loquebantur, eo quod magnū patris de filio testimonium resultabat. In Iob quoq; libro scriptura dicit: Firmamen- Iob.26.
tum quoq; tonitrui sui quis scit quando fiet? Vtique si ad hæc cōmotionum cœlestium tonitrua pertinerent, non futura eorum firmamenta, sed facta dixisset. Ergo tonitrua ad sermones domini retulit, quorum in omnem terram exiuit sonus. Spi- Psal.18.
ritum autem hoc loco animam quam suscepit rationabilem atq; perfectam intelligimus, quia scriptura frequenter & animam hominis spiritus uocabulo designauit. Sicut habes: Qui creauit spiritum hominis in ipso. Vnde & dominus animā suam spiritus appellatione significans ait: In manus tuas commendo spiritum meum. Et ut scires, quia Iesu domini descensionem memorauit, addidit, quod nunciaret in homines Christum suum. Annunciauit enim in baptismate dicens: Hic est filius meus dilectus in quo bene complacui. Annunciauit in monte dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Annunciauit in passione, cum sol recessit maria terræq; tremuerunt. Annunciauit in centurione, qui ait: Vere dei filius erat iste. Totum igitur hunc locum aut ad simplicem intellectū istius flatus qui uiuendo hauritur, aut ad
B mysterium dominici corporis referre debemus. Nam si hic creatum dixisset spiritū sanctum, utiq; & alibi idem scriptura declarare potuisset, sicut de filio dei frequenter legimus, quia secundum carnem & factus est & creatus. Cuius tamen maiestatem in eo ipso quod carnem pro nobis suscepit considerare nos conuenit, ut diuinā potentiam in ipsa corporis assumptione uideamus.

Creat pater dominicæ incarnationis sacramentum, creat & spiritus, creat & filius. Cap. VIII.

TENIM sicut legimus, quia creauit pater dominicæ incarnationis sacramentum, creauit & spiritus: Ita etiam legimus, quod & suum corpus Christus creauit. Creauit enim pater, secundum quod scriptū est: Dominus creauit me. Et alibi: Misit deus filiū suum factū ex muliere Gal.4.
factum sub lege. Creauit & spiritus, & illud omne mysterium, secundum quod legimus: Quia inuenta est Maria in utero habens de spiritu sancto. Habes quia creauit pater, creauit & spiritus sanctus. Accipe quia creauit & filius dei, dicente Salomone: Sapientia fecit sibi domum. Ergo spiritus sanctus qui creauit dominicæ incarnationis sacramentum quod super omnes est creaturas, quomodo esse poterat creatura? De generalitate autem supra ostendimus, quia secundum carnem creator est noster spiritus sanctus in homine exteriore. Nunc ostendamus quia creator est noster, etiam secundum gratiæ sacramentum. Et sicut creat pater, ita creat & filius, ita creat & spiritus sanctus. Sicut legimus dicente Paulo: Dei enim donum est Eph.2.
non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo in operibus bonis.

Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia sicut pater & filius,ita & spiritus sanctus regenerat. Cap. IX.

C Ioan.1. ERGO creat pater in operibus bonis,creat & filius,qa scriptū est: Quot quot aūt eum receperūt,dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui nō ex sanguinibus neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolūtate uiri,sed ex deo nati sunt. Similiter ex spiritu secundū gratiam nos renasci,dominus ipse testatur dicens: Quod natū est ex carne caro est, quia de carne natū est. Et quod natum est de spiritu,spiritus est,quia deus spūs est. Nolite mirari,quia dixi,oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quò uadat, sic est omnis qui natus est de spū. Claret igitur spiritalis quoq; generationis autorem esse spiritū sanctū, qua secūdū deum creamur,ut filij dei simus.Ergo cum ille nos in regnū suum per adoptionē sacræ regenerationis assumpserit,nos ei quod suū est denegamus.Ille nos supernæ regenerationis fecit hæredes,nos hæreditatem uendicamus,refutamus autorem.Sed non potest manere beneficiū,cum autor excluditur. Nec autor sine munere,nec munus sine autore.Munus si uendicas gratiæ,crede potentiam.Si refutas potentiā,gratiam ne requiras.Qui Christū negauit,statim amisit & nomen. Nam si autor uilis, quomodo dona preciosa? Cur nostris ipsi muneribus inuidemus,spem imminuimus,dignitatem repudiamus,consolatorem negamus? Sed illum negare non possumus. Sed absit ut negemus quod maximū est, cum apostolus dicat: Vos autem fratres secundū Isaac promissionis filij estis,sed sicut tunc qui secundum carnem natus est persequebatur eum qui secundū spiritum. Iterum utiq; subauditur de superioribus,qui secundū spiritum natus est.Qui ergo secundū spiritum nascitur,secundum deum nascitur.Renascimur autem quando in interiore renouamur affectu,& Eph.4. exterioris hominis uetustatem deponimus. Et ideo ait iterum apostolus:Renouamini spiritu mentis uestræ & induite nouū hominem qui secundum deum creatus est in ueritate & iusticia & sanctitate. Audiant quemadmodū unitatem diuinæ operationis scriptura signauerit. Qui renouatur spiritu mentis induit nouum hominē qui secundum deum creatus est.Sancti igitur spiritus opus est regeneratio ista præstantior, & noui huius hominis qui creatus est ad imaginem dei autor est spiritus, Quem utiq; meliorem hoc exteriore esse nostro homine nemo dubitauerit. Siqui- 1.Cor.15. dem cœlestem alterum,terrenum alterum apostolus significauit dicens: Qualis cœlestis,tales & cœlestes.Ergo cum cœlestem faciat gratia spiritalis,quid terrenū creare possit,etiam sensu debemus aduertere,licet credamus exemplis.Dicit enim alibi sanIob.27. ctus Iob: Viuit dominus qui sic me iudicat, & omnipotens qui ad amaritudinem perduxit animam meam,spiritus autem diuinus qui est in naribus meis. Non utiq; spiritum hic auram uitalem hanc & spiramentum corporeum designauit,sed nares hic interioris sui hominis significat,quibus uitæ odorem carpebat æternæ, & gratiā cœlestis unguenti,geminis quibusdam sensibus hauriebat. Sunt enim nares spiritaCan.7. les,ut legimus,quas habet sponsa uerbi cui dicitur:Et odor naris tuæ.Et alibi:Odo-Gen.8. ratus est dominus deus odorem suauitatis . Sunt enim quædam interioris membra hominis, cuius manus in actu,aures in auditu, pedes in processu quodam boni operis æstimantur. Itaque ex officijs,ueluti quasdam colligimus membrorum figuras . Neque enim in interiore homine secundum carnalia aliquid nos conuenire opinari

Quia

A

Quia eadem uerba quibus spiritum inferiorem uideri uolunt, præmi nentiam ostendunt patris & filij. Cap. X.

ET sunt quidam qui corporaliter deum putant esse formandum,cum legunt aut manum eius aut digitum.Nec aduertunt quod hæc non propter formam scripta sint corporis, quia in diuinitate nec membra nec partes sunt, sed propter unitatem diuinitatis expressam, ut credamus quia impossibile est à patre deo uel filium uel spiritum sanctum separari,cum plenitudo diuinitatis uelut corporaliter habitet in substantia trinitatis. Ideo igitur & filius,patris dextera nuncupatur,sicut lectum est:Dextera dñi fecit uirtutem,dexte- Psal.117. ra dñi exaltauit me.Sed quid mirum si de uerbis amētes homines faciunt quæstionem,cum faciant & de syllabis.Sunt enim qui hinc putēt faciendam esse distantiā, quo dicant in spiritu deum,non cum spiritu prædicādum,& ex una syllaba uel usu quodam diuinitatis æstimandum putent esse momentum, argumentantes, quod si in spiritu deum prædicandum putent,non misterium sancti spiritus signare uideantur.Si uero cum spiritu dicant dei uel uirtutem esse uel gloriam,societatem quandā & communionem patris & filij & spiritussancti designare uideātur.Sed quis separet quod nō potest separari? Quis diuidat societatem quam indiuiduam Christus ostendit? Ite, inquit,baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussan- Matt.28 cti.Nūquid hic circa patrem uel filium uel spiritumsanctum, aut uerbum mutauit aut syllabam? Non utiq;,sed in nomine, inquit, patris & filij & spiritussancti,idem de spiritu quod de patre & de se sonat. Vnde nullū spiritussancti ministerium, sed
B consortium magis honoris aut operis,cum in spiritu dicatur æstimatur: considera & hic,quia ad patrem & filium hoc opinionis uestræ præiudicium deriuatur,quia hic non dixit,cū patris & filij & spiritussancti nomine,sed in nomine,& tamen non ministerium aliquod trinitatis hac syllaba exprimitur,sed potestas. Denicq; ut scias quia fidei non præiudicat syllaba,sed conuincat fides syllabam, & Paulus loquitur in Christo.Nec ideo minor Christus est,quia Paulus locutus in Christo est,sicut habes:Coram deo in Christo loquimur. Quemadmodum igitur Apostolus di- 2.Cor.2. cit,quia in Christo loquimur,ita illud est:quia loquimur spiritu,sicut ipse Apostolus dixit:Quia nemo dicit dominū Iesum nisi in spiritusancto. Nō subiectio itaq; 1.Cor.12. hoc loco spiritussancti,sed gratiæ copula designatur. Et ut scias discretionem non esse de syllaba,alibi quoq; ait: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis,sed sanctifica- 1.Cor.6. ti estis,sed iustificati estis in nomine Iesu Christi & in spiritu dei nostri.Quàm multa possum hinc exempla proferre.Scriptū est enim:Omnes uos unū estis in Christo Iesu. Et alibi:Sanctificatos in Christo Iesu. Et iterum: Vt nos essemus iusticia Gal.3. dei in ipso.Et alio loco: Vt excidant à fide quæ est in Christo Iesu.Verū quid ago? Dum enim similiter dico scriptum esse de filio,quemadmodum de spiritu scriptum est,magis illud incurro,ut non quia de filio scriptum est,religiose dictum uideatur esse de spiritu,sed quia idem de spiritu scriptum est,etiam de filio propter spiritum obiciant derogatum.Dicunt enim:Nunquid de deo patre scriptum est? Sed acci- Psal.55. piant etiam de deo patre dictum:In deo laudabo sermones, in deo laudabo uer- Psal.59. bum.Et alibi:In deo faciemus uirtutem:Et in te commemoratio mea semper: Et in tuo nomine exultabimus.Et iterum alibi: Vt manifestētur opera eius, quia in deo sunt facta.Et Paulus:In deo qui omnia creauit.Et iterū:Paulus & Syluanus & Timotheus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C motheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre & dño Iesu Christo. Et in Euan
Ioan.14. gelio: Ego in patre & pater in me, & pater in me manet. Scriptū est etiā. Qui gloria
2. Cor.10 tur, in dño glorietur. Et alibi: Vita autē nostra abscondita est cum Christo in deo.
Col.3. Nunquid hic plus filio q̄ patri detulit, ut in deo nos diceret esse cum Christo? Aut
nunquid plus nostra conditio q̄ spiritus gratia sibi uendicat, ut nos possimus esse
cum Christo, spūssanctus esse non possit? Aut cum Christus uelit esse nobiscum, si
Ioan.17. cut ipse dixit: Pater quos dedisti mihi uolo ut ubi ego sum & isti sint mecum, dedi-
gnetur esse cum spiritu? Scriptum est etiam: Conuenientibus uobis & meo spiritu
cum uirtute domini Iesu. Ergo nos cum uirtute domini cōuenimus & audemus di-
cere quod nolit dominus Iesus cum spiritu cōuenire, qui non dedignatur cōuenire
nobiscum? Nullam igitur distantiā putat Apostolus, hac an illa syllaba utaris. Syl
laba enim coniunctionis est, coniunctio autem sciunctionem nō facit. Neq; enim
si diuideret, coniunctio diceretur. Quid igitur te mouet ut dicas, quia gloria est deo
patri uel Christo eius, uita, uirtus, magnificentia, potestas in spiritu sancto, & nolis
dicere cum spiritu sancto? An quia times ne spiritum cū patre & filio sociare uidea-
Rom.8 ris? Sed audi & de spiritu scriptum: Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu. Et alibi
deus pater dicit: Et adorabunt te, & in te deprecabūtur. In Christo orare nos debe-
re deus pater dicit, & tu putas spiritui derogari, si in eo gloria Christi esse dicatur?
Audi quod times de spiritu confiteri, non timuisse de se sibi Apostolum uēdicare.
Phil.1. Ait enim: Cupio dissolui & cū Christo esse multo melius. Cum quo igitur est Apo
stolus cum eo negas esse spiritum, per quem Apostolus meruit esse cum Christo?
D Quæ igitur ratio est, ut in spiritu mauis dicere q̄ cum spiritu gloriā dei esse uel Chri
sti? An quia si dicas in spiritu, minor Christus spiritu declaret? Quāuis hoc refuta
bile sit, ut maiorem dīm facias & minorem, tñ cum lectum sit: Quia pro nobis pec
catū factus est Christus, ut nos essemus iustitia dei in ipso, ille inuenit potissimus,
Col.1. in quo sumus nos infimi. Sic & alibi habes: Quia omnia in ipso cōstant, hoc est, in
eius uirtute. Nec cōparari possunt illi quæ in eo constant, quia ex uirtute eius ut cō
stent substantiā consequunt. Nunquid igitur sic deum regnare uultis in spiritu, ut
uirtus spūs regnādi deo principium quasi fons quidā substantiæ largiat? Sed hoc
impium est. Et ideo ut unam patris & filij & spūssancti maiores nostri dicerent po
testatem, cum spiritu gloriā Christi esse memorabant, quo indiuiduam copulā de-
clararent. Quomō enim separatur spiritussanctus à filio, cum ipse spiritus testimo
nium reddat spiritui nostro quod sumus filij dei? Si autē filij & hæredes, hæredes
quidem dei, cohæredes autē Christi. Quis igitur tam amens qui coniunctionē spiri
tus & Christi dissociet sempiternam, cum spūs etiam disiuncta cōnectat, per quem
Christi efficimur cohæredes? Si tamen, inquit, compatimur ut glorificemur. Si nos
ergo conglorificabimur cum Christo per spiritum, quomodo & ipsum cōglorifica
re Christo spiritum recusamus, dissociamus uitam Christi & spūssancti, cum spiri-
tus dicat, quod simul uicturi sumus cum dei filio? Dicit em̄ Apostolus: Si aūt mor
tui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul uiuemus cum illo. Deinde ali-
2.Tim.2. bi: Si enim compatimur, inquit, & cōuiuemus, nec solum conuiuemus, sed etiā con-
glorificabimur, nec solum conglorificabimur, sed etiam conregnabimus. Non est
igitur in syllabis istis ulla discretio, utraq; em̄ syllaba cōiunctionis est. Denicp̄ sæpe
reperimus in scripturis alteram interpositā, & alteram intellectam, sicut scriptū est:

Introibo

A Introibo in domum tuam in holocaustis, hoc est cum holocaustis. Et alibi: Eduxit Psal.104.
eos in argento & auro, hoc est, cum argēto & auro. Et alibi quoq; ait: Nō egredieris Psal.43.
in uirtutibus nobiscum, quod est cum uirtutibus. Ergo cum & in usu sermonis ca-
lumnia esse non possit, & ex sermone calumnia diuinitati nō debeat excitari, opus
est ut ad iusticiam corde credatur, & ex fide cordis fiat ad salutē in ore cōfessio. Sed
qui corde nō credunt calumnias struunt uerbis. Denicp̄ simile illud est quod aiunt
discretionē esse, quia scriptum est: Nobis aūt unus deus pater ex quo omnia & nos 1.Cor.8.
in illum, & unus dñs Iesus Christus per quē omnia & nos per ipsum. Volunt enim
cum dicit, ex illo, materiā designari. Cum dicit per illum, quoddam uel instrumen
tum operis uel ministerium declarari. Cum dicit autē, in illo, quod aut locus signifi
cetur aut tēpus, in quo omnia facta uideant. Ita igit distantiā quandā substantiæ
probare desiderant, tancp̄ instrumentum ab autore, & tancp̄ tēpus aut locum ab in
strumento dirigere gestientes. Nunquid ergo alienus secundum naturā filius à pa-
tre, quia alienū instrumētum ab operatore proprio uel autore? Aut nunquid alie-
nus filius ab spiritu, quia ab instrumēti genere aut locus separat aut tempus? Com
para nunc assertiones nostras. Illi uolunt ex deo tanq̄ ex natura dei esse materiam,
ut si dicas ex ligno arcam esse factā, ex lapide statuā, ita ex deo materiā processisse,
& eandē materiam tancp̄ per instrumentū aliquod factam esse per filium, ut nō tā
operatorē filium q̄ instrumentum operis esse declarent, & omnia ita facta in spiri
tu tancp̄ in aliquo loco facta uel tēpore, singula singulis tribuunt, in cōmune omia
negant. Verum nos ostēdimus ita ex deo patre esse omnia ut nec amiserit deus pa
B ter q̄d uel per ipsum & in ipso omnia sint, nec tancp̄ ex materia ex ipso omnia sint.
Ita quoq; per dīm filium esse omnia, ut non priuatus sit, eo q; ex filio sint omnia.
Ita omnia esse in spiritu, ut doceamus omnia esse per spiritum, & omnia esse de spi
ritu. Nam istæ syllabæ sicut ille de quibus superius diximus, se inuicem signant. Nō
enim ita dixit Apostolus, ex deo omnia & per filium omnia, ut separabilē substan
tiam patris filijcp̄ signaret. Sed ut inconfusibili distinctiōe, q; alius sit pater, alius sit
filius doceret. Non igit tancp̄ cōpugnantes syllabæ istæ, sed tancp̄ sociæ atcp̄ cōcor
des sunt, ut etiam uni sæpe cōueniant, sicut scriptum est: Quia ex ipso & per ipsum
& in ipso omnia sunt. Quod si uere consideres unde translatum sit, de filio dictum
esse non ambiges. Dicit enim Apostolus secundum prophetiā Esaiæ: Quis cogno-
uit sensum dñi, aut quis cōsiliarius ei fuit? Et addidit: Quia ex ipso & per ipsum &
in ipso omnia. Quod Esaias de operatore omnium dixit, sicut habet: Quis mensus Esa.40.
est manu aquam & cœlum palmo, & uniuersam terram clausa manu? Quis statuit
mōtes in libram, & rupes in statera? Quis cognouit sensum dñi, aut quis cōsiliarius
eius fuit? Et addidit Apostolus: Qm̄ ex ipso & per ipsum & in ipso omnia. Quid
est ex ipso? Quod ex ipsius uoluntate natura sit omnium, & ipse sit autor omnium
quæ esse cœperunt. Per ipsum quid est? Quia per ipsum constitutio & perseueran-
tia omnibus impartita uideat. In ipso quid est? Quia omnia admirabili quodam
desiderio & inenarrabili amore autorē uitæ & ministratorē gratiæ suæ ac muneris
inuentur, secundum quod scriptum est: Oculi omnium in te sperant, & aperies ma Psal.144.
num tuam, & implebis oēm animā bona uolūtate. De patre quoq; si dicas: Ideo ex
ipso, quia ex ipso operatrix sapiētia, quæ & omnibus ex sua & patris uoluntate de-
dit esse quæ nō erant: Per ipsum, quia per sapientiā eius facta sunt omnia? In ipso,

q 2 quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quia in ipso est uiuificatoriæ fons substãtiæ,in q̃ uiuimus & sumus & mouemur.Ex
spũ quoq; per ipsum formati, in ipso roborati uitæ capimus munus æternæ.Cum
hæc igit᷑ uel patri uel filio uel spiritui sancto cõuenire uideant᷑,nihil utiq; humile in
his certũ est declarari,cũ & ex filio dicamus esse pleraq;,& multa per patrẽ, sicut ha
Ephe.4 bes de filio dictum: Vt augeamur in ipso per omnia qui est caput Christus,ex quo
totũ inquit corpus cõpactum & cõnexum per oẽm iunctũrã ministrationis in men
suram uniuscuiusq; partis,augmentũ corporis facit in ædificationẽ sui in charitate.
Et iterum ad Colossenses de his qui nõ haberẽt cognitionẽ unigeniti filij dei:Quia
non tenent,inquit,caput ex quo omne corpus per cõpagi̊nationes & colligationes
subministratũ & copulatum crescit in incrementũ dei.Caput em̃ Christũ esse eccle-
siæ supra diximus.Et alibi habes:Quia de plenitudine eius nos oẽs accepimus. Et
Ioan.16. ipse dns dixit: De meo accipiet & annunciabit uobis,Et supra ait: Cognoui uirtutẽ
Luc.8. exisse ex me.Similiter ut cognoscas unitat᷑ẽ,etiã de spũ dicitur:Quia qui seminat in
spiritu,de spiritu metet uitã æternam.Et Iohannes ait:Ex hoc cognoscimus quia in
Luc.1. nobis est,q̃m de spiritu suo dedit nobis.Et angelus dicit: Quod enim ex ea nasce-
Ioan.3. de spiritusancto est.Et dns ait:Quia q̃d natum est de spiritu spiritus est.Ergo sicut
ex patre legimus esse omnia,ita ex filio posse dici omnia,per quẽ omnia sunt, & ex
spũ esse omnia,in quo omnia sunt,testimonijs edocet᷑.Nunc cõsideremus,utrũ per
patrẽ esse aliquid docere possimus.Sed scriptum est: Paulus seruus Christi per uo
luntatẽ dei.Et alibi:Iam nõ seruus sed filius,si autẽ filius & hæres per deũ.Et alibi:
Sicut resurrexit Christus per gloriam patris.Et alibi deus pater ad filium dixit:Ecce
D proselyti ueniunt ad te per me.Multa reperies alia,si quæras, per patrẽ facta.Nun
quid ideo minor pater,quia ex filio pleraq; esse legimus,& per patrem facta uel di
cta plurima in scripturis cœlestibus reperimus?Sed etiã similiter legimus facta ple
raq; per spũm,sicut habes:Nobis autem reuelauit deus per spm̃ suum.Et alibi:Bo
num depositum custodi per spm̃sanctum. Et ad Ephesios:Confortari per spiritum
Rom.4.8. eius.Et ad Corinthios:Alij enim datur per spiritum sermo sapiẽtiæ.Et alibi:Si autẽ
per spiritum facta carnis mortificaueritis,uiuetis.Et supra: Qui suscitauit Christum
ex mortuis,uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitãtem spiritũ eius
in uobis.Sed fortasse dicat:Ostẽde mihi specialiter lectum,quia ex filio omnia uel
ex spiritu omnia?At ego refero,ut & illi mihi lectum esse ostẽdant, quia p patrem
omnia.Sed cum hæc uel patri probauerimus uel filio uel spũisancto conuenire,nec
ullam ex hmõi syllabis nasci posse diuinæ distantiã potestatis,non est dubiũ,quia
per quẽ omnia ex eo omnia,& ex quo omnia per eum omnia,et in quo omnia,per
eum uel ex eo omnia esse intelligere debemus.

Quia una uoluntas,una uocatio patris et filij et spirituſſancti. Ca. XI.

Pſal.22. OMNIS enim creatura & ex uoluntate & per operationẽ & in uirtute est tri
nitatis,sicut scriptũ est:Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ no-
stram.Et alibi: Verbo domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis
uirtus eorũ.Nec solum una operatio est ubiq; patris & filij & spũsancti,sed etiam
una atq; eadẽ uolũtas,una uocatio,una præceptio, q̃d liquet in illo magno ac salu
tari ecclesiæ spectare mysterio. Sicut enim pater uocauit gẽtes ad ecclesiam dicens:
Vocabo,nõ plebem meã,plebem meam:& nõ dilectam,dilectam.Et alibi: Domus
mea

A mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus. Ita etiam dns Iesus ad uocan
dam & cõgregandam ecclesiam,Paulum à se dicit electum,sicut habes ad Ananiã
dictum à dño Iesu: Vade quoniã uas electionis est mihi hic ad sufferendũ nomen
meum coram gentibus.Sicut ergo pater deus uocauit ecclesiam,ita uocauit & Chri
stus. Et quemadmodum Christus uocauit,ita uocauit & spiritus dicens: Separate
mihi Paulum & Barnaban in opus quo uocaui eos. Tunc ieiunãtes,inquit,& oran
tes imposuerunt eis manus & dimiserunt eos. Ipsi autẽ præmissi ab spiritusancto
deuenerunt in Seleuciam.Ergo nõ solum Christi sed etiã spũsancti imperio apo-
stolatum Paulus accepit,& ad cõgregationem gentiũ festinauit.Nec solus Paulus,
sed etiam Petrus,sicut legimus in Actibus Apostolorũ.Nam cum in oratione ui-
disset cœlum apertum & quatuor initijs ligatum uas quoddam tanquã linteamen
in quo erant omnia genera quadrupedũm & ferarũ & uolucrum cœli,facta est uox
ad eum:Surge occide & mãduca.Et Petrus dixit:Ablit dñe,nunq; manducaui cõ
mune & immundũ.Et uox rursus ad eum: Quæ deus mũdauit tu cõmune ne dixe
ris.Hoc autẽ factum est per ter & receptum est uas in cœlo.Ergo cũ hoc secum Pe-
trus tacite cogitaret,& uenissent ad eum Cornelij seruuli ab angelo destinati, ait illi
spiritus:Ecce uiri quærunt te,surge itaq; & descende & uade cũ eis,ne dubitaueris,
quoniã ego misi illos.Quàm euidẽter expressit suam sanctus spiritus potestatẽ:Pri-
mo omniũ,quia aspirauit oranti,affuit deprecanti. Deinde quoniã uocatus Petrus
respondit,dñe,Et ideo secundo euidẽtius meruit oraculum,quia cõfessus est dñm.
Sed quis iste sit dns scriptura declarat. Respõdenti enim is utiq; cui responderat lo
B quebatur.Spiritum autẽ ostendunt sequẽtia declaratum,quia ipse qui mysterium
figurabat,mysterium reuelabat.Simul illud aduerte,quia tertio repetita figura my
sterij,operationem trinitatis expressit.Et ideo in mysterijs interrogatio trina defer
tur,& cõfirmatio trina celebratur.Nec potest quis nisi trina cõfessione purgari.Vn
de ipse Petrus in Euãgelio tertio interrogatus,utrum diligat dñm,ut trina respon-
sione uincula quæ dñm negando ligauit,absolueret. Tunc deinde quia ad Corne-
lium angelus mittitur,Petrum spirituſſanctus alloquitur.Oculi enim dñi super ſi-
deles terræ.Nec illud ociosum,ut cum in superioribus præmisisset,quod deus mun
dauit,tu ne cõmune dixeris,subito decidit super gẽtes ut mundaret eos spirituſſan-
ctus. Vnde ostenditur operatio spiritus,operationem esse diuinam.Petrus autem
missus ab spiritu,nõ expectauit imperium dei patris,sed ipsius quoq; spiritus illud
cõfessus oraculum,ipsius spiritus gratiam esse testatur dicens:Si ergo eandem gra- Act.11.
tiam illis concessit deus,sicut & nobis,ego quis eram qui prohiberẽ deum?Spiritus
ergo sanctus est qui nos ab illa gentili colluuione mũdauit.In illis enim generibus
quadrupedum & ferarum & uolucrum,figura erat conditionis humanæ,quæ fera-
rum modo bestiali uidetur induta sæuitia,nisi spiritus sanctificatione mitescat.Bo
na ergo gratia quæ ferinam rabiem,spiritali simplicitate cõmutat. Eramus enim & Ephe.2.
nos aliquãdo insipientes,increduli,errantes,seruientes desiderijs & uoluptatibus ua
rijs.Nunc autem per renouationem spiritus hæredes Christi,angelorum cœpimus
esse cohæredes.Itaq; spiritu uidẽs Dauid sanctus propheta ex feris nos similes fu-
turos esse cœlestium ait:Increpa feras syluæ,syluam uidelicet significans non fera- Pſal.67.
rum fragosam cursibus,nec bestiarum gemitibus inhorrẽtem,sed illam syluam de
qua scriptum est:Inuenimus eam in campis syluæ.In qua sicut dixit prophetia: Iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C stus ut palma florebit,& uelut cedrus quæ in Libano est multiplicabitur. Illa sylua quæ uerbi cœlestis alimoniam propheticarum uirtutibus arborum concussa deflu
xit. Illa sylua ad quam Paulus lupus quidem raptor introiuit, sed pastor exiuit. In
omnem enim terram exiuit sonus eorum. Eramus ergo feræ,& ideo dicit dominus:
Matt. 7. Attendite uobis à falsis prophetis qui ueniunt in uestitu ouium, intus autem sunt
lupi rapaces. Sed per spiritum sanctum iam leonum sæuitia, pardorum uarietas, ti
grium astutia, luporum rapacitas de nostris exoleuit affectibus. Magna igitur gra
tia, quæ cœlo terras mutauit, ut conuersatio nostra, sicut Apostolus dixit, in cœlis
sit, qui ante sicut feræ errabamus in syluis. Sed nec hoc loco tantum Petrus apos-
tolus, sed etiam alibi in eodem libro spiritu sancto ædificatam ecclesiam demonstra
Act. 15. uit. Habes enim dixisse eum: Deus qui nouit corda hominum testimonium perhi-
buit dans his spiritum sanctũ sicut & nobis;& nihil discreuit inter nos & illos, mun-
dans per fidem corda eorum. In quo illud est contuendũ, quia sicut Christus lapis
est angularis qui unitatem plebis utriusq; connexuit, ita etiam spiritus sanctus non
discreuit utriusq; populi corda, sed iunxit. Non ergo tanquam Iudæus contemnas
filium, quem annunciauerunt prophetæ, contemnas etiam spiritum sanctum, con-
temnas Hieremiam quem de lacu Iudaicæ domus ille assumptus à domino pãnis
& funibus eleuauit. Verbum enim propheticum despiciẽs in lacum demersérat po
pulus Iudæorũ. Nec quisq; inuentus est de Iudæis qui leuaret prophetã, sed unus
æthiops Abdemelech sicut scriptura testat. In quo nomine figura pulcherrima est,
quia sermonẽ propheticum quẽ Iudæi uelut in cœnum suæ mẽtis carnisq; detrusé-
D rant, nos uidelicet ex gẽtibus peccatores, nigri ante delictis & quondam infructuosi
Psal. 67. eleuauimus de profundo. Scriptum est em: Æthiopia præleuabit manus suas deo.
Cant. 1. In quo sanctæ ecclesiæ species significat, quæ ait in Canticis canticorũ: Nigra sum
& decora filia Hierusalem. Nigra per culpam, decora per gratiam, nigra per condi-
tionem, decora per redemptionẽ. Aut certe nigra exercitij sui puluere. Nigra ergo
dum præliatur, decora dum uictoriæ suæ insignibus coronatur. Et bene funibus le-
Psal. 15. uatur propheta. Fidelis enim dixit: Funes ceciderũt mihi in præclaris. Bene pannis,
quia ipse dñs excusantibus his qui primo ad nuptias uocati fuerãt, ad exitus uiarũ
misit, ut quotquot inuenirent & boni & mali ad nuptias uocarent. His itaq; pan-
nis propheticum uerbum leuauit è cœno.

Quia sicut pater nouit filiũ & filius patrẽ, sic spũs patrem & filiũ. Et sicut pa
ter reuelat nobis quæ sua sunt, sic & filius, sic & spũs reuelat nobis. Ca. XII.

RIS ergo & tu Abdemelech, hoc est assumptus à dño si de profundo gen
tilis imprudentiæ leuaueris dei uerbum, si crediderís quia non fallitur, nó
præteritur dei filius, non ignorat quæ futura sunt, non fallitur etiam spiri
tus sanctus, de quo dicit dominus: Cum uenerit autẽ ille spiritus ueritatis deducet
Ioan. 16. uos in omnẽ ueritatem. Qui dicit oẽm, nihil præterit, non diem, nó horam, nó præ
terita, nó futura. Et ut scias, quia omnia nouit, & futura annũciat, & unius est sciẽtiæ
cum patre & filio, audi qd dicat de eo dei ueritas: Non em loquit à sẽmetipso, sed
quæ audit loquit, & quæ euenient annunciabit uobis. Itaq; ut aduertas quia nouit
omnia, cum diceret filius: De die aũt illa & hora nemo nouit, neq; angeli cœlorum,
excepit spiritum sanctum. Si autem exceptus est spiritussanctus ab ignorãtia, quó
non

nõ exceptus est dei filius? Sed dicis: Quia cũ angelis annumerauit & dei filiũ. An-
numerauit quidem filium, sed non annumerauit spiritum. Aut fatere igitur potiorẽ
esse spiritũ dei filio, ut iam nõ quasi solũ Arrianus, sed etiã quasi Fotinianus loqua-
ris: aut agnosce quò referre debeas qd nescire filiũ dixit. Etenim quasi homo annu-
merari creaturis potuit qui creator est? Quod si uis dicere, quia nouit omnia, & præ
scientiã habet omniũ dei filius futurorũ, quæ filio incognita putas, ea de filio spiri-
tussanctus accepit. Accepit aũt per unitatẽ substantiæ, sicut accepit à patre filius. Ille
inquit me clarificabit, quia de meo accipiet & annunciabit uobis. Omnia quæcũq; Ioan. 16.
habet pater mea sunt, propterea dixi, de meo accipiet & annunciabit uobis. Quid
igitur hac euidentius unitate, quæ habet pater filij sunt, quæ habet filius accepit
& spiritus. Accipe tamen, quia nouit iudicij diem filius. Lectum est in Zacharia: Zachar. 14.
Et ueniet dominus deus meus & omnes sancti cum eo. In illa die non erit lumen
sed frigus & gelu: Et erit dies una, & dies illa nota domino. Hæc igitur dies nota
domino, qua uenit cum sanctis suis, secundo nos illuminaturus aduentu. Sed qd
orsi sumus de spiritu prosequamur. Habes enim in eo quod prætulimus exemplo,
quia filius dicit de spiritu: Ille me clarificabit. Clarificat ergo & spiritus filium, sicut
clarificat pater, sed etiam spiritum clarificat dei filius, sicut supra diximus. Non est
ergo infirmus qui redimit claritatem per unitatẽ lucis æternæ. Nec inferior sancto-
spiritu, cuius hoc ipsum est quod clarificat ab spũ. Assumeris ergo & tu si credas,
quia hoc locutus est spiritus, quod locutus est pater, quod locutus est filius. Denicq;
B Paulus ideo assumptus est, quia sic credidit sic docuit, quia quod oculus non uidit
nec auris audiuit quæ præparauit deus diligentibus se, nobis reuelauit per spiritum
suum, sicut scriptum est. Et ideo reuelationis spiritus dicitur, sicut habes: Dat enim
deus sic præparantibus se spiritum sapientiæ & reuelationis in cognitiõe eius. Vni-
tas igit est scientiæ, quando sicut pater reuelat qui dat spiritum reuelationis, sic reue
lat & filius, quia scriptum est: Nemo nouit filium nisi pater. Neq; patrẽ quis nouit Matth. 11.
nisi filius & cui uoluerit filius reuelare. Plus dixit de filio, nõ qd plus habeat quàm
pater, sed ne minus habere credat. Nec immerito sic reuelat patrẽ qui sic nouit pa-
trem, quemadmodũ filiũ pater nouit. Accipe nunc quia deũ patrem nouit & spiri-
tus. Scriptum est enim: Quia sicut ea quæ hominis sunt nemo nouit nisi spiritus 1. Cor. 2.
qui in ipso est, sic & quæ dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nemo inquit co-
gnouit nisi spiritus dei. Nunquid excluſus est dei filius? Non utiq;, quia nec spiritus
sanctus excluſus est, cum dicitur: Neq; patrem quis nouit nisi filius. Ergo unius &
pater & filius & spiritussanctus & naturæ sunt & scientiæ. Neq; cum omnibus quæ
per filiũ facta sunt sanctus annumerandus est spiritus, cum deum patrem nouerit,
quẽ sicut scriptũ est, qs potest nosse nisi filius, sed & spũssanctus nouit. Quis ergo cũ
dicit uniuersitas creaturarũ, nõ spũssanctus cõprehẽdit? Nũc uelim rñdeãt, qd est
in hoie qd cognoscat quæ sunt hois? Vtiq; rõnabile qd cæteris aiæ uirtutibus su-
peminet qd præcipue natura hois æstimat. Quid est igit spũs q alta dei nouit, per
quẽ deus oipotens reuelat? Nũquid plenitudine diuinitatis inferior est, q eiusdẽ cũ
patre substãtiæ etiã hoc exẽplo probat? Aut aliquid ignorat qui nouit cõsilia dei,
& mysteria eius ab initio abscondita? Quid est quod nesciat, qui nouit omnia quæ
dei sunt: Spiritus enim etiam alta dei scrutat. Ac ne putes quod scrutet incognita,
& ideo scrutet ut discat id qd ignorat: ante præmisit, quia reuelauit nobis deus p

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſpiritum ſuum:ſimul ut diſceres,quia nouit ſpiritus quæ nobis per ipſum ſpiritum
reuelãtur, in poſterioribus ait: Quis enim ſcit hominũ quæ hominis ſunt niſi ſpũs
qui in ipſo eſt? Sic & quæ dei ſũt nemo cognouit niſi ſpũs dei.Ergo ſi hois ſpũs no
uit quæ hois ſunt,& anteq̃ ſcrutet nouit,pót ne aliquid dei eſſe quod ſpũs dei ne
ſciat? De quo nõ ocioſe apoſtolus dixit:Quæ dei ſunt nemo cognouit niſi ſpũs dei,
ut nõ ſcrutando cognouerit,ſed nouerit per naturã. Nõ q̃ accidens in eo ſcientia di
uinorũ,ſed cognitio naturalis ſit. Verum ſi te mouet,quia dixit,ſcrutat, accipe quia
id quoq̃ de deo ſcriptum eſt,eo q̃ ſit ſcrutator cordis & renum. Ipſe em̃ dixit: Ego
Hiere.17. ſum ſcrutãs corda & renes.Etiam de filio dei habes ad Hebræos: Qui ſcrutator eſt
animi & cogitatiõis. Vnde liquet,quia nemo inferior,ſuperioris ſcrutat interna.Di
uinæ em̃ ſolius eſt poteſtatis,occulta nouiſſe.Similiter ergo ſcrutat ſpirituſſanctus
ut pater, ſimiliter ut filius ſcrutatur,cuius proprietate ſermonis id exprimitur ut ui
deat nihil eſſe quod neſciat quẽ nihil præterit. Deniq̃ ille electus à Chriſto, inſtru
ctus ab ſpũ eſt.Nam ſicut ipſe teſtat, per ſpm̃ diuini cognitionẽ conſecutus arcani,
oſtendit quia & nouit ſpũs dñi,& ea nobis quæ dei ſunt ſpũs reuelauit,ſicut reuela
1. Cor.2. uit & filius.Et addidit:Nos autẽ nõ ſpm̃ huius mundi accepimus,ſed ſpũm qui ex
deo eſt,ut ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis,quæ & loquimur,non in ſuaſorijs
humanæ ſapientiæ uerbis,ſed in oſtẽſione ſpũs & uirtute dei.Probatum eſt igitur,
quia ſicut deus nouit quæ ſua ſunt,ita & filius quæ dei ſunt,ita etiam ſpiritus reuela
uit.Ex uno enim ſpiritu per unum filiũ,in unum patrẽ cognitio noſtra procedit.Ex
uno patre per unum filium in unum ſpm̃ſanctum.Bonitas & ſanctificatio & impe
riale ius,æternæ traditæ poteſtatis. Vbi ergo oſtẽſio ſpũs, ibi dei uirtus, nec pót eſſe
D diſcretio,ubi opus unum eſt.Et ideo quod loquit filius,loquitur & pater,& qd̃ pa
Ioan.16. ter loquitur,loquit & filius. Vnde & de ſpũ filius dei dixit:Non enim loquitur à ſe,
hoc eſt nõ ſine mea & patris cõmunione. Neq̃ enim diuiſus ac ſepartitus eſt ſpũs,
ſed quæ audit loquitur,audit uidelicet per unitatem ſubſtantiæ & proprietatem ſci
entiæ. Neq̃ em̃ foraminibus aliquibus corporalibus recipit auditum, & quibuſdã
diuina modulis carnalibus uox reſultat,uel audit id quod ignorat, qm̃ in rebus hu
manis ſcientiã plerũq̃ auditus operatur,& tñ nec in ipſis hominibus ſemper collo
quium corporale aut carnalis auditus eſt.Qui enim loquitur linguis nõ hominibus
inquit loquitur,ſed deo. Nemo em̃ audit,ſpiritu enim loquit.Ergo ſi in hominibus
nõ ſemper auditus eſt corporalis,in deo tu infirmitatis humanæ ſonitus & quædã
organa exigis carnalis auditus,cum ideo audire dicatur ut ſcire credatur? Nos em̃
id ſcimus quod audierimus,& ante audimus ut ſcire poſſimus:In deo aũt quia no
uit omnia anteq̃ fiant,ſcientia præcedit auditum. Itaq̃ ut quod uelit pater filiũ nõ
ignorare dicamus,audiſſe memoramus.Sed in deo non ſonus neq̃ ſyllaba quæ ſi
gnificare ſolent indicium uoluntatũ, ſed uolũtatis unitas diuinis quidẽ intelligitur
arcanis,noſtris autẽ ſignificat indicijs. Quid eſt ergo? non em̃ à ſe loquitur, hoc eſt
non ſine me loquit,quia loqtur ueritatẽ,ſapientiã aſpirat.Nõ ſine patre loquit, qa
dei ſpũs eſt,nõ à ſe audit,qm̃ ex deo omnia.Omnia accepit à patre filius,quia ipſe
dixit:Omnia mihi tradita ſunt à patre meo.Omnia patris habet filius,qa iterũ ait:
Oia quæ pater habet mea ſunt. Et quæ accepit ipſe per unitatẽ naturæ, ex ipſo per
eandẽ unitatem accepit ſpũs,ſicut ipſe dominus Ieſus declarat de ſpiritu ſuo dicens
Propterea dixi de meo accipiet & annunciabit uobis. Quod ergo loquitur ſpiritus
filij

A filij eſt,quod dedit filius patris eſt. Ita nihil à ſe aut filius loquitur aut ſpiritus, quia
nihil extra ſe trinitas loquitur. Quod ſi ad infirmitatem ſpirituſſancti & quandam
corporeæ ſimilitudinẽ uilitatis id deriuari cõtendas,etiam ad filij iniuriã deriuabis,
quia & de ſe filius dixit:Sicut audio iudico.Et nõ poteſt aliquid facere filius niſi qd̃ Iohan. 5.
uiderit faciẽtem patrẽ.Si enim uerum eſt,uerum eſt quod dixit filius: Omnia quæ
pater habet mea ſunt,& ſecundũ diuinitatem unũ eſt cum patre filius, unũ per ſub
ſtantiã naturalẽ,non unus ſecundũ Sabellianã ſuperbiã. Quod unum itaq̃ eſt per
ſubſtãtiæ proprietatẽ nõ poteſt ſeparari,& ideo nõ poteſt filius facere niſi quod au
dierit à patre,quia inæternũ eſt permanẽs dei uerbũ,nec unq̃ pater à filij operatiõe
diuiditur,& quod operat filius ſcit patrẽ uelle,& quod uult pater,filius nouit opera
ri. Deniq̃ ne uel in tẽpore uel in ordine aliquã inter patrẽ & filiũ putares operis di
ſtãtiam,ſed eiuſdẽ operationis crederes unitatẽ. Et opera,inquit,quæ ego facio ipſe
facit.Et rurſus ne diſcretionẽ aliquã in opis diſtinctiõe ſentires, ſed idẽ uelle idẽ fa
cere,idẽ poſſe patrẽ & filiũ iudicares,dicit tibi ſapiẽtia de patre. Quæcũq̃ em̃ ille fe
cerit eadẽ & filius facit ſimiliter.Nõ ergo alicui prior uel ſecũdus eſt actus, ſed idem
unius operatiõis effectus eſt.Et ideo nihil à ſe poſſe facere filius dicit, quia à patre
nõ poteſt eius operatio ſeparari. Similiter & ſpirituſſãcti operatio nõ ſecernit. Vñ
etiã ea q̃ loquit audire à patre dicit. Quid ſi doceo, quia & pater audit filiũ,ſicut &
filius audit patrẽ? Habes em̃ ſcriptũ in euãgelio,quia dicit filius: Pater, gratias tibi Iohan. 11.
ago quia audiſti me.Quõ audiuit pater filiũ,cũ filius nihil ad patrẽ in ſuperioribus
B de Lazaro ſit locutus? Ac ne putares, quia ſemel à patre auditus eſt filius,addidit:
Et ego ſciebã, qa ſemp me audis. Ergo nõ ſubiectæ obediẽtiæ ſed unitatis auditus
eſt ſempiternæ.Similiter igit & audire à patre ſpiritus & clarificare filiũ dicit:Clari
ficare ideo,qa docuit nos ſpũſſanctus filiũ dei imaginẽ eſſe inuiſibilis dei, & ſplẽdo
rẽ gloriæ,& characterẽ ſubſtãtiæ eius.Spũs em̃ & in patriarchis & in pphetis locu
tus eſt & apoſtolis. Deniq̃ tũc pfectiores eſſe cœperũt,poſteaq̃ ſpm̃ acceperũt. Nul 1. Cor. 12.
la ergo diſtãtia diuinæ uirtutis & gratiæ. Nã licet diuiſiões gratiarũ ſint,idẽ tñ ſpũs,
& diuiſiones miſteriorũ ſint,idẽ tñ dñs, & diuiſiones opationũ ſint,idẽ tñ deus qui
operat oia in oñibus. Diuiſiões aũt ſunt munerũ,nõ ſepationes trinitatis. Deniq̃
idẽ eſt deus q operat oia in oibus,ut ſcias qa nõ eſt diſcretio operationis inter deũ
patrẽ & ſpm̃ſcm̃,qñ ea q̃ operatur ſpũs,operet & pater deus, qui operat oia in oi
bus. Nã cũ operet omnia in omnibus,alij tamẽ dat per ſpm̃ ſermo ſapiẽtiæ,alij ſer
mo ſciẽtiæ ſecũdũ eũdẽ ſpm̃,alteri fides in eodẽ ſpũ,alij gratia curationũ in uno ſpi
ritu,alij opatio uirtutũ, alij pphetia, alij diſcretio ſpirituũ, alij genera linguarũ, a
lij interpretatio ſermonũ. Hæc omnia operatur unus atq̃ idẽ ſpiritus diuidẽs ſin
gulis prout uult. Nõ eſt ergo dubiũ quin ea quæ operat pater,operetur & ſpiritus.
Nec ex p̃cepto ſicut qui corporaliter audit ut operet, ſed ex uolũtate q ſui eſt liber
arbitrij,nõ alienæ famulus poteſtatis. Nõ enim quaſi iuſſus obtemperat, ſed quaſi
largitor ſuæ moderator eſt largitatis. Vide nunc interim,utrum omnia operari di
cas ſpiritum, quæ operat & pater. Negare tamen nõ potes,quia operat pater quæ
ſpiritus ſanctus operat, alioquin nõ omnia operatur pater,ſi non operat quæ ope
ratur & ſpiritus. Quod ſi qua operatur ſpiritus,operatur & pater,cum ſpiritus ope
rationes ſuas pro uoluntate ſua diuidat, neceſſe eſt id quod diuidit ſpiritus aut in
uito patre deo dicas eũ ex uolũtate diuidere: aut ſi idem uelle dixeris patrem quod
uult

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uult ſpirituſſanctus,neceſſe eſt ut unitatem uoluntatis operationiſq; diuinæ uel in
uitus,uel ſi nó corde ſaltē ore fatearis. Quod ſi & unius uoluntatis & operatiõis eſt
cum patre deo ſpũſſanctus,unius etiam ſubſtãtiæ eſt, qm̃ ex operibus ſuis creator
agnoſcit. Idē igit ſpũs,idē inqt dñs, idē inquit deus. Et ſpm̃ ſi dicas ſctm̃, & dñm
ſi dicas,idē eſt, & ſi deũ dicas idē eſt. Nõ idem ut ipſe pater,ipſe filius,ipſe ſpũſſan
ctus,ſed quia & pater & filius eiuſdē eſt poteſtatis. Idē ergo eſt per ſubſtantiã atq;
uirtutē,quia nõ eſt in diuinitate uel Sabelliana cõfuſio,uel Arriana diſcretio,uel ter
rena corporaliſq; mutatio. Accipe aliud ſancte imperator,in cauſa ualidũ ſed tibi
Heb.1. notum. Multifarie,inquit,& multis modis etiã deus locutus eſt patribus in prophe
tis. Et ſapiẽtia dei dixit: Mittã prophetas & apoſtolos. Et alij dat ſicut ſcriptũ eſt,p
ſpm̃ ſermo ſapiẽtiæ,alij ſermo ſciẽtiæ ſecundũ eundē ſpm̃,alij fides in eodē ſpũ,alij
gratia curationũ,alij operatio uirtutis,alij pphetia. Ergo ſecundũ Apoſtolũ nõ ſo
lum per patrē & filiũ,ſed etiã per ſpm̃ſc̃m̃ prophetia & diuinũ munus una eſt gra
Act.15. tia. Habes ergo quia etiã ſpũs autor eſt prophetarũ. Apoſtoli q̃q; dixerũt: Viſum
eſt ſpũiſancto & nobis. Et cũ dicunt,uiſum,nõ ſolũ operatorẽ gratiæ,ſed etiã auto
rem imperatæ executiõis oſtẽdunt. Sicut em̃ de deo legimus,placuit deo,ita etiã cũ
dicit,quia uiſum eſt ſpũiſancto,arbiter ſuæ exprimit poteſtatis. Et quõ nó arbiter,
quia ea q̃ uult loquit,q̃ uult mandat? Sicut mãdat pater, mãdat & filius. Sicut em̃
audiuit Paulus uocẽ dicentẽ ſibi: Ego ſum, inquit, Ieſus, quẽ tu perſequeris,ita etiã
ſpũs Paulum & Sylã uetuit ire in Bithiniã. Et ſicut pater locutus eſt per prophetas,
ita etiã de ſpũ Agabus dicit: Hæc dicit ſpũſſanctus,uirum cuius eſt zona hæc ſic alli
gabunt eum in Hieruſalẽ. Et ſicut miſit ſapiẽtia apoſtolos dicẽs: Ite in orbẽ uniuer
D ſum & p̃dicate euãgelium,ſic & ſpũſſanctus dicit: Separate mihi Paulum & Barna
ban in opus quo uocaui eos. Itaq; permiſſi à ſpũſancto,q̃d infra ſcriptura indicat,
nullam diſcretionem inter cæteros habuerũt apoſtolos,quaſi aliter à patre deo,ali
ter à ſpiritu mitterentur. Deniq; cum Paulus miſſus eſſet à ſpiritu, & uas electionis
Gal.2. erat Chriſti,& deum in ſe operatum eſſe commemorat dicens: Qui enim operatus
eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis,operatus eſt & mihi ad gẽtes. Cum igit idẽ
ſit operatus in Paulo qui eſt operatus in Petro,hoc ũtiq; oſtendit quod ſpiritus ſit
operatus in Paulo quod etiã in Petro ſpũſſanctus operatus ſit. Sed & deum patrẽ
in ſe operatum Petrus ipſe teſtat,ſicut eſt in Actibus apoſtolorũ,quia ſurgens Pe
trus dixit ad eos: Viri fratres,uos ſcitis quia à diebus antiquis in nobis deus elegit
ex ore meo audire nationes uerbum euangelij. Ecce igitur in Petro deus gratiã præ
dicationis operatus eſt. In quo utiq; cum per Chriſtum electus ſit & aſſumptus ad
operationem Chriſti,quis audeat diffiteri cum ipſe dominus dicat: Paſce agnicu
los meos? Vna igitur operatio patris & filij & ſpirituſſancti. Niſi forte hoc putetis
qui negatis eiuſdem erga apoſtolos operis unitatem,ideo operatum patrem,ideo
operatum ſpiritumſanctum in Petro in quo filius operatus fuerat,quaſi ei filij ope
ratio minime redundaret ad gratiam. Et ideo uelut adiunctis atq; collatis uiribus
patris & filij & ſpirituſſancti operationem fuiſſe multiplicem, ne ad confirman
dum Petrum Chriſti ſolius operatio uacillaret. Nec ſolum una operatio in Petro
patris & filij & ſpirituſſancti, ſed etiam in omnibus Apoſtolis diuinæ operationis
unitas reuelatur,& quædam ſupernæ conſtitutionis autoritas. Operatio enim di
uina habet imperium,non habet miniſterium. Necq; em̃ cum operatur deus aut la
bore

A bore aliquo extenditur aut arte,ſed dixit, & facta ſunt. Dixit: Fiat lux,& facta eſt Gen.1.
lux. In præcepto em̃ dei operationis effectus eſt. Hanc igitur regalẽ quandã etiam
ſanctoſpũi poteſtatẽ ſcripturarum teſtificatiõe delatam ſi uelimus aduertere,facile
poſſumus reperire,oẽs apoſtolos,nõ ſolũ Chriſti fuiſſe diſcipulos,ſed etiã patris &
filij & ſpirituſſancti miniſtros. Sicut etiã doctor gentium docet dicens: Quoſdã qui 1.Cor.12.
dem poſuit deus in eccleſia,primo Apoſtolos,ſecũdo Prophetas, tertio doctores.
Deinde uirtutes,gratiam curationũ,opitulationes,gubernatores,genera linguarũ,
&c. Ecce deus poſuit Apoſtolos,poſuit prophetas atq; doctores, dedit curationũ
gratiã,quam ſupra habes dari per ſpiritũ ſanctũ,dedit genera linguarũ, ſed tamen
nõ oẽs apoſtoli,non oẽs prophetæ,nõ oẽs doctores. Non oẽs,inquit, habẽt gratiã
curationũ,neq; oẽs,inquit linguis loquunt. In ſingulis em̃ hominibus uniuerſa do
na diuina eſſe non poſſunt, p captu unuſquiſq; id accipit q̃d aut deſiderat,aut me
retur. Sed non huius infirmitatis ſimilis potẽtia trinitatis,quæ omniũ munifica gra
tiarũ eſt. Deniq; poſuit apoſtolos deus, Eos quos deus poſuit in eccleſia Chriſtus
elegit,& apoſtolos ordinauit,& in orbẽ direxit dicẽs: Ite in orbẽ uniuerſum & præ Marc.16.
dicate euangeliũ omni creaturæ,& q crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Qui
uero nõ crediderit damnabit. Signa autẽ credẽtes iſta ſequent. In nomine meo dæ
monia eijcient,linguis loquent nouis,ſerpẽtes tollẽt. Et ſi mortiferũ quid biberint,
nõ eis nocebit, ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. Ecce doctores po
ſuit pater,poſuit etiã Chriſtus in eccleſijs. Et ſicut pater dat gratiã curationũ,ita dat
& filius. Sicut pater dat dona linguarum,ita largit & filius. Similiter de ſanctoſpũ
B ſupra accepimus, quia eadẽ gratiarum genera largiat. Dat em̃,inquit,per ſpm̃ alij
gratia curationum,alij gratia linguarũ,alij prophetia. Ergo eadẽ dat ſpiritus, quæ
dat pater,dat etiam filius. Accipiamus nunc expreſſius q̃d ſuperius prælibauimus,
quia idẽ quod pater & filius etiã ſpũſſanctus mãdet officium,eoſdemq; cõſtituat.
Dicit em̃ Paulus: Attendite uobis & omni gregi in quo poſuit uos ſpũſſanctus epi Act.20.
ſcopos regere eccleſiam dei. Vnitas igitur imperij,unitas cõſtitutionis,unitas largi
tatis. Nam ſi conſtitutionem ſepares & poteſtatem,quæ erat cauſa ut quos poſue
rat apoſtolos Chriſtus,poneret deus pater,poneret & ſpirituſſanctus, niſi forte ut
homines tanquam in conſortio poſſeſſionis aut iuris præiudicium uerebantur. Et
ideo diuidebatur operatio,deſtruebatur imperium. Hæc inter ipſos homines an
guſta ſunt & minuta,qui plerunq; tamen etiam ſi operatione non congruunt, con
gruunt uoluntate. Vnde quidam interrogatus quid amicus eſſet, alter inquit ego.
Si ergo homo amicum ita definiuit ut alterum ſe eſſe diceret, per unitatem uideli
cet amoris & gratiæ,quanto magis in patre & filio & ſpiritu ſancto unitatem ma
neſtatis æſtimare debemus,cum per eandem operationem ac diuinitatem uel uni
tas,uel certe id quod amplius eſt, ταυτότης, ſicut græce dicitur,exprimatur, ταυτὸν em̃
idem ſignificat, eo quod idem habeat & pater & filius & ſpirituſſanctus, ut idem
uelle & idem poſſe nõ ex affectione ſit uoluntatis,ſed in ſubſtantia trinitatis. Hæc
eſt apoſtolicæ fidei & deuotionis hæreditas quam liquet ex ipſorum apoſtolorum
conſiderare actibus. Paruerunt ergo Paulus & Barnabas ſanctoſpiritui imperan
ti. Paruerunt & omnes Apoſtoli,ſtatimq; eos quos ſeparari iuſſerat ſpiritus ordi
nauerunt. Separate,inqt,mihi Paulũ & Barnabã. Videtis iubentis imperiũ,ſpecta Act.13.
te merita ſeruientiũ. Credidit Paulus,& qa credidit, ſtudia pſecutoris abiecit,coro

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nam iusticiæ reportauit. Credidit ille qui ecclesias deuastabat, sed conuersus ad fidem prædicabat in spiritu, quod spiritus imperabat. Vngebat athletam suum spiritus, & puluere impietatis concusso, de bellatore infidelium in eluctatorem uarijs imperiorum congressionibus efferebat, atq; ad brauium supernæ remunerationis in Christo Iesu diuersis passionibus erudiebat. Barnabas quoq; credidit, & quia credidit paruit. Itaq; sanctispiritus electus imperio, quod ei ad omne redũdat insigne meritorum, non fuit tãto indignus collegio. Vna enim gratia fulgebat in his quos spiritus unus elegerat. Nec Paulus inferior Petro, quamuis ille ecclesiæ fundamentum, & hic sapiens architectus sciens uestigia credẽtium fundare populorum. Nec Paulus inquam indignus Apostolorum collegio, cum primo quoq; facile conferendus, & nulli secundus. Nam qui se imparem nescit, facit æqualem.

FINIS.

DIVI AMBROSII ME

DIOLANENSIS EPISCOPI, IN LIBRVM tertium de Spiritu sancto ad Gratianum,

PRAEFATIO.

D SVPERIORE libro euidẽtibus testimonijs scripturarum docuimus, Apostolos & Prophetas, illos ad prophetandum, hos ad euangelizandum à sancto spiritu, sicut à patre & filio destinatos. Nunc adijcimus quod omnes iure mirẽtur, & dubitare non possint, quod spiritus super Christum, & quod sicut ille spiritum mi-
Luc.4. sit, ita & filium dei spiritus misit. Dicit enim filius dei: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis uisum: Quod cum de libro Esaiæ legeret, ait in Euangelio: Hodie cõpleta est hæc scriptura in auribus uestris, ut de se dictũ esse signaret. Ergo mirari possumus si prophetas & Apostolos spiritus misit, cum Christus dixerit: Spiritus domini super me. Et bene, super me dixit, quia quasi filius hominis loquebatur. Quasi filius enim hominis & unctus & missus est ad euangelium prædicandum. Sed si non creditur filio, audiant etiam patrem loquentem, quia spiritus domini super Christum. Dicit enim Iohanni: Super quem uideris spiritũ descendentem de cœlo & manẽtem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Dixit hoc deus pater Iohanni. Iohannes & audiuit & uidit & credidit. Audiuit à deo, uidit in domino, credidit quia spiritus erat qui descendebat de cœlo. Non enĩ
Ioan.1. columba descendit, sed sicut columba descendit. Sic enim scriptum est: Et uidi spiri-
Mar.1. tum dei descendentem de cœlo sicut columbam. Sicut Iohannes uidisse se dicit, ita
Luc.3. scripsit & Marcus. Lucas autem addidit, quod corporali specie descendit spiritussanctus sicut columba, ne incarnationem illam putes fuisse, sed speciem. Ideo autem speciem prætendit, ut per speciem crederet qui spiritum nõ uidebat, & per speciem declararet unius honoris imperio, unius operationis in mysterio, unius muneris in lauacro cum patre & filio sibi esse cõsortium: nisi forte inualidum credimus, ut in eo bapti-

A baptizetur seruulus, in quo baptizatus est dominus? Pulchre autem dixit, manentem super eum, quia ad prophetas quotiens uolebat spiritus uel inspirabat uel uerbum fiebat, semper autem manebat in Christo. Nec rursum moueat, quod sup eũ dixit: De filio eĩ hominis loquebatur quod sicut filius hominis baptizabatur. Nã secundũ diuinitatẽ nõ super Christum est spiritus, sed in Christo, quia sicut scriptũ est, pater in filio & filius in patre, ità dei spiritus & spiritus Christi & in patre est & in filio, quia oris eius spiritus. Manet enim in deo qui ex deo est, sicut scriptum est:
1.Cor.2. Nos aũt non spiritum huius mundi accepimus sed spiritum qui ex deo est. Et manet in Christo, quia à Christo accepit & in Christo est, quia iterum scriptũ est: Ille
Ioan.16. de meo accipiet. Et alibi: Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit me à lege
Rom.8. peccati & mortis. Non ergo secundum diuinitatẽ Christi super Christum est, quia non super se est trinitas sed super omnia. Supra se autem non est sed in se est. Quis ergo dubitet, quia prophetas & apostolos spiritus misit, cum dicat dei filius. Spiritus domini super me?
Luc.4 Et alibi: Ego sum primus, & ego inæternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea solidauit cœlum, uocabo eos & astabunt simul, congregabuntur omnes & audient. Quis illis hæc nunciauit? Diligẽs te feci uoluntatem tuã aduersus Babylonem, ut tollatur semen Chaldæorũ: Ego locutus sum, & ego uocaui, adduxi eum & prosperum iter eius feci. Accedite ad me & audite hæc: Nónne ab initio locutus sum, cum fierent illic eram, & nunc dominus misit me & spiritus eius.

B CAPITA TERTII LIBRI DE SPIRITVSANCTO.

Quia spũs sup Christũ, & sicut filius spm̃ misit, ita & spũs filiũ dei misit. Ca.I.
Quia datus est spiritus sicut & filius. Caput II.
Quia digitus dei lectus est spiritus, quo significatur unitas diuinitatis, non inæqualitas trinitatis. Caput III.
Quia sicut cooperatus est patri & filio spiritussanctus in nube & in mari cũ liberaret populus Iudæorũ, ita & cooperat in mysterio baptismatis. Caput IIII.
Quia sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat & spiritussanctus. Cap.V.
Quia eadem sunt opera manuũ quæ sunt opera digitorũ. Cap. VI.
Quia sicut arguit pater, ita arguit filius, ita arguit & spũs, & quia iudicat spũs.
Sicut lectũ est quod uerbi gladius spiritus sit, ita lectũ est qđ spi- (Ca.VII.
rituſſancti gladius uerbum dei sit. Caput VIII.
Quia similiter ut pater & filius, ita etiam spiritus cõtristatus & exasperatus & tentatus à Iudæis legitur. Caput IX.
Quia deus spiritus secundum Petri sententiam in actibus apostolorũ. Ca.X.
Quia deus est spiritus secundum euangelium. Caput XI.
Quia adoratur spiritussanctus sicut pater & filius, & cum patre & filio adoratur in maiestate dei. Caput XII.
Quia deus spiritussanctus est secũdum apostolum, & quia tẽplum sumus spiritussancti sicut & dei patris & domini Iesu Christi. Caput XIII.
Quia non tres dñi sed unus deus. Caput XIIII.
Quia dominus spiritussanctus, sicut pater & filius. Cap. XV.
Quia bonus spiritus dei & spũs ueritatis, & omnẽ insinuat ueritatẽ. Ca. XVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quia non tres domini sed unus dominus. Caput XVII.
Quia sicut pater sanctus,ita filius sanctus,ita & spūs dei sanctus. Ca.XVIII.
Collectio, qa spūs deus quoniā & sine peccato est & peccata donat,& creator est & seruimus ei & adorat̄.Hæc em̄ oia dei sunt,& qa à morte suscitat. Cap.XIX.
Quia sicut pater & filius,ita & spiritussanctus suscitat mortuos. Cap. XX.
Quia spiritus in dei sede, & unum regnum patris & filij & spiritussancti indiuisum. Caput XXI.
Quia dominus sabaoth etiam spiritussanctus. Cap. XXII.
Quia omnipotens etiam spiritus dei. Cap. XXIII.

DIVI AMBROSII EPISCOPI DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER TERTIVS.

Quia spiritus super Christum, & sicut filius spiritum misit,ita & spiritus filium dei misit. Caput I.

DVIS EST QVI dicit, Misit me dominus & spiritus eius, nisi qui uenit à patre ut saluos faceret peccatores? Quē cū audis & spūs misit, ne cū legis,quia filius spiritū mittit,inferioris esse spm̄ crederes potestatis. Ergo & pater filium misit & spūs,spiritū quoq; & pater misit & filius. Pater misit,quia scriptū est:Paracletus autē ille spūssanctus, quem mittet pater in nomine meo.Filius misit qui dixit: Cum uenerit aūt paracletus quem ego mittam uobis à patre meo spiritum ueritatis.Si ergo se inuicem filius & spiritus mittunt,sicut pater mittit,non subiectionis iniuria sed communitas potestatis est.

Joan.14. Joan. 15.

Quia datus est spiritus sicut & filius. Caput II.

NEC solum misit pater filium sed etiā dedit, sicut ipse filius se dedit. Lectum est enim nobis: Gratia uobis à deo patre nostro & domino Iesu Christo qui se dedit pro peccatis nostris. Si subiectū in eo putant fuisse quia missus est,gratiæ esse negare non possunt,quod datus est.Datus est aūt à patre ut Esaias dixit:Puer natus est nobis filius datus est nobis.Datus est aūt audeo dicere & ab spiritu qui missus ab spū est.Cū enim nō definitū fuerit à quo datus sit,ostēdit datū gratia trinitatis,cū aūt ipse se filius dederit,utiq; nō potuit ipse sibi secundum diuinitatē esse subiectus. Ergo nō potuit diuinæ subiectiōis esse quod datus est.Datus est aūt et spūssanctus, quia lectū est: Rogabo patrē & aliū paracletū dabit uobis;Et apostolus ait:Quapropter q̄ hæc spernit, nō hominē spernit sed deū qui dedit spiritum suum in nobis. Esaias quoque & spiritum datū ostendit & filium.Sic inquit,dicit dominus qui fecit cœlum & finxit illud, qui solidauit terram & quæ in ea sunt,& dat populo qui est super eā spm̄ & spm̄ calcantibus eam,Et ad filium:Ego dominus deus uocaui tē in æquitate & tenebo manum tuam

Galat.1.
Esa.9.
Joan.14.

A tuam & cōfortabo te,& dedi te in testamentum generis mei in lucem gentium, aperire oculos cæcorū,educere de uinculis alligatos. Cum ergo & filius missus & datus sit,spiritus quoq; missus & datus sit,habent utiq; unitatem diuinitatis qui habēt operis unitatem. Vnde etiam & digitus dei appellatus est spiritus, eo quod sit patri & filio & spiritui sancto indiuidua inseparabilisq; cōmunio.Nā sicut filiū dei scriptura dexterā dei dixit,sicut lectū est:Dextera tua domine glorificata est in uirtute, dextera manus tua domine cōfregit inimicos, Ita spiritussanctus appellatus est digitus dei,sicut ipse dominus dixit:Quod si in digito dei eiicio dæmonia, Hūc enim digitū in alio libro euangelij eodē loco dei spiritū nominauit, Sic em̄ habes: Quod si in spiritu dei eiicio dæmonia.Quid igitur expressius ad significādā diuinitatis uel operationis dici potuit unitatem,quæ secundū diuinitatē est patris uel filij uel spiritussancti,quàm ut intelligamus multo magis quàm corpus hoc nostrū æternæ plenitudinem diuinitatis scindi uideri,si quis unitatem substantiæ separet, multiplicet potestates,cū una sit eiusdem diuinitatis æternitas? Plerūq; enim ex nostris sermonibus ea quæ supra nos sunt,conuenit æstimari.Et quia illa uidere nō possumus,ex his quæ uidere possumus colligamus. Inuisibilia enim eius à creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciūtur,Et subdidit: Sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas.Quorum aliud de filio,aliud de spiritusancto dictū uide: ut quemadmodū sempiterna uirtus patris dicitur filius,ita etiā spūs qui diuinus est,sempiterna diuinitas esse credatur.Nā & filius quia semper uiuit,uita sempiterna est.Hic ergo digitus dei,& sempiternus est & diuinus.Quid enim dei proprium quod non sempiB ternū sit & diuinum? Hoc digito sicut legimus tabulas illas lapideas inscripsit quas Moyses accepit. Non enim carnali digito deus harum literarum quas legimus apices & elementa formauit,sed spiritu suo dedit legem.Et ideo apostolus dixit:Lex enim spiritalis est,quæ utiq; nō atramento inscripta est, sed spiritu dei uiui,nō in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus. Nam si apostoli epistola scribitur in spiritu,quid obstat quo minus etiam legem dei non attramento sed spiritu dei descriptā credere debeamus,quæ utiq; cordis nostri mentisq; secreta non maculat sed illuminat:Scripta est autem in tabulis lapideis,quia in typo scripta est.Sed tabulæ fractæ primo sunt & abiectæ de Moysi manibus, qa Iudæi à propheticis operibus exciderūt. Et bene tabulæ fractæ sunt non scriptura deleta. Et tu uide ne frangatur tabula tua,ne mens tua & animus tuus diuidatur. Nunquid diuisus est Christus? Non diuisus est, sed unum est cum patre, & nemo te ab eo separet. Si fides desiciat,tabula cordis tui frangitur.Comminuitur animi firmitudo,si unitatem diuinitatis in trinitate nō credas.Scripta est & fides tua,scripta est & culpa tua,sicut Hieremias dixit:Scripta est Iuda culpa tua graphio ferreo & ungue adamantino. Et scripta est, inquit,in pectore & in corde tuo. Ibi igit̄ culpa est ubi gratia.Sed culpa graphio scribitur,gratia spiritu designatur.Hoc digito mystice etiam dominus Iesus in dinato capite scribebat in terra, cū à Iudæis adultera esset oblata, significans per figuram,quādo de peccatis alterius iudicamus, nostri nos debere meminisse peccati. At ne rursus, quia legem deus spiritusancto scripsit,inferius aliquid tanquā de ministerio spiritus crederemus,uel ex corporis nostri æstimatione quandā portionē exiguā dei spiritū putaremus,ait alibi apostolus:Nō se humanæ sciētiæ uerbis loq sed doctis spiritus,& spiritalibus spiritalia cōparare:animalē autem non percipere quæ

Exo.15.
Luc. 11. Matth. 12.
Roma.1.
2.Cor.3.
Hier.17.
Joan.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sunt spiritus dei. Sciebat enim quod is qui diuina carnalibus cõpararet, inter animalia esset nõ inter spiritales homines comparandus: stulticia, inquit, illi est. Et ideo quia sciebat has futuras esse animaliũ hominũ quæstiões, præsagus futuri ait. Quis enim cognouit sensum domini qui instruat eũ? Nos aũt sensum Christi habemus.

Quia digitus dei lectus est spiritus, quo significatur unitas diuinitatis non inæqualitas trinitatis. Cap. III.

SED si quis adhuc carnalibus inhæret ambiguis & corporalibus uacillat exemplis, consideret quia non potest bene sentire de filio, qui potest male sentire de spiritu. Nam si ideo portionem quandam exiguam putant esse spiritum dei, quia digitus dei dicitur, ĩdem utiq; & portionẽ exiguam dicunt esse in filio dei, quia dextera dei dicitur, sed filius & dextera & uirtus dicitur. Itaq; si uerba nostra pendamus, nulla potest sine uirtute esse perfectio, & ideo cauent ne putent quod nefas dictu est, semiperfectum in sua substantia patrem perfectionem accipere per filium, & desinant coæternum filium patri negare. Quando enim non fuit dei uirtus? Quod si aliquando putant non fuisse dei uirtutem, aliquando plenitudinem in deo patre negabunt fuisse, cui putent aliquando defuisse uirtutem. Sed hæc ut dixi scripta sunt, ut ad unitatẽ diuinitatis ista referamus, & credamus quod apostolus dixit. Quia plenitudo diuinitatis corporaliter habitat in Col. 2. Christo & habitat in patre & habitat in spiritu sancto.

D

Quia sicut cooperatus est patri & filio spiritus sanctus in nube & mari cum liberaretur populus Iudæorum, ita cooperatur in mysterio baptismatis. Cap. IIII.

ET quod sicut unitas diuinitatis, ita unitas operationis sit. Quod etiam ex cantico Moysi colligi potest. Ipse enim cũ per maria traduxisset populum Iudæorum & dei patris operationem & filij est confessus & spiritus dicens. Dextera manus tua domine glorificata est in uirtute, dextera manus tua confregit inimicos. Hãbes quia & filium sit confessus & patrem, cuius est dextera. Et infra ait, ne sanctum spiritũ præteriret: Et per spiritum iracundiæ tuæ diuisa est aqua. Quo significatur unitas diuinitatis non inæqualitas trinitatis. Vides igitur quia spiritus sanctus cooperatus patri & filio sit, & tanquam congelascentibus fluctibus in medio mari, aquarum quidam murus insurgeret ad transitũ Iudæorum, & rursus Ægyptiorum populum per spiritum refusus obrueret. Inde & columnam nubis pleriq; præcessisse in die populo Iudæorũ, & columnam ignis in nocte arbitrantur, quo protegeret plebem suam gratia spiritalis. Hanc autem operationem dei quã totus orbis iure miratur, sine sanctispiritus opere nõ fuisse, etiam apostolus declarauit, dicens in figura illa præcessisse spiritalis mysterij ueritatem, sic enim habes. Quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt & omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandẽ escam spiritalem manducauerũt, & omnes eundem potũ spiritalem biberũt. Nam quemadmodũ typus sacramẽti potuit esse sine operatiõe spiritussãcti, cuius ueritas omnis in spũ est? Qd' & apls docuit dicẽs. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in noĩe dñi nostri Iesu Christi & in spũ dei nostri. Vides igitur, quia & pater operatur

Exo. 15.

1. Cor. 10.

1. Corinth. 6.

A operatur in filio, & filius operatur in spiritu? Et ideo secundũ seriem scripturarũ, noli dubitare in figura fuisse, quod in ueritate esse ipsa etiam ueritas declarauit. Quis em̃ operationẽ eius abnuat in baptismo, in quo operationẽ eius sentimus & gratiã?

Quia sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat spiritus sanctus. Cap. V.

NAM sicut sanctificat pater, ita sanctificat filius, sanctificat & spiritus. Sanctificat pater secundũ quod scriptum est: Deus pacis sanctificet uos ut integer spiritus uester & anima & corpus sine querela in die domini nostri Iesu Christi seruetur. Et alibi filius dicit: Pater sanctifica eos in ueritate. De filio autem idem apostolus dixit: Qui factus est nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redemptio. Vides quia factus est sanctificatio? Sed factus est nobis, non ut ille mutaret quod erat, sed ut nos sanctificaret in carne. Spiritum quoque sanctum sanctificare apostolus docet. Sic enim dicit: Gratias agere debemus deo semper pro uobis fratres dilectissimi à deo, quia elegit nos deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus & fide ueritatis. Ergo sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat spiritus, sed una sanctificatio, quia unum est baptisma, & una est gratia sacramenti.

1. Thess. 5.

Ioan. 17.

1. Cor. 1.

2. Thess. 2.

Quia eadem sunt opera manuũ quæ sunt opera digitorũ. Cap. VI.

B HOC est eadem opera filij quæ spiritus dei. Sed quid mirum sanctificat singulos ipse sanctificatione non indigens sed redundans, quando tantam ut dixi maiestatem eius accepimus, ut tanquã digitus à corpore, ita à deo patre inseparabilis uideatur spiritus sanctus. Quod si quis ad diminutionem nõ ad unitatem potestatis putat esse referendum, is profecto in eam amentiam cadet, ut tanquam in unam uelut corporis formam patrem & filiũ & spiritum sanctum uideatur tres fingere, & tanquam distinctiones quasdam figurare membrorum. Sed accipiat ut sæpius dixi, non inæqualitatem sed unitatem potestatis hac testificatione signari, quandoquidẽ quæ opera dei sunt, eadem sint opera manuum. Eadem etiam legimus opera esse digitorum. Scriptum est enim: Cœli enarrant gloriam dei & opera manuum eius annunciat firmamentũ. Et alibi: Initio terram tu fundasti domine & opera manuũ tuarũ sunt cœli. Eadem igitur sunt opera manuũ quæ sunt opera dei. Non ergo aliqua pro membrorũ corporalium qualitate discretio operationis, sed unitas potestatis est. Quæ autem opera sunt manuũ eadem opera digitorũ, quia æque scriptum est: Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti. Quid hic igitur digiti minus quàm manus fecisse prodũtur, cum idem fecerint digiti quod manus? Sicut scriptũ est: Quoniam delectasti me domine in factura tua & in operibus manuũ tuarũ delectabor. Et tamen quia manũ legimus filium, scriptũ est enim: Nónne manus mea fecit hæc omnia? Et alibi: Posui manũ meam sub tegumento petræ, quod ad incarnationis mysteriũ spectat, quia integumentũ corporis uirtus dei sempiterna suscepit, utiq; liquet manus & de filio dei & spiritu sancto scripturam locutam. Et rursus quia digitum dei spiritũ legimus, ideo appellatos digitos æstimamus, ut filiũ & spiritum designaret. Deniq; ut filij & spiritus sanctificationem se habere memoraret, ait quidam sanctus: Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me.

Psal. 18.

Psal. 101.

Psal. 8.

Psal. 91.

Iob. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quia ſicut arguit pater,ita arguit filius,ita arguit & ſpiritus,& quia ut dicat ſpiritus. Caput VII.

VR enim uerborum ſimilitudinem recuſamus,ubi unitatē poteſtatis aſ/
ſerimus, cum eouſq; unitas poteſtatis eſt, ut & arguat ſpiritus ſicut ar/
Pſal.6. guit pater & arguit filius.Sicut enim ſcriptum eſt: Domine ne in ira tua
arguas me,neq; in furore tuo corripias me. Deinde in.xlix.pſal.ſicut di/
cit dominus: Arguam te & ſtatuam ante faciem tuam peccata tua,ita etiam de ſpi/
ritu ſancto filius dixit: Cum autem abiero mittam paracletū ad uos, & ille ueniens
arguet mundū de peccato & de iuſticia & de iudicio.Sed quo nos perfidorū homi/
num deducit amentia,ut quæ ſunt quaſi de ambiguo quod ſpiritus ſanctus arguat
3.Reg.3. uideamur aſtruere,cum iudices ipſi nō queant niſi per ſpiritū iudicare? Deniq; no/
bile illud Salomonis iudiciū,quod inter dubia certantiū, cū una oppreſſo paruulo
quē ipſa ſuſceperat,uendicare ſibi uellet alienū, altera propriū filium defenſaret, &
fraudem in ipſis cogitationibus occultis,& pietatē in maternis uiſceribus deprehen
dit,utiq; per ſpiritus ſancti munus emicuit.Neq; enim latentem conſcientiā fœmi/
narū alia aliqua niſi ſpiritus ſancti machæra penetraſſet, de qua ait dñs: Non ueni
Matth.10. pacem mittere ſed machærā.Quia nō ferro ſed ſpiritu mens interna penetrat.Pene
trabilis eſt enim ſpūs intelligentiæ,ſpūs unicus,multiplex,ſubtilis,mobilis.Et infra:
Oīnia proſpiciens.Vides propheta quid dicat,quia omnia proſpicit,Et ideo etiam
Salomon proſpexit, ut machærā illam iuberet afferri,qua ſimulato quod diuidere
uellet infantē,cōſiderauit quod uera mater plus cōſuleret filio quàm ſolatio,& gra/
D tiam iuri,nō gratiæ iura præferret.At uero illa quæ matris ſimularat affectū,uincē/
di ſtudio cæca paruiduceret eius exitiū,in quo neſciret pietatis diſpendiū.Itaq; uir il
le ſpiritalis,qui ut dijudicaret oīnia,ſpiritalis enim dijudicat oīnia,naturā in affecti/
bus quæſiuit,quia latebat in uocibus,& pietatē interrogauit ut proderet ueritatem.
Vicit itaq; mater charitatis affectu quæ fructus eſt ſpiritus.Dijudicauit in prophe/
ta, quia per ſpiritū datur ſermo ſapientiæ. Quomodo ergo negatur quod arguere
poſſit ſpiritus ſanctus mundū de iudicio qui iudicij tollit ambiguū,largit' euentū?
Daniel quoq; niſi accepiſſet dei ſpūm,nunc̄q; potuiſſet deprehendere adulteriū libi
dinis,mendaciū fraudis.Nam cū Suſanna presbyterorū coniurationibus appetita,
inflexā populi mentē uideret cōtemplatione ſeniorū, & oīnibus deſtituta ſubſidijs,
Daniel.13. ſola inter hoſtes pudicitiæ ſuæ cōſcientia deū arbitrū precaret', Exaudiuit inquit do
minus uocē eius cū duceretur ut periret, & excitauit dñs ſpiritū ſanctū pueri adole/
ſcentis cui nomē Daniel. Itaq; ſecundū accepti ſpiritus gratiā,uacillantia perfidorū
teſtimonia deprehendit. Deniq; nō alia niſi diuinæ fuit operatio poteſtatis, ut eos
uox ſua proderet,quorū latebat affectus.Percipite igitur ſpiritus ſancti ſacrū & cœ
leſte miraculū, Illa quæ maluit ſibi caſta eſſe c̄p populo, illa quæ maluit innocentiæ
ſubire periculū quàm pudoris,quæ cū accuſaret' tacebat,cum damnaret' ſilebat,con
ſcientiæ ſuæ contenta iudicio,quæ reuerentiā pudoris etiā in periculis reſeruabat, ne
extorſiſſe petulantiā uiderent', qui extorquere nō poterant caſtitatē,ubi dīm inuo
cauit,ſpūm meruit,qui latentē presbyterorū cōſcientiā reuelauit.Diſcan-pudicæ ca/
lumniā non timere. Nanc̄p caſtimoniā uitæ prætulit,nec uitæ diſpendiū pertulit, &
gloriam retulit caſtitatis.Sic & Abraham iuſtus adire peregrinā,nec uxore periculo
pudicitiæ, nec mortis propoſitæ terrore auocatus,& uitam ſuam & caſtimoniā ſer/
uauit

A uauit uxoris: nullum itaq; deo credidiſſe pœnituit, & caſtitas deuotionē cumulauit
in Sarra,& deuotio caſtitatem. Ac ne quis forte æſtimet,quia dicendo ſcriptura:Ex
citauit deus ſpiritū ſanctum pueri adoleſcentis,ſpiritum in eo putet fuiſſe hominis,
non ſpiritum ſanctum,legat in poſterioribus & inueniet quia ſpiritū ſanctum acce
pit Daniel & ideo prophetauit.Deniq; & rex eum prætulit,quia habebat gratiā ſpi
ritalem.Sic enim dicit: Tu aūt Daniel potes,quia ſpiritus ſanctus dei in te eſt.Et in/
fra ſcriptura dicit: Et fuit Daniel præpoſitus illius quoniā ſpiritus erat ſuperans in
eo. Sed etiam Moyſi ſpiritus iudicaturis diuiſus eſt. Sed quid de cæteris loqua/
mur? Ipſum dominū Ieſum in ſpiritu non ſolū iudicare accepimus,ſed etiam uindi
care,Neq; enim uindicaret in antichriſtum niſi ante de eius meritis iudicaret,quem
ſicut legimus,dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. 2.Theſſ.2.

Sicut lectum eſt quod uerbi gladius ſpiritus ſit,ita lectū eſt quod ſpi/
ritus ſancti gladius uerbum dei ſit. Caput VIII.

ED hic nō acquiſita gratia eſt, ſed indiuidua manet unitas, quia neque
Chriſtus ſine ſpiritu,neq; ſpūs poteſt eſſe ſine Chriſto.Non em̄ poteſt
diuinæ naturæ unitas ſeparari. Et quod in mediū interuenit exemplum
quod dñs Ieſus interficit ſpiritu oris ſui,gladius quidā uerbi ſpūs intelli
gitur.Deniq; in euāgelio dicit ipſe dñs Ieſus: Non ueni pacem mittere ſed gladium.
Venit enim ut ſpiritū daret,ideo de ore eius gladius bis acutus utiq; gratia ſpiritalis
Spiritus ergo uerbi gladius eſt.Et ut ſcias inæqualitatē non eſſe ſed unitatem natu/
B ræ,uerbū quoq; gladius eſt ſpiritus ſancti. Scriptū eſt enim: Accipientes ſcutum fi/ Eph.6.
dei in quo poſſitis omnia tela maligni ignita extinguere,& galeam ſalutis aſſumite
& gladiū ſpiritus quod eſt uerbū dei. Cum igitur uerbi gladius ſpiritus ſanctus ſit,
& ſpiritus ſancti gladius uerbum dei ſit,utiq; unitas eſt potentiæ. Quam unitatem
licet alijs ſcripturarum locis conſiderare.

Quia ſimiliter ut pater & filius,ita etiam ſpiritus & contriſtatus & ex/
aſperatus & tentatus à Iudæis legitur. Cap. IX.

AM cum dicat Ezechiel ad populum Iudæorū: Et contriſtatis me in oīm
bus his dicit dominus,Paulus nouo populo in epiſtola ſua dicit: Noli/ Ephe.4.
te contriſtare ſpiritū ſanctum dei in quo ſignati eſtis. Rurſus cum Eſa/
ias dicat de ipſis Iudæis: Ipſi autem non crediderunt,ſed exacerbauerūt
ſpiritum: Dauid autem de deo dicit: Et exacerbauerunt altiſſimū in ſiccitate & ten/
tauerunt deum in cordibus ſuis. Accipite etiā quia cum alibi dixerit ſcriptura, tenta
tum ſpiritū,tentatum etiam deum, tādem dicat & Chriſtum eſſe tentatum.Habes
enim ad Corinthios apoſtolū: Neq; tentemus Chriſtum ſicut quidam eorum ten/ 1.Cor.10
tauerunt & à ſerpentibus perierunt. Iuſta uindicta, ut aduerſarij uenena ſentirent,
qui non uenerabantur autorem. Et bene dominus,æreo ſerpente ſuſpenſo iuſſit cu
rari uulnera ſauciorum. Imago enim crucis æreus ſerpens eſt, quoniam & ſi in car/
ne ſua ſuſpenſus eſt Chriſtus, tamen & ipſe crucifixus eſt mundo, & ipſi crucifixus
eſt mundus.Mihi enim mūdus crucifixus eſt & ego mundo. Crucifixus eſt ergo in Gal.6.
ſuis mūdus illecebris,& ideo nō uerus ſed æreus ſuſpenſus eſt ſerpēs,quia in uerita/
te quidē corpis ſed ſine ueritate peccati ſuſcepit dñs ſpeciē peccatoris, ut per lubricū

Universidad de Deusto
Biblioteca

C infirmitatis humanæ,simulando serpentem,depositis carnis exuuijs,ueri destrueret serpentis astutiam.Per crucem itaq; domini quæ in tentationis ultione subuenit,of fensam in perfidis trinitatis agnosco, qui medicinam trinitatis accipio. Ergo cū habeas in libro Moysi,quia dominus tentatus serpentes immiserit populo Iudæorū, necesse est aut unitatem in maiestate diuina fatearis,patris & filij & spiritus sancti: aut certe cum spiritum dicat apostolica scriptura, tentatum,domini nomine spūm utiq; designauit. Tentatum autem spiritum sanctum,ad Hebræos scribens apostolus dicit.Sic enim habes:Quia hæc dicit spiritus sanctus:Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra,sicut in iritatione secundum diem tentationis in deserto,ubi tentauerunt me patres uestri,probauerūt & uiderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic & dixi semper isti errant, & isti non cognouerunt uias meas, sicut iuraui in ira mea si introibūt in requiem meam. Ergo secundum apostolum tentatus est spiritus, sic & ipse tentatus est,& ipse utiq; in terram repromissionis Iudæorum populum dirigebat,sicut scriptum est:Quia adduxit eos per abyssum sicut in æquum, per desertum & non laborauerunt, & sicut pecora per campū,descendit spiritus à domino & direxit eos.Et ipse utiq; serenam cœlestis alimoniæ pluuiam ministrabat,ipse quotidianā messem quam terra non parturierat,agricola non seuerat,imbre fertili fœcundabat. Nunc spectemus singula. Requiem Iudæis promiserat deus,eam requiem spiritus suam dicit. Tentatum se à perfidis deus pater memorat, & tentatū ab ijsdem se dicit & spiritus, quia una tentatio est qua tentata est à sacrilegis una diuinitas trinitatis. Condemnat deus populum Iudæorum ut in terram fluentem lac & mel,hoc est resurrectionis requiem peruenire non possit,eadem sententia condemnat & spiritus dicens:Si introibūt in requiem meam. Vnius ergo sententia uoluntatis,unius excellentia potestatis est.Fortasse tamen aliquis diceret, hoc exemplum non posse ad proprietatem sancti spiritus deriuari,nisi alio loco etiam Petrus apostolus nos docuisset,peccatis nostris etiā spiritū posse tentari.Sic enim habes ad Ananiæ coniugem dictum:Quid utiq; conuenit uobis tentare spiritum domini? Etenim domini spiritus ipse est dei spiritus, quia unus sanctus est spiritus,ut etiam Paulus apostolus docuit dicens: Vos autem in carne non estis sed in spiritu,si tamen spiritus dei habitat in uobis.Si quis autem spiritum Christi non habet,hic non est eius:præmisit spiritum dei,& statim subdidit eundem esse spiritū Christi.Et cum dixisset de spiritu,ut intelligeremus quia ubi spiritus sanctus,ibi Christus est,addidit:Si autem Christus in uobis. Deinde quo modo hic intelligimus,quia ubi spiritus ibi Christus, ita etiam alibi ostendit, quia ubi Christus ibi etiam spiritus sanctus sit.Nam cum dixisset:Nunquid experimentum eius quæritis qui in me loquitur Christus:Alibi ait:Puto enim quod & ego spiritum dei habeo.Inseparabilis ergo unitas,quia ubi aut pater aut Christus aut spiritus scriptura testificante signatur,ibi omnis plenitudo est trinitatis.

Hebr.3.

Act.5.

Rom.8.

2.Cor.13.

1.Cor.7.

Quia deus spiritus secundū Petri sententiā in actibus apostolorū.Cap.x.

Act.5.

SED & ipse Petrus in eo quod proposuimus exemplo,præmisit spiritum sanctum,& postea dixit spiritum domini. Sic enim habes: Anania cur impleuit satanas cor tuum ad mentiendum spiritui sancto, ut fraudem faceres de precio agri? Nōne manens tibi manebat & uenditum in tua erat

A erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hoc scelus? Non es hominibus mentitus sed deo. Subter ad eius uxorem ait:Quid utiq; conuenit uobis tentare spiritum domini? Primum intelligimus,quia spiritum sanctum,spiritum domini dixit.Deinde cum præmiserit spiritum,& addiderit,non es hominibus mentitus sed deo,necesse est in spiritu sancto ut unitatem diuinitatis esse intelligas. Quoniam cum spiritus tentatur, deus fallitur. Aut si unitatem diuinitatis conaris excludere secundū scripturæ uerba,ipse utiq; spiritū domini credis. Si enim & de spiritu expressum intelligimus & de patre,in deo utiq; & de patre & spiritu sancto ueritatis & scientiæ aduertimus unitatem,quia similiter à sancto spiritu sicut à deo patre mendaciū deprehenditur.Quod si utrunq; de spiritu accipimus,cur quod legis perfide negare conaris? Aut igitur unitatē diuinitatis patris & filij & spiritus sancti,aut diuinitatē sanctis spiritus in patre & filio confitere,utrum dixeris in deo,utrunq; dixisti,quia & unitas diuinitatem astruit & diuinitas unitatem.

Quia deus spiritus est secundum euangelium. Caput XI.

NEC solum hoc loco euidenter sanctis spiritus θεότητα,hoc est,diuinitatē scriptura testatur,sed etiam ipse dominus dixit in euangelio:Quoniam deus spiritus est.Quem locum ita expresse Arriani testificamini esse de spiritu,ut eum de uestris codicibus auferatis, atq; utinā de uestris & nō etiam de ecclesiæ codicibus tolleretis.Eo enim tempore quo impiæ infidelitatis Auxentius Mediolanēsem ecclesiam armis exercituq; occupauerat, uel à Valente atq; Vr
B satio nutantibus sacerdotibus suis incursabatur ecclesia Sirmiensis,falsum hoc & sacrilegum simulacrum tamen in ecclesiasticis codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiam in oriente fecistis,& literas quidem potuistis abolere,sed fidem non potuistis auferre.Plus uos illa litura prodebat,plus uos illa litura damnabat.Neq; enim uos poteratis oblinire ueritatem,sed illa litura de libro uitæ nomina uestra delebat. Cur auferebatur,quoniam deus spiritus est,si non pertinebat ad spiritum? Si enim de deo patre uultis expressum,ergo & deum patrem negatis,qui putatis esse delendum? Vtrum uultis eligite,in utroq; uos laqueus uestræ impietatis astringit.Si gentiles uos esse fateamini uel patrem deum negando uel spiritum: Tenetur igitur uestra confessio, qua delestis oracullum dum formidatis exemplum. Delestis quidem in pectoribus animisq; uestris.Cæterum diuinum non deletur oracullum,non deletur spiritus sanctus, sed auersatur impias mentes,non deletur gratia sed iniquitas. Quia scriptū est.Ego sum,ego sum qui deleo iniquitates tuas. Deniq; Moyses pro populo petens. Dele,inquit, me de libro tuo si non parces huic populo.Nec tamen deletus est,quia nō habebat iniquitatē sed gratiam profluebat. Vestra igitur estis confessione conuicti,quod sapienter factum non possum dicere sed astute. Astute enim cognouistis loci istius uos attestatione conuinci,nec argumenta uestra aduersus id posse testimonium cōuenire. Quò enim possit aliò intellectus loci istius deriuari,cum series lectionis tota de spiritu sit? Nicodemus quærit de regeneratione, respondit dominus:Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit per aquam & spiritum,non potest introire in regnū dei.Et ut ostenderet aliam generationē secūdū carnem esse,aliam secundū spiritū,addidit.Quod natū est de carne caro est,quia de carne natū est. Et qd' natū est de spū, spūs est,quia deus spūs est. Prosequere ergo totam

Esa.45. Exo.32.

Ioan.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C totam seriem lectionis, inuenies quod dominus impietatem uestram plenitudine assertionis excluserit. Noli inquit mirari, quia dixi. Oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis sed nescis unde ueniat aut quo uadat, sic est omnis qui natus est de spiritu. Quis est qui nascitur de spiritu, & qui efficit spiritus, nisi qui renouat spiritu mentis suæ? Hic est utiq; qui per aquam regenerat & spm̃ sanctum, quoniã per lauacrum regenerationis & renouationis spiritussancti, spem
Acto. 11. uitæ capimus æternæ. Et alibi Petrus apostolus ait: Vos autem spiritusancto baptizabimini. Quis est aũt qui baptizatur spiritusancto, nisi qui renascitur per aquã &
Ioan. 3. spiritum sanctum? Ergo de sanctospiritu dominus dixit: Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit per aquam & spiritum non potest introire in regnũ dei. Et ideo de ipso nasci nos in posterioribus definiuit, per quẽ renasci nos in superioribus est locutus. Hac dominica sententia & scripto uitor, non argumẽto. Quæro tamen cur si non dubitatur per spiritũ sanctũ nos renasci, dubitetur de spiritusancto nos nasci, cum ipse dominus Iesus de spiritusancto & natus sit & renatus? Quem si natum de spiritusancto cõfitemini, quia non potestis negare, renatũ aũt negatis, magna in sipientia, ut quod singulare dei confitemini, quod cõmune est hominũ denegatis. Et ideo bene uobis dicit quod Iudæis dictum est: Si terrena uobis dixi & nõ creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia credetis? Sed tamen utrũq; locũ ita scriptũ inuenimus in græco, ut non per spiritũ dixerit sed de spiritu. Deniq; sic habet: ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, hoc est, de aqua & spũ. Ergo cum dubitari nõ debeat de sancto scriptũ esse spiritu, quod natum est de spiritu, nõ est dubium, quia deus & sanctus spiritus, secundũ quod scriptũ est, quia deus spiritus. Ali
D bi quoq; ut hoc de sancto spiritu scripsisse se idem euãgelista referaret, per aquam
1. Ioan. 5. inquit, & spiritum uenit Christus Iesus. Non solum in aquam sed per aquã & sanguinem & spiritus testimoniũ, qm̃ spiritus est ueritatis, quia tres sunt testes, spiritus aqua & sanguis, & hi tres unum sunt in Christo Iesu. Audi quomodo testis spiritus mentem renouat, aqua proficit ad lauacrum, sanguis spectat ad preciũ. Spiritus eũ nos per adoptionẽ filios dei fecit, sacri fontis unda nos abluit, sanguis domini nos redemit. Alterũ igit̃ inuisibile, alterũ uisibile testimoniũ sacramento cõsequmur spiritali, quia spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, Et si in utroq; plenitudo sit sacramenti, distinctio tamen muneris est. Ergo ubi distinctio muneris, non est utique testificationis æqualitas.

Quia adoratur spiritussanctus sicut pater & filius, & cũ patre & filio adoratur in maiestate dei. Cap. XII.

SED fortasse referatur, quia in posterioribus istius libri iterũ dominus deũ spiritum dixit & de patre deo sensit. Sic enim habes in euangelio: Nũc est quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam &
Ioan. 4. pater tales quærit, qui adorẽt eũ. Spiritus aũt est deus, & eos qui adorant eũ in spiritu & ueritate oportet adorare: Non solũ enim hoc exemplo diuinitatem sancti spiritus uultis negare, sed etiã in spiritu adorare deũ, tanquam ad subiectionẽ spiritus deriuatis. Cui loco respõdebo breuiter, quia spiritus plerũq; ponitur pro gratia spiritali, sicut & apostolus dixit: Quia ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, hoc est gratia spiritalis, nisi forte gemitus uos sancti spiritus audire pu-

A tuistis. Ergo & hic adoratur deus, nõ in malicia cordis, sed in gratia spirituali. In animam eñ maleuolã non intrat sapientia, quia nemo potest dicere dominũ Iesũ nisi Sapien. 1.
in spiritusancto. Statimq; subdidit: Diuisiones uero gratiarũ sunt. Nõ igit̃ hoc ad 1. Cor. 12.
plenitudinẽ nec ad portionẽ spiritus potest pertinere, quia neq; humana mẽs eius plenitudinem capit, neq; in ullas sui diuiditur sectiones, sed donum gratiæ spiritalis infundit, in quo adorat̃ deus sicut adorat̃ etiã in ueritate. Non enim adorat, nisi qui ueritatẽ diuinitatis eius pio hauriat affectu. Nec utiq; uelut personaliter Christum, aut sanctum personaliter spm̃ cõprehendit, aut putat quod uelut personaliter dictũ de spũ uideat̃ & de Christo. Ergo deus similiter adoratur in ueritate, sicut adorat̃ in spiritu. Aut similis igit̃ subiectio quod absit ut credas & nec filius adoratur, aut quod uerũ est, similis unitatis gratia & spũs adorat̃. Colligamus hinc ergo & concludamus Arrianorũ impias quæstiones. Si eñ ideo negant adorandũ spm̃, quia deus adoratur in spũ, negent ergo adorandã ueritatẽ, quia deus adorat̃ in ueritate. Nã licet plurimæ ueritates sint, qa scriptũ est: Diminutæ sunt ueritates à filijs Psal. 11.
hoiim̃, donatæ tñ sunt à ueritate diuina qd̃ est Christus, qui ait: Ego sũ uia, ueritas, & uita. Ergo si hoc loco ueritatẽ ex usu intelligũt, intelligãt etiã gratiã spiritalẽ, & ni Ioan. 14.
hil est offensiõis, aut si ueritatẽ Christũ accipiũt, adorãdũ negẽt. Sed refellũt̃ factis piorũ, serie scripturarũ. Adorauit eñ Christũ Maria, & ideo prænũcia resurrectiõis ad apostolos destinat̃, soluens hæreditariũ nexũ & fœminei generis immane delictum. Hoc enim operatus est in mysterio dominus, ut ubi superabũdauerat delictum, superabundaret & gratia. Meritoq; ad uiros fœmina destinatur, ut quæ culB pã uiro prima nunciauerat, prima domini gratiã nunciaret. Adorauerũt & apostoli, Et ideo quia detulerunt fidei testimonium, acceperunt fidei magisteriũ. Adorauerunt & angeli, de quibus scriptũ est: Et adorẽt eũ omnes angeli eius. Adorãt aũt nõ solũ diuinitatem eius, sed etiã scabellũ pedũ eius, quia scriptũ est: Et adorate scabellum pedũ eius, quoniã sanctũ est. Aut si negant quia in Christo etiã incarnationis adorãda mysteria sint, in quibus uelut uestigia quædã diuinitatis expressa & uias quasdã uerbi cœlestis aduertimus, legant qa & apostoli adorabant eum in carnis gloria resurgentem. Ergo si nihil derogat quod deus adoratur in Christo, quia adoratur & Christus, nihil utiq; derogat etiam spiritui quia deus adoratur in spiritu, quia adoratur & spiritus, sicut apostolus dixit: Spiritui dei seruimus, Qui enim seruit & adorat, sicut supra dictũ est: Dñm deũ tuũ adorabis & illi soli seruies. Sed Matt. 4.
ne forte propositũ aliquos præterfugere uideatur exẽplum, qua ratione ad incarnatiõis dominicæ sacramentum spectare uideat̃ quod ait propheta: Adorate scabellũ pedũ eius, consideremns. Non enim ex usu hominũ æstimare debemus scabellũ. Neq; enim corporalis deus, aut non immensus, ut tanquam fulcrũ pedibus eius scabellũ subiectũ putemus. Neq; adorãdũ qcq̃ præter deũ legimus, quia scriptum est, Dominũ deũ tuum adorabis & ipsi soli seruies. Quomodo ergo aduersus legẽ propheta præciperet sub lege nutritus & eruditus in lege? Nõ mediocris igit̃ quæstio, & ideo diligẽtius cõsideremus quid sit scabellum. Legimus enim alibi: Cœlum mihi thronus, terra autem scabellum pedũ meorum. Sed nec terra adoranda nobis, quia creatura est dei. Videamus tamen ne terram illã dicat adorandã prophe-
ta quam dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaq; per scabellum terra intelligat̃, per terrã aũt caro Christi, quã hodie quoq; in mysterijs adoramus, & quã

apostoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

C apostoli in domino Iesu, ut supra diximus adorarũt, Neq; enim diuisus Christus sed unus. Neq; cum adoraretur tãquam dei filius, natus ex uirgine negabat. Cum igitur incarnationis adorandum sit sacramentum, incarnatio aũt opus spiritus sit, sicut scriptum est: Spiritussanctus superueniet in te & uirtus altissimi obumbrabit Luc.1. tibi, & quod nascẽ ex te sanctũ uocabit filius dei, haud dubie etiã sanctusspũs adorãdus est, quãdo adorat ille qui secundũ carnẽ natus ex spũ est. Ac ne quis hoc deriuet ad uirginẽ Mariã, erat templũ dei, nõ deus tẽpli. Et ideo ille solus adorãdus qui operabat in templo. Nihil ergo officit quod deus adorat in spiritu, quia & spiritus adorat, quanq; si ipsa uerba consideremus, quid aliud in patre & filio & spiritusancto nisi eiusdem potestatis unitatem intelligere debemus? Quid est enim in spiritu & ueritate adorare oportet? nisi ut hoc nunquam ad gratiam spiritalem referas, nec ad ueræ conscientiæ fidem, sed ut dixi thus personaliter, si tamen dignũ hoc uerbum est maiestatis expressione diuinæ, de Christo accipias & de spiritu. Quid est ergo adoratur in Christo pater, nisi quod est in Christo pater, & loquit in Christo pater, & manet in Christo pater? Nõ utiq; quasi corpus in corpore. Non em̃ deus corpus, nec quasi cõfusus in confuso, sed quasi uerus in uero, deus in deo, lumẽ in lumine, quasi pater sempiternus in filio cœterno. Nõ ergo insertio corporalis intelligit, sed unitas potestatis. Ergo per unitatẽ potestatis coadorat in patre Christus, cũ deus pater adorat in Christo, Similiter ita & per unitatẽ potestatis eiusdẽ coadorat in deo spiritus, dũ deus adorat in spiritu. Adhuc uerbi istius uim atq; sermo-
Psal. 103. nis diligẽtius pertractemus, & proprietatem eius ex alijs colligamus. Omnia, inq;, in sapiẽtia fecisti. Quid igitur intelligimus exortem factorum esse sapientiam? Sed
D omnia per ipsum facta sunt. Et Dauid ait: Verbo domini cœli firmati sunt. Ergo ipse quidem filiũ etiam cœlestium dicit autorem. Ita utiq; dixit: In filio facta sunt omnia, ut in operum instauratione filium à patre minime separaret, sed patri iungeret. Paulus quoq; ait: Quoniã in ipso cõdita sunt omnia in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia. Nunquid cũ dicit, in ipso, negauit per ipsum. Nõ negauit utiq; sed
Col.1. asseruit. Deniq; & alibi dixit: Vnus dominus Iesus per quem omnia. Ergo cũ dicit per ipsum, negauit in ipso cõdita esse omnia per quẽ dicit esse oia? Hãc uim habent uerba hæc in ipso & cũ ipso, ut unũ in his atq; cõsimile nõ cõtrariũ intelligat. Quod etiã in inferioribus manifestauit dicẽs: Omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Hæc enim tria in Christo unum esse, cũ ipso & per ipsum & in ipso, sicut supra diximus scriptura testat. Habes em̃ per ipsum & in ipso cõdita esse omnia. Accipe etiã, quia cũ ipso pater & ipse cum patre, cum omnia conderent. Sapientia dicit: Cũ pararet cœlũ cũ ipso erã, cum faceret fontes aquarũ. Et in ueteri testamẽto dicendo patet, faciamus, ostendit filiũ secum adorãdum quasi omnium cõditorẽ. Sicut ergo in filio creatura discutit, quorũ filius creator accipit, ita etiã cũ in ueritate adorari deus dicitur uerbi ipsius proprietate in eundem modum frequenrer expressa debet intelligi, quod & filius adoretur. Similiter itaq; adoratur & spiritus, quia deus adorat in spiritu. Ergo pater & cũ filio adoratur & cũ spiritu, quia trinitas adoratur. An uero negat aliquis adorandã diuinitatem trinitatis æternæ, cum & scriptura diuinæ inexplicabilem maiestatem exprimant trinitatis? Sicut alibi ipse apostolus dicit: Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen splendescere illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei in faciem Christi Iesu. Nempe hãc claritatem uiderunt

A derunt apostoli, cum dñs Iesus diuinitatis suæ luce in monte fulgeret: uiderunt, inquit, apostoli & in faciem prociderunt. Putas ne illos uel cum procideret, adorasse, cum fulgorẽ diuini luminis corporalibus oculis sustinere non possent, & splendor lucis æternæ aciem uisus mortalis obduceret? Aut quid aliud tunc tẽporis dixerunt illi uidentes gloriam eius, nisi uenite adoremus & procidamus ante eum?

Quia deus spiritussanctus est secundum apostolum, & quia templum sumus spiritussancti sicut & dei patris & dñi Iesu Christi. Cap. XIII.

ILLVXIT enim deus in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei in faciem Christi Iesu. Quis est ergo qui illuxit, ut cognoscamus deum in faciẽ Christi Iesu? Dixit enim, illuxit deus ut cognoscatur claritas dei in faciem Christi Iesu: quem putamus alium præter spiritum declaratum? Aut quis est alius præter spiritum sanctũ cui diuinitatis potentia deferatur? Qui enim spiritum excludunt, necesse est inducant alium qui cum patre & filio gloriam diuinitatis accipiat. Eadem igitur uerba repetamus: Deus est qui illuxit ad illuminationem claritatis dei in faciem Christi Iesu. Habes Christum euidenter expressum. Cuius ergo claritas illuminare dicitur nisi spiritus? Ipsum ergo deum expressit qui claritatem dei dixit. Si patris supereſt qui dixit de tenebris lumen splendescere, & illuxit in cordibus nostris, spiritussanctus intelligitur. Alium enim non possumus cum patre filioq; uenerari. Si igitur spiritum intel-
B ligis, hunc Apostolus deum dixit. Necesse est igitur deitatem spiritus etiam uos fateamini qui negatis. Sed quàm impudenter negatis, cum legeritis quia templum habet spiritus? Scriptum est enim: Templum dei uos estis & spiritussanctus habitat in uobis. Deus ergo templum habet, creatura templum non habet uerum, spiritus autem habet templum qui habitat in nobis. Nam scriptum est: Quia membra uestra templum est spiritussancti. In templo autem non quasi sacerdos nec quasi minister, sed quasi deus inhabitat, quoniam ipse dominus Iesus dixit: Inhabitabo in illis & inter eos ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Et Dauid dicit: Dominus in templo sancto suo. Ergo spiritus habitat in templo sãcto suo, sicut habitat pater, habitat & filius qui ait: Ego & pater ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Manet autem in nobis pater per spiritum quem dedit nobis. Quomodo igitur potest simul dispar manere natura? Vtiq; non potest. Manet autem cum patre & filio spiritus sanctus. Vnde & Apostolus cum gratia Iesu Christi & charitate dei communicationem sancti spiritus copulauit dicens: Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei & communicatio spiritussancti cum omnibus uobis. Aduertimus igitur quod pater & filius & spiritus sanctus in uno eodemq; per naturæ eiusdem maneant unitatem. Ergo diuinæ est potestatis qui habitat in templo. Sicut enim patris & filij, ita & spiritussancti sumus templum, non multa templa, sed unum templum, quia unius templum est potestatis.

1.Cor.3. 1.Cor.6. Psal.10.

Quia non tres dij sed unus deus. Caput. XIIII.

SED quid uereminí, an illud quod oblatrare consuestis, ne tres faciatis deos? Absit. Vbi enim una deitas intelligitur, unus deus dicitur. Neq; enim cum filium deum dicimus, duos deos dicimus. Nam si cum deitatem spiritus confitemur, putatis nos tres deos dicere: Ergo & cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C deitatem filij dicitis,quia non poteſtis eam negare,duos inducitis deos. Neceſſe eſt igitur iuxta ſententiam ueſtram ſi deum perſonæ unius non unius naturæ nomen putatis,aut duos deos dicatis,aut deum filium denegetis. Sed excuſemus uos ab in ſcientia. & ſi non excuſamus à culpa. Etenim ſecundum noſtram ſententiam, quia unus deus,una diuinitas,& unitas intelligitur poteſtatis. Sicut unũ deum dicimus & patrem uerum deitatis nomine confitentes,nec filium denegantes,ita etiam ſpiritum ſanctum à deitatis non excludimus unitate, & tres deos non aſſerimus ſed negamus,quia pluralitatem non unitas facit, ſed diuiſio poteſtatis. Quomodo em̃ pluralitatem recipit unitas diuinitatis,cum pluralitas numeri ſit, numerum autem non recipiat diuina natura?

Quia dominus ſpiritus ſanctus,ſicut pater & filius. Cap. XV.

VNVS ergo deus, ſalua maieſtate trinitatis æternæ, ſicut propoſito declaratur exemplo. Nec eo tamen ſolo loco trinitatem uidemus nominе diuinitatis expreſſam, ſed cum pleriſq; locis,ſicut & ſupra diximus, tum maxime in his epiſtolis quas ad Theſſalonicẽſes Apoſtolus ſcripſit,diuinitatem atq; dominatum patris & filij & ſpiritus ſancti euidentiſſime de-
1.Theſ.3. clarauit. Sic enim habes: Vos autem dominus multiplicet & abundare faciat charitate in inuicem & in omnes,ſicut & nos in uobis ad confirmanda corda ueſtra ſine querela in ſanctificatione coram deo & patre noſtro in aduentu domini Ieſu. Quis eſt igitur dominus, qui multiplicet nos & abundare faciat coram deo & patre noD ſtro in aduentu domini Ieſu? Patrem dixit,filium dixit,quem ergo cum patre & filio præter ſpiritum iunxit? Quis eſt dominus qui corda noſtra in ſanctificatione confirmet? Sanctificatio enim gratia ſpiritalis eſt,ſicut & infra dixit: In ſanctificatione ſpiritus & fide ueritatis. Quem putatis ergo hic dominũ,præter ſpiritum nun-
Ioan.1. cupatum? Nec deus pater docere uos potuit,qui ait: Super quem uideris ſpiritum deſcendentem & manentẽ ſuper eum,hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Deſcendit enim ſpiritus in ſpecie columbæ,ut & ſapientiæ teſtimonium ferret,& ſacramentum lauacri ſpiritalis impleret,& unius ſe cum patre & filio operationis oſtenderet Ac ne per imprudentiam aliquid excidiſſe Apoſtolo iudicetis,ſed ſcientem prudentemq; & ſancto infuſum ſpiritu ſignificaſſe deum quem dominũ ſentiebat, etiam in ſecunda ad Theſſalonicenſes epiſtola hoc idem repetiuit dicens: Dominus autẽ dirigat corda ueſtra in dilectione dei & patientia Chriſti. Quod ſi dilectio dei eſt, dominus qui dirigat debet oſtendi, ſi directionem ſancti ſpiritus denegamus. Sed
Ioan.16. negare non poſſumus, quoniam de ipſo dominus dixit: Adhuc multa habeo uobis dicere,ſed non poteſtis illa portare modo. Cum enim uenerit ſpiritus ille ueritatis,deducet uos in omnem ueritatem.

Quia bonus ſpiritus dei & ſpiritus ueritatis & omnem inſinuat ueritatem. Caput. XVI.

Pſal.142. ET Dauid de ipſo dicit: Spiritus tuus bonus deducet mẽ in uiam rectam. Vide quid de ſpiritu ſancto uox dominica reſultet. Filius dei uenit,& quia nondum infuderat ſpiritum, paruulos quoſdam nos degere ſine ſpiritu declarauit. Spiritum dixit eſſe uenturum, qui faceret ex paruulis

A paruulis fortiores, incremento uidelicet ſpiritalis ætatis. Quod ideo poſuit, non quo uirtutem ſpiritus,anteferret, ſed ut in cognitione trinitatis oſtenderet plenitudinem eſſe uirtutis. Neceſſe eſt igitur aut quartum aliquem dicatis quem ſentire præter ſpiritum debeatis,aut certe non alium dominum iudicetis niſi ſpiritum deſignatum. Quod ſi euidentem cõceptionem uerborum exigitis,quibus dominum ſpiritum ſcriptura memorauerat,nec id latere uos potuit,quia ſcriptum eſt: Dominus autem ſpiritus eſt,quod utiq; dictum eſſe de ſpiritu ſancto, totius ſeries lectionis oſtendit. Et ideo Apoſtolica conſideremus eloquia. Quotiens legitur Moyſes, 2.Cor.3.
inquit,uelamen poſitum eſt ſupra cor eorum. Cum uero conuerſi fuerint ad dominum auferetur uelamen. Dominus autem ſpiritus eſt: Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. Non ſolum itaq; ſpiritum dominum dixit,ſed etiam addidit: Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. Nos itaq; omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes,ad eandem imaginem reformamur à gloriã in gloriam, ſicut à domini ſpiritu,hoc eſt qui ad dominum ſumus facte conuerſi ut ſpiritali intellectu quaſi in quodam ſpeculo ſcripturarum domini gloriam uideremus, nũc ab hac gloria quæ nos conuertit ad dominum, in illam cœleſtem gloriam reformamur. Ergo cum dominus ſit ad quem conuertimur,domini autem ſpiritus ſit à quo reformamur, qui conuerſi ad dominum ſumus, dominus utiq; ſpiritus ſanctus eſt deſignatus. Ipſe enim conuerſos ſuſcepit qui reformat. Nam quomodo quos non ſuſceperat reformet? Quid expreſſionem quærimus uocis ubi expreſſionem cernimus ſanctis?
B Nam & ſi dominum ſpiritumq; diſtinguas,negare tamen non potes, quia ubi dominus ibi ſpiritus. Et qui fuerit conuerſus ad dominum,erit conuerſus ad ſpiritum. Si literam calumniaris,unitatem non inficiaris. Si unitatem uis ſecernere, poteſtatis dominum ipſum ſpiritum confiteris.

Quia non tres domini ſed unus dominus. Caput. XVII.

SED fortaſſis iterum dicas: Si dominum ſpiritum dixero, tres dominos declarabo. Nunquid cum dominum filium dicis,aut filium negas,aut duos dominos confiteris? Abſit. Ipſe enim filius dixit: Noli Marc.6.
te duobus dominis ſeruire. Sed non utiq; aut ſe,aut patrem dominum denegauit. Nam & patrem dominum dixit,ſicut habes: Confiteor tibi domi Matt.11.
ne pater cœli & terræ. Et ſe memorauit dominum,ſicut in Euangelio legimus: Vo- Ioan.13.
catis me dominum & magiſtrum & bene facitis,ſum etenim. Sed non duos dominos dixit,immo oſtendit ſe non duos dominos dixiſſe,cum præmonet: Nolite duobus dominis ſeruire. Non ſunt enim duo domini ubi dominatus unus eſt, quia pater in filio,filius in patre, & ideo dominus unus. Sic & lex docuit: Audi Iſraël, Deu.6
dominus deus tuus unus eſt, hoc eſt, immutabilis ſemper, unitate permanens poteſtatis,ſemper idem nulla acceſſione, nulla diminutione mutatur. Ergo unum dixit Moyſes, & idem tamen dominum à domino pluiſſe memorauit. Apoſtolus quoque: Det, inquit, dominus miſericordiam inuenire à domino. Dominus pluit à domino,dominus dat à domino miſericordiam, dominus nec ibi diſcernitur ubi pluit,nec ſeparatur ubi miſeretur à domino,ſed utroq; in loco unitas dominationis exprimitur. In Pſal.quoq; habes: Dixit dominus domino meo. Nec ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C patrem ſuum dominum denegauit,quia filium dominũ ſuum eſſe memorauit,ſed ideo filium dominum ſuũ dixit, ne crederes filium prophetæ fuiſſe ſed dominum,
Matt.22. quod in Euangelio ipſe dominus manifeſtauit dicens:Si enim Dauid in ſpiritu uocat eum dominum,quomodo filius eius eſt? In ſpiritu dicit Dauid dominum, nõ ſpiritus dicit. Aut ſi hinc calumniantur,quia dominum ſpiritus dixit, neceſſe eſt pari ſacrilegio filium dei etiam ſpiritus ſancti filium uideantur aſſerere.Ergo quemadmodum duos non dicimus dominos,cum & patrem & filium deſignamus, ita nec tres dominos dicimus cum dominum ſpiritum confitemur.Sicut enim tres ſacrilegum eſſe dominos aut deos dicere,ita etiam hoc plenum ſacrilegij eſt,duos dominos aut deos dicere. Quia unus deus,unus eſt dominus, unus eſt ſpiritus ſanctus, & qui deus dominus,& qui dominus deus, quia & in dominatione diuinitas,& in diuinitate dominatus eſt. Deniq; & dominum & deum legiſti patrem:Domine deus meus damabo ad te exaudi me.Et dominum & deum habes filium, ſicut in euIoan.20. angelio legiſti,quia cum tetigiſſet Thomæ latus Chriſti ait:Dominus meus & deus meus.Ergo ſicut pater deus et filius dominus,ita & filius deus et pater dominus: alternatur pia ſignificatio, non alternatur diuina natura, ſed immutabilis manet gratia.Nõ enim largitatis collatiua ſed naturalis placita charitatis ſunt,quia & unitas proprietatem habet & proprietas unitatem.

Quia ſicut pater ſanctus,ita filius ſanctus,ita & ſpiritus dei ſanctus. Cap. XVIII.

D ERGO ſanctus pater,ſanctus filius,ſanctus & ſpiritus, ſed non tres ſancti,qa unus eſt deus ſanctus,unus eſt dominus. Vna eſt ergo uera ſanctitas,ſicut una uera eſt diuinitas,una illa ſanctitas naturalis. Ideo omnia hæc quæ ſancta nos credimus,illam ſolam prædicant ſanctitatem: cherubin & ſeraphin indefeſſis uocibus laudãt & dicunt: Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus ſabaoth.Non ſemel dicunt,ne ſingularitatem credas. Non bis dicunt,ne ſpiritum excludas.Non ſanctos dicunt,ne pluralitatem æſtimes.Sed ter reperunt & idem dicunt,ut etiam in unum diſtinctionẽm trinitatis & diuinitatis intelligas unitatem:hoc cum dicunt deum prædicant. Nos quoq; nihil precioſius inuenimus quo deum prædicare poſſimus niſi ut ſanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius deo,inferius eſt domino.Ergo hinc quoq; conſiderate,utrum aliquid ſancto ſpiritui derogandum ſit,cuius nomen dei laus eſt.Sic enim laudatur pater, ſic laudatur & filius,quemadmodum ſpiritus nominatur. Et laudat ſeraphin,laudat omnis beatorum chorus,ut ſanctum deum dicat,ſanctum filium,ſanctum ſpiritum. Quomodo igitur non omnia habet quæ dei ſunt, qui cum patre & filio à ſacerdotibus in baptiſmate nominatur,& in oblationibus inuocatur,cum patre & filio à ſeraphin in cœleſtibus prædicatur,cum patre & filio habitat in ſanctis, inſunditur iuſtis,inſpiratur prophetis? Vnde & ſcriptura diuina θεοπνεύστος dicitur, quod deum inſpiret,quam locutus eſt ſpiritus. Aut ſi nolunt omnia habere quæ dei ſunt, & poſſe omnia ſpiritum ſanctum,dicant quid non habeat,quidue nõ poſſit. Nam ſicut omnia habet filius,nec inuidet pater quin minus omnia naturaliter daret filio qui dedit quod maius eſt omnibus,quemadmodum ſcriptura teſtatur dicens, Pater quod dedit mihi maius eſt omnibus: ita etiam ſpiritus Chriſti habet q̃d maius eſt

A eſt omnibus,quia iuſticia neſcit inuidiam. Itaq; ſi diligenter aduertamus etiam hîc diuinæ poteſtatis comprehendimus unitatem: Pater,inquit,dedit mihi quod maIoan.10. ius omnibus eſt,& nemo poteſt rapere ea de manu patris mei. Ego & pater unum ſumus.Nam ſi recte ſupra oſtendimus manum eſſe dei ſpiritum ſanctum, eadem utiq; manus patris eſt quæ filij eſt manus, quoniam idem ſpiritus patris qui ſpiritus filij eſt. Ideo ſicut non rapitur patri,ita non rapitur filio, ita non rapitur & ſpiritui. Quicunq; de nobis in hoc nomine trinitatis uitam accipit æternam, ex ipſo utiq; quod & dediſſe filio pater, accepiſſe à filio ſpiritus dicitur, quia ſcriptum eſt:
Ille me clarificabit,quia de meo accipiet & annũciabit uobis,Quod de munere maIoan.16. gis diſpenſationis uidetur quàm de poteſtatis diuinæ iure dixiſſe, quia quos filius redimit,ſpiritus quoq; ſanctificaturus accipit: Ex iſtis ipſis inquam uerbis de quibus calumniam ſtruunt,unitas diuinitatis aduertitur non indigentia largitatis. Dedit pater per generationem non per adoptionem,dedit quaſi id quod eſſet in ipſo diuinæ iure naturæ,nõ quaſi liberalitatis gratia q̃d deeſſet. Et ideo quia ſic acquirit filius populos ut pater,ſic uiuificat filius ut pater,æqualitatem ſuam ad patrem unitatem poteſtatis expreſſit,dicens. Ego & pater unum ſumus. Cum enim dicit, ego & pater,reuelatur æqualitas.Cum dicit,unum ſumus,unitas declaratur. Æqualitas confuſionem excludit,unitas ſeparationem,æqualitas patrem filiumq; diſtinguit, unitas patrem filiumq; non ſeparat.Ergo cum dicit:Ego & pater, Sabellianum repellit,quia alium ſe,alium patrem dixit. Repellit Fotinianum, quia ſe cum deo patre iunxit.Illos ſuperioribus repellit,quia dixit:ego & pater.Inferioribus Arrianos,
B quia dicit:unum ſumus,tamen & in ſuperioribus & inferioribus hæreticam iugulat ſæuitatem:Sabellianorum,quia unum dixit ſumus,nõ unus ſumus, Arrianorum, quia ego & pater,non pater & ego dixit.Quod utiq; non contumaciæ, ſed pietatis & præſcientiæ fuit,ne nos errorem in ordine putaremus. Neſcit enim unitas ordinem.Gradum neſcit æqualitas,nec cadit in dei filium ut per contumaciam pietatẽ læderet magiſter ipe pietatis. Refert itaq; aduertere quo loci hæc dominus diſputauerit.Frequenter enim eius oracula ex locorum in quibus diuerſatus eſt qualitatibus æſtimamus. Ieiunaturus ab ſpiritu, ſicut legimus,ducitur in deſertum,ut euacuaret diaboli tentamenta.Nam & ſi in abundantia copiarum continenter uixiſſe laudandum eſt,tamen in diuitijs & amœnitatibus frequẽtior tentationis illecebra eſt. Deniq; tentator ut tentet copias pollicetur.Et dominus ut uincat,famẽ nutrit. Nec ego diffiteor in diuitijs eſſe poſſe continentiam. Sed & qui mare nauigat frequenter euadit,magis tñ obnoxius eſt periculo quàm qui nauigare noluerit. Videamus cetera.Promiſſurus regnum cœlorum Ieſus montem aſcendit: Alibi per ſata ducit diſcipulos,ſeminaturus in eorum affectibus cœleſtium ſegetem præceptorum, ut meſſis animorum fœcunda flaueſceret. Conſummaturus ſuſceptæ carnis officia, cum perfectionem in diſcipulis iam uideret,quos uerborum ſuorum radice fundauerat,hortum ingreditur,ut olearum nouellas in domo domini plãtaret, & iuſtum palmæ florẽtem modo uitemq; fœcundam riuo ſui ſanguinis irrigaret. Hoc quoque loco in porticu Salomonis deambulat,dedicationis ut legimus die, hoc eſt in pectore ſapientis atque pacifici deambulat Chriſtus, eius ſibi dedicaturus affectum.Quæ iſta porticus ſit, docet propheta dicens: Deambulabam in innocentia Pſal.100.
cordis mei in medio domus meæ.Habemus ergo in nobis domum dei . Habemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C atria, habemus & porticus, qui habemus & plateas, quia ſcriptum eſt: Inq; plateis
Prou.5. tuis ſuperfluant aquæ tuæ. Dilata ergo hanc porticum tui cordis porticu dei uerbo
Pſal.80. qui dicit: Dilata os tuum & adimplebo illud. Ergo deambulãs in corde ſapientis
Ioan.10. atq; pacifici dei uerbum, audiamus quid loquatur: Ego & pater unum ſumus. Nõ
1.Cor.2. dicit hoc in pectore perturbatoris & ſtulti, quia animalis homo non percipit quæ
ſunt ſpiritus dei, ſtulticia enim illi eſt. Non capiunt fidei magnitudinem anguſta
impiorum pectora. Deniq; Iudæi audientes, Ego & pater unum ſumus, tulerunt
lapides ut lapidarent eum. Qui hoc audire non poteſt, Iudæus eſt, qui hoc audire
non poteſt, lapidat Chriſtum aſperioribus omni caute perfidiæ ſuæ ſaxis. Et ſi mi-
hi creditis uulnerat Chriſtum. Nam & ſi ille iam uulnus ſentire non poſſit, nunc
enim ſecundum carnem iam non nouimus Chriſtum, tamen Arrianorum impie-
tate lapidatur, qui eccleſiæ pietate lætatur. Bonum mihi eſt domine lex oris tui, ſer-
uo præceptum tuum. Vnum te eſſe cum patre ipſe dixiſti, quia hoc credidit Petrus,
claues regni cœlorum accepit, & ſui ſecurus peccata donauit. Quia hoc non credi-
dit Iudas, impietatis ſuæ ſe laqueo ſtrangulauit. O dura infidelium ſaxa uerbo-
rum, O informem laqueum proditoris, ſed deformius precium Iudæorum, argen
tum improbum, quo aut emitur ad necem iuſtus aut uenditur. Ioſeph uenditus,
emptus Chriſtus, alter ad ſeruitutem, alter ad mortem. Deteſtabilis hæreditas, fe-
ralis auctio, quæ aut fratrem uendit iniuriæ, aut dominum licitatur exitio, ſalutis
omnium redemptorem. Duo igitur quæ præſtantiora ſunt omnibus, Iudæa uiola-
uit, fidem atq; pietatem, ſed in utroq; Chriſtum fidei & pietatis autorem. Nam &
D in patriarcha Ioſeph typus Chriſti fuit, & in ueritate ſui corporis Chriſtus: Qui nõ
rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed formam ſerui accepit. Propter la-
pſus uidelicet noſtros ſuſcipiens ſeruitutem, nec refugiens paſſionem, alibi uiginti
aureis emitur, alibi triginta. Quomodo enim poterat uerum eius precium compre
hendi, cuius non poteſt meritum definiri? Erratur in precio, quia erratur in ſtudio.
Viginti aureis in ueteri teſtamento uenditur, triginta in Euãgelio. Precioſior enim
typo ueritas, largior gratia quàm diſciplina. O primior lege præſentia, quia lex pro-
miſit aduentum, legem aduentus impleuit. Viginti aureis emunt Hiſmaëlitæ, tri-
ginta Iudæi. Nec hic figura mediocris. Ad ſacrilegium perfidi largiores quàm ad
ſalutem fideles ſunt. Tamen utriuſq; contractus conſiderari conuenit qualitatem.
Viginti aurei precium ſeruitutis, triginta aurei crucis ſunt. Quamuis enim ſimili
modo aſſumptionis & paſſionis ſint admiranda myſteria, plenitudo tamen fidei
in ſacramento eſt paſſionis. Non minoris quidem æſtimo ſanctæ uirginis par-
tum, ſed gratius benedicti corporis ſacramentum. Quid clementius quàm quod
mihi ſuas donauit iniurias? Plenius tamen eſt, quod tantum contulit nobis, ut qui
moriturus non erat, quia deus erat, noſtra ille morte moreretur, ut nos eius ſpiritu
uiueremus. Deniq; non ocioſe & Iudas Scarioth unguentum illud trecentis dena
riis æſtimauit, quod utiq; ipſius precij definitione crucem uideretur domini decla-
Matt.26. rare. Vnde & dominus ait: Hæc enim mittens hoc unguẽtum in corpus meum ad
ſepeliendum me fecit. Cur igitur Iudas hoc carius æſtimauit? Quia peccatoribus
pluris conſtat remiſſio peccatorum, & indulgentia uidetur eſſe precioſior. Deniq;
Luc.7. habes ſcriptum: Quia cui multum dimittitur plus diligit. Ergo & ipſi peccatores,
domi-

A dominicæ paſſionis quam perdiderunt gratiam confitentur, & teſtimonium ſe-
runt Chriſto, qui Chriſtum ſunt perſecuti. Aut quia in maleuolam animam non
intrat ſapientia, etiam hoc loquebatur proditoris affectu, carius æſtimabat domi
nici corporis paſſionem, ut omnes à fide precij enormitate reuocaret. Ideóque do-
minus gratis ſe obtulit, ne quem reuocaret à Chriſto paupertatis neceſſitas. Patri
archæ eum uili uendiderunt ut omnes emerent. Eſaias dixit: Quicunque non ha- Eſa.55.
betis argentum, uenite emite & bibite. Et manducauerunt & ſaciati ſunt in deſerto
ut eum acquireret qui non habebat argentum. O Iuda proditor, unguentum paſ-
ſionis eius trecẽtis denarijs æſtimas, & paſſionem eius triginta denarijs uendis. Di
ues in æſtimatione, uilis in ſcelere. Ergo non omnes eodem precio emunt Chriſtũ.
Alio emit Fotinus qui ad mortem emit, alio Arrianus qui emit ad iniuriam, alio
catholicus qui emit ad gloriam. Sed emit ſine precio, ſecũdum quod ſcriptum eſt:
Qui non habet pecuniam emat ſine precio. Non omnes inquit, qui dicunt mihi do Matth.7.
mine domine intrabunt in regnum cœlorum. Et ſi multi ſe nominent Chriſtianos,
nomen uſurpant, non omnes mercedem habent. Et Cain obtulit ſacrificium, & Iu Luc.22.
das accepit oſculum, ſed audiuit, Iuda oſculo filium hominis tradis? hoc eſt amo-
ris pignore ſcelus imples, & pacis inſtrumento odia ſeris, & charitatis officio mortẽ
irrogas. Ergo nec Arriani ſibi uſurpato nomine blandiantur, quia chriſtianos ſe eſ-
ſe dicunt. Reſpondebit eis dominus: Nomen meum prætenditis & ſubſtãtiam de-
negatis, ſed non agnoſco nomen meũ ubi non eſt mea ſempiterna diuinitas. Non
eſt nomen meum quod à patre diuiditur, ab ſpiritu ſeparatur, nõ agnoſco nomẽ
B meum ubi non agnoſco doctrinam meam, non agnoſco nomen meum, ubi non
agnoſco ſpiritum meum. Neſcit enim ſe ſpiritus patris comparare ſeruitijs quæ cre
auit. De quo multa diximus.

Collectio, quia ſpiritus deus, quoniam & ſine peccato eſt & peccata do-nat, & creator eſt & ſeruimus ei & adoratur. Hæc enim o-mnia dei ſunt, & quia à morte ſu-ſcitat. Caput XIX.

ASSVMAM tamen, ut in fine quæ diſperſe dicta ſunt expreſſius colliga
mus, cum ex cæteris, tum ex quatuor iſtis præ cæteris manifeſta diuini-
tatis gloria cõprobatur. Deus enim ex eo cognoſcitur, aut quia ſine pec-
cato eſt, aut quia peccata condonat, aut quia creatura non eſt, ſed creator
eſt, aut quia non adorat ſed adoratur. Sine peccato itaq; nemo eſt, quia nemo ſine
peccato niſi unus deus. Peccata quoq; nemo cõdonat, niſi unus deus, quia æque ſcri
ptum eſt: Quis poteſt peccata donare niſi ſolus deus? Creator quoque omnium Luc.5.
non poteſt eſſe niſi qui creatura nõ eſt, qui creatura autem non eſt, ſine dubio deus
eſt, quia ſcriptũ eſt: Seruierũt creaturæ potius q̃ creatori, qui eſt deus benedictus in Roma.1.
ſecula. Deus quoq; non adorat ſed adorat, quia ſcriptũ eſt: Dñm deũ tuum adora
bis & illi ſoli ſeruies. Conſideremus ergo utrũ horũ aliquid habeat ſpiritus ſanctus
quæ teſtimonium afferant diuinitatis. Primum igitur de eo tractemus, quia ne-
mo ſine peccato niſi unus deus. Exigamus ut doceant quod peccatũ habeat ſpiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sanctus. Sed docere non possunt, & autoritatem requirunt, ut lectione doceamus, quia non peccauit spiritus sanctus sicut de filio lectum est, quia peccatum non fe-
Sap.7. cit. Et hoc accipiant scripturarum autoritate nos docere. Scriptum est enim: Quia in sapientia est spiritus intelligentiæ, spiritus unicus, multiplex, subtilis, bene mobilis, disertus, immaculatus. Immaculatus dicit scriptura: Nunquid mentita est de filio, ut de spiritu credas esse mentitam? Dixit enim Propheta in eodem loco de sapiētia, quia nihil maculosum in illam incurrit. Ipsa immaculata est, & immaculatus eius est spiritus. Ergo si peccatum non habet spiritus, deus est. Sed quomodo reus potest esse peccati qui donat ipsa peccata, & peccatum non fecit? Et quia sine peccato est, creatura non est. Omnis enim creatura peccatorum capacitati obnoxia est, sola autem est à peccato immunis & immaculata sempiterna diuinitas. Nunc uideamus utrum peccata donet spiritus. Sed hinc dubitari nō potest, cum ipse dominus
Ioan.20. dixerit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remissa erunt. Ecce quia per spiritum sanctum peccata donantur. Homines autem in remissionem peccatorum ministerium suum exhibent, non ius alicuius potestatis exercent. Neque enim in suo sed in patris & filij & spiritus sancti nomine peccata dimittūtur. Isti rogant, diuinitas donat: humanum enim obsequium, sed munificentia supernæ est potestatis. In baptismo quoq; peccata donari non est ambiguum. In baptismo autem operatio patris & filij & spiritus sancti est. Ergo si peccatum non habet spiri-
Mar.2. tus, cum scriptum sit: Quis potest dimittere peccata nisi unus deus, utiq; qui nō potest ab unitate naturalis nominis separari, non potest etiam à dei potestate secerni.
D Si autem à dei non secernitur potestate, quomodo à dei appellatione secernitur? Videamus nunc utrum creatura sit an creator. Sed cum supra creatorem euidentissime probauerimus, quia scriptum est: Spiritus diuinus qui fecit me, & inuari faciem terræ per spiritum, & sine spiritu facessere omnia declaratum sit, apparet spiritum esse creatorem. Sed quis hoc dubitet, quando sicut supra ostendimus, ne domini quidem ex uirgine assumpta generatio, quæ præstantior omnibus creaturis est, operationis exors sit spiritalis? Non ergo creatura spiritus, sed creator est, qui autem creator, nō utiq; creatura. Et quia creatura non est, sine dubio creator est omnium qui patri & filio cooperator est in omnibus. Si autem creator, utiq; dicendo Apostolus, in condemnationem gētilitatis, quia seruierunt creaturæ potius quàm creatori qui est deus benedictus in secula, suadendo quoq; ut supra docuimus seruiendum esse spiritui sancto, & creatorem ostendit, & quia creator est deum appellari debere monstrauit. Quod etiam in epistola quæ ad Hebræos scripta est com-
Heb.3. prehendit dicens: Quoniam qui omnia creauit deus est. Aut dicant igitur quid sit quod sine patre & filio & spiritu sit creatum, aut spiritum quoq; unius cum patre & filio deitatis esse fateantur. Adorandum quoq; docuit, quem dominum & deum dixit. Qui enim deus uniuersitatis & dominus, utiq; ab omnibus adorādus est. Sic
Matt.4. enim scriptum est: Dominum deum tuum adorabis & ipsi soli seruies. Aut dicant
Heb.1. ubi legerint, quia adorat spiritus. Dictum est enim de dei filio: Adorent eum omnes angeli eius. Non lectum est adoret spiritus. Quomodo enim potest adorare, qui non inter famulos & ministros est? Sed cum patre & filio seruitia habet subie-
Phil.3. cta iustorum, quia scriptum est: Spiritui dei seruimus. Adorandus igitur est nobis, cui seruiendum à nobis Apostolus docuit. Cui autem seruimus hunc & adora-

A mus. Iuxta quod scriptum est, ut eadem sæpe repetamus, Dominum deum tuū adorabis, & illi soli seruies, quanquam & hoc non prætermiserit apostolus, quin & spiritum diceret adorandū. Cum enim docuerimus quia spiritus in prophetis est, nec hoc quisquam possit ambigere, quia per spiritum prophetia datur, utique cum adoratur qui in prophetis est, idem spiritus adoratur. Itaq; sic habes: Si conueniat 1.Cor.14.
uniuersa ecclesia in unum & omnes linguis loquantur, intret aūt idiota aut infidelis, nōne dicent quod insanitis? Sin aūt prophetent oēs, intret aūt quis idiota aut infidelis, conuincit ab omnibus, diudicat ab omnibus. Occulta etiā cordis eius manifesta fiunt, & ita cadēs in faciē adorabit deū pronunciās quod uere deus sit in uobis. Deus est ergo qui adorat, deus qui manet & qui loquit in pphetis, manet aūt & loquit spūs. Ergo & spiritus adorat. Itaq; sicut pater & filius unū sunt, quia filius oia habet quæ pater habet, Ita & spūs unū est cū patre & filio, quia & ipse oia dei nouit. Nō em extorsit ne sit amittētis iniuria, nō rapuit ne dānū sit eius cui uidetur ereptū. Neq; em aut per indigentiā rapuit, aut per excellentiā uirtutis ualidioris extorsit, sed per unitatē possidet potestatis. Ergo si hæc omnia operat, quia omnia operatur unus atq; idem spiritus, quō non deus, quia omnia habet quæ deus habet? Aut cōsideremus quid habeat deus qđ nō habeat spiritussanctus. Habet deus pater diuinitatē, habet & filius, in quo habitat plenitudo diuinitatis, habet spūs, quia scriptum est: Spiritus diuinus qui est in naribus meis. Habet deus ut scrutetur cor/ Iob.27.
da & renes, habet & filius qui dicebat: Quid cogitatis in cordibus uestris mala. Sci Matth.9.
B ebat enim Iesus cogitationes eorum. Habet & spiritus, qui etiam prophetis alieni cordis occulta manifestat, sicut supra diximus, quia occulta cordis manifesta fiant. Et quid miramur si hominum scrutatur occulta, qui scrutatur etiam alta dei? Habet deus ut uerax sit, quia scriptum est: Sit autem deus uerax, omnis autem homo mē- Rom.3.
dax. Et alibi scriptū est: Fidelis deus qui non mentitur. Nunquid mentitur spiritus, qui est spiritus ueritatis, immo quem docuimus ueritatē dictum, quia & ipsum Iohannes ueritatem sicut filium nuncupauit. Et in psalmo ait Dauid: Emitte lucem tuam & ueritatē tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuū Psal.42.
& in tabernacula tua. Si lucem hic filium putas, ergo spiritus ueritas est. Aut si filium putas ueritatē, ergo spiritus lux est. Habet deus nomen super omne nomen, & dedit filio nomen, sicut legimus, ut omnes in nomine Iesu genu flectant. Hoc no- Philip.2.
men utrum habeat spiritus cōsideremus. Sed scriptum est: Ite baptizate gētes in nomine patris & filij & spiritussancti. Habet ergo nomē super omne nomē. Quod ergo habet pater & filius, habet & spiritus per naturalis nominis unitatem.

Quia sicut pater & filius, ita & spiritussanctus suscitat mortuos. Caput XX.

HABES quod suscitat mortuos. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Suscitat autem etiam spiritus per quem deus suscitat, quia scriptū est: Viuificabit & mortalia corpora ue- Rom.8.
stra propter inhabitantem spiritū eius in uobis. Tamen ne infirmā gratiā putes, audi quia & spiritus suscitat. Dicit enim prophera Ezechiel. Veni spūs & Ezech.37.
insuffla in mortuos istos & uiuent, & prophetaui sicut mādauit mihi, & intrauit in eos spūs uitæ, & uixerūt & steterūt in pedibus suis cōgregatio nimis multa. Et infra

deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C deus dicit: Scietis quod ego sum dominus cū aperiam sepulchra uestra. & educam de sepulchris populum meum. & dabo spiritum meum in uos & uiuetis. Vtique cum spiritum suum dixerit, nunquid alium præter spiritum sanctum nuncupauit? Neq; enim flatilem spiritum suum diceret, nec hic spiritus à quatuor mundi posset uenire cardinibus, quia uentorum flatus hic quem uidemus, partis non uniuersitatis est. Et hic spiritus quo uiuimus, singulorum non uniuersorum est. Spiritus autem sanctus est, ut & super omnes & in omnibus sit. Itaque ex uerbis prophetæ spectare licet, quemadmodum ossa dudum resolutorum membrorum compage dispersa in formam rediuiui corporis uiuificante spiritu reuertantur, & in suos artus fauilla concrescat, sensu prius animata coëundi, quàm specie reformata uiuendi. Nónne in facti similitudine, unitatem diuinæ recognoscimus potestatis? Sic suscitat spiritus sicut & dominus in passione propria suscitauit, cum subito in momento oculi defunctorum sepulchra patuerunt, & rediuiua corpora surrexere de tumulis mortis, quæ fœtore deteri, ac uitæ odore reparato expirantium facies receperunt: Habet ergo spiritus quod habet Christus. Habet igitur quod habet deus. Omnia quæ habet pater, habet filius. Ideoq; dixit:
Ioan.16. Omnia quæ habet pater mea sunt.

Quia spiritus in dei sede, & unum regnum patris & filij & spiritussancti indiuisum. Cap. XXI.

Apo.22 D NEC illud mediocre, quod de throno dei exire fluuium legimus. Sic enim habes dicente Iohanne Euangelista: Et ostendit mihi flumen aquæ uiuæ, splendidum tanquam crystallum procedens de sede dei & agni, in medio plateæ eius & ex utraq; parte lignum uitæ, faciens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum, & folia ligni ad medicinam omnium gentium. Hic est utiq; fluuius de dei sede procedens, hoc est spiritussanctus quem bibit qui credit in Christum, sicut ipse ait: Qui sitit ueniat ad me & bibat qui credit in me sicut dicit scriptura, Flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ.
Ioan.7 Hoc autem dicebat de spiritu, Ergo flumen est spiritus. Hic igitur est in dei sede. Neq; enim aqua abluit dei sedem. Denicq; Dauid non supra sedem dei dixit, sed
Psal.148. supra cœlos esse, quamlibet illam intelligas aquam. Quia scriptū est: Et aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini. Laudent dixit, non laudet. Nam si aquæ elementum uoluisset intelligi, laudet utiq; dixisset. Dicendo autem pluraliter, uirtutes uoluit æstimari. Et quid mirum si in sede dei spiritus sanctus est, cum ipsum re-
Rom4.14 gnum dei operatio spiritus sit. Sicut scriptum est: Quia non est regnum dei esca & potus, sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto. Et ipse cum dicit saluator:
Luc.11. Omne regnum in seipsum diuisum destruetur: Deinde subijciendo: Quod si in spiritu dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei. Ostendit regnum sibi indiuisum esse cum spiritu. Quid autem dementius quàm ut neget quisquam Christo conregnare spiritum sanctum, cum etiam nos in Christi regno conregna-
2.Tim.2. turos Christo Apostolus dicat? Si enim commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus. Sed nos per adoptionem, ille per potestatem, nos gratia, ille natura. Habet igitur consortium regni cum patre & filio etiam spiritus sanctus, qui unius naturæ, unius dominationis, unius etiam potestatis est.

Quia

A

Quia dominus sabaoth etiam spiritussanctus. Caput. XXII.

TAQVE cum habeat consortium regni, quid obstat quo minus spiritum sanctum intelligamus, à quo Esaias missus est? Neq; enim Paulo possumus autore dubitare, cuius sententiā in Actibus Apostolorū Lucas euangelista sic probauit ut scriberet. Deniq; sic habes dicēte Paulo: Act.28
Bene locutus est spiritus per Esaiam ad patres nostros dicēs: Vade ad plebē istam & dic: Aure audietis & nō intelligetis, & uidētes uidebitis, & nō aspicietis. Spūs ergo est qui misit Esaiam. Si spūs misit, spūs est utiq; quem mortuo Ozia rege uidit Esa.6.
Esaias quādo dixit: Vidi dūm sedentē super thronum excelsum & eleuatum, & plena erat domus maiestatis eius, & seraphin stabant in circuitu eius, sex alæ uni & sex alæ alteri, & duabus uelabant pedes, & duabus uelabāt faciē, & duabus uolabāt & clamabant alter ad alterū & dicebāt: Sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus sabaoth, plena est uniuersa terra maiestate eius. Si stabant seraphin, quō uolabant? Si uolabant, quō stabant? Si hoc nō possumus cōprehendere, quō deum comprehendere uolumus quē non uidemus? Sed sicut rotā intra rotam uidit propheta currentem, quod utiq; nō ad corporalis refertur speciem uisionis, sed ad utriusq; gratiam testamenti, eo q; teres uita sanctorum sit, & ita sibi concinens, ut superioribus posteriora
B respondeant. Rota igitur intra rotam est uita sub lege, uita sub gratia, eō quōd Iudæa intra ecclesiam sit, lex intra gratiam. Nam intra ecclesiam est, qui Iudæus est in occulto, & circuncisio cordis intra ecclesiæ sacramentum est. Sed illa Iudæa intra ec- Psal.75.
clesiam, de qua scriptum est: Notus in Iudæa deus. Ergo sicut rota intra rotam curit, similiter alæ stabant & alæ uolabant. Similiter & seraphin duabus alis faciem, & duabus alis pedes uelabant, & duabus uolabant. Nam hic quoq; spiritalis sapientiæ sacramentum est. Stabant tempora, uolabant tempora. Stant præterita, uolant futura. Et quasi alæ seraphin, ita faciem dei uel pedes uelant, eo quod in deo qui nec principium nec finem habet, omnis ab hac cognitione principij eius & finis cursus temporum feriatur. Stant ergo præterita uel futura, præsentia uolant. Ne quære principij eius uel finis arcana quæ non sunt. Habes præsentia, sed laudato, non discute. Seraphin indefessis uocibus laudant, & tu discutis? Quod utiq; cum faciunt ostendunt nobis non aliquando discutiendum deum, sed semper esse laudandum. Ergo dominus sabaoth, & spiritussanctus est.

Quia omnipotens etiam spiritus dei. Caput XXIII.

NISI forte displicet impijs doctor quem Christus elegit, aut dominum uirtutum negare possunt spiritumsanctum, qui donet quas uoluerit ipse uirtutes. Nunc unitatem maiestatis licet in patre filioq; & sancto spiritu cognoscere. Nam plericq; dicūt patrem deum ab Esaia hoc tempore uisum. Paulus spūm dixit, Lucas ꝓbauit, Iohānes euangelista ad filiū retulit. Sic em̄ scriptū est de filio: Hæc locutus est Iesus & abijt & abscondit se ab his. Cum Ioan.12.
aūt tanta signa fecisset corā eis non credebant in eum, ut sermo Esaiæ impleret quē dixit: Dñe quis credidit auditui nostro & brachiū dñi cui reuelatū est? Propterea Esa.53.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

C non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum & indura uit cor eorum, ut non uideant oculis & corde intelligant & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando uidit maiestatem eius, & locutus est de eo. Ipsa uerba dixit Iohannes dixisse Esaiam, & maiestatem ei filij apparuisse euidentissime reuelauit. Paulus autem spiritum hæc dixisse memorauit. Vnde igitur ista diuersitas? Diuersitas quidem uerborum non sensuum est. Nam licet diuersa dixerint, nullus errauit, quia & pater uidetur in filio qui dixit: Qui me uidet, uidet & patrem, Et filius uidetur in spiritu, quia sicut nemo dicit dominum Iesum nisi in spiritu sancto, ita non carnali oculo, sed spiritali gratia Christus uidetur. Vnde & scriptura ait: Surge qui dormis & exurge à mortuis & illucescet tibi Christus. Et Paulus cum oculos perdidisset, quomodo nisi in spiritu Christum uidebat? Vnde & dominus ait: Ad hoc enim tibi uisus sum ut constituerem te ministrum & testem quibus uidisti me & in quibus uisurus es. Nam & prophetæ spiritum accipiebant, & Christum uidebant. Vna igitur uisio, una præceptio, una maiestas. An negas etiam dominum maiestatis esse spiritum sanctum, cum dominus maiestatis sit crucifixus, quia natus est de spiritu sancto & uirgine Maria, quia non alter Christus, sed unus est, & ante secula ex patre, ut dei filius sit natus in seculum, ut homo carnis assumptione generatus. Quid autem dicam, quia sicut pater & filius, ita etiam spiritus immaculatus est & omnipotens, quia omnipotens spiritus dei, quia græce παντοδύναμον, παῦ ἐπίσκοπον, Salomon dixit, eo quod omnipotens & speculator sit omnium, sicut lectum est in libro Sapientiæ, supra est demonstratum. Ergo & spiritus in honore est & in maiestate. Intuere nunc, ne quid eum forte non deceat, aut si tibi displicet Arriane, detrahe eum de patris filijq; consortio. Sed si detrahere uolueris, cœlum supra te uerti uidebis, quia uirtus eorum omnis ab spiritu est. Si detrahere uolueris, in deum tibi prius mittenda est manus, quia deus spiritus. Sed quomodo detrahes eum, qui alta scrutatur dei?

Iodn.14.
1.Cor.12.

D

FINIS.

CAPITA LIBRI DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARRIANOS.

Quod nihil periculosius ijs hæreticis esse possit, quibus multa nobiscū paria sunt, qui cum integre per omnia decurrere uideantur, uno tamen uerbo meram ac simplicem fidem inficiunt. Quodq; sublato nomine substantiæ quod isti de Euangelica & Apostolica fide patrumq; traditione auferre uolunt, subtiliter Arriana hæresis intromittatur. Et qua ratione istud nomen tollere laborauerint. Caput. I.

De confutatione hæresis Arrianorum per firmissimas rationes & euidentia sacræ scripturæ testimonia, eo quod ita deum filium de deo ponant, ut ex deo factus sit, non ex deo natus, & quod homousion, id est, unius substantiæ uocabulum auferant, illamq; sapientiam quæ dei filius est creaturam intelligant. Caput. II.

De destructione rationum, quibus Arriani errorē suum defendēre conātur, præcipue

A pue dicentes ideo homousion nominari non oportere, quia in scripturis diuinis non contineatur. Cap. III.

Quo argumento Arriani deum non esse substantiam probare contendant, & de subtili illius dissolutione. Ca. IIII.

Quod cum unitas substantiæ in patre & filio non solum prophetica, sed & euangelica autoritate comprobetur, non possit dici in scripturis diuinis homousion non inueniri. Et quæ sit ratio nominis. Quod præterea si ad aliquam similitudinem uelit Arrianus in deo comparationem facere, nō possit expressius comparatum diffinire, nisi cum dicat lumen ex lumine. Cap. V.

Quid sit deus, & utrum ei aliquid possit comparari. Quemadmodum etiam ratio quædam sit quæ apud græcos logos nominatur, quæ inter patrem & filium personas uel uocabula distinguit. Et quod illa ratiō multis nominibus appelletur, ac qua de causa singula de filio dicantur. Cap. VI.

De remotione occasionis erroris quam hæreticus Arrianus ex hoc sapere posset, quod duo nomina uel duæ personæ, id est patris & filij statuuntur, quasi duo dij dicantur. Cap. VII.

De apertione totius mysterij hæresis Arrianæ cur noluerit filium de substantia patris credi, & de responsione ad motiua Arrianorum, quodq; multum intersit inter ea quæ facta sunt, & eum qui omnia fecit. Et quemadmodum in multis ac uarijs figuris deus se patribus præostenderit, qui tamen secundum deitatem uideri non potuit. Cap. VIII.

B

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARRIANOS. LIBER VNVS.

Quod nihil periculosius ijs hæreticis esse possit, quibus multa nobiscū paria sunt, qui cum integre per omnia decurrere uideantur, uno tamen uerbo meram ac simplicem fidem inficiūt. Quodq; sublato nomine substantiæ quod isti de euāgelica & apostolica fide patrumq; traditione auferre uolunt, subtiliter Arriana hæresis intromittatur. Et qua ratiōe istud nomen tollere laborauerint. Caput. I.

MVLTAS quidem & graues hæreses nouimus à plurimis ebullire & ueneni uice ad intimum pectus, canceris sui uirus infundere. Sed uinci illi uel facile possunt, uel facile uitari, quorum prima propositione omne consilium pectoris proditur. At uero hi quibus multa nobiscum paria sunt, facile possunt innoxias mentes & soli deo deditas, fraudulenta societate percutere, dum malo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rum ſuorum uirus per bona noſtra defendunt. Nihil enim periculoſius his hæreticis eſſe poteſt, quàm qui cum integre per omnia decurrant, uno tamen uerbo, ac ſi ueneni gutta meram illam ac ſimplicem fidem dominicæ & exinde apoſtolicæ traditionis inficiant. Vnde uehementer nobis cauendum eſt, ne ſe uel ſenſibus uel auribus noſtris huiuſmodi aliquid latenter inſinuet, Quia nihil tam cogit in mortem quàm ſub obtentu fidei fidem uiolare. Vt enim gypſum aqua permixtum, lac colore mẽtitur, ita hic per ueriſimilem confeſſionem traditio inimica ſuggeritur. Quare non ſimilitudo cõfeſſionis, ſed ſenſus mentis eſt ponderandus quo confeſſio ipſa firmatur. Deniq; ſi diligentius & accuratius attendatis, cur uoluerint de euangelica & apoſtolica fide & de patrum traditione ſubſtantiæ nomen auferri, procul dubio probatis hæreſim Arrianam ſubtili compendio breuiatam, ſublato hoc nomine intromiſſam. Nec hoc quidem ego ſuſpicione aut opinione collectum affirmo, Nec uti ipſi putant Academicus diſputator aſſiſto, ut ſimplices ſenſus uerborum ſubtilitate contorqueam, ſed ut contortos & prauos tenui argumento compoſitos in lucem cognitionis exponam, quo facilius poſſit cognita & comperta iniquitas ab hominibus euitari. Quæ etenim cauſa, quæ ue ratio extitit, ut quod docendum & quod credendum cunctis eccleſijs fuerat traditum, quodq; patres noſtri apoſtolici uiri contra uniuerſas hæreſes, & maxime Arrianam, quaſi quendam obicem ueritatis, quo omnes aditus peſtiferæ doctrinæ obſtruerẽt, ſancto ſpiritu mundati, catholica ratione poſuerũt, non ſine magno niſu ab his q tũc elogio Arrianæ labis addicti ſunt, laboretur auferri, niſi ut filium dei mutabilem & conuertibilem,

D utpote non de propria patris ſubſtantia cõſtitiſſe confingant: cui & initium ex tempore, & ortum ex nihilo, nomen ex altero, ut ſemper docuerunt, propter quod & ſæpe damnati ſunt, nunc iam libere & ſecure incunctanterq; eccleſijs tradere & inſinuare poſſint.

De confutatione hæreſis Arrianorum per firmiſſimas rationes & euidentia ſacræ ſcripturæ teſtimonia, eo quod ita deum filium de deo ponant, ut ex deo factus ſit, non ex deo natus. Et quod homouſion, id eſt, unius ſubſtantiæ uocabulum auferant, illamq; ſapientiam quæ dei filius eſt creaturam intelligant. Cap. II.

VIDETIS ergo omnia eos in tractatu ipſorum, non euangelica fide, ſed ſubdola malignitate ad ſeducendos ſimplices quoſq; poſuiſſe. Non iam tam ſuſpectum quàm manifeſtum omnibus eſſe debet, ita eos deum de deo poſuiſſe, ut Arrius tradere ſolebat, ut ex deo factus ſit, non ex deo natus. Qui ſi natus eſt, unius ſubſtantiæ eſt, Si factus eſt, uerus filius non eſt. Et ſi uerus filius non eſt, nec uerus deus eſt. Aut ſi uerus deus eſt, & de patre non eſt, duo ſunt habentes ſinguli & uoluntates proprias & imperia diuerſa. Vel ſi concordia tantum & ſocietate unum ſunt, non tamen & ſubſtantia, uerus, ut iam dixi, deus non eſt. Sic erit deus ut Moyſes Pharaoni, poteſtate, non genere. Fi-
Eſa.1. lius quoq; ita credendus erit ut per Eſaiam populo dictum eſt: Filios genui & exal-
Pſal.81. taui. Et alibi: Dij eſtis & filij altiſſimi omnes. Sed & primogenitus ita habebitur, quomodo & Iſraël à deo primogenitus filius appellatus eſt. Necnon & primogenitus

A nitus totius creaturæ, quaſi in ordine factorum primogenitus habeatur, ut ex eo ſeriem quandam creandis mundi rebus aſſignent. Deniq; ſublato homouſion, id eſt unius ſubſtantiæ uocabulo, ſimilem geſtori ſuo poſuerunt, cum aliud ſit ſimilitudo aliud ueritas. Nam & homo ad imaginem & ſimilitudinem dei factus eſt, Nec tamen deus eſt. Nec quod deus eſt, homo extitiſſe credendus eſt: Ita & filium dei ſimilem uolunt, ut eum aliunde ſimilem non de ipſa una ſancta & beata patris ſubſtantia dicant. Qui ſi de patris ſubſtantia non eſt, ἐξ οὐκ ὄντων eſt, id eſt de nullis extantibus ut idem Arrius tradidit. Sublato enim, uel id quod pater eſt, undecunq; fuerit filius, neceſſe eſt ut & initium ex nihilo & ortum ex tempore habeat. Nihil eẽ ſine initio niſi ſolus deus. Vnde & filius ſiue ipſe dominus ait: Ego & pater unũ Ioan.10.
ſumus. Qd' ideo dixit, ut duarum perſonarum uocabula in unius deitatis maieſtate monſtraret. Sicut & Propheta ex uoce dei: Eructauit, inquit, cor meum uerbum Pſal.44.
bonum, dico ego opera mea regi. Vides ergo hoc uerbum bonum filium dei eſſe, quem non aliunde niſi de paterno pectore (& ut ita dixerim) de utero cordis dei credimus natum. Et proinde eum regem appellat, quia ipſe eſt rex regum. Deum 1.Tim.6.
dominum cui omnia diuina opera ſuccumbunt, qui dixit: Omnia quæ pater habet mea ſunt. De hoc & Euangeliſta: In principio inquit erat uerbum, & uerbum Ioan.16. Ioan.1.
erat apud deum & deus erat uerbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Igitur quod in principio erat, ſemper fuiſſe credendum eſt. Sed nec aliunde eſſe quam ex eo qui principium nõ habet, id eſt de corde patris, q̃ui eructauit, inquit, cor meum uerbum bonum. Non enim dixit: In principio factum eſt uer-
B bum, ſed in principio, inquit, erat uerbum. Quodcunque principium uerbi aſſignare uolueris, præiudicatum habebis, quia in principio inquit erat. Non quod duo principia ex rerum diuerſitate dicamus, ſed quia ſermo filius ſemper cum patre eſt, & de patre natus eſt. Ac proinde cuius origo principium non habet, ſempiternus cum patre credendus eſt, quia nec pater poteſt unquam ſine filio nominari, nec filius ſine patre uocari, ac per hoc ſemper filius, quia ſemper pater. Et deus inquit erat uerbum. Quod deus eſt ſemper eſt, ne ſi ſemper nõ fuerit, uerus deus ſemper eſſe non poſſit. Sicuti & in ſophiæ nomine, quia ſecundum Apoſtolum ipſe eſt
ſapientia patris, Ego, inquit, ex ore altiſſimi prodiui. Nõ ergo aliunde quàm de pa Eccl.24.
tre, quia ſemper cum patre. Et ideo ſapientia dei appellatur, ut nunquam pater ſine ſapientia, hoc eſt ſine filio ſuo fuiſſe credatur. Hæc eſt illa ſapientia ineffabilis quæ initio uiarum dei apud Salomonem uel condita uel genita uel creata deſcribitur, quam tamen ſic conditam dicit ut ſemper eam cum deo fuiſſe oſtendat. Quid eĩ deo dabis, ut initium poſſis ſapientiæ ipſius conſignare? Non enim ita deus ſapientiam ſuam cõdidit quaſi aliquando ſine ſapiẽtia fuerit. Sed cum initio uiarum ſuarum dicat, initium motus operis alicuius oſtendit, ut hoc initium habeat ſapientia dei, quod de deo proceſſit ad creanda omnia, tam cœleſtia quàm terreſtria, nõ quo cœperit eſſe in deo. Creata eſt ergo ſapientia, immo genita, non ſibi quæ ſemper erat, ſed his quæ ab ea fieri oportebat, ut quia quanta & qualis eſſet ſciri non poterat, de effectu operum ſuorum uirtus eius & potentia noſceretur, ut quod de conditis æſtimamus, tunc magis timeremus cum facta miramur. Cæterum ſi tu ita creatam ſapientiam dicas, ut filium dei creaturã intelligas, occurrit tibi Apoſtolus, con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C demnans eos qui creaturam colunt dicens: Propter quod tradidit illos deus in de/
Rom.1 ſiderium cordis eorum in immundiciam, ut contumelijs afficiant corpora ſua in ſe
metipſis. Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium,& coluerunt & ſeruie/
runt creaturæ potius q̄ creatori,qui eſt benedictus deus in ſecula. Hæc eſt inquam
illa ſapientia dei quæ dicit:Ego ex ore altiſſimi prodiui,uniuerſitatis conditrix & ef/
fectrix,id eſt filius dei per quem omnia,& in quo omnia, quia ut Apoſtolus dixit:
In ipſo conſtituta ſunt uniuerſa in cœlis & in terra,uiſibilia & inuiſibilia,ſiue throni
ſiue dominationes,ſiue uirtutes,ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum
& in ipſo condita ſunt,& ipſe eſt ante omnia,& omnia in ipſo conſtant.Hæc & Sa/
Sap.7. lomon: Cum ſit,inquit, una, omnia potens & permanens in ſe, omnia innouat &
per nationes in animas ſanctas ſe tranſfert.Quod confirmans Apoſtolus ait, in in
teriore homine habitare Chriſtum, ut per quem à principio omnia facta ſunt, per
ipſum & in fine cuncta ſaluentur.

De deſtructione rationum, quibus Arriani errorem ſuum defendere conantur,præcipue dicentes ideo homouſion nominari non oportere, quia in ſcripturis diuinis non contineatur. Cap. III.

Phil.2. SED dicis mihi, homouſion unius ſubſtantiæ nomē ob hoc potius ado
rent quàm creatorem ſeruientes.Eadem utiq; Apoſtolus qui dixit: Vt
in nomine Ieſu omnes genu flectant,cœleſtium,terreſtrium,& inferno
rum,& omnis lingua confiteatur.Et Moyſes:Adorent,inquit,eum om
Pſal.71. nes angeli dei. Et Dauid: Omnes reges adorabunt eum. Quod quidem in ſcri/
D pturis non diceretur,ſed quia ipſe eſt ſermo filius omnium opifex. Sed dicis ho/
mouſion nominari non oportere,quia in ſcripturis diuinis non contineatur. Quæ/
ro & ego homo qui hoc prohibes,ſi ideo nominari non debet, quia ſcriptum non
eſt,an quia ita credi non liceat? Quod ſi ita credendum eſt,cur nō ita profitendum?
Rom.10. Corde enim,inquit,Apoſtolus creditur ad iuſticiam,ore autem confeſſio fit ad ſa/
lutem.Aut ſi ideo nominandum non eſt,quia nec ita credendum, obtinuit Arria/
næ labis aſſertio,quæ ideo patrem & filium unius ſubſtātiæ denegauit,quia filium
dei,modo ex nihilo,modo ex patre,ſed ab alia ſubſtantia quando uoluit, & quo/
modo uoluit,& unde uoluit factum inducit,dummodo aliunde eum, & non de eo
quod pater eſt extitiſſe cōfingat. Quem & ſi natum dicit,ſed hoc dicto genus quia
rurſum omne quod natum eſt factum intelligit,eo quod & nos à deo geniti appel
lemur,quos conſtat eſſe facturam.Vel ſi Arrianus non es, & uerum filium de uero
patre natum non factum agnoſcis,cur non eum cum patre unam ſubſtantiam di/
cis? Fruſtra times homo profiteri quod credis, & fruſtra credis ſi ita non credis, &
merito hæreticus denotaris.Et quanquam immutaueris dictum, quo putaris pro/
hibuiſſe dei filium nuncupari facturam,ſed cum ſubiūgis ſicuti aliquid horum qđ
factum eſt,ex aperto oſtendis,nō ob hoc facturam dici noluiſſe,quaſi non debeat
factus intelligi,ſed non ita factum uis ſicut aliquid horum quod factum eſt, ſed ta
men factum.Aliter enim dicis factum, utpote perfectam creaturam, per quem fa/
cta ſunt omnia,dummodo & ipſum factum intelligas,licet non ita ut cætera. Sed
ut ad id reuertar,quod dicis in ſcripturis diuinis homouſion,id eſt,unius ſubſtātiæ
uocabu/

A uocabulum non inueniri,finge hoc interim ſic ſit, eo quod ubicunq; ſubſtantia le/
gitur,res dei non deus accipiatur,quanquam & aliud quod ſcriptum non eſt,pari/
ter profiteari,id eſt deum ex deo,lumen ex lumine, quid ad hæc dicis? Aut to/
tum mecum tene,aut totum omitte.Si enim unius ſubſtantiæ uocabulum inde ti/
mes dicere,quia ſcriptum non eſt,timere identidem debes deum ex deo, & lumen
ex lumine profiteri. Sed ego probo deum de deo,& lumen de lumine, & unius ſub
ſtantiæ uocabulum in diuinis ſcripturis contineri. Cum enim ipſe dei filius qui de/
us eſt,in Euangelio ſuo dicat: Ego de patre exiui,iure & merito deum de deo profi Ioan.16.
temur,quia de deo patre filium dei,deum uerum de deo uero natum eſſe cognoſci/
mus. Sed non eo genere ut nos dij ſumus appellati,uel ut Moyſes Pharaonis de/
us eſt dictus.Sed quia uerus eſt filius, de uero patre natus eſt, uere & confidenter
deus de deo dicendus eſt, ſic & lumen ex lumine. Quod ſcriptum non eſt, mecum
quidem dicis,ſed mecum omnino non ſentis, ut quia ſcriptum eſt de patre: Deus 1.Ioan.1.
lux eſt,quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum,Et lux lucet Ioan.1.
in tenebris,id eſt Chriſtus in cœlo,& tenebræ eam non ſunt aſſecutæ.Hi ſcilicet ho/
mines quorum cor ignorantiæ tenebris obcæcatum eſt, Chriſtum uerum deum &
uerum dei filium non agnouerunt, ſed ipſe dominus: Ego ſum,inquit, lux mundi, Ioan.8.
qui me ſecutus fuerit non ibit in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Ergo quia lu/
men pater & lux filius,recte lumen de lumine. Sed lumē ex lumine ita aſſeris,qua/
ſi à patre qui uerum lumen eſt,aliud lumen ſit factum,quod de ipſa patris ſubſtan
tia non ſit,ſed ſicuti aliud quodlibet lumen,quanquam à deo ſit factum, longe ta/
B men aliud ſit ab eo qui fecerit,& ideo lumen ex lumine non de lumine dicis. Cum
ergo hæc prælocutus ſum,licet mecum non intelligas,tamen quomodocunq; ipſa
pronuncias,cum ſcripta non ſint:An non & unius ſubſtantiæ uocabulum,quod in
ſcripturis non putas contineri mecum pariter profiteris,niſi quia illic habuiſti quo/
modo malignos ſenſus tuos occulta fraude in utroq; contegeres, ſed mecum hoc
ipſum ſono uocis exprimeres, ſed tamen longe dicti intelligentiam ſepares. Si/
cuti & illi hæretici qui reſurrectionem carnis negant ad decipiendas animas ſimpli/
cium,dicunt his quia in carne non reſurgant. Sed ſi diſcutias eos cur hoc dixerint,
cum ſcias illos carnis reſurrectionem omnino negare,dicent tibi: Vticq; ille erit qui
in carne baptizatus non fuerit,ut anima ipſius dum in corpore eſt de morte deli/
ctorum ſuorum,& de ſepulchro criminum per baptiſma in eadem reſurgat. So/
lius enim animæ per lauacri uitalis gratiam reſurrectionem in carne defendent,
nam & ipſius carnis ſalutem excludunt. Et hi per ueriſimilem confeſſionem inno/
centium mentes occulta fraude ſeducunt. Et ut ſolet letale poculum mellis dulce/
dine temperatum ſuauitate fallente perimere, Sic & hoc malum per blandimen/
tum aurium audientium ſenſus quadam labe contaminans contagione uitij ad/
hærentis inficit.

Quo argumento Arriani deum non eſſe ſubſtantiam probare con/ tendant,& de ſubtili illius diſſolutione. Cap. IIII.

DENIQVE & nunc poſſent homouſion ſicuti & cætera uerbotenus no/
minare,ſi haberent quomodo illud ad aliam intelligentiam ſæuo ſenſu

Universidad de Deusto
Biblioteca

C peruerterent. Sed cum uiderint se in hoc uerbo concludi, nullã omnino mentionem huius fieri uoluerunt, ne aut profitendo hoc crederent, aut credentes professi uiderentur, subtili ingenio excusantes, quod aut scriptum nõ esset, aut deum in substantia dici nõ oportere, ne corporeus uideretur. Deus etenim, inquiunt, efficit ut sit substantia, non tamen ut ipse deus in substantia deputetur, quippe aiunt cum omnis substantia contraria recipiat, deus uero qui nihil diuersum admittere potest, in substantia dici non debet. Ignoscerem tibi si hoc simpliciter diceres, si rationem rei uelles scire, si rudis ad hanc quæstionẽ accederes, si non ipse esses qui semper uel de alia substantia uel de nullis extantibus dei filium asserebas. At cum idem ipse sis, qui hinc sæpe conuictus, sæpe confessus, sæpe negasti, sæpe aliter immutando damnatus es, qui etiam nunc in ambitione exagitans turbas omnia, quomodo putas me ignoscere tibi posse frequẽtius eadem retractanti? Sed ne uideatur hæc peruersitas præiudicata magis quàm examinata damnari, breuiter tibi de hac oppositione respondeam. Prohibes itaq; ideo substantiam nominari, quia omne quod substantia dicitur, res ipsa unius generis habeatur. An ignoras aliter cœlestia, aliter terrena constare, sed & in ipsis cœlestibus rebus atq; mundanis magnam differentiam interesse? Aliter enim angeli, aliter singulæ uirtutes constitutionum suarum substantias acceperunt, sicuti Apostolus ait: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum. Sic & in hoc mundo, ut diuersa genera rerum, ita & diuersa corpora animantium, & omnibus sui cuiusq; generis substantia, sicut Apostolus dicit: Non omnis caro eadem caro. Si ergo ea quæ à deo facta sunt diuersas qualitates substan-
D tiarum suarum habent, tu putas in deo talem esse substantiam, qualem habet aliquid horum quod factum est, ut possit cõtraria recipere? Absit. Quæ est enim substantia dei? Ipsum quod deus est simplex, singulare, purum, nulla concretione permixtum, lympidum, bonum, perfectum, beatum, integrum, sanctum, totum. An tu putas inane aliquid esse & uacuum quod est deus? Hoc enim dici blasphemia est, ut inane putetur per quem cuncta constiterunt, qui omnia uerbo edidit, ratione cõposuit, uirtute profecit, cuius nutu & imperio uniuersa reguntur, cuncta deseruiunt.
Exo.3. Et bene quod de deo legis scriptum: Ego sum qui sum, & qui est misit me. Et ipse
Ioan.17. saluator dominus: Hæc est, inquit, uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Est ergo in substantia essentia sua deus, cuius cognitio uita æterna est, qui & tantus est quantum dici non potest. Qui tunc digne æstimatur cum inæstimabilis dicitur, utiq; uelis an nolis. Ergo ipsum quod est, hoc est substantiæ huius rei quæ esse defenditur, quod tamen iam dictum est, quantum & quale sit, nec mente concipi, nec sensu æstimari, nec animo definiri potest, dummodo constet esse quod esse creditur, ut de eo ipso quod deus est, inde sit
Ioan.14. filius, ut uerus sit filius, & uerus sit pater in filio, & filius in patre. Hoc erit homou-
Ioan.10. sion, id est, unius substantiæ cum patre. Sicut ipse dominus ait: Ego in patre & pater in me. Ego & pater unum sumus: Et ego de patre exiui: Et qui me uidet, uidet & patrem. Non immerito, quia filius dei de deo patre natus est, & ideo de unitate substantiæ, & de maiestate deitatis unum sunt. Sicuti & Hieremias propheta-
uit: Quis stabit in substantia domini, & uidebit uerbum domini? Et iterum: Si ste-
tissent

A tissent in substantia mea, & si audissent uerba mea, auertissem eos ab studijs eorum pessimis. Et apud Salomonem: Substantia mea dulcedo mea est.

Quod cum unitas substantiæ in patre & filio non solum prophetica sed & euangelica autoritate comprobetur, nõ possit dici in scripturis diuinis homousion non inueniri. Et quæ sit ratio nominis. Quod preterea si ad aliquam similitudinem uelit Arrianus in deo comparationem facere, non possit expressius cõparatum definire, nisi cum dicat, lumen ex lumine. Caput V.

VM ergo hanc unitatem substantiæ in patre & filio non solum prophetica sed & euangelica autoritate cognoscas, quomodo dicis in scripturis diuinis homousion non inueniri, quasi aliud sit homousion quàm qd dicit: Ego de deo patre exiui? Et ego & pater unũ sumus: Vel quod prophetæ ex aperto substantiam dei intimant? Hæc est autem nominis ratio, ut in patre & in filio unitatẽ substantiæ credas, licet rem ipsam quæ est inenarrabilis definire non possis, ut siue lumen de lumine dicas, siue uerbum de uerbo, siue spiritum de spiritu, siue dominum de domino, quodcunq; de eo dixeris, unius tamen essentiæ patrem & filium credas, & de eo ipso quod pater est filium intelligas. Nam si aliquam cõparationem de rebus his quæ uidentur in eo facias, ipsa dissimilitudine rerum non rationem ostẽdes, sed altercationem disputationis induces, ut cuius uoce descriptum est, Cui me cõparabitis: ac proinde deus cui assimilari nihil potest,
B sufficiat credi quod ipse sentitur, quem ipse credi se uoluit, nõ indicari. Deniq; si de hoc ipso quod mecum profiteris ad aliquam similitudinem uelis in deo conferre, nescio an quod comparaueris possis expressius definire: ut puta cum dicis lumẽ ex lumine, si ad explanãdum illud scrupulosa narratione cogaris, quæro quomodo lumen ex lumine credas? Vtrum quasi lucernam ex lucerna, uel quasi solem ex sole, ut aut duas lucernas, aut duos soles quasi duos deos sub hoc exemplo inducas: Aut splendorem luminis eiusdem lucernæ uel claritatem solis de eodem sole fulgẽte, lumen de lumine consignes, ut in matricem luminis patris figuram assimiles, filium uero in splendorem claritatis ostendas, quod de eo propheta dixit: Apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Vel Salomon cum dicit: Candor est lucis æternæ & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Vel apostolus hic prædicauerit, saluatorem nostrum imaginem esse inuisibilis dei, eo quod imago lux sua sit quæ de eodem sole procedit. Sed quanta ad hæc responderi possunt, quæ lites generant, quod Apostolus prohibet, longum est dicere: Quippe cum constet lumen illud quod deus est æstimari, comprehendi & definiri non posse. Nec uere aliquid ex his quæ in hoc mundo sunt maiestati diuinæ comparari, quia nihil de omnibus istis quæ uidẽtur aut dicuntur secundum id qd deus est cõdigna similitudine æstimari potest, quippe cum ipsis intellectibus & sensibus maior sit. Idẽ præmonuit ut diuinitatem substantiæ crederes, & uerum filium de uero patre cognosceres. De qualitate autem rei requirere non deberes, quia quale aut quantum sit, scire non possis. Hoc enim prophetæ, hoc apostoli prædicarunt.

Psal.35. Sap.7. Col.1.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit deus,& utrum ei aliquid possit comparari. Quemadmodum
etiam ratio quædam sit quæ apud græcos logos nominatur, quæ inter
patrem & filiũ personas uel uocabula distinguit. Et quod illa ratio mul-
tis nominibus appellet, ac qua de causa singula de filio dicant. Ca. VI.

DENIQVE pro captu,pro uiribus,pro fide nostra intueamur, deus qd
sit,& uideamus an ei aliquid possit comparari. Certe hic est de quo &
cum dicitur,non potest dici. Cum æstimatur,nõ potest æstimari. Cum
comparatur,non potest comparari. Cum definitur, ipsa sua diffiniti-
one crescit. Qui cœlum manu sua operit, pugno omnem ambitum mundi clau-
dit. Quem totum omnia nesciunt, & metuendo sciunt. Cuius nomini & uirtuti fa-
mulatur hic orbis. Et ipsa elementorum sibi succedentium momentanea uicissitu-
do testatur. Vide ergo si potest aliquid esse quo possit pater comparari & filius,
quia talis est filius qualis & pater. Non enim ipse se unum cum patre diceret,nisi ta-
lem se qualis est pater sciret. Ratio quædam est quæ apud græcos logos nuncupa-
tur,quæ inter patrem & filium personas uel uocabula distinguit, quia & ipse filius
ratio dicitur. Quæ tamen ratio multis nominibus appellatur, Modo uerbum,mo-
do uirtus,modo sapientia,modo dextera, modo brachium,modo margarita, mo-
do thesaurus,modo retia,modo aratrum,modo fons,modo petra, modo agnus,
modo homo,modo uitulus,modo aquila,modo leo,modo uia, modo ueritas. Et
ita cum sit deus omnia in omnibus,ut per hæc uocabula diuinarum dispositionum
mysteria cognoscantur,non ut ipsa maiestas filij dei proprie definita monstretur.
D Quid est enim filius de eo quod pater est? Alius idem. Nam & hoc uerbum nun-
cupatur,quia ex proprio diuino ore processit, & nihil pater sine eo aut iussit aut fe-
cit. Virtus dicitur,quia uere de deo & semper cum deo est,& omnis potestas patris
in eo consistit. Sapiẽtia appellatur,quia de corde patris aduenientes,arcana cœlestia
credentibus reserauit. Dextera nuncupatur,quia per eum omnia opera diuina per-
fecta sunt. Brachium dicitur,quia ab ipso omnia continentur. Margarita appella-
tur,ut nihil illo preciosius habeatur. Thesaurus dicitur,ut in ipso omnes opes & di-
uitiæ regnorum cœlestium conditæ agnoscantur. Retia dicitur, quia per ipsum &
in ipso de mari seculi diuersa gentium multitudo sicut piscium per aquã baptisma-
tis in ecclesia congregatur,ubi bonorum malorumq; discrimẽ agnoscitur. Aratrum
nuncupatur,quia signo crucis suæ dura pectora subiiciuntur,ut necessariora in ipsa
præparentur. Fons aquæ uiuæ appellatur, quia ex eo sitientia corda cœlestis aquæ
gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem,incredulis duriciam
præstat. Lapis angularis dicitur, quia utroq; parietes noui & ueteris testamenti
unus & mediator in semetipso continens copulauit. Agnus dicitur, ut innocentia
Christi & passio demonstretur. Homo dicitur,quia secundum carnem propter nos
homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur,quia propter nostram salutem pati su-
stinuit. Aquila dicitur,quia post uenerabilem resurrectionem,ut rex altam ad pa-
tris peruolat sedem. Leo dictus est, quia ipse est rex regum, qui mortem ac zabu-
lum uirtutis suæ potestate comminuit. Via est,quia per ipsum ascensus est. Veri-
tas,quia mendacium nescit. Vita est,quia ipse uniuersa uiuificat. Vides ergo, per
hæc uocabula significationes dispositionum & operum diuinorum præostensas,
non

A non tamen ipsum deum proprie definitum. Est ergo pater deus immensus, æter-
nus, incomprehensibilis, inæstimabilis. Est & filius eius deus & dominus noster,
tantus quantus est & pater, sed non aliunde quàm de patre,quia ego inquit de pa-
tre exiui,hoc est lumen de lumine. Ioan. 16.

De remotione occasionis erroris quam hæreticus ex hoc sapere posset,
quod duo nomina uel duæ personæ,id est patris & filij statu-
unt,quasi duo dij dicantur. Caput VII.

SED ne ex eo occasionem aliquam hæreticus sapiat,cum duo nomina uel
duas personas, id est patris & filij statuo,quasi duos deos dicã,ut illi du
os ex diuersitate confingunt: Nos autem patrem & filium ita nomina-
mus unum deum,ut in his personis & nominibus consignemus. Vide-
rint philosophi, uiderint hæretici discipuli eorum qui potestatum diuersitate uari-
antur. Nobis tamen unus deus est pater, ut apostolus dixit, ex quo omnia & nos 1. Cor. 8.
ex ipso, & unus dominus Iesus Christus deus dei filius per quẽ omnia & nos per
ipsum. Nam duo, quid aliud intelligatur quàm duorum per partes diuisa substã-
tia, & cum omnibus ipsi dissociata natura agendi ac iubendi tam uoluntas quàm
imperia diuisa? Porro pater ac filius & si duæ personæ creduntur, ratione tamen &
substantia unius sunt. Nam inæqualium societas, melioris offensa est, & in iniuri-
am eius qui uerus deus est, non uerus alius comparatur. Cum autem ego patrem
& filium statuo, unitatem generis assigno. Etsi illam in personis diuido, discretio-
nis tamen personarum rursus eadem nomina in unitate sui naturali legis fœdere
B consignãt. Vnde & tantus est filius quantus uidebitur pater, totus de toto,integer
de integro, perfectus de perfecta consummatáque uirtute, sicut apostolus dicit: In
quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Nam & Hieremias receptis Col. 2.
simus prophetarum, hanc unitatem diuinitatis in patre & filio sciens ait: Hic est de
us noster & non deputabitur alius absq; illo,qui inuenit omnem uiam prudentiæ Baruch. 3.
& dedit eam Iacob puero suo,& Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est,& cũ
hominibus cõuersatus est. Et Esaias hoc ipsum prædicat dicẽs: Hæc dicit dominus Esa. 45.
deus: Fatigata est Ægyptus & negociatio Æthiopũ & Sabain uiri excelsi ad te tran
sient,tui erunt serui & post te ambulabunt uincti compedibus & te deprecabuntur
quoniam in te deus est & non est alius deus præter te,tu es enim deus. Quod ne pu
tes me eo supercilio dixisse quo Sabellius fertur,qui ipsum patrem ipsum filiũ pro-
fitetur, non ita nos totum in unam sententiam cogimus, ut aliorum hæreticorum
fraude capiamur. Sed quia in ipso nomine personarum autoritas indiscreta cogno
scitur, & filius non genere sed personaliter à patre nominatur, proinde totum pa-
tri ascribimus quod est filius,& totũ filio quod pater est. Nihil non uidebitur patris
qđ iudicabit filij,nec filij quod defendit patri,quia unitas maiestatis nõ sinit deos
plurali uocabulo appellari,quippe cum constet patrem & filiũ unius esse substãtiæ,
unde uterq; unus deus est dictus, Illud ante cuncta metuentes,quod ubi pater & fi
lius unum non sint,inuidia recurrat autoris interpolata natiuitas. Hoc enim placu-
it hæreticis,ut deus illę oipotẽs inuisibilis immensus degeneraret in filio. Nõ mõ po
test esse de cõditione mutata quasi nõ potuerit pater de semetipso talẽ habere q̃lis
& ipse est. Proide nos uerũ filiũ de uero patre q̃ sp̃ fuit,& est unius substãtiæ cũ pa
tre

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tre defendimus. Et hoc est quod græci homousion appellant, id est, cum uno aliud ipsum, ut personæ audientis nominatim fierent, non ut substantiam uocabula separarent.

De apertione totius mysterij hæresis Arrianæ, cur noluerit filium de substantia patris credi, & de respõsione ad motiua Arrianorum, quodq; multum intersit inter ea quæ facta sunt, & eum qui omnia fecit. Et quem admodum in multis ac uarijs figuris deus se patribus præostenderit, qui tamen secundum deitatem uideri non potuit. Cap. VIII.

SED ut omne mysterium hæresis Arrianæ traducam, cur nolint filium de patris substantia credi, breuiter intimabo. Aiunt enim: Cum sit deus pater omnipotens, inuisibilis, inconuertibilis, immutabilis, perfectus, semper idem, æternus. Filius uero uisibilis, quia sæpe patribus uisus, & conuertibilis atq; mutabilis, quia in uarijs figuris quibusq; sese monstrauit. Qui si de patris, inquiunt, esset substantia, nunquam fieri posset ut ante carnis assumptionem aut uisibilis aut mutabilis cerneretur, quin potius in æqualitate qua pater est permansisset, ex cuius substãtia erat, quia quod de patre est nec uideri nec mutari nec conuerti posse credendum est. Accedit ad causam, cum illapsus est in Mariam, cum uirginis uterum oppleuit, aliud utiq; ex illa quàm quod uenerat natum est. Vnde iam inquiunt corrupta substantia statim uertit ordinem, perdit continuo immutationem, ipsa formando de deo in hominem, de spiritu in carnem. Et
D utiq; translatio omnis interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt: Si filius de patris substantia esset, iam & pater minor uideri substantiæ suæ uel traditione uel fine, & proinde filium ex alia substantia credere maluerunt, quod conuerti & mutari & uideri possit, quia hoc de patris substantia credi non liceat. Hæc est causa erroris, hæc origo hæresis Arrianæ, dum non intelligunt uirtutem dei, neq; tanti sacramenti dispositionem agnoscunt, cur deum humanis conditionibus comparent. Quibus primo respondendum. In loco filium dei non ita uisum ut deus erat, sed ut homo capere poterat de deo. Deinde uarijs figuris non immutabilẽ & conuertibilem ipsum esse, sed hoc esse potentiæ dei, ut cum se singulis pro ut uult reuelare dignatur, habitum mutet non substantiam uertat, nec proprietatem qualitatis amittat, sed iuxta meritum uidentis temperamentum maiestatis adhibeat, ipse tamen idem ut semper est in substantiæ suæ prõprietate permaneat. Sicut scriptum est: Mutabis eos Psal.101. & mutabuntur, tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Nam & si multa sunt ex his quæ in hoc mundo uidentur quæ ex alio conuertantur in aliud ut desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fuerãt, ut limus cum in hominem figuratur, limus esse iam desinit, aut pisces aut aues cum de aqua procedunt ex eo iam non aqua, quia aliud, ut lutum figuli cum solidatur in testam, ut lapis cum dissoluitur decoctus in calcem, ut arena cum mutatur in uitrum & cætera, quæ lõgum est recensere. Sed multum interest stulte hæretice inter ea quæ facta sunt & eum qui oia quemadmodũ uoluit fecit. Quæ facta sunt, ascriptæ conditioni deseruiunt, qui uero fecit suæ uolũtatis & proprij iuris est. Neq; põt in aliud q̃ quod est aliquo cogente mutari, sed prout uult & cui uult se demonstrat. Nam si angeli in figura hominum

A minum sæpe sunt uisi, & tamen aliud non sunt quàm quod se esse norunt, neque substantiam mutant cum formam humani corporis sumũt, quanto magis ipse dominus noster qui omnia fecit, qui ipsis angelis ut hoc possent sua institutione concessit? Huc accedit quod sic filium dei ut iam dictum est uisum à patribus approbamus, ut non totum in illo quod deus est uideretur, sed dispositiones rerum futurarum, quæ suis quibusq; temporibus complenda erant, in illo per imaginem cernerentur. Nam quis filium dei uidere potuit antequam conspicabilem materiam sicut ei placuit assumpsit, uel ipsum hominem induere dignatus est? Qui & si Abraæ uisus est, sed in forma humani corporis uisus est, quo scilicet postremis temporibus in homine uenturus esse demonstraretur. Iacob etiam alibi in angelo, alibi æque uidetur in homine. Qui ideo se in angelo demonstrauit, ut nuncium se magni consilij indicaret. In homine uero cum quo & colluctatus fuisse describitur, ut imaginem futuræ colluctationis quam cum Israël habiturus erat, cum secundum hominem aduenisset indicaret. Sed ut dominum crederet cum quo tanto certamine sub figura hominis luctabatur Israël, id est homo uidens deum, nomen accepit. Vidi, inquit, deum facie ad faciem & salua facta est anima mea: Et ut qui figuram Gen.32. hominis uiderat quam deus dei filius induerat. Moysi in rubo in flamma ignis apparuit ut lumen credentibus, incredulis iudicium demonstraret, quia Christus credentibus salus est, non credentibus pœna, ut Apostolus ait: Alijs odor eius uitæ in 2.Cor.2. uitam, alijs odor mortis in mortem. Populum Israël in columna nubis per diem & Exo.13
B per noctem in columna ignis quasi dux itineris præcedebat, ut baptismi gratiam per nubem & donum sancti spiritus per ignem ostenderet. Quia Apostolus Paulus in nube patres baptizatos scribit. Et spiritum sicut ignẽ esse, apostolorum Acta declarant. Vides ergo per omnia hæretice characteres diuinarum scripturarum in honore dei patribus præostensos, non tamen ipsum deum, ut est, proprie reuelatum. Deniq; dum Moyses oraret ut faciem dei pure uideret, quid ad illum continuo deus? Non poteris, inquit, uidere faciem meam. Non enim uidebit homo fa- Exo.33. ciem meam & uiuet. Hoc ipso quod negatur aspectus, claritas assignatur, quæ scilicet tanta est quanta credenda est quæ inuisibilis indicatur. Cum ergo Moyses & situm cœli & ordines mundi, & elementorum uices, totius deniq; orbis ornamenta digesserit, indicarit, expresserit, cui ipse dominus testimonium perhibuit dicens: Nume.12. Nemo erit ex Prophetis, ut seruus meus Moyses, cui facie ad faciem, ore ad os locutus sum, Deũ tamen pure uidere non potuit, Merito quidem prophetia omnium dignus, sed non usq; adeo ut intueri deum ualeret, quia homo tantummodo esset. Et utiq; hæc omnia filij uerba defendimus, quem in monte Syna cum Moyse locutum esse scimus, qui agendis explicandisq; rebus à patre aduenerat, quia omnia à principio per ipsum & ordinari & explicari & manere conuenerat, ut habendi filij hæc præcipua ratio constaret. Et tamen sic uisus accipitur, ut alicuius conspicabilis ut dixi materiæ dispositione assumpta uideretur, salua scilicet inuisibilitate eius, quam à conspectu omnium maiestas interfusa sepposuit. Non enim sic humanis aspectibus reuelatus est, ut tota in illo deitas appareret, sed ad uicẽ speculi cum conceptos intra lucem suam uultus quasi ad plenam effigiem hominis includit, ita maiestas eius præeunte fulgore intra id uisum esset, quod imaginem ueritatis non

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ipsum deum proprie demonstraret. Sic & cum hominem induere dignatus est, non labem æternitati intulit, ut spiritum in carnem mutaret, sed ut suscepto homini immortalitatem atq; æternitatem cœlestis uitæ præstaret. Nam & si Apostolus semetipsum exinaniisse dicit, formam serui susciipiendo, non utiq; sic exinanitum accipimus ut aliud quàm fuerat idem spiritus fieret, sed ut sepositò interim maiestatis suæ honore humanum corpus indueret, quo suscepto salus gentium fieret. Vt enim sol cum nube tegitur, claritas eius comprimitur non cæcatur, & lumen illud quod toto orbe diffusum claro splendore cuncta perfundit, paruo admodum obstaculo nubis includitur, non aufertur: sic & homo ille quem dominus Iesus saluatorq; noster, id est deus deiq; filius induit, deum tamen in illo non intercepit, sed abscondit. Deniq; cum se in monte paululum extra ipsum hominem extulisset, fulgore luminis eius penè obcæcati Apostoli, in terram quippe homines ceciderunt, periclitati uitam nisi eis dominus compressio rursum maiestatis suæ honore ut mi-
Ioan.1. sericors subuenisset, secundum illam sententiam: Nemo uidit deum & uixit. Vt ergo claritas solis cum usq; ad nostros emicat uisus sibi salua est, quia quod non uidetur infirmitatis est nostræ quorum oculos nubium texit obscuritas, probat se non suo detrimento proprij latuisse fulgoris, sed carnis ut dixi beneficio, cuius causa filij dei, filius hominis esse sustinuit. Nempe enim de spiritu dei uirgo concepit, & quod concepit hoc peperit, id est deum homini suo, ut iam dixi sociatum, sicut ipse dixit:
Ioan.3. Quod nascitur de carne caro est, & quod nascitur de spiritu, spiritus est, *quia deus*
Luc.1. spiritus est, & de deo natus est. Sicut & angelus ad Mariam uirginem dicit: Spiri-
D tus dei ueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit te. Propterea quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Vides ergo ipsum spiritum, id est filium dei uenisse ad uirginem, & inde dei & hominis filium processisse. Nec tamen ipso indumento carnis dei filium esse mutatum, sed eundem ipsum esse in homine qui fuerat ante mundum cum patre, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, sicut euangelista ait: Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Cæterum amentis est credere ab eo posse liberari, qui ut liberaret amissus est, ut nasceretur oppressus est, ut immortalitatem redigeret transiuit ad mortem. Sed absit hæretice ut sensus tuæ iniquitatis à catholicis admittatur. Nos enim credimus immutabilem & inconuertibilem, uerbum & spiritum, id est filium dei, qui cum hominem induit non statum uertit, non ordinem perdidit, non substantiam immutauit, sed illuuias eiusdem corporis æterno claritatis suæ lumine illustrauit, ut ad nos per tramitem corporis eius lux sancti spiritus & æternæ uitæ gratia redundaret. Quem & si passum credimus & sepultum, sed homo ille passus est quem filius dei suscepit, quem induit, quem portauit. Sed quia totum ad autorem referebatur quicquid homo ille patiebatur, ideo mors & passio domini iudicatur: Nam constat immortale esse quod dei est, hominis quod caducum. Tertia quoque die resurrexit, non deus in hominem, sed homo potius in deum. Ascendit in cœlos, obtulit patri suo hominem illum gratissimum munus, consedit ad dexteram patris, secundum
Psal.109. quod scriptum est: Dixit dominus domino meo sede ad dexteram meam. Misit nobis spiritum sanctum de propria sua & ipsa una substantia sua protectorem, sanctificatorem, & deductorem in uitam æternam, sicut scriptum est ex uoce dei:

Effundam

A Effundam de spiritu meo super seruos meos & ancillas meas. Et iterum: Spiritus *Iobel.2.*
ex me prodijt. Et ipse dominus saluatorq; noster: De meo inquit accipiet. Et ex eo utiq; quod est filius, quia & filius de eo quod pater est. Exinde præfinito tempore uenturus uiuos mortuosq; iudicaturus, ut reddat credentibus præmia, non credentibus uero, supplicia. Cuius regnum æternum, immortale, nec initium habet nec terminum, cui est honor & gloria in secula seculorum.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE INCARNATIONIS DOminicæ Sacramento.

De introductione oblationis Cain & Abel ad hæreticorum confutationem. Et qd' sententia qua ad Cain dictum est, Si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti, quiesce, generaliter in omnes extra ecclesiã constitutos sit lata. Ca. I.
De enumeratione hæreticorum in quos superior generalis sententia comprobatur esse lata, cum admonitione ut nos caueamus, ne & alicui nostrum dicatur: Si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti, quiesce. Cap. II.
De comprobatione ueritatis in superiori capitulo assertæ, per testimonium Iohannis piscatoris, & de reprehensione eorum qui recusant audire quæ dicuntur, & intelligere quæ leguntur. Quidq; cauendum & quid credendum sit, circa incarnati uerbi naturam. Cap. III.
B De confutatione diuersorum hæreticorum non distinguentium naturam diuinitatis & corporis Christi, quos superius commemorata sententia comprehendit, cum confirmatione ex confessione Petri, ac testimonio Moysi & Heliæ. Caput. IIII.
Quod confessio Petri non unam tantum, sed omnes hæreses excluserit. Et de mysterijs incarnationis, passionis, mortis, sepulturæ & resurrectiõis Christi, cum redargutione hæreticorum erumnas & cætera quæ corporis uel animæ sunt diuinitati attribuentium. Cap. V.
De illorum qui Christum in phantasmate uenisse & passum esse prædicant, diuersorumq; aliorum hæreticorum condemnatione, ampliori tamen atq; grauiori eorum qui diuinitatem & carnem domini unius esse naturæ asserunt, cum argumentorum suorum dissolutione. Cap. VI.
De autoris excusatione, ac responsione ad obiectionem qua sibi dici posset, quod de patris & filij diuinitate quinq; illis libris quos scripserat, cõdusorem se esse promiserit, cum confutatione erroris eorum, qui animam putant à domino Iesu non esse susceptam, pulcherrimaq; declaratione assumptionis humanæ naturæ. Et quomodo intelligendum sit quod scriptum est: Iesus proficiebat ætate & sapientia. Cap. VII.
De ampliori redargutione eorum qui autorem dicũt ea usurpare quæ scripta non sint, & dei esse substantiam atque naturam, scriptum non esse affirmant. Caput, VIII.
De confutatione & destructione obiectionis præmemoratorum hæreticorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo arguunt quod non possint ingenitus & genitus unius esse naturæ atq; substantiæ,& de exemplari approbatione,cum dicitur genitum,non proprietatem naturæ,sed significationem generationis exprimi.Quodq; appellatione ingeniti & geniti species uideatur esse diuersa, sed tamen indistincta diuinitas. Cap. IX.

De disputatione contra quosdam superiorem sectam sequentes, disputationis tamen genere discordare se putantes, qui filium similem dicunt, sed non unius substantiæ cum patre,& quod cum sit unius naturæ filius cum patre, etiã unius sit potentiæ,& ita omnipotens sicut & pater, quemadmodum etiam spiritumsanctum omnipotentem scriptura testatur. Caput. X.

DIVI AMBROSII ME

DIOLANENSIS EPISCOPI, LIBER DE INCARNATIONIS DOM. SACRAMENTO.

De introductione oblationis Cain & Abel ad hæreticorum confutationem.Et quod sententia qua ad Cain dictum est: Si recte offeras,nõ autem recte diuidas,peccasti, quiesce, generaliter in omnes extra ecclesiam constitutos sit lata. Caput. I.

DEBITVM fratres cupio soluendum, sed hesternos meos non inuenio creditores,nisi forte improuiso conuentu putauerint nos esse turbandos, sed nunquam fides uera turbatur. Itaq; dum illi forsitan ueniunt, ad istos qui propositi sunt deflectamus agricolas, quorum alter, hoc est Cain à fructibus terræ,alter autem Abel uidelicet expertis fructibus ouium suarum hostiam domino obtulit. Nihil in uerbo quod in specie munerum reprehendam, nisi quod & Cain munera sua displicuisse cognouit,& dominus dixit: Si recte offeras, recte autem non diuidas,peccasti. Vbi igitur est crimen,ubi culpa? Nõ in oblatione muneris,sed in oblationis affectu. Sunt quidem qui recte arbitrentur, quia alius quæ offerret elegerat,alius quæ uiliora habuit offerebat.Sed non est ita inops spiritalium sensus in nobis,ut putemus quia dominus corporale sacrificium, non spiritale quærebat.Et ideo addidit: Quiesce,tolerabilius significans abstinere à muneribus deferendis,quàm infideli studio munus offerre.Qui enim nescit diuidere,nescit diiudicare.Spiritalis autem dijudicat omnia.Et ideo Abraam sacrificiũ quod offerebat diuisit.Sciuit etiam Abel diuidere qui ex primitiuis ouiũ obtulit sacrificium, docens non terræ munera placitura deo,quæ degenerauerant in peccatores, sed ea in quibus diuini gratia mysterij refulgeret.Prophetauit itaq; nos per passionẽ dominí

mini à culpa esse redimendos,de quo scriptum est:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccatum mũdi. Vnde & de primitiuis obtulit,ut primogenitum designaret.Ostendit ergo uerum dei sacrificium nos futuros.De quibus propheta ait:Afferte domino filios arietum. Meritoq; dei iudicio comprobatur, quam pũto generalem in omnes extra ecclesiam constitutos latam esse sententiam.Multorum enim hic figuram cerno populorum,quos diuina sententia comprehendit,quorum in illo Cain iam tũc munera refutauit.

De enumeratione hæreticorum in quos superior generalis sententia comprobatur esse lata,cum admonitiõe ut nos caueamus ne & alicui nostrum dicatur:Si recte offeras,recte autem nõ diuidas,peccasti, quiesce. Caput. II.

GENERALIS enim hæc in impios omnes sententia est.Itaq; si Iudæus offerat,qui filiũ uirginis Mariæ à patre deo separat, dicitur ei: Si recte offeras,non autem recte diuidas,peccasti,quiesce.Si offerat Eunomianus,qui ex impietatis Arrianæ fonte progrediens, redundanti perfidiæ suæ labitur cœno,generationem tamen Christi quæ super omnia est asserens ex philosophiæ traditionibus colligẽdam, cum utiq; alia creaturarum sit ratio, alia secretorum potentia diuinorum: & ipsi dicitur:Si recte offeras,non recte autem diuidas,peccasti,quiesce.Dicitur hoc Sabelliano,qui patrem filiumq; confundit.Dicitur hoc Marcionitæ,qui alium putat deum noui,alium ueteris testamenti. Dicit hoc Manichæo,& Valentino,qui non putauerunt ueritatẽ carnis humanæ à Christo esse susceptam.Paulus quoq; Samosatenus & Basilides in eadem sententiæ sorte numerantur.Similiter quoq; eiusdem sententiæ autoritate damnantur, qui diuinitatem sancti spiritus negauerunt.Alij enim quidam uel Arrianorũ Iudæi uel Arriani sunt Iudæorum,quia sicut illi filium à patre,ita & isti spiritum à deo patre & filio dei separant.Nouato quoq; & Donato & omnibus qui scindere corpus ecclesiæ gestierunt uiritim dicitur:Si recte offeras,recte autem non diuidas,peccasti.Ecclesiæ enim sacrificium est quod offertur deo,ad quam Paulus dixit: Obsecro autẽ uos fratres per misericordiam dei,exhibere corpora uestra hostiam uiuam,sanctã, deo placentem.Male ergo sacrificiũ diuiserunt,ecclesiæ mẽbra lacerãdo.Illos quoq; percellit ista sententia qui animã rationalẽ ab incarnationis dominicæ segregant sacramento,naturam hominis ab homine separare cupiẽtes.Et isti fortasse recte offerunt trinitati,sed rationem nesciũt naturæ humanæ diuinæq; distinguere.Dei enim simplex natura est,homo ex anima rationali constat & corpore. Si alterum tollas, totam naturam hominis sustulisti.Aduersus omnes igit hæreses ista sententia est, quæ fraterno nomine,non fraterne ecclesiam persequuntur.Siquidem sub optione nominis Christiani,& quadam nuncupatiua fidei germanitate, parricidalibus gladijs nos cupiunt uulnerare,quia conuersio nostra à deo est, & dominãtur nobis in seculo peccatores.Peccator enim dominatur in seculo, iustus in dei regno. Caueamus igitur ne quis nos à cubiculo regis æterni, & à secreto matris ecclesiæ separare conetur,ad quod illa anima in Canticis canticorum uerbũ dei se introduxisse significat.Caueamus ne à sinu patris & quodã utero paterno arcanæq; naturæ,substantiam unigeniti filij separemus, uerbisq; his quibus ueritas susceptæ incarnationis

Gen.4.

Rom.12.

1.Cor.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C astruitur, diuinæ generationi præiudicia inferre meditemur, ne & nostrũ alicui di-
catur: Si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti, quiesce. Hoc est, si nescia-
mus quæ propria sunt diuinitatis æternæ incarnationisq; distinguere, si creatorem
cum suis operibus cõferamus, si autorem temporum dicamus cœpisse post tempo
ra. Neq; enim potest fieri ut per quem sunt omnia, sit unus ex omnibus.

De comprobatione ueritatis in superiori capitulo assertæ, per testimo
nium Iohannis piscatoris, & de reprehensione eorum qui recusant audi-
re quæ dicuntur, & intelligere quæ leguntur. Quidq; cauendum & quid
credendum sit circa incarnati uerbi naturam. Cap. III.

Ioan. 1. NOLO nobis credatur, scriptura recitetur. Non ego dico à me, quia in
principio erat uerbum, sed audio, non ego effingo, sed lego, quod om
nes legimus, sed non omnes intelligimus. Et cum legitur audimus om
nes, & non audiunt omnes. Incrassatum est enim cor quorundam, &
aures eorum grauiter audierunt, aures scilicet interioris affectus. Non enim caro
peccat quæ suum seruat officium & recipit auditum, sed animus puri auditus pra-
uus interpres, qui recusat audire quæ dicuntur, intelligere quæ leguntur. Quid au-
res tanquam cæra & plumbo dauditis, & tamen dominica beneficia & officia natu
ræ non potestis excludere? Auditis inuiti, auditis fastidientes, auditis ne quod non
audieritis excusare possitis. Auditis ergo cum legitur: In principio erat uerbum,
Quis hoc dicit? Iohannes utiq; ille piscator, sed non quasi piscator hoc dicit, sed
D quasi humani piscator affectus, qui iam non pisces caperet, sed homines uiuifi-
caret. Non suum est quod dicit, sed eius qui uiuificandi ei tribuit potestatem. Pisca
tor enim ipsis quos ante capiebat piscibus, taciturnior erat, & circa diuina myste-
ria magis mutus qui uocis suæ nesciebat autorem, sed uiuificatus à Christo uo-
cem audiuit in Iohanne, uerbum agnouit in Christo: & ideo plenus spiritu sancto,
qui sciret principium non temporis esse, sed supra tempora, reliquit secula & ascen-
dens spiritu super omne principium ait: In principio erat uerbum, hoc est remane-
at cœlum. Nondum enim erat quando in principio erat uerbum. Nam & si cœlum
habet principium, deus non habet. Deniq; in principio fecit deus cœlum & terram.
Aliud est fecit, aliud est erat. Quod fit incipit, quod erat, principium non accepit,
sed præuenit. Remaneant etiam tempora, quia post cœlum tempora. Remaneant
etiam angeli & archangeli, & si principium eorum non inuenio, erat tamen quan-
do non erãt. Non erant enim qui aliquando cœperunt. Si ergo principium eorum
inuenire non possum quos certum est habere principium, quomodo possum uer-
bi inuenire principium, à quo omne principium non solum creaturarum, sed etiam
cogitationum nostrarum omnium præuenitur? Aperte itaq; sempiternam diuini-
tatem eius expresserat. Sed tamen ne quis à patre diuideret uerbi æternitatem, ut
Ioan. 1. eandem crederemus uerbi esse quæ patris est, bonus ille piscator adiunxit: Et uer-
bum erat apud deum, hoc est quod dixerat, sic æstimandum est, Erat uerbum quo
modo erat pater, quoniam cum patre erat & in patre erat, & apud patrem erat sem
per. Nempe quomodo de patre legimus erat, ita & de uerbo legimus erat. Quid
discernis intellectum, qui non discernis auditum? Vbi esse apud patrem est, patris
esse cuiu uerbo est. Legimus enim, quia uerbum erat apud deum. Itaq; si secun-
dum

A dum tuam opinionem aliquando non erat, ergo secundum tuam opinionem & is
in principio non erat apud quem erat uerbum. Per uerbum enim audio, per uer-
bum intelligo, quia deus erat. Nam si sempiternum uerbum esse credidero, quod
credo, non possum de patris æternitate dubitare, cuius æternus est filius. Si tempo-
ralem generationem eius existimo, incipit communitatem habere nobiscum, ut ui
deatur pater esse cœpisse. Sed si de patre non ambigis, quia incipere esse dei non
est, quia dei est sempiternam habere perfectionem, ne forte usu sermonis laberetis
humani dum uerbum dicis & filium, ideo addidit: Et deus erat uerbum: habes uti-
que quod pater quia deus erat. Quomodo huius negas æternitatem, cui unũ cum
patre dei nomen est? Non te sonus capiat, similitudoq; sermonis. Aliud uerbum
est quod tempora habet, quod syllabis colligitur, literisq; componitur, non tale uer
bum filius, quia non talis est pater uerbi. Cauendum ergo ne tibi quæstionem uo
cis corporalis uideamur ingerere, incorporeus est deus. Vocem utiq; incorporeus
corporalem non habet. Si uox corporalis non est in patre, nec filius uerbum est cor
porale. Si corpus in patre non est, nec tempus in patre est. Si tempus in patre non
est, utiq; nec in uerbo est. Quod si nullum principij tempus in uerbo, nec numerus
utiq; nec gradus uerbi est. Quia si numerus in uerbo, ergo multa uerba. Si multa
uerba, multi & filij. Sed unum uerbum est, quod & gradum excludit & numerum,
unum secundum naturam. Ne quærite huiusmodi naturam, nescio multo melius
hoc quàm scio. Hoc solum bene scio, quod nescio quæ scire non possum. Quod ui- 1. Ioan. 1.
dimus, inquit, & quod audiuimus, Iohãnes dicit, hoc solum bene scire se dixit quod
B audiuit & quod uidit, qui in Christi pectore recumbebat. Ergo illi satis est audisse,
mihi non est satis? Sed quod ille audiuit hoc mihi dixit, & quod audiuit à Christo,
hoccine ego possum negare uerum esse de Christo? Ergo quod audiuit audiui, &
quod uidit audiui. Ille enim uidit quod uidit, non utiq; diuinitatem quæ secũdum
naturam suam uideri non potest. Sed quia secundum naturam suam eum uidere
non poterat, suscepit quod erat præter naturam diuinitatis, ut secundum naturam
corporis uideretur. Deniq; spiritus sanctus in specie uisus est sicut columba, quia ui Luc. 3.
deri diuinitas in suæ claritatis ueritate non poterat.

De confutatione diuersorum hæreticorum non distinguentium natu-
ram diuinitatis, & corporis Christi, quos superius commemorata senten
tia comprehendit, cum confirmatione ex confessione Petri, ac testimonio
Moysi & Heliæ. Cap. IIII.

NOLI igitur & tu secundum naturam interpretari, quod præter diuini-
tatis naturam est. Nam & si credas à Christo carnem esse susceptam, &
offeras transfigurandum corpus altaribus, non distinguas tamen natu
ram diuinitatis & corporis, & tibi dicitur: Si recte offeras, non recte au
tem diuidas, peccasti, quiesce. Diuide enim quod meum, diuide quod suũ uerbi est.
ego quod erat illius non habebam, & ille quod meum non est habebat. Suscepit
quod meum est, ut impartiret quod suum est. Suscepit non ut cõfunderet, sed ut re
pleret. Si credas susceptionem, affingas confusionem, Manichæus esse desisti, nec ta
men ecclesiæ filius esse cœpisti. Si credas susceptionem corporis, adiungas diuinita-
tis compassionem, portionem utiq; perfidiæ, nõ perfidiam declinasti. Credis enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quod tibi prodesse præsumis, nō credis quod deo dignū est. Rursus si credas quia idē deus & noui & ueteris testamēti est, tpa aūt uerbo eius & mometa p̄mittas, tole rabilior Valētinus est, q nō secula ante deū, sed deos putat esse q̄d secula sunt. Mi noris em̄ sacrilegiū est, copulari diuinitati secula q̄ præferri. Si credas iterū quia Chri stus principiū nō sumpsit ex uirgine, sed tñ aliquod ante Christū æstimes esse prin cipiū, in tēpore distātia, de impietate cōtentio est. Virginis em̄ supparē negasti esse non tēporis. Ego aūt & supparē uirginis secundū susceptionē corporis nō negabo, & creatorē tēporis cōfitebor. Quid em̄ proficis si dicas, quia Christus hæc an illa sit creatura? Creatura mutat, diuinitas adorat. Noluit se sic Christus agnosci, nec his
Matt.16. tantū quæ supra hominē sunt meritis æstimari. Deniq; cum interrogasset, quē me dicūt esse homines, cū alij dicerēt Heliā, alij Hieremiā, aut unū ex prophetis, nullius sententiā p̄dicauit. Cum Petrus dixisset: Tu es filius dei uiui, hūc solū nō immeritō laudauit. Ergo Ioannes dicit, Petrus dicit, Christus p̄bauit, & tu nō probas Arria ne? Nec Iohāni & Petro putas esse credendum, quos uel solos pro testimonio glo riæ suæ dñs noster Iesus Christus ad omniū fidē credidit abundare? Deniq; quasi ad testimonium ueteris & noui testamēti, Moyses cū Helia assciscit. Cum Iohāne Petrus frequenter adhibet. Petrus dicit: Tu es, nō dicit, tu esse cœpisti. Petrus dicit: Tu es filius dei, non dicit, tu es creatura. Dixit hoc Iohānes. Si adhuc nō credidisti quia non intellexisti mysteriū supra sapientiā recumbētis, repetiuit Petrus. Cōmen dauit utrūq; Christus, alterū iudicio, alterū mysterio: id esse addidit, ut legeres q; in Christi pectore recumbebat, & intelligeres q; eius caput in quo principale omnium
D sensuū est, arcano quodā sapiētiæ replebat. Sed si nō putas intelligendum esse my sterium, saltē noli impugnare iudiciū. Laudat Petrus, quia dei filiū credidit quem uidebat, quia se ab imperitæ plebis rudibus adhuc opinionibus separabat. Deniq; cum interrogasset dñs, quid homines de filio hominis æstimarēt, cum diceret uul gi sententia, Petrus tacebat. Taces ergo Simon, & respondētibus alijs adhuc taces, cum ipse sis primus, qui etiā nō interrogatus interrogas, nec times ne reprehēdaris à dño, quia nō respondes interrogāti. Ideo, inquit, nō respōdeo, quia nō interrogor
Psal.16. meam sed alienā sententiā. Legi em̄: Vt nō loquat os meū opera hominum. Opus aūt est perfidorū, perfidias prædicare. Ergo taceo adhuc, quia nōdum id q̄d sentio interrogor, nō proferā labijs quod animus non probauit. Erit tēpus q̄n respondeā, interrogabor & ipse quid sentiā, tunc demū respōdebo quod meū est. Meū est em̄ fidem loqui, pietatē asserere, gratiā prædicare. Non igit quasi pigrior sensu, uoce tar dior tacet, nec quasi fastidiosus differt uocis obsequiū, sed quasi cautus periculū uul garis opinionis euitat, qui periculū nō euitabat salutis. Deniq; in posterioribus ha bes, qa exiliuit è naui ut occurreret dño, nō gloriæ cupidus, sed obediētiæ prænatu rus. Hic ergo qui ante reticebat, ut doceret nos q; impiorū nec uerbū debeamus ite rare. Hic, inquā, ubi audiuit. Vos aūt q̄d me dicitis, statim loci nō immemor sui pri matum egit. Primatū cōfessionis utiq; nō honoris, primatū fidei nō ordinis, hoc est dicere: Nunc nemo me uincat, nunc meæ partes sunt, debeo cōpensare quod tacui, debet prodesse quod silui. Lingua mea nō habet spinas, sine impedimēto fides de bet exire. Dum alij cœnū, alienæ licet, prolatæ tñ impietatis euacuant, quia aut He liam aut Hieremiā aut unū ex prophetis Christū esse dixerunt, habuit ista uox cœ num, habuit ista uox spinas. Dū alij in hoc labāt cœnū, dū in alijs enodant spinæ,

uox

A uox nostra filiū dei Christū resultet, mihi purus est sermo, cui nullas spinas expres sa reliquit impietas. Hic est ergo Petrus qui respondit præ cæteris apostolis, immo pro cæteris, & ideo fundamentum dicitur, quia nouit non solum proprium, sed etiā commune seruare. Huic astipulatus est Christus, reuelauit pater. Nam qui uerā ge nerationem loquitur patris, à patre assumpsit, ex carne non sumpsit.

Quod confessio Petri non unam tantum sed omnes hæreses excluserit. Et de mysterijs incarnationis, passionis, mortis, sepulturæ & resurrectio nis Christi, cum redargutione hæreticorum erumnas & cætera quæ cor poris uel animæ sunt diuinitati attribuentium. Caput V.

IDES ergo est ecclesiæ fundamentum. Non enim de carne Petri, sed de fide dictum est, quia portæ mortis ei non prævalebunt, sed confes sio uicit infernum. Et hæc confessio non unam hæresim excludit. Nam cum ecclesia multis tanquam bona nauis fluctibus sæpe tundatur, ad uersus omnes hæreses debet ualere ecclesiæ fundamentum. Dies enim me citius de fecerit, quàm nomina hæreticorum diuersarumq; sectarum. Aduersus omnes ta mē generalis ista est fides, quia Christus est dei filius & sempiternus ex patre & na tus ex uirgine. Quem quasi gigantem sanctus Dauid propheta describit, eo quod Psal.18.
biformis geminæq; naturæ unus sit consors diuinitatis & corporis, qui tanquā spō sus procedēs de thalamo suo, exultauit tanquam gigas ad currendam uiam. Spon sus animæ secundum uerbum, gigas terræ, quia usus nostri officia percurrens, cum
B deus semper esset æternus, incarnationis sacramēta suscepit, nō diuiduus sed unus, quia utrunq; unus, & unus in utroq;, hoc est uel diuinitate uel corpore. Non enim alter ex patre, alter ex uirgine, sed idē aliter ex patre aliter ex uirgine. Generatio ge nerationi non præiudicat, nec caro diuinitati, quia nec pignus patri nec uoluntas passioni, nec passio uoluntati. Idem enim patiebatur & non patiebatur, morieba tur & non moriebatur, sepeliebatur & non sepeliebatur, resurgebat & non resur gebat, quia corpus proprium suscitabat, quia quod cecidit hoc resurgit, quod non cecidit non resurgit. Resurgēbat igitur secundum carnem quæ mortua resurrexit. Non resurgebat secūdum uerbum, quod non resolutum fuerat in terram, sed apd deum semper manebat. Ergo & moriebatur secundum nostræ susceptionem natu ræ, & non moriebatur secundum æternæ substantiam uitæ: & patiebatur secundum corporis susceptionem, ut susceptī corporis ueritas crederetur, & non patiebatur se cundum uerbi impassibilem diuinitatem quo totius exors doloris est. Deniq; idē dicebat: Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti, quia secundum carnē Psal.21.
relictus est, qui secundum diuinitatē nec deseri potuit nec relinqui. Idem etiā dicit: Longe à salute mea, uerba delictorum meorum, hoc est, non capiatur qui audit, quare me dereliquisti, sed intelligat quod secundum carnem ista dicantur, quæ lon ge à plenitudine diuinitatis aliena sunt. Aliena sunt enim à deo uerba delictorum, quia aliena sunt & delicta uerborū. Sed q̄n delicta aliena suscepi, etiā delictorū ali enorum uerba suscepi, ut derelictū me à patre deo esse dicā, qui apud deum semper sum. Erat igit immortalis in morte, impassibilis in passione. Etem̄ quasi deū nō ce pit mortis erumna, & eundem quasi hominē inferna uiderunt. Deniq; emisit spm̄, Matth.27.
& tamen quasi arbiter exuendi suscipiendiq; corporis, emisit spiritum, non amisit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C pendebat in cruce & omnia commouebat. Tremebat in ligno, quem totus treme/
bat hic mundus. Erat inter supplicia,excipiebat uulnera. & regnum cœleste dona/
bat.Peccatum omnium factus,peccata generis abluebat humani.Postremo mor/
tuus est.Et secundo & tertio exultans atq; ouans dico: mortuus est, ut illius mors
uita fieret mortuorum.Sed nec sepulchrum quidē eius miraculo caret. Nam cum
esset unctus à Ioseph & in eius monumēto sepultus,nouo opere quodam ipse de/
functus defunctorum sepulchra referabat.Et corpus quidem eius iacebat in tumu/
lo,ipse autem inter mortuos liber,remissionem in inferno positis,soluta mortis lege
donabat. Erat enim caro eius in monumento, sed uirtus eius operabatur è cœlo.
Ostendebatur omnibus per corporis ueritatem,quia non caro erat uerbum,sed ca
ro erat uerbi.Caro quidem gustauit mortem,sed impassibilis dei uirtus, & si exuit
corpus,nullum tamen de corpore deo damnum. Cur diuinitati attribuis erumnas
corporis,& infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ? Nunc anima,in/
quit,mea turbata est, nō sapientia. Immutabilis em̄ manebat sapientia, & si circun
daretur amictu carnis.Nam in illa serui forma erat ueri luminis plenitudo,& cum
Ioan.12 se exinaniuit lumen erat.Deniq; dicebat:Ambulate dum lumen habetis.Et quan/
do in morte fuit,in umbra nō erat.Deniq; etiam in inferno positis,uitæ lumē fun/
debat æternæ.Radiabat etiam illic lux uera sapientiæ,illuminabat infernum,sed in
inferno non claudebatur.Quis enim locus est sapiētiæ? Deniq; dicit iustus:Sapien
tia autem unde inuenta est.Quis autē locus est disciplinæ? Nescit homo uiam eius
nec inuenta est inter homines.Ergo nec in tempore,nec in loco sapiētia est, unde &
D tempus esse significat. Sed quomodo in tēpore,quæ in principio erat? quomodo
in loco quæ apud deum erat? Vnigenitus filius si quæritur, in sinu patris euāgelico
spiritu reperitur.Nunquid sinum patris locum putatis? Et quæritis quomodo nata
sit,cum dicat propheticus uir:Nescit homo uiam eius? Et secūdum hominis ortum
Iob.28 eius æstimatis,cum Iob dicat,quod inter homines non sit inuenta.Et mortē tribui/
tis sapientiæ. De qua abyssus dicit:Non est in me.Mare dicit:Non est mecum.Nō
dicit cœlum:non est in me,sed abyssus dicit,non est in me. Nō enim abysso sed pa
Luc.23. tri dixit:In manus tuas commendo spiritum meum.Ipsa anima & si fuit in abysso,
Psal.15. iam non est,quia scriptum est. Quoniam non relinques animam meā in inferno,
nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.Mare ergo dicit:non est mecū, hoc
est uita nostra dicit fluctibus seculi inquieta.Non est em̄ inter homines caro eius,
quia secundum carnem iam non nouimus Christum.Terra dicit, non est mecum,
Luc.24. quia resurrexit.Deniq; angelus ait: Quid quæritis uiuētem cum mortuis? Et bene
Matt,14 mare dixit:non est mecum,quia super mare erat.Deniq; in mari & corpore in uesti
gijs ambulabat,quando & subiectum mari super mare Petrum ambulare præce/
pit,qui licet titubauerit,titubauit tamen non per imbecillitatem iubentis,sed per in
firmitatem obedientis. Ergo splendori gloriæ, non permisceas nostræ attramen/
tum naturæ, non luci nebulam humani carnis infundas.Rursus passionem prædi/
cans,si nequaq; id quod est passibile recognoscas,pietatem dñi refelliſti,salutē tuā
negasti.Vnde amentes eos æstimare debemus,qui audientes dicentē dei filiū:quid
Ioan.18. me cædis,secundū naturā diuinitatis subiectum iniuriæ putauerūt.Dixit em̄: Quid
Esa.50 me cædis,sed cædē diuina natura nō sensit. Dixit: Dorsum meū dedi in flagella &
maxillas meas in palmas,uultū aūt meū nō auerti à cōfusiōe sputorū.Sed dorsum
&

A & maxillas dixit & uultū,hoc est humani corporis portiones. Quod enim caro uer
bi patiebatur,uel manens in carne dei uerbum,patiebatur carne,sicut scriptum est,
Christo in carne passo:in se utiq; pro corporis assumptiōe referebat, ut quæ nostra 1. Pet. 4
sunt ipse susciperet & suis circunuestiret humana.Recte igitur secundum naturam
suam,& caro passa est,nec ea corporis passione uerbi natura mutata est.In ueritate
enim nostra est resurrectio, & ideo in ueritate Christi passio prædicatur.

De illorum qui Christum in phantasmate uenisse & passum esse prædi/
cant,diuersorumq; aliorum hæreticorum condemnatione, ampliori ta/
men atque grauiori eorum qui diuinitatem & carnem domini unius es/
se naturæ asserunt,cum argumentorum suorum dissolutione. Ca. VI.

NEQVE enim quod quidam dicūt,in phantasmate passus est, quia nec
in phantasmate super mare ambulauit,quod discipuli in euāgelio opi Matth. 14.
nati esse produntur,sed excusantur, quia nōdum erat spiritus datus, Ioan. 7.
nōdū em̄ Iesus fuerat honorificatus. Nobis iā crucifixus est Christus
& resurrexit, nobis iam spiritus datus est, qui assertor est ueritatis. Et discipuli qui
dem aliquando errauerunt, ne nos postea errare possemus. Ergo illorum error no
bis proficit. Quasi homines errarunt,quasi discipuli crediderunt.Et hos igitur qui in
phantasmate uenisse Iesum prædicant, & illos condemnare debemus qui aduersa
erroris linea, non unum eundemque filium dei dicunt,sed alium esse qui ex deo pa
tre natus sit,alium qui sit generatus ex uirgine,cum euangelista dicat: Quia uerbū Ioan.1.
B caro factum est, ut unum dominum Iesum, non duos crederes.Nonnulli etiam a/
liud dei uerbum,alium uerum dei filium crediderunt,cum ipsum qui in principio e/
rat uerbum apud deum patrem,in sua propria uenisse euangelista testet.Sunt aūt
qui tanquam ad unum prophetarum, ita ad Christum factum esse uerbū arbitra/
ti sunt,non ipsum esse dei uerbum. Sed de nullo prophetarū dictum est,quia uer/
bum caro factum est,nullus prophetarum abstulit peccata mūdi.De nullo alio di/ Matth. 5.
ctum est:Hic est filius meus dilectus in quo cōplacui. De nullo prophetarum le/ 2.Cor. 2.
gimus quod sit dominus maiestatis,quod de Christo apostolus dixit:Quia Iudæi
dominum maiestatis crucifixerunt. Sed dum hos redarguimus, emergunt alij qui
carnem domini dicāt & diuinitatē unius esse naturæ. Quæ tantū sacrilegiū inferna
uomuerūt? Iam tolerabiliores sunt Arriani,quorum per istos perfidiæ robur ado/
leuit,ut maiore cōtētione asserāt patrē & filiū & spiritūsanctū unius nō esse substā
tiæ,quia isti diuinitatē dñi & carnē substātiæ unius dicere tētauerūt. Deinde cū isti
dicāt,qa uerbū in carnē,capillos sanguinē & ossa cōuersum est, & à natura mutatū
est,proprie dat illis locus ut infirmitatē carnis ad infirmitatē diuinitatis quadā fa/
ciā diuinæ naturæ mutatione detorqueant.Sunt etiā qui in tantū impietatis pro/
dierint,ut putent quia diuinitas dñi circūcisa est,& imperfecta de perfecta facta est,& in
ligno nō caro sed illa operatrix oīm substātia diuina,i carnis specie coagulata pēde
bat.Quis aūt nō horrescat? qs audiat qa nō ex Maria uirgine,sed ex diuina substā
tia passibilē sibi carnē fecerit dei uerbū? Quod asserēdo eò prolabuntur, ut nō ex tē
pore corpus dñi esse susceptū sed coæternū dei uerbo sēp fuisse cōtēdāt. Horū oīm
autores sunt, qui diuinitatem & carnem domini unius naturæ fuisse dixerunt. Le
gi enim quod nō crederem nisi ipse legissem.Legi inquam in cuiusdam libri,à sic po
situm,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C situm: Et organum & eum à quo mouebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui, ut ex scripturis nomen deprehẽdatur autoris, & aduertant, quamuis exquisitissimis argumẽtis, & phaleratis sermonibus, nõ posse uim ueritatis obduci. Et hic mihi frequenter Niceni concilij tractatum se tenere cõmemorat. Sed in illo tractatu patres nostri, non carnem, sed dei uerbum unius substantiæ cũ patre esse dixerunt. Et uerbum quidem ex paterna processisse substantia, carnẽ autem ex uirgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Niceni concilij nomen obtendi tur, & noua inducuntur quæ nunquam nostri sensere maiores? Cum utiq; scripturæ dicant, quia Christus secundum carnem passus est, non secundum diuinitatem.

Esa.7. Scripturæ dicant, quia uirgo in utero accipiet & pariet filium? Accepit enim uirtutem & peperit filium, quem & ipsa suscepit. Denicq; hoc etiam Gabriel proprio ser

Luc.1. mone declarat dicens: Et quod nascetur ex te sanctum uocabitur dei filius. Ex te, inquit, ut secundum hominem quod ex ipsa nasceretur aduerteres. Ex se enim genera

Roma.1. uit, Maria, ut quod generatur ex ipsa, in eo salua generationis dominicæ prærogatiua, corporis esset uera natura. Sed & Paulus dicit se prædestinatum esse in Euange

Gal.4. lium dei, quod ante, inquit, promiserat per prophetas de filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Et ad Galatas: Postquam autem uenit plenitu

2.Tim.2. do temporis misit deus filium suum factũ ex muliere. Et ad Timotheum dixit: Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid. Ergo ex nobis accepit, quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro, & quod nostrum non erat, ex suo nobis diuina sua largitate conferret. Secundum naturam igi

D tur se obtulit nostram, ut ultra nostrã operaret naturam. De nostro sacrificium, de suo præmium est. Multaq; in eodem & secundũ naturam inuenies, & ultra naturã. Secundum conditionẽ etenim corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepi est collocatus. Sed supra conditionem uirgo cõcepit, uirgo generauit, ut crederes quia deus erat qui innouabat naturam, & homo erat qui secundũ naturam nascebatur ex homine. Neq; enim, ut quidam interpretati sunt, natura ipsa mutata uer-

Malach.3. Heb.2. bi est, quæ immutabilis semper est, sicut ipse dixit: Videte uidete me, quia ego sum & non sum mutatus. Sed etiam Paulus dixit, quia Iesus Christus heri & hodie, ipse est & in secula, hoc est, quia non secundum naturam mutatus est carnis, sed immutabilis etiam in ipsa mutabili conditionis humanæ qualitate permansit. Didicistis igitur, quia sacrificium de nẽstro obtulit. Nam quæ erat causa incarnationis, nisi ut caro quæ peccauerat per se redimeretur? Quod peccauerat igitur hoc redemptum est. Non est ergo immolata diuinitas uerbi, quia non peccauerat diuinitas uerbi, & ideo non est uerbi natura in carnis conuersa naturam, quia immunis peccati diuinitas, pro peccato quod non fecerat se non debebat offerre. Hoc enim in se obtulit Christus quod induit. Induit quod ante non habuit. Non igitur diuinitatis suæ diuinitatem induit, in quo erat plenitudo diuinitatis æternæ. Sed carnem assumpsit, ut spolium carnis exueret, atq; in semetipso & manubias diaboli crucifigeret, & trophæa uirtutis erigeret. Ergo si caro omi & ĩ Christo subiacuit iniuriæ, quõ unius illã cum diuinitate dicitis esse substantiæ uerbũ? Si enim unius substantiæ uerbũ & caro, quæ de terra habet naturã, cur unius substãtiæ asserat uerbũ atq; anima, quã perfectam naturæ suscepit humanæ? Vnius autem substãtiæ est uerbum cum deo secundum paternam professionem, & ipsius domini assertionem qui ait: Ego & pater

A pater unum sumus. Vnius ergo substantiæ pater cum terreno corpore prædicatur? Et adhuc indignamini Arrianis, quia hi dicunt filium dei creaturam esse, cum ipsi dicatis patrem unius cum creaturis esse substantiæ? Quid autem aliud agitis ista dicendo, nisi ut aut limum Adæ, terramq; nostram diuinæ substantiæ comparetis, aut certe diuinitatem in terrenæ corruptelæ iniuriam transferatis? Dicendo enim quod uerbum, caro & ossa factum est, in terram utiq; dicitis esse conuersum, quoniam caro & ossa de terris sunt. Scriptum est, inquiunt, quia uerbum caro factum est. Scriptum est, non nego, sed considera quid sequatur. Sequitur enim: Et habitauit in nobis, hoc est, illud uerbum, quod carnem suscepit, hoc habitauit in nobis, hoc est, in carne habitauit humana & ideo emanuel dictus est, hoc est, nobiscũ deus. Hoc ergo uerbum caro factum est, pro eo quod est, homo factus est. Sicut etiam Iohel dixit: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Non enim su- Iohel.2.
pra irrationabilem carnem, sed in homines futura promittitur gratiæ spiritalis effusio. Quod si secundum literam uos tenet, ut putetis ex eo quod scriptum est, qd' uerbum caro factum est, uerbum dei in carnem esse conuersum, nunquid negatis scriptum esse de domino, quia peccatum non fecit, sed peccatum factus est? Ergo in peccatum conuersus est dominus? Non ita, sed quia peccata nostra suscepit, peccatum dictus est. Nam & maledictum dictus est dominus, non quia in maledictum conuersus est dominus, sed quia nostrum suscepit ipse maledictum. Maledictus Deu.21.
enim inquit qui pendet in ligno. Miraris ergo, quia scriptum est: Verbum caro fa- Ioan.1.
B ctum est, cum caro assumpta sit à dei uerbo, quando de peccato quod non habuit scriptum est, Quia peccatum factus est? Hoc est non naturam operationemq; peccati, utpote in similitudinem carnis peccati factus, sed ut peccatum nostrum in sua carne crucifigeret, susceptionem pro nobis, infirmitatem obnoxij iam corporis peccati carnalis assumpsit. Desinant ergo dicere naturam uerbi, in corporis naturam esse mutatam, ne pari interpretatione uideatur natura uerbi, in contagium mutata peccati. Aliud est enim quod assumpsit, & aliud quod assumptum est. Virtus uenit Luc.1.
in uirginem, sicut & angelus ad eam dixit: Quia uirtus altissimi obumbrabit te. Sed natum est corpus ex uirgine, & ideo cœlestis quidem descensio, sed humana conceptio est. Non ergo eadem carnis potuit esse diuinitatisq; natura.

De autoris excusatione ac responsione ad obiectionem qua sibi dici posset, quod de patris & filij diuinitate quinq; illis libris quos scripserat, conclusorem se esse promiserit, cum confutatione erroris eorum, qui animam putant à domino Iesu non esse susceptam, pulcherrimaq; declaratione assumptionis humanæ naturæ. Et quomodo intelligendum sit qd scriptum est: Iesus proficiebat ætate & sapientia. Cap. VII.

POSSEM latius prosequi, sed uereor ne hæc ipsa aliquibus aut superflua aut prolixa uideantur. Fortassis enim dicat aliquis: Nónne de patris & filij diuinitate quinq; illis quos scripsisti libris, cõclusorem te esse promiserã? Sed quid faciã cum quotidie nouas seminẽt quæstiones? Non ꝑterit sponsio, sed astringit obiectio. Nã quẽadmodũ põt finis esse respõsi, si mod, nullus obiecti sit? Et tñ de patris & filij diuinitate cõsũmaturũ rñsionẽ in superioribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C petioribus me ſpoponderam. Hoc autem libro de incarnationis dominicæ ſacramento, plenior ſicut debuit facta digeſtio eſt. Nam cũ illud quod ait dominus: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortẽ. Et infra: Pater meus ſi poſſibile eſt, tranſfer à me Matt.26. calicem hunc, ſed tamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis: non ad ſpiritus ſancti compaſſionem, ſed ad rationabilis aſſumptionem animæ & naturæ humanæ refertur affectum, conſequens eſt, ut per aſſertionem dominici ſacramenti & plenitudinem naturæ humanæ fuiſſe aſtruamus in Chriſto, & ab infirmitatis præiudicio ſpiritum ſanctum ſeparemus. Non eſt enim obnoxius infirmitati, qui non eſt obnoxius paſſioni. Quæro igitur qua ratione animam putent quidam à domino Ieſu non eſſe ſuſceptam, an quia metus eſt ne ſenſu Chriſtus laberetur humano? Dicũt quippe quia concupiſcentia carnis legi mentis repugnet. Sed qui hoc ait, tantum abeſt ut Chriſtum putauerit lege carnis in peccati uincula fuiſſe deducendũ, ut ipſe in æſtu poſitus fragilitatis humanæ, per Chriſtum ſibi ſubueniri poſſe crediderit Rom.7. dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Qui ergo alios à carnis lubrico uindicabat, nunquid formidare poterat? Nec etiam ipſe dominatu quodam carnis iſtius ſicut uolunt formidabat illecebras. Ergo & carnis ſuſceptionem declinare debuerat, ne ad lubricum traheretur erroris. Sed quomodo lubricum poterat timere peccati, qui peccatum remiſſurus aduenerat? Et ideo cum ſuſceperit carnem hominis, conſequens eſt ut perfectionem incarnationis plenitudinemq; ſuſceperit, nihil enim in Chriſto imperfectum. Suſcepit itaq; carnem, ut reſuſcitaret. Aſſumpſit animã, ſed

D animam perfectam, rationabilem, humanã aſſumpſit atq; ſuſcepit. Nam quis poIoan.10. teſt negare quod ſuſceperit animam, cum ipſe dicat: Animam meam pono pro ouibus meis? Et iterum: Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam illam. Non per parabolam hoc dicitur, nec perfunctoria ſignificatio Eſa.1. ne, in qua aliud dicitur & aliud intelligitur. Sicut illud: Neomenias & ſabbata ueſtra odit anima mea. Licet illud etiam ad Chriſti animam poſſit referri, quæ ideo poſita eſt ut aboleret iudaicæ ſuperſtitionis errorem, & unius ſacrificij inſtitueret ueritatem. Sed de hoc dubitent prophetico, euangelicum hoc refutare nõ poſſunt de animæ proprietate dictum, cum de morte domini & reſurrectione ſit dictum. Denicq; addit: Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à meipſo: poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Eandem igitur ponit quam ſuſcepit. Suſcepit dico. Non enim uerbum ipſum dei uiuum in ſua carne ad noſtræ animæ uicem factum eſt, ſed ſicut carnem noſtram, ita & animam noſtram perfectam naturæ humanæ aſſumptione ſuſcepit. Aſſumpſit inquam animam, ut incarnationis ſuæ benediceret ſacramento ſuſcepto, ſuſcepit affectum meum ut emendaret. Quid autem opus fuit carnem ſuſcipere ſine anima, cum utiq; inſenſibilis caro & irrationabilis anima nec peccato ſit obnoxia nec digna præmio? Illud ergo pro nobis ſuſcepit, quod in nobis amplius periclitabatur. Quid autem mi-
Ioan.7 hi prodeſt, ſi totum me nõ redemit? Sed totum me redemit qui ait: Mihi indignamini qui totum hominem ſanũ feci in ſabbato. Totum redemit quia in uirum perfectum fidelis non ex parte ſed totus reſurgit. Deſinant ergo iſti miſericordes timere, ne Chriſtus carnem ſuam uel animam perfectam ſenſumq; hominis non

A potuerit gubernare, qui etiam illum aſinæ pullum quem ante nemo ſederat gubernauit. Qui plantauit aurem, non audiet? Qui alios regebat, ſe regere ipſe non pote- Pſal.93.
rat? Qui peccata donabat, peccatum ipſe faciebat? Deſinant nimium ſolliciti iſti tanquam pædagogi Chriſti uereri, ne etiam in ipſo concupiſcentia carnis legem mentis oppreſſerit, quæ non oppreſſit in Paulo, ſed tantummodo repugnauit. Athleta Chriſti uictorias mentis numerat ſuæ. Hi trepidant ne caro titubauerit in domino, quæ uicit in ſeruulo. Non uult pro ſe timere nos Chriſtus, Non uult pro ſe flere nos dominus. Denicq; dicit: Filiæ Hieruſalem nolite me flere, uos ipſas flete. Luc.23.
Et iſtis dicit, nolite mihi timere, uobis timete. An nõ audiſtis dicentem Dauid: Do- Pſal.26.
minus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? Dominus defenſor uitæ meæ, à quo trepidabo? Et alibi: Non timebo quid faciat mihi homo. Et alibi: Non time- Pſal.55.
bo quid faciat mihi caro. Ergo lapſum naturæ humanæ timere potuit, quem homo ipſe non timuit? Deus igitur ante carnem, deus in carne, perfectionem naturæ aſſumpſi humanæ, ſuſcepi ſenſum hominis, ſed non ſenſu carnis inflatus. Senſu hominis, animam meam dixi eſſe turbatam, ſenſu hominis eſuriui, ſenſu hominis rogaui, qui rogantes exaudire conſueui. Senſu hominis profeci, ſicut ſcriptum eſt: Et Luc.2.
Ieſus proficiebat ætate & ſapientia & gratia apud deum & homines. Quomodo proficiebat ſapientia dei? Doceat te ordo uerborum. Profectus ætatis, & profectus ſapientiæ, ſed humanæ eſt. Ideo ætatem ante præmiſit, ut ſecundum homines crederes dictum. Ætas enim non diuinitatis ſed corporis eſt. Ergo ſi proficiebat

B ætate hominis, proficiebat ſapientia hominis. Sapientia autem ſenſu proficit, quia à ſenſu ſapientia. Ieſus autem proficiebat ætate & ſapientia. Quis ſenſus proficiebat? Si humanus, ergo ipſe ſuſceptus eſt. Si diuinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, utiq; mutatur in melius. Sed quod diuinum eſt non mutatur. Quod ergo mutatur non utiq; diuinum. Senſus igitur proficiebat humanus, ſenſum ergo ſuſcepit humanum. Et ut ſciamus quia ſecundum hominem loquebatur, præmiſit dicens: Puer autem confortabatur & creſcebat & implebatur ſapientia, & gratia dei erat cum illo. Et puer noſtræ nomen ætatis eſt, nec confortari uirtus poterat dei, nec creſcere deus, nec altitudo ſapientiæ dei, nec plenitudo diuinitatis impleri. Quæ igitur implebatur, erat non dei ſed noſtra ſapientia. Nam quomodo implebatur, qui ut omnia impleret deſcendit? Per quem autem ſenſum Eſaias dixit:
Patrem puer neſciebat aut matrem? Scriptum eſt enim: Priuſquam ſciat puer pa- Eſa.7.
trem aut matrem, accipiet uirtutem Damaſci & ſpolia Samariæ. Sapientiam enim dei futura & occulta non fallunt. Expers autem agnitionis infantia per humanam utiq; imprudentiam quod adhuc non didicit, ignorat. Sed uerendum eſt inquam, ne ſi duos principales ſenſus aut geminam ſapientiam Chriſto tribuimus, Chriſtum diuidamus. Nunquid cum & diuinitatem eius adoramus & carnem, Chriſtum diuidimus? Nunquid cum in eo imaginem dei crucemq; ueneramur, diuidimus eum? Apoſtolus certe quid de eo dixit? Quoniam & ſi crucifixus eſt, inquit, 2.Cor.13.
ex infirmitate noſtra, uiuit tamen ex uirtute dei. Ipſe dixit, quia nõ diuiſus eſt Chri- 1.Cor.1.
ſtus. Nunquid etiam cum dicimus, quia animam rationabilem & intellectus noſtri ſuſcepit capacem, diuidimus eum? Non enim ipſe deus uerbum, pro anima rationabili & intellectus capaci in carne ſua fuit, ſed animam rationabilem & intellectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C capacem,& ipſam humanam, & eiuſdem ſubſtantiæ cuius noſtræ ſunt animæ,& carnem noſtræ ſimilem eiuſdemq; cuius caro eſt noſtra ſubſtantiæ ſuſcipiens deus uerbum, perfectus etiam homo fuit,ſine ulla tamen labe peccati, quia peccatū ipſe non fecit,ſed pro nobis peccatum factus eſt,ut nos eſſemus iuſticia dei in ipſo. Caro ergo ipſius & anima,eiuſdem cuius animæ noſtræ carnisq; ſubſtantiæ. Nec timeo ne tetrada uidear inducere.Nos enim uere ſolam qui hoc aſſerimus, colimus trinitatem. Non enim Chriſtum diuido, cum carnis eius diuinitatisq; diſtinguo ſubſtantiam,ſed unum Chriſtum cum patre & ſpiritu dei prædico, & illos magis qui carnem Chriſti unius cum diuinitate eius dicunt eſſe ſubſtantiæ tetrada inducere demonſtrabo.Non enim quod eiuſdem ſubſtantiæ eſt unus, ſed unum eſt. Nam uticq; filium eiuſdem cum patre ſubſtantiæ confitentes in tractatu concilij Niceni,non unam perſonam,ſed unam diuinitatem in patre & filio crediderunt. Ergo cum dicunt eiuſdem carnem,cuius & filius dei erat,fuiſſe ſubſtātiæ, ipſi quod nobis obijciunt ineptius uanæ aſſertionis ſ. currunt,ut diuidant Chriſtum. Itaque quartum increatum quod adoremus inducunt, cum ſola increata ſit diuinitas trinitatis.

2.Cor.5.

De ampliori redargutione eorum qui autorem dicunt ea uſurpare quæ ſcripta non ſint, & dei eſſe ſubſtantiam atq; naturam,ſcriptum non eſſe affirmant. Ca. VIII.

D CONCLVSERAM librum, ſed religionis fuit ne prætergredi uiderer mur,quod ſoluere nequiremus. Nam cum dudum audierint quidam dicentibus nobis, Filium dei qui generatus ſit,patri qui generauit inæqualem eſſe non poſſe,quamuis ille generatus ſit,iſte generauerit, quia generatio non poteſtatis eſt,ſed naturæ. aduerſus illam quidem quæſtionem uocem ſibi arbitrantur occluſam, ſed tergiuerſatione damnabili in eodem loco ueſtigium uertunt,ut putent mutationem fieri quæſtionis mutatione ſermonis, dicentes, Quomodo poſſunt ingenitus & genitus eſſe unius naturæ atq; ſubſtantiæ. Ergo ut reſpondeam, dementiſſime imperator parce mihi, propoſitæ quæſtioni, primum omnium ingenitum in ſcripturis diuinis nuſquam inuenio. Non legi, nō audiui. Cuius igitur mutabilitatis ſint homines iſtiuſmodi, ut nos dicant ea uſurpare quæ non ſunt ſcripta,cum ea quæ ſunt ſcripta dicamus, & ipſi obijciant quod ſcriptum nō ſit:nónne ipſi ſibi aduerſantur,& autoritati calumniæ ſuæ derogant? Dicunt enim non eſſe ſcriptum,dei eſſe ſubſtantiam atq; naturam, cum utiq; filium dei patris eſſe ſplendorem gloriæ & characterē ſubſtantiæ eius,ſcriptura teſtetur,& multos alios de diuina dixiſſe ſubſtantia, in alio libro pleniſſime oſtenderimus.Naturam quoq; diuinam quis abnuat,cum Petrus Apoſtolus in epiſtola ſua ſcripſerit,id operatam domini miſericordiam per paſſionem crucis, ut nos, inquit, faceret diuinæ conſortes naturæ.Sed etiam alibi Paulus ſcripſit: Sed tunc quidem ignorantes deum,his qui natura non ſunt dij,ſeruiſtis. Ita enim & in græcis codicibus inuenimus,quorum potior autoritas eſt. Quid igitur agunt qui negant naturam eſſe diuinam,niſi ut iam non ſolum filio calumnientur,ſed etiam patri? Si enim negatur natura deus eſſe, ergo per gratiam eſt ut homines,aut certe falſo creditur, ut

2.Petri.1. Gal.4.

A ut dæmones,quorum ſimulacra dei appellatione donantur. Sed Apoſtolicam autoritatem ſequamur,ut dicamus in ſimulachris naturam non eſſe diuinam.Si ergo in ſimulachris non eſt,non eſt in dæmonijs,ſupereſt ut in deo diuina ſit natura atque ſubſtātia.Docuimus igitur apoſtolica autoritate recte de deo patre dici,quod natura ſit deus. Accipiant nunc quod eadem dei patris ſit natura quæ filij eſt, eadem ſit & ſpiritus ſancti, ne forte idem dicant, Naturam quidem legimus eſſe diuinam,naturæ autem diuinæ nō legimus unitatem.Sed cum ipſe filius dixerit:Ego & pater unum ſumus,unitatem diuinitatis probauit. Cum dixerit:Omnia quæ pater habet mea ſunt. Et infra: Pater omnia mea tua ſunt,& tua mea,aſſeruit unitatem.Cum dixerit: Pater qui in me manet ipſe loquitur,& opera quæ ego facio ipſe facit,unitatem euidentiſſime declarauit. Deinde Petrus unam naturam oſtendit eſſe diuinam. Potuit enim ſic dicere,ſi aliter æſtimaſſet, potuit inquam ſic dicere,Vt nos faceret diuinarum conſortes naturarum,maxime cum per filium in naturæ diuinæ conſortium tranſeamus.Nunquid poteſt donare quod non habet? Ergo nō eſt dubium,quia de eo quod habet donat,& ideo habet naturam diuinam, qui cōſortia diuinæ donat naturæ. Apoſtolus quoq; Paulus dicendo: Qui natura non ſunt dij,oſtendit unam ueri dei eſſe naturam.Namq; & ipſe potuit dicere: Qui naturis non ſunt dij,ſi ſciret pluralitatem diuinæ eſſe naturæ,ut alia eſſet in patre, alia in filio,alia in ſpiritu ſancto.Dicendo ergo: Natura non ſunt dij, unitatem naturæ expreſſit diuinæ.Quid eſt autem natura deum eſſe,niſi uerum deum eſſe? Sicut ad Theſſalonicenſes dicit:Quomodo cōuerſi eſtis ad deum à ſimulachris ſeruire deo B uiuo & uero? Illi enim dij eſſe ſimulantur, natura autem deus uiuus & uerus eſt. Nam & in ipſo uſu noſtro eſt adoptiuus filius & uerus filius. Adoptiuum filium non dicimus filium eſſe natura,ſed eum dicimus natura eſſe qui uerus eſt filius.Ergo & naturam & ſubſtantiam eſſe diuinam probauimus lectione. Vnitatem quoque non pluralitatem diuinæ eſſe naturæ,apoſtolica autoritas demonſtrauit.

Joan.10. Joan.16. Joan.17. Joan.14.

1.Theſ.1.

De confutatione & deſtructione obiectionis præmemoratorum hæreticorum,quo arguunt quod nō poſſint ingenitus & genitus unius eſſe naturæ atq; ſubſtantiæ,& de exemplari approbatione,cum dicitur genitum, non proprietatem naturæ, ſed ſignificationem generationis expri mi.Quodq; appellatione ingeniti & geniti ſpecies uideatur eſſe diuerſa, ſed tamen indiſtincta diuinitas. Cap. IX.

NVNC illic aſſerant,ubi ingenitum patrem legerint.Sed ſi dialectico more concedi ſibi id poſtulant,ut quod lectum nō ſit, pro lecto uſurpent, produnt ſe contentionis ſtudio differre,non cognitionem quærere ueritatis.Namq; in ipſa dialectica ſi non concedatur quod concedi ſibi poſtulant,qui aditum contentionis inuenire deſiderant, principium inuenire non queunt diſputandi,& hoc ibi,ubi contentio eſt magis de diſputationis argutijs, quàm de examine ueritatis.Hæc eſt enim dialecticorum gloria ſi uideantur expugnare uerbis & refellere ueritatem. Contra definitio fidei eſt, ut ueritas non uerba pandantur. Deniq; uerba philoſophorum excludit ſimplex ueritas piſcatorum. Quæ igitur iſta aſſertio eſt, ubi ſi non donauero eis uerbum ingeniti, aſſertionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C principium inuenire non possunt? Vbi ergo legerint demonstrent. Excideratanimo. Nunc redeo in memoriam. Lectum est inquiũt. Nam Arrius dixit ingenitum patrem, & genitũ & creatũ filium. Quo autore, cõtra apostolica scripta contendãt? Cõtendant tamẽ si modo Arrij se discipulos esse fateantur. Nam quó negant magistrum, cuius inuentum sequuntur? Sed si illi hoc dicunt quod Arrius, iustius ego debeo dicere quod Apostolus dixit. Patrem enim dixit, non ingenitum nominauit, filium dixit, & genitum filium nominauit. Quod legi, non nego, immo libenter usurpo, quod non legi usurpare non debeo. Sed tamen quod in dialectica non faceremus usurpent, ne forte dicant, quia genitum non legimus patrem sicut filium, ideo ingenitum æstimare debemus. Intelligitur hoc, ergo non legitur. Sed si intelligitur, nec spiritum sanctum genitum legi. Ergo & spiritus quia genitus non est, ingenitus utiq; secundum uestram alibi sententiam nominandus est. Si igitur ingenitum dicitis & genitum non posse unius esse substantiæ, supereſt ut de patre & spiritu sancto, quia nec patrem genitum legimus nec spiritum sanctum, unitatem diuinæ naturæ & substantiæ non negetis. Si enim in eo est uis omnis uestræ disputationis, quod ingenitus & genitus non possunt esse unius naturæ, ergo qui nó est genitus, cum eo qui non sit genitus unius naturæ atq; substantiæ est. Et si ideo putatis patrem maiorem esse, quia genitus non est, nunquid & spiritus sanctus maior est filio? Multa possunt & innumera exempla suppetere, ut de eo quod genitum non sit, dicatur ingenitum. Nam & mundum plericq; ingenitum esse dixerunt, & materiam rerum omnium quam græci hylen dicunt, quasi syluam materialem in-
D genitam esse memorarunt. Videtur igitur in hoc uerbo prærogatiuam quandam potestatis esse non posse, nisi forte hoc uerbo sibi honorare deum uideantur, quo philosophi mundum putauerunt esse donandum. Nunquid ergo sic ingenitus pater sicut mundus? Absit. Aut hic solus deum decet sermo, cum deus ultra sermonum omnium sit ambitum? Nihil igitur pretiosum deo in eo sermone, qui communis possit esse cum cæteris. Sed tamen quemadmodum uultis, inæstimabilis sit huius prærogatiua sermonis, quæ non autoritate aliqua designatur, sed uestro æstimatur arbitrio. Quò igitur hoc proficit, ut ex uerbo uelitis facere inter patrem & filium distantiam naturæ, distantiam potestatis? Ingenitus, inquit, & genitus non possunt unius esse naturæ atq; substantiæ, ut quemadmodum interdum dicunt, inoperatus & factus, non sunt unius naturæ. Neq; enim discretionem faciunt ingeniti & inoperati, neq; distantiam uolunt esse inter genitum uel creatum, modo ut creaturam filium dicant. Ergo quia pater omnem causam, hoc est, ἀρχὴν sicut græci dicunt supergressus, cum ex alio creatus non sit filius utiq; substantia sit, non aliunde principium habens & causam ex qua sit. Et ideo inquiunt alia talis substantia esse non potest, quia omnia ex patre deo habent subsistendi causam. Vnde nó esse uerisimile dicunt, ut filius quia ex patre est, & ex se causam non habet ut sit, sed ex patre, similis sit patri, Cum pater ex alio causam non habeat, filius autem ut ipsi alienigant esse non potuerit, nisi hoc ipsum ex patre ut esset acceperit. Ideoq; ingenitum & genitum dicũt esse dissimilem, quasi uero quod alibi sæpe iam dixi, generatio potestatis sit non naturæ. Cum enim dico genitum, non proprietatem naturæ, sed significationem generationis expressi. Hoc exemplis euidentioribus approbabo.

A Nam si generaliter dicam filium, nec addam cuius, potest intelligi & filius hominis & filius iniquitatis & filius pestilentiæ, & filius diaboli, sicut de Iudæis scriptura testatur, & quod in usu est, & fœtus pecudis, & pulli columbarum. Et ideo in appellatione filiorum non est expressio significata naturæ. At uero si naturam designare desidero, aut hominem nuncupabo, aut equum nominabo, aut auem dicam, ut natura possit intelligi. Ita ergo si naturam cupio designare diuinam, deum uerum debeo nominare. Cum autem filium dico, generatum significo. Cum patrem quoq; dico, generasse declaro. Non ergo hinc naturæ discretionem facias, cum sit hoc significatorium generantis & geniti. Significatoria autem huiusmodi, exprimunt substantiæ qualitatem. Multi enim ut dixi filij, sed diuersitas filiorum. Alius per naturam, alius per gratiam. Multæ creaturæ inuisibiles & uisibiles. Inuisibiles, ut principatus & potestates, throni & dominationes. Visibiles, ut sol, luna, stellæ, homo, terra. Ergo diuersæ species & diuersæ creaturarum substãtiæ sunt. Itaq; si uelis proprietatem creaturæ alicuius exprimere, aut solem aut lunam nominabis aut stellas. Et sic intelligitur quid sit quod significandum putaueris. Cæterum si factum dicas aut creatum, quod interdum filium dicunt, quia multa facta & creata sunt, non proprietatem substãtiæ uideris significasse, sed speciem qualitatis. Aliud enim substantia, aliud qualitas est. Deniq; ut diximus & alibi, usian ita interpretatos latinos, ut substantiam dicerent. Vsia autem dei cum dicatur, quid aliud significatur, nisi deum semper esse? Quod literæ ipsæ exprimunt, quamuis diuina usai, hoc est, cum sit
B semper usia dicitur, unius literæ mutato ordine propter sonum & compendium decoremq; sermonis. Ergo usia quod semper sit deus significat. Ingeniti autem ut tu uis uel geniti appellatio quid sit declarat, hoc est quod non ex alio sit pater, nec ex se filius. Species hic uidetur esse diuersa. Species utiq; distincta, sed indistincta diuinitas. Quæris quomodo hoc probari possit? Etiam in creaturis ostendam diuersam speciem, diuersa initia in plerisq;, & unam esse substantiam, & de scripturis exempla proferam. Itaq; si in his quæ mortalia sunt hoc potest conuenire, quemadmodum patris & filij & spiritus diuinitati legem cuiusdam necessitatis imponunt? Omnia nempe uolatilia quæ eiusdem generis uidentur, eiusdem utiq; & naturæ sunt, ut aquilarum unum genus & una natura est, uulturum similiter, & cæterorum secundum genus suum uolatilium. Quemadmodum autem cœperint esse uolatilia, tres species reperimus, & ortus eorum causas legimus esse diuersas. Scriptum est enim dixisse deum: Producant aquæ repentia animarum uiuentium & uolatilia uolantium. Et paulo post cum paradisum fecisset deus & posuisset in eo hominem, scriptum est: Quia figurauit deus de terra bestias agri & uolatilia cœli. Significantur ergo uolatilia hoc loco figurata de terra. Supra quoq; legisti, quia dixit deus auibus: Crescite & multiplicamini. Vtiq; ex coitu maris & fœminæ generatio incrementa præcipiens. Itaq; aduertimus etiam quæ unius generis sunt diuerso modo esse cœpisse, alia de aquis, alia de terra, alia de maris & fœminæ generatione, & unius tamen hæc esse naturæ, dissimilitudinemq; substantiæ non habere. Quid uero tam unius naturæ quàm caro nostra cum dominici corporis ueritate? Diuersis tamen utraq; ducta causis, orta principijs est. Caro enim domini spiritu in uirginẽ superueniente generata, non expectauit uirilis fœmineiq; coitus solenne com-

Gen. 1.

Gen. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mercium. Caro uero nostra, nisi uirilis iuxta fœmineusq; sexus, genitalia sulcis naturalibus obducat semina, intra uiscera nescit materna formari, & tamen cum generatiõis fuerit causa diuersa, carnis tamen in Christo cum hominibus omnibus una natura est. Partus enim uirginis, non naturam mutauit, sed generandi usum nouauit. Denicq; caro de carne nata est. Habuit ergo de suo uirgo quod traderet. Non enim alienum dedit mater, sed proprium è uisceribus suis contulit, inusitato modo, sed usitato munere. Habuit igitur carnem uirgo quam naturæ solennis iure transcripsit in fœtum. Eadem igitur secundum carnem generantis Mariæ, genitiq; natura, nec dissimilis fratribus, quia dicit scriptura, ut per omnia similis fratribus fieret. Heb.2. Similis utiq; dei filius nostri, non secundum diuinitatis plenitudinem, sed secundum animæ rationalis, & ut expressius dicamus, humanæ nostriq; corporis ueritatem. Quid autem de ipso loquamur Adam, qui cum sit formatus è limo terræ, generauit utiq; filios suæ consortes naturæ, participes generis, successionis hæredes? Diuersa quidem in filijs & parente principia, sed humanæ conditionis una natura. Nec tamen dissimilitudo ortus, similitudini substantiæ præiudicauit. Similis ergo filius patri etiam in his quæ propter humanæ conditionis fragilitatem similitudinis plenitudinẽ habere non possent. Quomõ ergo dei patris dissimilis filius uerus?

De disputatione contra quosdam superiorem sectam sequentes, disputationis tamen genere discordare se putantes, qui filium similem dicunt, sed non unius substantiæ cum patre, & quod cum sit unius naturæ filius cum patre, etiam unius sit potentiæ, & ita omnipotens sicut & pa-
D ter, quẽadmodũ etiã spm̃ sanctũ omnipotentẽ scriptura testat. Ca. X.

SED pleriq; eandem sectam sequentes, disputationis genere discordare se putant, ab his qui dissimilem patri per omnia filium dicunt. Ideo horum quoq; qui similem dicunt filium, sed non unius substantiæ cũ patre, ineptias discutiamus. Quæ non unius naturæ sunt, diuersæ sunt utiq; atq; distantis, & quæ distantis naturæ, consequens est ut similia esse non possint, nisi forte secundum speciem similia dicas, dissimilia secũdum ueritatem. Nam & lactis & niuis & cygni albentis, concolor species est, sed discrepantiam seruat distantis naturæ, nec differẽtia naturarum speciem similitudine coloratur. Quomõ ergo isti similem dicunt patrem & filium, qui unitatem substãtiæ negant? An secundum formam & figuram colorem similem putant? Sed hæc corporis sunt, hæc compositionem quandam indicant. Quomodo autem inuisibili similitudinẽ secundum colorem aptamus aut formã? Aut quomodo creatura potest esse similis increato? Quomõ splendor gloriæ & character substantiæ eius, si diuersa gloria, ut illi dicunt diuersa substantia est? Secundum gloriam inquiunt & operationem similis est, & propterea imago dei dicitur filius. Ergo si per aliqua nõ per omnia similis, pro parte similis, pro parte dissimilis. Huic autem propositioni consequens est, ut si ex parte similis ꝓ parte dissimilis, nõ in toto est, pro parte sit dei imago cõposita, ac per hoc sequitur, ut & ipse cõpositus uideat, cuius sit imago cõposita. Cõposita aũt si ex parte similitudinem seruet, imago eius ex parte similis esse non possit. Sed qui similem secundum unitatem naturæ negant, similem cæteris arbitrãtur. Solent enim dicere,

Cur

A Cur putatis, quia multum dedit scriptura filio, quia imaginem dixit, cum ipse deus dixerit hominibus: Estote sancti quoniam ego sanctus sum. Et filius dixerit: Estote Leuit.19. perfecti, sicut & pater uester qui in cœlis est perfectus est. Nec intelligunt eo ipso Matth.5. astrui, quia non secundum partem sed secundũ plenitudinem diuinitatis & perfectionem similis sit filius patri. Denicq; si multi similes, cur solus filius imago inuisibilis dei dicitur, & character substantiæ eius, nisi quia in eo naturæ eiusdẽ unitas, & eius maiestatis expressio est? Alia enim secundũ imitationem similitudo, alia secundũ naturam, quod propositorum exemplorum etiam uerba indicant. Dicit enim scriptura: Estote sancti, ut fiant id per imitationem homines. Ergo dicit, estote, quia nõ sunt. De se aũt dicit deus, quia sanctus sum, nõ utiq; proficiente processu, sed manẽte natura. Deinde ait sapientia: Estote perfecti, ut incipiant habere quod nõ habẽt. De patre autẽ dicit: Sicut pater uester qui in cœlis est perfectus est. Est ergo perfectus pater, qui est, semper est. Ideo uel ὑπάρχειν Græce quod sit semper, uel latine quod in suo maneat, nec ope subsistat aliena, appellatur substantia. Sanctus ergo pater & perfectus pater. Sãctus etiam & perfectus filius, quasi imago dei. Imago autem dei, quia omnia quæ sunt dei uidentur in filio, id est sempiterna diuinitas, omnipotentia atq; maiestas. Talis ergo qualis est deus, sua uidetur imagine. Vnde oportet ut imaginem eius talem credas, qualis est deus. Nam si imagini detrahas, & utique ei cuius imago est uidebitur esse detractum. Si minorem imaginem credas, minor deus apparebit imagine. Qualem enim æstimaueris imaginem, talis tibi uidebitur hic, cuius inuisibilis est imago. Dixit enim imago, q me uidet, uidet & patrẽ. At qualẽ Ioan.14.
B æstimaueris eũ cuius imaginẽ esse filiũ credis, talis tibi necessario filius æstimãdus est. Vnde quia increatus pater, increatus & filius, quia non minor pater, nõ minor filius, quia omnipotẽs pater, omnipotẽs & filius. Dictũ est igit, etiã si usurpẽt quod nõ legunt, ut ingenitũ dicant, uerbo tñ nihil impediri quo minus unius naturæ atq; substantiæ Christum cũ patre esse credamus. Quod si unius naturæ, utiq; unius potẽtiæ. Qui quidem locus haud difficilior est ad refellenda studia perfidorũ. Quõ enim negant omnipotentem Christũ, quod scriptum est, qui uolũt usurpare quod non docent scriptum? Omnipotentem etenim Christum supra docuimus, & in Ioannis Euangelistæ apocalypsi, & in Zachariæ prophetia, & in euangelio significatum. Quæ si quis recensenda putat, superiora reuoluat & repetat. Tamẽ quod ibi propter congestionem testimoniorum penè præterij, dicant de quo putẽt dictum quod Amos prophetauit? Sic enim scriptum est: Dominus qui attigit terram & Amos,9. mouet eam, & lugebunt omnes commorantes in ea, & ascendet sicut flumen Ægypti. Qui ædificat super cœlũ ascensionẽ suam & repromissionẽ suam super terram confirmat, qui aduocat aquam maris & effundit eam super faciem terræ, dominus omnipotens nomen est ei. Nónne hæc omnia in filium intelligant conuenire? Qui terrã descendẽs tetigit, in passione cõmouit, de terris ascẽdit in cœlum, & super terrã descendit è cœlo, sicut ipse promiserat. Sed quid de filio laboro, cum etiam spiritum omnipotentem scriptura testetur? Scriptum est enim: Verbo domini cœli firmati Psal.32. sunt & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Et de sapientia scriptum est: Quia habeat in se omnipotentem spiritum. Dicit enim Salomon, quia omnium artifex do- Sap.7.
cuit me sapientia, Est enim in ea spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plex, subtilis, bonus, mobilis, disertus, immaculatus, manifestus, inuiolabilis, bonum amans, acutus, prouidens, possibilis, munificus, benignus, stabilis, integer, sine sollicitudine, qui omnia potest, omnia spectat, & per omnia penetrans spirituum intelligibilium.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, DE MYSTERIO PASCHAE. LIBER VNVS.

Vnde sacrum nomen paschæ descenderit, & qua ratione Christus se in passionem paschæ mysterio consecrauerit. Caput. I.

PASCHAE mysterium de fide omnibus credentibus in in Christo renatis, recidiuatum fidei annuæ felicitatis gaudium & gloriam subministrat. Quod quidem sacrum nomen ab ipsius domini passione descendit. Pascha enim passio est saluatoris, sicuti beatus Apostolus dicit: Pascha enim nostrũ immolatus est Christus. Ad hoc enim humanum corpus Christus accipiens, se in passionem paschæ mysterio cõsecrauit, ut quisqs huius muneris per fidem, participationem esset indeptus, consortio dominicæ felicitatis dignus merito censeretur. D 1. Cor. 5.

De commendatione paschalis temporis, ab ijs quæ eo tempore facta commemorantur. Cap. II.

EST enim pascha uere anni principium, primi mẽsis exordium, nouella germinum reparatio, ac tetræ hyemis nocte discussa, primi ueris restituta iocunditas. Hoc inquam tempore uisibilium & inuisibilium conditor deus, defixo humo cœli machinam suspendens, diem solis ardore radiauit, splendorem lunæ solatio noctis attribuit, pendentem cœli cameram splendentium syderum decorauit ornatu, mare certis littorum finibus coërcens, concauæ ac stridentis undæ æstũ metas statuti limitis haud iussit excedere. Et ut plana mundi facies oculorum eminus subtraheretur aspectui, ad hoc in ornatum mundialis fabricæ, nemorosi colles atqs excelsi constituti sunt montes, ut iterum mortalibus campestris ornatus iocundior adueniret.

Qua ratione homo terrestris creaturæ factus sit dominus, & quomodo gratiam creatoris amiserit ac mortis sentẽtiam incurrerit. Quodqs ita diabolus

A diabolus mortis fortitus sit imperium, & omnes à deo deuiantes tartari clausos ergastulo possederit. Caput III.

IPSE QVE homo diuini opificij dignatiõe formatus, ad hoc terrestris creaturæ effectus est dominus, ut diuinis institutionibus parens, eius tantum & uoluntatem seruaret, qui se in tantis rebus dominum præsciret ex nihilo. Qui in ipso exordio, nõ nescius deprauatus inuidia, dũ super indultum dei opificiũ cupit fieri, quod natura nõ dederat, amisit gratiam quã creatoris pietas attribuerat: continuo ob concupiscentiam diabolicæ deceptionis, sententiam mortis præuaricator incurrens, etiam adfuturæ ex se stirpis originem, p pagauit, ut diuina hoc loco recte sentẽtia compleretur. Inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum. Ita per occasionẽm delicti, in uniuersis peccatoribus diabolus mortis est sortitus imperium, atqs omnes à deo deuiãtes, peccati uinculo obstrictos, squalentis tartari clausos ergastulo possidebat. Sap. 2.

Quomodo deus humanam carnem assumens & corpus conditioni mortis addicẽs, ad tartara descenderit, & feras inferni ianuasqs cõfringẽs, uinctos è diaboli faucibus reuocauerit. Caput IIII.

B QVORVM interitum dolens diuina censura, non per seruum uatem, nec per angelum inuisibilem, sed ad hoc per substãtiam humanæ carnis, in homine deus ueniens habitauit, ut honestam uiuendi formam mortalibus daret, & temporarijs æternam in se credentibus uitam, exemplo suæ mortis ac resurrectionis aperiret. Vt enim incredulitas & simulachrorum cultus, cœli aditum clauserat, ita inferni baratrum præuaricatoribus perfidia procurarat. In quorum supplicij, uscqs ad aduentum saluatoris domini Iesu Christi, diabolus per mortem regnauit, donec humanæ carnis ad deum attemperata substantia, immaculatum corpus conditioni mortis addicit. Expers peccati Christus, cũ ad tartari ima descenderet, feras inferni ianuásque cõfringens, uinctas peccato animas mortis dominatione destructa, è diaboli faucibus reuocauit ad uitam, atqs ita diuinum triumphum æternis characteribus est conscriptum, dum dicit: Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors uictoria tua? Quam felicitatẽ reparatæ salutis, Paulus recolens clamat: Sicuti per Adam mors intrauit in hunc mundum, ita & per Christum salus restituta est mundo. Et iterum: Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis. Et adijciens ait: Sicut portauimus imaginem terreni, id est uetusti hominis in crimine, sic portemus imaginem cœlestis, id est suscepti, redempti, reparati, ac purificati hominis salutem, teneamus in Christo. Quia idem ipse apostolus ait: Initium Christus, id est autor resurrectionis & uitæ, deinde hi q sunt Christi, id est qui in forma puritatis eius uiuentes, de spe resurrectionis eius securi erunt, cum ipso cœlestis promissi gloriã possessuri. Sicut ipse dominus in euangelio ait: Qui, inquit me secutus fuerit non periet, sed transiet de morte ad uitã. Ita saluatoris passio uitæ humanæ salus est. Ad hoc eñ pro nobis mori uoluit, ut nos in eum credentes perpetuo uiueremus. Voluit pro tempore fieri quod nos sumus, ut nos æternitatis eius promissionem indepti, cũ eodem perpetuo uiueremus. 1. Cor. 15. Ioan. 5.

De in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

De ingentibus paſchalis myſterij, dieiq; illius præconijs.

CAPVT QVINTVM.

HAEC inquam illa eſt cœleſtium myſteriorum gratia, hoc paſchæ donum, hæc optabilis anni feſtiuitas, hæc exordia gignentium rerum. Hinc uitalis lauacri ſacræ eccleſiæ æditi puerperio infantes paruulorũ ſimplicitate renati, baratro innocentis perſtrepunt conſcientiæ. Hinc caſti patres, pudicæ etiam matres, nouellam per fidem ſtirpem proſequuntur innumeram. Hinc ſub fidei arbore ab utero fontis innocui cæreorum ſplendet ornatus. Hinc cœleſtis meriti ſanctificantur munere, & ſacramenti ſpiritalis celebri myſterio ſaginantur. Hinc unius plebis gremio beatæ eccleſiæ nutrita fraternitas, unicæ diuinitatis ſubſtantiam, ac uirtutis trinum nomen adorantes, pſalmum annuæ feſti-
Pſal.117. uitatis cum propheta concelebrant. Hic eſt dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in eo. Quis inquam dies? Nempe ille qui attribuit uiuendi principium, lucis exordium, autor luminis, id eſt ipſe dominus Ieſus Chriſtus qui de ſemetipſo
Ioan.11. ait: Ego ſum inquit dies, qui per diem ambulat non offendit, id eſt qui Chriſtum in omnibus ſequitur, per eius ueſtigia uſq; ad æternæ lucis ſolium tranſmeabit, ſi-
Ioan.17. cut ipſe patrem pro nobis adhuc in corpore conſtitutus, orat dicens: Pater, uolo ut ubi ego ſum, ibi ſint & hi qui in me crediderunt, ut ſicut tu in me & ego in te, ita & illi maneant in nobis. Hic inquã exultationis & lætitiæ dies eſt, in quo promiſſum perfectæ gloriæ cõſecuti, recte plebs ſancta ad inſtar angelorum futuræ laudis myſterium, adhuc in hoc ſeculo conſtituti, domino cum propheta cantamus: Hic eſt
D dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in eo, id eſt autor inſtitutionis, redemptionis & uitæ perpetuæ, dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt rex regum & dominus dominorum abſq; initio, ſine fine in patre regnans cum ſpiritu ſancto, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum Amen.

Operum Diui Ambroſij Secundi Tomi Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPERVM DIVI AM

BROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS, TO-
mus Tertius, continens orationes, epistolas & ser
mones ad populum habitos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

TERTIVS hic tomus exhibebit orationes, epistolas & conciones ad populum breues, quas suppositias esse nihil addubito, nihil em̃ in his Ambrosianæ uenæ. Vident eiusdē cuius multos habemus sermones Augustini titulo, ad fratres eremitas, de tempore &c. Quin hic non pauci sunt, quos uidemus inter eos qui Augustino tribuunt, ueluti qui hic est nonus Ambrosij, illic est. 25. Augustini de uerbis Apostoli. Rursum qui hic est. 37. illic est inter sermones de tempore. 78. & qui hic. 69. illic est de sanctis. 26. & qui hic. 72. illic de sanctis est. 31. Rursus idem sermo bis habebatur in hoc uolumine sub numero. 9. & 59. & idem habebatur inter Augustinianos. Sermo de Agne cuius sit nescio. Appendix in fine indicat artificem. Hæc ego Ambrosius &c. Quis enim unquam appellauit diuina uolumina, præter scripturas canonicas. Vltimus de baptismo diui Augustini, citra controuersiam impostoris est ac blateronis, adeo nihil est illic Ambrosianũ. Verũ dum Augustinũ in baptismo statim ornat cuculla nigra, & cingulo coriaceo, satis indicat de quo grege fuerit, qui hæc confinxit. Nam hac specie pingunt etiam illum bonum uirum ij qui nunc uulgo dicuntur Augustinenses. Simili stulticia adiecit Augustinum esse religionis exordium. Si religionem sentit monachismũ bis fallitur, quum Augustinus nec monachus fuerit, nec exordium huius instituti, si monachus fuisset. Postremo nullus illa ætate monachismum appellauit religionem. Sed impudentius est quod addit, iam uaticinãs, ex eo multas religionis constitutiones oriri posse, & eum à posteris diuinis honoribus colendum. Quis unquam Christianus, homini tribuit honores diuinos. Male sit talibus rabulis.

CATALOGVS.

Oratio funebris de obitu Valentiniani imperatoris. .... Pag. 1
De excessu fratris sui Satyri funebris. 16
De fide resurrectionis de eodem. 31
Funebris de morte Theodosij Imperatoris 53
Epistolæ ad diuersos uarijs argumentis. 64
Conciones ad populum breues. 280

A

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. ORATIO FVNEBRIS DE OBITV VALENTINIANI IMPERATORIS.

ET si incrementum doloris sit, id quod doleas scribere, quoniam tamen plerunq; in eius quem amissum dolemus, cõmemoratione requiescimus, eo quod in scribendo, dum in eum mentem dirigimus, intentionem̃q; defigimus, uidetur nobis in sermone reuiuiscere, signare aliquid de Valentiniani iunioris ultimis cordi fuit, ne aut obliterasse silentio bene meriti de nobis pignoris memoriam uideremur, atq; inhonoratam reliquisse, aut refugisse incentiuum dolendi, cum doluisse plerunq; solatium sit dolentis. Simul ut cum de ipso aut ad ipsum loquor, tanquam de præsente sermo sit. Quid igitur primum defleam? Quid primũ amara conquestione deplorem? Conuersi sunt dies nobis uotorum nostrorũ in lachrymas. Siquidem Valentinianus nobis sed nõ talis qualis sperabatur aduenit. Et iste quidē uel morte sua uoluit implere promissum, sed nobis acerbissima est facta eius, quæ exoptabatur, præsentia. Vtinam adhuc nobis abesset, ut sibi uiueret. Sed ille
B non passus cum audiret alpes Italiæ hostē infestari barbaro, maluit periclitari se, si Gallias derelinqueret, quàm nostro deesse periculo. Magnũ discrimen agnoscimus imperatoris, quod Romano subuenire uoluit imperio. Hæc causa mortis, quæ plena laudis. Soluamus bono principi stipendiarias lachrymas, quia ille nobis soluit etiam mortis suæ stipendium. Nec tamē flendi admonitio necessaria. Flent omnes, flent & ignoti, flent & timentes, flent & inuiti, flent & barbari, flent & qui uidebantur inimici. Quantos iste de Gallijs usq; huc totius tractu itineris populorũ egit gemitus? Omnes enim non tanquam imperatorem sibi sed tanquam parentem publicum obisse domestico fletu doloris illachrymant, suaq; omnes funera dolent. Amisimus enim imperatorem in quo duo pariter acerbant dolorem, annorum immaturitas, & consiliorum senectus. In his ergo flent, sicut dixit propheta. Oculi mei caligauerunt à fletu, quia elongauit à me qui consolabatur me. Oculi mei non solũ corporis sed etiam mentis hebetati sunt, & quadam cæcitate omnis sensus obdu-ctus est, quoniam ereptus est mihi qui conuertit animam meam, & ad spem maximam de summa rerum desperatione reuocauit. Audite omnes populi & uidete dolorem meum. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem, sed cognito quod de Valentiniani essent partibus, liberi reuerterunt. Militauit hostis barbarus imperatori adolescenti, & suæ oblitus uictoriæ, memor fuit imperialis reuerentiæ. Laxauit sponte quos ceperat, excusans quod ignorasset Italos. Nos adhuc murũ Alpibus addere parabamus. Valentiniani gratia non expectauit Alpiũ uallũ, fluenta amnium, aggeres niuiũ, sed alpes & fluuios supergressa, muro nos sui imperij protexit. Vnde prophetici Threni mihi utendum exordio uidetur. Quomodo mœ Thre. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ret Italia quæ abundabat gaudijs? Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ illius in
Thren.1. maxillis eius. Non est qui eam cõsoletur ab omnibus qui diligũt eam. Omnes qui
amant illam despexerunt eam. Omnis populus eius ingemiscens. Et quia de Hieru
salem, id est, ecclesia, plorauit in nocte, quoniam qui eam splendidiorem fide sua &
deuotione faciebat occubuit, merito ergo plorans plorauit, & adhuc lachrymæ eius
in maxillis eius. Vbertatem quidem fletuum solet uultus humescentis declarare in-
Cant.5. fusio, cum lachrymis genæ rorant. Sed quia scriptũ est. Genæ eius sicut phialæ aro-
matis gignentes unguentaria, labia eius sicut lilia distillantia Myrrham plenam,
Mystice ecclesiæ gratia deflentis accipitur, quæ in obitu Valentiniani bonum dolo
ris sui effudit unguentum, & uitam eius prædicando concelebrat. Cui mors obesse
nõ potuit, eo quod odor prædicationis uniuersorũ ore celebrabilis, fœtorem omnẽ
mortis aboleuit. Flet igitur ecclesia pignus suum, & lachrymæ eius in maxillis eius.
Luce.6. Quid sit maxilla, audi. Qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram, eo quod
in dolore sit patiens, ut pœniteat uerberantem. Percussa eras ecclesia in maxilla tua,
cum amitteres Gratianũ, præbuisti & alteram, quando tibi Valentinianus ereptus
est. Merito tibi non in una maxilla sed in utraq; sunt lachrymæ, quia pie germanũ
utrunq; deploras. Ploras igitur ecclesia, & fletũ genæ tuæ, uelut fluentibus quibus-
dam stillicidijs pietatis exudant. Quæ sunt istæ genæ ecclesiæ? De quibus & alibi
Cantic. 6. ait scriptura. Vt corium malorum granatorum genæ tuæ. Istæ sunt genæ, in quibus
solet nitere uerecundia, pulchritudo fulgere, in quibus aut flos iuuentæ aut perfe-
ctæ ætatis insigne est. In obitu igitur fidelium imperatorum quidam fidei pudor,
D quædam ecclesiæ uerecundia est, & in tam immatura morte piorum principũ omis
ecclesiæ mœstior pulchritudo est. Plorat ecclesia in sapientibus suis qui uelut caput
Eccle.2. ecclesiæ sunt. Oculi enim sapientis in capite eius. Plorat in oculis, hoc est in suis fideli
Cant.4. bus, quia scriptum est. Oculi tui sicut columbæ extra taciturnitatem tuam, eo quod
& uideant spiritualiter, & nouerint ea quæ uiderint tacere mysteria. Plorat in sacer-
Psal. 132. dotibus suis qui sunt sicut genæ ecclesiæ, in quibus est barba Aaron, hoc est barba
sacerdotalis, in quam de capite descendit unguentum. Isti sunt, in quibus est pulchri
tudo ecclesiæ, in quibus flos eius gratior, in quibus ætas perfectior, qui uelut corti-
ces malorum punicorum decorem floris præferant abstinentia corporali. Intus au-
tem commissam sibi plebem diuersæ ætatis & sexus, foueant sapientia spirituali,
Obiecti quidem seculo ad iniurias, sed interna mysteria diuidentes. Plorat in uir-
ginibus suis, quæ sunt sicut lilia myrrha plena, candorem integritatis & mortificatæ
corporalis illecebræ gloriam præferentes. In his ergo flet sicut scriptum est. Viæ Sy-
Thren.1. on lugent, sacerdotes eius ingemiscunt, uirgines eius abductæ, & ipsa indignatur in-
Cant.8. tra se. Et intra se quidem indignatur. Ad Valentinianum autem dicit. Assumam te
& inducam te in domum matris meæ, & in secretum eius quæ concepit me. Potum
tibi dabo à uino operosi unguenti, hoc est multi operis, multi odoris unguenti, à
fluxu malorum granatorum meorum, ut bibat uinum quod lætificat cor hominis,
& defluat in eum malorũ granatorum fluxus, in quibus multus & diuersus est fru
ctus. Sermo enim multorum sensuum & de diuersis scripturis abundans, sermo an
gelorum, sermo apostolorum ac prophetarũ, quos uno uelut corio ecclesia sancta
complectitur, malorum fluxus est granatorũ. Videns hæc Valentinianus integræ
plena gratiæ respondet. Misericordiæ domini quod non defecimus, quia non sunt
consumma-

A consummatæ miserationes eius. Renouabit illa sicut lux matutina. Multi sunt gemi
tus mei, & cor meũ defecit. Sors mea dominus dixit, Ideo suscitabo eum. Bonus est
dominus sustinentibus eum, animæ quæ quærit eum. Bonum est sperare in salu-
tare domini. Bonum est uiro cum portauerit iugum graue in iuuentute sua, sedebit Thren.3.
singulariter & silebit quia tulit iugum graue. Et ille quidem se suarum uirtutũ remu
neratione solatur, eo qđ in iuuentute sua labores absorbuit, pericula multorũ tole-
rauit. Iugum maluit graue emendationis propositi, quàm molle illud ac plenum de
litiarum inuidia mentis ceruice portare. Bene beatus plane qui uel in senectute cor-
rexit errorem, beatus qui uel sub ictu mortis animum conuertit à uitijs. Beati enim Psal. 13.
quorum tecta sunt peccata, quia scriptum est, Desine à malo & fac bonum, & inha-
bita in secula seculorũ. Quicunq; ergo desierit à peccatis, & fuerit ad meliora in qua-
cunq; conuersus ætate, habet superiorum indulgentiam peccatorum, quæ fuerit uel
patienti confessus affectu, uel corrigenti uersatus ingenio. Sed huic cum plurimis
ueniæ societas emerendæ. Plurimi enim sunt qui se à peccatis iuuentutis in senectu-
te reuocare potuerunt. Rarus autem qui in iuuentute graue iugum seria sobrietate
portauerit. Hoc est illud iugũ de quo dominus in euãgelio ait. Venite ad me omnes Matth.11.
qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam, tollite iugum meum super uos. Si
quis ergo antequã grauí oneretur peccatorũ sarcina tulerit iugum in iuuentute, sin-
gulariter sedebit, non cum plurimis conferendus, sed cum illo potest dicere, Quoni- Psal.4.
am tu singulariter in spe constituisti me. Sed forte dicas, quomodo iugum graue di
cit Hieremias, cũ in euangelio dominus dixerit: Iugum enim meũ suaue & onus me
B um leue est? Ac primum disce quia Græcus iugum tantummodo posuit, non addi
dit graue. Tamen & illud aduerte, quia & si ita esset in Threnis, in euangelio iugum
suaue dixerit, & onus leue non iugum leue. Potest enim graue iugum uerbi esse sed
suaue. Graue adolescenti, graue iuueni, cuius ætas est florulentior, ut nolit iugo uer-
bi subijciendam animi præbere ceruicẽ. Potest & graue uerbi iugũ uideri præ pon-
dere disciplinæ, austeritate correctionis, pondere abstinentiæ, restrictioeq; lasciuiæ,
suaue tamen esse fructu gratiæ, spe remunerationis æternæ, purioris conscientiæ sua
uitate. Tamen iugum uerbi suaue dixit, onus obedientiæ leue. Quoniam ei qui iu-
gum uerbi patienti ceruice susceperit, disciplinæ onus graue esse non poterit. Qui er-
go tulerit à iuuentute iugum, singulariter sedebit & silebit, reuelata sibi gaudens di-
uinæ remunerationis æterna mysteria. Aut certe silebit, non opus habens excusatio
ne peccati, quod matura confessione præuenit, & propera correctione deposuit. Nõ
enim dicetur huic, Quæ in iuuentute nõ congregasti quomodo inuenies in senectu
te? Potest autem & sic intelligi: Quoniam qui cito portauerit iugum uerbi, hoc est à
iuuentute non se miscebit cum iuuenibus, sedebit seorsum & silebit, donec plena se
perfectione uirtutis erudiat, & magnam induat animo patientiam, dabitq; percuti
enti maxillam suam, etiam cædis contentus iniuria, ut mandatis obsequatur cœlesti
bus. Magnum est enim uel abstinere à uitijs iuuentutis, uel ea in ipso iuuentutis ue
stibulo deredinquere atq; ad saniora conuerti. Lubricæ enim & perplexæ uiæ sunt iu
uentutis. Denicq; Salomon ait. Tria mihi impossibilia sunt intelligere, & quartum Prouerb.5.
quod nõ cognosco. Vestigia aquilæ uolantis, & uias serpentis in petra, & semitas na
tis nauigantis, & uias uiri in iuuentute. Dauid autem ait. Delicta iuuentutis meæ & Psal.24.
ignorantias meas ne memineris. Iuuenis enim non solum fragilitate lubricæ ætatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C prolabitur,uerumetiam ignorantia cœlestium mandatorum plerũq; delinquit. Ci
to autem meretur ueniam qui prætendit ignorantiam. Propheta itaq; dicit. Delicta
iuuentutis meæ & ignorãtias meas ne memineris. Nõ dicit, delicta senectutis meæ
& scientiæ meæ ne memineris, sed quasi propheta qui cito correxerit & emendaue
rit uitia iuuentutis, ætatem ignorantiamq; prætendit. Valentinianus quoq; in de
licto prophetæ simul ait. Delicta adolescentiæ & ignorantiæ meæ ne memineris.
Non solum dixit, sed etiam ante correxit errorem, quàm disceret esse lapsum alicu
ius erroris. Itaq; dicit, Correctionẽ iuuentutis meæ ne memineris. Error in pluribus
est, in paucis correctio. Et quid iam de alijs dicam, qui etiam ludo iuuentutis putaue
rit abstinendum, resecandam ætatis licentiam, seueritatis publicæ duriciam mollien
dam, lenitatem senectutis in alienis annis deferendam ei qui in periculũ conuicti
criminis uocaretur? Ferebãtur primo ludis circensibus delectari, sic istud absterſit,
ut ne solennibus quidem principum natalibus uel imperialis honoris gratia, circen
ses putaret esse celebrandos. Aiebant aliqui ferarum eum uenationibus occupari, at
que ab actibus publicis intentionem eius abduci. Omnes feras uno momento iuſ
sit interfici. Audire in consistorio negocia, & Danielis spiritu in quibus dubitarent
senes, uel personæ alicuius contuitu ducerentur, congruam uero adolescentem uide
res senilem ferre sententiam. Iactabant inuidi qui præmature prandiũ peteret, cœ
pit ita frequentare ieiunium, ut plerunq; ipse impransus conuiuium solenne suis co
mitibus exhiberet, quo & religioni sacræ satisfaceret, & principis humanitati. Scemi
cæ cuiusdam forma ac decore, deperire Romæ adolescentes nobiles nunciabatur:
Iussit eam ad comitatum uenire. Missus precio deprauatus sine mandati effectu re
D dijt. Alterum misit, ne uoluisse emendare uitia adolescentum & non potuisse uidere
tur. Datus est obtrectandi aliquibus locus. Deductam tamen nunquam aut spe
ctauit aut uidit. Postea redire præcepit, ut & omnes agnoscerent irritum eius non es
se mandatum, & adolescentes doceret ab amore mulieris temperare, quã ipse qui
potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc fecit cum adhuc nõ haberet uxorem,
& tamen exhiberet sui tanquam uinctus coniugio castitatem. Quis tam dominus
serui quàm ille sui corporis fuit? Quis tam aliorũ arbiter, quàm ille suæ censor æta
tis? Quid de pietate eius loquar? qui cum homines nobili ortos genere & locupleti
prosapia, quæ cito mouere inuidiam solet regiæ cupiditatis, accusator urgeret, præſe
ctus insisteret, respondit, ut nihil cruentum sanctis præsertim diebus statueretur. Et
cum post aliquot dies, accusatoris legeretur libellus, calumniam pronunciaturus, ac
cusatum libere donec præfectus cognosceret, obseruare iussit. Neq; ante aut postea
quisquã tanti criminis sub adolescente imperatore formidauit inuidiam. Risit ado
lescens quod robusti metuunt imperatores. Miserat propter recuperanda templo
rum iura, sacerdotiorum prophana priuilegia, cultus sacrorum suorum Roma lega
tos, & quod est grauius, senatus nomine nitebantur. Et cum uniuersi qui in consisto
rio aderant christiani pariter atq; gentiles dicerent esse reddenda, solus uelut Dani
el excitato in se dei spiritu arguebat perfidiæ christianos, gẽtilibus obiciebat dicẽs,
quod pius frater eripuit, quomodo à me putatis esse reddendum, cum in eo & reli
gio lædatur & frater, à quo se nollet pietate superari? Et cum paterno cõueniretur ex
emplo, quod sub patre suo ea nullus abstulerat, Respondit, Patrem meum laudatis
quia nõ abstulit, nec ego abstuli. Nunquid patet meus reddidit, ut me debere red
dere

A dere postuletis? Postremo & si pater reddidisset, frater abstulerat. Imitatorem in ea
parte fratris esse me mallẽ. Aut nũquid meus pater Augustus fuit, & frater nõ fuit?
Par utriq; debetur reuerentia, & par utriusq; est circa rempublicã gratia. Vtrũq; imi
tabor, ut & nõ reddã, quod & pater reddere nõ potuit, quia nullus abstulerat, & ser
uem quod à fratre est constitutũ. Postulet parens Roma alia quæcunq; desiderat.
Debeo affectũ parenti, sed magis obsequiũ debeo salutis auctori. Quid de amo
re prouincialiũ loquar, uel quo eos ipse cõplectebatur, uel qui ab ijs cõsultori suo re
pendebatur, quibus nihil unquam indici passus est? Præterita, inquit, non queunt
soluere, noua poterunt sustinere? Hoc laudant prouinciæ Iulianũ, & ille quidẽ in ro
busta ætate, iste in processu adolescentiæ. Ille plurima repperit, & exhausit omnia,
iste nihil inuenit, & omnibus abundauit. Audiuit in transalpinis partibus positus,
ad Italiæ fines barbaros appropinquasse, sollicitus ne alieno hoste suũ regnũ atten
taretur, uenire properabat cupiens dimittere Gallicana ocia, & pericula nostra susci
pere. Hæc mihi cũ alijs cõmunia, illa priuata quod sæpe me appellabat absentẽ, & à
me initiatũ se sacris mysterijs præferebat. Quinetiã cũ rumor quidã ad Viennẽsem
pertulisset urbẽ quod inuitandi eius ad Italiam gratia eò pergerẽ, ẽq; gaudebat, ẽq;
gratulabatur me sibi optato affore, mora ei aduentus mei prolixior uidebatur, atq;
utinã aduentũ ipsius nullus præueniſſet nũcius. Iam promiseram me profecturũ, re
spondens uel honoratis petentibus uel profecto ut tranquillitati Italiæ cõsuleretur,
me sicut superfluo ingerere nõ possem propter uerecundiã, ita necessitatibus nõ de
futurũ. Confirmatũ hoc erat. Ecce postridie literæ de instruendis mansionibus, inue
B ctio ornamentorũ regaliũ, aliaq; eiusmodi quæ ingressurũ iter imperatorẽ significa
rent. Quibus rebus ab ipsis quibus fuerat postulata, intermissa legatio est. Reus mi
hi uidebar speratæ meæ præsentiæ nec impletæ, sed utinam uiuenti tibi hunc debe
rem reatũ. Excusarem quod nulla tua audissem pericula, nullas tuas accepissem lite
ras, quod nõ potuissem proprijs animalibus occurrere, etiam si iter ingressus essem.
Itaq; securus ueniæ, dũ dies subduco, aduentũ tuũ intelligo. Ecce rescriptũ accipio, ut
sine mora pergendũ putarẽ, eo quod uadem fidei tuæ haberẽ caput, comitẽ tuũ uel
les. Num restiti? Num moratus sum? Additur eò ut properarem ocyus, nec arbitra
rer causam itineris mei Synodũ Gallorũ esse episcoporum, propter quorũ frequen
tes dissensiones crebro me excusaueram, sed ut ipse baptizaretur in ipso egressu. Ge
starum iam rerum indicia potui cognoscere, sed properandi studio nihil aduertere
poteram. Iam superabam Alpiũ iuga, & ecce nuncius amarus mihi & omnibus de
tanti morte imperatoris. Reflexi, iter fletibus meis laui. Quibus ego uotis omniũ
proficiscebar? Quo gemitu omniũ reuertebar? Non enim imperatorem sibi sed sa
lutem ereptam putabant. Quanto ipse angebar dolore? Primũ quod tantus prin
ceps, quod dulce pignus meũ, quod ita mei cupidissimus occidisset. Quos ego æstus
in illo biduo fuisse cõperi, quo literis quas ad me miserat superuixit. Vesperi profe
ctus est silentiarius, tertio die mane quærebat, iam ne remeasset, iam uenirẽ? Ita sibi
salutem quandam uenturam arbitrabatur. O iuuenis optime utinam te uiuentẽ in
uenire potuissem, utinam te dilatio aliqua meo reseruasset aduentui. Nihil de ali
qua mei uirtute polliceor, nihil de ingenio atq; prudentia. Sed quanta ego cura in
ter te & comitem tuũ, quanta sedulitate concordiam & gratiam refudissem. Quàm
meipsum pro tua obtulissem fide, quàm in me ipsum eos recepissem, quibus ille se

Universidad de Deusto
Biblioteca

C timere dicebat. Certe si comes nō esset inflexus, tecū remansissem. Præsumebam de
te quod ipse me audires, si pro te nō esse auditū uideres. Multa habueram quæ te-
nerem. Nunc nihil habeo præter lachrymas & fletus. Quotidie mihi maior ad do-
lorem es, crescis ad gemitū. Omnes quanti me feceris protestantur. Omnes absen-
tiam meam causam tuæ mortis appellant. Sed nō sum propheta quo potuerim fu-
tura cognoscere, sed sum uox damantis in gemitu, quo postlim deflere præterita.
Quid enim habeo quod melius faciam quā ut tibi lachrymas pro tanto tuo in me
affectu rependam? Ego te suscepi paruulū, cum legatus ad hostem tuū pergerem.
Ego Iustinæ maternis traditū manibus amplexus sum. Ego tuus iterū legatus repe
tiui Gallias, & mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pace
atq; pietate qua fraternas reliquias postulabas, nondum pro te securus, & iam pro
fraternæ sepulturæ honore sollicitus. Sed reuertamur ad Threnos, & ipsa doloris
Thren.2. ingrediamur uiscera. Quid testabor, inquit, tibi, aut quid assimilabo tibi filia Hieru-
salem? quis saluam faciet te? & quis cōsolabitur te uirgo filia Syō? Quia magna fa-
cta est super te cōtritio tua, quis sanabit te? Quis autē me cōsolabitur, à quo alij pe-
Hier.4. tunt cōsolationis officiū? Impleuit me amaritudine, inebriauit in felle. Ventrem me
um doleo, ut prophetico utar eloquio, quoniā quē in euangelio eram generaturus,
amisi. Sed ille nō amisit gratiam qua poposcit, qui mihi in sermone quo utebar ad
plebem, hodie surrexit. Nam cum in tractatū incidissem propositæ lectionis, quod
populus pauper benediceret deū, quærere cœpi, quis esset hic populus, & distingue-
re quod esset populus, alter diues, alter pauper, diues Iudæorū, pauper ecclesia. Di-
D ues ille eloquijs sibi creditis, iste pauper aliena eloquia mutuatus. Merito pauper,
2.Cor.8. quia congregatus à paupere est, illo uidelicet qui pauper factus est cū diues esset, ut
nos eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim se ut omnes repleret. Sed quomō pau
per qui habebat æternitatis diuitias & plenitudinē diuinitatis? Deniq; in carne erat
& dicebat. A modo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis. Et ali-
Matth.16. bi ad Petrum dicit. Tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo pauper qui regnum
cœleste donabat? Sed audi quomodo pauper. Tollite, inquit, iugum meum super
uos, quia mitis sum & humilis corde. Ideo & populus eius pauper est, non indigen-
tia quem diuite illo populo uideo ditiorem. Non solum enim oracula prophetarū,
sed etiam apostolorum meruit diuino fusa spiritu habere præcepta: Non ergo ino-
Matth.5. pia pauper sed spiritu, cui dictum est, Beati pauperes spiritu, ipsorum est enim re-
gnum cœlorum. Vere beati pauperes qui acceperunt quod diuites non habebant.
Ex hoc numero est ille propheticus pauper de quo scriptum est. Iste pauper clama-
uit, & dominus exaudiuit eum. Ex hoc populo ille qui ait. Argentum & aurum non
habeo sed quod habeo, hoc do tibi. In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Ille
Psal.108. ergo pauper auctor populi pauperis dicit. Deus laudem meam ne tacueris, quia os
peccatoris & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt super me lingua dolosa, &
sermonibus odij circundederūt me, & expugnauerūt me gratis. Pro eo ut me dilige
rent detrahebant mihi, ego autē orabam. Bonum scutū oratio, quo omnia aduer-
sarij ignita spicula repelluntur. Orabat ergo dominus Iesus & eius imitator Valen-
tinianus orabat. Sed forte dicatur, quid ei profuit sua oratio? Ecce in primo uitæ oc
cidit cursu, de celeritate mortis non de genere loquor. Non enim accusationis
uoce ut ar sed doloris. Sed etiam dominus orabat, & crucifixus est. Hoc enim
orabat

A orabat, ut peccatū mundi tolleret. Audiamus ergo quid oret Christi discipulus. Vti
que quod magister docuit. Docuit autem ut uigilemus ne intremus in tentationē,
hoc est, ne incidamus in peccatū. Hæc est enim tentatio Christiani, si in suæ animæ
periculum prolabatur, mortem autē timere non est perfectionis. Rogare autē quis
debeat & pro inimicis suis, orare etiam pro persequētibus, sicut dominus orabat di
cens, Pater dimitte illis, nō enim sciunt quid faciunt. Vide dementiā magnā, illi suū Luc.23.
persequebantur autorem, ipse aduersarijs etiam grauia peccata donabat, quin etiā
ignorantiæ uelamine excusabat admissum dicens, quia nesciunt quid faciunt. Nam
si scirent, dominū nō persequerentur suū, in cuius potestate ac iure salutem esse suā
arbitrarentur. Et quia nō sola Christi persecutores eius erant morte contenti, adde-
bant maledicta atq; cōuitia, ut ait ipse. Maledicent ipsi & tu benedices. Docuit nos Psal.108.
quod timere maledicta persequentū minime debeamus, cū habeamus benedictio
nis autorē, Nec mouere nos conuitia debeant, ubi præsul est qui possit auferre ma-
ledicta. Quid illud quod mori nō timuit? Immo pro omnibus se obtulit dicens, qđ
frustra innoxij in inuidiam uocarentur, quod frustra propter se alij periclitarentur:
Sibiq; potius mortē optabat, ne ipse alijs causa mortis esset. Hoc est illud euangeli
cū domini in ipsa sui captione dicentis. Si me quæritis, sinite hos abire. Occidit itaq; Ioan.18.
pro omnibus quos diligebat. Pro quo amici sui parū putabant, si omnes perirent.
Aduertamus quē circa amicos suos habuerit animū. Cōsideremus quē erga germa
nas suas habuerit affectum. In ipsis requiescebat, in ipsis se cōsolabatur, in ipsis rela
xabat animū, & fessa curis corda mulcebat. Rogabat eas ut si quo pueritiæ suæ la-
B psu, si sermone aliquo offensæ à fratre uiderentur ignoscerēt, ueniam sibi à domino
deprecarentur. Manus, caput, sororibus osculabatur, immemor imperij, memor ger
manitatis, & quo magis alijs potestatis iure præstaret, hoc se magis sororibus exhi-
bebat. Rogabat ut nō meminissent iniuriæ, meminissent gratiæ, ut quod acciderat
de earū possessione, audiret negociū. Tantus enim erat, ut etiam in causa sororū æ-
quus fore arbiter à prouincialibus existimaretur, Quod & si circa sanctas necessitu-
dines suas charitatē propenderet, tamē pietatē suam iustitia tēperaret. Audiuit ne-
gociū nō de iure, sed de possessione prædij. Hinc pietas pro sororibus, inde misericor
diæ pro orphano causa certabat, ut pro eo apud ipsas interueniret sorores. Remisit
ad iudicē publice negociū, ne aut ius aut pietatē læderet. Priuatim tamen quantum
ex proposito nobiliū puellarū aduertimus, piū sanctis sororibus impressit affectū,
ut cōcedendi prædij uoluntatē haberent, iudicium darent. Vere dignæ tanto fratre
germanæ, quæ ei quod mater sibi reliquerat mallent de suo potius iure laxare, quā
fratrē in sua causa uerecundiam sustinere. Hæc est uobis sanctæ animæ hæreditas
pretiosior fraternæ laudis & gloriæ, his uos pius frater nobiliores & ditiores reddi-
dit, qui caput uestrū nō gemmis onerabat sed osculis. Manus uestras nō tam regali
bus ambiebat insignibus quàm imperatorio ore lambebat. In uestræ fructu præ-
sentiæ omne ponebat solatiū, ut nec ipsam nimie desideraret uxorem. Ideo nuptias
differebat, quia pius eum uestræ gratiæ pascebat affectus. Hæc uobis desiderio am
plius quàm dolori sint, ut fraterna gloria plus reficiat mentē quàm dolor torqueat:
pascunt frequenter & lachrymæ & mentem alleuant, fletus refrigerant pectus, &
mœstum solantur affectum. Durum quidem funus uidetis, sed stabat & sancta
Maria iuxta crucem filij, & spectabat uirgo sui unigeniti passionem. Stantem illam

lego

Universidad de Deusto
Biblioteca

C lego,flentem non lego. Vnde dixit ei filius; Mulier ecce filius tuus, & discipulo dixit Ecce mater tua,hæreditatē illis charitatis suæ & gratiæ derelinquens. In quo uobis pia pignora,quoniam fratrem uestrum propter mea peccata non merui,affectū paternum exhibere desidero. Illum intueor in uobis,illum teneo,illum puto esse mihi præsentem, immo utrunq; germanum,quos uelut oculos mihi effossos doleo. Felicius episcopos persequantur imperatores quàm diligant. Quanto mihi beatius Maximus minabatur? In illius odio laus erat,in horū amore supplicij feralis hæreditas. Vtinam filij pro uobis licuisset,hunc spiritum fundere: compendium doloris inueneram, & glorioſius mihi fuerat pro tantis obire pignoribus. Sed ad uestrā sanctæ filiæ consolationem reuertar,quamuis rerum gestarum acerbitas uim omnē consolationis absorbeat. Quæ si breuis sit,nihil afferet quo mœstū affectū demulceat, sin prolixior,longiorem afferat admonitionem doloris. Quo enim prolixior fueris,hoc magis in consolando afficies eum quem consolari uelis,& diutius mœrorem eius tenebis. Non igitur uelut penicillo quodam sermonis mei uestras abstergam lachrymas. Neq; enim id facere uellem,etiam si possem. Est enim pijs affectibus quædam etiam flendi uoluptas, & plerunq; grauis euaporat dolor. Sed id postulo,ne uel infixum pectori uestro fratrem duris gemitibus releuetis, uel auertatis planctibus,uel requiescentem excitetis. Ille uobis maneat in corde, ille uiuat in pectore,ille amplexibus pijs hæreat ut solebat. Ille fraterna oscula premat, ille semper in oculis sit, semper in osculis,semper in alloquijs, semper in mentibus, ille iam talis ut ei nihil timeatis sicut ante. Obliuiscamini eius erumnam,teneatis gratiam. Ille uo

D bis auxiliaturus speretur, ille noctibus præsul assistat, illū à uobis iam nec somnus excludat. Propter ipsum delectet quies, ut uobis gratior reuertatur. In uobis est filiæ,ut fratrem uobis iam nemo possit auferre. Sed corpus eius tenere desideratis,tumulum circūfusæ tenetis. Ille tumulus fratris uobis habitatio sit. Ille sit aula palatij, in quo cara membra requiescunt. Quod si me ad illum reuocatis dolorem, quod cito excessit è uita,nec ego abnuo immatura obisse ætate, quem nostræ uitæ temporibus fulcire cuperemus,ut de nostris annis uiueret,qui fungi non potuit suis. Sed quæro utrum aliquis sit post mortem sensus an nullus? Si est,uiuit, immo quia est, uita iam fruitur æterna. Quomodo enim non habet sensum,cuius anima & uiuit & uiget,& remeabit ad corpus,& faciet illud cū refusa fuerit,reuiuiscere? Clamat Apo- 1. Thess. 4.
stolus, Nolumus uos ignorare fratres de dormientibus ut non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit,ita & deus illos qui dormierunt per Iesum,adducet cum eo. Manet ergo eorum uita,quos manet resurrectio. Quod si gentes qui spem resurrectionis non habent, hoc uno se consolantur quo dicant, quod nullus post mortem sensus sit defunctorum,ac per hoc nullus remaneat sensus doloris: quanto magis nos consolationem recipere debemus,quia mors metuenda non sit,eo quod finis sit peccatorū,uita autem desperanda non sit,quæ resurrectione reparatur? Iob quoq; docet nec mortem Iob. 14.
timendam & potius optandam pijs,dicens. Vtinam in inferno me custodires & absconderes me,donec mitigetur ira tua, & constituas mihi tempus in quo memor sis mei. Si enim mortuus fuerit homo,uiuet. Consummans dies uitæ meæ sustinebo, donec iterum fiam. Tunc uocabis & ego tibi obediam. Opera autem manuum tuarum ne despicias. Istud tamen dolendum sit quod primæua obierit ætate. Gratulandum au-

A dum aūt quod uirtutum stipendijs ueteranus decesserit. Tanta enim fuit emēdatio uitæ eius in illo omnibus lubrico adolescentiæ tempore, tāta laus morum eius ut omnem memoriam doloris obducat. Quod enim obijt fragilitatis est, quod talis fuit admirationis. Quàm beata fuisset respublica,si eum diutius seruare potuisset. Sed quia uita sanctorum non hic in terris est,sed in cœlo (Iustis enim uiuere Christus,& Philip. 1.
mori lucrum,quia & dissolui & cum Christo esse, multo melius) dolendū est quod nobis cito raptus sit,consolandum quod ad meliora transierit, Deniq; Dauid mori- 2. Reg. 12.
turum filium flebat,mortuum non dolebat, flebat ne sibi eriperetur, sed flere desiit ereptum quem sciebat esse cum Christo. Sed ut scias uerum esse quod assero,incestum Ammon filium fleuit occisum,parricidam Absalon doluit interemptum,dicens: Filius meus Absalon,filius meus Absalon. Innocentem filium nō putauit esse lugendum,quia illos sibi periisse pro scelere: hunc pro innocentia credidit esse uictum. Nihil ergo habetis quod grauissime doleatis in fratre,homo natus est,humanæ fuit obnoxius fragilitati. Nemo se redimit à morte,non diues,non ipsi reges,immo ipsi grauioribus subiacent. Iob dixit: Numerati anni dati sunt potenti,timor au- Iob. 15.
tem eius in auribus eius,quando uidetur habere pacem,tunc ueniet ei euersio. Vobis quoque ipsis tam acerba incidisse patienter ferre debetis,quæ uidetis uobis communia esse cum sanctis. Etiā Dauid amissis filijs destitutus est. Optasset illos tales obire qualis uobis frater ereptus est. Ille crimina doluit,non exitum filiorum. Quæ luctus tempora protrahunt,duorum mensium curricula in fraterni funeris quotidiano clausistis amplexu? Sola in scripturis Iepte filia fletus sui tempora postulauit, Iudic. 11.
B cognito quod pater eius profecturus ad prælium uouerat,quia id rerum potitus offerret domino quod sibi primum occurreret. Post uictoriam reuertenti,occurrerat filia,ignara pietatis,ignara promissi. Vidit eam & ingemuit pater dicens: Heu me filia,impedisti me,in stimulum doloris facta es mihi. Ego uero aperui os meum dete ad dominum, & non potero auertere. Illa dixit ad eū: Pater si in me aperuisti os tuum,fac mihi ut exijt de ore tuo. Et iterum dixit. Sine mēsibus duobus & uadens flebo in montibus super uirginitatem meam ego & compares amicæ meæ. Itaque duobus exactis regressa mensibus, sacrificij munus impleuit. Quæ decreto populi Israël quaternis in anno diebus ab eiusdem plebis fœminis deploratur. Ad deflendū igitur suæ uirginitatis florē duos sat esse menses Iepte filia iudicauit, & adhuc non uenerat resurrectio,& hoc spacio temporis satis putauit paucis se esse defletā. Vobiscum omnes populi defleuerunt, omnes ingemuerunt prouinciæ, & adhuc parua putatis uestri hæc esse supplicia? Si fratrē uestrū redimere posletis exitio,nollet tñ ille uestra afflictione resuscitari: qui se melius uiuere credidit in uobis, q optasse potius seipsum mori,cū uestrā uideret iniuriā,qui pro uobis se libenter fuit paratus offerre,qui ipso uestri doloris die dicit hanc solā emisisse uocē, Væ miseris sororibus meis. Itaq; magis uestrā destitutionē q̄ suam mortē dolebat. Sed audiui uos dolere quod nō acceperit sacramēta baptismatis. Dicite mihi qd aliud in nobis est, nisi uolūtas, nisi petitio? Atq etiam dudū hoc uotū habuit, ut antequā in Italiā uenisset, initiaret, & pxime baptizari se à me uelle significauit. Et ideo præ cæteris cauis me accipiēdū putauit. Nō habet ergo gratiā quā desiderauit? Nō habet quā poposcit? Et qa poposcit accepit. Et ubi illud est: Iustus quacūq; morte p̄uentus fuerit, Sapi. 4.
anima eius in refrigerio erit? Solue igit̄ pater sancte munus seruo tuo,qd' Moyses

dum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dum in ſpũ uidit accepit: Qd' Dauid quia ex reuelatione cognouit emeruit. Solue inquam ſeruo tuo Valentiniano munus quod cõcupiuit, munus quod popoſcit ſanus, robuſtus, incolumis. Si affectus ægritudine diſtuliſſet, tamen nõ penitus à tua miſericordia eſſet alienus, qui celeritate temporis eſſet non uoluntate fraudatus. Solue ergo ſeruo tuo mãnus tuæ gratiæ, quam ille nunquã negauit, qui ante diem mortis, templorum priuilegia negauit, inſurgentibus quos reuereri poſſet. Aſtabat uirorum caterua gentilium, ſupplicabat ſenatus. Non metuebat hominibus diſpli/cere in Chriſto. Qui habuit ſpiritum tuum, quomodo non accepit gratiam tuam? Aut ſi quia ſolenniter non ſunt celebrata myſteria, hoc mouet, ergo nec martyres ſi catechumeni fuerint coronãtur? Non enim coronantur ſi non initiantur? Quod ſi ſuo abluuntur ſanguine, & hunc ſua pietas abluit & uoluntas. Ne quæſo eum dñe à fratre ſeiungas, ne iugum hoc piæ germanitatis patiaris abrumpi. Hic tuus iam & tuo iudicio uindicatus, periclitatur amplius Gratianus, ſi ſeparetur à fratre, ſi non mereatur eſſe cum eo, per quẽ meruit uindicari. Quas ille nũc manus ad te pater erigit, quas pro fratre preces fũdit? quo ei inſiæret amplexu? quẽadmodum ſibi eum non patitur auelli? Adeſt etiã pater qui militiã ſub Iuliano & tribunatus honores fidei amore contempſit. Dona patri filium, fratri germanũ, quorũ utrũq; imitatus eſt, alterum fide, alterũ deuotione pariter atq; pietate in templorũ priuilegijs dene gandis. Quod patri defuerat adiunxit, qd frater cõſtituit cuſtodiuit. Et huic adhuc interceſſionẽ aſciſco, cui remunerationẽ præſumo? Date manibus ſancta myſteria. Pio requiem eius poſcamus affectu. Date ſacramẽta cœleſtia myſteria. Animã piã
D matris oblationibus proſequamur. Extollite populi mecum manus in ſancta, ut eo ſaltem munere uicem eius meritis repẽdamus. Nec ego floribus tumulũ eius aſpergam, ſed ſpũ eius Chriſti odore perfundã. Spargant alij plenis lilia calathis, nobis lilium eſt Chriſtus. Hoc reliquias eius ſacrabo, hoc eius gratiã cõmendabo. Nunq; ego piorum fratrũ ſeparabo numerũ, merita diſcernã. Scio q; dñm cõmemoratio iſta conciliet, copula iſta delectet. Nec putet aliqs meritis eorũ obitus celeritate detractũ. Raptus eſt Enoch, ne malicia mutaret cor eius. Et Ioſias decimooctauo anno regni ſui, ita dñi paſcha celebrauit, ut oẽs retro principes deuotiõe ſuperaret, nec diutius fidei ſuæ meritis ſuperuixit, immo quia plebi Iudææ graue imminebat exitium, rex iuſtus ante ſublatus eſt. Metuo ne & tu nobis aliqua noſtri offenſione ſis raptus, ut octauodecimo regni tui anno imminentis mali acerbitatem quaſi iuſtus euaderes. Sed iam chara mihi complectar uiſcera, & debita quondã ſepulchro prius tamen ſingula membra perſpiciam. Valentinianus meus, iuuenis meus cãdidus & ruber, habens in ſe imaginem Chriſti. Talibus enim proſequitur eccleſia in Canticis Chriſtum. Nec iniuriam putes, charactere domini inſcribũtur & ſeruuli, & nomine imperatoris ſignantur milites. Denicp & ipſe dominus dixit: Nolite tangere chriſtos meos. Et: Vos eſtis lux mundi. Et Iacob dixit: Iuda te laudabunt fratres tui. Ad filium loquebatur, & dominum reuelabat. Et de Ioſeph dixit: Filius meus ampliatus, filius meus ampliatus Ioſeph, & Chriſtum ſignificabat. Licet ergo & mihi charactere domini ſchema. Iuuenis meus candidus & ruber decem milibus. Electus eſt filius meus, cũ poſt mortẽ patris paruulus aſciſceretur imperio. Caput eius aurum cephas, oculi eius ſicut columbæ ſup abundantiam aquarum. Ibi em ſedimus & fleuimus, dixerunt qui inde uenerunt. Venter eius pyxis eburnea, qui re-

A ciperet oracula ſcripturarum, ut poſſet dicere, Ventrẽ meũ doleo, ſicut dixit prophe/ta. Dicit em hæc qui imitator eſt Chriſti. Genæ eius phialæ aromatis, quibus Chriſtus influebat unguentũ. Labia eius lilia diſtillantia myrrha plena. Manus eius tornatæ aureæ, plenæ tarſis, eo quod in uerbis eius iuſticia refulgeret, in factis & operibus reniteret gratia, in quo & plenũ uirtutis & autoritatis regalis eſſet alloquiũ, nec inflexa aliquo mortis terrore conſtantia, & factorũ precioſa emendata correctio. Omnis enim bonus operarius, manus Chriſti eſt, fauces eius dulcedines, & totum deſiderium. Quàm dulcia enim omnia iudicia eius, uniuerſorum faucibus adhæſerunt? Quanta gratia ſermones ipſius ſinguli recenſentur? Quemadmodũ fili deſideraris à populis, mihi certe impreſſiſti quæ pectore teneo, uerba illa poſtrema, quibus me uadem tuũ fieri poſtulabas. Reliquiſti ipſe de me teſtimonium iudicij glorioſi. Ego tibi fidem meam exhibere nõ potui quam parabam. Dixi tamen abſens, & dicentem me fidem pro te Chriſtus audiuit. Tenetur in cœlo ſponſio mea, & ſi nõ tenetur in terris. Obligatus ſum deo, & ſi nõ potui hominibus obligari. Locutus ſum de corpore tuo. Nunc alloquar animam tuam dignam propheticis ornamentis. Iiſdem igitur utar exordijs. Quæ nam eſt hæc proſpiciens ſicut diluculũ, ſpecioſa ſicut luna, electa ſicut ſol? Videor mihi te uidere fulgentẽ, uideor audire dicẽtẽ. Diluculũ mihi eſt pater. Nox terrena præceſſit, dies cœleſtis appropinquauit. Proſpicis nos igitur ſancta anima, de loco ſuperiore tanquam inferiora reſpiciens. Exiſti de tenebris iſtius ſeculi, & ut luna reſplendes, ut ſol refulges. Bene ut luna, quia & ante in umbra licet iſtius corporis refulgebas, & terrarũ tenebras illuminabas, & nũc
B lumen à ſole iuſticiæ mutuata clarum diem ducis. Videre igitur uideor te tanquam de corpore recedentẽ, & repulſa noctis caligine ſurgentẽ diluculo ſicut ſolem, appropinquantem deo, & rapido uolatu ſicut aquilam quæ terrena ſunt relinquentẽ. Conuertere Sunamitis cõuertere. Cõuertere & uidebimus in te. Conuertere ad nos pacifica, ut gloriam tuam ſororibus tuis monſtres, & incipient ſe tuæ quietis & gratiæ ſecuritate ſolari. Semel tantũ ad nos cõuertere, ut te uideamus. Et rurſus cõuertere, atque ad Hieruſalem illam ciuitatẽ ſanctorũ tota intentione feſtina. Aut certe ad animam piam Chriſtus hoc dicit, iubet illam pauliſper cõuerti, ut nobis gloria eius appareat, & requies futura cum ſanctis. Et poſtea præcipit eam ad illud ſupernum ſanctorum feſtinare cõſortium. Quid uidebitis, inquit, in Sunamite, de qua uenit ſicut chori caſtrorum? Hoc eſt in ea quæ multũ & aduerſus plurimos in corpore prælia/ta eſt? Etenim pugnauit aduerſus extraneos hoſtes, pugnauit aduerſus lubricas ſe/culi mutationes, pugnauit aduerſus corporis fragilitates, aduerſus multiplices paſſiones. Audiuit à domino. Conuertere Sunamitis. Conuerſa eſt ad pacẽ ſemel in ſe ipſo, conuerſa eſt iterata cõmunione ad gratiam Chriſti. Et ideo pulchra conuerſio eius in ſeculo, pulcherrimus inceſſus eius, uolatus in cœlum. Vnde meretur audire. Specioſi facti ſunt greſſus tui in calciamentis filia Aminadab, hoc eſt filia principis. Specioſa es enim in proceſſu, habitaſti in corpore, tanquam calciamento eo uſa, nõ ut inuolucre, ut quia ſuperior & eminentior, eo ut uelles tuum circunferres ſine ulla offenſione ueſtigium. Vel certe ſicut calciamentũ illud exoluere, ſicut Moyſes fecit, cui dictum eſt. Solue calciamentum pedum tuorũ. Dicit igitur tibi nunc pater Aminadab ille populi princeps. Audi filia & uide, quoniam concupiuit rex ſpeciem tuã. Exo. 3. Pſal. 44. Specioſi ergo facti ſunt greſſus tui in calciamentis filia Aminadab. Modu' fœmo/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rum tuorum ſimiles torquibus, hoc eſt, conſonans ſibi in omnibus factis tuis gratia atq; moderatio magnorum æquauit inſignia triumphorum. Deniq; moderatione tua ex tranquillitate pacifica, nec Gallia hoſtem ſenſit,& Italia hoſtem reppulit,qui eius finibus immin̄ebat. Torques autem inſignia eſſe uictoriæ, dubitari non poteſt, cum ij qui in bello fortiter fecerint, torquibus honorentur. Vmbilicus tuus crater tornatilis non deficiens mixto. Venter tuus aceruus tritici muniti inter lilia. Ceruix tua ſicut turris eburnea. Oculi tui ſtagna in Eſebō. Bonus umbilicus animæ uirtutum omnium capax,ſicut crater ab ipſo fidei autore tornatus. Sapientia enim
Prouer.9. in cratere miſcuit uinū ſuum dicens, Venite edite panes meos,& bibite uinū quod miſcui uobis. Vmbilicus ergo iſte tornatus omni decore uirtutū non deficit mixto. Venter quoq; eius non ſolum iuſticiæ uelut frumentario cibo replebatur,ſed etiam gratiæ ſuauitate quæ florebat lilium. Ceruix quoq; eius candida & pura iugo Chriſti ſponte ſubiecta,cogitationes rationabiles,fidei odor,circūciſionis attentio,ornatus capitis glorioſus, quod non regalia diadem̄ata, ſed domini ſanguinis inſignia coronarent. Merito tanquam rex, peccati uictor, & cœleſti corona redimitus aſcen-
Cant.7. dit. Cuius animæ dicit deus uerbū. Quàm pulchra & ſuauis facta eſt charitas in deliciis tuis? Pulchra per uirtutis decorē, ſuauis per gratiam. Procera ſicut palma, quæ uincentis eſt præmium. Tuæ aſcendenti animæ Gratianus frater occurrit,& complexus eam dicit. Ego fratri meo,& ſuper me cōuerſio eius,uel quod ſibi eam cupiat inhærere,uel quod pietate fraterna quaſi aduocatus aſſiſtat dicens, cōuerſionem eius etiam ſuæ gratiæ præferendam. Veni,inquit,frater meus,exeamus in agrum,requi-
D eſcamus in caſtellis,diluculo ſurgamus in uineas. Hoc eſt,ueniſti eò, ubi diuerſarum uirtutum fructus pro ſingulorum meritis deferunt̄, ubi abundant meritorum præmia. Exeamus ergo in agrum in quo nō uacuus labor, ſed fœcundus prouentus eſt gratiarum: quod in terris ſeminaſti,hic mete,quod ibi ſparſiſti,hic collige. Aut certe ueni in illum agrum,qui eſt odor Iacob,hoc eſt ueni in gremium Iacob,ut ſicut La-
Luc.16. zarus pauper in Abraæ ſinu, ita etiam tu in Iacob patriarchæ tranquillitate requieſcas. Sinus enim patriarcharum receſſus quidam eſt quietis æternæ. Merito ergo Ia-
Gene.27. cob eſt fructuoſus,ſicut Iſaac patriarcha teſtatus eſt dicens. Ecce odor filij mei tanquam odor agri pleni quem benedixit dominus. Requieſcamus, inquit,in caſtellis, oſtendens illic eſſe requiem tutiorem,quæ ſepto cœleſtis refugij munita atq; uallata nō exagitetur ſecularium incurſibus beſtiarum. In foribus,inquit,noſtris omnes fœ-
Cant. 7. tus arborū,noua & uetera frater meus ſeruaui tibi. Quis dabit te frater fratrem mihi lactentem ubera matris meæ? Inueniens te foris oſculabor te,aſſumā te & inducam te in domum matris meæ,& in ſecretum eius quæ concepit me. Potum dabo tibi à uino operoſi unguenti,à fluxu malorum granatorum meorum. Læua eius ſub caput meum,& dextera eius complectetur me. Promittit fratri Auguſtæ memoriæ Gratianus præſto ſibi fructus diuerſarum eſſe uirtutum. Fuit enim & ipſe fidelis in domino,pius atq; manſuetus puro corde. Fuit etiam caſtus corpore, qui præter coniugium neſcierit fœminæ alterius cōſuetudinem. Ideo in foribus ſedis fructus habet fructus paratos, nec longe petendos offert, qui ſeruauerit fratri noua & uetera, hoc eſt,& teſtamenti ueteris & euangelij ſacramenta,& dicit, Quis dabit te frater fratrē mihi lactentem ubera matris meæ? hoc eſt, non quicunq; te ſed Chriſtus illuminabit gratia ſpirituali. Ille te baptizauit,quia humana tibi officia defuerunt. Plus adeptus es

A ptus es qui minora te amiſiſſe credebas. Quæ ſunt ubera eccleſiæ,niſi ſacramēta baptiſmatis? Et bene ait,lactentem, quaſi qui baptizatus lactis niuei ſuccum requirat. Inueniens,inquit,te foris,oſculabor te,hoc eſt extra corpus te reperiens, oſculo myſticæ pacis amplectar. Nemo te ſpernet,nullus excludet,in penetralia te arcana eccleſiæ matris inducam,& in omnia ſecreta myſterij,ut bibas poculū gratiæ ſpiritualis. Amplexatus igitur fratrem ducere cœpit ad propriam manſionem, & quia pio officio ad ulteriora proceſſerat, cum fratre cœpit aſcendere, petens ut ſibi fratri maior illic charitas augeatur,eo quod uitia humana defecerāt, inuidia atq; iactantia, quæ in pleriſq; ſolent fraternæ pietatis iura uacuare. Videntes eos uel angeli uel aliæ animæ,quærunt ab ijs quæ ueluti comitatu ſuo fratres hos & officio deducebant dicentes. Quæ eſt hæc quæ aſcendit candida innitens ſuper fratrem ſuum? Nec nos qui- Cant. 8.
dem dubitabamus de meritis Valentiniani,ſed iam credamus uel teſtimonijs angelorū, qd̄ deterſa labe peccati ablutus aſcendit,quē ſua fides lauit,& petitio cōſecrauit. Credamus quia aſcēdit à deſerto,hoc eſt ex hoc arido & inculto loco ad illas florulentas delectationes,ubi cum fratre cōiunctus æternæ uitæ fruitur uoluptate. Beati ambo,ſi quid meæ orationes ualebūt. Nulla dies uos ſilentio præteribit. Nulla in honoratos uos mea tranſibit oratio. Nulla nox nō donatos aliqua precū mearum cōtextione tranſcurret. Omnibus uos oblatiōibus frequentabo. Quis prohibebit innoxios nominare? Quis uetabit cōmendatiōis proſecutionē cōplecti? Si oblitus fu- Pſal. 136.
ero te ſancta Hieruſalem,hoc eſt,ſancta anima,pia & pacifica germanitas,obliuiſcatur me dextera mea,adhæreat lingua mea faucibus meis,ſi nō meminero tui,ſi non
B meminero Hieruſalē in principio meæ lætitiæ. Ipſe me citius cēſ uos obliuiſcar. Et ſi unquā ſermo tacebit,loquetur affectus. Et ſi uox deficiet,nō deficiet gratia,quæ meis eſt infixa præcordijs. Quomō ceciderūt potentes? Quomō uterq; ſuper illa Babylonis ceciderunt flumina? Quomō rapidiora utriuſcē uitæ fuere curricula, cēſ ipſius Rhodani ſunt fluenta? O mihi Gratiane & Valentiniane ſpecioſi & chariſſimi, cēſ anguſto uitam fine clauſiſtis, q̄ proxima uobis mortis fuere cōfinia, q̄ ſepulchra uicina. Gratiane inquā & Valentiniane in ueſtris nominibus adhærere iuuat atq; delectari, in ueſtri cōmemoratione requieſcere. Omnibus Gratiane & Valentiniane ſpecioſi & chariſſimi, inſeparabiles in uita & in morte nō eſtis ſeparati. Non uos diſcreuit tumulus, quos nō diſcernebat affectus. Nō cauſa mortis ſeparauit, quos pietas una iungebat. Non uirtutū diſtantia diſpares fecit, ſuper columbas ſimpliciores, ſuper aquilas leuiores, ſuper agnos clementiores, ſuper uitulos innocentiores. Gratiani ſagitta nō eſt reuerſa retro,& Valentiniani iuſticia nō fuit uacua, nec inanis auctoritas. Quomō ſine pugna ceciderūt potentes? Doleo in te fili Gratiane, ſuauis mihi ualde. Plurima dediſti tuæ pietatis inſignia. Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tuis extremis me appellabas, meū de te plus dolebas dolorē. Doleo etiā in te fili Valētiniane, ſpecioſus mihi ualde. Ceciderat amor tuus in me, ſicut amor pignoris. Tu per me putabas eripi te periculis, tu me nō ſolū ut parentem diligebas, ſed ut redemptorem tui & liberatorē ſperabas. Tu dicebas, putas ne uidebo patrē meū? Speciosa de me uoluntas tua, ſed nō efficax præſumptio. Hei mihi uanæ ſpes in homine, ſed tu in ſacerdote. Hei mihi quod uoluntatem tuam non ante cognoui. Hei mihi quod non clanculo ante miſiſti. Hei mihi qualia amiſi pignora. Quomodo ceciderunt potentes, & perierunt arma concupiſcentia deum? Et quia nemo habet quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bet quod alij plus deferat,quàm quod sibi optat,nō me ab illis post mortē separes, quos in hac uita charissimos sensi domine.Peto,ut ubi ego fuero,sint & illi mecū,uel illic eorū perpetua copula fruar,quia hic uti eorū diuturniore cōiunctione nō potui. Te quæso summe deus,ut charissimos iuuenes matura resurrectione suscites & resu scites,ut immaturum huius uitæ istius cursum matura resurrectione compenses.

DIVI AMBROSII MEDI

OLANEN. EPISCOPI ORATIO FVNEBRIS DE EXCESSV FRATRIS SVI SATYRI.

DEDVXIMVS fratres dilectissimi hostiam meam,hostiam incō taminatam,hostiam deo placentē,dominū & fratrem meū Saty rum.Memineram quippe eū esse mortalē, nec fefellit opinio, sed superabundauit gratia.Itaq; nihil habeo qd' querar, sed habeo in quo deo gratias agam,quia semper optaui,ut si quæ perturba tiones uel ecclesiā uel me manerent, in me potius ac meam recide rent domū.Deo igitur gratias, quia in hoc omniū metu cū omnia motibus sint su specta barbaricis,cōmunem mœrorē priuato dolore transegi,& in me cōuersum est quicquid timebamus omnes,atq; utinam hic consummatū sit,ut dolor meus publi ci doloris redemptio sit.Nihil quidē habui fratres charissimi in rebus humanis tan to fratre preciosius,nihil amabilius,nihil carius.Sed præstant priuatis publica.Ipsi D us quoq; si quis sententiā scisciteretur,mallet occidi pro alijs quàm sibi uiuere. Pro pterea enim pro omnibus secundū carnē Christus est mortuus, ut nō nobis solis ui uere disceremus. Accedit illud, quod ingratus diuinitati esse nō possum. Lætandū est enim magis quod talem fratrem habuerim,quàm dolendū quod fratrem ami serim.Illud em̄ munus,hoc debitū est.Itaq; perfunctus sum quamdiu licuit cōmis so mihi fœnore, qui deposuit pignus recepit. Nihil interest utrū abiures depositū, an doleas restitutū.In utroq; enim fidei ambiguū,uitæ periculū est.An si pecuniam neges,culpa est,si hostiam neges,impietas nō est,cum pecuniæ fœnerator illudi pos sit,naturæ autor,& necessitudinis creditor fraudari nō queat? Itaq; quanto uberior fœnoris summa,tanto gratior usura sortis. Vnde ingrati de fratris morte esse non possumus, quia quod naturæ cōmunis fuit reddidit, quod gratiæ singularis est me ruit.Quis enim cōmunem cōditionē recuset? Quis doleat sibi propriū pignus ere ptum,cum ad solatiū nostri,filiū suū unicum pro nobis pater tradiderit ad mortē? Quis exceptū se putet esse debere à cōditione moriendi,qui nō sit exceptus à condi tione nascendi? Magnū pietatis mysteriū,ut mors corporis nec in Christo esset ex cepta,ac licet naturæ dominus,carnis tamen quam susceperat legem nō recusaret. Et Ioan.21. mihi necesse est mori,illi necesse nō fuit.An qui de seruo dicit,Si eum uolo sic mane re donec uenio,quid ad te,nō potuit ipse sic manere si uellet? Sed perpertuitate ui tæ huius,sibi preciū,mihi sacrificiū perdidisset. Quod igit̄ maius est solatiū nostri, quàm quod secundū carnē & Christus est mortuus? Aut cur ego uehementius fleā fratrem,cū sciam illam mori nō potuisse pietatē? Cur solus præ cæteris fleam,quem fletis omnes? Priuatū dolorem cōmuni dolore digessi, præsertim cum meæ lachry mæ nihil prosint,uestræ autē lachrymæ fidem astruant, cōsolationē afferant. Fleris diuites

A diuites,& flēdo probatis nihil opitulari repositas diuitias ad salutē,cū pecuniæ pre cio mors differri nō queat,& pari usu diuitē inopemq; dies supremus eripiat.Fletis senes quod in hoc liberorum sortem pauetis,& ideo quia uitam corporis produce re non potestis,instituite liberos,non ad usum corporis sed ad uirtutis officium.Fle tis & iuuenes,quod naturæ finis nō sit maturitas senectutis. Fleuerunt & pauperes, & quod multo est precio sius,multoq; uberius,lachrymis suis eius delicta lauerunt. Illæ sunt lachrymæ redemptrices,illi gemitus qui dolorē mortis abscondunt.Ille do lor qui perpetuæ ubertate lætitiæ,ueteris sensum doloris obducat.Itaq; licet priua tū funus,tamē fletus est publicus,& ideo nō potest fletus esse diuturnus,qui uniuer sorum est affectibus consecratus.Nam quid te mi frater amantissime fleam,qui mi hi sic ereptus es,ut esses somnium? Non enim perdidi usum tui,sed commutaui,an te corpore inseparabilis,nūc indiuiduus affectu.Manes em̄ mecū, ac semper mane bis.Et quidē cū uiueres nobiscū,nūq; te patria eripuit mihi, nec ipse mihi unq; patri am prætulisti,& nunc alteram præstitisti. Cœpi enim hic iam non esse, peregrinus ubi melior mei portio est.Nunquam enim totus in me fui, sed in altero nostri pars maior amborum, uterq; autem eramus in Christo, in quo & summa uniuersitatis & portio singulorum est. Hic mihi tumulus genitali solo gratior, in quo nō naturæ sed gratiæ meæ fructus est. In isto corpore enim quod nunc exanimatum iacet præ stantior uitæ meæ functio,quia in hoc quoq; quod gero corpore, uberior tui por tio. Atq; utinam ut memoriæ,ut gratiæ, ita etiam uitæ tuæ hoc quicquid est quod spiramus spirare possemus,dimidiumq; meorum decideret temporū,quod ad tuo B rum proficeret usum.Par enim erat,ut quibus indiuisum semper fuit patrimonium facultatum,non esset uitæ diuisum tempus:uel certe qui indistincta semper habui mus uiuendi consortia, non haberemus distincta moriendi. Nunc uero frater quó progrediar,quó ue conuertar? Bos bouem requirit,secq; nō totum putat,& frequen ti mugitu pium testatur affectum,si forte defecerit,cum quo ducere collo aratra con suecuit,ego te frater non requiram? Aut possum unquam obliuisci tui cum quo uitæ huius semper aratra sustinui? Labore enim inferior fui,sed amore coniunctior, non tam mea uirtute habilis,quàm tua patientia tolerabilis,qui pio semper sollicitus af fectu,latus meū tuo latere sepiebas, charitate ut frater,cura ut pater, sollicitudine ut senior,reuerentia ut iunior.Ita in unius necessitudinis gradu, complurium mihi ne cessitudinum officia impendebas, ut in te non unum, sed plures amissos requiram, in quo uno ignorata adulatio,est expressa pietas.Neque enim habebas quod simu latione adderes, qui totum pietate comprehenderas, ut nec incrementa reciperes, nec uicem exspectares.Sed quo immemor officij,memor gratiæ immodico dolore progredior? Reuocat apostolus, & tanquam frenos mœroris inducit dicens, sicut 1.Thess.4. super audistis, Nolumus uos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut & cæteri qui spem non habent. Date ueniam fratres charissimi. Neque enim omnes possumus dicere,Imitatores mei estote,sicut & ego Christi:sed ad imitandū 1.Cor.4. si autorem quæritis,habetis quem possitis imitari. Non omnes ad docendum ido nei,utinam omnes ad discendum habiles.Non grauem lachrymis contraximus cul pam.Non omnis infidelitatis aut infirmitatis est fletus.Alius est naturæ dolor,alia est tristicia diffidentiæ, & plurimum refert desiderare quod habueris, & lugere qd'

Universidad de Deusto
Biblioteca

C amiseris. Non solus dolor lachrymas habet, habet & lætitia lachrymas suas. Et pie-
tas fletū excitat, & oratio stratū rigat, & precatio iuxta propheticū dictum, lectulū
lauat. Fecerunt & fletum magnum sui, cum patriarchæ sepelirentur. Lachrymæ er-
go pietatis indices, nō illices sunt doloris. Lachrymatus sum ergo fateor etiam ego,
sed lachrymatus est & dominus. Ille alienum, ego fratrem. Ille in uno lachrymatus
est omnes, ego in omnibus lachrymabor te frater. Ille nostro non suo lachrymatus
est affectu. Neq; enim diuinitas lachrymas habet, sed lachrymatus eo quo crucifi-
xus est, quo mortuus, quo sepultus est. Lachrymatus est eo de quo hodie nobis in-
Psal. 86. sinuauit propheta dicens. Mater Syon dicet homo, & homo factus est in ea & ipse
fundauit eam altissimus. Eo lachrymatus est quo matrem Syon dixit, genitus in lu
dæa, susceptus ex uirgine. Matrem autem secundum diuinitatem habere non potu
it, qui autor est matris. Ille factus est non diuina generatione sed humana, quia ho-
Esa. 9. mo factus est, deus natus est. Sicut & alibi habes. Puer natus est nobis, filius datus
est nobis. In puero enim nomē ætatis, in filio plenitudo diuinitatis est, factus ex ma
tre, natus ex patre, idem tamen & natus & factus, non diuersum, sed unum putes.
Vnus enim dei filius & natus ex patre, & ortus ex uirgine distanti ordine, sed in unū
Psal. 86. concurrente nomine, sicut & præsens lectio docet, quia & homo factus est in ea, &
ipse fundauit eam altissimus, homo utique corpore, altissimus potestate. Et si deus
& homo diuersitate naturæ, idem tamen non alter in utroque. Aliud ergo speciale
naturæ suæ, aliud commune nobiscum, sed in utroque unus, & in utroq; perfectus.
Non igitur mirandum est, quia & dominum eum & Christum fecit deus. Fecit ergo
Iesum eū utiq; qui ex corpore nomē accepit, fecit eū de quo etiam patriarcha scribit
D Dauid. Quia mater Syon dicet homo, & homo factus est in ea. Quasi homo ergo
factus dissimilis, utiq; non diuinitate sed corpore: nec discretus à patre, sed exceptus
in munere: manens in consortio potestatis, segregatus in mysterio passionis. Plura
loci huius tractatus exposcit, quibus possimus ostendere autoritatem patris, propri
etatem filij, trinitatis totius unitatem, sed consolandi hodie non tractandi partes re
cepi, quanquam abducere à mœrore animum intentione tractandi consolationis
usus sit. Sed temperandus mihi mœror, quàm alienandus affectus est, ut mulcean-
tur magis desideria quàm sopiantur. Non libet enim abire à fratre longius & occu-
patione subduci, cum uelut comitandi eius gratia hic sermo susceptus sit, ut diuti-
us sensu prosequar proficiscentem, & quem oculis teneo, mente complectar. In illo
enim totam oculorum aciem figere libet, cum illo totis animorum officijs immora
ri, illum toto blanditiarum ambire obsequio, dum stupet animus, nec amissum cre-
do, quem adhuc cerno præsentem, nec mortuum puto cuius adhuc officia non re-
quiro, quibus ego uitæ meæ usum & spirandi omne munus addixeram. Quid enim
referam tantæ gratiæ, tanto labori? Ego te frater hæredem feceram, tu me hære-
dem reliquisti. Ego te superstitem optabam, tu me superstitem dimisisti. Ego pro
muneribus tuis ut compensarem beneficia uota referebam, nunc & uota perdidi,
sed tamen tua beneficia non amisi. Quid agam mei successor hæredis? Quid agam
meæ uitæ superstes? Quid agam exors huius quod cupio luminis? Quas gra-
tes, quæ munera referam tibi? Nihil à me præter lachrymas habes. Aut for-
tasse secu

A tasse securus meriti tui, quas solas superstites habeo lachrymas non requires. Nam
etiam cum adhuc uiueres, flere prohibebas, mœrorémque magis nostrum quàm
tuam mortem tibi esse testabaris dolori. Prohibēt ulterius prodire lachrymæ, fletús
que reuocant. Prohibet etiam tui gratia, nedum nostra deflemus, de tuis meritis
desperare uideamur. Aut certe ut nobis etiam mœrorīs istius minuas acerbita-
tem, non habeo quod timeam qui timebam tibi, non habeo quod mihi iam mun-
dus eripiat. Et si sancta superst soror Marcellina, integritate uenerabilis, æqualis
moribus, non impar officijs, tibi tamen ambo plus timebamus, in te uitæ huius fo
cunditatem repositam putabamus. Propter te uiuere delectabat, propter te non
pigebat mori. Te enim ambo superstitem precabamur, tibi nos superuiuere non
iuuabat. Quando non cohorruit animus cū metus huiusmodi titillaret? Quomo-
do consternata mens erat ægritudinis tuæ nuncio? Væ miseræ opinioni, putaba-
mus redditum, quem uidemus dilatum. Tuis enim uotis apud sanctum marty-
rem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus commeatum, atque utinam
non solum commeatum sed etiam prolixum uitæ tempus rogasses. Potuisti an-
nos plurimos impetrare uiuendi, qui potuisti commeatum impetrare ueniendi.
Et quidem tibi omnipotens æterne deus gratias ago, quod uel hæc nobis suprema
solatia non negasti, quod amantissimi fratris ex Siculis Africanisue regionibus ex-
optatum nobis reditum contulisti. Ita enim mature post quam uenit ereptus est,
quasi propter hoc solum uideretur esse dilatus ut ad fratres rediret. Habeo planè
pignus meum quod nulla mihi peregrinatio iam possit auellere. Habeo quas com
B plectar reliquias. Habeo tumulum quem corpore tegam. Habeo sepulchrum su
per quod iaceam, & commendabiliorem deo futurum esse me credam, quod supra
sancti corporis ossa requiescam. Vtinam sic potuissem aduersus mortem quoque
tuam meum corpus obijcere. Si gladijs petitus esses, me pro te potius suffigendum
dedissem: si exeuntem potuissem reuocare animam, meam potius obtulissem. Ni
hil mihi profuit ultimos hausisse anhelitus, nihil flatus meos inspirasse morienti.
Putabam enim quod aut tuam mortem ipse susciperem, aut meam uitam in te ipse
transfunderem. O infelicia illa, sed tamen dulcia suprema oculorum pignora.
O amplexus miseri inter quos exanimum corpus obriguit, halitus supremus eua-
nuit. Stringebam quidem brachia, sed iam perdideram quem tenebam, & extre-
mum spiritum ore relegebam, ut consortium mortis hauirem. Sed nescio quo-
modo uitalis ille mihi halitus factus est, & maiorem gratiam in ipsa morte redole
bat. Atque utinam si tuam nequiui meo spiritu uitam producere, uel ultimi anhe-
litus tui uigor transfundi potuisset in meam mentem, & illam tui animi puritatem
æque innocentiam noster spirasset affectus. Hanc mihi hæreditatem frater caris-
sime reliquisses, quæ non lachrymabili dolore percuteret aspectum, sed memorabi
li gratia commendaret hæredem. Quid igitur nunc agam, cum omnes uitæ istius
suauitates, cuncta solatia, cuncta denique ornamenta amiserim? Tu enim mihi
unus eras domi solatio, foris decori, tu inquam in consilijs arbiter, curæ particeps,
deprecator sollicitudinis, depulsor mœroris: tu meorū assertor actuū, cogitationūq;
defensor: tu postremo unus in quo domestica sollicitudo resideret, publica cura re-
quiesceret. Testor sanctam animā tuā, me in publicis ecclesiæ id sæpe ueritū esse, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

C disſplicerem tibi. Denique ubi rediſti, obiurgaſti moram, ita domi foriſque eruditor quidam & arbiter ſacerdotis, ut domeſticâ cogitare non ſineres, publica curare cen-
ſeres. Vt uereor, ne uidear arroganter dicere. Hæc enim laudis tuæ portio eſt, quia ſi ne offenſione ulla & gubernaſti fratris domum, & commendaſti ſacerdotium. Sen-
tio equidem quod repetendis officijs tuis, recenſendiſque uirtutibus afficiatur ani-
mus, ſed tamen in ipſa mei affectione requieſco, atque hæ mihi recordationes, & ſi dolorem renouant, tamen uoluptatem afferunt. An ego poſſum aut non cogitare de te, aut unquam ſine lachrymis cogitare? Et potero unquam aut tanti non memi-
niſſe fratris, aut ſine lachrymabili quadam meminiſſe gratia? Quid enim mihi un-
quam iocundum quod non eſſet ex te profectum? Quid inquam mihi ſine te, aut tibi unquam ſine me uoluptati fuit? Quis non uſus nobis, & propè uiſus ipſe ſom-
núsque communis? Quæ diſcreta unquam uoluntas, quod non cummune ueſtigi-
um, ferè ut cum gradum tollerem, uel tu mæum, uel ego tuum corpus uideremur at-
tollere. Quod ſi quando ſine altero prodeundum fuit, intectum latus putares, affe-
ctum uultum cerneres, mœſtum animum iudicares, non aſſueta gratia, non uigor ſolitus prænitebat, ſuſpecta omnibus ſolitudo metum alicuius ægritudinis affere-
bat. Ita nouum uidebatur omnibus nos diuidi. Ego certe fraternæ abſentiæ impati-
ens uel non immemor, quaſi præſentem reflexa ſæpius ceruice quærebam, & coram alloqui atque aſpicere uidebar mihi. Sed tanquam ſuſpenſum collo iugum, ubi ſpe-
ratis excideram, trahere me putabam, difficilis progredi, uerecundus uideri, & redi-
re deproperans, quod ſine te procedere non liberet. At uero ubi ambobus prodeun-
D dum fuit, non plura in itinere ueſtigia quàm uerba, nec inceſſus quàm ſermo crebri-
or, nec ambulandi cura ſed colloquendi gratia. Vterque enim noſtrũ ex alterius ore pendebat, non intento aſpectu legere iter, ſed mutuo ſollicitos excipere ſermones, haurire oculorum gratiam, ſpirare fraternæ imaginis uoluptatem. Quas uirtutes tu as tacitus mecum ipſe mirabar, quàm plaudebam mihi quod tali me dominus fra-
tre donauerat, tam pudico, tam efficaci, tam innocenti, tam ſimplici, ut cum tuam in-
nocentiam cogitarem, efficaciam deſperarem, cum efficaciam cernerem, innocentiã non putarem, ſed utrunque mira quadam uirtute iungebas. Deniq; ea quæ ambo nequiueramus concludere, ſolus impleſti. Plaudebat ſibi ut audio Proſper quod ſa-
cerdotij mei occaſione redditurum ſe quæ abſtulerat non putabat, ſed uehementio-
rem tuam unius efficaciam expertus eſt quàm duorum. Itaq; ſoluit omnia, nec mo-
derationi ingratus tuæ, nec illudens pudori, ſed & modeſtiæ gratus, nec inſolens ef-
ficaciæ. Sed cui frater illa quæſiſti? Nos enim idem uolebamus laborum tuorum ef-
ſe præmium, quod documentũ erat. Peregiſti omnia, & ubi perfunctus omnibus re-
uertiſti, tu ſolus nobis qui omnibus es præferendus eriperis, quaſi ideo mortem di-
ſtuleris, ut conſummares pietatis officium, palmam efficaciæ reportares. Quàm nec ipſi nos frater chariſſime ſeculi huius delectabant honores, quod nos à nobis inuicẽ diuidebant, quos ideo adepti ſumus, non quia fuit eorum expetenda perceptio, ſed ne uilis diſſimulatio uideretur. Aut fortaſſe ideo ſunt tributi, ut quia immaturo tui obitu noſtræ futurus erat uoluptatis occaſus, ſine nobis iam uiuere diſceremus. E-
quidem præſagæ mentis agnoſco formidinẽ, dum repeto ſæpe quæ ſcripſerim. Re-
uocabam te frater, ne ipſe Africam peteres, ac potius aliquẽ deſtinares, timebã te cõ
mittere uiæ. Sed & peregrinationẽ explicuiſti, & rẽ ordinaſti, & ueteri & ſentinoſo ut

audio

A audio, nauigio iterum te fluctibus credidiſti. Namq; dum celeritatẽ aucuparis, cau-
telam prætermiſiſti, auidus noſtræ gratiæ, diſſimulans periculi tui. O fallax lætitia,
ó incerta humanarum rerum curricula. Ex Africa redditum, ex mari reſtitutum, ex naufragio ſeruatum, putabamus iam nobis nõ poſſe eripi, ſed grauiora naufragia in terris poſiti ſuſtinemus. Nam quem non potuerunt naufragia ad mortem dedu-
cere ſtrenuis natatibus euitata, eius mors cœpit nobis eſſe naufragio. Quid enim ſu-
pereſt ſuauitatis, quibus tam prædulce decus, tam carum in his mundi tenebris lu-
men extinctum eſt, in quo nõ noſtræ ſolum familiæ ſed totius patriæ decus occidit?
Habeo ſanè uobis fratres dilectiſſimi, plebs ſancta, maximam gratiam, quod nõ ali-
um dolorem meum quàm ueſtrum putatis, quod uobis accidiſſe hanc noſtri credi-
tis ſolitudinem, quod fletum totius ciuitatis, ætatum omnium, ordinum omniũ, uo-
ta noua quadam pietate defertis. Non ẽnim miſericordiæ priuatæ dolor, ſed quod-
dam publicæ officium & munus eſt gratiæ. Aut ſi qua uos mei tangit miſericordia quod talem fratrem amiſerim, habeo fructũ uberem, habeo ueſtri pignus affectus.
Mallem fratrem uiuere, ſed tamen publicum officium in ſecundis rebus iocundius eſt, in aduerſis gratius. Neq; uero mihi mediocre meritum tanti uidetur officij. Ne-
que enim ocioſe, uel in actibus apoſtolorũ Thabitam mortuam flentes uiduæ de- Act. 9.
ſcribuntur, uel in euangelio mota lachrymis uiduæ, proſequens turba funus adole- Luc. 7.
ſcentis inducitur, cui reſurrectio debebatur, illam tamen Thabitam uiduæ, hunc to-
ta ciuitas fleuit. Non ergo dubium eſt ueſtris lachrymis apoſtolorum patrocinium comparari, non inquam dubium eſt Chriſtum miſericordia motum cum uos flen-
B tes uideret: & ſi nunc non tetigit loculum, ſuſcepit tamen commendatum ſpiritum:
& ſi non appellauit corporis uoce defunctum, diuinæ tamen poteſtatis autoritate à cruciatibus mortis, & nequitiæ ſpiritalis incurſionibus, eius animam liberauit. Et ſi non reſedit in loculo qui erat mortuus, tamen requieuit in Chriſto: & ſi non locutus eſt nobis, tamen ea quæ ſupra nos ſunt cernit, & quæ potiora ſunt nobis iam ſe uide-
re lætatur. Per ea enim quæ in Euangelio legimus, quæ futura ſunt intelligimus, & præſentium ſpecies futurorum eſt. Non opus fuit ei reſurrectio temporalis, cui æter-
na debetur. Quid enim in hanc miſeram & erũnoſam recideret labem, atq; in hanc flebilem uitam rediret, quem raptum magis eſſe ex tam imminentibus malis, urgen-
tibuſq; periculis gaudere debemus. Nam ſi pacato ſeculo belliſq; ceſſantibus raptũ Enoch nemo defleuit, ſed magis propheta laudauit, ſicut de illo ſcriptura dixit, Ra- Sap. 4.
ptus eſt ne malicia mutaret cor eius: quanto magis nunc iure dicendum eſt, cum ad ſeculi lubricum, uitæ accedat ambiguum, raptus eſt ne manus incideret barbarorũ, raptus eſt ne totius orbis excidia, mundi finem, propinquorum funera, ciuium mor-
tes, ne poſtremo ſanctarum uirginum atq; uiduarum, quod omni morte acerbius eſt, colluuionem uideret. Ego enim te frater tum uitæ tuæ flore, tum mortis commo-
dante, beatum arbitror. Non enim nobis ereptus es, ſed periculis: non uitam amiſi-
ſti, ſed ingruentium acerbitatum formidine caruiſti. Nam qua eras ſanctæ mentis miſericordia in tuos, ſi nũc urgeri Italiam tam propinquo hoſte cognoſceres, quan-
tũ ingemiſceres, q̃ doleres, in alpiũ uallo ſummã noſtræ ſalutis cõſiſtere, lignorũq; congeſtibus conſtrui murũ pudoris: qua afflictione mœreres, in tanto teneri diſcri-
mine tuos ab hoſte impuro atq; crudeli, qui nec pudicitiæ parceret nec ſaluti? Quo nam inquam hæc modo ferres, quæ nos perpeti, & fortaſſe quod grauius eſt ſpecta-

re coge

Universidad de Deusto
Biblioteca

C re cogemur,rapi uirgines & auulsos à complexu parentum paruos liberos supra te
la iactari,incestari sacrata deo corpora, & senilem uiduæ maturioris uterũ, in usus
desuetos onerum redire nõ pignorum? Quo nam inquam modo ista tolerares qui
etiam ultimo spiritu,tui iam fortassis oblitus,& adhuc nostri non immemor de ca/
uenda incursione barbarorum nos sæpius admonebas,commemorans non frustra
te dixisse fugiendum,fortasse ideo quod nos destitui tua morte cernebas,quod nõ
infirmitate animi,sed pietate faciebas.Et si infirmus pro nobis,tamen firmus tibi.
Qui cũ à uiro nobili reuocareris Symmacho tuo parente, quod ardere bello Italiæ
diceretur,quod in periculum tenderes,quod in hostem incurreres, respondisti hanc
ipsam tibi causam esse ueniendi ne nostro deesses periculo,ut consortem te fraterni
discriminis exhiberes. Felix igitur tam oportuno obitu,quia nõ es in hunc seruatus
dolorem,certe fœlicior quàm sancta soror quæ tuo solatio destituta,de suo pudore
sollicita,duobus nuper beata germanis,nunc ex duobus fratribus erumnosa, neq;
alterum sequi potest,neq; alterum derelinquere,cui tumulus hospitium tuus,& cor/
poris tui sepulchrum est domus, atq; utinam uel hoc tutum diuersoriũ,cibus in fle/
tibus,potus in lachrymis.Cibũ etenim dedisti nobis panẽ lachrymarũ,& potum de
disti nobis in lachrymis in mensuram,aut fortasse ultra mensurã.Nam quid de me
loquor,cui neq; mori licet,ne sororẽ relinq;,neq; uiuere libet,ne à te reuellar? Quid
enim mihi sine te potest esse iocundũ,in quo omnis semper fuit nostra iocunditas?
Aut quid diutius in hac uita degere iuuat atq; in terris morari,in quibus tãdiu iocũ
de uiximus quãdiu simul uiximus? Et si esset qđ hic delectare nos posset,sine te de/
D lectare nõ posset.Et si quando uoluissemus impense uitam producere,iam tamen
sine te esse nollemus. Nec intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tanto uitæ co/
mite,tanto laborum meorũ,officiorumq; consorte? Cuius ego casum quo esset to/
lerabilior,nec præmeditari potui,ita pauebat animus de illo tale aliquid cogitare,nõ
quo conditionem ignorarem,sed quidam uotorum usus,sensum communis fragili
tatis obduxerat,ut de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem. Deniq; proxime cũ
graui quodam atq; utinam supremo urgerer occasu, hoc solum dolebam quod nõ
ipse assideres lectulo,ac uotiuum mihi cum sancta sorore partitus officium,morien
tis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaueram? Quid rependo? Quæ uota defici
unt? quæ ministeria succedunt? Aliud præparabam, aliud exhibere compellor, non
iam ipse ministerium funeris sed minister. O dura oculorum lumina,quæ potuistis
fratrem uidere morientẽ.O immites & asperæ manus, quæ clausistis oculos in qui/
bus plus uidebam.O durior ceruix,quæ tam lugubre onus cõsolabili licet obsequio
gestare potuisti. Hæc tu frater mihi iustius exhiberes. Hæc ego à te exspectabã,hæc
ego officia desiderabam.Nunc uero ipse meæ uitæ superstes,quod sine te solatiũ ca
piam,qui solus mœrentem solari solebas,excitare læticiam,mœsticiam propulsare?
Qualem te nunc ego frater aspicio, iam nulla mihi uerba referentem, iam nulla of/
ferentem oscula? Quanquam ita mutuus semper utrique nostrum insederit amor,
ut interiore potius foueretur affectu, quàm forensi blanditia diuulgaretur. Neque
enim aliorum quærebamus testimonium, qui tantam nostri gratiam tenebamus.
Ita uirilis se utriq; nostrum germanitatis succus infuderat,ut nõ blanditijs probare
amorem,sed conscientia teste pietatis interno amore contenti,succũ blanditiarũ nõ
requirere uideremur,quos & ipsa in amorẽ mutuũ imago formaret.Nescio qua em̃
expressione

A expressione mentis,qua corporis similitudine alter in altero uidebamur. Quis te a/
spexit,qui non me uisum putaret? Quotiens aliquos salutaui,qui quoniam te prius
consalutauerant,se à me iam dicerent salutatos? Quanti tibi dixerunt aliquid qui se
mihi dixisse memorarent? Quæ mihi hinc gaudia, quanta frequenter oborta læti/
cia,quod eos errare in nobis cernerem? Quàm gratus error,quàm iocunda prola/
pio,quàm religiosa fallacia,quàm suauis calumnia.Neq; enim de tuis erat aliquid
aut factis aut sermonibus quod timerem, qui mihi tua lætabar ascribi. Tamen si ue
hementius cõtenderent quod se mihi aliquid intimasse memorarent,respondebam
ridens & gaudens,uidete ne fratri dixeritis. Nam cũ omnia nobis essent nostra cõ/
munia,indiuiduus spiritus,indiuiduus affectus,solum tamẽ cõmune nõ erat secretũ
amicorũ,nõ quo conferendi periculũ uereremur,sed tenendi seruaremus fidem.Sa/
ne si consilio pendenda res esset,erat semper cõmune consilium, nõ semper cõmune
secretum. Nam & si amici ita alteri nostrãm dicerent,ut dicta sua ad alterutrũ per/
uenirent,tamen scio plerũq; complacitum ita fidem secreti esse seruatam,ut nec fra/
tri commiteretur.Erat enim fidele indicium & extraneo nõ esse proditum,quod nõ
esset cum fratre collatũ. His igitur tantis ac talibus bonis in excessum quendam fa/
teor mentis elatus,superstitem me timere desiderarem,quod illum uita crederem di
gniorem,& ideo excepi plagam quam ferre non possum. Tolerabiliora enim tanti
doloris præmeditata quàm inexplorata uulnera.Quis iam mœstũ solabitur? Quis
afflictũ leuabit? Cum quo participabo curas? Quis me ab istius mundi uindicabit
usu? Tu enim autor negociorũ,censor seruulorũ,arbiter fratrũ,non litis sed pietatis
B arbiter.Nam si quando aliquid cum sancta sorore mihi conferendũ fuit, utra me/
lior uideretur sententia,te iudicem sumebamus,qui nullius læderes os,atq; utriq; sa
tisfacere gestiens,& amandi affectum tenebas,& censendi modũ,ut & utrunq; gra
tum dimitteres,& utriusq; tibi gratiam uendicares. Aut si ipse aliquid disceptandũ
deferres, quàm grata contentio tua, quàm sine felle ipsa indignatio,quàm seruulis
ipsis coërcitio nõ amara,cum te fratribus magis deferre quàm ex affectu diceres uin
dicare.Nobis enim professio repressit studia coërcendi, immò tu frater ab oñi nos
abducebas coërcitionis affectu,uindicare pollicens,& lenire desiderans.Non medio
cris igitur prudentiæ testimonium quæ ita à sapientibus definitur,bonorũ primum
esse deum scire, & uerum illud atq; diuinum pia mente uenerari, illam amabilem &
cõcupiscendam æternæ pulchritudinem ueritatis,tota mentis charitate diligere.Se/
cundum autem in proximos à diuino illo fonte atq; cœlesti naturæ deriuare pieta/
tem,quod etiam mundi sapientes nostris hausere de legibus. Neq; enim deriuare
ista in hominum disciplinas,nisi de cœlesti illo diuinæ legis fonte potuissent. Quid
igitur obseruantiam eius erga dei cultum prædicem,qui priusquam perfectioribus
esset initiatus mysterijs,in naufragio constitutus,cum ea qua ueheretur nauis scopu
loso illisa uado,& urgentibus hinc atque inde fluctibus solueretur,non mortem me
tuens, sed ne uacuus mysterij exiret è uita,quos initiatos esse cognouerat, ab his di/
uinum illud fidelium sacramentum popposcit, non ut curiosos oculos insereret ar/
canis, sed ut fidei suæ consequeretur auxilium? Etenim ligari fecit in orario, &
orarium inuoluit in collo,atque ita se deiecit in mare, non requirens de nauis com/
page resolutam tabulam cui supernatans iuuaretur, quoniam fidei solius arma
quæsierat. Itaque his se tectum atque munitum satis credens, alia auxilia non
desidera

Universidad de Deusto
Biblioteca

C desiderauit. Simul fortitudinem eius spectare licet,qui fatiscente remigio, nō quasi naufragus tabulam sumpserit,sed quasi fortis ex seipso adminiculum suæ uirtutis assumpserit.Nec deseruit spes,nec fefellit opinio. Deniq; primus seruatus ex undis & in portum terrenæ stationis cuectus, præsulem suū cui se crediderat recognouit, statimq; ubi etiam cæteros seruulos suos,uel ipse liberauit,uel liberatos comperit, negligens facultatum,nec amissa desiderans,dei ecclesiam requisiuit,ut ageret grati as liberatus,& mysteria æterna cognosceret, pronuncians nullum referendæ gratiæ maius esse officium. Quod si homini non referre simile homicidio iudicatum est, quantum crimen est non referre deo? Est ergo prudentis agnoscere seipsum, & quemadmodum à sapientibus definitum est, secundū naturam uiuere.Quid enim est tam secundum naturam,quàm referre autori gratiam? Aspice cœlum hoc,nónne autori refert gratiam cum uidetur? Cœli enim enarrant gloriam dei,& opera manuum eius annūciat firmamentum.Mare ipsum cum sedatum atque tranquillum est,diuinæ serenitatis testatur indicium, cum mouetur, indignatio superna terrori est.Nónne omnes dei gratiam iure miramur,cum aduertimus quod insensibilis natura quadam sensibili ratione suos fluctus coërceat,& fines suos unda cognoscat? Nam de terris quid loquar,quæ diuino obedientes præcepto,omnibus spontè animantibus pabulum subministrant,atque id quod acceperint agri,uelut crescentibus usuris, multiplicatum cumulatúmque restituunt? Ergo ille qui natura duce diuini rationem operis igneo mentis uigore perceperat,sciuit primo omnium seruatori suo gratiam esse referendam.Sed quia referre poterat,habere poterat.Est enim huiusce modi gratiæ uis,ut & cum refertur habeatur, & habendo referatur. Referebat igitur gratiam,deferebat fidem.Nam qui tantum mysterij cœlestis inuoluti in ora rio præsidium fuisset expertus,quantum arbitrabatur si ore sumeret, & toto pectoris hauriret arcano? Quàm maius putabat fusum in uiscera, quod tantum sibi tectum orario profuisset? Sed non ita auidus fuit,ut esset incautus. Scimus enim plerosq; auiditate studij prætermittere cautionem. Aduocauit ad se episcopum,nec ullam ueram putauit nisi ueræ fidei gratiam, percontatusq; ex eo est utrū nam cum episcopis catholicis,hoc est cum Romana ecclesia conueniret, & forte & ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra tunc temporis communione diuiserat,& quanquam prouide exulasset,& fidei suæ reliquisset hæredes,non putauit tamen fidem esse in schismate.Nam & si fidem erga deū tenerent, tamen erga dei ecclesiam non tenerent, cuius patiebantur uelut quosdam artus diuidi & membra lacerari.Etenim cum propter ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus ecclesia sit, non uidetur ab his exhiberi Christo fides, à quibus euacuatur eius passio,corpusq; distrahitur.Itaque quamuis gratiæ fœnus teneret,& metueret tanti nominis debitor nauigare,tamen eò transire maluit,ubi tuto posset exoluere. Iudicabat enim diuinæ solutionem gratiæ in affectu ac fide esse, quam quidem statim ubi primum copia liberior ecclesiæ fuit, implere non distulit. Dei gratiam & accepit desideratam, & seruauit acceptam. Nihil igitur ea prudentia sapientius, quæ diuina & humana secernit. Nam quid spectatam in stipendijs forensibus eius facundiam loquar, quæ incredibili admiratione in adiutorio emicuit? Sed malo illa laudare, quæ perceptis mysterijs dei duxit humanis esse potiora.Fortitudinem quoque eius si quis plenius spectare uolet, consideret quotiens post naufragium

A giū inuicto quodā contēptu uitæ huius maria trāsfretauerit,diffusasq; regiones obeūdo peragrarit:postremo q, hoc ipso tēpore periculū nō refugerit,sed ad periculū uenerit,patiēs iniuriæ,negligēs frigoris,atq; utinā sollicitus cautiōis,sed hoc ipso beatus quod dū licuit uigore uti corporis,inoffenso ad exequenda quæ uellet functus iuuētutis officio,uitā uixit,debilitatem ignorauit.Qua uero prosecutiōe simplicitatē eius ediserā? Ea est em̄ quædam morū temperantia,mentisq; sobrietas.Date quæso ueniā, & permittite dolori meo, ut de eo mihi paulo uberius liceat loqui,cū quo iā non cōceditur colloqui. Certe & uobis proficit ut aduertatis,non fragilitate quadam uos hoc officiū,sed iudicio detulisse,nec misericordia mortis impulsos,sed uirtutū honorificētia prouocatos.Anima em̄ benedicta omnis simplex. Tātæ aūt simplicitatis erat,ut cōuersus in puerū, simplicitatem illius ætatis innoxiæ, perfectæ uirtutis effigie,& quodā innocentiū morū speculo reluceret.Intrauit igitur in regnū cœlorum,quoniam credidit dei uerbo,quoniā sicut puer artē repulit adulandi,iniuriæ dolorem clemēter absorbuit,quā clementius uindicauit,querelæ quàm dolo promptior,satisfactioni facilis,difficilis ambitioni, sanctus pudori, ut frequenter in eo superfluam magis uerecundiam prædicares, q̄ necessariam quæreres. Sed nunq; superflua fundamenta uirtutis. Pudor enim non reuocat, sed cōmendat officium. Itaq; uelut quadam uirginali uerecundia suffusus ora cū uultu affectum proderet, si forte aliquam subito ueniens offendisset parentē,uelut depressus & quasi demersus in terram,licet in ipso nequaquā dissimilis cœtu uirorum, rarus attollere os,cleuare oculos,referre sermonem,quod pudico quodā mentis pudore faciebat,cū quo
B castimonia quoq; corporis congruebat.Etenim intemerata sacri baptismatis dona seruauit,mundo corpore, purior corde,non minus adulterini sermonis opprobriū quàm corporis perhorrescens,non minorem ratus pudicitiæ reuerentiam deferendam integritate uerborum quàm corporis castitate. Deniq; in tantum castimoniā dilexit,ut nec uxorem expeteret,licet in eo non solum castitatis appetētia fuerit, sed etiam pietatis gratia. Miro autem modo & coniugiū dissimulabat & iactantiā declinabat,tantaq; erat dissimulatio,ut nobis quoq; urgentibus differre magis consortium quàm refugere uideretur. Hoc unū itaq; fuit,quod nec fratribus crederet, non aliqua cunctationis hæsitantia,sed uirtutis uerecundia.Quis igitur nō miret̄ uirum inter fratres duos, alteram uirginem, alterum sacerdotē,ætate mediū,magnanimitate non imparem,ita inter duo maxima munera præstitisse,ut alterius minoris castitatem,alterius sanctitatem referret,non professionis uinculo sed uirtutis officio? Ergo si libido atq; iracundia,reliquorum uitiorum educatrices sunt,iure castitatem atq; clementiam dixerim quasdam uirtutum parentes, quanquā pietas quoque ut omnium principatus bonorum ,ita etiam seminarium uirtutū est cæterarū. Nam de parsimonia quid loquar,& quadam habendi castitate? Is enim non quæ aliena qui sua seruat,nec inflatur in modico qui contentus est proprio. Nihil ergo aliud nisi proprium recuperare uoluit, magis ne fraudaretur quàm ut ditaretur. Nam eos qui aliena quærunt, recte accipitres pecuniæ nominabat. Quod si radix malorum omnium auaricia est,utíq; uitia exuit qui pecuniam non requirit. Non unquam accuratioribus epulis aut cōgestis ferculis delectatus est, nisi cum amicos ad epulas rogaret,quantū naturæ satis esset,non quātū uoluptati superesset requirēs.Et certe erat non pauper opibus, sed tamen pauper spiritu,quoniam ipsorū est

Universidad de Deusto
Biblioteca

C regnum cœlorum. De istius beatitudine nequaquam utiq; dubitare debemus, qui neque ut opulens exultauit in diuitijs, neq; ut pauper exiguum quod habuit iudicauit. Superest ut ad conclusionem cardinalium uirtutum, etiam iusticiæ partes in eo debeamus aduertere. Nam & si cognatæ sint inter se concretæq; uirtutes, tamen singularum quædam forma expressior desideratur, maximeque iusticiæ. Ea enim sibi parcior foris tota est, & quicquid habet quadam inclementia sui, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos. Sed huius multiplex species. Alia erga propinquos, alia erga uniuersos, alia erga dei cultum uel adiumentum inopum, Itaque qualis in uniuersos fuerit, prouincialium quibus præfuit studia docent, qui parentē magis fuisse proprium quàm iudicem loquebantur, gratum piæ necessitudinis arbitrum, constantem æqui iuris disceptatorem. Inter fratres autem qualis fuerit, licet omne hominum genus beneuolentia complecteretur, indiuisum patrimonium docet, nec distributa aut delibata sed reseruata hæreditas. Etenim pietatē sibi causam esse negauit testandi. Nam hoc quoq; ultimo sermone signauit, cū quos dilexerat cōmendaret, sibi nec uxoris arbitrium fuisse ducēdæ, ne à fratribus diuelleretur, nec testamenti faciendi uolūtatem ne nostrum in aliquo arbitrium læderetur. Deniq; & oratus & obsecratus à nobis, nihil tamen condendum putauit, nō oblitus pauperum, sed tantum obsecrans esse tribuendum, quantum nobis iustum uideretur. Quo uno satis & diuini timoris expressit indicium, & humanæ ædidit religionis exemplum. Nam quod pauperibus contulit, deo detulit. Quoniam qui largitur pauperi fœneratur deo, & postulando quod iustum est, non exiguum sed totum reliquit. Hæc enim est summa iusticiæ, uēdere quæ habeas & cōferre pauperibus. Qui enim dispersit dedit pauperibus, iusticia eius manet inæternum. Ergo dispēsatores nos non hæredes reliquit. Nam hæreditas successori quæritur, dispensatio pauperibus obligatur. Vnde non immerito quantus fuerit, hodie quoq; per uocem lectoris paruuli spiritussanctus expressit: Innocens manibus & mundo corde, qui nō accepit inuanum animam suam, nec fecit proximo suo dolum. Hæc est generatio requirentium deum. Hic ergo & in montem domini ascendit, & in tabernaculo habitabit dei, quia ingressus sine macula operatus est iusticiam, locutus est ueritatem, non decepit proximum, nec pecuniam fœneratus est suam qui semper uoluit recuperare hæreditariam. Agnosco oraculum, quod enim nulla ordinauit dispositio, spiritus reuelauit. Quid uero illud recenseam, quod supra ipsam iusticiā pietate progressus, cū quædam incubatori communium fructuum mei contemplatione muneris putasset esse tribuēda, largitatis me iactabat autorem, portionis suæ lucrū ad cōmune consortiū cōferebat. Hæc & alia quæ mihi tūc erāt uoluptati maximæ, nūc recordatione doloris exasperauī. Manent tamē, eruntq; semper, nec tanquā umbra præterierūt, neq; uirtutis gratia cum corpore occidit, nec idē naturæ meritorumq; finis, licet ipsius naturæ usus nō inæternū occidat, sed tēporali quadā uocatione requiescat. Talibus igitur perfunctū uirtutibus, ereptū periculis, desiderio magis quàm amissione flebo. Suadet enim ipsa oportunitas mortis, ut prosequendum magis gratia quàm dolendum putemus. Scriptum est enim, in communi dolore, propriū uacare debere. Neque enim prophetico sermone, uni illi mulieri quæ figuratur, sed singulis dicit, cum ecclesiæ dictum uidetur. Dicitur ergo & ad me, & dicit scriptura cœlestis: Hoccine doces, sic instituis dei plebem? An nescis, quia exemplum tuum

D Psal. 111.

Psal. 23.

A tuum, periculū cæterorū est? Nisi forte exauditum non esse te quereris. Primū istud arrogantis est impudentiæ, mereri solum uelle, quod multis etiam sanctis negatū noueris, cū scias, quia non est personarum acceptor deus. Nam & misericors deus, tamen si semper exaudiret omnes, non iam ex uoluntate libera sed ex quadam uelut necessitate facere uideretur. Deinde cum omnes rogent, si exaudiret omnes, nemo ergo moreretur. Pro quantis quotidie rogas? Nunquid constitutio dei contemplatione soluenda est tuí? Cur ergo non impetratum aliquando doles, quod non semper impetrabile esse cognoscis? Stulta inqt super omnes mulieres: nónne uides luctum nostrum, & quæ nobis contigerunt, quoniam Syon mater nostra omnium in tristitia contristatur, & humilitate humiliata est? Lugete ualidissime & nunc, quoniam omnes lugemus, & tristes estote, quoniam omnes cōtristati sumus. Tu em̄ cō tristaris in fratrem. Interroga terram & dicet tibi, quoniam hæc est quæ debebat lugere tantorū superstes germinum, & ex ipsa inquit initio omnes nati, & alij uenient & ecce penè omnes in perditionem ambulāt, & in exterminium fit multitudo eorū. Et quis ergo debet lugere magis, nisi quæ tā magnā multitudinē perdidit, q̄ tu qui pro uno doles? Absorbeat igitur nostrum dolorem cōmunis dolor, & acerbitatem proprij mœroris excudat. Nō enim dolere debemus eos quos cernimus liberatos, neq; enim ociose tam sanctas hoc tēpore animas corporeis uinculis reminiscimur absolutas. Nanq; uelut diuino iudicio, tam graues uiduas ita uno tempore defunctas uidemus, ut profectionis quidam uideatur excessus, non mortis occasus, ne uetera na emeritis stipēdijs pudicitia, dubium diu seruati pudoris incideret. Quos ge

B mitus mihi, quos dolores, tam acerba excitat recordatio? Et si mœroribus non uacabā, tamen in ipso dolore priuato, in ipso tantorum amisso flore meritorum, cōmunis quædam naturæ me conditio solabatur, defixusq; in uno dolor, acerbitatē publici funeris, domesticæ specie pietatis obduxerat. Repete ergo sacra scriptura solatia tua. Iuuat em̄ tuis præceptis, tuis sententijs immorari. Quàm facilius est cœlū & terram præterire, quàm de lege unū apicem cadere. Sed iam audiamus quæ scripta sunt. Nunc inquit retine apud temetipsum dolorem tuum, & fortiter fer quí tibi cōtigerunt casus. Si enim iustificaueris terminum dei, & filium tuum recipies in tēpore, & in mulieribus collaudaberis. Si hoc ad mulierem, quantomagis ad sacerdotem, si de filio, non utique absurdum etiam de fratrum amissione talia memorari, quanquam si mihi fuisset filius, nunquam eum amplius dilexissem. Nam sicut in obitu liberorum effusi labores, suscepti frustra dolores mœrorem uidentur augere, ita etiam in fratribus consuetudinis usus atque collegij, acerbitatem doloris accendunt. Sed ecce dicentem scripturam audio: Noli facere hunc sermonem, sed cōsenti persuaderi. Qui enim fles casus Syon, & consolare propter dolorem Hierusalem. Vides enim quia sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod nominatum est super nos penè prophanatum est, & iuuenes nostri contumeliā passi sunt, & sacerdotes nostri succēsi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitate fuerūt, & mulieres nostræ contam̄natæ sunt, & uirgines nostræ uim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri proiecti sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt. Et quod omnium maius, signaculū Syon, quoniam resignata est de gloria sua nunc, & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuā multam tristitiam, & depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropiet for

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tis, & requiem faciat tibi altissimus requietione dolorum. Cessabunt igitur lachry/
mæ,parendū est enim remedijs salutaribus, quia debet aliquid inter fidos & perfi/
dos interesse. Fleant ergo qui spem resurrectionis habere non possunt, quam non
sententia dei eripit,sed fidei inclementia. Interest inter Christi seruulos idolorumq;
cultores,ut illi fleant suos quos in perpetuū existimāt interisse, illi nullas habeāt la/
chrymarū ferias,nullam tristiciæ requiem consequantur,qui nullam putant requiē
mortuorū:nobis uero quibus mors nō naturæ sed uitæ istius finis est, quoniam in
melius ipsa natura reparatur,fletus omnes,casus mortis abstergat. Certe si illi sibi
aliqua solatia reppererunt,qui finem sensus defectumq́ue naturæ mortem arbitra/
ti sunt,quantomagis nos quibus meliora post mortem præmia bonorum factorū
conscientia pollicetur? Habent gentiles solatia sua, quia requiem malorū omnium
mortem existimant. Et ut uitæ fructu carent,ita etiam caruisse se putant omni sensu
& dolore pœnarum quas in hac uita graues & assiduas sustinemus. Nos uero ut e/
rectiores præmio,ita etiam patientiores solatio esse debemus. Non enim amitti sed
præmitti uidentur, quos non absumptura mors,sed æternitas receptura est. Cessa/
bunt ergo lachrymæ,aut si cessare non poterunt,in communibus lamentis flebo te
frater,& sub dolore publico domesticos gemitus tegam. Nam cessare non poterūt
cum ad omnem sonum nominis tui lachrymæ surrepāt, uel cum usus ipse recorda
tionem excitat, uel cum affectus imaginem repræsentat,uel cum recordatio dolorē
renouat. Quando eñ dees qui tātis officijs repræsentaris? Ades inquam & semper
ostenderis, & toto te animo ac mente cōplector,aspicio, alloquor, osculor,compre
D hendo, uel in ipsa quiete nocturna, uel in luce clara cum reuisere & solari dignatis
mœrentē. Deniq; ipsæ iam noctes quæ quasi molestiores uiuente te uidebantur,
quod mutui conspectus copiam denegarent, ipse iam somnus colloquiorum no/
strorum dudū interruptor inamabilis, dulcis esse iam cœpit,quia te mihi reddidit,
Non igitur miseri sed beati quorum nec præsentia deficit, nec cura minuitur & au/
getur gratia. Etenim somni similis imago mortis. Quod si in quiete nocturna uin/
culis adhuc corporeis inhærētes,& quasi inter carceraria religatæ claustra membro
rum possunt tamē animæ altiora & discreta perspicere, quanto magis spectāt hæc
cum iam puro æthereóque sensu nulla corporeæ labis impedimenta patiuntur. Me
ritóque mihi conquerenti, uergente iam in occasum die,q; non reuiseres quiescentē,
totus omni tempore indiuiduus affuisti, ita ut illo perfusus sopore membrorum,
cum ego uigilarem tibi, tu uiueres mihi, dicerem: Quid est mors frater? Nam certe
nullis à me separare momentis. Ita enim ubiq; præsto eras,ut quam in istius uitæ
usu habere copiam nequibamus,nunc nobis semper & ubique præsto sit. Nam tūc
utiq; omnia præsto esse non poterant,nec enim complexiones nostræ cōspectúsq;
& osculorum corporalium suauitates locis omnibus & omnibus temporibus sup/
petebant. Animorum imagines semper nobiscum erant, etiā quando non eramus
unà,quæ ne nunc quidem occiderūt,assidueq́ue aduolant,quo maiore desiderio,eo
maiore copia. Teneo igitur te frater, nec mihi te aut mors aut tempus auellet. Ipse
dulces lachrymæ sunt. Ipsi fletus iocundi,quibus restinguitur ardor animi, & qua/
si relaxatus euaporat affectus. Neque enim sine te esse possum, aut tui non me/
minisse unquam, aut meminisse unquam, aut meminisse sine lachrymis. O ama/
ri dies qui interruptam copulam proditis. O flebiles noctes quæ tam bonum
consortem

consortem quietis & indiuiduum mihi comitem perdidistis. Quas æderetis cruces
nisi se offunderet imago præsentis,nisi uisiones animi repræsentarēt, quem species
corporis denegaret? Iam iā frater animo meo carissime,quanquā immaturo deces/
seris obitu,beatus tamen qui ista nō sustines, nec amissum fratrē mœrere compel
leris,quem absentē diu ferre nō poteras,sed recursu celeri reuisebas. Quod si tūc soli
tudinis meæ tædia repellere,mœsticiam fraternæ mentis ableuare properabas,quā
to nunc crebrius afflictū animum debes reuisere,& ex te cōceptū,per te lenire mœ/
rorem? At mihi tamen dat aliquas officij usus inducias, & obsequij sacerdotalis in
tentio abducit animum. De sancta uero sorore quid fiet, quæ licet diuino metu pi
etatē temperet,rursus tamen ipsum pietatis dolorē,studio religionis accēdit: strata
humi & totum gremio sui cōplexa tumulum, laborioso fessa incessu,tristis affectu,
dies noctesq; mœrorē integrat. Nam licet fletū plerunq; sermone suspēdat,in ora
tione renouat. Et quāuis scripturarū memoria consolationes ferentibus præcurrat,
flendi tamen desideriū precandi assiduitate cōpensat,lachrymarum ubertatē tunc
præcipue quādo nemo interrūpere possit instaurās. Ita quod miserearis habes,qd
reprehendas nō habes. Flere enim in oratione uirtutis est,& quanquam istud fami
liare uirginibus quibus mollior sexus,tenerior affectus contuitu communis fragili/
tatis,in lachrymas etiā sine domestici sensu doloris exuberat, tamē cū maior causa
mœrendi est,finis mœroris excluditē. Deest igitur cōsolandi uia,quia suppetit excu/
sandi gratia. Neq; enim possis prohibere quod doceas, præsertim cum religiōis a/
B struat lachrymas nō doloris,& cōmunis seriem deplorationis in metu pudoris ob/
texat. Consolare ergo qui potes adire animum, penetrare mentem. Cernat te esse
præsentem,sentiat non esse defunctum,ut cuius secura de merito, eius functa sola/
tio, discat pro eo non grauiter dolere,qui se admonuerit non dolendum. Sed quid
ego demoror frater,quid expectem ut nostra tecum cōmoriatur,& quasi consepe/
liat oratio? Licet ipsa species & exanimis corporis forma soletur,oculosq; manens
gratia & permanens figura demulceat,nihil inquam moror,procedamus ad tumu
lum,sed prius ultimum coram populo uale dico,pacem prædico,osculū soluo,præ/
cede ad illam cōmunem omnibus & debitam, sed iam mihi præ cæteris desiderabi
lem domum. Para hospiti consortium,& quemadmodum hic omnia nobis fuere
communia,ita illic quoq; ius diuiduum nesciamus. Ne quæso cupientem tui diu de
seras, properantē expecta,festinantem adiuua. & si diutius morari tibi uidebor,ac
cersi. Neq; enim unquā prolixius abfuimus à nobis,tu tamē solebas reuisere. Nunc
quóniā tu redire iam non potes,nos ad te ibimus,æquum est ut officium rependa/
mus,subeamus uicem. Nūquam nobis fuit uitæ conditio discretior,semper aut sa/
nitas aut ægritudo communis,ut cum alter ægresceret,alter incurreret,cum alter re/
saluisceret,uterq; consurgeret. Quomodo ius nostrum amisimus? Et nunc consorti
um ægritudinis fuit,quomodo mortis cōsortium non fuit? Tibi nunc omnipotēs
deus innoxiam commendo animam, tibi hostiam meam offero,cape propitius ac
ferenus fraternum munus,sacrificiū sacerdotis,hæc mei iam liba præmitto. In hoc
ad te pignore uenio,non pecuniæ sed uitæ pignore, ne me diutius residere facias tā
ti fœnoris debitorem. Nō mediocris est fraterni amoris usura,nec uilis naturæ sors
quam cumulauit incrementum uirtutis. Possum ferre,si cito cogar exoluere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

59

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE RESVRRECTIONIS ORATIO.

SVPERIORE libro aliquid indulsimus desiderio, ne tam quam feruenti plagæ austeriora adhibita medicamenta exasperarent magis quàm lenirēt dolorem: simul quia fratrem sæpius allocuti sumus, & oculis tenebamus, absurdū non fuit relaxare paulisper affectum naturæ, qui lachrymis magis pascitur, fletibus delinitur, stupore defigitur. Mollis enim & tenera species est formæ pietatis, nihil insolens amat, nil immite, nil durum, ferendo autem probatur patientia quàm resistendo. Ergo quia dudum dies mortis inter lachrymabiles aspectus debuit animum inclinare fraternum qui totum tenebat, nunc quoniam die septimo ad sepulchrum redimus, qui dies symbolum futuræ quietis est, à fratre paululum ad communem humani generis cohortationem iuuat deriuare mentem, intentionemq; transfundere; ita ut neque totis sensibus defigamur in fratre, ne obrepat affectus, neque tantæ exules pietatis & gratiæ, cum quem diligimus deseramus, & uere ipsi nobis tanti doloris augeamus iniuriam, si hodie nobis & in sermone moriatur. Vnde proposuimus fratres charissimi solari nos communi usu, nec durum putare quicquid uniuersos manet, & ideo mortem non esse lugēdam. Primū, quia communis sit & cunctis debita. Deinde, quia nos seculi huius absoluit ærumnis. Postremo, quia somni specie ubi ab istius mundi labore requietū sit, uigor nobis uiuacior refundatur. Quem dolorem non soletur resurrectionis gratia? quem non excludat mœrorē, si credas nihil perire morte, immo ipsius celeritate fieri mortis plus perire ne possit? Erit ergo fratres charissimi, ut in adhortatione communi etiam fratri nostro pendamus affectum, nec ab eo longius deuiasse uideamur, si per resurrectionis spem & futuræ gloriæ suauitatem etiam in sermone nobis hodie reuiuiscat. Ordiamur igitur ab eo, ut lugendum nobis nostrorum obitum non esse doceamus. Quid enim absurdius, quàm ut id quod scias omnibus esse præscriptum, quasi speciale deplores? Hoc est animum supra conditionem extollere, legē non recipere, commune naturæ consortium recusare, mente carnis inflari, & carnis ipsius nescire mensuram. Quid absurdius quàm nescire qui sis, affectare quod non sis? Aut quid imprudentius, quod futurum scias, id cum acciderit ferre non posse? Natura ipsa nos reuocat, & huiusce modi mœroribus quadam sui collatione subducit. Quis est enim tam grauis luctus, aut tam acerbus dolor, in quo non interdum relaxetur animus? Habet hoc natura, ut quamuis homines in tristibus rebus sint, tamen si modo homines sunt, à mœrore mentē paulisper abducant. Fuisse etiam quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent, obitúsque celebrarent. Nec imprudenter. Eos enim qui in hoc uitæ salum ueniissent mœrendos putabāt, eos uero qui ex istius mundi procellis & fluctibus emersissent non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoque ipsi natales dies defunctorum obliuiscimur, & eum

quo obierint diem celebri solennitate renouamus. Non est grauis subeundus mœror secundum naturam, ne aut excellentiorem aliquam naturæ exceptionem nobis arrogare uideamur, aut communem recusare. Etenim mors æqualis est omnibus, indiscepta pauperibus, indiscepta diuitibus. Et ideo licet per unius peccatum, in omnes tamen pertransiuit, ut quem generis non refugimus autorem, non refugiamus & mortis, & sit nobis sicut per unum mors, ita per unum etiam resurrectio, nec recusemus ærumnam, ut perueniamus ad gratiam. Venit enim ut legimus Christus saluum facere quod perierat, sed ut non solum uiuorum sed etiam mortuorū dominet. Lapsus sum in Adā de paradiso, eiectus in Adā, mortuus in Adam, quē reuocaret nisi me in Adā inuenerit, ut i illo culpæ obnoxiū, morti debitū, ita in Christo iustificatū? Si ergo debitū mortis est solutio, debet esse tolerabilis. Sed hic locus posterioribus partibus reseruādus. Nunc propositum est asserere mortē grauiori non debere esse mœrori, quod eū natura ipsa respuat. Deniq; Lyciorum feruntur esse præcepta, quæ uiros iubeāt muliebrem uestem induere, si mœrori indulgeant, eo quod mollē & effœminatum iudicauerint in uiro luctū. Deforme est enim eos qui pro fide, pro religione, pro patria, p æquitate iudicij atq; intētione uirtutis obuiū morti debent pectus offerre, mœrere in alio grauius, quod in se si causa exegerit expetendū est. Nam quēadmodū potes in te nō refugere, qd' impatiētius alijs doleas accidisse? Depone mœrorē si potes, include si non potes. Aut absorbendus omnis, aut premendus est dolor. Cur enim mœsticiā tuam non ratio potius quàm dies leniat? Nam quod obliteratura est tēporis series, melius prudentia mitigabit. Quin etiam hoc ipsum irreligiosum puto erga ipsorum memoriam quos dolemus amissos, ut obliuiscī eorum malimus, quàm consolatione mulceri: aut cum horrore reminiscī, quàm meminisse cū gratia: recordationem timere quorū imago debeat esse uoluptati: diffidere potius quàm sperare de meritis defunctorum, & pœnæ addictos ēp immortalitati debitos quos dilexeris æstimare. Sed dicis: Quos diligebamus amisimus. Nónne hæc nobis cum ipso mundo elemētisq; communia sunt, quia ad tempus credita in perpetuum tenere non possumus? Gemit terra sub aratris, imbribus cæditur, tempestate cōcutitur, stringitur frigore, sole torret ut fructus annuos fœta parturiat, & cum se uario flore uestierit, exuitur proprio & spoliatur ornatu. Quantos hæc raptores habet, nec fructum suum queritur amissum, quem ideo generauit ut amitteret, nec in posterum negat, quem sibi meminit auferendum. Cœlum ipsum non semper stellarum micantium globis fulget, & quasi quibusdam insignitur coronis. Non semper ortu lucis albescit, radijs solis irrutilat, sed assiduis uicibus ille quidam mundi uultus gratissimus, humenti noctium caligat horrore. Quid gratius luce? Quid sole iocūdius qui quotidie occidit? Decessisse tamen hæc nobis non moleste ferimus, quia repræsumimus. Doceris in his quam in tuis debeas exhibere patientiam. Si superiora tibi occidunt, nec dolori sunt, quæ si occiderint humana doleantur? Sit tamen patiens dolor, sit in tristibus modus qui exigitur in secundis. An si immoderate gaudere non conuenit, lugere conuenit? Non enim mediocre malum est immoderatio doloris, aut metus mortis. Quantos ad laqueum impulit, armauit ad gladium, ut in eo ipso amentiam suam proderent, mortem non ferentes & mortem appetentes, & quod pro malo fugerent pro remedio ascisserent: qui quoniam consentaneum naturæ suæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ferre ac perpeti nequeunt, contrarium uoti incidunt, ut ab his in perpetuum separen
tur quos sequi desideraverunt. Sed hæc rara, quoniam natura ipsa reuocat, & si præ
cipitet amentia. Illud uero frequens in mulieribus, ut clamores publicos ferant, qua
si metuant ne earum ignoretur erumna, ut illuuiē uestis affectent, quasi in ea sit sen
sus dolendi, ut impexum sordibus immadident caput, ut postremo quod plerisq;
in locis uulgo fieri solet, discisso amictu, diloricata ueste secreti pudoris nuda prosti
tuant, quasi ipsum lenocinentur pudorem, quia pudoris sui præmia perdiderūt. Sic
procaces oculi prouocantur ut concupiscant, ut amare incipiāt mēbra nudata, quæ
si non aspicerent non amarent. Atq; utinam sordidata illa tegumenta corporis nō
speciem, sed mentem obnuberent. Latet plerunq; sub tristi amictu mentis lasciuia,
& deformis horror uestis obtexitur, ut secreta petulantium tegantur animorum. Sa
tis pie uirum luget, quæ seruat pudorem, non deserit fidē. Hæc bene defunctis offi
cia impenduntur, ut uiuant in mentibus, in affectibus perseuerent. Non amisit ui
rum quæ exhibet castitatem, non est uiduata coniugio, quæ nō mutauit nomē ma
riti. Nec tu perdidisti hæredē quæ adiuuas cohæredem, sed pro successore corrupti
bilium, mutasti consortem immortalium. Habes qui tibi repræsentet hæredē, solue
pauperi quod debetur hæredi, ut non solum maternæ aut paternæ senectutis, sed
etiam uitæ propriæ sit superstes. Plus successori tuo relinques, si portio eius non ad
luxum præsentium proficiat sed ad precium futurorū. Sed desideramus amissos.
Duo sunt enim quæ maxime angūt, aut desiderium eorum quos amiserimus, sicut
meo exemplo metior, aut quod eos uitæ suauitate priuatos, ereptos laboris sui fru
D ctibus arbitramur. Tenera enim amoris est titillatio, quæ ex improuiso affectum
excitat, ut sedandi magis quàm excludendi doloris facultas relinquatur, simul quia
pium uidetur desiderare quod amiseris, & specie uirtutis adolescit infirmitas. Sed
cur tu putes patientiorē illā esse debere quæ dilectum ad peregrina dimiserit, & mi
litiæ gratia uel susceptæ administrationis officio, uel negociandi usu transfretasse
cōpererit, quàm te qui nō fortuito arbitrio derelinqueris, aut studio pecuniæ, sed
lege naturæ? Sed recuperandi tibi intercluſa spes quasi cuidam certa redeundi. Et
plerunq; dubia plus fatigant ubi periculi metus integer, grauiusq; est timere ne ac
ciderit quàm tolerare quod iam noueris accidisse. Aliud enim summā formidinis
coaceruat, aliud finem expectat doloris. An domis ius est quò decreuerint trāsfer
re mancipia, deo non est? Sed non suppetit expectare remeantem, suppetit tamen
præcedentem sequi. Et certe breuis uitæ usus, nec illi multū uidetur eripuisse qui aū
præcessit, nec te differre diutius qui remanseris. Quod si desiderium tuum mitigare
non possis, nónne tamen uidetur indignum pro desiderij tui studio rerū ordinē uel
le conuerti? Amantiū ardentiora utiq; desideria sunt, & tamen necessitatis cōtuitu
temperantur. Etsi dolent deseri, lugere tamen non solent. Destituti amare impatien
tius erubescunt, Ita patientia desiderij plus probat. Quid autem de his loquar, qui
defunctos putant uitæ suauitate priuari? Nulla potest esse iocunditas inter has ui
tæ nostræ amaritudines aut dolores, quæ uel ex corporis ipsius infirmitate, uel extri
secus accidentium incommoditate generantur. Anxij enim semper & ad ipsa læti
ciæ uota suspensi quodam fluctuamus incerto, sperantes dubia pro certis, incōmo
da pro secundis, caduca pro solidis, nihil habētes potestatis in arbitrio, firmitatis in
uoto. At si aliquid contra uoluntatem acciderit, perditos nos putamus, plusq; ad
uersorum

A uersorum dolore frangimur, quàm secundorum fructu potimur. Quibus igitur
carent bonis, qui maioribus eripiūtur incōmodis? Valitudo credo bona, plus adiu
uat quàm affligit mala, aut opulentia plus delectat quàm egestas afficit, aut filio
rū magis amabilis gratia, q̄ lugubris amissio, aut adolescentia iocūdior, quàm sene
ctus tristior, quā plerunq; suorū tædet uororū & optati pœnitet, ut doleat impetra
tū qd̄ nō impetrare metuebat. Exilia uero & cæterarū pœnarū acerbitates, quæ po
test compensare patria, quæ uoluptates, quæ etiam cum sunt debilitantur tamen,
aut non intendendi affectu aut amittendi metu? Esto tamen maneat inoffensus,
immunis à doloribus, perpes in uoluptatibus uitæ cursus humanæ, quid tamen cō
modi consequi potest anima in istiusmodi corporis inclusa conpaginibus, & quibus
dam membrorum angustijs coartata? Si caro nostra carcerem fugit, si detestatur
omne quicquid euagandi facultatem negat, quæ utiquè paruis ultra se audiendi ui
dendique excurrere uidetur sensibus, quāto magis anima nostra corporeum istud
euadere gestit ergastulum, quæ motu aēreo libera nescimus quò uadat aut unde
ueniat? Scimus tamen quod corpori superuiuat, & ea tam depositis proprij sen
sus repagulis expedita libero cernat obtutu, quæ ante sita in corpore non uidebat.
Quod exemplo dormientium possumus æstimare, quorum animi uelut sepulto q
eti corpore, ad altiora se subrigunt, & renunciant corpori rerum absentium uel etiā
cœlestium uisiones. Ergo si mors carnis & seculi nos absoluat erumnis, utique ma
lum non esse quæ libertatem restituit & excludit dolorem. Hic igitur nobis adori
endus disputandi locus, mortem malum non esse, quia erumnarum omnium ma
B lorūmque perfugium est, & fida statio securitatis ac portus quietis. Nunquid
in hac uita non experimur aduersa? Quas non procellas tempestatesq; perpeti
mur. Quibus non exagitamur incommodis? Cuius parcitur meritis? Sanctus
patriarcha Israël, profugus patria, fratre, parentibus, domum mutauit exilio, stu
prum filiæ, generi necem fleuit, famem pertulit, sepulturam defunctus amisit,
transferri enim ossa sua, ne uel mortuus requiesceret obsecrauit. Sanctus Ioseph
odia fratrum, insidias inuidorum, seruulorum obsequia, mercatorum imperia,
dominæ petulantiam, mariti inscitiam, carceris quoque est expertus erumnam.
Sanctus Dauid filios amisit duos, unum incestum alterum parricidam. Hos ha
buisse pudoris est, doloris est perdidisse. Amisit & tertium quem amabat paruu
lum, hunc uiuentem adhuc fleuit, mortuum non desidetauit. Sic enim legimus
quod ægrotante puero deprecabatur Dauid dominum pro puero & ieiunauit, & 2. Reg. 12.
in cilicio iacuit, & astantibus maioribus natu ut excitarent eum de terra, nec sur
gendū sibi nec cœnandum putauit: ubi uero defunctū puerum comperit surrexit
de terra, lauit, ilico unctus est, uestimenta mutauit, adorauit dominum, cibum
sumpsit. Cum hæc miranda suis pueris uiderentur, infante uiuente eum ieiunasse,
peruasse, quia iure arbitrabatur dominum posse misereri, nec dubitandum quod
illum posset seruare uiuentis, qui posset uiuificare defunctos, Iam uero obita
mortis quid ieiunaret, qui iam non posset reducere mortuum exanimémque reuo
care? Ego inquit ibo ad eum, ipse autem non reuertetur ad me. O maximum
solatium desiderantis. O uerum sapientis iudicium. O miram patientiam seruien
tis, ut nemo sibi aduersi aliquid accidisse indigne ferat, & contra meritum suum se

quera-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C queratur afflictum? Quis enim tu es qui de tuo merito ante pronũcies? Cur præue
nire desideras cognitorem? Cur eripis sententiã iudicaturo? Nec sanctis istud per
missum est, nec à sanctis impune unquam est usurpatum. Dauid se propterea fla-
Psal.72. gellatum suo carmine confitetur: Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obti-
nuerunt diuitias. Ergo sine causa iustificaui cor meum & laui inter innocentes ma-
nus meas, & fui flagellatus tota die, & uindex meus in matutinum. Petrus quoque
quamuis plenus fide deuotionis, tamen quia nondum conscius nostræ infirmitatis
Ioan.13. præsumptiue dixerat domino, Animam meam pro te ponam, tentationem præ-
sumptionis antequam tertio gallus cantaret incurrit, licet ipsa tentatio documentũ
fuerit ad salutem, ut discamus non contemnere carnis infirmitatem, ne contemnen
do tentemur. Si Petrus tentatus est, quis præsumat, quis astruat se non posse tenta-
ri? Atq; haud dubie pro nobis tentatus est Petrus, ut in fortiore non esset tentamẽ
ti periculum, sed ab illo disceremus quẽadmodum in persecutionibus resistentes, &
si uitæ studio tentaremur, tentationis tamen aculeum patientiæ lachrymis uincere-
mus. Idem tamen Dauid, ne quem fortassis scripturarum tenacem moueat factorũ
diuersitas, idem inquam Dauid parricidam mortuum fleuit, qui non fleuerat inno
centem. Deniq; cum ploraret & lugeret dixit: Filius meus Absalon, filius meus Ab
2.Reg.18. salon. Quis dabit mihi mortem pro te? Non solum ergo fletur Absalon, fletur pat
ricida, non fletur incestus, sed etiam uindicat, alter contemptu regni, alter fratris ex
ilio, fletur sceleratus, non fletur dilectus. Quæ causa, quæ ratio? Non mediocris igi
tur in prudentibus deliberatio, sapientibus confirmatio. Magna enim prudẽtiæ in
D tanta factorum diuersitate constantia. Vna est fides, & illos mortuos fleuit, & flen-
dum infantem mortuum non putauit. Illos enim sibi periisse credebat, hunc resurre
cturum sperabat. Sed de resurrectione posterius, nunc ad proposita reuertamur.
Præmisimus enim etiam sanctos uiros grauia in hoc mundo & multa perpessos, si
ne suffragatione meritorum cum erumna laborũ. Vnde regressus ad se Dauid in
Psal. 102. posterioribus dicit: Memento domine quia puluis sumus, homo tãquam fœnum
Psal.143. dies eius. Et alibi: Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereũt.
Quid enim nobis miserius qui tanq; spoliati & nudi proijcimur in hãc uitã, corpo
re fragili, corde lubrico, imbecillo animo, anxij ad sollicitudinem, desidiosi ad labo-
rem, proni ad uoluptates? Nõ nasci igitur longe optimum, secundum sancti Salo
monis sententiam. Ipsum enim, etiam qui sibi uisi sunt in philosophia excellere, se
Eccle.4. cuti sunt, Nã ipse illis anterior, nostris posterior, ita in Ecclesiaste locutus est: Et lau-
dauí ego omnes defunctos qui iam mortui sunt magis quàm uiuentes, quicunq; ui
uunt usq; ad huc, & optimus super hos duos qui nondum natus est, & qui non ui-
dit hoc opus malum quod factum est sub sole. Et uidi ego uniuersum laborem eo-
rum, & omnem uirtutem operis huius, quia æmulatio uiro ab altero. Equidem hoc
uanitas & præsumptio spiritus. Et quis hoc dixit, nisi ille qui sapientiam poposcit &
impetrauit ut sciret dispositiones orbis terrarum, & uirtutem elementorũ, anni cur-
sus, & stellarum dispositiones, non ignoraret naturas animalium, & iras colligeret
bestiarum, uim uentorũ & cogitationes hominum deprehenderet? Quem igit nõ
latuerunt cœlestia, quemadmodum laterent mortalia? Qui cogitationem mulie-
ris inuestigauit infantem uendicãtis alienum, qui naturas animalium quas non ac-
cepérat, diuina tamen gratia aspirante cognouit, hic de suæ conditione naturæ quã
in se

A in se expertus est, errare aut mẽtiri potuit? Sed non solus hoc sensit, & si solus expres
sit. Legerat sanctum dixisse Iob: Pereat dies illa qua natus sum, & cognouerat, na Iob.3.
sci malorum omnium esse principium, & ideo diem qua natus est perire optauit, ut
tolleretur origo incommodorũ, & optauit perire diem generationis suæ, ut diem re
surrectionis acciperet. Audierat etiam Salomon dixisse patrem suum: Notum fac Psal.38.
mihi domine finem meum & numerum dierum meorum qui est, ut sciam quid de
sit mihi. Nouerat enim Dauid non posse id quod perfectum est hic comprehẽdi,
& ideo ad ea quæ sunt futura properabat. Nunc enim ex parte scimus & ex parte
cognoscimus, tunc autem id quod perfectum est poterit comprehendi, cum reuela- 1.Cor.13.
ta facie nobis speculãdæ maiestatis æternitatisq́ue diuinæ cœperit relucere, nõ um-
bra sed ueritas. Nemo tamen festinaret ad finem, nisi uitæ istius fugeret incom-
moditatem, Et ideo etiam Dauid quare ad finem festinet, exposuit dicẽs: Ecce uete
res posuisti dies meos, & habitudo mea tanquam nihil ante te, ueruntamen uni-
uersa uanitas omnis homo uiuens. Quid igitur uidemur fugere? Vanitatem. Aut
quid nos delectat in hoc seculo uane conturbari, thesaurum pecuniarum condere,
& ignorare cui congregemus hæredi? Petamus amoueri à nobis plagas, eripi nos
& insipienti seculo carere, de peregrinatione diuturna ad illam redire patriam & na
turalem domum. In hac enim terra aduenæ sumus atq; peregrini, remigrãdum eò
unde descendimus, ambiendum & obsecrandum, non perfunctorie sed obnixe,
ut à dolis & ab iniquitate loquacium liberemur, Et ille qui remedium nouerat, pro
longatum tamen suum ingemuit incolatum, & cum peccatoribus & iniquis se habi
B tare deplorat. Quid ergo faciam qui & peccatum habeo & ignoro remedium? Hie-
remias quoq; quod generatus sit, & ipse deplorat his uerbis dicens: Heu me mater, Hiere.15.
ut quid me peperisti uirum causam dicentem iudicij? In omni terra non profui, ne-
que profuit mihi quisquam. uirtus mea defecit. Si igitur sancti uiri uitam fugiunt,
quorum uita & si nobis utilis, sibi tamen inutilis æstimatur, quid nos facere opor-
tet, qui nec alijs prodesse possumus & nobis uitam hanc quasi funebrem pecuni-
am usurario quodam cumulo graueſcẽtem onerari in dies peccatorum cupimus?
Quotidie morior apostolus dicit, melius quàm illi qui meditationem mortis philo
sophiam esse dixerunt. Illi enim studium prædicarunt, hic usum ipsum mortis ex
ercuit. Et illi quidem propter se, Paulus autem ipse perfectus moriebatur, non p-
pter suam sed propter nostram infirmitatem. Quid autem est mortis meditatio,
nisi quædam corporis & animæ segregatio? Qua mors ipsa non aliud quàm cor-
poris atque animæ secessio definitur. Sed hoc secũdum communem opinionem.
Secundum scripturas autem triplicem esse mortem accipimus. Vna est cum mori
mur peccato, deo uiuimus. Beata igitur mors quæ culpæ refuga, domino dedita,
mortali nos separat immortali nos consecrat. Alia mors est uitæ excessus, qua
mortuus est patriarcha Abraam, patriarcha Dauid, & sepulti sunt cum patribus
suis, cum anima nexu corporis liberatur. Tertia mors est de qua dictum est:
Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ea morte non solum caro, sed etiam a-
nima moritur. Anima enim quæ peccat ipsa morietur. Moritur enim domi- Matth.8.
no, non naturæ infirmitate sed culpæ. Sed hæc mors non perfunctio huius est ui-
tæ, sed lapsus erroris. Vna ergo est mors spiritalis, alia naturalis, tertia pœ-
nalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nalis. Sed non quæ naturalis eadem pœnalis. Non enim pro pœna ſed pro reme-
dio dedit mortem. Deniq; Adæ peccāti præſcriptum eſt, aliud pro pœna, aliud pro
Gen. 3. remedio. Pro pœna dicitur: Quoniam audiſti uocem uxoris tuæ & manducaſti de
ligno de quo præceperam tibi ab hoc ſolo ne manducares, maledicta terra in ope-
ribus tuis, manducabis fructum eius omnibus diebus uitæ tuæ. Spinas & tribulos
germinabit tibi, & edes pabulum agri tui. Cum ſudore uultus tui manducabis pa
nem tuum donec reuertaris in terram de qua aſſumptus es. Habes pœnarum feri-
as, quia aduerſus ſpinas ſeculi huius & ſollicitudines mundi, uoluptateſq; diuitiarū
quæ uerbum excludunt, pœnam includunt, mors pro remedio data eſt, quaſi finis
malorum. Non enim dixit: Quoniam audiſti uocem mulieris, reuerteris in terram.
Hæc enim eſſet pœnalis ſententia, quemadmodum eſt illa: Maledicta terra, ſpinas
& tribulos germinabit tibi, ſed dixit: Manducabis panem tuum in ſudore, donec re
uertaris in terram. Vides mortem magis remetam eſſe noſtrarum pœnarū, qua cur-
ſus huius uitæ inciditur. Ergo mors nō ſolum malum non eſt, ſed etiam bonū eſt.
Apoca. 9. Denique pro bono quæritur, ſicut ſcriptū eſt: Quærunt homines mortem, & non
inuenient eam. Quærunt enim illi qui dicturi ſunt montibus: Cadite ſuper nos, &
collibus, operite nos. Quæret etiā anima illa quæ peccat. Quærit diues ille poſitus
in inferno, qui uult digito Lazari refrigerari linguā ſuam. Videmus itaque quod &
mors hæc lucrum eſt, & uita pœna eſt. Vnde & paulus ait: Mihi enim uiuere Chri-
Philip. 1. ſtus eſt, & mori lucrum. Quid eſt Chriſtus, niſi mors corporis, ſpiritus uitæ? Et ideo
commoriamur cum eo ut uiuamus cum eo. Sit quidam quotidianus uſus in nobis
D affectuſq; moriendi, ut per illam quam diximus ſegregationem à corporeis cupi-
ditatibus anima noſtra ſe diſcat extrahere, & tanquam in ſublimi locata quo terre
næ adire libidines & eam ſibi glutinare non poſſint, ſuſcipiat mortis imaginem, ne
pœnam mortis incurrat. Repugnat enim lex carnis legi mentis, & eam legi erro-
Roma. 7. ris adijcit, ſicut apoſtolus reuelauit dicens: Video enim legem carnis meæ repugnā
tem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Omnes impugnamur, oēs
ſentimus, ſed non omnes liberamur. Et ideo infelix ego homo, niſi remedium quæ-
ram. Sed quod remedium? Quis me liberabit de corpore mortis? Gratia dei per Ie
ſum Chriſtum dominum noſtrum. Habemus medicum, ſequamur remedium. Re
medium noſtrum, Chriſti gratia, & corpus mortis, corpus eſt noſtrum. Ergo pere-
grinemur à corpore, ne peregrinemur à Chriſto, & ſi in corpore ſumus, tamen quæ
ſunt corporis nō ſequamur, nec deſeramus iura naturæ, ſed dona gratiæ præopte-
mus. Diſſolui enim & cum Chriſto eſſe multo melius, permanere aūt in carne ma-
gis neceſſarium propter uos. Sed non omnibus neceſſarium. Domine Ieſu non mi-
hi qui nulli utilis ſum. Nam mihi lucrum eſt mori, ne plura peccem. Lucrum mihi
eſt mori, qui ipſo libro quo alios cōſolor quaſi uehemētiori monitore ad deſideriū
amiſſi fratris impellor, quoniam me eius non ſinit obliuiſci, nūc magis amo, & uehe
mentius deſidero. Deſidero cum loquor, deſidero cum relego, & ideo hoc potius
ſcribendum arbitror, ne quando ab eius recordatione diuellar. Quod nō cōtra ſcri-
pturas facio, ſed cum ſcripturis ſentio, ut patientius doleam, impatientius deſideré.
Præſtitiſti mihi frater, ne mortem timerem, atq; utinam moriatur anima mea in
anima tua. Hoc enim ſibi Balaā pro maximo bono optat donatus ſpū ꝓphetādi.

Moriatur

A Moriatur, inquit, anima mea in animis iuſtorum, & fiat ſemen meū ſicut ſemen iu-
ſtorum. Et uere hoc ſecundū prophetiam optat. Qui enim uiderat ortum Chriſti,
uidit eius triumphalem mortem, uidit in eo perennem hominum reſurrectionem,
& ideo mori non timet reſurrecturus. Non moriatur ergo anima mea in peccato,
ne peccatum in ſe recipiat, ſed moriatur in anima iuſti, ut eius recipiat æquitatem.
Deniq; qui moritur in Chriſto, fit eius gratiæ particeps in lauacro. Non ergo formi
dabilis mors: nec amara egentibus: nec gratioſa diuitibus: nec iniuſta ſenioribus: nec
ignaua fortibus: nec perpetua fidelibus: nec improuiſa ſapientibus. Quàm multi eā
uitam ſolo mortis ſtimulo conſecrarunt, quantos uiuere puduit, mori profuit? Mor
te unius plerunq; accepimus maximos populos liberatos. Morte imperatoris, fuga
tos exercitus hoſtium, quos uiuus uincere nequiuiſſet. Morte martyrum religio de-
fenſa, cumulata fides, eccleſia roborata eſt, uicerunt morte, uicti perſecutores ſunt.
Itaq; quorum uitam neſcimus, horum mortem celebramus. Vnde & Dauid pro- Pſal. 115.
phetice gloriatus in ſuæ mentis exceſſu. Precioſa, inquit, in conſpectu domini mors
ſanctorū eius. Mortem maluit præferre quàm uitam, ipſa mors martyrum præmi-
um uitæ eſt. Morte etiam inimicorum odia ſoluuntur. Quid plura? Vnius morte,
mundus redemptus eſt. Potuit enim Chriſtus non mori ſi uoluiſſet. Sed neq; refu-
giendam mortem quaſi ignauam putauit, neq; melius nos quàm moriendo ſeruaſ-
ſet. Itaq; mors eius uita eſt omnium, morte eius ſignamur, mortem eius orantes an
nunciamus, mortem eius offerentes prædicamus, mors eius uictoria eius, mors eius
ſacramentū eſt, mors eius annua ſolennitas mundi eſt. Quid præterea de eius mor-
B te dicamus, cum diuino probemus exemplo, quia immortalitatem mors ſola quæ-
ſiuit, atq; ipſa ſe mors redemit? Non igitur mœrenda mors, quæ cauſa ſalutis eſt pu
blicæ, non fugienda mors quam dei filius non dedignatus eſt, non refugit, nō reſol-
uendus eſt ordo naturæ. Quod enim commune eſt omnibus, exceptum ſingulis eſ
ſe non poteſt. Et mors quidem in natura non fuit, ſed conuerſa in naturam eſt. Non
enim à principio deus mortem inſtituit, ſed pro remedio dedit. Et conſideremus ne
uideatur eſſe contrarium, Nam ſi bonum eſt mors, cur ſcriptum eſt, quia deus mor-
tem non fecit, ſed malicia hominū mors introiuit in orbem terrarum. Reuera enim
mors diuino operi neceſſaria non fuit, cum in paradiſo poſitis bonorum omnium
iugis ſucceſſus affluueret, ſed præuaricatione damnata in labore diurno gemituq; in
tolerando, uita hominū cœpit eſſe miſerabilis, debuit dari finis malorū ut mors re-
ſtitueret quod uita amiſerat. Immortalis enim oneri potius quàm uſui eſt, niſi aſpi-
ret gratia. Et ſi bene diſcutias, non naturæ mors iſta eſt, ſed maliciæ. Manet enim na
tura, malitia moritur, reſurgit quod fuit, atq; utinam ut peccandi liberum, ita uacuū
culpæ prioris. Sed hoc ipſum indicio eſt mortem nō eſſe naturæ, quia ĩdem erimus
qui fuimus. Itaq; aut peccatorum noſtrorum ſupplicia pendemus, aut bene geſto-
rum gratiam conſequemur. Reſurget enim natura eadem, iam ſtipendijs mortis ho
norator. Deniq; mortui qui in Chriſto ſunt reſurgunt primi, deinde & nos qui ui- 1. Theſſ. 4.
uimus, inquit, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiā Chriſto in aëra, & ita ſem
per cum domino erimus. Illi primi, uiuentes autē ſecundi. Illi cum Ieſu, uiuentes per
Ieſum. Illis dulcior uita poſt requiem, uiuentibus & ſi grata compendia, tamen igno
rata remedia. Nihil eſt igitur quod in morte timeamus, nihil quod debeamus dole-
re, ſi aut naturæ repetenti uita quæ accepta eſt rependatur, aut petenti impendatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C officio,in quo religionis cultus aut uirtutis usus est.Neq; enim quisq; sibi ut sic ma/
neret optauit.Ioanni promissum æstimatũ est,sed nõ est creditũ. Verba tenemus,
sententiam deriuamus.Ipso in libro negat sibi quod nõ moreretur esse promissum,
ne quẽ uana spes exemplo incesseret.Qd' si id uelle,spes insolens est,quanto inso/
tius est,quod nõ præter modũ acciderit,ultra modũ dolere. Gentiles plerũq; se con
solant' uiri,uel de cõmoditate erumnæ,uel de iure naturæ, uel de immortalitate ani
mæ,quibus utinã sermo cõstaret ac nõ miseram animam in uaria portentorũ ludi/
bria formasq; transfunderent. Quid igitur nos facere oportet,quorũ stipendiũ re/
surrectio est,cuius gratiã quoniã negare pleriq; nõ possunt,fidem abnuũt? Et ideo
nõ uno argumento aliquo sed pluribus modis ut possumus astruamus. Equidem
omnia aut usu,aut ratione,aut exemplo,aut eo quia decorũ sit ea esse, ideo esse cre/
duntur,& ad finẽ singula suffragantur. Vsus,quia mouemur. Ratio quia qd' mo/
uet uirtutis alterius conuenit æstimari.Exemplũ quia generauit ager fruges,& ideo
generaturũ esse præsumimus.De quorũ gratia ubi fructũ nõ putamus,decere tamẽ
credimus ut uirtutis opera minime deseramus. Singula igitur singulis astruuntur.
Tribus tamẽ euidentius colligitur resurrectionis fides,quibus omnia cõprehendun
tur,ratione uniuersitatis,exemplo,testimonio rei gestæ,quia plurimi surrexerũt.Ra
tio euidens est,quia cũ omis uitæ nostræ usus in corporis animæq; cõsortio sit,resur
rectio autẽ aut boni actus præmiũ habeat,aut pœnã inprobi, necesse sit corpus re/
surgere cuius actus expenditur. Quomõ em in iudiciũ uocabitur anima sine corpo/
re,cũ de suo & corporis cõtubernio ratio præstanda sit? Resurrectio omnibus erit,
sed ideo difficile creditur,quia nõ nostrũ meritũ sed dei munus est. Prima igitur re/
D surrectionis fides usus est mundi,rerũq; status omniũ,generationũ series,succes/sio
num uices,obitus ortusq; signorũ,diei & noctis occasus,eorũq; quotidie tanq̃ redi/
uiua successio.Temperamenti quoq; genitalis huius aliter ratio subesse non posset,
nisi humoris ipsius quo omnia terrena generantur, quantũ diurni solis æstus extor
reret,tantum rore nocturno dispositio diuina repararet.Nam quid de fructibus lo
quar? Nónne tibi uidentur occidere cũ decidunt,resurgere cũ reuiriscunt? Qd' satũ
est resurgit, resurgit qd' mortuũ est,& in eadem genera, in easdem species reforma
tur.Hos terra primũ reddidit fructus,in his primũ natura nostræ speciẽ resurrectio
nis imitata est.Quid dubitas de corpore corpus resurgere? Granũ seritur, granũ re
surgit:pomũ decidit,pomũ resurgit. Sed flore granũ induitur,folliculoq; uestit'. Et
1.Cor.15. hoc mortale oportet induere immortalitatẽ,& hoc corruptibile induere incorruptio
nem.Flos resurrectionis immortalitas est.Flos resurrectionis incorruptio est.Quid
enim uberius quiete perpetua? Quid locupletius securitate diuturna? Hic est multi
plex fructus,cuius prouentus pullulat fœcũdior,hominũ naturam post mortẽ.Sed
miraris quemadmodũ putrefacta solidentur, dispersa coëant, absumpta reparent?
nõ miraris quemadmodũ semina uapore & cõpressu terræ soluta uiridescãt? Nam
utiq; etiam ipsa terreno cohalitu putrefacta soluuntur,& cũ occata soli genitalis fir
cus animauerit,quodã calore uitali spiritũ quendã herbæ uiridantis exhalant.Dein
de paulatim tenerã spicæ adolescentis ætatẽ culmo erigit,& uaginis quibusdã natu
ra tanq̃ sedula mater includit,ne pubescentẽ glacies adurat aspera atq; à nimio solis
defendat ardore. Frugẽ quoq; ipsam adhuc quasi primis erũpentẽ cunabulis,mox
adultã ne pluuia decutiat,ne aura dispergat, ne auiũ minorũ morsus interimat,val
lo aristã

A lo aristarũ sepire cõsueuit.Quid igitur miraris, si homines quos acceperit terra resti
tuat,cum seminũ corpora quæ cũ ui susceperit,uiuificet, erigat, uestiat,muniat, atq;
defendat? Desine ergo dubitare quod depositũ generis humani terræ fides reddat,
quæ cõmendata sibi semina usurario quodã fœnore multiplicata restituat.Nã quid
de generibus arborũ loquar, quæ posito surgunt de semine fructusq; resolutos re/
diuiua fœcunditate resuscitant,& formæ ueteri atq; imagini suæ reddunt, multasq;
ætates quædã arborũ corpora reparata transmittunt,ut ipsa durando uincant secu/
la? Putrescere uidemus acinũ,uitẽ resurgere : surculus inseritur,arbor renascitur. An
de reparandis arboribus diuina est prouidentia,de hominibus nulla cura? Et qui ea
quæ ad usus hominũ dedit perire nõ passus est,hominẽ perire patietur,quẽ ad ima
ginem sui fecit? Sed incredibile tibi uidetur,ut mortui reuiuiscant. Insipiens tu ipse
quod seminas,nónne prius moritur ut uiuificetur? Sere quẽlibet fructũ arentẽ,resu/
scitatur.Sed habet succũ, & nostrũ corpus habet sanguinẽ suũ, habet humorẽ suũ.
hic nostri succus est corporis. Vnde illud quoq; explosum arbitror,quod arentẽ sur/
culum quidã reuiuiscere negant,idq; ad præiudiciũ carnis deriuare nitunt'. Nõ em
caro arida,cum caro omnis è limo sit,limus in humore,humor è terris.Deniq; mul/
ta gignentia quãuis iugi serenitate,humo arida arenosaq; nascuntur,quoniam ipsa
sibi terra ad humorẽ sufficit, Num igitur in hominibus terra degenerat, quæ omnia
regenerare cõsueuit? Vnde claret nõ esse dubitandũ,quod secundũ naturã magis cõ
tra naturã est interire. Sequitur illud quod gentiles plerumq; perturbãt, quomõ
fieri possit ut quos mare absorbuerit, feræ dilacerauerint,bestiæ deuorauerint terra
B restituat? Quò ita demũ ueniatur necesse est,ut nõ de fide resurrectionis sed de par/
te dubitetur.Esto enim ut laceratorũ corpora nõ resurgant,resurgunt cæteri? Nec re
surrectio destruitur si cõditio excipitur. Miror tamẽ cur uel de his dubitandum pu/
tent,quasi nõ omia quæ ex terris sunt in terrã redeant,& in terrã resoluantur. Mare
quoq; ipsum quæcunq; corpora humana demerserit, uicinis expuit unda plerunq;
littoribus. Quod ni ita esset,difficile credo deo foret dispersa cõnectere,dissipata so
ciare,cui mundus obtemperat,muta obsequuntur elementa,seruit natura, quasi nõ
maioris miraculi sit limũ animare quàm iungere? Auis in regiõe Arabiæ, cui nomẽ
est phœnix, rediuiuo suæ carnis humore reparabilis cũ mortua fuerit reuiuiscit,So/
los nõ credimus homines resuscitari? Atqui hoc relatiõe crebra,& scripturarũ auto/
ritate cognouimus,memoratã auẽ quingentorũ annorum spatia uitali usui habere
præscripta,eamq; cum sibi finẽ uitæ adesse præsaga quadã naturæ suæ æstimatiõe
cognouerit, thecam sibi de thure & myrrha & cæteris odoribus adornare,cõpletó/
que opere pariter ac tempore intrare illam atq; emori,ex cuius humore oriri uermẽ,
paulatimq; eum in auis eiusdẽ figuram cõcrescere,usumq; formari, subnixam quo/
que remigio pennarũ,renouatæ uitæ officia munere pietatis ordiri. Nam thecam il
lam uel tumulũ corporis,uel incunabulũ resurgentis,in qua deficiens occidit,& occi/
dens resurrexit,ex Æthiopia in Licaoniam uehit,atq; ita resurrectiõe auis huius lo
corum incolæ cõpletum quingentorum annorum tempus intelligunt. Ergo isti aui
quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus. Illi in hoc seculo,nobis
in cõsummatione mundi. Pleriq; etiam opinantur quod auis hæc rogũ sibiipsa suc
cendat,& rursus de fauillis suis & cineribus reuiuiscat.Sed fortasse natura discretior,
fidei quoq; discretionẽ uideatur afferre:in originem principiumq; hominis procre/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C andi,mẽs noſtra redeat. Viri eſtis,fœminæ eſtis,quæ humana ſunt nõ ignoratis,& ſi qui ignoratis ex nihilo putatis eſſe quod naſcimur,quàm ex paruo quanti exurgi mus? Et ſi non exprimimus,intelligimus tamen quid uelimus,uel potius quid nolimus dicere. Vnde hoc caput & uultus iſte mirabilis, cuius artificẽ nõ uidemus,opus uidemus,in uaria officia ꝓiuſq; formatur? Vnde forma erectior,ſtatus excelſior,faciendi uis,ſentiendi uiuacitas,gradiendi facultas? Ignota certe nobis ſunt naturæ organa,ſed nota miniſteria. Et tu ſemen fuiſti,& tuũ corpus ſemẽ eſt reſurrecturi. Audi Paulũ,& diſce quia ſemen es,Seminatur in corruptione,ſurgit in incorruptione. 1.Cor.15. Seminatur in ignobilitate,ſurgit in gloria. Seminatur in infirmitate,ſurgit in uirtute. Seminatur corpus animale,ſurgit corpus ſpiritale. Et tu ergo ſeminaris ut cætera, quid miraris ſi reſurgis ut cætera? Sed illa credis,quia uides,iſta nõ credis,quia non uides. Beatiores qui nõ uiderunt & crediderũt. Tamẽ antequã tempus ueniat, nec illa creduntur: nõ enim omne tempus accõmodum ad reſuſcitanda ſemina. Alio triticũ ſeminatur,alio naſcitur: alio uitis inſeritur,alio gemmantia ſarmenta pubeſcũt, luxuriat pampinus,uua formatur: alio plangatur olea,alio uelut aluo grauis & onuſta prole baccarũ fructus ſui ubertate curueſcit. Ante uero quàm ſuũ cuiq; tempus aduenìat,fœtura reſtrictior eſt: nec generationis ætatẽ habet in poteſtate generandi ipſa quæ generat. Nunc informẽ ſitu,nunc fœtuũ nudam,nunc uirentẽ floribus,nũc carentẽ ipſam omniũ cernas parentẽ: quæ utiq; uellet omnibus ſe ueſtire temporibus,nec uiquã aurea ſegetum aut uiridantia pratorũ indumenta deponere,ipſa ſui egens,& prouentuũ ſuorum quæ in alios tranſfuderit indotata compendijs. Ergo & noſtrã reſurrectionẽ,& ſi nõ credis fide,nõ credis exemplo,uſu es crediturus. Et alijs D quidẽ fructibus,ut uiti oleæ pomiſq; diuerſis,anni ætas extrema habilis maturandis: nobis quoq; mundi cõſummatio tanquã extremus anni finis accõmodam reſurgendi præſcribit ætatẽ. Et bene in cõſummatione mundi reſurrectio mortuorũ eſt, ne poſt reſurrectionẽ in hoc malũ nobis eſſet ſeculum recidendũ. Ideo enim Chriſtus eſt paſſus,ut nos ex hoc malo ſeculo liberaret, ne iterũ nos huius ſeculi tentamenta ſubruerent,& obeſſet renaſci,ſi renaſceremur ad culpam. Et rationẽ igitur reſurrectionis & tempus tenemus. Rationẽ quia in omnibus ſibi fœtibus æque natura reſpondet: nec in ſola hominũ ſucceſſione degenerat tempus,quia omnia in anni fine generantur. Mundi tempora,annus unus eſt. Et quid mirum ſi annus unus eſt, quando dies una eſt? Vna enim die dominus operarios cõduxit ad uineã dicens, Matth.22. Quid hic ſtatis tota die ociosi? Cauſæ originum ſemina ſunt. Semen eſſe corpus humanum,gentiũ doctor aſſeruit. Eſt ergo ſubſtantia reſurgendi,quando eſt ſeries ſeminandi. Quod ſi ſubſtantia aut cauſa nõ eſſet,arduum quiſquã putaret deo,unde uellet,uel quomõ uellet homines regenerare,qui mundũ ex nulla materia,nulla ſubſtantia eſſe iuſſit,& factus eſt. Cœlũ aſpice,terrã intuere. Vnde ſtellarum ignes? Vnde orbis ſolis & radius,globus lunæ? Vnde montiũ uertices,dura ſaxorũ,nemoroſa ſyluarum? Vnde uel diffuſus aër,uel infuſæ uel ſuperfuſæ aquæ? Sed ſi hæc omnia deus fecit ex nihilo,Ipſe enim dixit & facta ſunt,ipſe mandauit & creata ſunt, cur miremur renaſci poſſe quod fuerit,cum uideamus natum eſſe quod nõ fuit? Illud mi- Pſal.148. rum quod cum reſurrectionẽ nõ credant,tamen ne genus pereat hominum clementi quadam benignitate proſpiciunt,& ideo tranſire ac demigrare in corpora dicunt animas,ne mundus intereat. Sed quid ſit difficilius ipſi aſſerãt,tranſire animas, an redire

A redire? ſua repetere,an noua quærere? Sed illi dubitent qui nõ didicerunt,nos uero qui legimus legẽ,prophetas,apoſtolos,euangeliũ,dubitare fas non eſt. Quis enim dubitet cũ legit,Et in tempore illo ſaluabitur omnis plebs tua quæ ſcripta eſt in libro,Et multi Dan.12 dormientiũ in terræ foſſu una apertione exurgent,hi in uitam æternã, & hi in opprobrium & in cõfuſionẽ perpetuam,Et intelligentes ſplendebunt ut ſplendor firmamenti,& ex iuſtis multi ſicut ſtellæ in ſecula? Bene itaq; dormientiũ dixit quietẽ, ut intelligas mortẽ non eſſe perpetuam,quæ ſomni uice initur ad tempus & ad tempus excludi tur. Meliorem ꝙ profectũ uitæ eius oſtẽdit quæ futura poſt mortẽ eſt,quàm eius quæ ante mortẽ mœrore ac dolore trãſigitur. Siquidẽ illa ſtellis cõparatur,hæc erumnæ addicitur. Nam quid illa cõtexam quæ alio loco ſcripta ſunt,Suſcitabis me & cõfitebor tibi? Quid etiam illud quod Iob ſanctus uitæ iſtius expertus iniurias & aduerſa omnia patientia uirtutis exuperans, cõpenſationem ſibi malorũ præſentiũ de reſurrectione promiſit dicens,Suſcitabis corpus meũ hoc,quod multa mala paſſum eſt? Eſaias quoque reſurrectionẽ populis annuncians,dominici ſe nunciũ dixit eſſe reſponſi. Sic enim habes,Os enim domini locutũ eſt,Et dicent die illa. Quid igitur os domini locutũ ſit, Eſa.26. populos eſſe dicturos in poſterioribus declaratur,ubi ſcriptũ eſt,Propter timorem tuum in utero accepimus,& parturiuimus ſpiritũ ſalutis tuæ quẽ effudiſti ſuper terram, cadent qui inhabitant terram,reſurgent qui in monumentis ſunt. Ros enim qui abs te eſt,ſanitas eſt illis,terra uero impiorum peribit. Ambulate populus meus & intra in receſſus tuos. Abſconde te aliquantulũ donec tranſeat ira dei. Quàm bene receſſus eſſe ſignauit tumulos mortuorũ,quibus pauxillulum abſcondimur,ut in iudiciũ dei quod B pro noſtris ſceleribus ius debitæ indignationis aſſumet,tolerabilius trãſire poſſimus. Viuit igitur qui abſconditur,& quieſcit quaſi è medio ſe ſubtrahens & recedens,ne eũ artioribus laqueis mundi huius inuoluat erumna, quibus repoſitã reſurrectionis eſſe læticiam ſanitatemq; corporum ſolutorũ diuino rore reparabilẽ,cœleſtia oracula propheticis uocibus pollicentur. Et bene ros ſignificatur,quo genitalia omnia terrarũ ſemina ſuſcitantur. Quid igitur mirum ſi fatiſcẽtis quoq; corporis noſtri cineres ac fauillæ, pinguedine cœleſtis roris exuberant,& accepto humore uitali,in cõpagem ſuam membrorum noſtrorũ habitus reformantur? Dicit etiam ſanctus Ezechiel propheta & plena expoſitione deſcribit quemadmodũ arentibus uigor oſſibus refundatur, ſenſus redeat,motus accedat,neruiſq; redeuntibus corporis cõpago rigeſcat humani: quemadmodum nimis arida renatis oſſa uiſceribus ueſtiantur,uenarũq; hiatus & ſanguinis riuulos extentæ cutis uelamẽ obducat. In ipſis, dũ legimus, propheticis ſermonibus, humanorum uidetur ſeges corporũ rediuiua cõſurgere,atq; ipſa ſpatia diffuſa camporũ nouis uideas pullulare ſeminibus. Quod ſi ueteres ſapiẽtes ſatis hydræ dentibus in regione Thebana inhorruiſſe armatorũ ſegetẽ crediderunt,cum utiq; alterius naturæ ſemina certũ ſit in naturã uerti alteram nequiuiſſe,nec partũ ſuis diſcordem fudiſſe ſeminibus,ut ex ſerpente homines naſcerentur,ut caro ex dentibus gigneretur: quantomagis utiq; credendũ eſt,quæcunq; ſunt ſeminata in ſuam naturam reſurgere,nec à ſatione ſua ſegetes diſcrepare,nec duris mollia,nec mollibus dura uiuiſcere: nec in ſanguinẽ uenena cõuerti,ſed carnẽ de carne,os de oſſibus,ſanguinẽ de ſanguine,humorẽ de humore reparari? Poteſtis ergo gentiles reformationẽ negare naturæ,qui mutationẽ poteſtis aſſerere? Poteſtis nõ credere oraculis,nõ euangelijs,nõ prophetis,qui fabulis inanibus creditis? Sed iam ipſum audiamus prophetam. Sic enim ait,Et facta eſt ſuper Ezech.37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C me manus domini, & eduxit me in spiritu dominus, & posuit me in medio campo & hic erat plenus ossibus humanis, & circunduxit me per gyrũ eorũ, & ecce multa ualde in facie campi, arida nimis. Et ait ad me, Fili hominis, si uiuent ossa ista? Et dixi. Domine tu scis. Et ait ad me, Sta & dices illis, Ossa arida audite uerbũ domini. Hæc dicit dominus ossibus istis, Ecce ego induco in uos spiritũ uitæ, & dabo in uos neruos, & adducam super uos uiscera, & extendam super uos cutem, & dabo spiritũ meũ in uos & uiuetis & scietis quod ego sum dominus. Et prophetaui sicut mandauit mihi. Et factum est cũ prophetarẽ hæc omnia, & ecce factus est terremotus magnus. Vide nũc quemadmodum & auditũ in ossibus & motum prius ostendat esse quàm uitæ spiritus refundatur. Nam & supra ossa arida iubentur audire, quasi sensum habeant audiendi, & hic accessisse eorũ unumquodq; ad suam cõpaginem prophetico sermone signatur. Sic enim habes, Et accedebant ossa unumquodq; ad suam cõpaginem. Et uidi & ecce super illa nerui & uiscera nascebantur, & ascendebat super ea cutis desuper, & spiritus in his nõ erat. Magna domini gratia quod futuræ resurrectionis propheta testis adhibetur, ut nos quoq; ea illius oculis uideremus. Neq; enim omnes testes adhiberi poterant, sed in uno omnes testes sumus, quia nec in uirum sanctũ cadit mendaciũ: nec in tantũ error prophetã. Nec minus uerisimile debet uideri, quia iubente deo, ossa in suam cõpaginem reformantur, cum utiq; innumera habeamus exempla, quibus natura rerum cœlestibus est obsecuta præceptis, ut terra pabulũ gignere iuberetur & gigneret, ut ad uirgæ tactum sitientibus populis petra uomeret aquã, atq; æstu torridis miseratione diuina undarent fluenta dura saxorũ. Virga in serpentẽ uersa, quid aliud
D indicauit, nisi uolente deo ex insensibilibus sensibilia posse generari? An uero incredibilius putas quod ossa cum iubentur accedunt quàm quod retrorsum fluenta uertuntur, maria fugiunt? Sic enim propheta testatur. Mare uidit & fugit, Iordanis cõuersus
Psal. 109. est retrorsum. Nec super hoc ambigi potest quod duorũ populorũ alterius salute, alterius obitu cõprobatum est aquarum cursus stetisse frenatos, eosdemq; alijs circumfusos, alijs ad mortẽ refusos, ut alios mergerent, alios reseruarent. Quid in ipso euangelio? nónne ibi probauit dominus quod uerbo unda mitescat, fugentur cœli nubila, cedant flabra uentorũ, placidisq; littoribus muta deo famulentur elementa? Sed persequamur cætera, ut quemadmodũ spiritu uitæ animentur defuncti, surgant iacentes, sepulchra reserentur, possimus aduertere. Et ait ad me, Prophetiza fili hominis & dic spiritui, Hæc dicit dominus, A quatuor uentis cœli ueni spiritus & insuffla in mortuos istos & uiuant. Et prophetaui sicut mandauit mihi, & intrauit in eos spiritus uitæ, & uixerunt & steterunt in pedibus suis cõgregatio nimis multa. Et locutus est dominus ad me dicens, Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israël est. Ipsi enim dicũt, Arida facta sunt ossa nostra, periit spes nostra, interiuimus. Propterea prophetiza & dic, Hæc dicit dominus, Ecce ego aperiã uobis monumenta uestra & educã uos de monumentis uestris in terrã Israël, & scietis quod ego sum dominus, cũ aperiã sepulchra uestra & educã de sepulchris populũ meũ & dabo spiritũ meũ in uobis & uiuetis, & ponã uos super terram uestrã, & scietis quod ego dominus locutus sum & faciã, dicit dominus. Aduertimus quemadmodũ uitalis spiritus in artus resumatur, cognouimus quemadmodum dehiscentibus tumulis mortui suscitentur. An uero mirandũ est iussu domini mortuorũ sepulchra reserari, cum tota suis terminis uno tonitruo terra quatiatur, mare suis exundet finibus, itemq; suarũ cursus refrenetur undarũ. Denique ille qui credidit, quia

A fit, quia in momento oculi, in nouissima tuba mortui resurgent, cũ primis rapietur in nubibus obuiam Christo in aëra, qui nõ crediderit relinquetur, & perfidiæ suæ subdet se ipse sententiæ. Ostendit tibi dominus etiam in euangelio ut iam ad exempla ueniamus, quemadmodũ resurgas. Non enim unũ Lazarũ sed fidẽ omniũ suscitauit. Quod tu si credas cũ legis, mens quoq; tua quæ mortua fuerat in illo Lazaro reuiuiscit. Quid enim sibi uult quod dominus ad monumentũ accessit, magna uoce clamauit, Lazare exi foras, nisi ut futuræ resurrectionis speciẽ præstaret, exemplũ æderet? Cur uoce clamauit, quasi spiritu nõ soleat operari, quasi tacitus nõ soleat imperare? Sed ut illud ostenderet quod scriptũ est, Quoniã in momento oculi, in nouissima tuba, & mortui resurgent incorrupti. Tubarũ enim crepitus, uocis metitur elatio. Et clamauit, Lazare exi foras. Cur etiã nomẽ additur, nisi forte ne alius resuscitatus pro alio uideretur, aut fortuita magis resurrectio cũ imperata? Audiuit ergo defunctus & exiuit foras de monumento, ligatus pedes & manus institis, & facies eius orario colligata erat. Cõprehende si potes quemadmodũ clausis oculis iter carpat, uinctis pedibus gradũ dirigat, inseparabili gressu, separabiliq; progressu. Manebant uincula nec tenebãt, tegebantur oculi, sed uidebãt. Videbat denicq; qui resurgebat, qui ambulabat, qui deferebat sepulchrũ. Virtute enim diuinæ præceptionis operante, natura suum non requirebat officium, & tanquam in excessu posita, non iam suo ordini sed diuino nutui seruiebat. Rumpebantur prius mortis quàm sepulturæ uincula, agebatur prius quàm parabatur incessus. Si miraris hæc, disce qui imperauerit, tum mirari desines. Iesus Christus dei uirtus, uita, lux, resurrectio mortuorum, uirtus erexit iacentem, uita gressum extulit, lux fugauit tenebras, reparauit obtutum, resurrectio uiuendi gratiam reformauit. Fortasse moueat
B quod Iudæi lapidem tollunt, Iudæi instita soluunt, ne forte & tu sollicitus sis qui lapidem de monumento tuo tollant, quasi uero qui spiritum refundere poterat, lapidem mouere non poterat, aut uincula rumpere, qui uinctum fecerat ambulare, aut deoperire faciem qui opertis oculis lumen infuderat, aut findere petram qui poterat reformare naturam. Sed ut uel oculis suis crederent, qui credere mente nolebant, remouent lapidem, uident cadauer, fœtorem sentiunt, instita rumpunt. Non possunt negare defunctum quem aspiciunt resurgentem, uident signa mortis & uitæ munera. Quid si dum conantur labore ipso emendantur? Quid si dum audiunt, uel auribus suis credunt? Quid si dum intuentur uel oculis suis corriguntur? Quid si dum rumpunt uincula, mentes suas soluunt? Quid si dum Lazarus exigitur, populus liberatur, dum Lazarum abire permittunt, ipsi ad dominũ reuertuntur? Denique multi qui uenerant ad Mariam, uidentes quæ facta sunt crediderunt. Nec hoc solum exemplũ ædidit dominus noster Iesus Christus, sed alios quoq; resuscitauit, ut nos uel exemplis uberioribus crederemus. Resuscitauit adolescentẽ fletu uiduæ matris inflexus, qñ accessit & tetigit loculum dicens, Adolescens tibi dico surge, & resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Statim ut audiuit, statim resedit, statim locutus est. Alia enim uirtutis gratia, alius ordo naturæ. Nam quid de archisynagogæ filia loquar, in cuius obitu flebant turbæ, tibicines personabant? Etenim ad finem mortis, pompa funeris exhibetur. Quancito ad uocem domini conuertitur spiritus, rediuiuum corpus erigitur, cibus sumitur, ut uitæ testimoniũ crederetur. Et quid miremur ad uocẽ dei refundi animã, redire ossibus uiscera, cũ meminerimus prophetico tactu corporis, mortuũ suscitatũ. Helias orauit & defunctũ suscitauit infantẽ. Petrus in nomine Christi thabitã surgere, atq; ambulare

Luc. 8.

Matth. 9.

3. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C præcepit,& reddità sibi pauperes gratulati crediderunt pro alimentis, & nos adhuc
pro salute nõ credimus? Illi resurrectionẽ alienam,suis lachrymis redemerunt, nos
nostram nec Christi redimimus passione,qui cũ emitteret spiritũ,ut ostenderet pro
Matth.27. nostra resurrectione se mortuũ seriẽ ipsam resurrectionis exercuit. Simul eñ ut cla
mans iterum uoce magna,emisit spiritũ,terra mota est & petræ scissæ sunt,& monu
menta aperta sunt,& multa corpora sanctorũ dormientiũ resurrexerunt, & exeun
tes de monumento post resurrectionẽ eius uenerũt in sanctam ciuitatẽ & multis ap
paruerunt.Si hæc lecta sunt,cum emitteret spiritũ,cur incredibilia putamus cũ redi
re cœperit ad iudiciũ,præsertim cum hæc resurrectio documentum illius resurrectio
nis & futuræ ueritatis sit exemplũ? Minus autẽ exemplũ est quàm ueritas. Quis igi
tur in domini passione,monumenta aperuit, manũ resurgentibus dedit, uiam qua
ciuitatẽ sanctam peteret démonstrauit? Si nemo fuit,fuit itaq; uis diuina quæ ope
raretur in corporibus mortuorũ.Hominis tu quæris auxilium,ubi opus dei cernis?
Non egent humanis diuina mysteria.Cœlũ deus fieri iussit,& factũ est,terram cre
ari statuit,& creata est.Quis humeris saxa cõuexit? quis congessit impensas? quis la
boranti deo suam operam ministrauit? In momẽto hæc facta sunt. Vis scire quàm
breui? dixit,& facta sunt. Si dicto elementa cõsurgunt,cur dicto mortui non resur
gant? Qui licet mortui sint,tamen aliquando uixerunt,habuerunt spiritũ sentiendi,
habuerunt uires agendi,plurimũq; refert,capax animi nõ fuisse,& exanimũ remã
Matth.4. sisse.Diabolus dixit,Dic lapidi huic ut fiat panis.Cõfitetur iubente deo cõuerti pos
se naturam,tu non credis iubente deo reformari posse naturã.De solis cursu cœliq;
D ratione philosophi disputant,& sunt qui putant his esse credendũ,cũ quid loquan
tur ignorent. Neq; enim cœlũ ascenderunt,axem dimensi,mundũ oculis perscrutati
sunt,quia nullus eorum cum deo in principio fuit, nullus eorum de deo dixit, Cum
pararet cœlũ cum ipso eram,& eram cum eo cõponens,ego eram cui aggaudebat.
Esa. 66. Si ergo illis creditur,nõ creditur deo qui ait,Quemadmodũ cœlum nouum & terra
noua quæ ego facio manere coram me,sic stabit nomen uestrũ & semen uestrum &
erit mensis ex mense & sabbatũ ex sabbato,& ueniet omnis caro in conspectu meo,
ut adorent in Hierusalẽ dixit dominus deus,& exibunt & uidebunt membra homi
num qui præuaricati sunt in me.Nam uermis eorũ nõ morietur, & ignis eorum nõ
extinguetur,& erunt in aspectũ uniuersæ carnis.Si terra renouatur & cœlũ,cur dubi
temus hominẽ posse renouari quopter quem terra facta uel cœlũ est? Si præuarica
tor seruatur ad pœnam,cur iustus nõ perpetuatur ad gloriã? Si uermis nõ moritur
peccatorũ,quemadmodũ interibit caro iustorũ? Hæc est enim resurrectio,sicut uer
bi ipsius sono exprimitur,ut quod cecidit, hoc resurgat, quod mortuũ fuerit reuiui
scat.Et hæc est series & causa iustitiæ,ut quoniã corporis animiq; cõmunis est actus,
quæ animus cogitauit,corpus efficit,utrunq; in iudiciũ ueniat,utrũq; aut pœnæ de
datur aut gloriæ reseruetur. Nam propemodum absurdum uidetur, ut cum animi
legem lex carnis impugnet,& mens plerunq; quod odit hoc faciat, quando inhabi
tans in homine peccatum carnis operatur,animus subdatur iniuriæ,alienæ reus cul
pæ,caro quiete potiatur autor erumnæ, & solus atteratur qui non solus errauit, aut
solus gloriam referat, qui non solus gloriæ militauit. Plena ni fallor,& iusta ratio.
Sed ego rationem à Christo non exigo, si ratione conuincor, fidem abnuo. Cre
didit Abraam deo, & nos credamus, ut qui sumus generis, etiam fidei simus hæ
redes.

A redes.Credidit & Dauid propter quod locutus est,& nos credamus ut possimus lo
qui,scientes quoniã qui suscitauit dominũ Iesum Christum,& nos cum Iesu suscita
bit.Hoc enim promisit qui nunquã mentitur deus. Hoc promisit ueritas in Euange
lio suo dicens,Hæc est aũt uoluntas eius qui misit me, ut omne quod dedit mihi nõ Ioan.6.
perdam ex eo,sed resuscitẽ illud in nouissimo die.Nec satis putauit semel dixisse,sed
etiam repetijt,expressione firmauit.Sic enim sequitur,Hæc est enim uoluntas patris
mei qui misit me,ut omis qui uidet filiũ & credit in eum,habeat uitam æternã,& re
suscitabo eum in nouissimo die.Quis hoc dicit? Vtiq; is qui mortuus, plurima de
functorum corpora suscitauit.Si deo nõ credimus:nec exemplo credimus.Non cre
dimus quod promisit,quando etiam quod nõ promisit effecit.Ipse autẽ quam cau
sam moriendi habuisset,nisi habuisset causam resurgendi? Etenim quoniã dei mori
nõ poterat sapientia,resurgere autẽ nõ poterat quod mortuũ nõ erat,assumitur ca
ro quæ mori posset,ut dum moritur qd solet,quod mortuũ fuerat hoc resurgeret.
Neq; enim poterat esse nisi per hominẽ resurrectio,quoniã sicut per hominẽ mors,
ita per hominẽ resurrectio mortuorũ.Ergo resurrexit homo,quoniã homo mortu
us,& resuscitatus homo,sed resuscitans deus,tunc secundũ carnem homo,nunc per
omnia deus.Nunc enim secundũ carnẽ iam nõ nouimus Christũ,sed carnẽ per gra 2.Cor.5.
tiam tenemus,ut ipsum primitias quiescentiũ,ipsum primogenitum ex mortuis no
uerimus.Primitiæ utiq; eiusdem sunt generis atque naturæ,cuius & reliqui fructus,
quorũ pro lætiore prouentu,primitiua deo munera deferuntur,sacrum munus pro
omnibus & quasi reparatæ quædam liba naturæ.Primitiæ ergo quiescentium Chri
stus. Sed utrum suorum quiescentiũ qui quasi mortis exortes,dulci quodam sopo
B re tenentur,an omniũ mortuorũ? Sed sicut in Adam omnes moriuntur,ita in Chri 1.Corinth.15.
sto omnes uiuificabuntur.Itaque sicut primitiæ mortis in Adam,ita etiam primitiæ
resurrectionis in Christo omnes resurgunt.Sed nemo desperet,neq; iustus doleat,
commune cõsortium resurgendi,cum præcipuũ fructum uirtutis expectet. Omnes
quidem resurgent,sed unusquisq; ut ait apostolus in suo ordine.Cõmunis est diui
næ fructus clementiæ,sed distinctus ordo meritorũ.Dies omnibus lucet,sol omnes
populos fouet,pluuia possessiones omniũ uberiore imbre fœcundat. Omnes nasci
mur,omnes resurgemus,sed in utroque uel uiuendi uel reuiuiscendi gratia dispar di
uersaq; cõditio.In momento enim in ictu oculi,in nouissima tuba,& mortui resur
gent incorrupti & nos immutabimur. Quinetiam in ipsa morte quiescunt alij,ui
uunt alij.Bona quies.sed uita melior. Deniq; Paulus ad uitam excitat quiescentem
dicens.Surge qui dormis,& exurge à mortuis & illuminabit tibi Christus. Ergo hic Ephe.5.
excitatur ut uiuat,ut similis Pauli sit,ut possit dicere,Quia nos qui uiuimus,nõ præ
ueniemus eos qui dormierunt.Nõ enim cõmunẽ hunc uiuendi loquitur usum, spi
randiq; commertiũ,sed meritũ resurgendi.Nam cũ dixisset.Et mortui qui in Chri
sto sunt resurgent primi,subiecit deinde. Et nos qui uiuimus simul cũ illis rapiemur
in nubibus obuiã Christo in aera.Vtiq; mortuus est Paulus,& passione uenerabili
uitã corporis cũ immortali gloria cõmutauit. Nũ fefellit ergo qui se uiuentẽ scripsit
in nubibus obuiã Christo esse rapiendũ? Hoc eñ de Enoch legimus aut Helia,sed
& tu rapieris in spiritu.Ecce currus Heliæ:ecce ignes,& si nõ uidentur, parantur ut iu
stus ascendat,innocẽs transferat,& tua uita mori nescit.Deniq; apostoli mori nesci
erũt.Vnde & dictũ est,Amẽ amẽ dico uobis,multi ex his astantibus nõ gustabunt Matth.16.
mortem

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mortẽ,donec uideant filiũ hominis uenientẽ in regno suo. Viuit enim qui nõ habet
quod moriatur in eo,qui nõ habet ex Ægypto calciamentũ aliquod ut uinculũ,sed
exuit illud priusq; corporis huius deponat officium. Non solus itaq; Enoch uiuit
quia nõ solus est,rapietur & Paulus obuiam Christo. Viuunt etiã patriarchæ,neq;
Luc. 20. enim aliter deus Abraã,deus Isaac,& deus Iacob,nisi mortui uiuerent,dicereturDe
us eñ mortuorũ nõ est,sed uiuentiũ. Viuemus & nos,si gesta moresq; maiorũ uo
luerimus imitari. Miramur patriarcharũ præmia,imitemur obsequia, prædicemus
gratiã. Non escis inducti,seculi laqueos incidamus,arripiamus oportunitatẽ tempo
ris,præscriptũ legis,clementiã uocationis,desideriũ passionis, Exierunt de terra sua
Patriarchæ,& nos exeamus proposito,de corporis potestate nos exeamus, illi exi
lio,sed exiliũ nõ putarunt quod deuotio obiret,nõ necessitas imperaret. Illi terrã so
lo mutarunt,nos cœlo terrã mutemus. Illi habitatione,nos spiritu. Illis illuminatũ
stellis cœlũ ostenderit,sapientia nostri cordis oculos illuminet. Sic typus ueritati &
ueritas concurrit typo. Abraam paratus hospitibus,fidelis deo,impiger ministerio,
promptus officio,trinitatẽ in typo uidit,hospitalitatẽ religiõe cumulauit,tres susçpi
ens,unũ adorans,& personarũ distinctione seruata,unũ tamẽ dominũ nominabat,
tribus honorificentiã muneris deferens,& unã significãs potestatẽ. Loquebatur eñ
in eo nõ doctrina sed gratia,& melius credebat ille quod nõ didicerat, q̃ nos qui di
scimus. Nemo enim typũ falsauerat ueritatis,& ideo tres uidit,sed unitatẽ uenerat,
Tres mensuras similaginis promit,unũ immolat uitulũ, satis credens unũ esse sacri
ficium,triũ munus:una hostia,triũ gratia. Nam in quatuor regibus quis nõ intelli
D gat, quod materialis elementa naturæ præfigurato dominicæ passionis indicio, &
omnia sibi mundana subiecerit,fidelis in bello,abstinens in triumpho,qui donis nõ
hominũ ditescere,sed dei mallet. Generare se posse filium senex credidit,immolare
posse se filiũ pater iudicauit: nec patrius trepidauit affectus, cũ senis dexterã pietas
adiuuaret. Sciebat enim acceptiorẽ deo filiũ immolatũ esse q̃ sanũ. Ergo adducit ad
sacrificiũ filium dilectissimũ,& quẽ sero susceperat cito obtulit:nec paterni nominis
appellatiõe reuocatur, cũ ille patrẽ uocaret,hic filiũ. Chara quidẽ nominũ pignora,
sed amabiliora præcepta. Itaq; licet cõparerentur corda,uota durabant. Distrinxit
super filiũ gladiũ paterna manu,& patrio percussit affectu. Ne periret pœna trepi
dauit,ne ictus erraret,dextra deficeret,sensit pietatis affectũ,sed nõ omisit deuotio
nis negociũ,& properabat obsequiũ etiã cũ audiret oraculũ. Vnde nos quoq; deũ
omnibus quos diligimus præferamus,patri,fratribus,matri,ut possit nos seruare di
lectos,sicut in Abraã uberiorẽ remuneratorẽ q̃ ministrũ uidemus. Obtulit quidẽ fi
liũ pater,sed deus nõ sanguine sed pietate placatur. Ouẽ pro homine demõstrauit
in ligno,ut & filiũ patri redderet,nec periret hostia sacerdoti. Itaq; nec Abraã par
ricidio cruentatus:nec deus sacrificio defraudatus est. Vidit propheta nec affectauit
iactantiã,nec tenuit pertinaciã,ouẽ pro homine mutauit: quo magis ostendit̃ cũ re
ligiose obtulerit,quẽ tã libẽter receperit. Et tu si deo munus tuũ offeras nõ amittes.
Sed auari sum9,deus unicũ filiũ morti ꝓ nobis obtulit,nos nostros negam9. Vidit
hoc Abraã & agnouit mysteriũ,salutẽ nobis in ligno futurã:nec latuit i uno eodẽq;
sacrificio aliud esse qd̃ uideretur offerri, aliud qd̃ posset occidi. Imitemur ergo A
braæ deuotionẽ,imitemur Isaac bonitatẽ,imitemur castimoniã. Bonus planẽ & pu
dicus uir,deuotus deo,cautus uxori,qui iniuriã nõ reddidit,excludẽtibus cessit,pœni
tentes

A tentes eosdem recepit,nec proteruus contumaciæ,nec durus gratiæ, litiũ fugitans cũ
recederet,facilis ueniæ cũ reciperet,profusior bonitate cũ ignosceret,petebat societa
tis consortiũ,adiunxit conuiuiũ uoluptatis. Imitemur etiam in Iacob typũ Christi,
sit eius in nobis aliqua similitudo factorũ,erimus consortes si fuerimus imitatores.
Matri obediuit,fratri cessit,socero seruiuit, mercedem de lucris nõ de gregis diuisio
ne quæsiuit. Non auara diuisio,ubi lucratiua portio. Nec illa ociosa significatio sca
la de cœlo,quod per crucem Christi angelorũ atq; hominũ futura cõsortia uideren
tur:cui obstupefactũ esset fœmur,ut in fœmore suo agnosceret generationis hære
dem,& obstupefactio fœmoris, passionem prophetaret hæredis. Videmus igitur
cœlum patere uirtuti:nec hoc esse paucorũ. Multi enim uenient ab oriente & ab occi Matth. 8.
dente & aquilone & austro & recumbent in regno dei,delectationẽ perpetuæ quie
tis,sepultis animorum motibus exprimentes. Sequamur Abraam moribus,ut nos
eripiat in gremiũ suum, & tanquam Lazarũ suæ humilitatis hæredem propriis cir
cumfusum uirtutibus pio foueat amplexu. Non enim nos in gremio corporali, sed
in quodam bonorum factorum amictu sancti patriarchæ probata deo successio so
uet. Nolite,inquit,seduci,deus non irridetur. Aduertimus quàm graue sit sacrilegiũ
resurrectionem nõ credere. Si enim non resurgemus, ergo Christus gratis mortuus
est,ergo Christus nõ resurrexit. Si enim nobis nõ resurrexit,utiq; non resurrexit,qui
sibi cur resurgeret rationem non habebat. Resurrexit in eo mundus,resurrexit in eo
cœlũ,resurrexit in eo terra. Erit enim cœlũ nouum & terra noua. Sibi autem nõ erat
necessaria resurrectio,quem mortis uincula nõ tenebãt. Nam & si secundũ hominẽ
mortuus,in ipsis tamẽ erat liber infernis. Vis scire quàm liber? Factus sum sicut ho
B mo sine adiutorio inter mortuos liber. Et bene liber, qui se poterat suscitare,iuxta
quod scriptũ est. Soluite hoc templũ,& in triduo resuscitabo illud. Et bene liber, qui Psal. 87.
alios descendebat redempturus. Factus est autẽ sicut homo nõ specie uticq; sed ueri Ioan. 2.
tate formatus,quia & homo est & quis cognoscet eum? Etenim similitudine homi
num factus & specie inuentus ut homo,humiliauit semetipsum factus obediens us
que ad mortem, ut per illam scilicet obedientiam eius gloriam uideremus, gloriam
quasi unigeniti secundũ sanctum Ioannem. Ita enim scripturæ figura seruatur,ut &
unigeniti gloria & perfecti hominis natura seruetur in Christo. Itaq; adiutore non
eguit. Neq; enim eguit cum faceret mundum,ut egeret cum redimeret:non legatus
non nuncius,sed ipse dominus saluum fecit eum. Ipse dixit & facta sunt,ipse domi
nus saluum fecit eum,ubiq; ipse,quia per ipsum omnia. Quis autẽ adiuuaret eum
in quo creata sunt omnia,& omnia in ipso costant? Quis adiuuaret eum qui omnia
in momento facit, & in nouissima tuba mortuos suscitat? Non quia prima aut se
cunda non possit aut tertia,sed ordo seruatur,nõ quo difficultas sero uincenda, sed
legitimus numerus explicandus sit. Tempus autẽ arbitror de tubarũ specie dicere,
quoniã sermo propinquat ad finẽ,ut nostri quoq; cõsummandi eloquij tuba signũ
sit. Septẽ tubas legim9 in Apocalypsi Ioãnis,quas septẽ sumpsere angeli,ubi habes
quoniã septimus angelus tuba cecinit. Et facta est uox magna de cœlo dicẽs. Factũ
est regnũ huius mũdi dei & Christi eius & regnabit in secula seculorũ. Tuba quidẽ
& pro uoce accipitur,quia habes. Quoniã ecce ostiũ apertum in cœlo,& uox prima Apoc. 4.
quam audiui,sicut tubæ loquentis mecum & dicentis. Ascende huc & ostendam tibi
quæ oportet fieri. Legimus etiam. Canite initio mensis tuba. Sed etiam alibi. Lau
date eũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C date eum in ſono tubæ. Ergo quid ſibi uult tubarum ſignificatio, omni uirtute debe
mus aduertere, ne quaſi fabulã aniliter accipientes periclitemur, ſi indigna dogma
te ſpiritali, nec conuenientia ſcripturarum eminentiæ ſentiamus. Nam cum legimus
Ephe.6. bellum nobis eſſe non aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritalia nequi
tiæ quæ ſunt in cœleſtibus, non carnalia utique arma ſed fortia deo æſtimare debe
mus. Non enim ſatis eſt tubam uidere nec ſonum eius audire, niſi proprietatem ſo
nitus intelligas. Etenim ſi incertam uocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum? Vn
de oportet uocis tubæ nos ſcire uirtutẽ, ne uideamur barbari cum tubas huiuſmodi
aut audimus aut loquimur. Et ideo cum loquimur, oremus ut eas nobis ſpiritus ſanc
tus interpretetur. Requiramus igitur in ſcripturis ueteribus quid de tubarum ge
nere legerimus, ſcientes eas ſolennitates quæ Iudæis lege præſcriptæ ſunt ſuperiorũ
eſſe umbram celebritatum cœleſtium ẽq; feſtorum. Hic enim umbra illic ueritas, per
umbram ad ueritatem peruenire nitamur. Cuius figura etiam alibi expreſſa eſt.
Leuit.10. Habes eñ quia locutus eſt dominus ad Moyſen. Loquere filijs Iſrael dicens. Men
ſe ſeptimo, una menſis, erit nobis requies in memoriale tubarum uocata, ſancta erit
uobis. Omne opus ſeruile non facietis, accendetis holocauſtum domino. In nume
Num.10. ris autẽ locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Fac tibi duas tubas ductiles, argen
teas facies eas, & erunt tibi ad euocandam ſynagogam & promouenda caſtra. & tu
ba canes in illis, & colligetur omnis turba ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Si au
tem in una tuba cecineris ad te uenient omnes principes & duces Iſraël, & tuba cane
tis ſignificationem primam & promouebunt caſtra & conſtituentur ad orientem.
D Et tuba canetis ſignificationem ſecundam, & promouebunt caſtra, & conſtituentur
ad Liba. Et tuba canetis ſignificationem tertiam, & promouebunt caſtra, quæ con
ſtituentur ad boreã. Et tuba canetis ſignificationẽ quartam, & promouebũt caſtra
quæ cõſtituent ad aquilonẽ. Significationẽ tuba canent in promotu eorũ, & cõgre
gabitis ſynagogam. Tuba canite & nõ ſignificatione, & filij Aaron ſacerdotes tubis
canent, & erit uobis legitimum ſempiternũ in progenies ueſtras. Si autem exieritis
in bellum in terram ueſtram aduerſarios qui reſiſtunt uobis, ſignabitis tubis & remi
niſcemini coram deo, & liberationem habebitis à mortuis ueſtris. Et in diebus læti
ciæ ueſtræ, & in diebus feſtis ueſtris, & in neomenijs ueſtris concinite tubis, & in ho
locauſtis & ſacrificijs ſalutaribus ueſtris, & erit uobis in cõmemoratione ueſtra co
ram domino ait dominus. Quid igit dies feſtos in potu & in epulis æſtimabimus?
Sed nemo nos in manducando dijudicet. Nouimus enim quia lex ſpiritalis eſt.
Nemo ergo nos iudicet in eſcis aliquibus, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut ne
omenijs, aut ſabbato, quæ ſunt umbra futurorum, corpus autẽ Chriſti. Corpus ita
que Chriſti requiramus, qd nobis quaſi nouiſſima tuba, uox de cœlo paterna mon
ſtrauit, tunc cum dicebant Iudæi, quia tonitruum factum eſt illi. Corpus Chriſti qd
iterum tuba nobis nouiſſima reuelabit, quoniam ipſe dominus in iuſſu archangeli
& in tuba domini deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent. Vbi
enim corpus, illic aquilæ, ubi Chriſti corpus, ibi ueritas. Septima igitur tuba hebdo
madis requiem uidetur ſignificare, quæ nõ ſolum in diebus & annis & periodis æſti
matur unde & iubileus ſacratus eſt numerus, ſed etiam annum ſeptuageſimum cõ
prehendit, quando in Hieruſalem regreſſus eſt populus, qui ſeptuaginta annis in
captiuitate durauit, in centeſimis quoq; etiã & in milleſimis ſacri obſeruatio minime
præteritur.

præteritur. Neq; enim ocioſe dixit: Reliqui mihi ſeptem milia uirorum qui non fle 3.Reg.19.
xerunt genua Baal. Ergo umbra futuræ quietis in diebus, menſibus, annis, mundi
ipſius tempore figuratur, & ideo per Moyſen mãdatur filijs Iſraël, ut ſeptimo men
ſe una mẽſis ſingulis fiat requies in memoriale tubarum, nec ſeruile aliquod opus,
ſed deo ſacrificium offeratur, eo quod in ipſo fine hebdomadis quaſi mundi ſabba
to ſpiritalia à nobis non carnalia opera flagitentur. Quod enim carnale, ſeruile, qa
animo caro ſeruit, liberum innocentia facit, culpa uernaculum. Oportuit igitur per
ſpeculum & in ænigmate fieri ſpiritalia. Nunc enim per ſpeculum uidemus, tunc fa 1.Cor.13.
cie ad faciem. Nunc ſecundum carnem militamus, tunc ſpiritu uidemus diuina my
ſteria. Et ideo uere legis character in noſtris moribus exprimatur, qui in dei ambu
lamus imagine, quoniam iam legis ũbra trãſiuit, umbra Iudæis carnalibus, ima
go nobis, ueritas reſurrecturis. Tria enim hæc ſecundum legẽ eſſe cognouimus, um
bram, imaginem, ueritatem. Vmbram in lege, imaginem in Euangelio, ueritatem
in iudicio. Sed Chriſti omnia, & in Chriſto omnia, quem nunc ſecundum ueritatẽ
uidere nõ poſſumus, ſed uidemus quaſi in quadam imagine, futurorum umbram
in lege perſpeximus. Ergo Chriſtus non umbra ſed imago dei, non uacua imago,
ſed ueritas. Et ideo per Moyſen lex, quia umbra per hominem, figura per legem,
per Ieſum ueritas. Neq; enim ueritas aliunde, niſi per ueritatem procederet. Si quis
ergo hãc imaginem dei uidere deſiderat, debet diligere deum, ut diligatur à deo, &
ſic iam non ſeruus ſed amicus qui mandata dei fecerit, ut poſſit introire in nubem,
ubi eſt deus. Ipſe faciet ſibi rationabiles tubas duas ductiles argento probato, hoc
B eſt precioſo uerbo compoſitas & ornatas, quibus nõ raucum increpans terribili ſo
nitu murmur interſtrepat, ſed ſublimes gratiæ deo cõtinua iubilatione fundantur.
Talium enim tubarum ſonitu mortui ſuſcitantur, non crepitu utiq; aëris, ſed uerbo
ueritatis animati. Et fortaſſe duæ iſtæ tubæ ſunt, per quas diuino ſpiritu Paulus in
crepuit dicens: Orabo ſpiritu, orabo & mente, pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Al 1.Cor.14.
tera enim ſine altera nequaquam uidetur uocationem habere perfectã. Nec tamen
omnium eſt utraq; canere tuba, nec eſt omnium uniuerſam colligere ſynagogam,
ſed ſolis ſacerdotibus & miniſtris dei canentibus iſta prærogatiua defertur, ut qui
cunq; audierit & ſecutus eò fuerit ubi eſt dei gloria, & ad tabernaculum teſtimonij
præmatura intentione conuenerit, opera poſſit ſpectare diuina, & legitimum illud
æternumq; domiciliũ in ſuæ poſteritatis ſeriem promereri. Tunc enim bellum con
ficitur, hoſtis fugatur, quando ſpiritus gratia concinit, & mentis induſtria. Sunt &
illæ ſalutares tubæ ſi corde credas & ore confitearis. Corde enim creditur ad iuſti Rom.10.
tiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Hac igitur gemina tuba ad illam ſanctam
terram, reſurrectionis ſcilicet gratiam peruenitur: & ideo ſemper tibi concinat, ut
ſemper audias dei uoces: ſemper te angelorum prophetarumq; oracula excitent
atq; commoueant, ut ad ſuperiora feſtines in locum tabernaculi admirabilis uſq;
ad domum dei, in uoce exultationis & confeſſionis ſonitus epulantis. Non enim
ſoli hoſtes harum tubarum ſonitu uincunt, ſed & delectationes & dies feſti, & neo
meniæ ſine his eſſe non poſſunt. Nemo enim poteſt niſi diuini hauriat promiſſa
ſermonis, & reſultãtibus credat oraculis, exultare dies feſtos lætitia, aut neomenias
agere, quibus ſe corporali gratia & ſeculari occupatione uacuatum, Chriſti repleri
luce deſideret. Sacrificia quoq; ipſa deo probata eſſe non poſſunt, niſi confeſſio uo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cis aſpiret, quæ ſacerdotali oblatione ad obſecrandam dei gratiam populos excita re conſueuit. Itaq; ſimus prædicatores domini, & laudemus eum in uoce tubæ, non exigua de uirtute eius & uilia ſentientes, ſed ea quæ poſſint aurem mentis implere, & intimæ conſcientiæ penetrare ſecretum, & ea quæ corpori conueniant, diuinitati non putemus aptanda. Nec diuinæ magnitudinem poteſtatis humanis uiribus metiamur, ut quæramus quomõ quis reſurgat, aut quali corpore ueniat, aut quem admodum ſoluta coëant, lapſa reparentur. Hæc enim arbitrio dei ſimul ut ſtatuun tur implentur, nec ſenſibilis tubarum expectatur auditus, ſed inuiſibilis potentia magnificentiæ cœleſtis operatur. Deo enim uelle pro facto eſt, nec reſurrectionis re quirendus niſus, ſed fructus nobis eſt expetendus. Quæ prodiue celebrabitur, ſi exi naniti uitijs plenitudinem ſpiritalis myſterij conſequamur, gratiamq; renouatam caro ſumat à ſpiritu, & fulgorem lucis æternæ anima mereatur à Chriſto. Sed non ſolum ſingulorum, uerum etiam uniuerſitatis iſta myſteria ſunt. Aduerte enim iu xta typum legis ordinem gratiæ. Cum tuba prima cecinerit, orientales congregat quaſi præcipuos & electos. Cum ſecunda, ſappares meritis qui ſecũdum Libanum ſiti dereliquerint ludibria nationum. Cum tertia, eos qui tanquam in mari exagita ti iſtius flatu mundi ſeculi huius fluctibus uacillarint. Cum quarta, illos qui dura mentium nequaquam ſatis potuerint eloquij ſpiritalis mollire præcepto, & ideo ſe cundum Boream uocati ſunt. Boreas enim ſecundum Salomonem durus eſt uen tus. Itaq; licet in momento reſuſcitentur omnes, omnes tamen meritorum ordine ſuſcitantur. Et ideo primi reſurgent qui maturo deuotionis occurſu, & quodam an

D telucano fidei exortu prodeuntis ſolis æterni radios receperunt. Quod uel de pa triarchis iuxta ueteris ſeriem teſtamenti, uel de Apoſtolis iuxta Euangelium iure memorauerim. Secundi autem qui ritum gentium relinquentes, ab errore ſacrile go tranſierunt in eccleſiæ diſciplinam. Et ideo illi primi ex patribus, iſti ſecundi ex gentibus. Ab illis enim lux fidei cœpit, in iſtis uſq; ad mundi occaſum ſuſcepta du rauit. Tertij ſuſcitantur & qui ab Auſtro & qui ab Aquilone ſunt. His quatuor ter ra diſtinguitur, his quatuor annus includitur, his quatuor eccleſia cõgregatur. Om nes enim qui ſacroſanctæ eccleſiæ copulati diuini nominis appellatione cenſentur,

Luc.13. prærogatiuam reſurrectionis & delectationis æternæ gratiam conſequentur. Quo niam uenient ab oriente & occidente, & ab aquilone & auſtro, & recumbent in re

Pſal.18. gno dei. Non enim exigua mundum ſuum Chriſtus luce complectitur: Quando quidem à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſq; ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Omnes enim benignus illuſtrat, nec refutare leuem ſed emendare uult, nec excludere durum eccleſia, ſed mollire deſiderat. Et ideo eos

Matt.11. in Canticis canticorum eccleſia, in euangelio Chriſtus inuitat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos, tollite iugum meum ſuper uos & diſcite, quia mitis ſum & humilis corde. Eccleſiæ quoq; uocem inuitantis

Cant.4 agnoſce. Dicit enim: Exurge aquilo & ueni auſter, perfla hortum meum & defluant unguenta mea. Deſcendat frater meus in hortum ſuum, & edat fructum pomi ferarum ſuarum. Sciens enim iam tunc etiam hortum tibi fore opera fructuoſa, Chriſto tuo fructum de talibus pollicebare, quæ primo te in cubiculum dixiſti re gis introductam, diligens ubera ſuper uinum, cum diligentem amares, lactantem quæreres, pericula pro religione contemneres, deinde à Libano ſponſa rogaris, ut

uenias

A uenias iudicio domini, adhuc tota formoſa, tota irreprehẽſibilis. Sic enim ſcriptum eſt: Tota es formoſa proxima mea, & reprehenſio non eſt in te, ades huc à Liba no, Poſtea ipſa iam nullos æquæ lapſus, iam nullos impetus deſcendentes à Liba no pertimeſcens, Aquilonem & Auſtrum aduocas, perflari cupiens hortum tuum, ut in alijs unguenta defluant, in alijs multiplices fœcunditatis tuæ fructus offeras Chriſto. Et ideo beatus qui cuſtodit uerba propheriæ huius, quæ nobis reſurre ctionem euidentioribus teſtimonijs reuelauit dicens: Et uidi mortuos magnos & Apo.20. puſillos ſtantes ante ſedem, & libros aperuerunt, & alius liber apertus eſt, qui eſt ui tæ, & iudicati ſunt mortui de ſcriptis in libris ſecũdum facta ſua, & dedit mare mor tuos qui in ipſo erant, & inferi dederunt mortuos qui penes ſe erant. Ne ergo dubi tes quemadmodum reſurgant quos inferi reuomunt, mare reddit. Accipe etiam quando promittatur gratia futura iuſtorum. Et audiui, inquit, uocem magnam de Apo.21. cœlo dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus & habitabit cum illis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe deus cum illis erit illorum deus, & delebit omnem la chrymam de oculis eorum, & mors non erit amplius, neq; luctus neq; clamor neq; dolor ultra erit. Compara nunc ſi placet atq; contende uitam hanc cum illa uita. Elige ſi potes perpetuam corporis uitam, in labore erumnaq; miſerabili tantarum commutationum uotorumq; tædio, faſtidio uoluptatum. Nónne ſi deus iſta per petuare uelit, illa diligeres? Nam ſi per ſe ipſa uita fugienda eſt, ut ſit moleſtiarum fuga, requies erumnarum, quanto magis ea requies eſt expetenda, cui futuræ reſur

B rectionis uoluptas perpetua ſuccedet, ubi nulla criminum ſeries, nulla illecebra de lictorum? Quis in dolore tam patiens, qui non mortem oret? Quis in infirmitate tam conſtans, ut non optet mori ſe potius quàm debilem uiuere? Quis in mœro re tam fortis, ut non deſideret eo ſe uel moriendo defungi? Quod ſi ipſi nobis dum uiuimus diſplicemus cum uiuendi finem præſtitum eſſe nouerimus, quan to amplius uitæ nos tæderet iſtius, ſi ſine fine futuros nobis labores huius corporis cerneremus? Quis eſt igitur qui ſe uelit mortis exortem? Aut quid grauius im mortalitate miſerabili? Si in hac uita, inquit, in Chriſto tantum ſperantes ſumus, 1.Cor.15. miſerabiliores ſumus omnibus hominibus: non quo in Chriſto ſperare ſit miſe rum, ſed quia Chriſtus ſperantibus in ſe, uitam alteram præparauerit. Hæc enim peccato obnoxia eſt, illa præmio reſeruata. Ipſos curſus breues noſtratum ætatum quantum uidemus nobis afferre faſtidium? Puer adoleſcentiam deſiderat, adole ſcens annos ſibi maioris metitur ætatis, iuuenis beneficio æui florentis ingratus, ſe nilem honorificentiam concupiſcit, ita omnibus ex natura uenit uelle mutari con tra ſectas philoſophorum, qui uel animam ſolam durare dicãt poſt corporis mor tem, uel μεταψύχωσιν credant, quia eius nos quod ſumus pœnitet. Deniq; etiam ipſa poſtremum uota faſtidio ſunt, & quæ mereri optauimus cum meruerimus abdica mus. Vnde non immerito etiam ſancti uiri prolongatum incolatum ſuum ſæpe doluerunt. Doluit Dauid, doluit Hieremias, doluit Helias. Si ſapientibus creditur, & hi in quibus diuinus ſpiritus loquebatur ad meliora properabãt. Si reliquorum iudicia ſciſcitamur, ut omnes in unam conueniant ſententiam, quanti mortem mœ rori, quanti mortem formidini prætulerunt, iudicantes uidelicet grauiorem metum mœroris eſſe quàm mortem, adeo ſuis malis mors non timetur, ſed uitæ miſerijs antefertur, cum expetitur morientis exitus & euitatur formido uiuentis. Sed eſto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C huic uitæ resurrectio præferatur. Quid philosophi ipsi genus post mortem aliquod repererunt, quo nos uti magis quàm resurgere delectabit? Et illi quidem qui dicunt animas immortales esse, non satis mulcere me possunt cum pro parte me redimunt. Nam quæ potest esse gratia, ubi non totus euasi? Quæ uita si in me opus dei occidat? Quæ iustitia si naturæ finis mors sit, erranti & iusto uitæ communis? Quæ ueritas, ut quia ipsa se moueat, & semper moueatur anima immortalis esse credatur, quod nobis in corpore commune cum bestijs ante corpus quid geratur incertum, nec ex cõtrarijs colligatur ueritas, sed destruatur? An uero illorum sententia placet, qui nostras animas, ubi ex hoc corpore emigrauerint, in corpora ferarum uariarumq; animantium transire commemorant? At certe hæc Circeis medicamentorum illecebris composita esse ludibria pœnarum ipsi philosophi differere solent, nec tam illos qui perpessi ista simulentur, quàm sensus eorum qui ista confinxerint, uelut Circeos populos ferunt in uarias bestiarum monstra conuersos? Quid enim tam simile prodigij quàm homines credere in habitum ferarum posse mutari? Quanto maioris est prodigij gubernatricem hominis animam, aduersam humano generi bestiarum susci pere naturam, capacemq; ratiõis ad irrationabile animal posse transire, quàm corporis effigies esse mutatas? Vos ipsi hæc destruitis qui docetis. Nam magicis incantata carminibus portento huius conuersionis genera tradidistis. Ludunt hæc poëtæ, reprehendunt philosophi, & quæ putant ficta de uiuentibus, hæc arbitrantur uera de mortuis. Illi autem qui ista finxerũt, non suam probare fabulam, sed philosophorum errores irridere uoluerunt, qui putant quod

D illa anima quæ miti humilíq; proposito iracundiam uincere, patientiam assumere cruore abstinere consueuerat, eadem frequenti motu leonis incensa, iræ impatiens, effrena rabie, sitire sanguinem, cædemq; possit expetere. Et illa quæ populorum fremitus uarios regali quodam consilio temperabat, & rationabili uoce mulcebat, eadem se inter deuia atq; deserta ritu luporum patiatur ululare. Aut quæ iniusto sub onere gemẽs duros aratri labores quæstu miserabili mugiebat, eadem postea in figuram hominis commutata, leui cornu quærat in fronte. Vel illa quam præpetes prius pennæ usq; ad alta cœli per sublime aëris alarum remigijs euehebant, eadem postea uolatus iam non suos requirat, & se humani doleat corporis grauitate pigrescere. Hinc fortasse & illum Icarum perdidistis, quod persuasionibus uestris inductus adolescens, prius auem se fuisse fortasse crediderat. Hinc etiam senes plerique decepti sunt, ut graui immorentur dolori, cygneis male creduli fabulis, dum putant modulis se mulcendo flebilibus, albentem molli pluma mutare caniciem. Hæc quàm incredibilia, quàm deformia: quanto illud est conuenientius, ut credas secundum naturam, credas secundum usum fructuum cæterorum, credas secundum gestorum exempla, oracula prophetarum Christi cœleste promissum. Quid uero præstantius, quàm ut opus dei radices non perire, & secundum imaginem & similitudinem dei factos transferri non posse in effigies bestiarum, cum utiq; ad similitudinem dei non corporis sit imago sed spiritus. Nam quemadmodum homo cui subiecta sunt animantium genera cæterorum, in subiectum sibi animal meliore sui parte demigret? Non patitur hoc natura, & si pateretur natura, non pateretur gratia. Sed uidero quid uos de uobis gentes opinionis habeatis. Neq; enim mirum debet uideri, quod creditis uos in bestias posse mutari, qui bestias adoratis.

Ego

A Egò tamen malim de uestro merito melius iudicetis, ut non inter cœtus ferarum, sed inter angelorum consortia uos credatis futuros, & animos ex hoc iam uitæ anfractu & terreni corporis colluuione discedere, & ad illa concilia superna contendere. Et sic sanctorum sit peruenire, laudem dicere deo, quam citharizantes illos dicere prophetica lectione comperimus, quia magna & mirabilia opera tua domine deus omnipotens, iustæ & ueræ uiæ tuæ rex gentium, quis non timebit & magnificabit nomen tuum, quia solus sanctus es, quia omnes gentes uenient & adorabunt ante te. Videre quoq; tuas Iesu nuptias, in quibus de terrenis ad cœlestia concinentibus omnium gaudijs sponsa deducitur. Ad te enim omnis caro ueniet, iam non *Psal.64.* seculo obnoxia sed spiritui copulata uidere thalamos ornatos byssino, rosis, lilijs, & coronis. Sic enim cuius alterius ornabatur nuptiæ, confessorum liuore, martyrum sanguine, lilijs uirginum, coronis etiam sacerdotum? Hoc sibi præ cæteris Dauid sanctus optauit, ut hæc spectaret & cerneret. Deniq; ait: Vnam petiui à domino *Psal.26.* hanc requiram, ut inhabitem in domo domini, omnes dies uitæ meæ, & uideam uoluptatem domini. Iuuat hoc credere, sperare delectat. Certe non credidisse pœna est, sperasse gratia. Quod si in hoc erro, quia angelis me post mortem sociari malo quàm bestijs, libenter in hoc erro, neq; unquam hac me opinione dum uiuo fraudari patiar. Quid enim mihi supereſt solatij, quàm quod me citius ad te frater spero uenturum, nec digressus tui inter nos longa diuortia fore, tuis intercessionibus mihi hoc posse conferri, ut citius desiderantem tui aduoces? Quis enim est qui non sibi debeat istud optare præ cæteris, ut corruptibile hoc induat incorruptelam; *1.Cor.15.*

B & mortale hoc induat immortalitatem, ut qui nunc morti corporis fragilitate succumbimus, supra naturam siti, mortem iam timere nequeamus.

FINIS.

DIVI AMBROSII ORATIO DE EXITV, VITA, AC uirtutibus Theodosij imperatoris, habita in celebritate quadragesimi diei obitus sui, Honorio principe filio eius assistente.

HOc nobis motus terrarũ graues, hoc iuges pluuiæ minabant, & ultra solitum caligo tenebrosior denunciabat, quod dementissimus imperator Theodosius recessurus esset è terris. Ipsa igitur excessum eius elementa mœrebãt. Cœlum tenebris obductum, aër perpeti horrẽs caligine. Terra quatiebatur motibus, repleba-

tur aquarum alluuionibus. Quid ni mundus ipse defleret eum principem continuo esse rapiendum, per quem dura mundi istius temperari solerent, cum criminum pœnas indulgentia præueniret? Et ille quidem abijt sibi in regnum quod non deposuit, sed mutauit, in tabernacula Christi iure pietatis ascitus, in illam Hierusalem supernam, ubi nunc positus dicit, Sicut audiuimus, ita & uidemus in ciuitate dñi uirtutũ, in ciuitate dei nostri quã deus fundauit in æternũ. Sed plurimos tanquam paterno destitutos præsidio dereliquit, ac potissimũ filios. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

C non sunt destituti quos pietatis suæ reliquit hæredes. Non sunt destituti quibus Christi acquisiuit gratiam, & exercitus fidem, cui documento fuit, deum fauere pietati ultoremq; esse perfidiæ. Eius ergo principis & proxime conclamauimus obitum, & nunc quadragesimum celebramus assistente sacris altaribus Honorio principe. Quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadraginta diebus humationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri iusta persoluit. Et quia alij tertium diem & trigesimum, alij septimum & quadragesimum obseruare consuerunt, quid doGen.50. ceat lectio, consideremus. Defuncto, inquit, Iacob præcepit Ioseph pueris sepultoribus, ut sepelirent eum. Et sepelierunt sepultores Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies, sic enim dinumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum Ægyptus septuaginta diebus. Hæc ergo sequenda solennitas, quam præscribit lectio. Sed etiam Deu.34. in Deuteronomio scriptum est: Quia planxerunt filij Israël Moysen diebus triginta, & consummati sunt dies luctus. Vtraq; ergo obseruatio habet autoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium. Bonus itaq; Ioseph qui formam pio Gen.49 muneri dedit, quem amabat pater, cui dixit: Adiuuet te deus meus, & benedicat te benedictione terræ habentis omnia propter benedictionem mamillarum & uuluæ benedictionis matris tuæ, & propter benedictionem patris tui, pij patris soboles bona. Celebrat ergo & iste quadragesimam patris Iacob supplantatoris illius, & nos celebramus Theodosij quadragesimam, qui imitatus Iacob supplantauit perfidiam tyrannorum qui abscondit simulacra gentium. Omnis enim cultus idolorum fides eius abscondit. Omnes enim cæremonias obliterauit. qui etiam ijs
D qui in se peccauerant doluit quam dederat perijsse indulgentiam & ueniam denegatam. Sed non negabunt filij quod donauit pater, non negabunt etiamsi quidam interturbare conatus sit. Neq; enim poterunt negare quod in commune donauit, qui soluunt quod singulis dedit. Nihil gloriosius exitus tanti principis habuit, qui omnia iam filijs tradidisset, regnum, potestatem, nomẽ Augusti, Nihil in quam specioſius ei in morte seruatum est, quàm quod immane quantis promissa annonarum exigendarum relaxatio dum moratur, facta est successio eius indulgentiarum hæreditas, ut ille qui uoluit impedire, sibi odium fecerit, Theodosio tamen tantæ cumulus gratiæ non ademptus sit. Nec immerito. Si enim priuatorum ultimæ uoluntates & deficientium testamenta habent perpetem firmitatem, quomodo potest tanti principis esse irritum testamentum? Glorioſius quoq; in eo Theodosius qui non communi iure testatus est. De filijs enim nihil habebat nouum quod conderet, quibus totum dederat, nisi ut eos præsenti commendaret parenti. De subditis sibi & commissis testari debuit, ut legata dimitteret, fidei commissa signaret. Præcepit dare legem indulgentiæ quam scriptam reliquit. Quid dignius quàm ut testamentum imperatoris lex sit? Ergo tantus imperator recessit à nobis, sed non totus recessit. Reliquit enim nobis liberos suos, in quibus eum debemus agnoscere, & in quibus eum & cernimus & tenemus. Nec moueat ætas, fides militum, imperatoris perfecta ætas est. Est enim perfecta ætas, ubi perfecta est uirtus. Reciproca hæc, quia & fides imperatoris, militum uirtus est. Recognoscitis nempe quos uobis Theodosij fides triumphos acquisiuerit: cum locorum anguſtijs & impedimentis calonum agmen paulo serius in aciem descenderet, & ineQuitare

A quitare hostis mora belli uideretur, desiliuit equo princeps, & ante aciem solus progrediens ait, Vbi est Theodosij deus? Iam hoc Christo proximus loquebat. Quis enim posset hoc dicere, nisi qui Christo se adhærere cognosceret? Quo dicto excitauit omnes, & exẽplo omnes armauit, & iam certe senior ætate, sed ualidus fide. Theodosij ergo fides fuit uestra uictoria, uestra fides filiorum eius fortitudo sit. Fides ergo auget ætatem. Denique nec Abrahã ut in senectute generaret filium, cõsiderauit ætatẽ, nec Sara ut pareret. Nec mirũ si auget ætatẽ fides, cũ repræsentet futura. Quid enim est fides nisi rerum earũ quæ sperant substantia? Sic nos scripturæ docẽt. Ergo si substantia eorũ quæ sperantur, fides est, quanto magis eorũ quæ uidentur? Bona fides de qua scriptũ est: Iustus aũt ex fide uiuit, quod si subtraxerit se non placebit Abac.2. animæ meæ. Nos aũt non subtrahamus nos ad dispẽdiũ animæ, sed inhæreamus fidei ad animæ nostræ acquisitionem, quoniã in hac fidei militia testimoniũ consecuti sunt seniores nostri Abraham, Isaac, Iacob. Et ideo hæreditatẽ nobis fidei reliquerũt. Fidelis Abraham qui non ex operibus sed ex fide iustificatus est, quoniam Gen.15. deo credidit. Isaac per fidẽ nec gladiũ feriturí parentis expauit. Iacob paternæ fidei uestigijs intẽtus dũ iter agit, angelorum uidit exercitũ, & uocauit conciliũ dei. Alibi 4.Reg.6. quoq;, id est, in libris regnorum Helisæus erat intra Samariam, & subito eum circũfusus Syrorum obsedit exercitus. Vidit eos Giezi, & ait ad dominum suũ: O domine quid faciemus? Et dixit Helisæus propheta: Noli timere, qm̃ nobiscum plures sunt eq; cũ illis. Et rogauit ut aperiret deus oculos Giezi, Et aperti sunt oculi eius, & uidit plenum montẽ equis & curribus in circuitu Helisæi, & rogauit Helisæus ut p-
B cuteret eos deus cæcitate, & percussi sunt, & introierunt in ciuitatẽ, quò ingrederentẽ nequaquã uidentes. Audistis certe milites qui circunfusi estis, quia ubi perfidia, ibi cæcitas est. Merito ergo cæcus erat exercitus infidelium. Vbi aũt fides, ibi exercitus angelorum est. Bona itaq; fides quæ frequenter operatur in mortuis. Denique aduersarius & legiones suæ quotidiana martyrum uirtute torquẽtur. Vnde arbitror qd fila chordarũ citharæ ideo fides dicãtur, quoniam & mortua sonum reddant. Quo magis ac magis enitendum est, ne in hoc uiuendi munere siti, simus ingrati, sed pij pignoribus principis sedulum ac patrium impendamus affectum. Soluite filijs eius quod debetis patri. Plus debetis defuncto quàm debuistis uiuenti. Etenim si in liberis priuatorum non sine graui scelere minorum iura temerantur, quanto magis in filijs imperatoris? Addatur & cuius imperatoris? Imperatoris pij, imperatoris misericordis, imperatoris fidelis. De quo non mediocre locuta est scriptura dicens: Magnum & honorabile est homo misericors. Inuenire autem uirum fide Prouer.20. lem difficile est. Si magnum est misericordem aut fidelem quẽcunque hominem inuenire, quantomagis imperatorem, quem potestas ad ulciscendum impellat, sed reuocet tamen ab ultione miseratio? Quid præstãtius fide imperatoris, quem non extollat potentia, superbia non erigat, sed pietas inclinet? De quo Salomon prædicare ait: Iniqui regis imitatio similis rugitui leonis, sicut autem ros in herba, sic & hilaritas eius. Quantum igitur est deponere terrorem potentiæ, præferre suauitatem gratiæ? Beneficium se putabat accepisse Augustæ memoriæ Theodosius, cum rogaretur ignoscere. Et tunc propior erat ueniæ, cum fuisset commotio maior iracundiæ. Prærogatiua ignoscendi erat, indignatum fuisse. Et optaEe 4 batur

Universidad de Deusto
Biblioteca

C batur in eo quod in alijs timebatur ut iraſceretur. Hoc erat remedium reorum, quoniam,cum haberet ſupra omnes poteſtatem, quaſi parens expoſtulari male/bat, quàm quaſi iudex punire.Sæpe trementes uidimus quos obiurgabat, & con/uictos ſceleris cum deſperaſſent, ſolutos crimine. Vincere enim uolebat non ple/ctere,æquitatis iudex non pœnæ arbiter,qui nunquam ueniam confitenti negaret. Aut ſi quid eſſet quod occulta conſcientia inuolueret, deo ſeruabat. Hanc uocem eius homines magis quàm pœnam timebant, quod tanta imperatorem ageret ue recundia,ut mallet ſibi homines religione quàm timore aſtringere.Maximum phi loſophorum impunitatem ferunt dediſſe ijs facinoribus quæ per iram commiſſa

Pſal.4 forent,ſed ſcriptura diuina melius ait: Iraſcimini & nolite peccare.Maluit pecca/tum recidere quàm excuſare. Satius eſt indignatione laudem clementiæ reperire, quàm ira in ultionem excitari.Quis ergo dubitabit filijs eius maximum præſidium fore apud deum? Domino fauente Arcadius imperator iam ualidus inuentus eſt.

4.Reg.22. Honorius continuo pulſat adoleſcentiæ flores,prouectior ætate quàm Ioſias. Ille
c.23. enim deſtitutus patre orſus imperium uſq; ad triceſimum & primum annum re/
3.Reg.15. gni ſui perduxit ætatem,& placuit domino quod præ cæteris regibus Iſraël domi/
2.Paral.16. ni paſcha celebrauit,& cærimoniarum aboleuit errores. Aſa quoq; adhuc inuali/dus corporis robore,cum regnandi curricula recepiſſet, quadraginta annis regna/uit in Hieruſalem.Quoniam cum Æthiopum infinita urgeretur atq; innumerabi/li multitudine,ſperauit à domino & in paucis ſe poſſe ſaluari. Vtinam tam fidelis proceſſu quàm exordio. Nam ſeruatus in paucis & uictor,poſtea à Syrijs auxilia

D relicto domino poſtulauit,& medicos adhibuit ad pedum dolorem. Accepto eñ/tanto indicio diuini fauoris auxiliatorem ſuum non derelinquere debuit ſed tene/re. Ideo ei nec medici profuerunt,& quaſi incredulus mortem impleuit.Sed illo/rum patres Abias & Amos ambo infideles. Theodoſius uero plenus timoris dei, plenus miſericordiæ, ſperamus quod liberis ſuis apud Chriſtum præſul aſſiſtat,ſi dominus propitius ſit rebus humanis.Bonum eſt miſericors homo,qui dum alijs ſubuenit,ſibi conſulit,& in alieno remedio uulnera ſua curat.Agnoſcit enim ſe eſſe hominem qui nouit ignoſcere,& uias Chriſti ſequitur,qui carne ſuſcepta maluit in

Pſal.114. hunc mundũ redemptor uenire quàm iudex. Vnde pulchre pſalmiſta dixit: Dile/xi quoniam audiet dominus uocem orationis meæ.In quo pſalmo dum legitur,ue lut ipſum Theodoſium loquentem audimus.Dilexi inquit.Agnoſco uocem piam, cuius teſtimonia uocis agnoſco.Et uere dilexit,qui officia diligentis impleuit, qui ſeruauit hoſtes,qui dilexit inimicos,qui ijs à quibus eſt appetitus ignouit,qui regni affectatores perire non paſſus eſt. Non mediocris ſed perfecti in lege uox iſta eſt,

Rom.13. dicere dilexi. Plenitudo enim legis dilectio eſt.Sed quid dilexerit audiamus.Cum tacet,urget nos dilectio,utiq; diuinæ charitatis gratia ſignificatur. Quia diligimus

Deu.6 illud quod eſt ſuper omnia deſiderabilia deſiderabile. De quo ſcriptum eſt: Dili/ges dominum deum tuum.Ergo decedens è terris pia anima,& ſancto repleta ſpi/ritu,quaſi interrogantibus ijs qui ſibi occurrerent, cum ſeſe ad ſublimia & ſuperna ſubrigeret,dicebat:dilexi. Nihil hoc plenius, nihil expreſſius. Interrogabant angeli uel archangeli: quid egiſti in terris? (Occultorum enim ſolus cognitor deus) dice/bat: dilexi. Hoc eſt dicere,legem impleui,Euangelium non præteriui.Hoc eſt dice/re,mo/ me obtuli, & tota die exiſtimatus ſum ſicut ouis occiſionis. Et ideo con/fido,

A fido,quia neq; mors,neque uita,neq; angeli,neque uirtutes,neque altitudo, neque profundũ,neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei quæ eſt in Chri/ſto Ieſu domino noſtro.Hoc mãdatum legis etiam in euãgelio dominus Ieſus do/cet eſſe ſeruandum,cum dicit ad Petrum:Simon Ioannis diligis me? Et ille reſpon- Ioan. 21.
dit:Tu ſcis domine quia diligo te.Et iterũ dixit:Simon Ioannis diligis me? Et ite/rum reſpondit:Etiã domine tu ſcis quia diligo te.Et tertio interrogatus ait:Omnia tu ſcis,tu ſcis quia amo te.Confirmauit itaque charitatem trina reſponſio,uel abole uit trinæ negationis errorem.Et hic trinam reſponſionem ſi quærimus,inuenimus. Pſal.114.
Dilexi quoniam audiet dominus uocem orationis meæ. Dilexi quoniã inclinauit aurem ſuam mihi,ut in diebus meis inuocarem eum.Dilexi quia tribulationẽ & do/lorem inueni,& pro nomine dei mei pericula inferni non refugi,ſed expectaui ut cõ/prehendere & inuenire me poſſent.Et pulchre ait: Dilexi,quia iam curſum uitæ hu/ius impleuerat. Vnde & apoſtolus in paſſione iam poſitus ait: Certamen bonum 2.Timoth.4.
certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Quod reliquum eſt, repoſita eſt mihi corona iuſticiæ. Magnus dominus, qui nobis dedit certamina quibus mereatur q uicerit coronari.Dilexi inquit confidens,quoniam audiet dominus uocem oratio/nis meæ. Dilexi, & ideo inclinauit aurem ſuam mihi,ut iacentem erigeret, mortuũ ſuſcitaret.Non enim deus inclinat aurem ſuam ut audiat corporaliter,ſed ut cõdeſ/cendat nobis quo nos audire dignetur, & infirmitates noſtræ releuare ſubſtantiæ. Inclinat ſe nobis ut noſtra ad eum aſcendat oratio. Voce nõ indiget, qui miſericor/diam defert. Neque enim uoce indiguit qui Moyſen tacẽtem audiuit & non loquẽ

B tem, ſed interpellantem gemitibus ineffabilibus ad ſe clamare dicebat.Nouit deus & ſanguinem audire, cui nulla uox ſubeſt,lingua non ſuppetit, ſed accepit uocem ſacræ titulo paſſionis.Clamauit in martyrio,clamauit in parricidio qd' pertulit ,p ſa/crificio.Dilexi inquit,& ideo diligens feci uoluntatem domini, & inuocaui eum nõ in paucis ſed in omnibus diebus uitæ meæ. Nam certis diebus inuocare non omni/bus,faſtidientis eſt non ſperantis,& pro uſu affluẽtium commodorum mercedem gratiarum referre,non pro deuotionis affectu, Et ideo Paulus in omnibus inquit, 1.Theſſ.5.
gratias agite. Quando enim non habes quod deo debeas, aut quãdo ſine dei mu/nere es,cui quotidie uiuendi uſus à domino eſt. Quid enim habes quod nõ accepi/ 1.Cor.4.
ſti? Ergo quia ſemper accipis,ſemper inuoca.Et quia qd' habes,à dño eſt, debitorẽ te ſemper eſſe cognoſce. Malo tamẽ ut quaſi diligen/ q; coactus debitum tuum ſol/uas.Audis dicentem.Circundederũt me dolores mortis.Ego tamẽ & in mortis do/lore dominum dilexi.Pericula inferni inuenerunt me,nõ timentem utiq; ſed aman/tem ſed ſperantem,quod nullæ me anguſtiæ,nulla perſecutio,nulla pericula,nullus gladius ſeparat à Chriſto.Deniq; uolens inuenit tribulationẽ & dolorẽ,ſciens quia Roma.5.
tribulatio patientiam operatur,patientia probatiõem,probatio ſpem. Etenim qua ſi bonus athleta quæſiuit certamina,ut coronam inueniret,quam tamẽ nõ ſuis uiri/bus ſed domini auxilio nouit ſibi eſſe donatam.Non enim potuiſſet uincere,niſi e/um qui certantes adiuuat inuocaſſet. Miſer homo congreditur ut uincat, & ipſe in periculum ruit,niſi domini nomen affuerit,ſi cum ueretur orauerit dicens:O domi/ne libera animã meam.Hinc illud apoſtolicum: Video legem carnis meæ repugnã Roma.7.
tem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati,quod eſt in mẽbris meis.In foelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Ieſum Chriſtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Christum dominum nostrum. Ille uincit qui gratiam dei sperat, non qui de sua uir
tute præsumit. Cur ergo non præsumas gratiam, cum habeas præsulem certami-
Psal.114. nis misericordiam? Misericors enim & iustus dominus, & deus noster miseretur.
Bis misericordiam posuit, semel iusticiam. In medio iusticia est, gemino septo inclu
sa misericordiæ. Superabundant enim peccata, superabundet ergo misericordia.
Apud dominum omnium uirtutum abundantia est, quia dominus uirtutum est.
Eccl.7. Neq; tamen iusticia sine misericordia est, neq; sine miseratione iusticia, quia scri-
ptum est: Noli esse nimium iustus. Quod supra mensuram est, & si bonum est, ta-
men tu non sustines. Mensuram serua, ut secundum mensuram recipias. Non im-
Psal.111. pedit tamen iusticia misericordiam, quia misericordia ipsa iusticia est. Dispersit de-
dit pauperibus, iusticia eius manet in æternum. Nouit enim iustus debere se infir-
mis atq; inopibus subuenire. Vnde dominus ueniẽs ad baptismum, ut nobis infir-
Matt.3. mantibus peccata donaret ait ad Iohannem: Sine modo. Sic enim decet nos imple
re omnẽ iusticiam. Liquet igitur iusticiam esse misericordiam, & misericordiam esse
iusticiam. Etenim si dei nos misericordia nõ sustentaret, quomodo in ipso exordio
paruuli uiueremus, cum effusi utero de calidis in frigida, de humidis in arida pisci-
um more iactemur, quos naufragos in hanc uitam quidam naturæ fluctus expue-
rit? Ratio deest sed gratia diuina non deficit. Ipse ergo custodit paruulos, aut cere-
cos qui se paruulos humili confitentur affectu. Bona igitur humilitas, quæ liberat
2.Reg.24 periclitantes, iacentes erigit. Nouit eam ille qui dixit: Ecce ego sum pastor, peccaui, & ego
pastor malefeci, & isti in hoc grege quid fecerunt? Fiat manus tua in me. Bene hoc
D dicit qui regnum suum deo subiecit, & pœnitentiam gessit, & peccatum suum con-
fessus ueniam postulauit, ipse per humilitatem peruenit ad salutem. Humiliauit se
Christus, ut omnes eleuaret. Ipse ad Christi peruenit requiem, qui humilitatem
Christi fuerat secutus. Et ideo quia humilem se præbuit Theodosius imperator, &
ubi peccatum obrepsit, ueniam postulauit, conuersa est anima eius in requiem su-
Psal.114. am, sicut habet scriptura quæ dicit: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia
dominus benefecit mihi. Pulchre dicit animæ conuertere, quasi diuturno cuiusq;
operis sudore exercitæ ut à labore conuertatur ad requiem. Conuertitur equus ad
stabulum, ubi cursum impleuerit, nauis ad portum, ubi ad stationem fidam à flu-
ctuum mole subducitur. Sed quid est quod ait: Ad requiem meam, nisi secundum
Matt.25. illud intelligas quod ait dominus Iesus: Venite benedicti patris mei, hæreditate
possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi? Tanquam enim possess-
sionem hæreditariam de qua recipimus quæ promissa sunt nobis, fidelis deus quæ
semel seruis suis præparat non subtrahit. Si fides nostra maneat, manet & spon-
sio. Vide ô homo circa te gratiam Christi adhuc in terris quas teris, & in cœlo pos-
sides. Ibi ergo sit cor tuum, ubi est possessio tua. Hæc est requies quæ iustis de-
Psal.94. betur, negatur indignis. Vnde ait dominus: Sicut iuraui in ira mea, si introibunt
in requiem meam. Qui enim non cognouerunt uias domini, non ingrediuntur in
requiem domini. Qui autem bonum certamen certauit, & cursum consummauit,
ipsi dicitur: Conuertere in requiem tuam. Bona requies præterire quæ mundi sunt,
& in illis quæ supra mundum sunt cœlestium consortijs requiescere secretorum.
Psal.54. Hæc est requies ad quam properauit dicens: Quis dabit mihi pennas sicut co-
lumbæ, & uolabo & requiescam? Hanc sanctus requiem suam nouit, ad hanc re-
quiem

A quiem conuertendum animæ suæ dicit. Erat ergo anima in requie sua, ad quam
dicit esse redeundum. Hæc est requies sabbati magni ut unusquisq; sanctorum
supra mundi sensibilia sit in illo intelligibili secreto totus intentus atq; adhærens
deo. Hæc est requies illa sabbati quo requieuit deus ab omnibus operibus mundi
istius. Feriatus his seculi curis Theodosius se ereptum gaudet & eleuat animam su-
am atq; ad illam perpetuam dirigit requiem, pulchre sibi consultum asserens, quod
eripuerit animam eius deus de morte, quam mortem frequenter in hoc seculi isti-
us lubrico sustinebat, inquietus fluctibus peccatorum, eripuerit etiam oculos eius
à lachrymis. Fugit enim dolor & tristicia & gemitus. Et alibi habemus: Deleuit om Apo.21.
nem lachrymam ab oculis eorum, & mors non erit amplius, neq; luctus, neq; cla-
mor, neq; dolor. Si ergo mors non erit, lapsum sentire non poterit in illa requie
constitutus, sed placebit deo in regione uiuorum. Non enim ut hic homo inuolu-
tus est mortis corpore obnoxio lapsibus atq; delictis, ita & illic. Ideoq; regio illa
uiuorum est, ubi anima est quæ ad imaginem & similitudinem dei facta est, non
caro figurata de limo, ideo in terram reuertitur, anima ad requiem festinat super-
nam, cui dicitur: Conuertere anima mea in requiem tuam, in quam festinauit in-
trare Theodosius, atq; ingredi ciuitatem Hierusalem, de qua dictum est: Et reges
terræ ferẽt gloriam suam in illam. Illa est uera gloria quæ ibi sumitur, illud regnum
beatissimum quod ibi possidetur, ad quod festinabat Apostolus dicens: Audemus 2.Cor.5.
ergo & consentimus, magis peregrinari de corpore, & adesse ad dominum, & ideo
connitimur siue absentes siue præsentes placere illi. Absolutus igitur dubio certami
B ne fruitur nunc augustæ memoriæ Theodosius luce perpetua, tranquillitate diutur
na, & pro ijs quæ in hoc gessit corpore, munerationis diuinæ fructibus gratulatur.
Ergo quia dilexit augustæ memoriæ Theodosius dominum deum suum, meruit
sanctorum consortia. Et ego ut quidem sermonem meum per orationem condu
dam, dilexi uirum misericordem, humilem imperio, corde puro & pectore man-
sueto præditum, Qualem dominus amare consueuit dicens: Supra quem requies- Esa.66.
cam, nisi supra humilem & mansuetum? Dilexi uirum qui magis arguentem quàm
adulantem probaret. Strauit omne quo utebatur insigne regium, defleuit in eccle-
sia publice peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat. Gemitu & lachry-
mis orauit ueniam. Quod priuati erubescunt, non erubuit imperator publice agere
pœnitentiam, neq; ullus postea dies fuit quo nõ illum doluerit errorem. Quid quod
præclaram adeptus uictoriam, tamẽ quia hostes in acie strati sunt, abstinuit à con
sortio sacramentorum, donec domini circa se gratia filiorum exprimeretur aduen-
tus? Dilexi uirum qui me in supernis suis ultimo spiritu requirebat. Dilexi uirum
qui cum iam corpore solueretur, magis de statu ecclesiarum quàm de suis periculis
angebatur. Dilexi ergo fateor, & ideo dolorem meum intimo uiscere dolui, &
Psal.114. plixiore sermonis prosecutione solandum putaui. Dilexi, & præsumo de do-
mino, quod suscipiat uocem orationis meæ qua prosequor animam piam. Circun-
dederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me. Multorum enim pe-
ricula sunt, sed remedia paucorum. In omnibus sacerdos periclitatur, in omnibus
reis angitur. Quod enim alij patiũtur, ipse sustinet, & iterum liberatur, cum alij qui
tenentur periculis liberantur. Conteror corde, quia ereptus est uir, quem uix possu
mus inuenire. Sed tamen tu solus domine inuocandus es, tu rogandus, ut eum in
filijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

C filijs repræsentes. Tu domine custodiens etiam paruulos, in hac humilitate saluos facito sperantes in te. Da requiem perfecto seruo tuo Theodosio, requiem quam præparasti sanctis tuis. Illò conuertatur anima eius unde descendit, Vbi mortis aculeum sentire non possit, ubi cognoscat mortem hanc non hominis finem esse sed culpæ. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est, ut iam peccato locus esse non possit, resurget autem, ut perfectior renouato munere uita reparetur. Dilexi, & ideo prosequor eum usq; ad regionem uiuorum, nec deseram, donec fletu precibus inducam uirum quò sua merita uocant in montem domini sanctum, ubi perennis uita, ubi corruptelæ nulla contagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla consortia
1. Cor. 15. mortuorum, uera regio uiuentium: ubi mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem: magna requies quæ uotum impleat diligentis, pulcherrima promissio. Ideo cētesimus quartusdecimus psalmus inscribitur. Denicq; supra in quartodecimo psalmo perfectionem hominis accepimus, sed illic formatus perfectus licet uir, sed adhuc peccato obnoxius, quia uiuit in seculo. Hic uera perfectio est, ubi iam culpa cessauit, gratia perpetuæ quietis affulsit. Ideo cētesimus quartusdecimus psalmus qa remuneratio charitatis est, unde domini pascha quartadecima luna formam celebritatis accepit, quoniā qui pascha celebrat, debet esse perfectus, debet amare dominum Iesum, qui diligēs populum suum perfecta charitate sese obtulit passioni. Et sic diligamus nos quoq;, ut si necesse fuerit, pro domini nomine mortem nō fugiamus, nullum existimemus dolorem, nihil metuamus.
1. Ioan. 4 Perfecta enim charitas timorem expellit foras. Grande numeri mysterium, quan
D do pater filium unicum pro nobis omnibus tradidit, cum pleno luminis sui orbe luna fulgeret. Ita est enim ecclesia, quæ pie pascha celebrat domini nostri Iesu Christi sicut luna perfecta in æternum manet. Quisquis bene hic domini pascha celebrat, in lumine perpetuo erit. Quis splendidius celebrauit quàm qui sacrilegos remouit errores, clusit templa, simulachra destruxit? In hoc Iosias rex superioribus antelatus est. Manet ergo in lumine Theodosius, & sanctorū cœtibus gloriatur. Illic nūc complectitur Gratianum iam sua uulnera non mœrentem, quia inuenit ultorem. Qui licet indigna morte præuentus ac præceptus sit, réquiem animæ suæ possidet. Ille bonus uterq; & pietatis interpres, largius misericordiæ suæ consortio delectatur. De quibus bene dicitur: Dies diei eructat uerbum. Contra autem Maximus
Psal. 18. & Eugenius in inferno, quasi nox nocti indicat scientiam. Docentes exemplo misereri impium superexaltatum & eleuatum super cedros Libani, & transiui, & ecce non
Psal. 36. erat. Transiuit enim pius de caligine seculari ad lumen æternum, & nō erat impius, qui esse desiuit iniquus. Nunc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, quando in regno domini Iesu Christi, & considerat templum eius. Nunc sibi rex est, quādo recipit etiam filium Gratianum, & pulchra iam dulcissima sibi pignora quæ hic amiserat, quando eius Flaccilla adhæret fidelis anima deo, quādo patrem sibi redditum gratulatur, quando Constantino adhæret. Cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus imperatorum credidit, & post se hæreditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum repperit, cuius temporibus completum est illud propheticum. In illo die erit quod super frenum equi est sanctum domino omnipotenti. Quod illa sanctæ memoriæ

A memoriæ Helena mater eius infuso sibi sanctospiritu reuelauit. Beatus Cōstantinus tali parente, quæ imperanti filio diuini muneris quæsiuit auxiliū, quo inter prælia quoq; tutus assisteret, & periculū non timeret. Magna fœmina quæ multo amplius inuenit quod imperatori conferret, q̄ quod ab imperatore acciperet. Anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani cesserat, festinauit Hierosolymam, & scrutata est locum dominicæ passionis. Stabulariam hanc primo fuisse asserunt, sic cognitam Constantio seniori qui postea regnum adeptus est. Bona stabularia quæ tam diligenter præsepe domini requisiuit. Bona stabularia quæ stabulariū nō ignorauit illū qui uulnera curauit à latronibus uulnerati. Bona stabularia, quæ mauluit existimari stercora, ut Christum lucrifaceret. Ideo illum Christus de stercore leuauit ad regnum, secundū quod scriptum est: Quia suscitat de terra inopē & de ster- Psal. 112.
core erigit pauperem. Venit ergo Helena, cœpit reuisere loca sancta, infudit ei spiritus, ut lignum crucis requireret, accessit ad golgottham & ait: Ecce locus pugnæ, ubi est uictoria? Quæro uel uexillum salutis, & non inuenio. Ego inqt, in regnis, & crux domini in puluere? Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, & latet palma uitæ æternæ? Quomodo me redemptam arbitror, si redemptio ipsa non cernitur? Video quid egeris diabole, ut gladius quo peremptus es, obstrueret. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latere aquā passus est. Tollatur igitur ruina, ut uita appareat. Promat gladius quo ueri Goliæ caput est amputatum. Aperiatur humus, ut salus fulgeat. Quid egisti diabole ut absconderes lignum, nisi ut iterum uincereris? Vicit te Maria quæ genuit triūphatorem, quæ
B sine imminutione uirginitatis ædidit eum, qui crucifixus uinceret te, & mortuus subiugaret. Vinceris & hodie, ut mulier tuas insidias deprehendat. Illa quasi sancta deminum gestauit, ego crucem eius inuestigabo. Illa generatum decuit, ego resuscitatum. Illa fecit ut deus inter homines uideretur, ego ad remedium peccatorum diuinū de ruinis eleuabo uexillum. Aperit itaq; humum, decutit puluerem, tria patibula confusa repperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed nō potuit obliterari Christi triumphus. Incerto hæret ut mulier, sed certam indaginem sanctus spiritus inspirat, eo quod duo latrones cum domino crucifixi fuerint. Quærit ergo medium lignum, sed porerat fieri, ut patibula inter se ruina cōfunderet, casus mutaret & inuerteret. Redit ad euangelij lectionem, inuenit quia in medio patibulo præ-
latus titulus erat, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hinc collecta est series ueritatis, Ioan. 19.
titulo crux patuit salutaris. Hoc est, quod petētibus Iūdæis pilatus respōdit, Quod scripsi scripsi, id est, non ea scripsi quæ uobis placerēt, sed quæ ætas futura cognosceret, nō uobis scripsi sed posteritati, propemodum dicēs: Habeat Helena quæ legat, unde crucem domini recognoscat. Inuenit ergo titulum, regem adorauit non lignū neq;, quia hic Gentilis est error & uanitas impiorum. Sed adorauit illum qui pependit in ligno, scriptus in titulo. Illum qui sicut scarabæus clamauit ut persecutoribus suis peccata donaret. Auida mulier festinabat tangere remedium immortalitatis, metuebat calcare sacramentum salutis. Læto corde & trepidāti uestigio quid faceret nesciebat. Pertendit tamen ad cubile, ueritatis lignū refulsit, & gratia micuit, ut quia iā fœminam uisitauerat Christus in Maria, spiritus in Helena uisitaret: docuit etiam quod mulier ignorabat, & deduxit in uiam, quam mortalis scire non poterat. Quæsiuit clauos qbus crucifixus est dominus & inuenit. De uno clauo frenos

Universidad de Deusto
Biblioteca

C fieri præcepit, de altero diadema intexuit, unum ad decorem, alterum ad deuotio
nem uertit. Visitata est Maria ut Euam liberaret, uisitata est Helena, ut imperato
res redimerentur. Misit itaque filio suo Constantino diadema gemmis insignitum,
quas preciosior ferro innexas, crucis redemptionis diuinæ gemma connecteret. Mi
sit & frenum, utroque usus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteros reges.
Principium itaque credentium imperatorum, sanctum est quod super frenum, ex il
lo fides, ut persecutio cessaret, deuotio succederet. Sapienter Helena egit, quæ crucē
in capite regum leuauit & locauit, ut crux Christi in regibus adoretur. Non insolen
tia ista sed pietas est, cum defertur sacræ redemptioni. Bonus itaque clauus Roma
ni imperatoris, qui totum regit orbem, ac uestit principum frontem, ut sint prædi
catores qui persecutores esse consuerunt. Recte in capite clauus, ut ubi sensus est,
ibi præsidium. In uertice corona, in manibus habena. Corona de cruce, ut fides lu
ceat, habena quoq; de cruce, ut potestas regat, sitq; iusta moderatio nō iniusta præ
cep tio. Habeāt hoc etiam principes Christi sibi liberalitate concessum, ut ad imita
Psal. 20. tionem domini dicatur de imperatore Romano: Posuisti in capite eius coronam
de lapide precioso. Ex illo gratulatur ecclesia, erubescit Iudæus: non solum erubescit
sed etiam torquetur, quod ipse sibi autor confusionis est. Dum insultat Christo, cō
fessus est cum regem, dum regem Iudæorum appellauit, sacrilegium suum qui nō
credidit confitetur. Ecce inquiunt: Et crucifiximus Iesum, ut Christiani & post mor
tem resurgāt, & mortui regnent. Nos crucifiximus quem reges adorant, quem nō
adoramus, ipsi adorant. Ecce & clauus in honore est, & quem ad mortem impressi
D mus, remedium salutis est, atq; inuisibili quadam potestate dæmones torquet. Pu
tabamus nos uicisse, sed uictos fatemur. Iterum Christus resurrexit, & resurrexisse
eū principes agnouerūt. Iterum uiuit, qui nō uidetur. Nunc maior nobis contentio,
nunc pugna nobis uehementior aduersus eum cui regna famulantur, cui seruit po
testas: illum contempsimus, quomodo regibus resistemus? Ferro pedum eius reges
inclinantur. Reges adorant, & Fotiniani diuinitatem eius negāt? Clauū crucis eius
diademati suo præferunt imperatores, & Arriani potestati eius imminuunt? Sed
quæro quare sanctum super frenum, nisi ut imperatorum insolētiam refrenaret, cō
primeret licentiā tyrannorum, qui quasi equi in libidines adhinnirent, quod liceret
illis adulteria impune cōmittere. Quæ Neronum, quæ Caligularum cæterorumq;
probra comperimus, quibus non fuit sanctum super frenum. Quid ergo aliud egit
Psal. 31. Helenæ operatio, ut frena dirigeret, nisi ut oīnibus imperatoribus sancto dicere spi
ritu uideretur: Nolite fieri sicut equus & mulus, Sed in freno & chamo maxillas eo
rum constringeret qui se non agnoscerent reges, ut regerent sibi subditos? Prona e
nim potestas in uitium ferebatur, et more pecudum uaga sese libidine polluebant.
Ignorabant deum, restrinxit eos crux domini, & reuocauit à lapsu impietatis. Leua
Matth. 11. uit oculos eorum, ut Christum in cœlo quærerent. Exuerūt se chamo perfidiæ, susce
perunt frena deuotionis & fidei, secuti dicētem, Tollite iugum meum super uos. Iu
gum enim meum suaue est, & onus meum leue est, Inde reliqui principes christiani,
præter unum Iulianum, qui salutis suæ autorem reliquit, dum philosophiæ se dedi
dit errori, inde Gratianus & Theodosius. Non ergo mentita est prophetia dicens:
Esa. 60. Ambulabūt reges in lumine tuo, ambulabūt plane, ac maxime Gratiāus & Theo
dosius præ cæteris principes non iam armis militum sed meritis suis tecti, non pur
purcum

A pureum habitum sed amictum induti gloriæ. Qui cum hic delectarentur absoluti
one multorum, quantomagis illic pepercisse se pluribus recensendo pietatis suæ re
cordatione mulcentur, qui nunc luce fruuntur candida, longe meliora illic, quàm hic
possidebant, habitacula consecuti dicentes: O Israël quàm magna est domus domi
ni, & quàm ingens locus possessionis eius, magnus & non habens finem. Et perfun Baruch. 3.
cti maximis laboribus inter se conferunt: Bonum est uiro cum portauerit iugū gra
ue à iuuentute, sedebit singulariter & silebit, quia portauit iugum graue. Qui enim Thren. 3.
iugum graue portauit à iuuentute, requiescit, postea remotus à turba præcipuū lo
cum quietis suæ possidet dicens: Quoniā tu singulariter in spe constituisti me. Porta Psal. 4.
uit iugum graue à iuuentute sua Lazarus pauper, ideo singulariter in sinu Abrahæ
requiescit diuinæ testimonio lectionis. Portauit iugum graue Theodosius à iuuen Luc. 16.
tute, quando insidiabant eius saluti qui patrem eius triumphatorem occiderāt. Por
tauit iugum graue, quando subijt pietatis exilium, quando infusis Romano impe
rio barbaris suscepit imperium. Portauit iugum graue, ut tyrānos Romano impe
rio demoueret. Sed quia hic in labore, ibi in requie. Sed iam ueniamus ad Augusti
corporis transmissionem. Fles Honori germen augustum, & lachrymis pium testifi
caris affectum, quod inhonorū adhuc honore tumuli patris corpus per spacia mul
ta transmittis. Sed & patriarcha Iacob propter populum liberandum quem tetra
fames graui urgebat periculo, relicta domo senex ad peregrina contēdit, atq; ibi de
functus ad sepulchrum patriū per aliquot dies filio prosequēte deductus est. Nec
derogatum est aliquid meritis eius, sed magis accessit ad laudem, quod pro suis ca
B rens dedita domus sorte, quodam supremi funeris peregrinatus est exilio. Fles etiā
imperator Auguste quod non usque Constantinopolim reuerendas reliquias ipse
prosequeris. Eadem tibi causa nobiscum est, omnes iusto dolore prosequimur, o
mnes si fieri posset, deductores tecum esse cuperemus. Sed Ioseph ad finitimam ac
cessit prouinciam. Hic multa interiacent regionum diuortia, hic maria transfretāda
sunt. Nec hoc quidem tibi laboriosum, nisi te teneret respublica, quam boni impe
ratores & parentibus & filijs prætulerunt. Denique ideo te imperatorem pater fe
cit, dominus confirmauit, ut non solū militares patri, sed omnibus imperares. Nec
uereare ne inhonoræ uideant quocunq; accesserint reliquiæ triumphales. Nō hoc
sentit Italia, quæ claros spectauit triumphos, quæ à tyrannis iterum liberata conce
lebrat suæ libertatis autorem. Non hoc Constantinopolis quæ secundo ad uictori
am principem misit, quem cum uellet tenere non potuit. Expectabat quidem in re
ditu eius triumphales solennitates & titulos uictoriarum. Expectabat totius orbis
imperatorem stipatum exercitu Gallicano, & totius orbis subnixum uiribus. Sed
nunc illuc Theodosius potentior, nūc glorioſior redit, quem angelorum caterua de
ducit, quem sanctorum turba prosequitur. Beata planè quæ paradisi incolam susci
pis, & habitatorē supernæ illius ciuitatis augusto sepulti corporis tenebis hospitio.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX EPISTOLARVM D. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

EPISTOLAE LIBRI PRIMI.

Ambrosius Iusto,Exponens quid significet illud didrachmum, cuius dimidium Hæbreus præcipitur offerre pro redemptione animæ suæ. Epistola I.

Ambrosius Simpliciano,explanans quid sibi uelit quod Moyses post oblatū sacrificium & immolatas domino salutares hostias,dimidiā partē sanguinis in crateras miserit,dimidiam autem ad altare fuderit. Epist. II.

Ambrosius Simpliciano, causam reddens cur Moyses propheta maximus,in ueniatur magis Aaron fratris consilium ēp̄ suum probasse. Cur etiam tam difficile tāc̄p̄ rarum sit pœnitentiam peccati gerere in hāc uita homini. Epist. III.

Ambrosius Irenæo,declarās quó intelligendū sit quod in Exodo legit̄: Abominãda apud Ægyptios immolemus deo? Qualibus præterea ductoribus & qua uia ad ecclesiā Christi pueniat̄.Qui illā ingrediāt̄,& qd eis i ipsa sit agēdū.Epi.IIII.

Ambrosius Felici Comensi episcopo,asserēs se & lectione sermonis illius, & spe futuri aduentus refocillatū,simulc̄p̄ ut uenire non negligat adhortās. Epist. V.

Ambrosius Irenæo,Pythagoricū mãdatum cõmemorans, quo ille discipulos suos cõmunem atc̄p̄ usitatã populo uiam ingredi prohibuit,& ut idem à sacerdotibus obseruetur,multiplici ratione persuadens. Epist. VI.

EPISTOLAE LIBRI SECVNDI.

Ambrosius Simpliciano,elegãter de uera libertate ac etiã seruitute disputans, fortissimisc̄p̄ argumẽtis solũ sapientẽ uera libertate gaudere, & oẽm insipientẽ seruũ esse cõprobans,atc̄p̄ ad illam amplectendã plurimũ cohortans. Epist. VII.

Ambrosius Faustino,eundem propter obitum germanæ acerbo dolore mœrentem consolans. Epist. VIII.

Ambrosius Bellicio,graui ægritudine priusquam in dominũ Iesum crederet iactato,postea uero reualescente,illum ex diuinæ uisitationis pietate in fide Christi confortãs,& ad aliorum sacramentorum perceptionem exhortans. Epist. IX.

EPISTOLAE LIBRI TERTII.

Ambrosius Simpliciano,pulchre de ueris diuitijs,ac cõtraria paupertate disserẽs,& q̄ oĩs solusc̄p̄ sapiẽs uere diues,atc̄p̄ insipiẽs pauper sit demonstrans.Epist.X.

Ambrosius Irenæo,uersiculum illum:Speciosus forma & cætera,græco sermone annotatũ uoluens,pluribusc̄p̄ rationibus & exemplis nos prouocans, ut illi summo bono quod est dominus Iesus, quo nihil est speciosius,animo intendamus, illud quæramus,illud intueamur, illud teneamus, in illo uersemur, illi adhæreamus, & in eo pascamur. Epist. XI.

Ambrosius Irenæo,prosequens illud uerbũ Aggæi prophetæ: Si tempus uobis est ut habitetis in domibus cælatis? multo ex hoc nos sermone cõmonens, ut in superioribus domibus & non in uallestribus & subterraneis habitemus,talesc̄p̄ domos nosmetipsos domino ædificemus. Epist. XII.

EPISTOLAE LIBRI QVARTI.

Ambrosius Irenæo,hanc quæstionem: Vtrum sit aliqua apud deum differentia charitatis eorum qui à pueritia,& eorum qui iuuentutis aut posterioris ætatis processu crediderint,dissoluens. Epist. XIII.

Ambrosius Irenæo,errorem remouẽs,ne quis eũ de quo in superiori epistola dictũ est q̄ duas habebat uxores,duas asciuisse sibi animas intelligat.Epist.XIIII.

Ambrosius Irenæo,causam reddens,cur lex prohibuerit mulieres uti ueste uirili,atc̄p̄ uiros indui stola muliebri. Epist. XV.

Ambrosius Irenæo,epistolam ad Ephesios summaria ac breui explanatione perstringens. Epist. XVI.

Ambrosius,clericos quosdam qui propter leuem aliquam offensionem ab officio desistunt redarguit,& ad constantiam exhortatur. Epist. XVII.

EPISTOLAE LIBRI QVINTI.

Ambrosius Horontiano,eum docẽs ex Michæa propheta,quomodo anima uetus & infirma à recto itinere deuians lapsa sit.Quóue processu conuertat̄, gradū q̄ue reparet ac reformet,& ut in proposito suo perseueret,admonẽs. Epist.XVIII.

Ambrosius Horontiano,differens quẽadmodū animã euangelicã quæ est ecclesiæ filia,dñs Iesus primo susceperit,erudierit,atc̄p̄ cõsummauerit. Epist. XIX.

Ambrosius Horontiano, quæ sit diuina hæreditas definiens, & cur tanti æstimetur,ut propter eam plericp̄ morti se offerant. Epist. XX.

Ambrosius Horontiano,quæstionem de natura & substantia animæ, subtili responsione dissoluens. Epist. XXI.

Ambrosius Horontiano,superioris quæstionis responsionem latius explanãs atc̄p̄ complens. Epist. XXII.

Ambrosius Horontiano,dubitationem tollens,de quo spiritu dictũ sit, Quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Epist. XXIII.

Ambrosius Marcello,narrãs se causam ueternosi iurgij inter illum & fratrem ac sororem componendi tanquam arbitrum suscepisse, rationemc̄p̄ huiuscemodi compositionis exponens. Epist. XXIIII.

Gratianus Augustus,beato Ambrosio,ut ad se docẽdū uenire festinet postulãs,& ut scripturis atc̄p̄ argumẽtis spm̃sanctū deũ esse cõuincat,rogãs. Epist.XXV.

Ambrosius Gratiano augusto, epistolam ipsius plurimum commẽdans, suæ q̄ uoluntati se satisfacturum pollicens. Epist. XXVI.

Ambrosius Valẽtinião impatori,legatiõis suæ expositionẽ insinuãs,Ep.XXVII.

Ambrosius Theodosio impatori,seipsum excusãs,& ut ille facinoris sui pœnitẽtiã agat,rõnibus atc̄p̄ exẽplis suadẽs,rogãs,hortãs,& admonens. Epi. XXVIII.

Ambrosius Theodosio imperatori, uindicari iubenti in episcopũ & Christianos qui synagogã incẽderũt,uehemẽter eũ ob hoc arguẽs,atc̄p̄ ut aliã epistolã dicturi iubeat,& qd' prius iussum fuerat emendet,exhortans. Epist. XXIX.

Ambrosius Valentiniano,eundem rogans atc̄p̄ cõueniens ne ad petitionem gẽtiliũ aras eorũ imperatorio decreto instaurari iubeat, ostendẽsc̄p̄ ex tali decreto, primũ deo,deinde patri & fratri iniurias irrogari. Epist. XXX.

Symmachi urbis præfecti persuadentis ritus ueteres circa cultũ deorũ esse seruandos,ad imperatores relatio.

Ambrosius Valentiniano imperatori,Relationi Symmachi respõdens, aptissimisqúe confutationibus eam refellens. Epist. XXXI.

Ambrosius Valentiniano imperatori,recusans certare cũ Auxentio Arriano in consistorio imperatore iudicaturo, ex eo quod in causa fidei episcopi de laicis in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia,& non laici de episcopis in consistorio debeant iudicare. Epist. XXXII.
Sancti Ambrosij in Auxentium de basilicis tradendis, inuehentis,suósque ad constantiam atq; tolerantiam exhortantis. Oratio.
Ambrosius Marcellinæ sorori suæ,referens illi quid in causa de basilicis tradendis actum sit,& in quo statu res ipsa nunc consistat. Epist. XXXIII.
Ambrosius Theodosio imperatori,decessum Valētiniani Augusti uehemēter se dolere,aptissimumq; pro sepultura eius locū p̄paratū esse insinuās.Ep.XXXIIII.
Ambrosius Eusebio episcopo,apparitori p̄fecturæ offensā quā cōtraxerat esse remissam,Faustinūq; paruulū tussi laborātē ad sororē uenisse referēs. Epist. XXXV.

EPISTOLAE LIBRI SEXTI.

Ambrosius Sabino episcopo,eos qui indignū duxerint q; Paulinis uēditis facultatibus & seculo relicto,secretū quoddā elegerit cōsutās, & cōprobās quod non ignominiosum aut turpe,sed gloriosum sit opprobriosum,uilē & nudum fieri pro Christo.Quid etiā denudatio ipsius Dauid figurauerit exponens. Epist. XXXVI.
Ambrosius Chromatio,ex illo quod in libro Numerorū à Balaā dictū esse legit̄,quia nō mentit̄ deus.Nec est augurator in Israēl,discutiēs unde habuerit iste qui augur erat ut oraculū dei loqueret̄ & futura manifestaret. Epi. XXXVII.
Ambrosius Horontiano,rationem huic quæstioni reddens,Cur prius omnia uel uolatilia uel terrestria uel quæ in aquis sunt producta fuerint,quàm homo propter quem cuncta illa creata sunt formaretur. Epist. XXXVIII.
Ambrosius Horontiano , de diuisione prophetica quæ operatorem atq; operā distinxit.Ratione quoq; sex dierum quibus factus est mundus , & mysterio septimi atq; octaui numeri subtiliter differens. Epist. XXXIX.
Ambrosius Sabino,libellos illi mittens atq; rogans,ut scrutanter discutiat , & quæ corrigenda decreuerit,arbitrij sui iudicio corrigat. Epist. XL.
Ambrosius Sabino,ex eo quod illi complacuit usus epistolarum,spondens se frequentius cum scriptis suis,præsertim cum solus sit uelle alloqui,solitudinēq; plurimum commendans atq; suadens. Epist. XLI.
Ambrosius Sabino,de paradiso quid alij senserint referens,& quæ sua de mystico paradiso sit sententia,pulchra expositione declarans. Epist. XLII.
Ambrosius Sisynnio,pietatē illius cōmendās q; filio ignouerit, qui eo incōsul(to uxorē accepat.Epi.XLIII.

EPISTOLAE LIBRI SEPTIMI.

Ambrosius Cōstātio,in suscepto ecclesiæ gubernamine illū cōfortās,ac diligēti cōmonitione instituēs qualē se debeat corā plebe dñi exhibere,loquēdo,docendo admonēdo,hortādo,psuadendo,obsecrādo,ut uitijs & terrenis cupiditatibus renū ciēt,uirtutes sectent̄,bonorūq; operū diuitias q̄rant , & dño i sobrietate & gratia & tota mētis sedulitate seruiāt.Demū eidē aliā quandā ecclesiā cōmendās.Ep.XLIIII.
Ambrosius Sabino,causam reddens,cur post scripturā prius directā codicem apertius scriptū transmiserit.Cur etiam propriam manū stilo suo affixerit , ad epistolarem inde ludum eum inuitans,& usum illius exponens. Epist.XLV.
Ambrosius Eusebio,iocunditatem illius in filijs & filiorum benedictionem recensens. Epist.XLVI.
Ambrosius Irenæo,cōsutās errorē cuiusdā maledici Apollinaristæ, qui nó potest audire quod dñs noster Iesus Christus pro nobis seruitutē susceperit.Ep.XLVII.
Ambro-

Ambrosius Irenæo,prosequens illud quod in Hieremia scriptum est:Clamauit perdix,congregauit quæ non peperit,naturam istius auis describendo,& eū diabolo ac membris suis adaptando. Epist. XLVIII.
Ambrosius Syricio,narrās illum Prisco aduenienti litteras dedisse , & se eidem reuertenti alias reddidisse.Et quia utrunq; eorum officio remuneratus sit, etiam eius officij precium incrementa debere adipisci gratiæ. Epist. XLIX.
Ambrosius Attico,scribens litteras suas Priscum sibi ,& se illi alias reddidisse. Priscum dilectioni suæ amplius commendans. Epist. L.
Ambrosius Felici, significans tuberum sibi missorū partem amicis direxisse. Et illum quod se tamdiu nequaquam reuiserit arguens. Epist. LI.
Ambrosius Romulo,quæstioni illius,cur uidelicet deus dixerit: Ponam cœlū æreum,& terram ferream,satisfaciens. Epist. LII.
Ambrosius Titiano,illi congaudens quod à Rufino liberatus sit,quē sibi grauiorem iudicem in negocio cum nepte sua arbitrabatur. Epist. LIII.
Ambrosius Syricio,gratū sibi asserens cū & ab ipso litteras accipiat, & ille alios de cōseruitio suo dirigat,coscq; se diligere contestans qui nō patiūtur se à suo munere diutius abesse,& ad sequendū dominum Iesum suadens. Epist. LIIII.
Ambrosius Fœgadio & Delphino episcopis,insinuans Polibium ut utriq; eorum scriberet popposcisse, ac post datam epistolam utriusque nomine conscriptam, alteram exegisse , & ei se illam dedisse. Epi. LV.
Ambrosius Romulo,de eo quod Aarō populo poscēti sibi deos fieri aurum detraxerit,& q; eo auro figuratū sit uituli caput, & quod Moyses tā dure indignat9 sit ut iuberet quēq; insurgere in necē proximi sui,qd ipse sentiat exprimēs.Epi.LVI.
Ambrosius Seuero episcopo,scribens cōpresbyterum suum Iacobum Cāpaniæ sibi ad requiescēdum littora ubi orationi uacet & deo seruiat elegisse , se uero in medio omnium molestiarum freto uersari conquerens. Epist. LVII.
Ambrosius Studio,pia illi persuasione respōdens, quid in causa cuiusdam crimnosi potius agere debeat. Epist. LVIII.
Ambrosius sacerdotibus quibusdam & omni clero plebis Thessalonicēsium, de obitu,uita,uirtutibus & conuersatione sancti uiri Acholij. Epi. LIX.
Ambrosius Anysio,sancti Acholij successori , de successione eius congaudēs, uitamq; sancti Acholij commēdans,& illius adolescentiam,iuuentutem atq; senectutem benedicens. Epist. LX.
Ambrosius Candidiano,splendorem sermonis & fulgorem affectus eius cōmendans , illiq; benedictionem optans. Epist. LXI.

EPISTOLAE LIBRI OCTAVI.

Ambrosius Irenæo,quæstionem,cur dominus deus mana pluerit populo patrum & nunc non pluat,dissoluens. Epist.LXII.
Ambrosius Iusto,differens quod ueteres quos plericq; secundum artem scripsisse negant,secundū gratiā quæ super omnem artem est scripserint,de quorum tamen scriptis ij qui de arte scripserunt artem inuenerunt. Epist. LXIII.
Ambrosius Syagrio Veronēsis ecclesiæ episcopo,litteris illius respōdens,eūq; uehemēter argues de iudicio attentato in causa cuiusdā uirginis per turpes quasdā psonas accusatæ.Et cur causam istam ad se reuocauerit, & qualē in ea sentētiā pronūciauerit exponēs. Epist. LXIIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambrosius Syagrio,pro castitatis cõtumelia dolẽtẽ querelã faciẽs,atq; ex scripturis sanctis ostẽdẽs quantũ maiores nostri reuerẽtiæ detulerint castimoniæ,quã tumúe ultionis studium aduersum temeratores pudicitiæ fuerit. Epist. LXV.

Ambrosius Paterno,eundem quia filio neptem ex filia copulare uoluit redarguens,& ut ab ea discedat intentione commonens. Epist. LXVI.

Ambrosius Quinegio,illum de consultione sua commendans.Epist. LXVII.

Ambrosius Antonio,amorẽ eius in se & sui animũ in illũ cõmemorãs. Epist. LXVIII.

Ambrosius Alypio,litteras illius sibi esse redditas,& se suis respõdisse litteris,significans. Epist. LXIX.

EPISTOLAE LIBRI NONI.

Ambrosius Vigilio,instituẽs eum quomodo plebem docere debeat, ac inter cætera ut coniugia ex alienigenis refugiant, Samsonisq; exemplo cõprobãs quàm perniciosum sit alienigenæ mulieris copulam asciuisse. Epist. LXX.

Ambrosius Irenæo,occasione eius quod in Apostolo scriptum est: Lex enim iram operatur,& cætera,quæstionem cur lata sit lex absoluens. Epist. LXXI.

Ambrosius Irenæo,causam reddẽs,cur pleraq; in lege præcepta sint, quæ per euangelium uacuata uidentur,ut est circũcisio corporalis,& obseruatio sabbati,aliaque plura huiusmodi,Cur etiam lex pædagogus dicatur. Epist. LXXII.

Ambrosius Clemẽtiano,uim apostolicæ disputatiõis in superiori epistola notatæ aperiẽs, simulq; ostẽdẽs Iudæũ nõ esse secũdũ adoptionẽ hæredẽ.Epi. LXXIII.

Ambrosius Horontiano, ex eo quod ab apostolo cõmemoratũ est, Abrahã credidit deo,& reputatũ est ei ad iusticiã,& cætera.colligens quod ij magis Abrahæ filij q ex fide hæredes sunt,ipsam quoq; fidẽ plurimũ cõmendãs.Epist.LXXIIII.

Ambrosius Bellicio,exponẽs quid sibi uelit illud q; dñs Iesus uidẽs à generatione cæcũ,expuit & fecit lutũ & superunxit oculos cæci,& cætera. Epi. LXXV.

Ambrosius Studio, quæstionẽ ab eo propositã quã in quadã epistola supius ad eundẽ scripta absoluit,latius ac plenius pertractãs & absoluẽs. Epist. LXXVI.

Ambrosius Constãtio,causam reddẽs,cur circuncisio ueteris testaméti autoritate quasi utilis impereť,& noui testamenti magisterio quasi inutilis repudieť,aduersantiũqúe obiectiones arguta responsione dissoluens. Epist. LXXVII.

EPISTOLAE LIBRI DECIMI.

Ambrosius Theophilo,dolenter conquerens de statu causæ discordiarũ inter Euagriũ & Flauianũ,& quid ẽũ in hac re agere uelit exponens,Epist, LXXVIII.

Ambrosius Theophilo & Anysio,excusans se de iudicio ferendo inter Bonosum episcopum & accusatores eius,illisq́ue causam istam cõmittens. Eosdem præterea approbans merito abhorruisse blasphemiam quorundã qui inuiolatã uirginẽ Mariam plures peperisse filios mentiuntur. Epist. LXXIX.

Syricius papa, Mediolanensi ecclesiæ, narrans quid actum sit contra hæreticos qui sub uelamento pij nominis sempiterno sermone catholicam ueritatem corrumpere, ac fideles Christianos sauciare moliti sunt, admonénsque ut ab illis se cautos diant. Epistola. LXXX.

Ambrosius,Bassianus & cæteri, Syricio papæ,pastoralem illius sollicitudinẽ circa ouile Christi custodiendum,& lupos arcendos cõmendántes, uirginitatemq; contra istorum dementiam coniugio præferentes. Immaculatam præterea Christi genitricem

A genitricem Mariam,ratione,testimoniis,figuris & exemplis astruentes in partu uirginem permansisse,Præconia deniq; uiduitatis attexentes, ac tandem Iouinianum & reliquos hæreticos esse damnatos insinuantes. Epist. LXXXI.

Ambrosius Vercellensi ecclesiæ, & eis qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi,dolenter conquerens quod ipsa sola adhuc sacerdotem non habeat, illosq; admonens ut parentum exempla sequantur ad postulandum sacerdotem. Eorum præterea errorem qui nullum dicunt esse abstinentiæ meritum uel uirginitatis fructum,rationibus scripturis & exemplis confutans, uoluptatem quoq; condemnãs, & ieiunium, abstinentiam,temperantiam ac uirginitatem excellenter commendãs. Vercellenses deinceps ad Constantiam & alias uirtutes exhortãs.Quodq; maxime in episcopi petitione abesse debeat malignitas. Ac tandem qualis in episcopũ eligẽdus,qualesue & ipsi esse debeant exponens. Epist. LXXXII.

Ambrosius, episcopis per Aemiliam constitutis,eos de celebritate paschali instruens. Epist. LXXXIII.

Ambrosius, sacræ uirgini Demetriadi, magnis præconijs ueram humilitatem exaltans,aduersantemq; illi superbiam digna uituperatione confundens. Ac per hoc ipsam ad elationem cauendam & præsidio synceræ humilitatis armandã persuadens. Epist. LXXXIIII.

FINIS INDICIS.

B

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

Diui Ambrosij ad Iustum, exponentis quid significet illud didrachmũ, cuius dimidium Hebræus præcipitur offerre pro rẽdemptione animæ suæ. Epistola I.

AMBROSIVS IVSTO, Pulcre admones frater, ut epistolares fabulas & sermonem absentiũ ad interpretationem conferamus oraculi cœlestis, interrogans me quid significet illud didrachmum,cuius dimidium Hebræus præcipitur offerre pro redẽptione animæ suæ.Quid eñ tam consociabile,q̃ de diuinis rebus sermonem cõtexere? Est aũt dimidium didrachmi drachma. Redemptio aũt animæ fides.Fides ergo drachma,quam illa mulier in euangelio,ut legimus,amissam diligenter requirit,lucernam accendens, & mundans domum suam, &si inuenerit conuocat amicas & uicinas, petens congratulari eas secum, quod inuenerit drachmam quam perdiderat. Magnum enim dãnum animæ,si quis fidem amiserit, uel gratiam, quam fidei precio acquisiuit sibi. Et tu ergo accende lucernã tuã. Lucerna tua oculus tuus est,ille interior oculus scilicet mentis.Istam lucernam accende,quæ accipit oleum spirituale, & lucet in tota domo sua. Quære drachmam, redemptionem animæ tuæ

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quam qui amiserit,turbatur,qui inuenerit,exultat. Est & redemptio animæ miseri-
cordia.Redéptio enim animæ hominis diuitiæ eius sunt, quibus utiq; fit misericor-
dia,quæ sumptu paupes iuuat.Fides igitur gratia,gratia misericordia, misericordia
redéptio est animæ,quæ drachma,hoc est integro precio summæ plenioris expédi-
Exo. 30. tur.Sic em̃ scriptũ est dicẽte domino ad Moysen: Quod si acceperis cõputationem
filiorũ Israël in uisitatione ipsorum,& dabunt singuli redéptionem animæ suæ do-
mino,& nõ erit in his ruina in uisitatiõe eorũ. Et hoc est quod dabũt,quorquot per
ambulant uisitationẽ,didrachmi dimidiã partẽ,quod est secũdum didrachmũ san-
ctum. Viginti oboli didrachmũ. Dimidia autem pars didrachmi illatio domino.
Omnis q intrauerit uisitare à uiginti annis & supra,dabũt illationẽ domino. Qui
diues est,non adijciet,& qui pauper est,non minorabit à dimidia parte didrachmi,
cum cœperint dare oblationem domino,& exorare pro animabus suis. Et accipies
pecuniam illationis à filijs Israël,& dabis illam in opus tabernaculi testimonij, & e-
rit filijs Israël legitimum memoriale in conspectu domini, & orare pro animabus
uestris.Ita ergo deerat uel diues qui plus offerret,uel pauper qui minus haberet,si
in pecunia dimidium didrachmum istud non in uirtute esset. Vnde aduertendum
quod non materialis ista sed intelligibilis drachma sit, quæ ex æquo ab omnibus
conferenda existimabat.Deniq; etiam de illa cœlesti esca(Esca autem & delectatio
alimẽti cœlestis sapiẽtia est,qua uescebantur in paradiso locati, qui erat indeficiens
animæ cibus,quem uocauit manna diuinus sermo) ita legimus distributiõem facta
per singulas animas,ut æqualis fieret diuisio:Et collegerunt secundũ dispositionem
D Moysi,is qui plurimum & qui minimum,& mensurã fecerunt Gomor,& nõ abun-
dauit& superfuit ei qui multum,& ei qui minus non defuit. Vnusquisq; em̃ p nu-
mero animarũ qui apud se erat in tabernaculis, collegerunt per singula capita Go-
mor,id est,mensuram uini,sicut habet interpretatio.Est aũt mẽsura sapientiæ, quæ
Eccle.7. si supra mensuram sit,nocet, quia scriptum est:Noli esse multũ sapiens. Et Paulus
2.Cor.12. docuit secundum mensuram dari diuisionem gratiarum,cum dicit:Quia unicuique
datur manifestatio spiritus ad utilitatem,alij sermo sapientiæ,alij sermo scientiæ se-
cundũ eundẽ spiritum,alteri fides in eodem spiritu,alij gratia sanitatum in uno spi
ritu,& diuidi eam gratiam secundũ uoluntatẽ spiritus. Quod diuidit æquitatis est,
quod aũt secundũ uoluntatẽ suã diuidit,potestatis. Vel quia id uelit unicuiq; cõfer-
re,quod profuturum nouerit.Gomor ergo mensura est, & mẽsura uini quod lætifi
cat cor hominis.Quid aũt nisi sapiẽtiæ potus,iocũditas cordis est? Hoc est illud ui-
nũ quod miscuit in cratere sapiẽtia,& offert bibendũ, ut sumamus nobis sobrietatẽ
& prudentiã,quod ea æqualitate tranffundi oportet sensibus & cogitationibus no
stris,& oibus motibus, quia intra hãc nostrã sunt domũ,ut sciamus posse abũdare
omnibus,deficere nulli.Plenius autem de sanguine Christi intelligitur,cuius ad gra
tiam nil minuit,nihil adaugetur.Etsi parũ sumas,& si plurimũ haurias, cadẽ perfe
cta est omnibus mẽsura redẽptionis.Pascha quoq; domini, hoc est, agnũ ita pa-
tres epulari iubẽt,ut secũdũ numerũ animarũ epulẽt suarũ.Neq; plures neq; pau-
ciores,neq; alijs plus dari,alijs minus,sed secundũ animas singulorũ.Ne aut fortio-
res amplius sumãt,aut infirmiores minus. Gratia em̃ æqualis singulis diuidit, redẽ
ptio diuidit,donũ diuidit.Neq; plures oportet esse,ne quis uacuus spei & redẽpti
ois recedat.Plures sunt qñ aliq extra numerũ sunt,sancti nũerati sunt oẽs & capilli
eorum.

A eorum.Cognouit enim dominus qui sunt ipsius. Neq; pauciores,ne magnitudine
gratiæ sit ad recipiẽdum infirmior.Et ideo omnes æqualitate deuotionis & fidei de
ferre præcepit ad pascha domini,id est, ad transitum.Pascha autem est,quando a-
nima irrationabilem deponit passionem,sumit autem bonam cõpassionem,ut cõ-
patiatur Christo, & transitum eius in se suscipiat,ut inhabitet in ea & deambulet,
& fiat eius deus. Gratia itaq; æqualis per oẽs,uirtus aũt diuersa in singulis. Vnus-
quisq; ergo portionem cõpetentem suis uiribus sumat,ne aut fortior indigeat, aut
oneretur infirmior.Habes hoc in euangelio,quia merces æqualis omnibus soluitur Matth.20.
in uinea laborantibus,sed pauci ad brauium,pauci ad coronã perueniũt, pauci di-
cunt:Reposita est mihi corona iustiçiæ.Alia est enim merces liberalitatis & gratiæ, 2.Timot.4.
aliud uirtutis stipendium,laboris remuneratio. Ergo didrachmum redemptio est,
immo dimidium didrachmi. Redimit autem nos à morte,redimit à seruitute,ne su
biecti simus mundo,cui renunciamus. Vnde dominus in euangelio dicit ad Petrũ, Matth.17.
ut uadat ad mare,& mittat hamum, in ore piscis inuentum staterem sumat, & det
pro domino & pro se,exigentibus didrachma.Hoc est igitur didrachma quod exi-
gebatur secundũ legem,sed non debebat illud filius regis,sed alienus.Quid enim se
Christus redimeret ab hoc mundo,qui uenerat ut tolleret peccatum mũdi? Quid se
à peccato redimeret,qui descenderat ut omnibus peccatum dimitteret? Quid redi-
meret à seruitute,qui se exinaniuerat,ut uniuersis libertatem daret? Quid se redime
ret à morte, qui carnem susceperat, ut morte sua omnibus resurrectionem acquire-
ret.Non utique opus habuit redemptione redemptor uniuersorum, sed sicut circũ-
B cisionem accepit ut legem impleret, & ad baptismum uenit ut impleret iusticiam,
ita etiam didrachma exigentibus solutionem nõ recusauit, statim staterem pro di-
drachma iussit pro se & Petro dari. Maluit enim supra legem soluere, q̃ id quod hic allegorizat est Ambros.
erat legis negare. Ostendit autem contra legem Iudæos facere, qui ab uno didra-
chmum exigerent, cum dimidium didrachmi exigendum Moyses præscripserit.Et
ideo & pro se & pro Petro tanquam singulas drachmas in statere solui mandauit.
Bonus autem census Christi, qui statere soluitur, quia statera iusticia est, iusticia
autem supra legem. Denique finis legis Christus est,ad iusticiam omni credenti:
Hic stater in ore piscis inuenitur, illius piscis quem capiunt piscatores hominum,il- Rom.10.
lius piscis qui ponderat sermones suos, ut igne examinatos proferat. Hunc state-
rem nescierunt Iudæi,quem proditori dederunt. Lex autem dimidium didrachmi
pro redẽptione animæ exigit, quam drachmã deo deputat, quia totũ didrachmũ
uendicare non poterat. Vix enim in Iudæo uel portio deuotionis poterat inuestiga
ri.Qui autem uerus est liber,uerus Hebræus,totus est dei,totum quod habet, liber Exo.21.
tatis est. Nihil habet illius, qui libertatem recusat dicens:Dilexi dominum meum,
& uxorem, & infantes,non abibo liber.Quod non solum ad dominum sed etiã ad
suos refertur infirmitatem,qui se subiecerit mundo, quod diligat mundum uel men
tem suã,id est,non huius autorẽ uoluntatis. Nec solũ ad uxorẽ sed etiã ad delecta-
tionem referẽ,quæ domesticam non illã æternam curã suscipit.Huic ergo ad limen
& ostium suũ dominus suus aurem pertundit,ut meminerit sermonis sui quo serui
tutẽ elegit.Et ideo tu Christiane istum ne imiteris,quia tibi scriptũ est,non ut didra
chmi dimidium(si tamen uis perfectus esse)deo offeras, sed ut omnia tua uẽdas, & Matth.19.
des pauperibus. Nec ut portionẽ seruitutis mũdo reserues, sed ut totũ te abneges,
& domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & domini crucem tollas,& sequaris eum. Cognouimus itaq; ideo dimidium didra
chmi lege postulari, quia dimidium generi huius mundi seruabatur,id est,conuer
sationi seculari,& usui domestico,& posteritati reseruabatur, quibus necesse erat &
sortem ex sorte,id est,transmissionis deputari. Vnde & dominus tentãtibus se pha
risæis subdola interrogatiõe,utrum suaderet censum dari Cæsari, respondit: Quid
me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei dena
riũ, in quo erat imago Cæsaris. Ait illis:Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari,& quæ
sunt dei,deo. Ostendens illos ita esse imperfectos,qui sibi perfecti uiderent, ut pri
us Cæsari quàm deo soluerẽt. Quibus enim prior esset cura mundi,ab ijs prius sol
uẽdum foret quod erat mũdi. Vnde & ait: Reddite,id est,uos reddite quæ sunt Cæ
Daniel.1. saris,apud quos figura & imago inuenitur Cæsaris. Illi ergo hebræi pueri Anani
as Azarias Misaël,ille Daniel sapientior,qui non adorauerunt imaginem regis,qui
non receperunt eam,qui nihil de illa mensa regis accipiebant,non tenebantur ad so
lutionem tributi. Nihil enim eorum quæ sub rege terreno erant possidebant. Ergo
eorum imitatores non soluũt tributum,quibus portio deus est. Ideo dominus ait:
Reddite,id est, uos reddite qui protulistis imaginem Cæsaris,apud quos inuenit,
Ioan.14. ego autem nihil debeo Cæsari,quia nihil huius mundi habeo. Venit em̃ huius mũ
di princeps,& in me inueniet nihil. Nihil debet Petrus ,nihil apostoli mei,quia non
sunt de hoc mundo. Et si in hoc mundo sunt,ego misi eos in hũc mundum . Sed iã
non sunt de hoc mundo,quia mecum sunt supra mũdum. Ergo quod diuinæ legis
est,solui iubetur,non quod Cæsaris. Et tamen & ipsum perfectus,id est prædicator
D euangelij iam non debebat,qui plus prædicabat. Non debebat filius dei,non debe
bat & Petrus in adoptionem à patre ascitus per gratiam , sed ne scandalizentur in
quit: Vade ad mare & mitte hamum,& eum piscem qui primus ascenderit tolle,&
Matth.17. aperto ore eius inuenies ibi staterem,illum sumẽs da ijs pro me & te. O magna my
steria,dat dimidium didrachmi quod lex iubebat,& non negat quod legis est, qua
si factus ex muliere sub lege,factus secundum incarnationem locutus sum. Ex muli
ere secũdum sexum,mulier sexus est,uirgo species. sexus generis, uirgo integritatis.
In quo ergo uenit sub lege,in eo factus est ex muliere, id est,in corpore . Et ideo di
drachma solui iubet pro se & Petro,quia uterq; sub lege generati. Iubet ergo secun
dum legem solui,ut eos qui sub lege erant redimeret. Et tamen staterem dari iubet,
quo uectes imponerent ori suo,ne ex multiloquio peccatum admitterent . Et iubet
dari in ore piscis repertum,ut agnoscerent uerbum. Qui enim quod legis est exige
bant,cur quod legis est nesciebant? Verbum enim dei ignorare non debebant, qa
Dent.30. scriptum est: Prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo. Totum igit̃ didrachmũ
Roma.10. deo soluit qui seculo nihil reseruauit. Deo enim iusticia soluitur, quæ est mentis so
brietas. Deo soluit̃ sermonis custodia,quæ est sermonis sobrietas. Corde enim cre
ditur ad iusticiam,ore autem confessio fit ad salutem . Potest autem & drachma &
ueteri testamento accipi, didrachmum pro utriusq; testamẽti precio,quia secundũ
legem unusquisq; per legem redimebatur. Qui autem secundum euangelium redi
mitur,soluit drachmam secundum legem,sanguine redimitur Christi secundũ gra
tiam,geminam habens redemptionem & deuotionis & sanguinis. Nec enim fides
sola ad perfectionem satis est,nisi etiam baptismatis adipiscatur gratiam, & sangui
nem Christi redemptus accipiat. Bona ergo drachma quæ deo soluitur. Nõ est dra
chma

A chma denarius sed diuersum est. Deniq; in denario imago Cæsaris est,in drachma
imago dei. Quia unius est dei,ad imitationẽ ipsius,ab uno incipit,& in infinitũ dis
funditur. Et iterum de infinito numero in unum quasi in finem omnia reuertuntur.
Quia deus,& principium,& finis omnium est. Vnde nec numerum monada,sed ele
mentum numeri quibus ea cura est appellauerunt. Et hoc propterea diximus, quia
scriptum est,Ego sum α.& ω. primus & nouissimus,Et audi Israël,Dominus deus tu
us deus unus est. Et tu ergo ad similitudinem domini unus esto atque idem. Non Apoc.1.
hodie sobrius,cras ebriosus,hodie pacificus,crastina die litigiosus,hodie frugi,crasti
na die incontinens. Mutatur enim unusquisque morum uarietate,& fit alter in quo
non agnoscitur quod fuit,& incipit esse quod non fuit sui degener. Graue est enim
mutari in peius,sed esto sicut imago in drachma immutabilis eundem habitum ser
uans. Quotidie uidens drachmam,attende imaginem,hoc est uidens legem, atten
de in lege imaginem dei Christum. Quia ipse imago dei inuisibilis & incorruptibi
lis,luceat tibi uelut in speculo legis. Confitere eum in lege, ut eum in euangelio reco
gnoscas. Si cognouisti in mandatis, recognosces in operibus. Vale, & si non infru
ctuose didrachmum istud commissum mihi arbitraris, iterum si quid habes, com
mittere ne dubitaueris.

Sancti Ambrosij ad Simplicianũ,explicantis quid sibi uelit quod Moyses post
oblatũ sacrificiũ & immolatas domino salutares hostias,dimidiam partem sangui
nis in crateras miserit,dimidiam autem ad altare fuderit,Epistola. II.

B AMBROSIVS Simpliciano. Motum te cum legeres, significasti mihi,quid
sibi uelit,quod Moyses post oblatum sacrificiũ & immolatas domino salu
tares hostias dimidiam partem sanguinis in crateras miserit, dimidiam
autem ad altare effuderit. Sed quid est quod ipse dubites, & à nobis requiras, cum
fidei & acquirendæ cognitionis diuinæ gratia totum orbem peragraueris, & quoti
dianæ lectioni nocturnis ac diurnis uicibus omne uitæ huius tempus deputaueris,
acri præsertim ingenio etiam intelligibilia conplectens? Vtpote qui etiam philoso
phiæ libros quàm à uero sint deuij demõstrare soleas,& pleroscq; tam inanes esse,ut
prius scribentum in suis scriptis sermo quàm uita eorum defecerit. Tamen quia col
latio sermonis ut pecuniæ,magno est usui, atque ea maximus in commune emolu
mentum negociationis profectus paratur,quod mirabilis sit ista sanguinis diuisio,
reticere non queo. Pars enim eius moralem sapientiæ disciplinam uidetur significa
re,pars mysticam. Illa quæ in crateras mittitur,moralis est,hæc quæ ad altare effun
ditur,mystica,eo quod diuino munere & aspiratione quadam humanis infundatur
mentibus,ut conuenientia & fidei plena de deo sentiant. Deniq; qui locuti sunt de
ius maiestate & de cœlestibus,uel apostoli,uel sancti prophetæ,non nisi ex reuela
tione demonstrata sibi loqui ausi sunt. Vnde Paulus & raptum se in paradisum, & 2.Cor.12.
audisse se uerba quæ non licet homini loqui, in epistola sua testificatus est. Ste
phanus quoq; uidit cœlos apertos,& Iesum ad dexteram dei stantẽ. Et Esaias pro Esa.6.
pheta uidit sedentem. Nam de Moyse quid loquar,de quo dicit scriptura, quod nõ
surrexit amplius prophetа in Israel sicut Moyses, qui uidit dominũ facie ad faciem
in omnibus signis & prodigijs, quæ fecit in terra Ægypti. Mystica ergo deo libant̃,
qui splendore diuinæ sapientiæ, cuius pater & genitor est, inflammat animæ uigo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rem,ac mentem illuminat.Sapientia autem dei Christus,in cuius pectore recumbebat Ioannes, ut de principali illo secreto(que) sapientiæ hausisse diuina proderetur mysteria. Denique ipse conscius muneris hoc scripsit, qui sibi quod acceperat uendicare, & suo assignare ingenio reformidabat.Sed & ipse dominus dicebat apostolis os suum aperiens,Accipite spiritumsanctum,quo declarauit se esse,qui Moysi dixerat, Ioan. 20. Exo. 4. Ego aperiam os tuum,& instruam te quid debeas loqui. Ergo hæc sapientia diuina enarrabilis,impermixta atq; incorrupta sanctorũ animis sui infundit gratiam, & cognitionem reuelat,ut speculentur eius gloriam.Illa autem moralis sapientiæ disciplina est,quæ mittitur in crateras,& ex illis percipitur atq; hauritur. Crateres igitur sensuum receptacula.Crateres oculi sunt dicto,aures sunt,nares sunt,os quoq; & alię partes conuenientes muneri. Oculi enim usum recipiũt & ministrant,auditum aures,odorem nares,ora gustatum, & cætera. In istos crateres uerbum illud in quo est principatus sacerdotij uel prophetæ,effundit sanguinis sui partes,ut uiuificet atque animet irrationabiles portiones,& faciat rationabiles. Deinq; ubi legis diuinæ præcepta numerauit atq; annunciauit populo, Theoriam postea intelligibilis illius aręæ testimonij uel cãdelabri uel thymiamatis locuturus immolauit hostias & libauit.Sanguinis partem infundens altaribus sacris, partem autem infudit cratęribus. Fit ergo diuisio mysticæ illius,hoc est,diuinæ moralisq; sapientiæ. λόγος enim diuisor est animarum atq; uirtutum. λόγος autem uerbum dei ualidum & acutũ quod pertransiit & penetrat usq; ad diuisionem animæ, uirtutes quoq; distinguit & dividit,cuius minister Moyses diuisione sanguinis uirtutum genera distinxit.Et quia nihil præ cæteris in lege,nisi Christi aduentus annunciatur,atq; eius prę figuratur passio,uide ne ista sit hostia salutaris,quam uerbum deus in semetipso obtulit,atque in suo immolauit corpore,Quod primo moralem in euangelio sed etiam in lege docuit disciplinam,& in sua patientia atq; in ipso actu & opere monstrauit,tanquam in crateras ita in mores nostros sensusq; transfundens, uelut substantiam quandam & uitalia ipsa sapientiæ,quibus mentes hominum uiuificauit ad uirtutis seminariũ & institutа pietatis,deinde accedens ad altare effudit hostiæ suæ sanguinem. Itaq; siue ita hæc accipias,pius ut arbitror sensus est,siue secundum Salomonem uelis,ocurrit æque.Vt quia sanguinẽ misit in crateras Moyses propheta, cognoscas ipsum esse sanguinem,de quo scriptum est,quia sapientia miscuit in cratere uinum suũ dicens,ut relinquerent insipientiam & quærerent sapientiam.Hauritur ergo de cratere sapientia,hauritur disciplina,hauritur intellectus,hauritur correctio,hauritur uitæ emendatio, hauritur morum & consiliorum temperatio, pietatis gratia, uirtutis incrementorum,fons ubertatis. Quod uero ad altare effundit sanguinem, intelligere licet ablutionem mundi,remissionem omnium peccatorum. Etenim sanguinem illum ad altare quasi hostiam effundit ad multorum exhaurienda peccata. Agnus enim hostia est, sed agnus non irrationabilis naturæ sed diuinæ potentiæ, de quo dictum est,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccatum mundi.Non solum enim mundauit sanguine delicta uniuersorum,sed etiam diuina potestate donauit. An non tibi uidetur effudisse sanguinem suum, de cuius latere supra ipsum passionis altare aqua cucurrit & sanguis? Vale & nos parentis affectu dilige,ut facis.

Prouerb. 9. Ioan.1.

Diui

A Diui Ambrosij ad Simplicianũ,causam reddens Cur Moyses propheta maximus inueniatur magis Aaron fratris consiliũ quàm suũ probasse, Cur etiam tam difficile tanq; rarũ sit pœnitentiã peccati gerere in hac uita homini, Epistola. III.

AMBROSIVS Simpliciano.Quantus sit unusquisq; in suo munere, exemplo debet esse lectio,quæ iure te mouit, quod Moyses ille quo nemo præsentius deum uidit,neq; surrexit amplius in Israël propheta qui deum, facie ad faciem sicut Moyses uideret,ille qui quadraginta diebus cũ deo iugiter & noctibus fuit,cum legem acciperet in monte,ille inquam cui deus dabat quos loqueretur sermones,inuenitur magis Aaron fratris consilium quàm suum probasse. Fuit ergo quisquam hominũ Moyse prędentior & instructior? Atq; ipsum Aaron postea cum Maria circa Æthiopissæ personam legimus errasse,sed hoc ipsum diligenter discute, ubi Moyses scientia præponderet, ubi Aaron consilio. Moyses magnus propheta qui de Christo dixit,Sicut meipsum audietis,& de quo ipse dominus ait, Si Moysen & prophetas nõ audiunt:nec si quis ex mortuis ad illos abierit credent. Ergo in causa prophetiæ,præfertur Moyses sicut propheta.Vbi autem causa & munus & officiũ sacerdotij est,præfertur Aaron sicut sacerdos.Tractemus ergo ipsum locũ. Immolatus erat hircus pro peccato,& oblatus in holocaustũ. Quæsiuit eum postea Moyses,& cõbustus erat.Et iratus est Moyses ad filios Aarõ Eleazar & Ithamar,qui superfuerant,dicens, Quare non manducastis quod oblatum est pro peccato in loco sancto? Quoniamquidem sancta sanctorum sunt hæc uobis manducare,ut auferatis peccatum synagogæ,& intus manducandũ esse, sicut mihi præceptũ est ait.Cum ergo iratum eum uidisset Aaron,placide respondit ei,Si hodie obtulerint pro peccato suo holocausta sua contra dominum,& acciderint mihi talia,manducabo quod pro peccato obtulerunt hodie? nunquid placebit domino? Et audiuit Moyses & placuit illi. Quid ista significent consideremus. Nihil peccare,solius est dei,emendare sapientis est,& corrigere erratũ,& pœnitentiam gerere peccati. Id tamen est difficile in hac uita hominum. Quid enim tam rarum quàm ut inuenias uirum qui seipsum coarguat,& factum cõdemnet suum? Rara itaq; confessio de peccato,rara pœnitentia,rara in hominibus uerbi eius assertio. Repugnat enim natura,repugnat uerecundia.Natura,quia omnes sub peccato,& qui carnem gerit culpæ obnoxius est. Ergo repugnat natura carnis & illecebra seculi,innocentiæ,integritatiq;.Repugnat etiam uerecundia,quia erubescit unusquisq; propriam culpam fateri,dum præsentia magis quàm futura cogitat.Studebat autem Moyses peccati uacuam reperire animam,ut exuuias erroris deponeret,& nuda culpæ sine ullo sui pudore discederet.Sed non inuenit,quia cito impetus irrationabilis præuenit,& flamma quædam celerrimi motus animam depascitur,atq; exurit eius innocentiam.Præponderant enim futuris præsentia, & uiolenta moderatis, & plura paucioribus, & iocunda serijs, & asperis mollia,& tristibus læta, & illecebrosa rigidioribus, & præpropera tardioribus.Velox enim est iniquitas,quæ ad nocendum occasiones suggerit,quia ucloces pedes eius ad effundendum sanguinem.Lenta autem uirtus omnis & diuturna cunctatrix ante iudicat,& adorienda incipit. Ira mens boni, speculatrix consiliorum suorum est, priusq; examinat quid decorum atq; honestum,iniquitas uero opere cogitationem anteuertit. Pigra igitur & uerecunda est pœnitentia, quia

B

Exo.34. Deut.34. Luc.16. Leuit.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C premitur & reuocatur præsentium pudore. Solis enim intendit futuris, quorũ spes
sera, tardior fructus, & ideo petitio ipsa tardior. Inter hæc spei & uirtutis molimina
præcurrit impudentia, & specie præsentium pœnitentia excluditur, & tanquam exu-
ritur affectus eius, & huiusmodi aboletur in uitijs. Quærit eam lex, & non inuenit.
Ambusta est enim feruore & fumo iniquitatis, & indignatio quædam legis mouet.
Dicit Moyses, deuorandam fuisse pœnitentiam in sanctissanctorũ, sacerdotes qua-
si segniores increpat. Respondit Aaron, prouidum debere esse iudicium sacerdota-
le: nec facile male sanæ conscientiæ commitendum id muneris, ne fiat error deterior
priore. Vase enim fœtido uel oleum uel uinum facile corrumpitur ac deterioratur.
Quomodo autem poterat, ubi ignis alienus erat, peccatum exuri, & hoc sub conspe
ctu domini cui & occulta sunt cognita? Nũquid potest placere domino si quis cum
adhuc uersetur in iniquitatibus, & iniusticiam corde inclusam teneat, dicat se agere
pœnitentiam? Simile est ac si quis æger se sanum simulet, magis ægrotabit. Quia ni
hil ei prodesse potest simulatio sanitatis, cum uerbo adumbretur, non ullo fulciatur
subsidio uirtutis. Ignis itaq; alienus est libido. Ignis alienus est omne iniustæ incen-
dium cupiditatis. Ignis est alienus omnis ardor auariciæ. Hoc igni nemo mundatur
Leuit.10. sed exuritur. Nam ubi iste ignis alienus est, si quis in conspectu se offerat domini,
ignis eum cœlestis absumit, sicut Abiud & Nadab quos exussit ignis cœlestis, pari-
ter cum ijs quæ pro peccato sacris fuerant oblata altaribus. Qui ergo uult mundare
peccatum suum, ignem à se remoueat alienũ, Illi soli igitur se offerat qui culpam nõ
hominem exurit. Qui sit iste ignis, audi dicentẽ, Quia Iesus baptizat in spiritu sanc-
D to & igni. Hic est ignis qui siccauit hæmorrhoussæ per duodecim annos sanguinẽ
Luc.19. profluentem. Hic est qui peccatum Zachæi abstulit dicentis, Quod dimidium bo-
norum suorum daret pauperibus, & si cui quicquam abstulit, redderet quadruplũ.
Hic est ignis qui absterſit culpam latronis. Ignis enim cõsumens est qui dixit ei, Ho-
die mecum eris in paradiso. Illos itaq; sanauit, in quibus simplicem & puram repp̃e
rit confessionem, nihil malignum, nihil fraudulentum. Deniq; Iudas ad remedium
peruenire non potuit, cum diceret, Peccaui quod tradiderim sanguinem iustum: qui
alienũ ignem uoluebat in pectore suo, qui eum inflammauit ad laqueũ. Indignus
enim remedio fuit, quia non intimo mentis conuersus ingemuit, & sedulo gessit pœ-
nitentiam. Tantæ enim pietatis est dominus Iesus, ut & ipsi donaret ueniam, si Chri
sti expectasset misericordiam. Hanc ergo culpam sacerdotes non auferunt, neq; pec-
catum eius qui in dolo se offert, & adhuc in studio delinquendi est. Non enim pos-
sunt epulari in eo quod plenum fraudis & serpentis interius cicatricis est. Cibus enim
Ioan. 4. sacerdotis est in peccatorum remissione. Vnde ait princeps sacerdotũ, Meus cibus
est ut faciam uoluntatem patris mei qui in cœlo est. Quæ est uoluntas dei, nisi ea, cũ
conuersus ingemueris, tunc saluus eris. In illo ergo subdolo cibus nullus est. Deniq;
nec ipse epulandi suauitatẽ capere potest in quo non syncera & pura conscientia est.
Amaritudo enim fraudis epulandi suauitatem obducit: nec permittit mala conscien
tia, ut reficiat & pascat obnoxium animum pœnitentia. Ideo ergo talis affectus, ta-
lis petitio, talis pœnitentia non est usui aut uoluptati sacerdotibus. Meritoq; hircus
ille qui pro peccato oblatus est in holocaustũ, quia non fuit syncera hostia, exustus
est, quia in eius sacrificio ignis alienus repertus est. Non est itaq; complacitum & ac-
ceptum sacrificium deo. Non est enim acceptum nisi quod fuerit in diuitijs sinceri-
tis &

A tis & ueritatis probatum. Ideo & alibi legis duos hircos, unum in quo sors domini, Leuit.16.
alterum transmissionis, Illum in quo sors domini, offerri atq; immolari pro pecca
to, illum uero in quo sors transmissionis, dimitti in desertũ, ut accipiat populi iniqui
tates, uel alicuius peccatoris. Sicut enim duo sunt in agro, & unus eorum assumitur, Matth.24.
alius derelinquitur, ita sunt duo hirci, unus qui ad sacrificium est utilis, alius qui in
desertum dimittitur. Hic nulli usui neq; edendus neq; epulandus à sacerdotũ filijs.
Sicut enim ex ijs quæ alimentorum sunt, quod bonum est editur, quod inutile aut
malum, proijcitur, Ita & bona opera epulatoria dicimus, quæ sunt esui. Non place-
bit ergo domino, si manducet sacerdos sacrificium in quo fraus sit oblationis, nõ se-
dulæ confessionis syncritas. Et ideo hircus iste in desertum dimittendus est, ubi er-
rauerunt patres nostri, errauerunt in eo & non potuerunt ad resurrectionis terram
peruenire, sed interijt à terra memoriã eorum. Denique quæ sunt epulatoria opera
audi. Et erunt sabbata terræ nobis escæ. Epulatoria enim & refectoria requies in deo,
quæ facit animi tranquillitatem. Vnde & nos etiam in sermone requiescamus. Va-
le, & nos ut diligis dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæum, declarantis quomodo intelligendum sit quod in
Exodo legitur, Abominanda apud Ægyptios immolemus deo. Qualibus præte-
rea ductoribus & qua uia ad ecclesiam Christi perueniatur, Qui illam ingredian-
tur, & quid eis in ipsa sit agendum, Epistola. IIII.

B AMBROSIVS Irenæo. Moueri te significasti mihi eo quod legeris, Abo- Exo.8.
minanda apud Ægyptios immolemus deo. Sed habuisti quo istud solue
res, quia in Genesi scriptum est, quod Ægyptij pastorem pecorum abomi
nabantur. Non utiq; propter hominem sed propter pecora. Illi enim aratro terram
inuertebant. Abraam autem & Iacob & postea Moyses, Dauid, pastores fuerunt,
regalem quandã in hoc munere disciplinam induentes. Oderant ergo Ægyptij im-
molata sacrificia, id est, perfecta studia uirtutum & plena disciplinæ. Quod ergo ui-
tiosi oderunt, hoc apud bonos syncerum ac pium est. Opus uirtutis detestatur luxu
riosus helluo, refugit Ægyptius: ita corpus quod illecebras diligit auersatur animæ
uirtutes, abominatur imperium, refugit uirtutũ disciplinas, & omnia opera quæ hu-
iusmodi sunt. Quæ ergo Ægyptius refugit, Ægyptius ille & nõ homo, hæc tu am-
plectere, qui habes humanitatis scientiam. Illa autẽ declina, quæ illi sequuntur atq;
eligunt, quoniam duo sibi ista congruere nõ possunt, prudentia & insipientia. Itaq;
sicut ijs quæ in quodam censu imprudentiæ atq; intemperantiæ sunt abdicat se pru
dentia, abdicat continentia, ita eorũ omnis exors insipiens est atq; incontinens, quæ
in bonis atq; in hæreditate sapientis uiri sunt & continentis. Deniq; sanctæ illæ tali
coniugio Lia & Rachel, una laboriosa, altera aspiratio fortis, refugientes non gene-
ris necessitudinem sed morum discrepantiam, cum uiri exerciti Iacob sermone edo-
cti essent quod uellet discedere, ut Laban & filiorum eius inuidiam declinaret atq;
ignauiam, responderunt, Nunquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris Gene.31.
nostri, & non sicut alienæ existimamur ei? Vendidit enim nos & deuorauit precij
nostrum. Ecce primum quia ignauus & inuidus laboriosam & disciplinæ tenacem
alienat à se ac defugit, seseq; cupit separare. Quoniam eas oneri esse cernit sibi &
putat se lucrum fecisse quod alienauit eas, & hoc esse suum precium iudicat, eumq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

C fructum uoluptatis suæ. Nunc audiamus, quomodo quæ habet uirtus, non habeat ignauia. Aiunt enim omnes diuitiæ & gloria, quam tulit deus patri nostro, nobis eric & filijs nostris. Merito deo arbitro dicunt esse sublata, quia ipse est auctor bono rum, cuius gratia ignaui exuuntur, quia decorem hæreditatis diuinæ capere impro bi atq; infirmi non queunt, succedit autem intentus, & spiritum in se fortis habens. Quis autem fortis nisi solus deus, qui omnia coercet & regit? His ergo debetur hæreditas dei. Vnde & Esaias dicit. Est hæreditas credẽtibus in domino. Et pulchre ait, Est hæreditas, ipsa enim sola hæreditas est, alia non est. Neq; enim cæcus thesaurus hæreditas est, neq; caduca omnia hæreditatis habent commodũ. Sola est illa hæreditas, in quibus est portio deus· Vnde sanctus domini dicit, Portio mea dominus. Et alibi, Hæres factus sum testimoniorũ tuorũ. Videas quæ possideat iustus, mandata dei, oracula eius, præcepta eius. In his diues est, his pascitur, in his delectatur quasi in omnibus diuitijs. Hæc ergo possidentes Lia & Rachel, opes patrias non requirebant, in quibus erat pecunia adultera, irrationabilis species, & spiritualis expers uigoris, Denicq; quasi diuites & liberæ nõ eum diuitem sed egentem arbitrabantur. Omnis enim bonarum & liberalium consors disciplinarum neminem inspi entium diuitem putat, sed inopem atque egenũ, abiectũ quoque, & si regalibus diuitijs affluat, & superbus auro suam iactet potentiam. Fugienda est igitur taliũ so cietas, & si aliqua generis copulentur necessitudine. Noxiæ sunt enim cõuersationes cum insipientibus & inficiunt sobriam mentem ac decolorant. Quia sicut adhærens sancto sanctus eris, ita cũ peruerso peruersus eris. Frequenter eñ accidit ut quis con

D tra propositũ suũ, intemperantẽ audiens, cũ uelit ipse cõtinentiæ disciplinam tenere, fuco insipientiæ coloretur, meritoq; cõtrariæ sibi sunt, & repugnantes disciplina atq; insolentia. Vnde cũ uir exercitatus earũ sententiam quæreret, uocem emittũt probatæ iam diuturno exercitio uirtutis. Nunquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri? Id est cõsulis nos utrũ uelimus ab eo recedere? Quasi uero non cognoueris quod nullam habeamus cupiditatem eius societatis, neq; nos dulcis pluribus secularibus diuitiarũ cupiditas teneat, aut lætitia luxuriæ. Hæc sunt quæ nos miseria aliena nobis duximus. Hæc sunt quæ plena inopiæ atq; egestatis arbitramur. Adijciũt etiam causam successionis, quia uerã gloriam & boni thesauri copias amisit Laban, in quibus maximus uigor datus est mentis, & bona moneta imaginis dei & similitudinis, quia spiritualem monetam amisit, quia splendida magis seculi elegit quàm uera & utilia uitæ suæ, quorũ decor expertẽ diuinorũ bonorũ præterit. Quoniam ille quæ putat pulchra, in ijs se fallit ipsum & decipit. Vnde audi eius uerba & iudicia. Secutus sanctũ Iacob & filias suas, ne forte apud eas suorũ uitiorũ reperiret aliquid, & reuocandi ad se haberet auctoritatem, coarguens iustũ, cum ratione esset redargutus, & nihil respondere ac referre posset, quo eum deberet tenere, Si annunciasses, inquit, mihi, emisissem te. In quo prodidit quid iustus fugerit, ne cum proqueretur, ne deduceret, ne tali comitatu stipatus procederet. Primũ quod multorum dominorũ mancipio se subijcere nõ debuit, ut ab eo tanquã seruulus dimitteretur. Deinde quia uir exercitio intentus & quærens ueram uiam ad uirtutẽ persequi, non hominem deductorem sed oracula quæsiuit cœlestia. Quæ mẽ inquit, hinc præcepe runt abire, & nunc comitantur uiantem, Sed quomodo me dimisisses? An cum lætitia tua, quæ plena est mœstitudinis, cum tympanis scilicet atque organis immodera

ta mo-

A ta modulantibus, & sonis tibiarum suauibus insuauia resultantibus, sonis dissonis, crepitibus discrepantibus, uocibus mutis, cymbalis animam ferientibus. His me delectari posse credidisti? his reuocari? Hæc sunt quæ ego fugi: nec uereor uerborum tuorum inuidiam. Fugi, ne me talia sequerentur, ne quid de tuis accipiens abirem. Non enim talibus deductoribus ad ecclesiam Christi peruenitur, ad quam tendebat Iacob, ut eò deduceret populorum copias, inueheret nationum diuitias, posteritatem infunderet, fugiens umbram inanium rerum, præferens insensibilibus simula eris uirtutum spirantem decorem, plausibilibus præponens seria. Vides enim quem admodum conuiuia gentiles adornent, festa annuncient, sed ea pijs mentibus infesliora sunt: quia ijs plericq; decipiuntur, dulcibus capiuntur epulis, capiuntur saltanti um choris, dum ieiunia nostra fugiunt, dum ea sibi aspera putant, dum corpori noxia & molesta arbitrantur. An opinatus es quia aurum tuum desiderarem? Sed nõ habes aurum igne examinatum quo iusti probantur. An quia argentum cuperem? Sed non habes argentum, qui non habes splendorem alloquij cœlestis. Sed fortasse speraui quod adijceres mihi ad obsequium seruulos tuos. Ego uero liberos quæro, fugio seruos peccati. Sed forte comites itineris & duces uiarum necessarij fuerũt. Vtinam sequi possent, ego illis monstrarem domini uias. Sed qui deum nescitis, uias eius quomodo nouistis? Vias eius ingrediuntur electi à domino. Non quicunq; intrant eas, sed tamen nemo excluditur. Sequatur qui paratus est, ingrediatur uiam quæ ducit ad Mesopotamiã, ut qui eam petit, per aquas transeat, aquas Tigris atq; Euphratæ, fortitudinis atq; iusticiæ, per lachrymas pœnitentiæ, baptismum gratiæ.

B In ea est uirtus exercitus dei. Omnes eñ qui sunt in ecclesia, deo militant. In ea est grex ille insignis diuersarum uirtutum, quem Iacob sibi elegit. Omnis enim sine signo anima, indocta & inerudita est, disciplinarum nescia, quæ autem insignita, eadem diues operum, & gratiarum opima. Ad eam qui uenit, iratum fratrem reconciliet ptius, Ad eam qui uenit, Sichimã preciosam illam & actuosam inhabitet uirtutum officinam, ubi læsæ castitatis grauis ultio, Ad eam qui uenit luctetur cum deo, ut ad imitationem eius se exerceat, ad humilitatem Christi & passiones eius congrediatur. Tollat crucem suam & Christum sequatur. Denique bonus congressor non æmulatur, non inflatur, immo etiam benedicit congredientem sibi tali munere. Sequamur ergo sanctum Iacob & uias eius, ut perueniamus ad eas passiones, ad eas congressiones, perueniamus ad murum, perueniamus ad patientiam matrem fideli um, & ad patrem Isaac, id est, iocunditatis capacem, læticiæ redundantem. Vbi iam patientia, ibi lætitia, quia post tribulationes patientia, patientia autẽ probationem operatur, in qua est spes, de qua non confundimur, quoniam qui nõ fuerit confusus crucem Christi, nec Christus confundetur in eo. Vale fili & nõ erubescas patrem interrogare, qui non erubescis in passionibus Christi gloriari.

Diui Ambrosij ad Felicem Comensem episcopum, se & lectione sermonis illius, & spe futuri aduentus refocillatum asserentis, simúlque ut uenire non negligat adhortantis, Epistola. V.

AMBROSIVS Felici Comensi episcopo. Et si habitu corporis minus ualebam, tamẽ ubi sermonẽ unanimis mihi pectoris tui legi, non mediocrem sumpsi ad cõualescendũ gratiam, quasi quodam tui alloquij pulegio refo

Als. Remedio

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tus:simul quia celebrem utriq; nostrum annunciasti diem affore,quo suscepisti gubernacula summi sacerdotij,de quo ante momentū cum fratre nostro Basiliano loquebar. Ortus enim sermo de Basilicæ quam condidit apostolorū nomine,dedicatione,dedit huic sermoni uiam,siquidem significabat quod sedulo tuæ quæreret sanctitatis præsentiam. Tū ego nostris fabulis intexui diem natalis tui, qui foret in exordio ipso kalendarū nouembrium,eumq; (si non fallerer)appropinquasse,& crastina celebrandū die,unde post hac non excusaturum. Promisi ego de te,quoniam & tibi id de me licet. Promisi illi,exegi mihi. Præsumptū enim habeo quod affuturus sis,quia debes adesse. Non ergo te magis meum promissum tenebit quàm tuū insti tutum,qui id in animum indueris,ut quod oportet facias. Aduertis itaq; quia non tam promissi audax,quàm tui conscius,fratri spopondi. Veni igitur ne duos facerdotes redarguas,te qui nō affueris,& me qui tam facile promiserim. Natalem autē tuum prosequemur nostris orationibus,& tu nostri in tuis uotis nō obliuiscaris. Te noster spiritus comitabitur,tu quoq; cum ingredieris secundū tabernaculū quod dicitur sancta sanctorū,facito nostro more,ut nos quoq; tecum inducas cum spiritu. Adolens aureū illud thymiamaterion,nos ne intermiseris. Ipsum est enim quod in secundo tabernaculo est,de quo plena sapientiæ,oratio tua sicut incensum dirigitur ad cœlestia. Ibi arca testamenti undiq; auro tecta,id est,doctrina Christi,doctrina sapientiæ dei. Ibi doliū aureū habēs manna,receptaculū scilicet spiritalis alimoniæ, & diuinæ promptuariū cognitionis. Ibi uirga Aarō insigne sacerdotalis gratiæ arua erat ante,sed in Christo refloruit. Ibi cherubin super tabulas testamenti,lectionis cognitio sacræ. Ibi propitiatoriū,supra quod in excelsis deus uerbū est,imago inuisibilis dei,quod tibi dicit, Loquar tecū desuper propitiatoriū, de medio duorū Cherubin. Sic enim loquitur nobiscū,ut nos eius sermonē intelligamus, uel quia nō mundana sed intelligibilia loquitur,sicut ait,Aperiam in parabolis os meum. Vbi enim Christus,ibi omnia,ibi doctrina eius,ibi peccatorū remissio,ibi gratia, ibi separatio mortuorū ac uiuentiū. Et Aaron quidem semel stetit in medio eorum obijciens se, ne mors transiret ad uiuentiū agmina à funeribus mortuorū. Hic autē quasi uerbū semper stat in singulis, quē nos nō uidemus intra nos, separans rationabiles uirtutes à cadaueribus passionū letalium & pestilentiū cogitationum. Hic stat quasi qui in hunc mundū uenerit,ut aculeum mortis hebetaret, deuoratoriū eius obstrueret, uiuentibus æternitatē gratiæ daret,defunctis resurrectionē concederet. Huic tu militas bonam miliciam,huius depositū custodis,huius pecuniam fœneras,secundum quod scriptū est,Fœnerabis gentibus. Bonū fœnus spiritalis gratiæ, quod ueniens dominus cum usuris exiget,& cū te bene dispensasse inuenerit, dabit tibi plura pro paucioribus,eritq; mihi fructus dulcissimus,quod meū in te iudiciū cōprobabitur. Ordinatio nō reprehenditur quam accepisti per impositionē manuū mearū & benedictionem in nomine domini Iesu. Fac ergo bonū opus, ut in illo die mercedē inuenias,& ego in te,& tu in me requiescamus. Multa messis Christi,sed pauci operarij,& difficile reperiuntur qui adiuuent. Verū hoc uetus,sed potens est dominus qui mittat operarios in messem suam. Certe in illo ordine Comensiū iam plerique cœperunt credere magisterio tuo,& doctrina tua uerbū dei receperūt, sed qui dedit credentes,& adiutores dabit, quo & tibi excusandi auferat necessitas, quod serius nos inuiseris & mihi crebrior tuæ præsentiæ refundat gratia. Vale & nos dilige ut facis.

D

Psal. 77.

Deu. 15.

Diui

A Diui Ambrosij ad Irenæum,pythagoricum mandatum cōmemorantis,quo ille discipulos suos cōmunem atq; usitatam populo uiam ingredi prohibuit. Et ut idem à sacerdotibus obseruetur,multiplici ratione persuadentis. Epistola. VI.

AMBROSIVS Irenæo. Pythagoricum mandatum in aliquorum scriptis prædicari inuenimus,quod ille discipulos suos cōmunem atq; usitatam populo prohibuerit ingredi uiam. Sed hoc unde assumpserit,nō est incognitum. Nam cum ex populo Iudæorum (ut pleriq; arbitrantur) genus duxerit,ex eius disciplina deriuauit etiam magisterij præcepta, meritoq; magnus apud philosophos habitus æqualem (ut aiunt) uix reperit. Legerat itaque in Exodo,Moysi diuino præceptum esse oracolo,Solue calciamentum pedum tuorum. Id etiam præceptum Iesu Naue uidelicet,ut detritæ & popularis uiæ deponeret puluerē,qui uiam dominī ambulare desiderarent. Legerat præceptum eidem Moysi,ut montem cum sacerdotibus ascenderet, populus autem deorsum staret. Separauit igitur sacerdotes à populo,& postea ipsum Moysen introire intro nubem præcepit. Vides diuisiones? Nihil in sacerdotibus plebeium requiri,nihil populare, nihil cōmune cum studio atque usu & moribus inconditæ multitudinis. Sobriam à turbis grauitatem, sectam uitam,singulare pondus dignitas sibi uendicat sacerdotalis. Quomodo enim potest obseruari à populo qui nihil habet secretum à populo dispar à multitudine? Quid enim in te miretur, si sua in te recognoscat, si nihil in te aspiciat, quod ultra se inueniat,si quæ in se erubescit,in te quem reuerendum arbitratur offendat? Superemur igitur plebeias opiniones, & strata quædam gregalis conuersationis ac detritæ uiæ orbitas declinemus,ac uulgaris semitæ solum,quam currit ille,cuius uita leuior cursore,de quo dicitur, Transiuit & non uidit: sed quæramus nobis uiam inaccessam sermonibus insolentium,inuiam operibus imperitorum, quam nullus maculosus deterat,maculosus scilicet ignauiæ suæ sordibus,& fumo iniquitatis oblitus,tenebrisq; & parietinis quibusdam animæ ruinosus, qui nullam uirturis suauitatem gustauerit, aut certe limis eam spectandam magis quàm directo affectu, & aperto sinu mentis suscipiendam arbitratus sit: & quod plerique amant, qui sibi faceti atq; urbani uidentur,pulchritudinem sapientiæ in dedecus uersuriæ transfigurantes, ueram nō intuens gratiam,tanquā in nocte positus nō credit in die uiuentibus. Quia de numero Themanorum & Sabæorum est deficientium & auertentium se à ueritate,de quibus dicit Iob, Videte uias Themanorum & semitas Sabæorum,quia cōfusionem incident qui in ciuitatibus & diuitijs spem habent. Ita & uos insurrexistis in me sine misericordia,unde uiso uulnere meo timete. Has igitē deuias semitas delinantium, & illū deficientiū puluerem, qui propter suam appetentiam ceciderunt sepe in deserto,derelinquamus, Cōuertamur autē & sequamur sapientiæ uiam quā nō calcauerunt filij glorificantiū se & iactantiū,quam interitus ignorat,mors nescit, sola deus direxit eam. Abyssus dixit non est in me,mare dixit nō est mecum. Sed si uis uiam sapientiæ & disciplinæ,colere deū atq; ei subditū esse,sapientia est,abstinere aūtē à peccatis disciplina est. Quid igitē nobis cū istius seculi uia,in qua est tentatio, immo ipsa uita hominis tentatio est,& exilior eq; sermo fabularū, habitare in luteis domibus,dies & noctes in lucris ponere, & de lucris semper cogitare, & sicut mercenarius diurnam mercedē quærere, atq; ut cicadas aiunt,aura quadā pasci cupiditatū? Vere sicut cicadas,qa de die in die uiuunt,questuq; rumpunt suo. Quid

B

Exo. 3.

Iob. 6.

Iob. 28.

em

Universidad de Deusto
Biblioteca

C enim aliud sunt homines nullius ponderis, nullius disciplinæ, nisi ut uideantur sicut cicadæ ad mortem nati diurnam, strepentes magis quàm loquentes? Qui sub ardore feruentium cupiditatum se mulceant cantu sibi noxio statimq; occidant, nullum fructum ferentes, nihil habentes gratiæ. Horum igitur uiæ noxiæ tortuosæq; serpentium, qui uenenato lapsu corporis sese trahunt, atq; in spiram nequiciæ sese colligunt, & erigere non queunt ad cœlestia. Ingrediamur autem portas domini, portas iusticiæ, quas iustus qui fuerit ingressus confitetur domino. Sed hæc paucorum
Matth. 7. ingressio. Vnde dominus ait, Quia angusta porta & arta est uia quæ ducit ad uitã, & pauci sunt qui inueniunt eam. Lata autem porta & spacioſa uia quam multi gradiuntur, ad mortem dirigit, & uiatores suos eò ducit. Sit ergo uia nostra angustior, uirtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis artior, uigor mentis exundans, semitæ rectæ, quia inflexibilia sunt uirtutum uestigia. Vnde Salomon, O qui dereliquerũt semitas rectas sit gressus ad superiora, quia melius est ascendere quàm
Esa. 31. descendere. Deniq; sicut lectum est hodie, Væ ijs qui descendunt in Ægyptũ. Non utiq; transire in Ægyptum, criminosum est, Sed transire in mores Ægyptiorũ, transire in eorũ perfidiam, eicæ cupiditatem, luxuriæ deformitatem, qui eò transit descendit, qui descendit cadit. Declinemus itaq; Ægyptium hominem & nõ deum. Vitijs enim suis etiam ipse rex Ægyptiorũ in potestatẽ est datus, cuius cõparatione Moyses deus existimatus est, imperans regnis, subijciens sibi potestates. Vnde ei dictum
Exo. 7. legimus, Faciam te in deum regi Pharaoni. Vale & nos ut facis, quasi filius dilige.

LIBER SECVNDVS.

Diui Ambrosij ad Simplicianum, eleganter de uera libertate ac etiam seruitu-
D te disputantis, fortissimisq; argumentis solum sapientem uera libertate gaudere, & omnem insipientem seruum esse comprobantis, atque ad illam amplectendam plurimum cohortantis. Epistola. VII.

AMBROSIVS Simpliciano. Proxime cum ueteris amoris usu familiaris inter nos sermo cæderetur, delectari te insinuasti mihi, cum aliquid de Pauli apostoli scriptis coram populo ad disputandũ assumerem, quod eius profundum in consilijs uix cõprehendatur, sublime in sententijs audientem erigat, disputantẽ accendat, tum quia in plerisq; ita seipse suis exponat sermonibus. ut is qui tractat, nihil inueniat quod adijciat suum, ac si uelit aliquid dicere, Grãmatici magis quàm disputatoris fungatur munere. In eo tamen tum quoniam & ueteris affectũ amicitiæ, & quod plus est, paternæ gratiæ amorem recognosco: nam uetustas habet aliquid cum pluribus consociabile, patrius amor non habet: tum quia non ieiune me fecisse iam, quod postulas arbitratus es, parebo uoluntati tuæ: admonitus præsertim & prouocatus exemplo meo, quod mihi non difficillimum, quia non magnũ aliquem sed meipsum imitabor, cum in meos non magnos aliquos usus reuertor. Et de consilijs quidem, cum beatæ uitæ imago atq; effigies nostro sermone exprimeret, putamus eam factam complexionem, ut pluribus fortasse alijs, tibi certe amanti nostri non improbemur, licet difficilius sit tuo iudicio quàm plurium non displicere. Sed iudicij pondus affectu ableuas, eoque mihi blandior. Hæc autem epistola quoniam te absentem offendit, de sententijs Pauli est apostoli, qui nos a seruitute in libertatem uocat dicens,

A dicens, Precio empti estis, nolite fieri serui hominum, ostendens libertatem nostram* in Christi esse sapientia. Quæ sententia magno à philosophis fluctuata atque iactata est disputationis molimine, dicentibus, quia omnis sapiens liber, omnis autem insipiens seruiat. Sed multo hoc prius Dauid filius dixit, qui ait, Stultus sicut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur, non potẽstate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur. Vbi enim sapientia, ibi uirtus animi, ibi constantia & fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur rerũ mutationibus: nec ut paruulus fluctuat ut circunferatur omni uento doctrinæ, sed manet perfectus in Christo, fundatus charitate, radicatus fide. Sapiẽs ergo defectus rerum ignorat, & uarium animũ nescit, sed fulgebit sicut sol iusticiæ, qui in regno patris sui fulget. Vnde tamen hoc plenius hauserit philosophia, de qua patrũ disciplina & prudentia, cõsideremus. Nónne primus Noẽ cum aduertisset quia insipienter filius suus Cham riserat nudatum patrem, maledixit ei dicens, Maledictus Cham, Gene. 9. seruus domesticus erit fratribus suis, & præposuit ei fratres eius dominos, qui sapientiam patris senectutem honorandam putarunt. Nónne etiam fons ille disciplinarum omnium Iacob, ubertatem disputationis huius omnium pectoribus infudit, qui sapientiæ merito prælatus est fratri seniori? Deniq; pater pius qui inter duos filios affectu certaret paterno, sed disceptaret iudicio (Affectus enim necessitudine fertur, meritis autem iudicia formantur) cum diuideret alteri gratiam, alteri misericordiam sapienti gratiam, insipienti misericordiam, quia ad uirtutem se proprijs uiribus erigere non poterat, nec spontaneum gressum attollere, benedixit eum ut seruiret fra-
B tri suo, & esset ipsius seruus, ostendens ita deteriorem esse seruitute insipientiam, ut remedio ei seruitus sit, quia stultus regere se non potest, & nisi moderatorem habeat, præcipitatur proprijs uoluntatibus. Diligens ergo pater & cõsulens, seruum eum fratris sui fecit, ut eius regeretur consilio. Ideo inconsultis populis sapientes quiq; adhibentur rectores, qui plebeiam insipientiam uigore proprio regant, ut potentiæ specie dominentur. Quo uel inuitos auctoritate potestatis subijciant ad obediendum prudentioribus, & obsequendum legibus. Imposuit igitur insipienti uelut indomito iugum, & cui in gladio suo uiuendum dixerat, libertatem negauit, ne temeritate laberetur, præfecit ei fratrem, cuius auctoritate & moderatione subiectus proficeret ad conuersionem. Et quia seruitus habet discretionem (Est enim necessitatis infirmior, uoluntatis fortior, quia pulchrius est bonum quod non ex necessitate fit, sed ex uoluntate) ideo ei primo iugum imposuit necessitatis, postea benedictionem ei uoluntariæ subiectionis impartiuit. Non igitur natura seruum facit sed insipientia, nec manumissio liberum, sed disciplina. Denique Esau liber natus est, & seruus factus est. Ioseph uenditus in seruitutem est, & electus est ad potestatem, ut suis emptoribus imperaret. Non dedignabatur tamen obsequiũ sedulitatis, sed tenebat ueritatis fastigiũ, conseruabat libertatẽ innocentiæ, integritatis auctoritatem. Vnde psallere Psalmista ait, In seruũ uenundatus est Ioseph, humiliauerũt in cõpedibus Psal. 104. pedes eius. In seruum, inquit, uenundatus est, non seruus factus. Humiliauerunt pedes eius, non animam eius. Quomodo enim humiliata est anima, de qua dicit, Ferrum pertransiuit anima eius? Nam cum aliorum animas, peccatum transeat (Ferrum enim peccatum est quod est penetrabile) Ioseph sancti anima ita non patuit peccato, ut magis peccatum ipsa penetraret. Denique nec herilis illecebra flexus

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

C est delinimento: nec immerito flammas non sensit libidinis, quia maiorem diuinæ flagrabat ardorem gratiæ. Vnde & hoc pulchre de eo dictum est, Quia eloquium domini ussit eum, quo restinxit ignitas diaboli sagittas. Quomodo hic seruus, qui erudiuit principes populi in illa frumentaria dispensatione, ut futuræ inopiæ consulerent & declinando prouiderent? Aut quomodo seruus, qui totam terram acquisiuit, & uniuersum populum Ægyptiorum in seruitutem redegit? Non ut conditionē seruitij ignobilis irrogaret, sed ut tributum constitueret, præter possessionem tamē sacerdotalem quam à tributis immunē reseruauit, ut apud Ægyptios quoq; inuiolabilis haberetur religio sacerdotalis. Non fecit igitur eum seruum uenditio. Nam utiq; negociatoribus erat uenditus. Verum si precium spectes, multos inuenies, qui emerunt sibi puellas formæ elegantioris quarum amore capti turpi seruitio sese dederunt. Videbatur Apemē cōcubina Darij regis sedens ad dexteram eius auferens de capite eius diadema, & suo imponens uertici, palmis faciē eius sinistra manu uerberans, quam rex aperto ore intuebatur gaudens si quando arrideret ei mulier, qđ si ea indignaretur, miserum se atq; afflictū putabat, ut potestate submissa blandicias obtexeret & cōciliari sibi eam deprecaretur. Sed quid ista magno allegamus ambitu? Non uidemus plerūq; in potestatem piraticam uel immanium barbarorū redactos parentes à filijs redimi? Nunquid leges pecuniæ potiores quàm leges naturæ? Nunquid in seruitute accrescit pietas? Plericq; emptores leonū sunt & tamen nō dominantur leonibus, sed ita subijciuntur uersa uice, ut si exasperatos eos excitere ceruice toros uiderint, fugiant & delitescant. Nihil ergo præiudicat pecunia, quæ plerumq; sibi dominos emit, nihil tabulæ auctionales, quibus emptor frequenter adimitur atq; addicitur: contractus nō mutat genus, nec sapientiæ libertatem adimit. Denique famulo sapienti multi (ut scriptum est) seruiunt liberi, & est seruus intelligens qui regat dominos stultos. Quem ergo magis liberum censes? Sola est sapientia libera, quæ diuitibus pauperes præficit, & quæ seruos proprijs fœnerare dominis facit, fœnerare nō pecuniam sed intellectum, fœnerare talentū illius dominici æterniq; thesauri, qui nunquam corrūpitur, cuius & usura preciosa est, fœnerare illud intelligibile eloquiorum argentum cœlestiū, de quo lex dicit. Fœnerabis gentibus. Deu. 15. tu autem nō mutuaberis. Quod Hebræus fœnerauit gentibus, ipse autem non accepit à populis doctrinam, sed tradidit, cui aperuit dominus thesaurum suum ut gentes pluuia sermonis sui faceret humescere, & fieret princeps gentium, ipse autem supra se principem nullum haberet. Liber est ergo qui sapiens est, precio emptus oraculorum cœlestiū, illo auro, illo argento emptus sermonis diuini, precioq; emptus sanguinis, non enim minimum est emptorem agnoscere, precio emptus gratiæ, qui Esa. 55. audiuit & intellexit dicentem. Qui sitis, ite ad aquam, & quicunq; non habetis argentum, ite emite & bibite & manducate. Liber est ille qui progrediens in bellum, si uiderit mulierem bonam aspectu, & deprædatus opes inimicorum suorū, repertam illic concupierit eam, demptis superfluis & indumento captiuitatis detracto, in uxorem eam sibi copulauerit, iam nō seruam sed liberam. intelligit enim famulatui prudentiam & disciplinam non subiacere. Ideóque lex dicit, Non uenundabitur pecunia. Omne enim precio sum non est dignum. Et Iob dicit, Attrahe sapientiam in in- Iob. 28. teriora. Non illi comparabitur Æthiopiæ topazion, quod auro habetur argentoq; precio ius. Sed non ille solum liber qui dominum licitatorem nō pertulit, aut tollentem di-

A tem digitum non uidit, sed ille magis liber, qui intra se liber est, qui legibus naturæ liber est, legem sciens naturæ præscriptam esse moribus non cōditionibus, & mensuram officiorum consentaneā nō hominis arbitrio, sed naturæ disciplinis. Vtrum igitur iste liber tibi tantummodo, an quidam cēsor uidetur & præfectus moribus? Vnde uere ait scriptura: Quia pauperes diuitum præpositi erunt, & priuati utiq; ad ministrantium. An tibi liber uidetur qui pecunia suffragium sibi emit? Qui plausum populi magis q̄ iudicium requirit prudentium? Ille ergo liber est qui populari bus auris mouetur? Ille qui reformidat sibilum uulgi? Sed nō ista libertas, quam manumissus accipit, & palma lictoris donatus acquirit. Non enim munificentiam sed uirtutem libertatem esse arbitror, quæ nō suffragijs defertur alienis, sed magnanimitate propria uendicatur ac possidetur. Sapiens enim semper liber, semper honoratus, semper is qui præsit legibus. Deniq; iusto nō erit posita lex, sed iniusto. Iu- 1. Tim. 1.
B stus enim ipse sibi lex est, non habens necesse longius sibi arcessere formam uirtutis quam corde inclusam gerat, scriptum habens opus legis in tabulis cordis sui, cui dictum sit: Bibe aquam de tuis uasis, & de puteorum tuorum fontibus. Quid enim Prou. 5. nobis tam proximum q̄ dei uerbum? Hoc est uerbum in corde nostro & in ore nostro quod non uidemus & tenemus. Sapiens ergo liber, quoniam qui ea facit quæ uult, liber est. Sed non omnis bona uoluntas, sed sapientis est, omnia quæ bona sunt uelle. Odit enim malum, quia quod bonum est elegit. Ergo si quod bonum est elegit, arbiter electionis & eligens operationis liber est, quia quod uult facit. Liber ergo sapiens. Sapiens omnia quæ facit, bene facit. Qui autem bene facit omnia, recte facit omnia. Qui uero recte facit omnia, utiq; inoffense & irreprehensibiliter & sine damno & commotione sui facit omnia. Cui igitur hoc subest, ut inoffense faciat, faciat irreprehensibiliter, faciat sine commotione sui, sine damno, nihil insipienter facit, sed sapienter omnia. Qui autem sapienter facit, nihil habet quod metuat: Metus enim in peccato est. Vbi autem nulla formido, ibi libertas: ubi libertas, ibi potestas faciendi quod uult. Solus ergo sapiens liber est. Etenim qui neq; cogi potest, neq; prohiberi, is nequaq̄ seruus. Sapientis autem est neq; cogi neq; prohiberi. Non est igitur seruus sapiens. Prohibetur enim qui nō fungitur ijs quæ desiderat. Quæ autē desiderat sapiens nisi ea quæ uirtutis & disciplinæ sunt, sine quibus esse non potest? In ipso enim sunt, nec diuelluntur ab eo. Quod si diuelluntur, iam non sapiens, qui sit sine uirtutis usu ac disciplina, quibus ipse se fraudet, si non sit uoluntarius uirtutis interpres. Quod si cogitur manifestum est quod inuitus faciat. In omnibus autem factis aut à uirtute correctiones sunt, aut à malicia prolapsiones, aut media ac indifferentia. Virtutis non coactus sed uolūtarius executor est sapiens, quoniam omnia quæ placent agit: maliciam fugitans, nec somniū eius admittit. Indifferētibus ita non mouetur, ut nullis momētis sicut uulgus homi
C nem huc atq; illuc inclinetur, sed tanq̄ in statera mens eius æqua lance pendeat, ut neq; ad uoluptaria propendat, neq; omnino ad ea quæ sunt auersanda, uel leuiter studium inclinet suum, sed immobilis maneat affectu. Vnde liquet quia nihil inuitus facit sapiens, neq; cogitur, quia si seruus esset, cogeretur: liber igitur est sapiens. Apostolus quoq; sic definit dicens: Non sum ergo liber, non sum Apostolus. Sed 1. Cor. 9.
adeo liber, ut cum subintrassent quidam tentare libertatem eius, nec ad horam ipse (ut ipse ait) cederet subiectioni, ut ueritas euangelij prædicaretur. Qui ergo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ceſſit uolens prædicauit. Vbi uoluntas,ibi merces uoluntatis. Vbi neceſſitas, ibi ob
ſequium neceſſitatis. Melior ergo uoluntas quàm neceſſitas. Velle ergo ſapientis
eſt, parere & ſeruire inſipientis. Hæc etiam Apoſtoli definitio dicentis: Si enim uo
lens hoc ago, mercedem habeo, ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt. Sa
pienti igitur merces deſertur, ſapiens autem ex uoluntate facit. Liber itaque ſe
Gal.5. cundum Apoſtolum ſapiens. Vnde & ipſe clamat: Vos enim in libertatem uocati
eſtis, tantum ne libertatem in occaſionem carnis detis. Sequeſtrata lege, Chriſtia
num ne inuitus uideatur legi ſuccumbere, uocat in Euangelium, quod uoluntas &
prædicat & operatur. Iudæus ſub lege, Chriſtianus per Euangelium. In lege ſerui
tus, in Euangelio libertas, ubi cognitio ſapientiæ. Omnis ergo qui Chriſtum reci
pit ſapiens, qui autem ſapiens liber, omnis igitur Chriſtianus & liber & ſapiẽs. Do
cuit me tamen Apoſtolus quod ultra ipſam libertatem ſit, ut & ſeruire libertas ſit.
1.Cor.9. Cum liber inquit eſſem omniũ me ſeruum feci, ut plures lucrifacerem. Quid eſt ul
tra libertatem niſi habere ſpiritũ gratiæ, habere charitatem? Libertas em̃ liberum
facit hominibus, charitas amicũ deo. Vnde ait Chriſtus: Vos autem dixi amicos.
Bona charitas, de qua dicitur: Per charitatẽ ſpiritus ſeruite inuicẽ. Seruiuit & Chri
ſtus, ut omnes liberos faceret. Manus eius in cophino ſeruierunt, qui non rapinam
arbitratus eſſe ſe æqualem deo, formam ſerui accepit, & omnia oñibus factus eſt,
ut omnibus ſalutem afferret. Cuius imitator Paulus, & quaſi ſub lege erat, & quaſi
ſine lege uiuebat pro eorum utilitate quos cupiebat lucrari, & infirmis uolẽs fiebat
infirmus, ut eos confirmaret, & currebat ut comprehenderet, & corpus ſuum caſti
D gabat, ut poteſtates aëreas in Chriſto triumpharet. Eſt ergo ſapiẽti & ſeruire liber
tas. Vnde colligitur quia ſtulto & imperare ſeruitus eſt, & quod peius eſt, cum pau
cioribus præſit, pluribus dominis & grauioribus ſeruit. Seruit enim proprijs paſſi
onibus, ſeruit cupiditatibus ſuis, quarum dominatum nec nocte poteſt fugere nec
die, quia intra ſe dominos habet, intra ſe ſeruitium patit intolerabile. Gemina em̃
ſeruitus eſt, altera corporis, animarum altera. Domini autem corporis quidem ho
mines, animarum autem maliciæ & paſſiones, à quibus ſola animi libertas ſapien
tem uendicat, ut ſeruitio ei liceat exire. Quæramus igitur illum uere ſapientem, uere
Hiere.2. liberum, qui quãuis ſub plurium hominum dominatu degat, libere dicit: Quis eſt
qui mecum iudicio contendat? Tu ſolus manum tuam à me abſtine, à cuius cõſpe
ctu non potero me abſcondere, & timor tuus non me percellat. Quem ſecutus Da
Pſal.50. uid rex ait: Tibi ſoli peccaui. Regali enim ſubnixus faſtigio quaſi legum dominus
legibus reus non erat, ſoli deo obnoxius tenebatur, qui dominus eſt poteſtatum.
2.Cor.4. Alium audi liberum: Mihi autem pro minimo eſt ut à uobis dijudicer, aut ab hu
mano die, ſed neq; meipſum dijudico. Nihil em̃ mihi ſum conſcius, qui autem dijudi
dicat me, dominus eſt. Vera libertas hominis ſpiritualis, quia dijudicat omnia, ipſe
autem à nemine dijudicatur, nec à quacunq; creatura participe, ſed ſoli deo ſe ſub
ditum nouit, qui ſolus ſine peccato eſt. De quo dicit Iob: Viuit dominus, qui ſic me
iudicat. Solus enim ille poteſt iudicare iuſtum, cuius in conſpectu cœlum non eſt
mũdum, nec ſtellarum pura & clara lumina. Quis eſt qui Sophoclea in medium fe
rat carmina dicentia: Iuppiter mihi præeſt: nullus autem hominum? Quanto anti
quior Iob, quanto uetuſtior Dauid? Agnoſcãt ergo de noſtris ſe habere quæcunq;
præſtantiora locuti ſunt. Quis igitur ſapiens niſi qui ad ipſa peruenit diuinitatis ſe
creta, &

A creta, & manifeſtata ſibi cognouit occulta ſapientiæ? Solus igitur ſapiens qui duce
deo uſus eſt ad cognoſcenda ueritatis cubilia, & mortalis homo immortalis dei hæ
res & ſucceſſor eſt factus per gratiam & quidam iocunditatis particeps, ſicut ſcri
ptum eſt: Propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Si Pſal.44.
quis igitur propius ipſa introſpiciat rerum negocia, cognoſcet quanta ſapienti adiu
menta, & quanta in ipſis inſipienti refragia ſint, quid huic adiumẽto libertas, illi im
pedimento ſeruitus ſit. Inſurgit enim ſapiens quaſi uictor debellatis à ſe ac trium
phatis libidinis, timoris, ignauiæ, mœſtitudinis, cæterisq; uitijs, donec ea de poſſeſ
ſione ſuæ mentis eliminet, & omnibus terminis finibusq; ſuis propulſet atq; ar
ceat. Quoniam dux cautior nouit excurſus cauere latrocinantium & quædam furta
belli, quæ iniquiſſimi animæ noſtræ aduerſarij ignitis ſæpe pertentant ſpiculis. Sũt
enim nobis quædam & in pace prælia, & in bello pax. Vnde & ille ait: Foris pugnæ 1.Cor.7.
intus timores. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Dicit
quia neq; anguſtijs neq; perſecutionibus, neq; fame, neq; periculo mortis terretur.
Qui uero hæc timet, qui mortem reformidat, quomodo non ſeruus? Seruit profe
cto & miſeram quidem ſeruitutem. Nihil enim ſic animam ad omnem ſeruitutem
deijcit, quomodo formido mortis. Quomodo enim ſe erigat abiectus & uilis ſen
ſus atq; ignobilis, demerſus in omnem infirmitatis uoraginem uitæ huius cupidita
te? Vide quàm ſeruus: Abſcondam me inquit & ero gemens & tremens ſuper ter Gen.4.
ram, & erit, omnis qui inuenerit me, occidet me. Itaq; quaſi ſeruus ſignum accepit,
B nec ſic tamen necem potuit euadere. Seruit igitur peccator formidini, ſeruit etiam
cupiditati, ſeruit auaritiæ, ſeruit libidini, ſeruit maliciæ, ſeruit iracundiæ, & uidetur
huiuſmodi ſibi liber? Sed magis ſeruit quàm ſi ſub tyrannis poſitus. Illi autem libe
ri ſunt, qui legibus uiuunt. Lex autem uera ſermo rectus, lex uera non inſculpta ta
bulis, nec ære inciſa, ſed impreſſa mentibus atq; infixa ſenſibus, quando ſapiens nõ
ſub lege, ſed ipſe ſibi lex eſt, opus legis in corde ſuo continens, naturali ſibi ſtilo &
quadam inſcriptione formatum. Tantum ne igitur cæcitatis eſt, ut non uideamus
manifeſtas rerum expreſſiones, & uirtutum imagines. Et quàm indignum, ut popu
li integri obediant humanis legibus, quo ſint libertatis participes. Sapientes autem
ueram legem naturæ expreſſam ad imaginem dei ueramq; rationem ſigniferam li
bertatis negligant & derelinquant, cum in ea tanta libertas ſit, ut paruuli ſeruire ui
tijs neſciamus, alieni ab ira, exortes auaritiæ, ignari libidinis. Quàm miſerum igit
ut qui naſcimur in libertate, moriamur in ſeruitute. Sed hoc fit leuitate animi atq;
infirmitate morum, quia curas inanes uoluimus, & operamur ſuperuacua. Sapien
tis aũt cor actumq; & opus radicatum eſſe decet atq; immobile. Hoc docuit Moy
ſes, quando manus ei grauiores fiebant, ita ut uix ſuſtineret eas Ieſus Naue. Ideoq; Exo.17.
uincebat populus, quando non perfunctoria gerebantur opera, ſed plena ponde
ris atq; uirtutis, non nutantis animi nec titubantis affectu, ſed fundatæ mentis ſta
bilitate. Ergo ſapiens extendit manus ſuas, ſtultus autem contrahit, ſicut ſcriptum
eſt: Quia ſtultus complexus eſt manus ſuas, & uorauit uiſcera ſua, carnalia magis Eccl.4
cogitans quàm ſpiritualia. At non filia Iudæ, quæ expandens manus clamauit ad
dominum: Tu ſcis quia falſum teſtimonium aduerſum me dicunt. Melius eſt arbi Dan.13.
trata non peccare & incidere in calumnias accuſantium, quàm peccatum ſubire ſub
impunitatis uelamine. Ea ergo contemptu mortis ſeruauit innocentiam. Sed nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

C filia Iepte,quæ uotum patris de immolatione sua proprio atq; hortatorio firmauit
Iudi.11 assensu.Non enim ego de contemptu mortis libros philosophorum depromo,aut
Gymnosophistas Indorum,quorum præ cæteris Calani laudatur responsum Ale
xandro,cum eum iuberet sequi.Qua me,inquit,laude dignum Græciam petere po
scis,si possum cogi facere quod nolo? Et uere plenus autoritatis sermo, sed magis
mens libertatis. Denicq; & epistolam scripsit.Calanus Alexandro: Amici persua
dent tibi, manus & necessitatem inferre Indorum philosopho, nec in somnijs ui
dentes nostra opera.Corpora enim transferes de loco ad locum,animas nó coges
facere quod nolunt,nõ magis quàm saxa & ligna uocem emittere.Maximus ignis
uiuentibus corporibus dolorem inurit & gignit corruptionem, super hunc nos su
mus,uiuentes enim exurimur.Non est rex neq; princeps qui extorqueat nobis fa
cere quod non proposuimus.Nec similes sumus Græciæ philosophorum,qui uer
ba pro rebus meditati sunt ad opiniõis celebritatem.Nobis res sociæ uerbis,& uer
ba rebus,res celeres & sermones breues,in uirtute nobis libertas beata est. Præcla
ra uerba,sed uerba;præclara constantia, sed uiri:præclara epistola, sed philosophi.
Apud nos autem & puellæ,de mortis appetentia sublimes usq; ad cœlum erexere
uirtutum gradus.Quid Theclam, quid Agnen, quid Pelagiam loquar, quæ tanq;
nobilia uitulamina pullulantes,ad mortem quasi ad immortalitatem festinauerũt?
Inter leones uirgo exultauit,& prodeuntes bestias expectauit intrepida. Et ut no
stra cum Indorum Gymnosophistis conferamus,quod ille uerbis gloriatus est,san
ctus Laurentius factis probauit,ut uiuus exureretur, & flammis superstes diceret:
Versa, manduca. Haud degener Abramidarum & Machabæorum concertatus
D puerorum,quorum alij super flammas canebant,alij cum exurerentur non roga
bant ut parceretur,sed inuehebantur ut amplius persecutor inflammaretur. Liber
igitur sapiens.Quid autem sublimius sancta Pelagia,quæ uallata à persecutoribus
priusquam tamen in eorum conspectum ueniret,aiebat: Volens morior,nemo me
cõtinget manu,nemo oculo proteruo uiolabit uirginem. Mecum feram pudorem,
mecum incolumem uerecundiam.Nullum prædones lucrum suæ capient insolen
tiæ.Pelagia Christum sequetur,libertatem nemo auferet, nemo captiuam uidebit
liberam fidem,insignemq; pudicitiam & prosapiam prudentiæ.Quod seruum est,
hic manebit nullos in usus debitum.Magna igitur piæ uirginitatis libertas quæ so
pta agminibus persecutorum.Inter maxima pericula integritatis & uitæ nequaquá
indinata est.At non ille cui dominatur ira,subijcitur enim iugo peccati.Homo em
Ioan.8. iracundus peccatum effodit. Qui autem peccatum facit, seruus est peccati. At non
ille liber qui seruit auaritiæ.Non potest enim possidere uas suum . Non ille liber q
seruiens desiderijs & uoluptatibus uago fluitat errore. Non ille liber qui curuatur
2.Cor.6. ambitu,seruit enim alieno imperio Sed ille liber qui potest dicere: Omnia mihi li
cent.sed ego sub nullius redigar potestate. Esca uentri, & uenter escis. Ille liber qui
Prou.6. ait: Quid enim libertas nostra iudicatur ab infideli conscientia? Libertas igitur sa
pienti non insipienti conuenit.Quoniam qui deligat lapidem in fundibulo,similis
est ei qui dat imprudenti claritatem,seipsum uulnerat , atq; sibi potius dum intor
quet iaculum,affert periculum:Certe sicut tormento acerbatur & geminatur malũ
saxi ruina,sic insipientis in libertate ruina uehementior est.Recidenda igitur insipi
enti potestas,non adijcienda libertas est. Seruitus enim ei conuenit. Ideoq; addit

A dit: Spinæ nascuntur in manu ebrioſi,seruitus autem in manu imprudentis, Quia
sicut ille suis uulneratur poculis,ita insipiens suis factis.Ille bibendo se peccato inse
rit,iste operando se culpæ adiudicat,& factis suis trahitur in seruitutem. Videbat
se Paulus in captiuitatem trahi à lege peccati,& ideo ut liberaretur, confugit ad li
bertatis gratiam.Non sunt igitur liberi insipientes quibũ dicitur: Nolite fieri sicut Rom.7. Psal.31.
equus & mulus,quibus non est intellectus.In freno & chamo maxillas eorum con
stringe qui non appropinquant tibi.Multa flagella peccatorum, Quia multis fla
gellis opus est,ut eorum imprudentia coërceatur. Disciplina hoc exigit, non incle
mentia.Denicq; qui parcit baculo suo,odit filium suum, simul quia unusquisq; gra Prouer.13.
uius suis peccatis flagellatur.Grauia enim delictorum pondera, grauia criminum
uerbera,sicut onus grauantur graue,& infligunt animæ cicatrices, & putrescere fa
ciunt mentis ulcera. Deponamus igitur tam grauem seruitutis sarcinam,renuncie
mus luxuriæ ac delitijs, quæ nos quibũsdam astringunt nexibus cupiditatum, &
uinculis ligant.Nihil enim prosunt delitiæ stulto. Et quicunq; à pueritia dederit se
delitijs,manebit in seruitute,ut uiuens mortuus sit.Recidatur ergo luxuries,deliciæ
resecentur.Et siquis fuit luxuriosus,ualedicat superioribus. Recisa enim uinea fru
ctum affert,semiputata frondescit,neglecta luxuriat. Ideoq; scriptum est: Tan
quam agricultura homo imprudens,& tanquam uinea homo egens sensu, si reli
queris eum desertus erit.Colamus ergo corpus hoc nostrum, castigemus illud,re
digamus ad seruitutem,non illud despiciamus. Sunc enim membra nostra arma
iusticiæ,sunt & arma peccati.Si eleuentur arma iusticiæ sunt,ut peccatum in ijs non
B dominetur,si mortuum fuerit peccato,non regnabit in eo culpa,& erunt membra
nostra à peccato libera. Non obediamus igitur cupiditatibus eius, neq; exhibea
mus membra nostra arma iniquitatis peccato. Si uideris mulierem ad cõcupiscen Rom.6
dum eam,membra tua arma peccati sunt.Si locutus es ad sollicitandam eam, lin
gua tua & os tuum membra peccati sunt. Si abstulisti terminos à patribus po
sitos , membra tua arma peccati sunt. Si festinasti uelocioribus pedibus ad ef
fundendum innocentium sanguinem,membra tua arma iniquitatis sunt. Contra,
si uidisti egenum,& induxisti in domum tuam,membra tua arma iusticiæ sunt. Si
eripuisti iniuriam accipientem, uel eum qui ducebatur ad mortem, si scidisti Chi
rographum debitoris, membra tua arma iusticiæ sunt. Si confessus es Christum
(Arma enim intellectus labia sapientiæ) labia tua membra iusticiæ sunt. Qui po Iob.29
test dicere: Oculus eram cæcorum,pes claudorum,pater infirmorum,membra eius
membra iusticiæ sunt. Ergo liberati à peccato quasi precio empti sanguinis Chri
sti non subijciamur seruituti hominum uel passionum. Non erubescamus pecca
tum nostrum fateri. Vide quàm liber qui poterat dicere: Non reueritus sum mul
titudinem populi,ut non annunciarem in conspectu omnium peccatum meum. Prouer.18
Qui enim confitetur domino exuitur à seruitute. Iustus enim accusator est sui in
principio sermonis.Non solum liber,sed etiam iustus,sed iusticia in libertate est,& Psal.31
libertas in confessione.Simul enim confessus quis fuerit,absoluitur. Denicq: Dixi
pronunciabo aduersum me iniusticiam meam domino , & tu remisisti impieta
tem cordis mei. Mora ergo absolutionis in confitendo est , confessionem sequi
tur peccatorum remissio.Sapiens est igitur qui confitetur. Liber cui peccatum di

Universidad de Deusto
Biblioteca

C missum est, nulla iam trahens æra peccati. Vale & nos dilige ut facis, quia & ego te diligo.

Diui Ambrosij ad Faustinum, eundem propter obitum germanæ, acerbo dolore mœrentem, consolantis. Epistola. VIII.

AMBROSIVS Faustino. Acerbo te doliturum dolore obitum germanæ tuæ non ignorabam. Non tamen ut a nobis te ablegares, sed ut nobis redderes. Nam & si minus iocunda solatia mœrentibus, tamen non nunquam necessaria sunt. Tu autem abisti in secreta montium, & interferarum diuersaris spelæa, omni humanæ conuersationis usu abdicatus, & quod grauius est, iudicio tuo. Tantumne de te commeruit germana tua, ut propter quam excellere apud te debuit conditio humana, quæ tam egregiam fœminam tulit, propter eam apud te minoris prærogatiuæ sit? Illa certe uita excedens hoc se mulcebat solatio, quod te sibi superstitem derelinqueret, parentem nepotibus, præsulem paruulis, auxiliatorem destitutis. Tu ita te & nepotibus & nobis abnegas, ut consolationis illius fructum non sentiamus. Illa te chara pignora uocant non ad dolendum, sed ad consolandum, ut cum te uident, matrem sibi non credant obisse. Inte eam recognoscant, in te eius præsentiam teneant, in te uitam eius sibi manere arbitrentur. Sed doles quod dudum florentissima repente occiderit. Verum hoc nobis commune, non solum cum hominibus, sed etiam cum ciuitatibus terrisq; ipsis
D est. Nempe de Bononiensi ueniens urbe à tergo Claternam, ipsam Bononiam, Mutinam, Regium derelinquebas, in dextera erat Brixillum, à fronte occurrebat Placentia, ueterem nobilitatem ipso adhuc nomine sonans, ad læuam Apœnini in culta miseratus, & florentissimorum quondam populorum castella considerabas, atq; affectu relegebas dolenti. Tot igitur semirutarum urbium cadauera terrarumq; sub eodem conspectu exposita funera non te admonent unius, sanctæ licet & admirabilis, fœminæ decessionem consolabiliorem habendam: præsertim cum illa in perpetuum prostrata ac diruta sint, hæc autem ad tempus quidem erepta nobis meliorem illic uitam exigat? Itaq; non tam deplorandam quàm prosequendam orationibus reor. Nec mœstificandam lachrymis tuis, sed magis oblationibus animam eius domino commendandam arbitror. Verum forte asseras secutum te de meritis eius ac fide, nequire tamen ferre desiderium, quod eam iam non uideas secundum carnem, idq; tibi summo dolori sit. Nec illud te mouet Apostolicum quod ait: Quia neminem nouimus ex hoc secundum carnem, & si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Caro enim nostra perpetua esse ac diuturna non potest, necesse est occidat ut resurgat, necesse est resoluatur ut requiescat, ut fiat quidam finis peccati. Et ideo multos cognouimus secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Ipsum dominum Iesum cognouimus (inquit Apostolus) secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Iam enim carnis deposuerat exuuias, iam specie hominis non uidebatur, iam pro omnibus mortuus erat, & omnes in illo mortui, sed ut per ipsum renouati & uiuificati spiritu iam non sibi, sed Christo uiuerent. Vnde & alibi ait idem Apostolus: Vi-

2. Cor. 5.

A uo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus. Meritóque qui ante cognouerat secundum carnem Christum, iam operationes eius inuisibiliter agnoscens, iam non carnem eius sed potentiam scrutans, qui ante persecutor discipulos hominis & pedisequos carnis infestis odijs urgebat, postea doctor gentiũ factus ueneratores maiestatis eius ad prædicationem euangelij instruere atque informare cœperat. Et ideo addidit: Si quis in Christo noua creatura, id est, qui perfectus in Christo noua creatura est, quoniam qui caro est, imperfectus est. Denique ipse dominus ait: Non permanebit spiritus meus in istis hominibus, quoniam carnes sunt. Carnalis itaque non est in Christo, sed si quis in Christo est, noua creatura est, non naturæ nouitate formatus sed gratiæ. Vetera itaque quæ secundum carnem erant, transierunt, facta sunt noua omnia. Quæ illa? nisi quæ scriba doctus in regno cœlorum nouit, similis illius patrifamiliãs qui profert de thesauro suo noua & uetera, neque uetera sine nouis, neque noua sine ueteribus. Ideo & ecclesia dicit: Quia noua & uetera seruaui tibi. Sed transierunt uetera, id est, legis mysteria abscondita in Christo, facta sunt omnia noua. Hæc est noua creatura, de qua apostolus ad Galatas ait, In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid ualet neque præputium sed noua creatura. Per quam iam renouata caro floret, & fructum inuenit gratiæ, quæ ante inueterati flagicij spinas habebat. Quid ergo est quod mœreamus, si iam ad animam dicitur: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua? Quid est quod ingemiscamus pro mortuis, cum iam reconciliatio mundi apud deum patrem facta sit per dominum Iesum? Quoniam ergo Christi beneficia tenemus,
B cum apud omnes, tum apud te pro Christo legatione fungimur, ut noueris irrenocabilia eius esse dona, ut credas quod semper credidisti, nec nimio mœrore tuam in dubium adducas sententiam, quia ideo peccatum factus est dominus Iesus, ut tolleret peccatum mundi, & essemus in illo omnes iusticia dei, iam non culpæ obnoxij, sed iusticiæ remuneratione securi. Vale & nos dilige, quia nos te diligimus.

Gal. 2. 2. Cor. 5. Gen. 7. Matth. 13. Cant. 7. Gal. 5. Psal. 102.

Diui Ambrosij ad Bellicium, graui ægritudine priusquam in dominum Iesum crederet iactatum, postea autem reualescere incipientem, illum ex diuinæ uisitationis pietate in fide Christi confortantis, & ad aliorum sacramentorum perceptionem exhortantis. Epistola. IX.

AMBROSIVS Bellicio. Iactatũ te graui ægritudine significasti mihi credidisse in dominũ Iesum, etiã cœpisse reualescere. Ad salutem igit̃ ea infirmitas fuit, plus aculei q̃ periculi ferẽs, quia diu ꝓmissum remordebas. Hoc est quod ait, Percutiã & sanabo. Percussit infirmitate, sanauit fide. Vidit enim interiorem affectum tuum non uacuũ piæ cupiditatis, sed executi dilationibus. Et ideo admonere maluit, ita ut salutem non læderet, deuotionem excitaret. Quomodo enim saluti noceret q̃i solet dicere, ut legimus in euangelio, Ego ueniam & curabo eum? Ergo & cum à tuis inuitaretur, ut inuiseret domũ tuã, sine dubio dixit: Ego ueniã & curabo eum. Et si non audisti eũ, ille tñ quasi deus insensibiliter locutus est.

Deu. 32. Matth. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Et si non uidisti eum, ille tamen quod te incorporaliter inuiserit dubitari non po-
test. Sed uidisti eum qui credidisti ei, uidisti eum qui recepisti eum hospitio tuæ
Act.17 mentis, uidisti eum spiritu, uidisti eum oculis interioribus. Tene ergo hospitem no
uum diu expectatum sed sero susceptum, in quo & uiuimus & sumus & mouemur
Gustasti igitur fidei prīma exordia, non fiat uerbum occultum in corde tuo. Hæc
omnis gratia est, hoc oīe munus. Nemo enim penetralia domus de ingressu æsti-
mat. Siquidem oīis fructus in interioribus est. Neq; enim sapientis est à fenestra
Esa.64. respicere in domum, & stultitia hominis audire per ostium. Alia sunt sacramento-
1.Cor.2. rum perfectorum mysteria, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, quæ præpara-
uit deus diligentibus eum, ut dixit scriptura. Alia sunt illa quæ de gloria futura an
nunciarunt Prophetæ, quibus reuelatum est, & euangelizarunt sancti, spiritu dei
1.Petri.1. misso de cœlo in quæ concupiscunt & angeli uidere, ut ait Apostolus Petrus. Alia
sunt illa, in quibus est mundi redemptio, peccatorum remissio, gratiarum diuisio,
sacramentorum participatio, quæ cum acceperis, tunc mirabere tantum donatum
esse homini, ut illud mãna quod miramur fluxisse de cœlo Iudæis, nec tantæ opera
tionis iudices ad salutem fuisse. Illud enim quicunq; acceperunt, in deserto mortui
Num.e.32. sunt, præter Iesum Naue & Caleph. Hoc sacramentum quicunq; gustauerit, non
morietur in æternum. Sanet te dominus Iesus. Vale.

LIBER TERTIVS.

D Diui Ambrosij ad Simplicianum, pulchre de ueris diuitijs ac contra-
ria paupertate differentis, & quod omnis solusq; sapiens uere diues, at-
que insipiens pauper sit demonstrantis. Epistola. X.

AMBROSIVS Simpliciano. Videbamur proxime in discepta
tiones incidisse philosophiæ, cum de Apostoli Pauli epistola su-
mentes exordium, tractaremus, quod omnis sapiens liber. Ve-
1.Pet.3. rum postea cum Petri Apostoli epistolam legerem aduerti, qd
omnis sapiens etiam diues. Nec sexum exceperit, qui fœminas,
ornatum oīnem non in preciosis monilibus, sed in bonis mori-
bus habere scripserit. Non eī, inquit, sit extrinsecus capillorum implicatio, aut au-
ri circumpositio, aut habitus uestimentorum ornamentum, sed ille absconditus cor
dis homo. Duo sunt igitur & esse hominem in homine, & illū esse diuitem, qui sibi
nullarum diuitiarum usum requirat. Pulchre autem cordis hominem dixit, eo q; to
tus sapiētiæ sit abscōditus sicut ipsa sapientia quæ nō uidet sed intelligitur. Nemo
ante Petrum tali expressione usus est, ut diceret cordis hominem. Exterior eī ho-
mo plurima in se membra habet. Interior autem cordis homo totus sapientiæ est,
plenus gratiæ, plenus decoris. In incorruptione, inquit, quieti & modesti spiritus
qui est ante deum diues. Et uere diues, qui in conspectu dei potest diues uideri, in
cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est. Sed solum illum deus di-
uitem nouit, qui sit diues æternitati, qui non opum sed uirtutum fructus recondat.

Quis

A Quis aūt ante deum diues nisi quietus & modestus spiritus qui nūquam corrumpi
tur? Nónne tibi uidetur diues qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, ut ni
hil concupiscat, nullis exagitetur cupiditatum procellis, nec uetera sastidiat, & noua
quærat, & semper desiderando fiat in summis diuitijs inops? Ea est pax uere diues,
quæ superat omnem mentem. Diues pax, diues modestia, diues fides. Fideli enim
totus mūdus possessio est. Diues simplicitas. Sunt enim & diuitiæ simplicitatis quæ
nihil discutit, nihil contractum, nihil suspectum, aut fraudulentum putat, sed puro
se fundit affectu. Diues bonitas, quam si quis seruauerit, pascitur in diuitijs cœlestis
hæreditatis, & ut antiquioribus exemplis scripturæ utamur, beatus inquit, uir quē
arguit dominus. Admonitionē autem dei ne recusaueris. In fame liberabit te à mor
te, in prælio de manu ferri liberabit te, & à flagello linguæ te abscondet. Feræ be-
stiæ pacificæ erunt tibi, & scies quod in pace erit domus tua. Mitigatis enim carnis
huius passionibus, quæ militare aduersum animam solēt, tabernacula tua sine per
turbatione erunt, domus sine offensione, semen sine defectu, posteritas sicut odor
agri pleni, sepultura sicut messis. Siquidem quando alij suum defectum arbitran-
tur, tunc aceruus tritici sui supernis maturus infertur apothecis. Merito iustus sem-
per fœnerat, iniquus indiget. Ille iusticias fœnerat mādatum dei pauperibus & ege-
nis. At uero insipiens & quod putat se habere, nequaquam possidet. An putas illū
possidere qui thesauro suo die ac nocte incubans auara & misera torquetur solli-
citudine? Ille uero eget, & si alij diues uidetur, sibi pauper est, qui non utitur eo qd
habet, qui adhuc alia rapit, alia desiderat. Vbi enim nullus cupiditati modus, qui
B fructus diuitiarum? Nemo est diues, qui quod habet secum hinc auferre non po-
test. Quod enim hic relinquitur, non nostrum sed alienum est. Diues Enoch qui Gen. 5.
quod habuit secum transtulit, & omnem illum bonitatis suæ censum cœlestibus in
tulit receptaculis, qui ideo raptus est, ne cor eius malicia mutaret. Diues Helias qui 4.Reg.2.
uirtutum suarum thesauros curru igneo sublimis sedibus æthereis inuexit. Et tamē
iste non mediocres diuitias hæredi reliquit quas ipse non amitteret. Quis hunc pau 3.Reg.17.
perem uel tunc dixerit, cum uictus quotidiani indigens alimonia, mitteretur ad ui
duam, ut pasceretur ab ea, quando ad eius uocem cœlum claudebatur & aperieba-
tur, quando ad eius uerbum hydria farinæ & uas olei non deficiebat per triennium
sed abundabat, nec minuebatur usu sed replebatur? Quis illum pauperem dixerit
ad cuius uoluntatem descendebat ignis, quem in uia flumina non cōcludebant, sed
in suum fontem recurrebant, ut sicco propheta trāsiret pede? Duos finitimos uetus
historia describit, regem Achab & pauperem Nabutham, quem horum pauperio- 3.Reg.21.
rem, quem ditiorem credimus? Alter regali fulcro diuitiarum præditus inexple-
bilis insatiabilisq; opibus suis, exiguam pauperis uineam desiderauit. Alter despici
bilis animo, βασιλέως τὰς πολυχρύσους τύχας imperialesq; gazas, suo erat cōtentus pal-
mite. Nónne uidetur hic magis diues, hic magis rex, qui sibi abundabat, suas rege
bat cupiditates, ut nihil alienum concupisceret. Ille autem egentissimus, cui aurum
suum uile, alienus palmes preciosissimus existimabatur? Sed qua ratione egentis-
simus cognosce. Quia diuitiæ iniuste congregatæ euomuntur, radix autem iusto-
rum manet, & palma floret. An non egentior paupere is qui tanquam umbra
præterijt? Hodie impius exaltatur, cras non erit, nec inuenietur aliquis locus
eius. Quid est itaque diuitem esse nisi abundare? Quis autem abundat qui sit

animo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C animo contractior? Qui autem animo contractior utiq; anguſtior. Quæ igitur in
Pſal.35. anguſtijs abundãtia? Non ergo diues qui non abundat. Vnde pulchre Dauid: Di
uites,inquit,eguerunt & eſurierunt. Quoniam cum haberent ſcripturarum theſau-
ros cœleſtium eguerunt qui non intellexerunt,& eſurierunt qui nullum ſpiritualis
gratiæ guſtarunt cibum? Nihil igitur affectu ſapientis ditius, nihil inſipientis egen
tius. Nam cum regnum dei pauperum ſit,quid eſſe locupletius poteſt? Et ideo præ
Rom.11. clare Apoſtolus: O altitudo inquit diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei. Præclare
Pſal.118. etiam Dauid, qui in uia teſtimoniorum cœleſtium quaſi in omnibus diuitijs dele-
Deu.33. ctabatur. Expreſſe Moyſes qui ait: Neptalin ſacietas accipientium. Neptalin,abun
dantia ſignificatur latina interpretatione,uel dilatatio. Ibi ergo abundantia ubi ſa-
tietas. Vbi autem fames cupiditatum,ubi inexplebilis appetentia,ibi utiq; pauper-
tas. Sed quia uix ulla rei pecuniariæ, uel mundi huius cupiditas ſacietatem habet,
1.Pet.3. ideo addidit: Et replebitur benedictione. Secundum hæc Petrus Apoſtolus defini
uit non in auro & argento & indumentis fœminarum eſſe ornamentum,ſed in oc-
culto cordis homine atq; abſcondito: unde nulla ſe exuat cultum pietatis,ornatum
gratiæ,uitæ æternæ hæreditatem. Vale & nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Irenæum, uerſiculum illum: Specioſus forma, &
cætera,græco ſermone annotatum uoluentis, pluribuſq; rationibus &
exemplis nos prouocantis,ut illi ſummo bono quod eſt dominus Ieſus,
quo nihil eſt ſpecioſius,animo intendamus,illud quæramus,illud intue-
D amur, illud teneamus, in illo uerſemur, illi adhæreamus,& in eo paſca-
mur.

Epiſtola. XI.

AMBROSIVS Irenæo. Inter legendum cum paululum requieuiſſem animo,quia lucubratiõe deſtiteram,uerſiculum illum cœpi mecum uol-
uere,quo ueſperi in uigilijs uſi fueramus. ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων αὐτόν. Et uere nihil ſpecio
ſius illo ſummo bono,cuius etiam prædicatio ſpecioſa eſt nimis,& maxime perſeue
rantis ſermonis proceſſus,& quædam Apoſtolicæ prædicationis ueſtigia. Sed illa
qui poſſunt? Quibus donauit deus,non ſolum ut Chriſtum annunciarent,ſed etiã
pro illo paterent. Nos quantũ poſſumus intendamus illo animũ, & in illo ſimus;
illud animo teneamus quod eſt pulchrũ,decorũ,bonũ,ut fiat illuminatione eius &
fulgore ſpecioſa anima noſtra,& mẽs dilucida. Nam ſi oculi noſtri cũ aliqua obdu
cunt caligine,paſcunt agrorũ uiriditate & ſpecie nemoris uel collis herboſi, oẽm
inæqualitatẽ ægreſcentis obtutus repellũt,& quadã ſalubri ſpecie pupillæ ipſæ atq;
orbes colorari uident: quanto magis hic mentis oculus,cum illud ſummũ intuetur
bonum,& in eo uerſatur atq; eo paſcitur,ſplendeſcit atq; enitet,ut fiat illud qd ſcri-
Pſal.62 ptum eſt: Tanq; adipe & pinguedine repleat anima mea. Deniq; qui ſcienter agno
ſcit animas gregis ſui, curã adhibet herbis campeſtribus, ut ſint ei paſcua plurima.
Herbis em̃ ſuauioribus & agni pinguiores fiũt,& ſuccus lactis ſalubrior,quibus pa-
ſcuis uſi ſunt diuites illi qui manducauerunt & adorauerũt. Sunt em̃ bona fidei pa
ſcua,in quibus collocatur ſanctus dei. Eſt ergo & fœnũ quo alunt greges ouium,q
emittunt uellera ſapientiæ & dant amictum prudentiæ. Et fortaſſe hoc eſt fœnum
mon nũ in quod uerba deſcendunt Prophetæ ſicut nix ſuper fœnũ. Et quod dili-
genter

A genter colligit ſapiens,ut ſint ei oues ad ueſtitum ſpiritalis utiq; uelaminis. Habet
ergo cibum ſuum & amictum anima quæ illi ſummo bono adhæret,quod eſt diui
num,quod Apoſtolus Petrus ſuadet quærẽdum,ut per eius cognitionis acquiſitio 2.Petri.1.
nẽ diuinæ ſimus conſortes naturæ. Huius cognitionem aperit ſanctis ſuis deus bo
nus,& donat hoc de theſauro ſuo bono,ſicut teſtificatur lex ſacra dicens: Quia iura Deu.28.
uit dominus patribus tuis dare tibi & aperire theſaurum ſuum bonum,de quo the
ſauro cœleſti dat pluuiam terræ ſuæ,benedicere omnia opera manuũ tuarum. Hæc
eſt pluuia eloquium legis quod irrorat animam illam fœcundam & fertilem bono
rum operum,ut habeat humorem gratiæ. Huius boni cognitionem quærebat Da
uid ſicut ipſe ſignificat dicens: Vnam petij à domino, hanc requiram ut inhabitem Pſal.26.
in domo domini omnes dies uitæ meæ, & uideam delectationes domini, & conſi-
derem templum eius. Deniq; hoc eſſe ſummum bonum, ſubtexuit ſtatim in eodẽ
pſalmo: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Hic enim quæritur,illic facie
ad faciem plene uidetur. Hoc bonum in domo dei eſt,in illo ſecreto eius ac receſſu.
Vnde iterum ait. Replebimur in bonis domus tuæ. Alibi quoq; hãc ſummam eſſe Pſal.64.
benedictionis expreſſit dicens: Benedicat te dominus ex Syon,& uideas quæ bona Pſal.127.
ſunt Hieruſalem. Ideo beatus qui illic habitat in ingreſſu fidei hoſpitioq; mentis,
deuotionis habitaculo,conuerſatione uirtutis. In illo igitur ſimus,atq; in eo manea
mus,de quo & Eſaias dicit: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem,euange Eſa.52
lizantium bona. Qui ſunt qui euãgelizant niſi Petrus,niſi Paulus, niſi omnes Apo
ſtoli? Quid euãgelizant nobis niſi dominum Ieſum? Hic eſt pax noſtra, hic eſt bo
B num illud ſummum,quia ipſe bonus ex bono: Ex arbore em̃ bona bonus fructus
legitur. Deniq; & ſpiritus eius bonus qui ex ipſo accipit & deducit dei ſeruulos in
uiam rectam. Quis autem habens ſpiritum dei in ſe,neget bonum,cum ipſe dicat: Matt.20.
An oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum? Hoc bonum ueniat in animam
noſtrã,in noſtræ mentis uiſcera quod propitius deus dat petentibus ſe. Hic eſt the
ſaurus noſter,hic eſt uita noſtra,hic eſt ſapientia noſtra,iuſticia noſtra,paſtor no-
ſter & paſtor bonus,hic eſt uia nra. Vides quanta bona in uno bono. Hæc bona
nobis prædicant Euangeliſtæ. Hæc bona requirens Dauid ait: Quis oſtẽdit nobis Pſal.4.
bona? Et oſtendit ipſum eſſe bona,ſubijciens: Signatum eſt in nobis lumen uultus
tui. Quis autem lumen uultus patris niſi ſplendor gloriæ & imago inuiſibilis dei,in
quo & uidetur & clarificatur pater,ſicut ipſe clarificat filium ſuum? Ipſe eſt ergo do
minus Ieſus ſummum bonum quod nobis annunciatum à prophetis,prædicatum
ab angelis,promiſſum à patre, euangelizatum eſt ab Apoſtolis. Qui nobis tanẽ
maturitas aduenit. Nec ſolum tanquam maturitas,ſed tanquã maturitas in mon-
ibus adeſt,ut nihil acerbum,nihil immaturum in noſtris conſilijs ſit,nihil immite,
nihil aſperum in operibus ac moribus,qui primus euangelizans bona affuit. Vnde
&c: Ipſe qui loquebar adſum,id eſt,qui loquebar in Prophetis, adſum in corpo- Eſa.52.
re quod ſuſcepi ex uirgine,adſum interior imago dei,character ſubſtãtiæ,& adſum
ut homo,ſed quis cognoſcit me? Hominem enim uiderunt,ſed operibus ſupra ho
minem crediderunt. An non ut homo,cum Lazarum fleret, & rurſus ſupra homi-
nem cum eum reſuſcitaret? An non ut homo cum uapularet,rurſus ſupra hominẽ
cum totius mundi peccatum tolleret? Ad illum igitur properemus, in quo ſummũ
eſt bonum,quoniam ipſe eſt bonitas, ipſe patientia Iſraël, qui ad pœnitent̃ m te
uocat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uocat,ne uenias in iudicium,sed accipias remissionē peccatorum. Agite,inquit,pœ
nitentiam. Ipse est de quo clamat Amos propheta:Exquirite bonum. Ipse est sum
mum bonum,qui nullius indiget,& abundat omnibus. Facile abundat,in quo ple
nitudo diuinitatis habitat corporaliter. Facile abūdat,de cuius plenitudine omnes
accepimus,& in illo repleti sumus,ut dicit euangelista. Hoc igitur uerum & summū
bonum si illo concupiscibili suo & delectabili anima gustauerit, & duabus his haut
serit affectionibus excludens dolorem & formidinem,incredibiliter exæstuat. Oscu
lata enim uerbum dei modum non capit nec expletur dicens:Suauis es domine,& Psal.118.
in iocundicare tua doce me iustificationes tuas. Osculata dei uerbum,cōcupiscit su
per omnem decorem,diligit super oēm lætitiam,delectatur super omnia aromata, Can.1.
cupit frequenter uidere,sæpe intēdere, cupit attrahi ut sequi possit. Vnguentum in
quit exinanitum est nomen tuum,propterea te diligimus adolescētulæ, propterea
certamus,sed comprehendere te non possumus. Attrahe nos,ut possimus currere,
ut odore unguentorum tuorum accipiamus uirtutem sequendi. Festinat etiam in
terna mysteria uidere,ipsam requiem uerbi, ipsam boni illius summi habitationē,
& lucem eius & claritatē:In illo sinu ac recessu primo festinat audire sermones eius,
& cum audierit,super oēm suauitatem accipit. Doceat te propheta qui gustauit &
ait:Quàm dulcia faucibus meis uerba tua,super mel & fauum ori meo. Quid enim
aliud desideret anima quæ semel suauitatem uerbi gustauerit, quæ semel claritā- Exo.34
tem eius uiderit? Moyses in monte positus,quadraginta diebus legem accipiens,ci 3.Reg.19.
bum corporis non requirebat. Helias ad illam festinans requiem rogabat ut accipe
D retur anima sua à se. Petrus aspiciens & ipse in monte dominicæ resurrectionis glo
Matt.17. riam,nolebat descendere dicens:Domine bonum est nos hic esse. Quanta igit̄ illa
diuinæ substantiæ gloria,quanta uerbi bona,in quæ concupiscunt & angeli prospi
cere? Anima igitur quæ illud uidet,corpus hoc non requirit,minimamq; sibi fami
liaritatem cum eo esse debere intelligit, renūciat seculo,abducit se à uinculis carnis,
Act.7. exuit omnibus uoluptatum istarum nexibus. Deniq; Stephanus Iesum uidebat,
& lapidari non formidabat,immo cæm lapidaretur,non pro se, sed pro illis à qui
2.Cor.12. bus perimebatur rogabat. Paulus quoq; raptus usq; ad tertium cœlum,cum corpo
re esset an sine corpore nesciebat. Raptus inquam in paradisum,usum proprij iam
non sentiebat corporis,& audiens uerba dei quō ad corporis infirmitates descende
ret erubescebat. Itaq; sciēns quid uidisset in paradiso uel quid audisset clamabat di
cens:Quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis,ne attra
minaueritis,ne gustaueritis quæ sunt omnia ad corruptelam ipso usu. Volebat enī
nos in figura esse istius mundi non in possessione atq; usu,ut ita utamur hoc mun
do tanquam non utamur,tanq; prætereuntes non tanquā residentes, ambulantes
tanq; in imagine seculi non in cupiditate,ut uelocissima dispositione ipsam imagi
nem huius mundi transeamus. Deniq; ipse fide ambulans non specie peregrinaba
tur à corpore,sed aderat domino, & cum esset in terris non in terrenis sed in cœle
stibus cōuersabatur. Ergo anima nostra quæ deo uult appropinquare, eleuet se à
corpore,semper illi summo adhæreat,illi bono quod est diuinum, quod est semp,
Act.17. & quod erat ab initio,& quod erat apud deum,hoc est dei uerbum. Ipsum est illud
diuinum,in quo uiuimus,& sumus,& mouemur,ipsum est quod erat in principio,
ipsum est quod est. Dei enim filius Iesus Christus in nobis inquit est, in quo non

A fuit est & non,sed est in illo,fuit. Ipse dixit Moysi,ut diceret, Qui est misit me. Cum Exo.3.
hoc igitur anima nostra sit,& sit(si fieri potest) semper,ut nostrum possit quis dicere,
Anima mea in manibus tuis semper. Erit autem,si nō in carne sit sed in spiritu. Erit, Psal.118.
si se terrenis non misceat. Cum enim ad carnalia reflectitur,tunc ei illecebra obrepit
corporis,tunc ira & indignatione exæstuat, tunc mœstitia afficitur, tunc supinatur
per arrogantiam,tunc dolore affligitur. Hæ sunt ægritudines animæ graues,quibus
plerunq; ad mortem cogitur, dum oculi eius cæcantur, ut non uideant ueræ lumen
gloriæ & diuitias æternæ hæreditatis. Quod si eos ad deum semper intendat,accipi
et à Christo fulgorem sapientiæ,ut illuminatum in agnitione dei habeat obtutum,
ut uideat illam spem nostræ uocationis, aspiciat illud quod est bonum & placitum
& perfectum. Quod enim bonum complacitū patri,quod complacitum,perfectū,si
cut habes in euangelio,ubi dicit dominus, Diligite inimicos uestros, ut imitemini Luc.6.
patrem qui pluit super iustos & iniustos,quod est utiq; bonitatis. Et postea conclu
dit dicēs,Estote perfecti sicut pater uester qui in cœlis est,perfectus est. Charitas enī
perfecta est, deniq; plenitudo legis est. Quid autem tam bonū quàm charitas quæ
malum non cogitat? Et ideo terras fugito,in quibus inuidia est,ubi ambitio,ubi cō
tentio. Boni ergo illius capacem se anima tua præbeat,ut supra nubes uolet, sicut a
quila renouetur,sicut aquila pennas emittat,ut renouatis alarum remigijs alta pete
te non reformidet,hanc habitationem relinquat. Terrenum enim habitaculum gra
uat animam,exuat uetera,abijciat erroris desideria,abluat oculos suos ut uideat illū
fontem ueræ sapientiæ,illum fontem uitæ æternæ, qui affluit atque exundat omni
B bus,nullius indigens. Quis enim dedit illi, cum ex ipso & per ipsum & in ipso oīa Roma.11.
sint? Vitæ igitur fons est summum illud bonū,ex quo uiuendi substantia ministra
tur omnibus. Ipsum autē in se habet uitam manentem,à nullo quasi inops accipit.
Largitur bona alijs non aliunde assumit sibi. Neque enim nostri indiget. Vnde &
ait ex persona hominis, Quoniam bonorum meorum non indiges. Quid ergo pul Psal.15.
chrius quàm ei appropinquare,ei adhærere? Quæ maior uoluptas est,quàm quod
is qui uiderit & de fonte aquæ uiuæ gratis gustauerit? Quid potest aliud desidera
re? quæ regna? quas potestates? quam pecuniam,cū aduertat quàm miseræ etiam
hic regum cōditiones sint, quàm mutabiles imperij status, quàm exigua uitæ huius
spacia,quanta in ipso imperio seruitia,cum ad aliorum non ad suum uiuant arbitri
um? Quis autem peculiatus ad uitam æternam transit, nisi uirtutum fultus peculio,
quod receptum omnibus,solis diuitibus impossibile pronunciatur? Non ergo his
uti beatum est,sed illud uidere quo ista despicias,& uana ueris refellas,atque inania
& cassa iudices,illam nudæ ueritatis pulchritudinem diligas, quæ has seculi fucosis
simas uanitates redarguat. Erige igitur oculos anima tuos, illos de quibus tibi uer
bum dei dicit, Corde nos cepisti soror mea sponsa, corde nos cepisti uno ab oculis Cant.4.
tuis. Ascende in palmam,uince seculū,ut teneas uerbi altitudinem. Imaginem istam
mundi foris relinq;,foris maliciam, introduc autem bonitatem mentis, quæ habet
gratiam in ligno uitæ,si lauerit stolam suam, & ingrediatur in ciuitatē, quæ uera est
patria sanctorum, in qua est dei tabernaculū, circa quod scribæ domini prætendūt,
ubi non dies aut sol aut luna lumen ministrant, sed ipse dominus lumen est totam
illam ciuitatem illuminans. Est enim lux mundi. Non utiq; lux uisibilis,sed anima Ioan.8.
rum quæ in hoc mundo sunt,intelligibilis claritudo,quibus se splendenti lumine ra

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tionabilis infundit prudentiæ, & ut prædicatur in euangelio, incorporeæ uirtutis in
flammans uapore secreta mentiũ animorũq; penetralia. Si quis igit incola esse cœ
perit illius ciuitatis supernæ, incola uidelicet conuersatione ac moribus, non discedat
ab ea, non exeat, non reflectat uestigium, non corporis dico sed mentis uestigium.
Non reuertatur retro. Retro luxuria, retro impuritas est. Denicq; ascendens ad mon
tem Loth, retro reliquit Sodomitana flagitia. Quæ autem respexit retro, non potu
it ad superiora euadere. Non ergo pedes tui retro sed mores reuertantur. Nõ fiant
manus tuæ remissæ, & deuotionis tuæ ac fidei genua dissoluta. Non fiat uoluntatis
tuæ recidiua infirmitas, non ullus intercursus criminum. Si ingressus es, mane, perue
nisti, cõsiste, saluans salua animam tuam. Ascendens directum attolle gradum, nul
lus inde tuto redit. Hinc uia, inde ruina est. Hinc ascensus, inde præcipitium. Ascen
dendi quidem labor, sed descendendi periculũ. Sed potens est dominus, qui te fun
datum illic custodiat, septum propheticis muris & apostolicis turribus. Ideo tibi di
cit dominus. Intrate, calcate, quia assistit uindemia. Intus non foris simus. Et in euan
gelio dei filius dicit, Qui est in tecto, non descendat uasa sua tollere. Non utique de
hoc tecto dicit, sed dicit de illo, Extendit cœlum sicut cameram. Intus ergo esto intra
Hierusalem, intra animam tuam pacificam, mitem atq; tranquillam. Non exeas de
ea, neq; descendas uas tuum istud aut honoribus aut diuitijs aut arrogantia attol
lere. Intus esto, ut per te alienigenæ nõ transeant, peccata animam tuã nõ transeant,
uariæ operationes & cogitationes inanes: non transibunt autem si suscitaueris bellũ
D pro deuotionis & fidei certamine, pro ueritatis studio aduersus passionũ illecebras,
& sumpseris arma dei aduersum spirituales nequicias & astutiã diaboli, qui perten
tat sensus nostros fraude ac dolo, quem mansuetus bellator facile proterit, qui nõ se
rat iurgia, sed sicut decet seruũ domini, cũ modestia fidem doceat, & eos qui aduer
santur redarguat. De hoc dicit scriptura, Qui mansuetus est, bellator exurgat, & in
firmus dicat, Omnia possum in eo qui me confortat. Hac fide fretus etiam qui infir
mus est prævalebit, & erit sancta anima eius, & stillabunt ei montes prophetici uel
apostolici dulcedinẽ, & colles fluent lac, qualis ille collis qui lactis potũ Corinthijs
dabat, & fluent ei aquæ de suis uasis, & de puteorum suorũ fontibus, uel de uentre
eius aquæ uiuæ, spirituales uidelicet quas fidelibus suis spiritussanctus ministrat,
qui etiam animam tuam dignetur rigare, ut abundet in te fons aquæ salientis in ui
tam æternam. Vale & nos ut filius dilige, quia nos te ut parentes diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæum, prosequentis illud uerbũ Aggei prophetæ, Si tem
pus uobis est ut habitetis in domibus cælatis? multo ex hoc nos sermone cõmonen
tis, ut in superioribus domibus & non in uallestribus & subterraneis habitemus, ta
lesq; domos nosmetipsos domino ædificemus, Epistola. XII.

AMBROSIVS Irenæo. Vbi superiorẽ absolui epistolam, & perferendam
tibi tradidi, uenit in mentẽ illud quod dominus in manu Aggei prophe
tæ locutus est dicens, Si tempus uobis est, ut habitetis in domibus cela
tis? Quid ergo istud est, nisi in superioribus habitandũ nõ in uallestribus & subter
raneis habitaculis? Qui enim infra terram habitant, non possunt ædificare templũ
dei & dicunt, Non uenit tempus ut ædificetur domus domini: simul quia luxurioso
rum est hypogea quærere captantium frigus æstiuũ, eo quod resoluti delicijs æstus

A aliter ferre ac tolerare nequeant, & ideo requirant umbrosa penetralia: uel quod de
fidiosi ignaua sub terris agant ocia: deinde quod tenebrosa illos & opaca delectent
magis, quibus operiri flagicia sua credant, secundum illud, Tenebræ circundant me Eccl. 23.
& parietes, quẽ uereor? Sed frustra hoc sperant, cum profunda abyssi & abscondi
ta deus cernat, & omnia deprehendat antequam fiant. At non Helias in hypogeis,
non Helisæus habitabant. Denicq; alter mortuum uiduæ filium tulit ad superiora,
in quibus cõsueuerat sedere, & ibi eum resuscitauit, Alteri quoq; Sunamitis illa ma 3. Reg. 17.
gna mulier (ut scriptura testificatur) in superioribus hospitium parauit, & ibi conci 4. Reg. 4.
piendæ sobolis, quia non habebat, meruit prærogatiuam, eiusdemq; resuscitati pi
gnoris uidit miracula. Quid de Petro dicam qui ad horam sextam ascendens in su
periora baptizandarũ gentium cognouit mysteria? At uero parricida Absalon in
ualle sibi regis titulum statuit, & in fossam proiectus est, cum esset peremptus. Ergo
sancti ascendunt ad dominum, flagitiosi ad uitia descendunt. Sancti in montibus,
criminosi in uallibus. Deus enim montium est, & nõ deus uallium. Qui ergo illic, id
est, in domibus habitabant uallestribus, in quibus nõ habitat deus, domum dei in
se habere non poterant. Hanc enim dominus quærebat ab illis domum, ut semeti
psos ædificarent, atq; intra se dei templũ uiuis fidei lapidibus attollerent. Neque eñ
terrenorum parietum constructiones, & siluestrium ligna culminum desiderabat,
quæ cum fuissent, manus diruerat hostilis, sed illud templum quærebat quod in ho
minum cõderetur mentibus, quibus dicendum foret, Vos estis templum dei, in quo 2. Cor. 6.
habitaret dominus Iesus, & unde ad redemptionem uniuersorum procederet, ut in
B utero uirginis sacra reperiretur aula, in qua rex habitaret cœlestiũ, & corpus huma
num dei templum fieret, quod etiam cum solutum esset, in triduo resuscitaretur.
Sed hanc domum non luxurioſi ædificant, qui cælatas inhabitant domos, & cælato
argento delectantur. Sordet enim illis purum argentum, ita & istis sordet simplicis
habitationis locus. Sinuant spacia domorum, & adijciendo adijciunt, coniungentes
domum ad domum & uillam ad uillam, effodiunt terram, ut elementum quoq; eo
rum cedat habitaculis, & quasi terræ filij intra eius recondantur uterũ, & abscondan
tur aluo. Isti planè sunt de quibus dicit Hieremias, Væ qui ædificant domũ suam Hiere. 22.
non cum iusticia. Qui enim cum iusticia ædificat, non in terrenis ædificat sed in cœ
lestibus. Ædificasti, inquit, domum, metire superiora eius, perflatilia distincta fene
stris, & contignata cedro & illita minio. Metitur autem superiora, qui contemplatus
iudicium dei, iudicat iudicium humilis & iudicium pauperis. Qui autẽ in auaritiam
intendit & in sanguinem innocentis, non ædificat superiora cum iudicio: nec mensu
ram tenet, quia nõ habet Christum: nec aspirare sibi diuinæ flatus explorat gratiæ,
nec pleni luminis splendorem requirit: nec illita minio habet cœnacula, Cui non po
test dici, Sicut testicula coccinea labia tua. Non sepelietur, inquit, huiusmodi. Qui
enim uiuũ se sub terram infodit, & tanquam in sepulchro sepeliuit, eripuit sibi mor
tuo requiem sepulturæ. Depositus itaque in ualle corporalium delectationũ, nõ in
uenit sepulchrũ de quo possit resurgere. Huiusmodi ergo uir nec templũ deo ædifi
cat, quia non nouit tempus correctionis suæ. Quomodo enim possunt tales homi
nes templum ædificare, qui quasi feræ ac bestiæ in spelæa ferarum & bestiarum lati
bula sese receptant, atque in foueas se serpentium more demergunt, & consuetudi
ne fraudulentæ uulpis infodiunt? Sed nec sepulchrum sibi condit qui ante tempus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C moritur. Viuens enim mortuus est,nec audit uocem Aggæi, id est,epulantis, ut interpretatio declarat.Quoniam non ingreditur tabernaculum dei in uoce exultationis & confessionis sonus epulantis.Quomodo enim uocē eius audit qui opera eius nō uidet? Nam si uideret audiret uerbū quod in eius manu factum est, delectatus eius actibus quibus pulsauit & apertum est ei,& descendit in eius animam,ut epuletur in eo synceritatis & ueritatis cibus. Ergo quia non audiuit,fit iterum in manu Aggæi uerbum & dicit,Surgite de cælatis & de pressis malicia domibus,& ascendite in montem scripturarum cœlestium,& cædite lignum sapientiæ,lignum uitæ,lignum cognitionis,& dirigite uias uestras, ordinate actus uestros ut habeant ordinē suum debitum,qui necessarius & utilis est ad ædificandam domini domum. Nam si nō feceritis:nec cœlū dabit rorem suū, id est, sermo cœlestis qui sicut ros descendit super fœnum,non temperabit feruidos corporaliū motus passionum:nec ignita restinguet diuersarum spicula cupiditatum:nec terra eius, id est, anima fructus dabit, eo quod arescat,nisi repleatur irriguo uerbi dei,& perfundatur à rore cœlesti spiritualis ubertate gratiæ. Et quia sciebat desides esse habitantes in hypogeis & uoluptatum gurgustris,Excitabo,inquit,illis spiritum Zorobabel de tribu Iudæ & Iosedech
Psal. 126. sacerdotem magnum,ut incitentur ad ædificationem diuinæ domus, Nisi enim dominus ædificauerit sibi domum inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Ipse est Zorobabel iugis redundantia,utpote fons uitæ & uerbum dei,per quod omnia &
Ioan. 7. ex quo omnia & omnia in ipso.Hæc dicit redundantia, Si quis sitit ueniat ad me & bibat.Hoc est profluuium indeficientis meatus. Profluuium quoque nocturnum
D legimus quod est zabulon,id est,propheticum,sed etiam & ipsum huius fluenti infusione resplenduit,per quod euanuit illud profluuium uanitatis in Iezabel,quæ inimica ueritati & aduersaria prophetarum eloquijs, ita dilacerata est canū morsibus, ut nullum eius supereſſet uestigium, sed toto corpore suo,cum omnibus posteritatis suæ insignibus extingueretur.Ipse igitur Zorobabel ex tribu Iudæ,ipse Iesus ma
4.Reg.9. gnus sacerdos & tribu designatus & nomine,duo significari uidentur, & unus expri mitur. Qui idem quasi potens natus ex potente, quasi redemptor ortus ex uirgine, in utriusque idem naturæ diuersitate diuiduæ,unius filij dei ueritatem gigas saluta
Aggæi.2. ris impleuit.Excitaturus itaque à mortuis Zorobabel sanctum ait,Adhuc ego mouebo semel cœlum & terram.Et maria & desertum mouerat ante hæc,cum de Aegy
Exo.14. pto liberaret populū suum,quando in cœlo columna erat ignis,terra inter fluctus, murus in mari, uia in aqua, in deserto messis quotidiana frugum cœlestium multiplicabatur,petra soluebatur in fontes aquarum. Sed mouit & postea in passione
Matth.27. domini Iesu,quando cœlum tenebris obductum, sol refugit,petræ scissæ,tumuli aperti,mortui resuscitati,draco uictus in fluctibus suis uidit piscatores hominum,nō solum nauigantes in mari,sed etiam ambulantes sine periculo, Desertum quoque motum,quando infructuosus nationum populus in messem cœpit deuotionis & fi dei flauescere, & eousque deserti & gentium commotio facta est, ut apostolorum quos direxit ad gentes uocandas,tanta esset & tam uehemens prædicatio,ut,In omnem terram exiret sonus eorum,& in fines orbis terræ uerba eorum. Tanta inquā commotio deserti, ut plures filij fierent desertæ quàm eius quæ habebat uirum. Et floreret desertum ut lilium, introirent electa gentium ad residuos populi, quo reliquiæ saluæ fierent per electionem gratiæ. Et replebo, inquit,domum hanc argento meo

A meo & auro,eloquijs cœlestibus quæ sicut argentum igne examinatum,& ueri claritate luminis,sicut auro spirituali in sanctorum occultis mentibus refulgente.Has diuitias confert ecclesiæ suæ quibus intelligibiles thesauri replentur. Et gloria augetur domus super priorem gloriam,quam populus habuit electus. Pax enim & tranquillitas animæ super omnē domus gloriam est, quia pax superat omnem sensum. Phil.4.
Hæc est pax super pacem,quæ dabitur post tertiam commotionem cœli,maris,terræ,deserti,quando destruet omnes potestates & principatus. Cœlum enim & ter- Matth.4.
ra transibunt & omnis istius mundi figura, & unusquisque in romphæa insurget ad fratrem suum, id est, uerbo penetrante medullas animæ,ut destruatur quicquid est contrarium,currus ex Ephren & equus ex Hierusalem,ut Zacharias dixit. Et sic Zachar.9.
erit pax per omnia, ut nullis obsistentibus corporis passionibus aut incredulæ mentis impedimentis,fiat in omnibus Christus,subdita patri exhibens corda uniuersorum. Vnde & ad ipsum solum mystice dicitur,Sumam te Zorobabel, & ponam te Aggæi.2.
sicut signaculum quia te elegi. Etenim cum fuerit anima nostra pacifica,ut dicatur ei,Cōuertere cōuertere Sunamitis,quod pacificam significat,& ut tuo nomine utar, Cant. 6.
Irenicen,tunc accipiet in se sicut signaculum Christum,id est,imaginem dei,ut sit ad imaginem. Quoniam qualis cœlestis,tales & cœlestes.Et oportet nos portare imagi- 1.Cor.15.
nem cœlestis.id est,pacem. Atque ut sciamus uerum esse,habes in Canticis,in ultimo,iam perfectæ animæ dici,quod & tibi dicat dominus Iesus, Pone me ut signa- Cant.8.
culū in brachiū tuū,ut luceat pax in corde tuo,& in operibus tuis Christus,& formetur in te sapientia & iusticia & redēptio. Vale fili & nos dilige, qa nos te diligimus.
B

LIBER QVARTVS.

Diui Ambrosij ad Irenæum,hanc quæstionem Vtrum sit aliqua apud deum differentia charitatis eorum qui à pueritia, & eorum qui iuuentutis aut posterioris ætatis processu crediderint,dissoluentis, Epistola. XIII.

AMBROSIVS Irenæo. Differentia charitatis utrū sit aliqua apud deum,eorum qui à pueritia crediderint, & eorum qui iuuentutis aut posterioris ætatis processu,prudenter requirendum putasti. Nam hoc quoque scriptura diuina non prætermisit, neque intactum reliquit.Siquidem dominus deus noster ad Iohel prophetam non oci- Iohel.1.
ose ait, Lamentare ad me super sponsam præcinctam sacco in uirum eius uirginalem,dolens synagogam quæ antea uirginitate sua desponsata dei uerbo foret, uel animam certe quæ de bonis meritis decidisset, ita offendiculum incidisse peccatorū flagicijs, ut odia contraheret,& inquinamento impietatis ac perfidiæ obsoleta sordibus miserabili esset despectui,longe mutata ab illius sponsæ gratia,quæ ante meruerat audire,Sponsabo te mihi in fide & iusticia & misericordia. Nec immerito la- Oseæ.2.
mentabilis pronunciatur, quæ tantorum munerum amiserat precium, & uirtutum dotalium tam graue subierat dispendium,ut ei uirginalis spōsus eriperetur.Nostris enim meritis uerbum dei nobis aut uiuit aut moritur.Nam si bona studia atque opera nostra sint,uiuit atque operatur in nobis dei uerbum,si tenebrosæ cogitationes operationesq; nostræ sint, occidit nobis sol iusticiæ. Et ideo lamentandū præcipit pro ea anima. Nam sicut illis gratulandū & epulandū est,cum quibus sponsus est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ita illi animæ lugendum cui sponsus fuerit ereptus, Sicut de apostolis scriptum est
Matth.9. in euangelio, Quoniam cum auferetur ab eis sponsus, tunc ieiunabunt in illis die-
bus. Ergo & hæc anima habebat ante læticiam & exultationem, cum haberet παρθε-
νικὸν λόγον. Et ideo non ieiunabat, quia dies erant epularum & refectionis, cum ad-
esset sponsus inuehens, quibus aderat, ubertatis affluentiam cœlestis alimenti, co-
pia uini rigatus, quo corda hominum lætificantur: sed posteaquàm sponsum factis
amisit suis, iubetur in cilicio agere pœnitentiam peccatorum suorum, & deflere se-
metipsam, quia mortuus est ei crucifixus pro ea Christus, qui est παρθενικὸς λόγος. Si
à prima ætate conuenit: nec alterius anima hæc uidetur experta copulam, sed à prin
cipio uirginalem fidei suæ florem Christo dicauit, atque ipsi primis fœderata pieta-
tis mysterijs sacros iuuencula cultus recepit. Ipsa est Israëlitica anima ueteris prosa-
piæ ex genere patriarcharum, quæ si inoffensum fidei seruasset curriculum, magni
meriti foret sponsa uerbi uirginalis, tanctq; illa quæ apprehendit iusticiã & obuiauit
illi quasi mater & quasi mulier à uirginitate suscepit illam. Altera quoq; est acquisita
ex gentibus, & utraque sponsa unius uerbi, quod est magnum mysterium. Idcq; tibi
1.Reg.25. demonstratur in libro regnorum. Siquidem Dauid duas uxores habuit, Achina-
am Iezraëlitem & Abigeam acquisitam sibi postea. Illam rigidiorem, istam miseri-
cordiæ plenam & gratiæ, hospitalem ac liberalem animam, quæ reuelata facie pa-
trem uidit speculata eius gloriam, quæ suscepit diuinũ illum paternæ gratiæ rorem,
ut habet nominis interpretatio. Quid autem ros patris, nisi dei uerbum quod hu-
more fidei atque iusticiæ infudit corda uniuersorum? Pulchre igitur huic animæ ue
D tus dicit Dauid, quod illi Abigeæ dictum est, Benedictus dominus deus Israël, qui
misit te hodie huc obuiam mihi, & benedicti mores tui. Et iterum dicit ei. Ascen-
de in pace in domum tuam, uide audiui uocem tuam, & reueritus sum faciem tuam.
Cant.2. Denique in Canticis etiam hæc uerba sunt sponsi ad sponsam. Ostende mihi faci-
em tuam, & insinua mihi uocem tuam. Et tunc quidem dimissa est, quoniam alte
rum habebat uirum qui dicebatur Hebraice Nabal, Latine insipiens, durus, inho
spitalis, inhumanus, ingratus, qui officia nesciret referre: sed posteaquàm defunctus
est uir eius, solutam à lege uiri accepit eam sibi in uxorem propheta Dauid. Per eu
ius copulam ecclesiæ credituræ ex gentibus significantur mysteria, quæ amisso uiro
cui ante iuncta fuerat, transiuit ad Christũ, censu pio diues humilitatis & fidei, mi-
sericordiæ quoque dotata, patrimonio. Sed hoc loco non ista deploratur, sed illa
Achinaam quæ fuit male fortis in fratrem. Et ideo ille frater factus est in cõmotio-
Psal. 43. nem. Vnde ex persona eorum dictum est, Posuisti nos in parabolam in gentibus,
commotionem capitis in populis. Quam nutantem inueniens diabolus, sicut leo
diruit, & iocunditatẽ eius abstulit. Vineam eius & ficum euertit, sub quibus solebat
ante requiescere & arescere fecit fructus eius. Quos aridos miseratus atq; albentes
Ioel.1. siccitate nimia dicit ad prophetã deus, Lamentare ad me super sponsam præcinctã
cilicio & super uirum eius uirginalem, id est, super animæ huiusmodi, uel synagogæ
uirum mortuum. Cui loco alio expostulans dicit, Eo quod oblita propositi sui, obli
ta charitatis, immemor gratiæ, de uia disciplinæ, superiorem uxoris affectum ami
serit. Meritóque suis eam sermonibus redarguit, memoran& & retexens eiusdem
blandicias & pietatis uocabula. Non sicut domesticum me uocabas, & patrem &

A initiatorem uirginitatis tuæ, Ergo huic animæ cui per intemperantiam eius mor
tuum est dei uerbum, & ille παρθενικὸς λόγος occidit, luctum indicit, intercessorem
adhibet, ut uocetur ad pœnitentiam, quo possit mereri misericordiam. Illi autem,
quæ bona intellectu & decora aspectu ualde, sicut Abigea acquisita sibi erat in
prælio, deuictis aduersarijs & mortuo uiro qui uallatus nequicijs spiritualibus re
pugnabat ac resistebat, ne sibi specioſa uxor adimeretur, quasi uictor & diligens
sponsus iocunditatem confert & gratiam, emundans eam ab omnibus pulchri-
tudinis eius impedimentis, & exuens uestimentis captiuitatis: ut depositis omni-
bus capitis sui capillis, id est, peccatorum criniculis, qui quasi superflui nostro in
corpore uidentur, quoniam si uir comam nutriat, ignominia est illi, in unitate fi-
dei, in uirum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi studeat occur-
rere, ut omnem deponat animi perturbationem, & charitate fundata augeatur
in domino Iesu, & uniuerso acquirat incrementa corpori. Hæc est anima illa
quam lex demonstrat tibi in specie mulieris bonæ, quam uideris in prædam & Deu.21.
concupieris accipere in uxorem tibi, induces, inquit, eam in domum tuam. ut to-
ta ei committas interiora domus tuæ, omnium tuorum uiscerum possessionem,
auferas eius superflua, tondeas lapsus, & nouacula non satis acuta, ne faciat dolũ,
tuarum exuuias passionum, atque inanes sensus recidas. Ideo ait, Rades eius ca-
put, quo nulla obstacula patiantur oculi sapientis qui sunt in capite eius. Et sede-
bit, inquit, triginta diebus in domo tua peccata propriæ deplorans nationis, &
B cõmenta nequissimi patris diaboli, qui uult congregare quæ nõ genauit, ut hu-
ius mystici numeri purificatione mundata, coniugij claues adipiscatur. Et pul-
chre ait, Postea intrabis ad eam, ut totus ingrediaris in animam tuam, atque in-
tra ipsam te colligas, & in ea habites: apud eam commorare, in ipsa tibi sit omnis
conuersatio ut sis non in carne sed in spiritu, & proponas adiungere eam tibi ad
consortium uitæ, sciens quoniam communicabit tecum de bonis & perfunctus
eius gratia dicas, Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Sap. 8.
Et illa tibi respondeat, Assumam te & inducam te in domum matris meæ, & in Cant.8.
secretum eius quæ me concepit. Bona mater animarum Hierusalem illa quæ in
cœlo est. Erit ergo uxor tua, & inueniens te osculabit̃ te. Et si postea displicuerit
tibi quod castiget corpus suum & seruituti redigat, nõ patieris eam seruire, id est,
uoluptatibus corporis, nec subijcies eam carni, sed liberam permanere patieris:
nec alienabis eam, hoc est enim uendere: nec contemnes eam, sed permittes seruj-
re eam deo suo in castitate fidei & bonorum operum sobrietate. Vale & nos
dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæum, errorem remouentis, ne quis eum de quo in
superiori epistola dictum est quod duas habebat uxores, duas asciuisse sibi ani-
mas intelligat, Epistola. XIIII.

AMBROSIVS Irenæo. Superiore epistola scripsimus liberandã ab ad-
uersarijs animam nostram, & cum ea indissociabilis uitæ subeundũ cõ-
sortiũ. Et quia sermo iste nobis de Deuteronomio exemplũ assumpsit Deut. 21.
assertiõis suæ, q̃ loci subiectũ est de uiro q duas uxores habebat, unã odibilẽ alte
rã amabilẽ, nõ pfunctorie motus uideris, ne forte duas animas istũ sibi asciuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

C aliquis intelligat,quod fieri nequaquam poteſt. Verum ipſe non ignoras quod interdum ſcriptura cum allegoriam dicit,alia ad ſpeciem ſynagogæ, alia ad eccleſiam refert,alia ad animam, alia ad uerbi myſterium, alia ad diuerſas ſpecies & qualitates animarum,quæ diſcernit qui diiudicat ſpiritu. Vnde ſequenti capitulo legis non duas animas ſed diuerſas qualitates unius animæ comprehenſas arbitror. Eſt em̃ amabilis animæ ſpecies,quæ concupiſcit uoluptaria,quæ laborem fugit,compũctiones declinat,iudicium dei negligit. Ideo amabilis quia dulcis & ſuauis ad tempus uidetur quæ mentem non afficiat ſed oblectet. At illa altera triſtior quæ zelo dei conficiatur,ſicut uxor ſeuera ſcortari comparem ſuum nolit,non patiatur,non ſinat, nihil indulgeat corpori,nihil uoluptati & delectationi relaxet, abdicet occulta dedecoris,dura laborum ſequatur,grauia periculorũ. Si igitur pepererint ei ambæ, non poterit,inquit, primitiuũ filiũ amabilis in hæreditatis inſtitutione præponere primitiuo filio odibilis,cũ ſciat odibilis filiũ primitiuũ eſſe, in quo nõ tam prælationẽ ſimpliciter ſignificari puto quaſi inter primitiuos duos,quàm expreſſionẽ ſolũ odibilis filium primitiui habere prærogatiuam. Primitiuus enim primogenitus eſt,ſancti autem primogeniti ſunt, quia omnis maſculus adaperiens uuluam ſanctus domino uocabitur. Non tamen omnis primogenitus ſanctus. Non enim ſanctus Eſau, qui utique primogenitus,ſancti autem primogeniti ſunt. Deniq; habes in numeris, Ecce tuli Leuitas de medio filiorũ Iſraël pro omi primogenito qui aperit uuluam,à filijs Iſraël. Mihi enim in quo die percuſſi omne primitiuum Ægypti, ſanctificaui omne primogenitũ Iſraël. Ergo Leuitas pro primogenitis accepit quaſi ſanctos em̃ D primogenitos eſſe cognoſcimus ex epiſtola ad Hebræos ſcripta,in qua habemus. Sed appropinquaſtis Syon monti & ciuitati Hieruſalem,& decem milibus angelorum & eccleſiæ primitiuorũ. Ergo ſicut primogeniti eccleſiæ ſancti, ſic & Leuitæ,quoniam ipſi quoq; primogeniti. Non enim naſcendi ordine ſancti ſed ſanctificationis munere. Leui enim tertius filius fuit Liæ,nõ primus utiq;. Qui autem ſanctificatus, ipſe aperit uuluam. Quam uuluam? Audi dicentem, Errauerunt peccatores ab utero. Quia intellexiſti primogenitum qui aperit uuluam,intellige uterum bonæ matris à quo non errant ſancti ſed peccatores. Leuitæ autem auferuntur de medio Iſrael,quia nihil habent commune cum populo,cuius primogenita ſecularia deſtruunt. Primogenita enim ſeculi alterius matris ſunt,à cuius utero ſegregatus Paulus eſt,eũ ad gratiam uocaretur dei. Et ideo de medio populi ſegregatus, uerbum recepit quod eſt medium in corde noſtro. Vnde & illud dictum eſt, Medius autem ueſtrum ſtat quem uos non uidetis. Non ocioſus itaque nobis à lege in legem excurſus fuit, ut primogenitum non eſſe amabilis illius, id eſt, remiſſioris & uoluptariæ filium diceremus, quamuis præpoſiti capituli uerba hæc exprimant dicente ſcriptura, Non poterit filium amabilis primitiuum præponere, cum ſciat filium odibilis primitiuum eſſe. Ille eſt uere primitiuus qui ſanctæ matris ſanctus eſt partus, ſicut illa uera mater, à cuius utero non errant ueri filij ſed peccatores. Ergo ille non ueræ matris filius non primitiuus uerus, ſed quaſi primitiuus iuuatur,ſumptu negeat, non ut diues ſit honoratur. Hic autem dupla ex omnibus accipit ut abundet. Sicut etiam in Geneſi habes patriarchas à fratre ſuo Ioſeph geminæ ſingulos ſtolæ donatos munere,cum remitterentur ad patrẽ, ut ſignificarent fratrẽ re-

Exo. 13.

Num. 3.

Heb. 12.

A pertum Ioſeph quem defunctum eſſe crediderat pater. Primogenitus itaque hæreditatis accepit prærogatiuam dicente ſcriptura, Hic eſt initium filiorum eius,& huic debentur primogenitalia. A primogenito igitur dei filio primogeniti ſancti, & ab illo initio (quia ipſe eſt initium & finis) initium ſanctus nuncupatur,initium filius cui debetur primitiarum prærogatiua,ſecundum illud ad Abraam dictum, Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Quod magis ad hæreditatem uirtutum quàm pecuniæ ſpectare diuino oraculo docetur,dicente deo, Omnia quæcunque tibi dixit Sara,audi uocem eius,quoniam in Iſaac uocabitur tibi ſemen. Quæ erat alia in Iſaac,niſi ſanctitatis hæreditas quæ nobilitaret patrem? Et filium quidem ancillæ ſuper nationes præfecit quaſi ſimpla conferens patrimonij, filio autem Saræ dupla dedit,cui nõ ſolum temporalia ſed etiam ſuperna & perpetua collata ſunt. Vale & nos dilige,quia nos te diligimus.

Gene. 21.

Diui Ambroſij ad Irenæum, cauſam reddentis, Cur lex prohibuerit mulieres uti ueſte uirili,atque uiros indui ſtola muliebri, Epiſtola. XV.

AMBROSIVS Irenæo. Pertuliſti ad me quaſi filius quæſiuiſſe aliquos dete, quid ſibi uelit quod tam ſeuere lex immundos eos dixerit qui alieni ſexus uterentur ueſtibus,uel uiros ſcilicet uel mulieres. Sic enim ſcriptũ eſt, Non erit res uiri ſuper mulierem,neq; induetur uir ſtolam muliebrem,quia immundus eſt domino omnis qui fecerit hoc. Et ſi uere diſcutias, incongruũ eſt quod ipſa abhorret natura. Cur enim homo non uis uideri eſſe quod natus es? Cur alienam B tibi aſſumis ſpeciem? Cur mentiris fœminam,uel tu fœmina uirum? Suis unumquemq; ſexum induit natura indumentis. Deniq; diuerſus uſus,diuerſus color,motus,inceſſus,diuerſæ uires,diuerſa uox eſt in uiro & fœmina. Sed etiam in reliqui generis animantibus,alia ſpecies leonis,alia leenæ,alia uis,alius ſonus,alia tauri,alia uitulæ. In ceruis quoq; quantũ diſtat ſexus,tantũ diſcrepat ſpecies,ut eos etiam eminus poſſis diſcernere. In auibus uero etiam propria ad ueſtitũ eſt inter eos & homines comparatio. In illis enim ſexum naturalia ipſa indumenta diſcernunt. Paui mares ſpecioſi,fœminæ nõ iten, pennarum uariò pinguntur decore. Faſianis quoq; diuerſus color,qui diſtinguat ſexus diſcretionẽ. Quid in pullis? quàm canora uox galli? nocturniſq; uicibus ſolenne munus,ad excitandum & canendum? Nunquid illa mutant ſpeciem ſuam? Cur nos mutare deſideramus? & quidem Græco more influxit, ut fœminæ uirilibus quaſi ſuccinctioribus tunicis utantur. Eſto tamen, ut illæ imitari uideantur melioris ſexus naturam. Quid uiri qui inferioris ſexus mentiri ſpeciem uolunt? Mendacium & in uerbo turpe eſt,nedum in habitu. Deniq; in tem plis ubi mendacium fidei, ibi mendacium naturæ. Illic adſumere uiros muliebrem ueſtem,geſtumq; fœmineum ſacrum putatur. Vnde lex dicit,quia immundus erit domino omnis uir,qui ſtolam muliebrem induerit. Arbitror autem quod nõ tam de ueſte, quàm de moribus dixerit uel de uſibus noſtris atq; actibus,quod alius uirum,alius fœminam deceat actus. Vnde & apoſtolus ait,quaſi interpres legis. Mulieres noſtræ in eccleſia taceant. Non enim permittit eis loqui,ſed ſubditas eſſe ſicut lex dicit. Si quid autem uolunt diſcere,domi uiros ſuos interrogent. Et ad Timotheum. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione. Docere autẽ mulieri nõ permitto,neq; dominari in uirum. Quàm deforme autem uirum facere opera mulie-

Deut. 22.

1. Titum. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bria. Ergo & pariant,ergo parturiánt qui crispant comam sicut fœminæ. Et tamen il
Ephe.4. læ uelantur,isti belligerantur. Verũ habeant excusationem qui patrios usus sequun
tur sed tamẽ barbaros, ut Persæ,ut Gotthi, ut Armenij. Maior quidem est natura
quàm patria. Quid de alijs dicimus,qui hoc ad luxuriam deriuandum putant, ut ca
lamistratos & torquatos habeant in ministerio,ipsi promissa barba,illos remissa co
ma? Merito illic seruatur castimonia,ubi nõ tenetur sexus distinctio. In quo euiden
tia naturæ magisteria sunt dicente Apostolo. Decet mulierem nõ uelatam orare de
um? Nec ipsa natura docet uos. Quod uir quidem si comam habeat,ignominia est
illi,mulier uero si capillos habeat gloria est illi,quoniamquidem capilli pro uelami
ne ei sunt. Hæc sunt quæ referas requirentibus. Vale & nos ut filius dilige, quia
nos te ut parentes diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæũ, epistolam ad Ephesios summaria ac breui expla
natione perstringentis, Epistola. XVI.

AMBROSIVS Irenæo Poposcisti ut summam epistolæ quæ ad Ephesios
scripta est,inculcaremus tibi,quæ obscurior uideretur,nisi eius distinctiones
colligas, quibus persuadendum putauit apostolus de dei regno nobis nõ
desperandum. Proposuit itaq; primum,quod bonis maximum solet esse ad studia
uirtutis incitamentum,præmiorum spem,& promissorum cœlestium hæreditatem,
quæ in pássione Christi & resurrectione appropinquauerint. Deinde subiecit nõ so
lum in paradisum reditum nobis reformatum esse per Christũ,sed etiam cœlestis
D solij honorem per consortium Christi corporis carni huic esse impartitũ,ut de ascen
dendi possibilitate iam non dubites,qui consortia tua in carne Christi regno cœle
sti adhærere recognoscas,per sanguinem eius reconciliationem factam omniũ quæ
uel in terra uel in cœlo sunt. Qui ideo descendit,ut captiuitatem nostram auerteret,
Ideo ascendit,ut impleret omnia per apostolos,prophetas, sacerdotes,confirmatio
nem uniuersorum,& congregationem gentium. Finem autem spei esse nostræ cha
ritatem ipsius, ut augeamur in ipso per omnia, quia ipse est caput uniuersorum, ad
quem omnes secundum mensuram operationis in unum corpus ædificatione chari
tatis assurgimus. Non ergo desperandũ quod capiti suo membra adhæreant, præ
sertim cum in adoptionem filiorũ dei ab initio simus prædestinati per Iesum Chri
stum in ipso: quam prædestinationem probauit,asserens illud quod ab initio præ
nunciatum est, Quia relinquet homo patrem & matrem,& adhærebit uxori suæ, &
erũt ambo in carne una,sacramentũ esse Christi & ecclesiæ. Si ergo Adæ & Euæ co
pula sacramentũ magnũ est in Christo & in ecclesia, certũ est quod sicut Eua os de
ossibus uiri fuit & caro de carne eius,& nos membra simus corporis Christi,os de os
sibus Christi & caro de carne eius. Nulla aũt epistola tantũ benedictionis increpuit
in plebem dei quantũ ista,in qua nõ solũ benedictos nos à deo,sed in omni benedi
ctione benedictos & spirituali & in cœlestibus significauit diuinæ locuples gratiæ te
stis,& prædestinatos nos in adoptionẽ filiorũ, In filio quoq; dei nos cumulatos gra
tia,abundasse ea ad cognoscendum mysteriũ æternæ uoluntatis. Tum præterea in
plenitudine temporũ, cum pacificarentur omnia in Christo,& quæ in terra sunt &
quæ in cœlo,sorte nos in ipso constitutos,ut quæ legis sunt implerentur in nobis,&
quæ gratiæ. Cum etiam secundum legem electi uideremur in iuuentutis ætate,
quæ

A quæ est uita immaculata,nihil habentes lasciuiæ puerilis & senilis infirmitatis. Do
cti quoq; prælium non solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam aduersus
omnẽ militiam spiritualis nequiciæ, quæ est in cœlestibus,uiuidis gerere uirtutibus. Ephe.6.
Itaq; sicut illis sortito obtigit capta ex hoste terrarũ possessio, ita nobis cecidit sors
gratiæ, ut simus possessio dei qui renes possidet nostros,id est,seminariũ castitatis
& temperantiæ. Quæris hanc sortem agnoscere, recordare illam quæ cecidit super
Matthiam,ut in duodecimum apostolorũ numerum subrogaretur. Sed etiam pro
pheta Dauid ait, Si dormiatis inter medias sortes. Eo quod is qui medius inter ue
teris sortem & noui testamenti est recumbens in utroq;,ad regni cœlestis tranquilli
tatem ascisitur. Hanc sortem filiæ Salphe petebant hæreditatis paternæ, & earum
petitio diuino iudicio probata est. Sed illæ petebant in umbra, Salphe enim umbra
oris significatur. In umbra ergo sermonis petebant, loquebantur quod non reuela
batur. Paternæ itaque hæreditatis petitio Salphe filiabus in umbra sermonis erat,
nobis autem est in euangelij splendore & reuelatione gratiæ. Simus itaq; nos pos
sessio dei & ille nobis portio,in quo sunt diuitiæ gloriæ & hæreditatis eius. Quis em̃
diues nisi solus deus qui omnia creauit? Sed multomagis diues misericordia,qui om
nes redemit. Et nos secundum carnis naturam iræ filios & morti obnoxios mutauit
quasi auctor naturæ,ut simus filij pacis & charitatis. Quis em̃ naturam mutare po
test nisi qui creauit naturam? Itaque suscitauit mortuos, & uiuificatos in Christo se
dere fecit in cœlestibus in ipso domino Iesu, Non quo quisquam hominũm præro
B gatiuam sedendi meruerit in illa sede dei,de qua pater soli filio dixit, Sede à dextris
meis: sed quia in illa carne Christi per consortiũ eiusdem naturæ caro omnis huma
ni generis honorata est. Nam sicut ille in nostra carne subditus legitur per unitatem
carnis & obedientiam corporis,in quo fuit obediens usq; ad mortem,sic & nos in il
lius carne considemus in cœlestibus. Non ergo sedemus sed in Christo sedemus,
Qui solus sedet ad dexteram dei filius hominis,sicut ipse dixit, Amodo uidebitis fi
lium hominis sedentem ad dexteram dei. In eo enim abundauit gratia eius & bo
nitas super nos in Christo Iesu,ut operibus mortuos, per fidem redemptos, salua
tos gratia tantæ donaret liberalitatis munere,in quo uelut resuscitata etiam ipsa na
turà nouæ sensit creaturæ gratiam,ut in bonis operibus ambulemus creati in Chri
sto,qui ante obnoxiæ hæreditatis uitio degenerauimus. Etenim sublatis inimicitijs
quæ erant in carne ante, pax facta est uniuersitatis in cœlo, ut essent homines sicut
angeli in terra,ut essent gentes unũ atq; Israelitæ, ut in homine uno & nouus ho
mo & uetus sublato pariete maceriæ,qui utrunque dissidioso obice diuidebat, inter
se conuenirent. Nam cum huius natura carnis iras discordias ac dissensiones exci
tauisset,lex nos damnatorum nexuisset uinculis, Christus Iesus insolentiam atque
intemperantiam carnis mortificatione compressit, legem mandatorum in decretis
euacuauit, in quibus ostendit non secundum literam interpretanda legis spiri
tualis dogmata, cum & sabbati ignauia ocia & corporalis superflua destrueret cir
cumcisionis atque omnibus accessum ad patrem in uno referaret spiritu. Quomo
do enim potest discordia esse, ubi una uocatio,unum corpus & unus spiritus est?
Quid enim aliud descendens operatus est dominus Iesus, nisi ut de captiuitate
nos in libertatem uendicaret, & illam captiuitatem uinctam perfidiæ uinculis sibi
captiuam faceret alligatam sapientiæ compedibus, mittente unoquoque pruden
te pedes

Universidad de Deusto
Biblioteca

C te pedes suos in compedes eius,sicut scriptum est, Et cum descendisset ascenderet ut
Ephe.4. impleret omnia,& nos omnes de plenitudine eius acciperemus? Ideoq; primum re
pletos spiritu suo posuit in ecclesia apostolos,prophetas alios,alios euangelistas,ali
os autem pastores & doctores, ut eorum adhortationibus consummaretur profe
ctus credentiũ, & ministerij fidelis opus crescret,Ædificaret unusquisq; ædificatio
ne uirtutum in mensuram ætatis interioris,quæ mensura perfectior uitæ immacula
tæ,id est,perfecti uiri,accipiens de plenitudine Christi recipit gratiæ plenitudinem.
Quis autẽ uir perfectus est nisi ille qui absolutus infantia puerilis ingenij atq; ado
lescentiæ incerto ac lubrico & immoderato iuuentutis calore,in uiri perfecti firmita
tem successerit,atque ad illam morum maturitatem adoleuerit, ut nõ facile deuij di
sputatoris alloquio flectatur, & quasi quadam doctrinæ irrationabilis turbidiore
in scopulos iactetur procella,ad erroris remedia se conferens, Et qui ueritatem non
solum in sermone sed etiam in operibus sequatur suis, & ædificationẽ charitatis in
se suscipiat, ut in unitate fidei & agnitionis occurrat,& quasi membrum non desit ca
piti suo,id est,Christo qui est caput omnium,Ex quo totum corpus fidelium & sapi
entium per harmoniam rationabilem uerbi: hoc est enim συναρμολογούμενον ἁρμονίᾳ
τοῦ λόγου ἁρμόμιον, id est, harmonia uerbi compaginatum & compactum atq; con
nexum:per omnẽ iuncturam ministrationis, in mensuram uniuscuiusq; partis au
gmentũ corporis facit, in ædificationem sui in charitate,ut assurgat unum templũ
dei in omnibus,& unum domicilij cœlestis habitaculum in spiritu uniuersorum. In
quo non solum sanctorum hominum,sed omnium credentium, omnium etiam su
D periorum rationabilium uirtutum ac potestatum,connexionem fidei spiritusq; ac
cipiendam arbitror, ut per harmoniam quandam uirtutum ac ministeriorũ corpus
unum ex omnibus rationabilis naturæ spiritualibus adhæreat capiti suo Christo,
ita ædificationis compage connexa,ut ne tactu quidem iunctura singulorum adhæ
rentium discrepare uideatur. Hoc est enim quod dixit Græcus ἀφὴ τῆς χορηγίας κατ'
ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ quod non difficile erit tanto architecto secundum mensuram uni
uscuiusq; meritorum ac fidei conuenientem sibi cõnectere, cum ædificatio charitatis
ruinam offensionis excludat atq; obstruat. Non est ergo dubitandum cœlestiũ po
testatum adhæsura ad hoc templum ædificandum consortia: incongruum quippe
intelligi quod ita assurgat humanæ charitatis ædificatio in templũ dei,ut fiat in no
bis habitatio dei in spiritu,nõ sic autem in cœlestibus potestatibus. Cuius rei gratia,
ut maturius in nobis ædificatio huiusmodi procederet,hortatur nos Apostolus a
perire oculos cordis,eleuare ad superiora,agnitionem dei impense quærere,ueritatẽ
discutere,abscondere in corde mandata dei,deponere erroris desideria,dedecoris oc
culta,renouari per gratiam sacramentorum,temperare iracundiam,commotionem
ante occasum solis relaxare,cauere ne superiora tua occupet aduersarius, spiritus ille
habens potestatem, qui se immersit in cor Iudæ, & cõminuit animæ eius ianuas, ne
posset resistere, furem excludere, mendacẽ auertere. Exurgere à mortuis,sobrietatẽ
assumere,uxorẽ uiro ut ecclesiam Christo debere esse subditam,uirũ pro uxore ani
mam suam offerre,sicut se pro ecclesia tradidit Christus. Postremo quasi bonũ bel
latorẽ sumere arma dei ac prætendere semp,nõ solũ aduersus carnẽ & sanguinẽ,sed
etiam aduersum spũales nequicias,ne à suis emolliri,ab extraneis capi possit. Hæc
breuiter cõprehensa ut potui perstrinxi. Vale fili & nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui

Diui Ambrosij ad Clericos quosdam,qui propter leuem aliquam offen sionem ab officio desistũt, redarguentis, & ad con stantiam exhortantis: Epistola. XVII.

AMBROSIVS clericis. Plerunq; humanis obrepit mentibus,ut aliqua leui perstricti offensione si non illis cedant pro studio uoluntaria, offi cio desistant. Quod in alio genere hominum tolerabile,in ijs uero q rei diuinæ intendunt,plenum doloris. Sunt enim aliqui in clericorum mu nere,quibus inimicus obrepere studet,si aliâs eos non potuerit circumuenire,ut læ sis huiusmodi serat cogitatiões: Quid mihi prodest in clero manere,subire iniurias, labores perpeti, quasi non possit ager meus me pascere,aut si ager desit, quasi aliter exercere sumptum nequeam? Itaq; huiusmodi cogitationibus etiã boni mores ab officio retrahuntur:quasi uero hoc solum sit in clerico,ut sumptum expediat suum, & non ut diuinum sibi post mortem potius subsidium locet,quanq; ille post mor tem abũdet,qui tutus hic potuerit decernere aduersum tot inimicorum insidias. Vn
de Ecclesiastes ait: Optimi duo super unum, quibus est merces bona in labore ipso Eccl.4
rum,quia si ceciderit unus, alter erigit sociũ suum. Vbi sunt duo optimi super unũ, nisi ubi Christus est,& is quem Christus tuetur? Quia si ceciderit qui cum domino est Iesu,erigit eum Iesus. Sed qua ratione dixit: In labore ipsorum. Ergo & Chri stus laborat? Vtiq; laborat qui ait: Laboraui clamans. Laborat, sed in nobis. De nicq; ad puteum fatigatus sedebat. Sed quomodo laboret, docuit nos Apostolus
B minore exemplo dicens: Quis infirmatur & ego non infirmor? Docuit & ipse do minus sua uoce: Æger eram & non uisitastis me,nudus eram, & nõ operuistis me. Laborat ut me iacentem erigat. Vnde in Helisæo figura domini præcessit qui proie 4.Reg.4.
cit se ut mortuum erigeret,in quo symbolum est quod nobis Christus cõmortuus sit,ut nobis resurgeret. Proiecit itaq; se usq; ad nostram Christus fragilitatẽ ut nos erigeret. Proiecit se,non cecidit,sed erexit consortem. Ipse enim consortes nos sibi fe cit,ut scriptum est: Quia unctus est oleo iustitiæ præ consortibus suis. Vnde pul Psal.44.
chre ait Ecclesiastes: Quoniam qui ceciderit alter erigit socium suum, non ipse erigi tur. Christus enim non alterius auxilio atq; ope erectus est, sed ipse se resuscitauit. Deniq; soluite,inquit, hoc templum,& in triduo illud resuscitabo. Hoc autem dixit Ioan.2
de templo corporis sui. Nec immerito erectus non est ab alio qui non cecidit. Nam & ille qui à secũdo erigitur cecidit,& qui cecidit,indiget auxilio ut erigatur. Quod & subiecta docent dicente scriptura: Væ illi uni cum ceciderit,& non est secundus qui eum erigat,quia & si dormiãt duo,est calor illis. Commortui enim sumus Christo, & ideo cõuiuimus. Christus nobis commortuus est,ut nos calefaceret, qui ait: Ignẽ Luc.12.
ueni mittere in terram. Mortuus eram,sed quia in baptismate commortuus Chri sto sum,accepi lumen uitæ à Christo. Et qui in Christo moritur,per Christum cale factus uitæ & resurrectionis uaporem accipit. Frigidus erat puer,calefecit eum He lisæus spiritu suo,dedit ei uitæ calorem. Condormiuit ei,ut eum calor quietis eius qui in symbolo consepultus ei fuerat excitaret. Frigidus itaq; est qui non moritur in Christo. Calefieri non potest cui ignis ardens non appropinquat. Inualescere nõ potest alteri qui secum non habet Christum. Et ut cognoscas secũdum mysterium dictum,nõ secundum numerum,quia optimi duo quam unus, subiecit mysticum, Et spartum triplex non corrumpitur. Tria enim quæ nõ sunt composita,non rum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C puntur. Trinitas itaq; incompositæ naturæ rumpi non potest, quia deus unum & simplex & incompositum est quicquid est. Quod autem est permanet non subiacitur. Bonum est itaq; adhærere alteri, & inserere collum in torques eius, & subijcere humerum & portare illum, nec tediare ad uincula, quia de domo alligatorum exiuit qui regnet, puer ille qui super regem seniorem & stultum est. Ideoq; qui eum se
Ephe.5 quuntur, alligati uinculis sunt. Denicq; Paulus uinctus Iesu Christi. Vnde & ipse Iesus captiuam duxit captiuitatem. Non satis uisum est ei soluere captiuitatem, quã diabolus imposuerat, ne iterum liberos uacantesq; inuaderet, sed perfecta absolutio existimata est sub Christo degere, & inijcere pedes in compedes sapientiæ ipsi-
Esa.9. us, captiuum esse ut sis liber ab aduersario. Recte puer, quoniam puer natus est nobis. Et uere optimus puer, cui dictum est à patre deo: Magnum tibi est uocari pue-
Luc.2. rum meum. Sapiens quoq; ut Euangelium docet: Quia proficiebat ætate & sapien-
2.Cor.8. tia. Conuenienter etiam pauper, quia cum diues esset, pauper factus est, ut nos sua inopia ditaret. Et ideo non fastidit in regno suo pauperem, sed exaudit eum, & liberat ex omnibus angustijs & molestijs. Sub hocergo uiuamus, ut rex ille senior & stultus nullam habeat potestatem supra nos. Qui dum uult regnare quasi uoluntatis suæ dominus, nec sub uinculis esse domini Iesu, inueteratus in peccatis, stulticiæ incidit deformitatem. Quid enim stultius quàm relictis cœlestibus ad terrena intendisse, & posthabitis perpetuis, elegisse ea quæ caduca sunt & fragilia? Nemo ergo dicat: Non est nobis portio in Iacob, neq; hæreditas in Israël. Nemo dicat, nõ sum in clero, quia scriptum est: Date Leui cleros eius. Et iterum Dauid ait: Quia is qui inter cleros duos medius requiescit, ipse ad superna alis euolat spiritualibus. Non
D dicas de deo tuo, grauis mihi est: nec de loco tuo, inutilis mihi est, quia scriptum est: Locum tuum noli relinquere. Vult enim auferre eum aduersarius, uult te abduce-
Psal.138. re, quia inuidet spei tuæ, inuidet muneri. Sed tu quicunq; in clero es domini portio eius & possessio, noli recedere de domini possessione, ut dicas domino: Possedisti renes meos, suscepisti me ex utero matris meæ. Et ille tibi quasi bono seruo dicat: Trã si recumbe. Valete filij, & seruite domino, quia bonus dominus.

LIBER QVINTVS.

Diui Ambrosij ad Horontianum, eum docentis ex Michæa Propheta, quomõ anima uetus & infirma à recto itinere deuians lapsa sit: Quoúe processu conuertatur, gradumq; reparet ac reformet, & ut in proposito suo perseueret, admonentis. XVIII. Epistola.

AMBROSIVS Horontiano. Prophetæ quidem congregationem gentium atq; ecclesiæ annunciarũt ædificationem futuram, sed tamen quia in ecclesia non solum fortium animarũ iugis profectus, uerumetiam infirmorum lapsus, & rursus conuersio est, ideo possumus ex propheticis libris colligere quemodmodum aut præclara illa & fortis anima sine ulla gradiatur offensioe, aut infirmior labatur, aut lapsa reparet ac reformet gradum. Itaq; sicut in Canticis canticorum beatæ illius animæ cõtinuos processus legimus, ita in Michæa, de quo nobis propheta sermo exortus est, consideremus lapsæ conuersionẽ. Non enim ociose te mo-

A te mouit: Et tu Bethleem domus Ephrata, quod dictum est ab hoc propheta. Quo modo enim potest domus furoris esse, ubi Christus natus est? Hoc enim exprimũt locorum uocabula, sed illustrant operationum mysteria. Ac primum cõsideremus quid interpretatiois in latino habeat Michæas. Significat autem, quis à deo, uel ut alibi inuenimus, quis iste, Morathi filius, id est hæredis. Quis autẽ hæres nisi filius dei, qui ait: Omia mihi tradita sunt à patre? Et cum ipse esset hæres, nos esse uoluit Matt.11. cohæredes. Merito, quis iste, non è populo unus, sed electus ad gratiam dei, in q̃ loquitur spiritus sanctus, qui prophetare cœpit in diebus Ioathan & Achaz & Ezechiæ regum. Quo ordine significatur uisionis profectus. A malis enim regibus ad boni regis peruenit tempora. Et ideo quoniã anima afflicta, sub malis ante laborabat regibus, quem processum conuersionis suæ habeat, considerãdum uidetur. Destructa erat quasi infirmior, & omnis munitio eius facta erat uia transeuntium & incursus passionum, luxuriæ delitijs resoluta ac contrita erat, ac relegata à facie dñi.
Esa.5. Turris eius squalida erat, quæ posita est (ut in Esaiæ cãtico legimus) in medio floretis uineæ. Squalet etenim, quando uitis arescit & ouis sua errat. Regrediente autem uitis uiriditate uel oue, splendet. Nihil enim squalidius iniquitate, nihil splendidius iusticia. Ad hanc turrim reuocatur ouis, quando anima reuocatur à lapsu, & in illa oue Christi regnum redit, quod est initium, quia ipse est initium & finis, uel initiũ salutis, sed tamẽ corripitur prius, eo quod tam grauiter errauerit, & dicitur ei: Vtqd cognouisti mala, nunquid rex non erat tibi? Hoc est, habebas regem qui te regeret
B & tueretur, deuiare à iusticiæ tramite nõ debuisti, relinquere uias dñi qui tibi rationabiles sensus impartiuit. Vbi erãt cogitationes tuæ, ubi consilia, quibus præuidere iniusticiam, propulsare iniquitates insito tibi uigore potuisti? Cur cõprehenderunt te dolores parturientis, ut parturires iniquitates, & pareres iniusticias? Nullus enim maior est dolor, q̃ is qui peccati mucrone uulnerat conscientiam, neq; ullũ grauius est onus q̃ peccatorũ sarcina & pondus flagiciorum. Deprimit animã, curuat usq; ad terram ne se erigere possit. Grauia fili grauia nimis delictorũ pondera. Denicq; illa in Euangelio mulier quæ curuata erat, speciem prætendens animæ laborantis, à Luc.13. Christo potuit solo erigi. Huic ergo animæ dicitur: Viriliter age, & appropinqua filia Syon ut parturias. Dolores enim parturientis tribulationẽ operantur, tribulatio Rom.5. patientiam, patientia probationẽ, probatio spem, spes autẽ non confundit in æternum. Simul egeritur atq; excluditur omne quod aduersum est bonis moribus, ne residentia eius fructescant semina, atq; in nouos iterũ germinent partus. Nec ociose dantur ei cornua & ungulæ, ut conterat omnes manipulos areæ, sicut uitulus Libani. Nisi emẽ manipuli cõtriti fuerint, paleæ uentilatæ, fructus apparere interiores & absolui nequeunt. Cõminuit igitur atq; excutit prius anima proficiens passionũ superflua, ut fructus suos demonstrare possit in ipsa segete. Quanta aduersa sunt, quæ partus impediant bonos, hæc prius extirpanda sunt, ne his fructifera interneté animæ sata. Tunc etiam illud prospicit prouidus animæ cõsultor, ut concludat eã in uoluptatibus suis, atq; intercludat eius cupiditates, ne in ijs delectetur. Vtiles enim sunt correptiones parẽtis, qui nõ parciẽdo ut obedientẽ p̃ceptis salutaribus præstet animã filij sui. Virga emẽ uisitat sicut legimus: Visitabo in uirga iniquitates eo- Psal.88.
rum. Itaq; qui uirga maxillã percutit Israëliticæ animæ, erudit eã ad disciplinã patientiæ dñica correptione. Nemo emẽ desperare debet quicũq; corripiẽ atq; arguiẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Qui enim diligit filiũ,corripit.Nemo de remedio diffidat.Ecce tibi ubi domus furo
rem uidentis erat,ibi domus panis est: ubi crudelitas,ibi pietas: ubi pœna innocen
Mich.5. tiũ,ibi uniuersorum redẽptio,sicut scriptum est: Et tu Bethleem domus Effrata nõ
es minima inter principes Iudæ.Ex te enim exibit princeps in Israël. Bethleem do
mus panis est,Effrata domus furorẽ uidentis.Hoc habet interpretatio istorum no
minũ.In Bethleem natus est de Maria Christus, eadem aũt Bethleem quæ Effra
ta.In domo igit furoris generatus est Christus,& ideo iã nõ domus furoris,sed do
mus panis,quia panẽ recepit eũ qui descẽdit de cœlo.Domus aũt panis furorẽ ui
dentis Effrata, quia illic Herodes dum Christũ requirit, perimi statuit infantulos,
Hiere.31. unde uox in rama audita est Rachel plorãtis filios suos. Sed iã nemo timeat,quia
Matt.2. requies illa quã quærebat Dauid,audita est in Effrata,inuenta est in campis syluæ.
Psal.131. Tunc adhuc sylua erat nationũ congregatio,sed posteaq; in Christũ credidit, fru
ctuosa facta est,quia benedicti uẽtris fructũ recepit.Mortua est ergo Rachel par
turiens,quia iam tunc quasi patriarchæ uxor furorẽ Herodis uidebat, qui nec mi
nusculæ ætati pepercit.Simul quia in Effrata & peperit Beniamin specie superiorẽ
mysterio posteriorem, Paulum scilicet,qui anteq; generaret,nõ minimos dolores
matri præstitit,cuius filios persequebat.Et illic mortua & sepulta est, ut nos cõmor
tui & consepulti cũ Christo in ecclesia resurgamus.Inde eñ alia interpretatione,uel
fœcundata,uel repleta fructibus,Effrata significat.Hic tñ,id est,in libro propheti
Matt.2. co inuenimus ὀλιγοσὲς ἦι id est, in paucioribus es.In Mattheo autẽ: Et tu Bethleem
domus Iudæ nõ es in paucioribus.Ibi domus Iudæ,hic domus Effrata,in quo uec
D borum discrepantia,non sensuũ est.Nã & Iudæ interior uidit furorẽ,& exterior per
tulit.Et in paucioribus est,quia pauci sunt qui intrãt in domũ panis per angustam
uiam.Et non est in paucioribus,id est,de proficientibus, quæ Christũ nõ agnouit.
Nec minima est,quæ est domus benedictiõis & diuinæ gratiæ receptaculũ,& in eo
minima cui is qui aliqd confert Christo uidet deferre.Et qui appetit ecclesiã, Chri
stum appetit.In quouis minimo eñ Christus aut lædit aut honorat, secundũ qd
Matt.25. ipse ait:Quod eñ uni horũ minimorũ feciſtis,mihi feciſtis. Ipsam aũt Bethleẽ esse
Gen.35. quæ est Effrata docet lectio Geneſis,ubi ait: Mortua est autẽ Rachel,& sepulta est
in uia Effrata, ipsa est Bethleem . In uia sepulta est sancta Rachel,quæ typus fuit
ecclesiæ,ut transeuntes dicãt:Bñdictio dñi super uos,& uenientes ueniant in exulta
tione.Omnis itaq; anima quæ recipit panẽ illũ descẽdentem è cœlo, domus panis
est,hoc est panis Christi,quæ habitãtis in se panis cœlestis firmamẽto alitur, & cor
1.Cor.10. de confirmatur. Vnde & Paulus ait:Oẽs enim unus panis sumus. Omnis anima fi
delis Bethleem est,sicut Hierusalẽ dicit,quæ pacẽ & tranquillitatẽ habet superioris
Hierusalẽ quæ in cœlo est. Verus panis est qui fractus & cõminutus satiauit uniuer
sos. Quinta autẽ traditio hoc habet:Domus panis,beth domus est,leem panis di
citur.De aliorũ traditionibus propter perfidiã Iudaicã,ne ipsi se redarguerẽt,uel ab
ipsis præteritũ putamus,uel sublatũ ab alijs. De Iudæ quoq; tribu esse Bethleem,
Iudi.19 docet lectio in Iudicũ libro.Quia uir ille Leuita accepit sibi concubinã de Bethleem
Iudæ,& irata est ei concubina eius, & rediit in domũ patris sui in Bethleem Iudæ.
Egressus itaq; Christus à diebus seculi(Tũc eñ nobis incipit sæculum, qñ dies salu
tis)& egressus ad currendã uiã,dedit Israël usq; ad tẽpus pariẽtis,cui aduenit Chri
stus,aq; uenit fœcũditas,aduenit partus,sicut euenit ecclesiæ q; peperit plures q; quæ

filios

A filios habebat,& peperit septem,id est,legitimos,trãquillos,pacificos. Incipit ergo
concipere anima,& formari in ea Christus,q̃ receperit aduentũ eius,& pascit in di
uitijs eius ut nihil ei desit,ut uidẽtes etiã eã aliæ animæ reuertant ad uiã salutis, &
erit ei pax,sed nõ põt probari nisi tentatiõibus.Tũc eñ pax eius existimabit & trã
quillitas,cũ excluserit uanas cogitatiões uel cõpresserit, cum motus oẽs edomuerit
passionũ insurgentiũ,cũ increbuerint angustiæ,persecutio,fames,periculũ,gladius.
Tunc erit,inquit,pax,qa in his omnibus superamus propter eũ qui nos dilexit,qñ
confidimus in eo,quia neq; mors neq; quiduis tentationũ nos ab eius diuellat cha
ritate & separet.Tũc ergo dabit tentationes eius ut iusti probent.Et dñs quidẽ dat
tentatiões ea uolũtate,ut neminẽ decipi uelit. Sed quia pleriq; uincunt infirmi ten Rom.8
tationibus,qui fortes sunt probant.Tunc illis erit ros à dño,tũc requies, tũc erit ani
ma iusti sicut catulus leonis in ouilibus. Quod euãgelico exẽplo ad Christũ referre
nõ dubitauerim,quia ipse dixit: Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui.Cõ Matt.13.
primet eñ quadrigæ eius,irrõnabiles scilicet impetus,& motus istius corporis se
dabit,illud: Foris pugnæ,intus timores,sed ubiq;,id est,intus & foris tranquillitas 2.Cor.7
erit,&nõ erit qui respõdeat & resistat bonæ uoluntati,quia obedientia carnis subla
to pariete maceriæ,cũ fuerint utraq; unũ,oẽs abolebit discordias.Si qua aũt anima
infirma sicut ille secundũ carnẽ Israël,titubauerit,& ab illa Christi charitate persecu
tionibus turbata se aliquantulũ separauerit,corripit atq; arguit quasi infida,quasi
ingrata,quasi incredula,q̃ liberata à uanitatibus seculi in eas respiciendo reciderit,à
qua nõ munera,non taurorũ sacrificia,sed tantummõ ut bonũ cognosceret,iusticiã
B faceret,postulatũ est. Renunciatũ est,inquit,tibi hõ quid sit bonũ,aut quid dñs ex Mich.6
quirit à te,nisi ut facias iudiciũ & iusticiã,& diligas misericordiã,& paratus sis ire cũ
dño tuo.Sed quia nõ seruauit hæc illa infirmior anima,ideo dñs ait: Heu me quia
factus sum sicut qui colligit stipulã in messe,& sicut racemũ in uindemia. Audiẽs er
go hæc propheta in quo loquebat deus,ait ad illam animã: Heu me anima q; nõ
est plenus timoris à terra.Vel si ipse dñs dicit,miseratus futuras p peccatis ultiones
atq; pro nostris erroribus ingemiscẽs: Audiẽs hæc anima,quia seminũ suorum fru
ctus nõ colliget,nullum messe amissa firmamentũ inuenier sui, premet oliuã,& un
ctionem lætitiæ nõ habebit,neq; bibet uinũ iocunditatis.Cognoscẽs etiã in operi
bus carnis omnia plena sanguinis,plena circũscriptionis,fraudũ,fallaciæ,ficta offi
cia pietatis,cõpositas simulationes,& inimicos filii oẽs q̃ in domo sunt,ideoq; pro
ximi sibi corporis motus cauẽdos,qui sunt graues animæ nostræ aduersarij, cõuer
titur,& de deo sperare incipit,& intelligẽs uere inimicã sibi carnẽ existere, ait ad eã:
Noli supergaudere mihi inimica mea,quia cecidi,sed resurgã, quia si sedero in tene
bris,dñs illuminabit me.Considerans etiã insultare sibi aliquam potestatẽ quæ resi
stebat sibi ne meliorẽ sequeret uiam, & inequitare qd tradita esset in interitũ car
nis,ut diuersis attereret malis,quæ uel à dño propter peccatorũ solutionẽ decerne
rent,uel ab iniquo propter inuidiã conuersionis,ut ad se reuocaret afflictam,dicit:
Adhuc iam dñi sustinebo,qui uel lapsam castigat,uel tibi potestatẽ affligendi de
dit,quia peccaui,si sustinebo tñ donec iustificet causam meã.Nisi eñ cõfessa fuero,&
exoluero precia iniquitatũ mearũ,nõ potero iustificari.Cũ autẽ fuero iustificata,sol
uens duplicia peccata,educet iudiciũ meũ deponẽs indignationẽ,quia satisfactum
sentẽtiæ est.Educet me ad lumen ut uideã iusticiã eius, & aspiciã delectatiõnẽ eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Videbit hoc lumen reconciliationis meæ inimica mea, id est, diaboli nequitia, & operietur confusione, quæ nunc dicit: Vbi est deus tuus? Videbit in me misericordiam eius, uidebit pietatem eius. Et ideo non audiamus eum quandoq; in aduersis aliquibus seculi, cum aut dolor corporis est, aut filiorum amissio, uel cæterarum necessitudinum, non audiamus inquam dicentem: Vbi est deus tuus? Tũc eius tentationes cauendæ sunt, cum grauis urget dolor, tunc animam ægram auertere studet. Ergo anima quæ illum non audierit insidiantem sibi, uidens postea mirabilia dei, uidens se in cœlo, diabolum autem sicut colubrum reptantem in terrestribus, gratulabitur dicens: Quis deus sicut tu, auferens peccata, & transferens impietates? Psal. 31. Qui non fuisti memor indignationis tuæ, sed sicut in mari mersisti iniquitates nostras sicut Ægyptium plumbum, & redisti ad misericordiam uoluntarius, quam gemino contulisti munere, dimittens peccata atq; abscõdens secundum quod scriptũ est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Alia eñ sanguine filij tui abluis, alia donas nobis, ut bonis operibus & confessionibus nostros errores tegamus. Quod ergo ait: Auferens peccata, ad remissionem pertinet, quia penitus ea tollit, ita ut non sint, quorũ memor non erit. Quod uero ait: Transferens iniquitates, eo quod confitentibus nobis lapsus nostros, & obumbrantibus eos bonæ operationis fructu, referantur in autorem culpæ, & peccati incentorem. Quid enim aliud agit qui culpam fatetur, nisi ut aduersantis nequitiæ spiritualis dolo se & malitia transductum probet? In eo itaq; gratias agit anima ista, quia & aufert dominus peccata, & transfert iniquitates, & demergit in profundũ maris. Qđ D potest & ad baptismum referri, quo Ægyptius mergitur, Hebræus resurgit, & quo altitudine sapientiæ & bonorum operum abundantia tegantur peccata superiora, per diuitias misericordiæ dei nostri, qui memor promissionis suæ quam dederat Abraæ, hæredem eius animam non est passus perire. Et illa quidem anima hoc reuocatur modo. Tu autem fili qui à primo flore puericiæ es hæres ecclesiæ quæ te suscepit & tenet, perseuerato in proposito, memor gratiæ dei & muneris quod per impositionem suscepisti manuũ mearum, ut & in hoc gradu sicut in ministerio sacro fidem tuam demonstres atq; industriam, & expectes remunerationem dñi Iesu. Vale & nos ut filius dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianũ, differentis quẽadmodũ animã euãgelicã q̃ est ecclesiæ filia, dñs Iesus primo susceperit, erudierit, atq; cõsummauerit. Epist. XIX.

AMBROSIVS Horontiano. Superiore epistola de ea anima sermonem contulimus, quæ itineris sui deuios aliquos habuerit anfractus, ut uetus Israël secũdum carnem fluctuans, quia & ipse liberabitur per domini nostri Iesu Christi gratiam, cum intrauerit plenitudo gentium, licet ista leuiore errore conuersione sese reformauerit. Hac uero epistola de ecclesiæ filia nobis sermo sit, quam dominus Iesus quemadmodum primo susceperit, erudierit, consummauerit in suo euangelio, consideremus. Suscepit itaq; eam primo tuendam in confusione positam. (Exul enim paradisi ubi nisi in confusione degeret anima uniuscuiusq; hominis) deduxitq; eam in Bethleem. Iam profectus susceptæ animæ significatur, quod ascendit ad domum panis, in qua famem fidei & sterilitatem nesciat. De nostrarum animarum genere & ordine loquor, quibus nos uiuimus & mouemur, non de aliqua specialiter. Non enim de proprietate & specie alicuius

A cuius, sed de genere, ut dixi, animarum disputandum putamus. Descendit in Ægyptũ Christus, patrocinium & ductum nostræ animæ ferens, inde rediit in Iudæam. Fuit in deserto, fuit in Capharnaum, fuit iuxta fines Zabulon circa maritima, transiuit per sata, fuit in Bethphage, fuit in Ephren, in Bethania, inde transiuit in paradisum, ubi se capiẽdũ dedit, passus est in Golgottha. Omnes isti processus animæ nostræ sunt, per quos exercitata gratiã piæ institutionis inuenit. Nam posteaq̃ exclusa de paradiso conditio humana in Adam & Eua in castello religata est, uagari cœpit huc atq; illuc, errabunda circumferens uestigia sine ullo delectu. Tempore cõplacito sibi exinaniuit se dominus Iesus, ut exulem in se susciperet, & ueteri reformaret gratiæ. Itaq; inuentã recurso anfractu erroris reuocauit ad paradisum, ut euangelij docet lectio. Per sata eam duxit, ut ieiũnam pasceret, primum in deserto, deinde in Capharnaum agri non urbis incolatu, deinde iuxta fines Zabulon, circa nocturna profluuia, id est, prophetarum obscuriora ænigmata, ut disceret prætẽdere ad fines gentium, quo omnes conuenirent, nec timeret fluctus uitæ huius procellas, quia habet Christus naues Tarsis, intelligibiles scilicet quæ percurrãt mare, & ad templi cõstructionem pias merces deuehant. In huiusmodi nauibus nauigat Christus, & in puppe tanquam bonus gubernator tranquillo quiescit mari. Cõmotio excitatur & increpat uentos, ut suis tranquillitatẽ refundat. Transiens quoque ad gentes hanc animam liberat, quæ legis uinculis tenebatur, ne transiret ad nationum consortia. Venit in Bethaniam in locum obeditionis, ideo ibi mortuus suscitatur. Cum enim caro subdita fuerit animæ, tunc iam non quasi mortua iacet in sepulchro suo condi B tio humana, sed resuscitatur per gratiam Christi. Ibi etiam se pro dei nomine passioni discit offerre de loco obeditionis, ut Ioannes docet. In Ephren ducitur, id est, ad bonorum fructuum fœcunditatem, inde in Bethaniam reducitur, id est, obedientiam. Semel enim quæ piæ subiectionis fructum gustauerit, seruare eam & in ea probari sæpius nequaquam recusat. Vnde iam probata Hierosolymam uenit digna quæ sit templum dei, in qua Christus habitaret. Denique sedens super pullum asinæ dominus Iesus cum gratulatione & gaudio innocentis suscipitur ætatis. Postea in paradiso uerba uitæ æternæ docentur. Vnde etiam dominus se permisit capi, sicut Ioannes scribit euangelista, significans animam nostram uel potius conditionem humanam solutis erroris uinculis eò unde eiecta erat in Adam, per Christum regressam. Vnde & latroni illi confitenti dicitur: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Ille dixerat: Memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Luc. 23. Christus non de regno respondit, sed ad causam: Hodie mecum eris in paradiso, id est, reformandum est ante quod amissum est, postea conferendum id quod augẽdum est, ut per paradisum ad regnum perueniatur, nõ per regnũ ad paradisum. Seruatur discipulis quod plus conferatur pro laboribus, ideoq; incolatum præmisit regnum distulit. Itaq; is qui sub ictu mortis cõuertitur & cõfitetur dñm Iesum, meretur incolatum paradisi. Qui uero multo ante se exercuit, & Christo militauit, ac quisquis populorũ animas, pro Christo se obtulit, habeat paratũ stipendijs suis dei regnum, cuius se remuneratione donatum gaudeat. Ideoq; Petro dicitur. Tibi dabo claues regni cœlorum. Matth. 16. Ex latrocinio conuersus requiem habet, in apostolatum probatus accepit potestatẽ. Hæc est anima euangelica, hæc est de gentibus, hæc filia ecclesiæ, lõge meliore cursu q̃ illa ex Iudæa electa, ad dominũ Iesum & ad superio

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ra se bonis cõsilijs & operibus attollens,quam susc̃epit in Golgottha Christus, ubi
Adæ sepulchrũ,ut illũ mortuũ in sua cruce resuscitaret. Vbi ergo in Adã mors oim
1.Cor.15. ibi in Christo omniũ resurrectio. Vale fili & nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianũ,quæ sit diuina hæreditas diffinientis,& cur tanto æstimet,ut propter eã pleriq; morti se offerãt. Epist. XX.

AMBROSIVS Horontiano. Non ocioſe quærendũ putasti, quæ sit rei diuinæ hæreditas,& cur tanto æstimetur,ut propter eã pleriq; etiã mortẽ suam offerant. Verum si consideres quia & usu humano hæreditatis pecuniariæ gratia facit ut venerabiliora fiant iura pietatis,quia hoc quoq; plus defertur parẽtibus,ne læsa pietas patris,ulciscatur se exhæredatione uel abdicatione contumacis pignoris,mirari profecto desines quæ sit tanta diuinæ hæreditatis appetẽtia. Est aũt hæreditas prõposita Christianis omnibus. Sic em̃ dicit Esaias: Est hæreditas credentibus in dñm. Quæ sperat ex repromissione non ex
Gen.21. lege. Qd' ueteris testamenti exemplo probat dicente Sara: Expelle ancillam & filiũ eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Filius Saræ Isaac, filius ancillæ Ismaẽl, hi ante legẽ sunt. Ergo antiquior repromissio ẽ̃ lex. Nos secundum Isaac filij per repromissionem, Iudæi secundum carnẽ filij ancillæ. Nobis mater libera quæ non parturiebat, & postea ex repromissione effudit peperitq; masculum, illis mater Agar generans in seruitutem. Liber est cui gratia promittitur, seruus, cui iugum legis imponitur. Prius ergo nobis repromissio ẽ̃ illis lex, & secundum naturam antiquior libertas q̃ seruitus. Libertas igitur ex repromissione, ex lege seruitus.
D Sed licet repromissio ipsa ante legẽ sit, ut diximus, ex repromissiõe autẽ libertas, in libertate charitas, secundum legẽ tñ est charitas, quæ maior libertate est. Non ergo
Ephe.6 serui. Et quó scriptum est: Laudate serui dñm? Quó ipe Apostolus ait: Sed ut serui Christi facientes uoluntatẽ dei ex animo cum bona uoluntate? Verum est & seruitus libera quæ est uolũtaria, de qua Apostolus ait: Qui liber uocatus est, seruus est Christi. Hæc est seruitus ex animo nõ ex necessitate. Itaq; nos serui quidem sumus creatoris nostri, sed libertatẽ habemus, quã per gratiã Christi accepim⁹ generati ex repromissiõe secundũ fidẽ. Vñ quasi ex libera geniti libertatis sacrificiũ deferamus signati in fronte, sicut liberos decet, ut nõ cõfundamur, sed gloriemur signati spũ nõ
Gal.5. carne. Quibus recte dicit: State & nolite iterum iugo seruitutis cõtineri. Non dixit, nolite seruire, sed nolite iugo seruitutis cõtineri. Est em̃ grauius iugum seruitutis ẽ̃ seruitus. Deniq; Isaac filio suo Esau petẽti bñdictionem ait: Ecce ab ubertate terræ erit tibi bñdictio, & à rore cœli à summo, & super gladiũ tuũ uiues & seruies fratri tuo. Erit autẽ cum deposueris & solueris iugũ illius à collo tuo. Quõ istud cõuenit, ut seruiat cum soluerit iugum fratris à collo suo, nisi distantiã esse intelligamus seruitutis. Quæ igit sit differẽtia, ipsa nobis exponat lectio. Bonus Isaac & bonus nobis, qui secundũ ipsum in libertatẽ nascimur, & bonus pater utriq; filio. Deniq; qd' utrũq; diligeret, circa alterũ affectu probauit, circa alterum bñdictione. Seniori em̃ filio dixerat, ut cibũ deferret sibi, & acciperet benedictionẽ, sed dũ ille morã facit, & cibũ agrestẽ & forensem requirit, frater iunior domesticũ detulit ex ouiũ grege. Bonus cibus omniũ Christus est, bonus cibus est fides, suauis cibus misericordia, iocũdus cibus gr̃a. Hos cibos epulat pplus eccleſiæ. Bonus cibus spũs dei, bonus cibus peccato-

A peccatorũ remissio. At uero ille prædurus cibus rigor legis terrorq; pœnarũ. Agrestis cibus obseruãtia literæ potius ẽ̃ gratia indulgẽtiæ. Deniq; ille populus sub maledicto, nos in benedictione. Velox cibus fides. Prope est enim uerbũ in ore tuo & in corde tuo, tardior cibus legis. Deniq; dũ lex expectat, populus errauit. Contulit igit benedictionẽ pater impigro & fideli filio, sed quia bonus pater erat, seruauit & seniori filio benedictionẽ, ut eũ seruũ faceret fratris sui, nõ quo familiã suã degeneri uellet seruituti addicere, sed quia is qui regere se nõ potest & gubernare, seruire debebet, & subditus esse prudentiori, ut eius regat cõsilio, ne sua stultitia præcipitet & labatur temeritate. Pro benedictione igit huiusmodi confert seruitus. Deniq; inter bona annumerat, inter collatã terræ ubertatem & rorẽ cœli à summo. Sed quia dixerat, Super gladiũ tuum uiues, ne ei fortitudinis aut potestatis noceret p̃sumptio, addidit: Seruies fratri tuo, ut carnis fructus uberes & diuinæ rorẽ adipiscaris gratiæ, & eũ seq̃ris qui te suo gubernaculo regat. Sed tũc erit istud, Cũ deposueris iugũ ei⁹ à collo tuo, ut uolũtariæ seruitutis mercedẽ habeas, nõ iniuriã subeas necessitatis. In honora huiusmodi seruitus, q̃ necessitate cogit. Honorata aũt quæ pietate defert. Vñ apostolus: si uolẽs hoc ago, mercedẽ habeo, si inuitus, dispensatio mihi credita est. Melius utiq; mercedis p̃miũ, ẽ̃ dispẽsationis obsequiũ est. Nos igit nõ cõtinea mur seruitutis iugo, sed charitate spũs seruiamus, qa dicit apostolus, Per charitatem spũs seruite inuicẽ. Timor, legis est, charitas, euãgelij. Deniq; initiũ sapientiæ timor dñi. Plenitudo aũt legis charitas. Tñ & ipsa lex dicit, & in hoc uerbo omne mãdatũ instaurat, & in isto uno inquit sermone implet: Diliges proximũ tuũ. Hoc est igit
B qd' ꝓposuimus qa & si ex lege seruitus, tñ secũdũ legẽ libertas, Charitas em̃ libertatis, timor, seruitutis est. Est igit & charitas legis & seruitus charitatis, sed lex charitatis p̃nũcia est, charitas euãgelij/piæ seruitutis arbitra est. Nõ supflua itaq; lex q̃ tãq̃ pædagogus prosequtur infirmiores. Infirmitatẽ dico morũ nõ corporũ. Infantes em̃ sunt q fari uerbũ dei nesciũt, qui eius opera nõ recipiũt. Nam si ætas senectutis uita immaculata, utiq; ætas adolescẽtiæ est uita maculosa. Lex ergo pædagogus fuit, id est, nomos, donec fides ueniret. Et quasi infirmi inquit custodiebamur à lege, cõclusi in eã fidẽ quæ reuelãda foret. Postq̃ aũt fides aduenit. Nõ dicit euangeliũ sed fidẽ Ea est enim sola fides, quæ est in euãgelio. Nã licet iusticia dei in eo reuelat, quæ est ex fide in fidẽ, tñ sic illa legis est fides, si ei accedat fidei plenitudo. Merito ergo fides ista quasi sola dicitur, quia illa sine hac fides nõ est, sed in hac cõfirmat. Deniq; ubi hæc fides uenit, plenitudo aduenit, aduenit filiorũ adoptio, cessauit infirmitas, abijt infantia, in uirum perfectum assurgimus, Christum induimus. Quomodo igitur infirmus & paruulus esse potest, in quo Christus est dei uirtus? Ergo ad perfectiõem uenimus, perfectionis præcepta accepimus. Audisti hodie lectũ: Non possum ego à me facere quicquam, sicut audio & iudico. Audisti lectum: Ego nõ accuso uos, ego non iudico. Ego non accuso, Moyses uos accusat, in quem speratis. Audisti lectũ: Si ego testimoniũ perhibuero de meipso, testimonium meũ non est uerum. Didici qualis iudex, qualis testis esse debeam. Nõ enim quasi infirmus dicit. Non possum ego à me facere quicquam, sed infirmus ille qui sic intelligit. Nihil quidẽ sine patre facit filius, quia cõmunis operatio & unitas potestatis est. Sed hoc loco quasi iudex loqtur, ut cognoscamus hoies in iudicãdo, q̃ nõ ex uolũtate nostra & potestate, sed ex æqtate debeamus formare sentẽtiam. Cõstitue aliquem reũ coargutum & conui
ctũ crimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ctum criminis,non astruentem defensionis genera,sed deprecantem ac uoluentem
se ad genua iudicis,respondet ei iudex:Nō possum à me facere quicquam. Iusticia
in iudicando,non potentia est in iudicando. Ego non iudico, sed facta tua de te iu
dicant. Ipsa te accusant,& ipsa te condemnant. Leges te adiudicant, quas iudex nō
conuerto,sed custodio. Nihil ex me ego profero,sed ex te forma iudicij in te proce
dit. Secundum quod audio iudico,non secūdum quod uolo,& ideo iudicium meū
uerum est,quia nō uoluntati indulgeo,sed æquitati. Consideremus itaq; quæ sit iu
dicandi religio. Dominus cœli atq; terrarum,iudex omnium dicit: Non possum à
me facere quicquam,sicut audio & iudico. Et homo dicit domino suo:Nescis quo/
niam potestatem habeo dimittere te,& potestatē habeo crucifigere te? Quare do/
Ioan.19. minus non potest? Quia iudicium,inquit,meum uerum est. Non enim quæro uo
luntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me, id est,non uolūtatem hominis
quem uidetis,non arbitrium hominis,quem uos hominem tantummodo iudica/
Matt.26. tis,non uoluntatem carnis,quia spiritus promptus,caro autem infirma,sed uolun/
tatem diuinam,quæ autor legis arbitraq; iudicij est. Similiter & testis uerus est,qui
Prouer.27 non sibi sed alij fert testimonium. Scriptum est enim: Laudet te proximus tuus &
non os tuum. Pulchre autem dicitur Iudæis mystice:Ego uos non iudico,id est,ego
uniuersorum redemptio,ego peccatorum remissio uos non iudico,quia me non re
cepistis. Non iudico qui libenter indulgeo. Ego non iudico qui sanguine meo redi/
mo peccatōres,ego non iudico qui deleo iniquitates, & memor nō ero. Ego non iu
dico qui malo uitam quàm mortem peccatoris. Ego non iudico,quia non damno,
D sed iustifico confitentes. Moyses uos accusat,ille uos arguit,in quem speratis: ille ac
cusat uos,quia iudicandi non habet potestatem,quæ eius debetur autori. Ille ergo
in quem speratis accusat:iste in quem sperare noluistis absoluit. Magna Iudæi im/
prudentia merito accusantur in criminibus suis,quia accusatorem elegerunt, & bo
num iudicem refutarunt. Ideoq; deest illis absolutio, pœna non deest. Recte ergo
fili à lege cœpisti, in euangelio confirmatus es,à fide in fidem, sicut scriptum est: Iu/
stus enim ex fide uiuit. Vale & nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianum,quæstionem de natura & substantia animæ,subtili responsione dissoluentis. Epistola. XXI.

AMBROSIVS Horontiano. Quæsisti à me, utrum anima cœlestis
esse uideatur substantiæ. Nō enim aut sanguinem, aut ignem,aut ner
uorum harmoniam animam putas,ut uulgus philosophorum inter/
pretatur,aut, ut illa patricia quædam eorum prosapia Platonis dispu
tat,quod ipsum se mouet,& nō mouetur ab alio,ipsa tibi anima uidet: Vel certe ut
Aristoteles acri ingenio quintū quoddā elementi genus induxit,probasti,id est,en
telechian,ex quo cōponeres & uelut fingeres animæ substantiā. De quo tibi Esdræ
librum legendum suadeo,qui & illas philosophorum nugas despexerit,& abditio/
re prudentia quā collegerat ex reuelatione,perstrinxerit eas substantiæ esse superio
ris. Apostolus quoq; & si non expressit,tamen intelligendū nobis reliquit quasi bo
nus magister & spiritualis agricola,occultis doctrinæ seminibus excitās discipulorū
ingenia,q; animæ nostræ potioris creaturæ sint,& cuiusdā præstantissimæ naturæ.
Cum em̄ dicit,quia uanitati creatura subiecta est,nō spōte, sed propter eū q subie/
cit in

A cit in spe,qm̄ & ipsa creatura liberabit' à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ
filiorum dei,ostendit non mediocrē animarū esse gratiā,quarū uigore & uirtute in
adoptionē filiorū dei assurgit humanum genus,habens in se q̄d ad similitudinē &
imaginē dei tributum est sibi. Animæ em̄ neq; tactu aliquo cōprehenduntur,neq;
uisu corporeo uidētur,& ideo præferunt illius incorporeæ & inuisibilis naturæ simi
litudinem,& supergrediunt' substantia sua corporeā & sensibilē qualitatē. Quæ em̄
uident',temporalia sunt,tēporalia significant,tēporalibus agglutinant'. Illa autem
quæ nō uident',æterno illi & summo adhærent bono,atq; in ipso uiuunt & sunt &
mouent',nec ab eo si boni cōsulunt,se patiuntur separari ac diuidi. Vnaquæq; ergo
anima uidens se corporeo isto clausam gurgustio,quæ tm̄ terrenæ huius habitatio/
nis consortio nō degenerauerit,ingemiscit grauata corpis huius cōiunctione. Quia Sap.9.
corruptibile corpus grauat animā,& inclinat terrenū habitaculum mentē multarū
cogitationū,simulq; cognoscēs quia p̄r fidē ambulat non per speciem,peregrinari 2.Cor.5.
uult de corpore & adesse ad dm̄m. Aduertimus igitur quō uanitati creatura subie/
cta sit,nō ex uoluntate sua,sed ex diuino arbitrio,q̄d' dispositū est,animas corpori
bus cōiungi oportere propter spem earū,ut dum sperant bona, dignas se præstent
cœlesti remuneratione. Oēs em̄ nos oportet adesse ad tribunal Christi. Ideo unius
cuiusq; anima præuideat rependenda sibi merita cōuersationis suæ. Et pulchre aita
Propria corporis,id est,q̄d' suscepit regendū,ut si bene rexit,præmiū referat, ꝓpter
q̄d' in spe subiecta est,si male,suppliciū,qa nō sperauit in deū,nec ad illa adoptio/
nē filiorū,& ad ueræ libertatē affectauit gloriæ. Docuit igit' Apostolus,q; humani Rom.8
B generis creatura subiecta uanitati sit. Quid em̄ tā subiectū uanitati q̄ hō & cōp; ani/
ma eius? De consortibus eius dicit:Cum sumus in corpore isto,ingemiscimus gra
uati. Sed & Dauid dicit:Homo uanitati similis factus est. Et: Vniuersa uanitas ois Psal.143.
homo uiuens. Vita itaq; hominis in hoc seculo uanitas est, huic uanitati subiecta Psal.38.
est anima. Itaq; sanctus cum facit quæ sunt corporis,nō sponte facit,nō uolens,sed
propter eū qui subiecit in spe,facit ut ei pareat. Ab hoc igit' exēplo animæ ꝓgredia
mur ad creaturas reliquas. Propone tibi solē,lunam,& stellas,quæ cœli lumina,& si
præclaro fulgēt nitore,creaturæ sunt tm̄,& ad quotidianū ministeriū uel surgunt uel
occidūt,seruientes dispositioni creatoris æterni,ministrātes splendorē quo uestiunt',
atq; die noctecq; emicant. Quotiens sol iste obtexit' nubibus, quotiēs obiectū affe
runt terræ,cū è regione eius luminis sui radius fuerit repercussus. Oriunt' ipsi,sed ut
ait scriptura: Luna nouit occasus suos. Nouit qm̄ pleno orbe suo luceat,qm̄ exinani/
to. Stellæ quoq; nebulis obductæ uanescunt,quæ sustinēt ministeriū huius mūda
ni usus,nō sponte utiq;,sed in spe,quia sperāt etiā huius laboris gratiā ab eo q̄ sub
iecit eas. Ideoq; propter eū sustinent,id est,propter eius uoluntatē. Nec mirū si pa
tienter sustinēt,cū sciant dm̄m suū & creatorē omniū, siue quæ in cœlo, siue quæ in
terra sunt,suscepisse nostri corporis fragilitatē,nostræ cōditionis seruitutem. Cur er
go illa seruitutem corruptionis suæ nō patienter sustineant,cū dm̄s omniū pro toto
mundo se humiliauerit usq; ad mortē,seruī formā susceperit,peccatū mundi, male Phil.2.
dictū etiā pro nobis factus sit. Illius ergo imitātes bonitatē cœlestes creaturæ, licet
ingemiscāt q; mūdi huius uanitati subiectæ sint, consolant' se tm̄ q; liberabunt' à ser
uitute corruptiōis in libertatē gloriæ cum filiorū dei adoptio uenerit, quæ est uni/
uersorum redemptio. Cum em̄ intrauerit plenitudo gentium,tunc omnis Israēl sal/
uus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uus erit. Cui enim non ignoſcit populo, qui ignoſcit etiã illi perſecutori ſuo qui di-
Matt.27. xit crucifige crucifige, Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros? Sed quia uani
tati etiam cœleſtis ſubiecta creatura eſt, licet iſtud in ſpe, etiam horum perfidiam &
temulentiam uanitate huius mundi lapſam pertinere ad ueniam patietur ueritatis
pietas & redemptio uniuerſitatis. Ergo ut concludamus, & ille tantus ac talis ſol &
illa luna quam noctis tenebræ non operiunt, & illæ ſtellæ quæ ſunt ornamenta cœ
li, ſeruitutem corruptionis nunc ſuſtinent, quia corruptibile oñe corpus. Siquidem
1.Cor.15. & cœli peribunt, & cœlum & terra præteribit. Poſtea autem & ſol & luna & cætera
ſtellarum lumina requieſcent in gloria filiorum dei, quando erit deus omnia in om
nibus, qui & in te & in nobis ſit per ſuam plenitudinem & miſericordiam. An ipſos
quoq; angelos q in iſtius mũdi laboribus diuerſa ſuſtinent miniſteria, ſicut in Apo
calypſi legimus Iohannis, non ingemiſcere credimus cum adhibentur pœnarum &
excidiorum miniſtri? Qui habentes uitam beatam mallent utiq; eam in illo ſupe
riore tranquillitatis ſuæ ſtatu currere, & noſtrorum peccatorũ pœnis ultricibus in
terpolari. Etenim qui gaudent unius peccatoris redemptione, utiq; tantorum pec
catorum erumnis ingemiſcunt. Si igitur etiam cœleſtes creaturæ & poteſtates ſer
uitutem corruptionis ſuſtinent, ſed in ſpe, ut pro nobis poſtea & nobiſcum lætent,
etiam nos paſſiones huius temporis futuræ ſpe & expectatione conſolemur glo
riæ. Vale fili & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Horontianum, ſuperioris quæſtionis reſponſionem latius explanantis atq; complentis. Epiſtola. XXII.

D AMBROSIVS Horontiano. Superior epiſtola tuæ inquiſitioni re
ſpondit. Hæc meæ reſpõſionis portio eſt, quæ non ſoluat, ſed impleat
ſuperiorem. Nam dum ulteriora recenſeo, mouit me fateor quia ad
Rom.8. didit: Scimus enim quod omnis creatura congemiſcit. Cũ in priori ca
pitulo ſine adiectione dixerit, quia creatura uanitati ſubiecta eſt. Non enim omnẽ
creaturam ſed creaturam ſubiectam dixit. Et iterum ait: Quoniam & ipſa creatura
liberabitur à ſeruitute corruptionis. Tertio autem addidit, quod omnis creatura cõ
gemiſcat. Quid ſibi igitur uult iſta adiectio? Niſi forte quia non omnis creatura
ſubiecta uanitati eſt, & quia non omnis uanitati ſubiecta eſt, non omnis à ſeruitu
te corruptionis liberabitur. Quid enim liberetur à ſeruitute quæ uanitatis & corru
ptionis eius expers atq; immunis ſit? Omnis autem congemiſcat, non in ſuo ſed in
noſtro labore, & comparturiat illum fortaſſe ſpiritum ſalutis, ſpiritum iocundita
tis, expectans adoptionem filiorum dei, ut communem de redẽptione humani ge
neris conſequatur læticiam & exultationem. Aut propter charitatem igitur ſuam
omnis ingemiſcit noſtrum laborem, aut propter membrum ſui corporis, cuius ca
put Chriſtus eſt: ſed ſiue ita ut diximus, ſiue ſimpliciter ſubiectam creaturam oẽm
dixerit congemiſcere & comparturire, ut uoles intellige. Nunc illud conſideremus
quod adiecit: Non ſolum autem illa, ſed etiam nos primitias ſpiritus habentes ipſi
intra nos ingemiſcimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corpo
ris noſtri. Quid ſit adoptio filiorum, ſuperior pagina docet. Et ideo exponendi ſen
ſus gratia, ad ſuperiorem recurrẽdum eſt paginam. Qui ſpiritu, inquit, facta carnis
mortificat, uiuet. Nec mirum ſi uiuat, cum filius dei fiat, qui habet ſpiritũ dei. Adeo
filius

A filius dei, ut non accipiat ſpiritum ſeruitutis, ſed ſpiritum adoptionis filiorum, eo
uſq; ut teſtimonium ſpiritui noſtro ſanctus ſpiritus reddat, quod ſumus filij dei.
Teſtimonium autem hoc eſt ſpiritus ſancti, quod ipſe eſt qui clamat in cordibus
noſtris, Abba pater, ſicut ad Galatas ſcriptum eſt. Sed & illud grãde teſtimonium Gal.4.
quod filij ſumus dei, quia ſumus hæredes dei, cohæredes autem Chriſti. Cohæres
autem eſt eius qui conglorificatur ei. Conglorificat uero ille qui patiendo pro ipſo
compatitur ei. Et ut nos hortetur ad paſſionem, adiungit: quia oñia quæ patimur, Rom.8.
minora ſunt & indigna, quorum pro laboribus tanta rependatur futurorum mer
ces bonorum, quæ reuelabitur in nobis, cum ad dei imaginem reformati gloriam
eius facie ad faciem aſpicere meruerimus. Et ut magnitudinem reuelationis futu
ræ extolleret, addidit: quod & creatura hanc reuelationem expectet filiorum dei,
quæ nunc uanitati ſubiecta eſt, non ſponte ſed in ſpe, quia ſperat de Chriſto gra
tiam miniſterij ſui, uel quia & ipſa liberabitur à ſeruitute corruptionis, ut aſſuma
tur in libertatem gloriæ filiorum dei, ut ſit una libertas creaturæ & filiorum dei, cum
reuelata fuerit eorum gloria. Verum nunc dum reuelatio procraſtinatur, conge
miſcit omnis creatura expectans adoptionis & redemptionis noſtræ gloriam. par
turiens iam illum ſpiritum ſalutis & uolens liberari à uanitatis ſeruitio. Cui coniun
xit Apoſtolus etiam ſanctorum gemitum, qui habent primitias ſpiritus, nam &
ipſi ingemiſcunt. Quamuis enim de ſuo merito ſecuri ſint, tamẽ quia futura eſt ad
huc redemptio totius corporis eccleſiæ, compatiuntur. Cum enim adhuc membra
B patiuntur corporis ſui, quomodo alia membra licet ſuperiora non compatiuntur
membris unius corporis laborantibus? Vnde puto dixiſſe Apoſtolum, quia tunc 1.Cor.15
& ipſe filius ſubiectus erit qui ei ſubiecit omnia. Qui enim adhuc laborant, nõdum
ſubiecti ſunt, in quibus fortaſſe adhuc ſitit Chriſtus, adhuc eſurit, in quibus nudus
eſt. Eo quod non impleant uerbum dei, non induant Chriſtum, qui eſt indumen
tum credẽtium, amictus fidelium. Sed & illi in quibus æger eſt, adhuc medicina in
digent, & ideo nondum ſubditi. Subiectio enim iſta uirtutis eſt non infirmitatis.
Denicq; in fortibus & facientibus mandatum dei, ſubiectus eſt dei filius. Nunc au
tem magis in ijs laborat qui non ſubueniunt laborantibus, quàm in illis qui ſibi po
ſtulant ſubueniri. Hæc eſt pia interpretatio & uera ſubiectionis dñi Ieſu, qui ideo
ſe ſubjiciet, ut ſit deus omnia in omnibus. Senſum Apoſtolicum percurrimus, nũc
conſideremus qui ſunt primitias ſpiritus habentes. Et ideo legẽ interrogemus quid
ſit quod primitiarum uel initij nomine declarauerit. Initia inquit areæ & lacus tui
non fraudabis. Et infra: Initia primitiarum tuarum inferes in domum domini dei Exo.34.
tui. Aliæ ſunt primitiæ, aliæ decimæ. Primitiæ maioris gratiæ, ſanctificationis obſer
uantiſſimæ. Ideo placuit Abel, qa non eſt ſuum munus moratus, qui de primitiis
ouium obtulit. Licet aliqui diſtantiam uelint eſſe inter primitias & primogenita, id
eſt, quæ primo naſcuntur, eo quod collectis ſeminibus quaſi ex omnibus initia offe
rantur areæ, tamen de meſſe quod primum tollitur, id offertur domino, ſed de hoc
aliàs. Sãctificari autem uidetur primitiarum munere tota areæ meſſis, ſed ipſæ ſan
ctiores primitiæ ſunt, ſimiliter ſancti primitiæ ſunt domini, præcipue Apoſtoli. Pri
mum enim deus poſuit in eccleſia Apoſtolos, qui & pleraq; prophetarunt, & euan
gelizarunt dominum Ieſum, quia primi receperunt eum. Recepit eum Symeon
propheta, Zacharias propheta, Iohannes filius eius, Nathanaël, in quo dolus nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C erat,&ideo ſub ficu requieſcebat. Ioſeph qui dicebatur iuſtus,qui ſepeliuit eum. Iſti
ſunt primitiæ fidei noſtræ,ſed tamen eadem cæterorum natura ſeminum,quæ pri-
mitiarum. Licet in aliquibus minor gratia. Potens eſt enim deus ex lapidibus filios
Abraæ excitare. En tibi exemplum de ipſo domino Ieſu. In reſurrectione mortuo-
Col.1. rum primogenitus ex mortuis dicitur. Eundem ipſe Apoſtolus primitias ſignifica
1.Cor.15. uit dicens: In Chriſto omnes uiuificãtur,unuſquiſq; autem in ſuo ordine. Primitiæ
Chriſtus,deinde ij qui ſunt Chriſti,qui in aduentum eius crediderũt. Eadem in illo
corporis ueritas quæ in nobis, ſed tamen & primogenitus ex mortuis dicitur, quia
primus reſurrexit,& primitiæ,quia ſanctior omnibus fructus,qui etiam cæteros con-
Heb.1. ſortij ſui fructus ſanctificauit. Ipſe etiam initium eorum qui ad imaginẽ,quaſi ima
go inuiſibilis dei,in quo ſecundum diuinitatem nihil corporeum, nihil temporale,
quia ſplendor eſt gloriæ paternæ & imago ſubſtantiæ eius. Produximus ſermonẽ
epiſtolarem,dum uolumus quid ſint primitiæ ſignificare. Primitiæ ergo noſtri apo
Ioan.14. ſtoli electi ex omnibus præſentis temporis fructibus,quibus dictum eſt: Et maio-
ra his facietis. Fudit enim ſe in eos gratia dei. Iſti inquam ingemiſcebant expectan
tes redemptionem totius corporis, & adhuc ingemiſcunt,quia multorum eſt labor
qui adhuc fluctuant. Et ſi aliquis ad ſuperiora ſe littoris ſubſiſtat,& adhuc medio
corpore cædatur fluctibus,ingemiſcit & comparturit,donec totus euadat. Ingemi-
2.Cor.11. ſcit uticq; qui adhuc nobis dicit: Quis infirmatur & ego non infirmor? Nõ ergo nos
Rom.8. moueat quod ita ſcriptum eſt: Qui primitias ſpiritus habentes, ipſi intra nos inge
miſcimus adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis noſtri. Sen-
D ſus enim apertus eſt eo quod primitias ſpiritus habentes ingemiſcũt, adoptionem
filiorum expectantes. Quæ adoptio filiorum,redemptio totius corporis, quando
facie ad faciem quaſi dei filius per adoptionem uidebit illud diuinum & æternum
bonum. Eſt enim adoptio filiorum in eccleſia domini,quando clamat ſpiritus: Ab-
ba pater,ſicut habes ad Galatas. Sed illa erit perfecta,quando reſurgent omnes in
incorruptione,honore,gloria,qui merentur dei faciem uidere. Tunc enim uere re-
Rom.8. demptam ſe humana iudicabit conditio. Vnde Apoſtolus gloriatur dicens: Quia
Luc.18 ſpe ſalui facti ſumus. Saluat enim ſpes ſicut & fides, de qua dicitur: Fides tua te ſal-
uum fecit. Ergo creatura quæ non ſponte,ſed in ſpe uanitati ſubiecta eſt,ſpe ſalua-
tur,ſicut & Paulus cum ſciret lucrum ſibi eſſe mori,ut cum Chriſto eſſet ſolutus cor
pore,permanebat in carne propter eos quos Chriſto acquireret. Spes autem quid
eſt niſi futurorum expectatio? Vnde ait: Spes autẽ quæ uidetur non eſt ſpes. Non
enim quæ uidentur,ſed quæ nõ uidentur æterna ſunt. Nam quod uidet quis,quid
ſperat? Videmur enim tenere ea quæ uidemus. Quomodo ergo quæ tenemus ſpe-
ramus? Nihil igitur eorum quæ ſperantur uidetur. Oculus enim non uidit, nec au-
ris audiuit quæ præparauit deus diligentibus eum. Ergo ſi ſperari non poteſt quod
uidetur,non bene habent aliqui,nam quod uidet quis,quid & ſperat? Niſi & forte
ſic intelligas,nam quod uidet quis,quid & ſperat, uel quid expectat? Quia illud ue
rum eſt,quia id ſperamus quod nõ uidemus,& ideo quamuis abeſſe uideatur à no
Pſal.39. bis,expectamus illud per patientiam. Expectans enim expectaui dominum,& re-
ſpexit me. Ideo ergo expectamus patienter,quia bonus eſt dominus ſuſtinẽtibus
eum. Et uidetur conuenire, quia reddidit patientiam. Expectamus quæ ſperamus
& non uidemus. Multum enim facit qui ſperat & ea expectat quæ non uidentur, &

A & propterea quod intendat mẽtem ad illud,omne quod eſt ſuſtinet. Pulchre autem
dicitur: Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes,de poteſtatibus iſtius ſeculi, de digni Rom.8.
tatibus, de diuitijs. Vides neſcio quem faſcibus præminentem & curribus,nihil ha
bet ſpei in curribus qui uidentur. Nec in ipſo cœli elemento ſpes eſt, ſed in domi-
no cœli. Nec Chaldæus in ſtellis ſpem habet quas obſeruat,nec diues in poſſeſſio-
nibus,auarus in uſuris,ſed ille ſpem habet qui in eum ſpem ſuam ponit quem non
uidet,id eſt,in domino Ieſu,qui medius noſtrũ ſtat & non uiderur. Deniq; quæ ocu 1.Cor.2.
lus non uidit,nec auris audiuit quæ præparauit dominus diligentibus eum.

Diui Ambroſij ad Horontianum,dubitationem tollentis, de quo ſpiritu dictũ
ſit,quia poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Epiſtola. XXIII.

AMBROSIVS Horontiano. Concatenantur ſibi epiſtolæ noſtræ, ut
tanquam inter præſentes uideamur ſermonem cædere. Ita ego ex tua in
terrogatione,tuiq; ex mea explanatione epiſtolis ſcribendis materiam
damus. Moueri enim te indicaſti, de quo ſpiritu dictum ſit: Quia po-
ſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Superiora igitur repetamus, ut lectio
manifeſtet quod quærimus. Similiter inquit & ſpiritus adiuuat infirmitatem no-
ſtræ oratiõis. Nónne tibi uidetur ſpiritusſanctus qui adiutor nobis eſt, ſicut ille cui
dicitur: Adiutor meus es tu,ne derelinquas me,neq; deſpicias me deus ſalutaris me Pſal.26
us? Quis enim alius ſpiritus qui poſſit docere Paulum quid oraret? Docet autem
B ſpiritus Chriſti,ſicut & Chriſtus orare diſcipulos ſuos. Quis autem poſt Chriſtum
doceret niſi ſpiritus eius,quem ipſe miſit ut doceret,& dirigeret noſtras orationes?
Oramus enim ſpiritu,oramus & mente. Vt bene mens poſſit orare,præcedit ſpiri- 1.Cor.14
tus,& deducit eam in uiam rectam,ne obrepant carnalia,ne minora, ne etiam ma-
iora uiribus. Vnicuiq; enim datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Deniq; ſcri-
ptum eſt: Petite magna,& parua adijcientur uobis. Petite cœleſtia & terrena adij-
cientur. Ergo uult nos maiora petere,non in terrenis morari. Ille autem ſcit quid tri
buat diuidens ſingulis prout uult. Dicit enim interdum ſciens mẽſuram quam nos
ignoramus,non poteſtis hæc modo accipere. Peto mihi paſſionem martyrij, ſpiri-
tus promptus eſt,ſed uidens infirmum carnis meæ,ne dum maiora cupio, minora
amittam,dicit: Non potes hæc accipere. Quales occaſiones habui,& de ipſo propè
fine reuocatus ſum. Nouit enim bonus medicus quæ eſca cui apta ſit infirmitati, &
cui tempori ad profectum ualetudinis. Interdum opportunitas eſcæ ſanitatem red
dit,quod ſi importune aliquis accipiat aut non conuenienter, implicatur periculo.
Ergo quia nos neſcimus quid oremus & quomodo oporteat, poſtulat pro nobis
ſpiritusſanctus,eſt enim aduocati noſtri Ieſu, & poſtulat gemitibus ineffabilibus.
Dolet enim pro nobis & Chriſtus. Et deus pater dicit: Ventrem meum doleo. Et Hiere.4.
frequenter indignantem eum legimus & dolentem. Gemit autem ut auferat pecca
ta noſtra,doceat nos agere pœnitentiam. Eſt enim pius gemitus & plenus autorita
tis,de quo dicit Propheta: Et gemitus meus non eſt abſconditus à te. Non enim la Pſal.37.
tebat ut Adam,ſed lacebat: Ecce ego paſtor,& grex iſte quid deliquit? Ego pecca- 1.Paral.21.
ui,in me uindica. Ex hoc igitur gemitus ſpiritus dei,& ille prophetæ gemitus,bene
ineffabilis quia cœleſtis. Ea enim quæ in cœlo audiuit Paulus, ineffabilia audiuit, 2.Cor.12
ut fari ea homines non debeant,ſed quæ occulta hominibus,deo nota ſunt. Nouit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C enim omnia qui ſcrutator eſt cordis, ſed illa ſcrutatur quæ mundauit ſpiritus. No
uit ergo deus quid poſtulet ſpiritus,& quæ ſpiritus ſapientia ſit,quia interpellat pro
ſanctis,ſicut habes: quia & ſpiritus interpellat pro nobis. Pro quibus enim Chri-
ſtus paſſus eſt,& quos ſanguine mundauit ſuo,pro ijs interpellat & ſpiritus. Vale
& nos ut filius dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Marcellum, narrantis ſe cauſam ueternoſi iurgij inter illum
& fratrem ac ſororem componendi tanquam arbitrum ſuſcepiſſe, rationemq; hu-
iuſcemodi compoſitionis exponentis. Epiſtola. XXIIII.

AMBROSIVS Marcello. Apud me decurſus eſt tui textus negocij
quod non intuliſti ſed recepiſti,quia erat & pietatis neceſſitas, & pro-
bandæ in pauperes liberalitatis uoluntas. Cognoui autem ſecundum
ſacræ formam præceptionis, in qua me induit & beatiſſimi Apoſtoli
autoritas,& tuæ doctrinæ ac uitæ forma & diſciplina. Nam cum ipſe arguerem qđ
adhuc inter uos maneret ueternoſum iurgium,cognoſcendi mihi neceſſitatem par
tes impoſuerunt. Erubui recuſare,fateor,cum præſertim rogati utriuſq; partis inui-
cem ſe laceſſerent dicentes,ut meo ſub examine liqueret, cui parti maiora iuris uel
iuſticiæ ſuffragia forent. Quid plura? Cum iam concluſi eſſent dies & paucarum
horarum ſupereſſet ſpacium,quibus tamen alia audiret præfectus negocia, perie-
runt cauſæ patroni prorogari paucorum dierum tempora,ut ego reſiderem cogni-
tor. Tantus ardor erat Chriſtianis uiris, ne præfectus de epiſcopi iudicaret nego-
D cio. Aiebant præterea neſcio quæ geſta indecora,& pro ſuo quiſq; ſtudio iactabat,
quæ epiſcopo potius iudice quàm præfecto examinari oporteret. His confuſus, ſi-
mul admonitus apoſtolicæ præceptionis quæ arguit dicēs: Nónne de ijs qui intus
ſunt,uos iudicatis? Et iterum: Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles
qui ſunt in eccleſia illos conſtituite ad iudicandum. Ad uerecundiam ueſtram dico.
Sic non eſt inter uos ſapiens quiſquam qui poſſit iudicare inter fratrem ſuum,ſed
frater cum fratre iudicio cōtendit,& hoc apud infideles; Recepi cognitionem ita ta
men ut compoſitionis eſſem arbiter. Videbam enim quod ſi pro tuis iudicarē par-
tibus,poſſet ille non acquieſcere,ſi pro illo ferretur ſententia,obediret tua & ſanctæ
ſororis defenſio. Erat ergo iniqua decernendi conditio. Poſſet etiam illis uideri ſu-
ſpecta neceſſitudinis ſacerdotalis gratia. Quando enim uictus quemuis aliū quàm
ſe æquiorem putat? Et quod uerum eſt,erant uetuſti iurgij intolerabilia utriq; par-
ti diſpēdia,ſi finis eius aut fructu careret aut liberalitatis ſolatio. Cum igitur anceps
iudicium,ius controuerſum,multiplices ab utraq; parte actiones cernerem,inuidiæ
plenas ſupplicationes,reſcriptorum quoq; obreptiones obtexerent, Aduerterem
etiam graui conditione illum ſi uiciſſet,acturum de duplis fructibus & de ſumpti-
bus annoſæ litis, Tuo autem officio non conuenire,ut expenſas iurgij poſceres, nec
competere ut quicquam de fructibus poſſeſſor ageres quos percepiſſes, malui iur-
gium compoſitione cædere,quàm pronunciatione acerbare. Alia enim habebant
excitari iurgia. Tum quod eſt grauiſſimum,& ſi iurgia ſublata forent,erant tamen
odia manſura quæ apud bonos mores diſpendij ſunt. Inter hos æſtus poſitus,cum
me perſona ſacerdotis,fœminei ſexus uiduæ grauitas, amici quoq; contemplatio,
trino quodam non perfunctorio conueniret nomine,illud ſequendū putaui,ut ne-

A minem uinci uellem,& omnes uincere. Nec fefellit ſententia. Viciſtis enim omnes
germanitati,uiciſtis naturæ,uiciſtis ſcripturæ dicenti: Quare non magis iniuriam ac
cipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed putas te grauatum iactura iu-
ris,damno pecuniæ. Meliora utiq; ſacerdotibus damna quàm lucra ſeculi ſunt. Bea Act.20.
tius eſt enim dare quàm accipere. Sed forte dicas,fraudem nō debui pati, iniuriam
non debui perpeti,damnum ſubire. Quid ergo? Inferre uelles? Sed & ſi tu non in-
ferres,ille ſe paſſum diceret. Itaq; uide quid dicat Apoſtolus: Quare non magis 1.Cor.6.
fraudem patimini? ut prope uideatur qui non patitur feciſſe. Tolerare enim debet
qui fortior eſt. Verum quid ego ita tecum ago,quaſi hoc meum & non tuum ſit?
Tu enim obtuliſti quaſi arbiter lītis ut ſoror in diem uitæ ſuæ poſſideret partem
prædij,poſt obitum eius fratri cederēt omnis poſſeſſio. Neq; quiſquam eum uel
tuo uel eccleſiæ conueniret nomine,ſed ſibi haberet,ſi ita mallet,ut nihil diſpenſa-
ret eccleſiæ. Hoc cum ego prædicarem & præferrem tantam animo tuo infuſam li-
beralitatis gratiam,reſpondit germanus tuus,placere ſibi oblationem ſi metus de-
teriorandæ poſſeſſionis decederet. Quemadmodum enim fœmina,& quod eſt am
plius uidua,poſſeſſionem regeret tributariam? Quid ſibi profuturum quod ſibi iu
ra poſſeſſionis cederes, ſi maiora ex incultu agri ſubeunda ſibi damna arbitrare-
tur? Mouebat hoc utriuſq; partis togatos. Itaq; omnium conſpirante aſſenſu pla
cuit ut Lætus agrum ſuſciperet,& certum numerū fruméti,uini,olei,ſorori quotan-
nis penſitaret. Ergo ſanctæ germanæ tuæ non ius ſed ſollicitudo deceſſit, non fru-
B ctus ſed culturæ labor, non reditus ſed incerti euentus quædam (ut dicitur uulgo)
alea. Si tempeſtates uentorum graues prouentum impedierint, ſorori tamen tuæ
ſua ubertas manebit. Si nimia ſiccitate aruerint locorum gignentia, ſorori tamen
tuæ ſtata non minuetur fœcunditas. Sibi aſcribit Lætus conditionem oblationis
ſuæ: ſi neceſſitates temporū & extraordinariæ incubuerint exactiōes, germana tua
beneficio tuo & diſpendio Læti immunis erit. Lætus autem ſe proprietate locorum
ſolabitur. Viciſtis ergo omnes. Lætus,quia ius loci adeptus eſt quod non tenebat,
ſoror,quia annuis potietur fructibus,iam ſine lite,ſine iurgio,nemo tamen plenius,
nemo glorioſius quàm tu uiciſti,qui dum erga ſororem confirmari uis liberalita-
tem tuam,in utrunq; eam fraternæ conſortem neceſſitudinis contuliſti. Nam & fra
tri conceſſiſti proprietatem,& ſorori uſus fructum. Nihil autem adimitur eccleſiæ,
quod pietati acquiritur. Charitas enim non damnum ſed lucrum Chriſti eſt. De-
niq; charitas fructus ſpirituſſancti eſt: Apoſtolico igitur charactere cognitio decur Gal.5.
ſa eſt. Dolebamus ante quod litem haberes. Profuit iurgium,ut formam indueres
apoſtolicæ uitæ & præceptionis. Illud ſacerdotio non congruebat, hæc tranſactio
& apoſtolicam decet normam. Nec uereare ne immunis ſit atq; exors eccleſia libe-
ralitatis tuæ. Habet & illa fructus tuos & quidem uberiores, habet fructus doctri-
næ tuæ, habet tuæ uitæ ſtipendium, habet fœcunditatem, quam tuis inſtitutis riga
ſti. His diues reditibus non quærit temporalia,quia æterna poſſidet. Addidiſti au
tem ei noui ſolum apoſtolicos ſed etiam euangelicos fructus. Dominus enim di-
xit: Facite uobis amicos de iniquo mammona. Feciſti & tu amicos,& quod mira- Luc.16.
bile eſt,ex diſſidentibus. Feciſti in ius germanitatis redire fratres, feciſti eos hac cha
ritate, hac gratia ſecuros quod ſuſcipiantur in æterna tabernacula. Chriſto igitur
autore,& duobus arbitris ſacerdotibus,te qui formam prior dediſti,me qui ſenten

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tiam prompsi,facta pax non claudicabit,quando tanta fidei conuenerunt suffragia,ut perfidia non possit esse sine pœna. Arabit Lætus sorori,cui antea alienos inuidebat labores:messem Lætus sorori colliget, in qua ante ferre non poterat alienas donationes:deferet fructus ad sororis horrea, & hoc lætus faciet, recepta iam etiam nominis sui proprietate. Tu interea cõformatus in Apostolum Christi,assumens propheticam autoritatem dices ad dominum: Possedisti renes meos. Hæc melius Christum possessio decet,ut uirtutes sacerdotis possideat sui, hos fructus capiat,qui sunt integritatis & continentiæ,& quod est amplius charitatis & tranquillitatis. Vale & nos dilige,quia nos te diligimus. Psal.138.

Gratiani Augusti, ad beatum Ambrosium,ut ad se docendum uenire festinet postulantis,& ut scripturis atq; argumentis spiritum sanctum deum esse conuincat,rogantis. Epistola. XXV.

AMBROSIO religioso sacerdoti omnipotentis dei. Gratianus Augustus. Cupio ualde ut quem recordor absentem, & cum quo mente sum,cum eodem corpore sim præsenti. Festina igitur ad me religiose sacerdos,ut doceas doctrinam uere credentem, non quo contentioni studeam, aut uelim magis deum uerbis quàm mente complecti, sed ut magis aperto pectori reuelatio diuinitatis insideat. Docebit enim me ille quem non nego,quem fateor deum ac dominum esse meum,non ei obijciens quam in me uideo creaturam,qui Christo nihil me addere posse confiteor. Veruntamen ut etiam patri me commendem filium prædicando,non ego in deum uerebor inuidiam, non me talem laudatorem putabo,qui diuinitatem uerbis augeam. Ego infirmus & fragilis,quantum possum prædico, non quantum est ipsa diuinitas. Rogo te ut mihi de ipso tractatu quem dederas,augendo illic de spiritu sancto fidelem disputationem,scripturis atq; argumentis deum esse conuincas. Diuinitas te seruet per multos annos,& cultor dei æterni quem colimus Iesum Christum.

Diui Ambrosij ad Gratianum Augustum,epistolam ipsius plurimum commendantis,suæq; uoluntati se satisfacturum pollicentis. Epistola. XXVI.

BEATISSIMO Augusto Gratiano & Christianissimo principi, Ambrosius episcopus. Non mihi affectus defuit Christianissime principum. Nihil enim habeo quod hoc uerius & gloriosius dicam. Non in quam mihi affectus defuit, sed affectum uerecundia retardauit, quo minus clementiæ tuæ occurrerem. Reuertenti tamen si non occurri uestigio,occurri animo,occurri uoto,in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurri dico. Quando enim abfui,quem toto sequebar affectu,cui sensu ac mentibus inhærebam? Et certe maior animorum præsentia est,tuum quotidianum iter legebam,nocte ac die in tuis castris cura & sensu locatus,orationum excubias prætendebam,& si inualidus merito,sed affectu sedulus. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. Nihil hic adulationis est quam tu non requiris, ego alienam nostro duco officio,sed plurimum gratiæ quam dedisti. Scit ipse nostri arbiter quem fateris & in quem pie credis,refici uiscera mea tua fide,tua salute, tua gloria,meq; non

A non solũ officio publico debitas pendere preces,sed etiã amore priuato. Reddidisti eñ mihi quietẽ ecclesiæ,perfidorũ ora atq; (quod utinã) & corda clausisti, & hoc nõ minore fidei q̃ potestatis autoritate fecisti. Nam quid de litteris recentibus loquar? Scripsisti tua totã epistolã manu, ut ipsi apices fidem tuã pietatemq; loquerentur. Sic Abrahã sua manu quódam uitulum occidit,ut hospitibus epulãtibus ministraret,nec in ministerio religioso aliorũ adiumẽta quæsiuit. Sed ille priuatus aut dño & angelis,aut domino in angelis deferebat, tu imperator dignatione regali honoras infimũ sacerdotem. Sed domino defertur,cũ seruulus honoratur. Ipse eñ dixit: Quod uni horũ minimorũ fecistis,mihi fecistis. At ego humilitatẽ tãtũmodo prædico in imperatore sublimem,ac non amplius fidem,quã uere conscia meriti tui mẽte dixisti,quam docet te ille quem nõ negas? Quis enim alius docere te potuit,ut ei nõ obijcias quam in te uides creaturã? Nihil moralius, nihil expressius dici potuit. Creaturam enim Christum dicere,prę obiectu cõtumeliæ est, nõ pro cõfessione reuerẽtiæ. Deinde quid tã insolens,q̃ id eum existimare quod nos sumus? Docuisti igiẽ me à quo te discere uelle profiteris,nihil tale adhuc legi,nihil tale audiui. Quàm pium aũt illud q̃ admirabile, q; in deo nõ uereris inuidiã, de patre remunerationẽ ꝓ filij amore præsumis,& laudãdo filium,nõ ei te posse aliquid addere cõfiteris,sed uelle ut etiã patri te filij prædicatione cõmendes. Quod utiq; solus te docuit ille qui dixit,Qui me diligit,diliget à patre meo. Addidisti ad hæc,quia tu infirmus & fragilis,non te talem laudatorem putabis, ut diuinitatem uerbis augeas,sed quantum possis prædices,nõ quãtum est ipsa diuinitas. Hæc infirmitas in Christo fortior est, Matth.25. Ioan.14.

B sicut & apostolus dixit: Cum infirmor,tunc potens sum, hæc humilitas excludit fragilitatem. Veniã planè & festinabo ut iubes,ut hæc præsens audiã, ut hæc præsens legã,cum ex tuo ore procedunt. Misi aũt duos libellos,quorũ iam quia tuæ clementiæ sunt probati,periculum nõ uerebor. De spiritu uero interim ueniã scriptioni peto, quoniam quẽ iudicem mei sim sermonis habiturus agnoui. Interim tamen sententia & fides tua de dño & saluatore deprompta de dei filio redundat ad assertionem uberrimã, per quam sancti quoq; spiritus diuinitas sempiterna credat,ut nõ ei obijcias quam in te uides creaturam, nec deum patrem dñi nostri Iesu Christi spiritui suo existimes inuidere. Quod enim creaturæ caret communione, diuinum est. Si dominus fauerit,huic etiam clementiæ tuæ satisfaciam uoluntati,ut cuius accepisti gratiam, eum planè in dei gloria præminentem suo nomine existimes honorandũ. Beatissimũ te & florentissimũ deus omnipotens pater dñi nostri Iesu Christi tueri ætate prolixa,& regnum tuum in summa gloria & pace perpetua cõfirmate dignetur dñe imperator Auguste,diuino electe iudicio,pricipũ gloriosissime. 2.Cor.12.

Diui Ambrosij ad Valentinianum imperatorem,legationis suæ expositionem insinuantis. Epistola. XXVII.

AMBROSIVS Valẽtiniano impatori. Etsi supioris legatiõis meæ fides ita approbata sit tibi, ut ratio eius à me non quæreretur, Satis eñ claruit eoipso quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, me uiolenti à Maximo non recepisse, neque ijs astipulatum quæ ad uolũtatem eius magis quàm ad pacem propenderẽt, Denicq; nõ cõmisisses secundã legationem, nisi primam probasses: Sed quia regrediẽti mihi decernendi secum imposuit necessi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tatem,ideo hac epistola expositionem legationis meæ insinuandam putaui, ne cuiusquam sermo uiri prius uana intexeret,quàm reditus meus integra & synceræ ueritatis expressa signaculo manifestaret. Cum peruenissem Treuiros, postridie processi ad palatium.Egressus est ad me uir gallicanus, præpositus cubiculi,eunuchus regius. Popposci adeundi copiam,quæsiuit num rescriptum haberem clementiæ tuæ.Respondi haberi.Retulit non posse me nisi in consistorio uideri. Dixi non esse hūc morem sacerdotalem,certe esse aliqua, de quibus serio deberem cum suo principe confabulari.Quid plura? Consuluit eum,sed eadem referenda credidit,ut liqueret etiam priora ex illius arbitrio deprompta.Dixi tamen alienum id quidem à nostro muncre,sed me recepto officio non defuturum, gratam mihi esse humilitatem in tuo præsertim,& quod uerum est,fraternæ pietatis negocio. Vbi sedit in consistorio,ingressus sum,assurrexit ut osculum daret.Ego inter consistorianos steti,hortari cœperunt alij ut ascenderem, uocare ille. Respondi ego: Quid oscularis eum quem non agnoueris? Si enim me agnouisses,non hoc loco uideres. Commotus es inquit episcope? Non inquam iniuria,sed uerecundia quod alieno consisto loco. Et prima inquit legatione ingressus es consistorium. Nec illud inquam mei erroris fuit,uocantis non ingredientis uitium est. Cur, inquit, ingressus es? Quia inquam tunc ut inferiori pacem petebam, nunc ut æquali. Cuius,inquit, beneficio æquali? Respondi,omnipotentis dei,qui Valentiniano regnum quod dederat reseruauit.Ad postremum erupit dicens: Quoniam me lusisti, & ille Bauto qui sibi regnum sub specie pueri uendicare uoluit: Qui etiam barbaros mihi immi-
D sit,quasi ego non habeam quos possim adducere,cum mihi tot milia barbarorum militent,& annonas à me accipiant.Quod si ego tūc quando ueneris non essem retentus,quis mihi obstitisset & uirtuti meæ? Ad hæc ego leniter: Non opus est inquam ut commouearis,cum causa nulla sit commotionis,sed patienter audias quæ referantur istis. Propterea & ego ueni,quia prima legatione dum mihi credis, per me deceptum te esse asserebas.Glorioſum mihi est hoc pro salute pupilli imperatoris,quos enim episcopi magis quàm pupillos debemus tueri? Scriptum est enim
Esa.1. Iudicate pupillo,& iustificate uiduam,& eruite iniuriam accipientem. Et alibi: Iu-
Psal.67. dices uiduarum & patres orphanorum. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano,ut uerum eloquar. Vbi ego tuis legionibus obstiti, quo minus influeres in Italia? Quibus rupibus? qua acie? quibus numeris? An uero corpore meo clausi tibi Alpes? Vtinam hoc meum esset,obiectionem non timerem,nō uererer criminationes tuas. Quibus promissis lusi te,ut paci acquiesceres? Nónne intra Gallias iuxta urbem Mogontiacum comes Victor occurrit mihi quem direxisti ut pacem rogaret? In quo ergo te fefellit Valentinianus, qui prius pacem à te rogatus est quàm postularet? In quo fefellit Bauto qui deuotionem imperatori exhibuit suo? An quia principem suum non prodidit? In quo ego te circumscripsi? Qui ubi primum ueni,cum diceres quod Valentinianus ad te quasi filius ad patrem uenire deberet, responderim:nō esse æquum ut aspero hyemis tempore puer cum matre uidua penetraret Alpes,Sine matre autē tanto itineri, dubijs rebus cōmitteretur.De pace nobis legationem commissam,non de aduētu eius promissionem:spondere nos id non potuisse,certum est,q; mandatum non erat,me certe nihil spopondisse,adeo ut diceres, expectemus, quid Victor responsi referat. Illum autem

A autem liquet me retento peruenisse Mediolanum,negatumq; ei quod postulabat. De pace tantum conspirare studia,non de aduentu imperatoris,quem moueri non oporteret.Præsens eram ubi Victor redijt.Quomodo ergo reuocaui Valētinianū? Legati iterum missi ad Gallias qui eius aduentum negarent,apud Valentiā Gallorum me reppererunt:milites utriusq; partis qui custodirent iuga montium,offendi reuertēs.Quos ego tuos reuocaui exercitus? quas de Italia reflexi aquilas? quos immisit barbaros Bauto comes? Et quid mirum si hoc Bauto fecisset, trāsrhenanus genere,cum tu miniteris imperio Romano barbarorum auxilia, & turmas transliminianas,quibus commeatus prouincialium tributa soluebant? Vide autē quid inter sit inter tuas minitationes,& Valentiniani Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas quod barbarorum stipatus agminibus,Italiæ te infunderes. Valentinian? Hunnos atq; Alanos appropinquātes Galliæ per Alemāniæ terras reflexit. Quid habet inuidiæ si Bauto barbaros cum barbaris fecit decernere? Quoniam dum tu militem Romanum occupas,dum is aduersum se utrinq; prætēdit,in medio romani imperij sinu Iuthungi populabātur Rhetias.Et ideo aduersus Iuthungum Hunnus ascitus est.Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam,& iam uicinia mali urgebat Gallias,coactus est triumphos suos deserere,ne tu timeres. Cōfer utriusq; factum.Tu fecisti incursari Rhetias, Valētinianus suo tibi auro pacē redemit.Aspice illum quoq; qui tibi ad dexteram assistit,quem Valentinianus cū posset suum dolorem ulcisci, honoratum ad te redire fecit. Tenebat eum in suis terris, atq; in ipso nuncio necis fraternæ frenauit impetus: nec tibi uicem & si non parilis
B dignitatis,eiusdem tamen necessitudinis retulit. Confer ergo te iudice utriusque factum.Ille tibi fratrem tuum uiuentem remisit, tu illi uel mortuum redde. Quid illi reliquias germani abnegas,qui tibi aduersum se auxilia non negauit? Sed uereris ne exuuiarum reditu renouetur militibus dolor? Hoc enim allegas: Quem uiuentem deseruerunt,cum defendent peremptum? Quid eum mortuum times,quem occidisti cum posses reseruare? Hostem inquis meum peremi. Non ille tuus hostis, sed tu illius.Ille iam non sentit defensionem. Tuam causam considera.Si quis aduersum te hodie imperium in his partibus usurpandum puret, quæro te,utrum te hostem illius dicas,an illum tibi? Nisi fallor,usurpator bellum infert, imperator ius suū tuetur.Ergo quem non debueris occidere,eius reliquias negas? Habeat Valentinianus imperator uel fratris exuuias,pacis tuæ obsides.Et quomodo allegabas quod eum non mandaueris occidi,quem prohibes sepeliri? Poterit igitur credi qđ ei non inuideris uitam,cui etiam sepulturam inuides? Sed ad me reuertar. Audio te queri quod se ad Theodosium imperatorem potius contulerint, qui sunt cū Valentiniano imperatore, Quid igitur futurū sperabas,cum tu refugientes eos ad pœnam posceres,captos necares, Theodosius autem muneribus ditaret, donaret honoribus? Quos inquit occidi? Respondi ei,Balionem.At quem uirum? qualem bellatorem? Hæccine fuit iusta causa exitij,quod imperatori suo fidem seruauit? Nō ego inquit eum iussi occidi. Respondi: Hoc audiuimus quod occidi iussus sit, Sed inquit, si ipse sibi cām non intulisset, iusseram eum deduci Cabillonum & ibi uiuum exuri. Respondi, Ergo propterea & illud creditum est quod eum occideris. Quis autem sibi parcendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, comes utilis? Ita tum discessi, ut se tractaturum diceret. Postea cum audiret me ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C me abstinere ab episcopis qui communicabant ei,uel qui aliquos deuios licet à fi-
de ad necem petebant,commotus eis iussit me sine mora regredi. Ego uero liben-
ter,& si me plericq; insidias euasurum non crederent.Ingressus sum iter,hoc solo do
lore percitus quod Hyginum episcopum senem in exilium duci comperi, cui nihil
iam nisi extremus superesset spiritus.Cum de eo conuenirem comites eius, ne sine
ueste,sine plumatio paterentur extrudi senem,extrusus ipse sum.Hæc est expositio
legationis meæ.Vale imperator & esto tutior aduersus hominem pacis inuolucro
bellum tegentem. Vale.

Diui Ambrosij ad Theodosium imperatorem,seipsum excusantis, & ut ille fa-
cinoris sui pœnitentiam agat,rationibus atq; exemplis suadentis,rogantis,hortan
tis,& admonentis. Epistola.XXVIII.

AVGVSTISSIMO imperatori Theodosio, Ambrosius. Et ueteris
amicitiæ dulcis mihi recordatio est, & beneficiorum quæ crebris meis
intercessionibus summa gratia in alios contulisti,gratiæ memini. Vn-
de colligi potest quod nō ingrato aliquo affectu aduentum tuū sem
per mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim,
breuiter expediam. Soli mihi in tuo comitatu ius naturæ ereptum uidebam au-
diendi,ut & loquendi priuarer munere.Motus enim frequenter es quod ad me per
uenissent aliqua quæ in consistorio tuo statuta forent.Ego ergo expers communis
Luc.8. usus sum,cum dicat dominus Iesus, nihil esse occultum quod nō manifestetur. Ve
D recūdia igitur qua potui,satisfeci imperiali arbitrio, & prospexi ne aut ipse causam
commotionis habeas,cum id egerim,ne quid ad me de imperialibus deferatur sta-
tutis:aut ego cum fuero præsens,aut non audiam per metum omnium,& quasi cō
niuentis famam subibo,aut ita audiam ut mihi aures pateant, uox intercludatur,
ut audita non possim eloqui,ne eos qui in suspicionem proditiōis uenerint lædam
in periculo. Quid igitur facerem? Non audirem? Sed aures non possem cæra uete-
rum fabularum claudere. Proderem? Sed quod in tuis iussis timerē,in meis uerbis
deberem cauere,ne quid cruentum committeretur. Tacerem? Sed quod miserrimū
Exech.3. forte omnium,alligaretur conscientia,uox eriperetur.Et ubi illud,sed si sacerdos nō
dixerit erranti,is qui errauerit in sua culpa morietur,& sacerdos reus erit pœnæ,qa
non admonuit errantem. Accipe illud imperator Auguste,quod habeas fidei stu-
dium,non possum negare,quod dei timorem,non diffiteor.Sed habes naturæ im
petum,quem si quis lenire uelit,cito uertes ad misericordiam:si quis stimulet,in ma
ius exuscitas ut eum reuocare uix possis. Vtinam si nemo mitigat, nullus accendat:
libenter eum committo tibi:ipse te reuocas,& pietatis studio uincis impetum natu
ræ.Hunc ego impetum malui cogitationibus tuis secreto committere quàm meis
factis publice fortassis mouere. Itaq; malui officio meo aliquid deesse q̄ humilita-
ti,& requiri in me ab alijs sacerdotis autoritatem,quàm à te desiderari in me aman
tissime honorificentiam,ut represso impetu integra esset consilij eligendi facultas.
Prætendi ægritudinem corporis reuera grauem,& nisi à uiris amitioribus uix leuan
dam:uel emori tamen maluissem q̄ aduentum tuum biduo aut triduo non expe-
ctarem.Sed quid facerem non erat. Factum est in urbe Thessalonicensium quod
nulla memoria habet,quod reuocare nō potui ne fieret. Immo quod ante atrocissi
mum

A mum fore dixi, cum totiens rogarem,& quod ipse sero reuocando graue factū pu
tasti,hoc factum extenuare non poteram.Quando primum auditum est, propter
aduentum Gallorum episcoporū synodus conuenerat,nemo non ingemuit,nullus
mediocriter accepit , non erat facti tui absolutio in Ambrosij communione. In me
etiam amplius commissi exaggeraretur inuidia: Si nemo diceret dei nostri recon-
ciliationem fore necessariam,an pudet te imperator hoc facere quod rex propheta
autor Christi secundum carnem prosapiæ fecit Dauid? Illi dictum est: Quia diues 2.Reg.12
qui haberet plurimos greges,unam pauperis ouem propter aduentū hospitis eri-
puit & occidit,& cognito quod in hoc ipse argueretur quia ipse fecisset, ait: Peccaui
domino.Noli ergo impatiēter ferre imperator,si dicatur tibi:Tu fecisti istud quod
Dauid regi dictum est à propheta.Si enim hoc sedulo audieris,& dixeris: Peccaui
domino.Si dixeris regale illud propheticum: Venite adoremus, & procidamus an Psal.94.
te eum,& ploremus ante dñm nostrum qui fecit nos,dicetur & tibi,quoniam pœni
tet te,dimittit tibi dñs peccatum tuum,& non morieris.Iterum cum plebem nume
rari iussisset Dauid,percussus est corde,& dixit ad dñm: Peccaui uehementer quod
fecerim hoc uerbum,& nunc domine aufer iniquitatem serui tui quod deliqui uehe
menter. Et missus est iterum ad eum Nathan propheta,qui ei triū optionem con-
ditionum offerret,& quam uellet eligeret, Famem tribus annis in terra, aut tribus
mēsibus fugeret à facie inimicorum suorum,aut triduo mortem in terra. Et respon
dit Dauid: Angustiæ sunt tria hæc uehementer,ueruntamen incidam in manu do-
mini,quoniam multæ misericordiæ eius nimis,& in manus hominis non incidam.
B Culpa aūt erat,quoniam uoluit scire numerum totius plebis quæ secum erat,quod
scire deo soli debuit reseruare.Et cum,inquit mors fieret in plebe,ipso primo die ad
horam prandij cū uidisset Dauid percutientē angelum in plebem, ait Dauid: Ego
peccaui, & ego pastor malignū feci, & hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me &
in domū patris mei.Itaq; pœnituit dñm,& iussit angelo ut parceret plebi,sacrificiū
autē offerret Dauid.Erant em̄ tunc sacrificia pro delictis,hæc nūc sunt sacrificia pœ
nitentiæ.Itaq; ea humilitate acceptior deo factus est. Non em̄ mirandum peccare
hominē,sed illud reprehensibile,si non se cognoscat errasse,non humiliet deo. Iob
sanctus & ipse potēs in seculo,ait:Peccatū meum nō abscondi,sed corā plebe omni Iob.31.
annunciaui.Ipsi immani regi Saul dixit Ionathas filius suus: Noli peccare in seruū 1.Reg.18.
tuum Dauid,& ut quid peccas in sanguinem innocentē,occidere Dauid sine cau-
sa? Quia & si rex erat,peccabat tñ si occideret innocentem.Deniq; etiam Dauid cū
iam regno potiretur,& audisset Abner innocentē occisum à Ioab duce militiæ suæ,
ait:Innocens sum ego & regnum meum amodo & usq; in æternū à sanguine Ab- 2.Reg.3.
ner filij Ner,& ieiunauit in dolore.Hæc ideo scripsi,non ut te confundam,sed ut re-
gum exemplo prouocēt,ut tollas hoc peccatum de regno tuo.Tolles autem,humi-
liando deo animā tuam.Homo es,& tibi uenit tentatio,uince eam. Peccatum non
tollitur nisi lachrymis & pœnitētia.Nec angelus potest, nec archangelus, dominus
ipse qui solus potest dicere, Ego uobiscum sum: si peccauerimus nisi pœnitentiam Matt.28.
deferentibus non relaxat. Suadeo,rogo,hortor,admoneo,quia dolori est mihi,ut
tu qui pietatis inauditæ exemplum eras,qui apicem clementiæ tenebas, qui singu-
los nocentes non patiebaris periclitari , tot perisse non doleas innocentes. Et si
in prælijs felicissime egeris, & si in alijs quoque laudabilis, tamen apex tuorum
operum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C operum pietas ſemper fuit. Id tibi inuidit diabolus quod habebas præſtãtiſſimum
Vince eum dum habes adhucunde poſſis uincere. Noli peccato tuo aliud peccatũ
addere, ut uſurpes quod uſurpaſſe multis officit. Ego certe in omnibus alijs licet de
bitor pietati tuæ, cui ingratus eſſe non poſſum, quam pietatem multis imperatori-
bus præferebam, uni adæquabam. Ego inquam cauſam in te contumaciæ nullam
habeo, ſed habeo timoris, offerre nõ audeo ſacrificium, ſi uolueris aſſiſtere. An qđ
in unius innocentis ſanguine non licet, in multorũ licet? Non puto. Poſtremo ſcri-
bo manu mea qđ ſolus legas. Ita me dñs ab omnibus tribulationibus liberet, quia
non ab homine neq; per hominem, ſed aperte mihi interdictum aduerti. Cum eñ
eſſem ſollicitus, ipſa nocte qua proficiſci parabam, ueniſſe quidem uiſus es ad eccle
ſiam, ſed mihi ſacrificium offerre non licuit. Alia prætereo, ut potui cauere. Sed per-
tuli amore tuo ut arbitror. Dñs faciat ut omnia cum tranquillitate cedant. Multifa
rie deus noſter admoner, ſignis cœleſtibus, prophetarum præceptis, uiſionibus etiã
peccatorem uult nos intelligere, quo rogemus eum, ut perturbationes auferat, pacẽ
uobis imperãtibus ſeruet, fides eccleſiæ & tranquillitas perſeueret, cui prodeſt Chri-
ſtianos & pios eſſe imperatores. Certe uis probari deo: omnis rei tempus, ut ſcriptũ
Pſal.118. eſt: Tempus, inquit, faciendi dñe. Et tempus beneplaciti deus. Tunc offeres, cum ſa
Pſal.68 crificãdi acceperis facultatem, qñ hoſtia tua accepta ſit deo. Nõne me delectaret ha
bere gratiam imperatoris, ut ſecũdum uoluntatem tuam agerem, ſi cauſa pateret?
Et ſimplex oratio ſacrificium eſt, hæc ueniam refert, illa offenſionem, quia hæc ha-
bet humilitatem, illa contemptũ. Dei enim uox eſt, q; malit ut fiat mandatum eius
D cq; deferatur ſacrificium. Clamat iſtud deus, ad populum Moyſes annũciat, ad po-
Oſee.6 pulos Paulus prædicat. Id facito quod intelligis in tempore plus placere. Miſericor
Matt.9.& 12 diam inquit malo cq; ſacrificium. Quare nõ illi magis ſint Chriſtiani qui peccatum
condemnant ſuum, cq; qui defendere putant? Iuſtus enim in exordio ſermonis ac-
Prouer. 18 cuſator eſt ſui. Qui ſe accuſat cum peccauerit iuſtus eſt, nõ ille qui ſe laudauerit. Vi
nam imperator etiam ante mihi potius credidiſſem cq; conſuetudini tuæ: dum pu-
to q; cito ignoſcis, cito reuocas, ut ſæpe feciſti, & tu præuentus es, & ego non declina
ui quod cauere non debueram. Sed gratias dño qui uult ſeruulos ſuos caſtigare ne
perdat. Iſtud mihi cõmune eſt cum Prophetis, & tibi erit cõmune cum ſanctis. An
ego Gratiani patrem non oculis meis præferam? Debent ueniã ſancta alia pigno
ra tua. Dulce mihi nomeñ anteculi, quibus amorem communiter detuli. Amo, dili
go, orationibus proſequor. Si credis ſequere. Si inquam credis agnoſce, quod dico.
Si non credis, ignoſce quod facio in quo deum præfero. Beatiſſimus & florentiſſi-
mus cum ſanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua imperator Auguſte.

Diui Ambroſij ad Theodoſium imperatorem uindicari iubentem in epiſcopũ
& Chriſtianos qui ſynagogam incenderunt, uehementer eum ob hoc arguentis,
atq; ut aliam epiſtolam dictari iubeat, & quod prius iuſſum fuerat emender, ex-
hortantis. Epiſtola. XXIX.

CLEMENTISSIMO principi ac beatiſſimo imperatori Theodoſio Au
guſto, Ambroſius Epiſcopus. Exercitus ſemper iugibus ferè curis ſum
imperator beatiſſime, ſed nunq; tanto in æſtu fui quanto nunc. Cum ui-
deo cauendum ne quid ſit quod aſcribatur mihi etiam de ſacrilegij periculo. Itaq;
peto

A peto ut patienter ſermonem meum audias. Nam ſi indignus ſum qui à te audiar,
indignus ſum qui pro te offeram, cui tua uota, cui tuas committas preces. Ipſe ergo
non audies eum quem pro te audiri uelis? Non audies pro ſe agentem, quem pro
alijs audiſti? Nec uereris iudicium tuũ, ne cum indignum putaris quem audias, in
dignum feceris qui pro te audiatur. Sed neq; imperiale eſt libertatem dicendi nega
re, neq; ſacerdotale quod ſentiat nõ dicere. Nihil eñ in uobis imperatoribus tã po-
pulare & tã amabile eſt, cq; libertatẽ etiam in ijs diligere qui obſequio militiæ uobis
ſubditi ſunt. Siquidẽ hoc intereſt inter bonos & malos principes, quod boni liberta
tẽ amant: ſeruitutem improbi. Nihil etiã in ſacerdote tam periculum apud deum, tã
turpe apud homines, quàm quod ſentiat non libere denunciare. Siquidem ſcriptũ Pſal.118.
eſt: Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar. Et ali- Ezech.3.
bi: Fili hominis ſpeculatorem te poſui domui Iſraël, in eo inquit, ut ſi auertaẽ iuſtus
à iuſticijs ſuis & fecerit delictum quia non diſtinxiſti ei, hoc eſt, non dixiſti quid ſit
cauendum, non retinebitur memoria iuſticiæ eius, & ſanguinem eius de manu tua
exquiram. Tu autem ſi diſtinxeris iuſto ut non peccet, & ipſe non peccauerit, iuſtus
uita uiuet, quia dixiſti ei, & tu animã tuam liberabis. Malo igitur imperator bono-
rum mihi eſſe tecum quàm malorum conſortium, & ideo clementiæ tuæ diſplicere
debet ſacerdotis ſilentium, libertas placere. Nã ſilentij mei periculo inuolueris, liber
tatis bono iuuaris. Nõ ergo importunus indebitis me interſero, alienis ingero, ſed
debitis obtempero, mãdatis dei noſtri obedio. Quod facio primum tui amore, tui
gratia, tuæ ſtudio conſeruandæ ſalutis. Si id mihi uel non creditur uel interdicitur,
B dico ſanè diuinæ offenſæ metu. Nam ſi meum periculum te exueret, patiẽter me p
te offerrem, ſed nõ libenter. Malo enim te ſine meo acceptum deo eſſe & glorioſum
periculo. Sin autem ſilentij mei diſſimulationiſq; culpa & me ingrauat, nec te libe-
rat, malo importuniorem me quàm inutiliorem aut turpiorem iudices. Siquidẽ ſcri 2. Timoth.4.
ptum eſt dicente ſancto apoſtolo Paulo, cuius nõ potes doctrinam refellere, Inſta
oportune importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Habe-
mus ergo & nos cui diſplicere plus periculi ſit, præſertim cum etiam imperatoribus
non diſpliceat ſuo quenq; fungi munere, & patienter audiatis ununquenq; pro ſuo
ſuggerentem officio, immo corripiatis ſi nõ utatur militiæ ſuæ ordine. Quod ergo
in ijs libenter accipitis qui uobis militant, num hoc in ſacerdotibus poteſt moleſtũ
uideri, cum id loquamur non quod uolumus ſed quod iubemur? Scis enim lectũ:
Cum ſtabitis ante reges & præſides, nolite cogitare quid loquamini, dabitur eñ uo Matth.10.
bis in illa hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus pa-
tris ueſtri qui loquitur in uobis. Et tamen ſi in cauſis reipublicæ loquar, quamuis eti
am illic iuſticia ſeruanda ſit, non tanto aſtringar metu, ſi non audiar. In cauſa uero
dei quem audies, ſi ſacerdotem non audies, cuius maiore peccaẽ periculo? Quis tibi
uerum audebit dicere ſi ſacerdos non audeat? Noui te pium, clemẽtem, mitem atq;
tranquillum, fidem ac timorem domini cordi habentem, ſed plerũq; aliqua nos fal-
lunt. Habent aliqui zelum dei ſed non ſecundum ſcientiam. Ne igitur hoc etiam ſi- Roma.10.
delibus animis obrepat, cauendum arbitror. Noui pietatem tuam erga deum, leni-
tatem in homines, obligatus ſum beneficijs tuarum indulgentiarũ. Et ideo plus me
tuo, amplius ſollicitor, ne etiam ipſe tuo me poſtea iudicio condemnes, quod mea
aut diſſimulatione aut adulatiõe prolapſionem non euitaueris. Si in me peccari ui- Matth.18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

derẽ,non deberem tacere.Scriptum est enim: Si frater tuus in te peccauerit, corripe illum primo,deinde increpa duobus & tribus testibus,si te non audierit,dic ecclesiæ. Causam ergo dei tacebo? Quid igitur sit quod metuam considerem⁹. Relatũ est à comite orientis militarium partium,incensam esse synagogam, idq; autore factum episcopo. Iussisti uindicari in cæteros,synagogam ab ipso ædificari episcopo. Non astruo expectandam fuisse assertionem episcopi. Sacerdotes enim turbarum moderatores sunt,studiosi pacis, nisi cum & ipsi mouentur iniuria dei aut ecclesiæ contumelia. Sit aliquis iste episcopus feruentior in exustione synagogæ, timidior in iudicio. Non uereris imperator, ne acquiescat sententiæ tuæ,ne prævaricet nõ times? Non etiam uereris quod futurum est,ne uerbis,resistat comiti tuo? Necesse erit igitur ut aut prævaricatorem aut martyrem faciat, Vtrunq; alienum temporibus tuis, utrunq; persecutionis instar,si aut prævaricari cogatur, aut subire martyriũ. Vides quò inclinet causæ exitus,si fortem episcopum putas,caueto martyrium fortioris, si inconstantem,declina lapsum fragilioris. Plus enim astringitur qui labi infirmũ coegerit. Hac proposita conditione puto dicturum episcopum,quod ipse ignes sparserit,turbas compulerit,populos concluserit, ne amittat occasionem martyrij, & proinualidis subijciat ualidiorem. O beatum mendacium quo acquiritur sibi aliorum absolutio sui gratia. Hoc est imperator quod poposci & ego,ut in me magis uindicares,& hoc si crimen putares,mihi ascriberes. Quid mandas in absentes iudicium? Habes præsentem,habes confitentem reum. Proclamo quod ego synagogam incenderim, certe quod ego illis mandauerim, ne esset locus in quo Christus negaretur. Si obijciatur mihi, cur hic non incenderim? Diuino iam cremari cœpit iudicio, meum cessauit opus. Etsi uerum quæritur, ideo segnior fui, quia non putabam hoc uindicandum. Quid facerem quod nullo ultore sine præmio foret. Tangunt hæc uerecundiam, sed reuocant gratiam, ne fiat opus quo dei summi contrahatur offensio. Esto tamen,nemo episcoporum ad hoc munus conueniat. Rogaui enim clementiam tuam,& licet ipse hoc reuocatum ad huc non legerim, reuocatum tamen constituamus. Quid si alij timidiores dum mortem reformidant,offerant ut de suis facultatibus reparetur synagoga,aut comes ubi hoc compererit primo constitutum,ipse de Christianorum censu exædificari iubeat? Habebis imperator comitem prævaricatorem,& huic uexilla committes uictricia, huic labarũ? hoc est Christi sacratum nomine,qui synagogam instauret,quæ Christum nesciat. Iube labarũ synagogæ inferri,uideamus si non resistunt. Erit igitur locus Iudæorum perfidiæ, factus de exuuijs ecclesiæ, & patrimonium quod fauore Christi acquisitũ est Christianis, hoc trãsferet ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus cõdita de manubijs Cimbrorum,de spolijs reliquorum hostium. Hunc titulum Iudæi in fronte synagogæ suæ scribent, Templum impietatis factum de manubijs Christianorum. Sed disciplinæ te ratio imperator mouet. Quid igitur est amplius,disciplinæ species,an causa religionis? Cedat oportet censura deuotioni. Nõ audisti imperator quia cũ iussisset Iulianus reparari tẽplum Hierosolymis,qd diuino qui faciebant repagulum,igne flagrarunt? Non caues ne etiam nũc faciat? Adeo à te non fuit iubẽdum,ut Iulianus hoc iusserit. Quid tamen mouet? Vtrum quia quodcunque ædificium publicum exustum est,an quia synagogæ locus? Si ædificio incenso moueris utilissimo,quid enim in tam ignobili castro esse potuit, non recor-

recordaris imperator quãtorũ Romæ domus præfectorum incensæ sunt,& nemo uindicauit? Immo si quis imperatorũ uoluit factum seuerius reprehẽdere, eius magis qui tãto est perculsus dispendio,causam grauet. Quid igitur dignius ut Calinici castri in parte aliqua ædificiorũ incendium, an urbis Romæ uindicãdum existimaret si oporteret? Tamen Constantinopoli dudum domus episcopi incensa est, & filius clementiæ tuæ intercessit apud patrem,ut & suam,hoc est,filij imperatoris iniuriam,& domus sacerdotalis incendium nõ uindicares. Non cõsideras imperator ne & hoc cum uindicari iusseris,ipse iterum interueniat ne uindicet? Sed bene illud acquisitũ est à patre filio. Dignum erat enim ut suam iniuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiæ distinctione diuisum est,ut & filius pro sua,& pater pro filij iniuria rogaretur. Hic nihil est quod filio reserues, & uide ne quid deo deroges. Non est ergo causa tantæ cõmotioni idonea, ut propter ædificij exustionẽ in populũ tã seuere uindicetur. Multo autem minus quia synagoga incẽsa est, perfidiæ locus,impietatis domus,amentiæ receptaculũ, quod deus dãnauit ipse. Sic em̃ legimus per os Hieremiæ,dicente dño deo nostro: Et faciã domui ubi inuocatũ est nomen meũ super ipsam,in qua confiditis uos,& loco quem dedi uobis & patribus uestris, sicut feci Sylo: Et proijciã uos à facie mea, sicut proieci fratres uestros omne semẽ Ephrẽ. Et tu noli orare pro populo isto,& noli postulare illis misericordiã,& neq; accesseris ad me pro illis,quia non exaudiam te. Aut non uides quid isti faciũt in ciuitatibus Iudæ? Deus se pro illis prohibet rogari quos tu uindicandos putas. At certe si iure gentium agerem,dicerem quantas ecclesiæ basilicas Iudæi tempore imperij Iuliani incẽderint, duas Damasci,quarũ una uix reparata est,sed ecclesiæ nõ synagogæ impẽdijs. Altera basilica informibus horret ruinis. Incẽsæ sunt basilicæ Gazis, Ascalone,Beryto,& illis ferè locis omnibus,& uindictã nemo quæsiuit. Incẽsa est basilica & Alexãdriæ à gentibus & Iudæis,quæ sola præstabat cæteris. Ecclesia non uindicata est,uindicabit synagoga? Vindicabit etiã Valentinianorũ phanũ incẽsum? Quid est enim nisi phanũ,in quo est cõuentus gentilium? Licet gentiles duodecim deos appellent,isti triginta & duos æonas colant,quos appellant deos. Nã & de ipsis cõperi relatum & præceptũ ut in monachos uindicaret, qui prohibentibus iter Valentinianis quo psalmos canentes ex consuetudine usúq; ueteri pergebant ad celebritatem Machabæorum martyrum, moti insolentia incẽderũt phanũ eorũ in quodam rurali uico tumultuarie conditũ. Quot se offerre habent tali optioni, cũ meminerit tempore Iuliani illum quia aram deiecit,& turbauit sacrificiũ, damnatũ à iudice fecisse martyrium? Itaq; nunq; aliãs ille iudex qui audiuit eũ, nisi persecutor habitus est,nemo illũ congressu,nemo illum unquã oculo dignũ putauit. Qui nisi iam esset defunctus, timerem imperator ne in eum tu uindicares,quanq; uindictã cœlestẽ nõ euaserit suo superstes hæredi. Sed refert cognitionem mandatã iudici, scriptúmq; eo q; non referre debuerit sed uindicare. Requirenda quoq; sublata donaria,ut omittam alia. Incẽsæ sunt à Iudæis ecclesiarum basilicæ,& nihil redditũ est,nihil repetitũ,nihil quæsitũ. Quid aũt habere potuit synagoga in castro ultimo,cũ totũ quic qd illic est,nõ,multũ sit,nihil p̃ciosum, nihil copiosũ? Quid deide de incẽdio potuit rapi Iudæis insidiantibus? Artes istæ sunt Iudæorũ uolẽtiũ calũniari,ut dũ ista quæ rũtur, mandet extra ordinẽ militaris censura iudicij, mittat miles fortasse dicturus quod hic aliquando ante tuum imperator dixit aduentũ. Quomodo potent nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Christus iuuare qui pro Iudæis aduersus Christum militamus? Qui mittuntur ad
uindictam Iudæorum, suos perdiderunt exercitus, nostros uolũt perdere. In quas
præterea nõ prosiliant calumnias, qui etiã Christo falsis testimonijs calũniati sunt?
In quas nõ prosiliant calumnias homines & circa diuina mẽdaces? Quos nõ auto-
res seditionis fuisse dicãt? Quos nõ appetant, etiã quos nõ recognoscant, ut catena-
torum ordines innumeros spectẽt de Christiano populo, ut captiua uideant colla
plebis fidelis, ut condant in tenebras dei seruuli, ut feriant securibus, dent ignibus,
tradantur metallis, ne pœna cito transeat? Hunc dabis triumphum Iudæis de eccle
sia dei? Hoc trophæum de Christi populo? Hæc gaudia imperator perfidis? Hãc ce
lebritatẽ synagogæ? Hos luctus ecclesiæ? Referet Iudæorum populus hanc solenni-
tatẽ in dies festos suos, & inter illos profecto numerabit, quibus aut de Amorræis,
aut de Chananæis triumphauit, aut de Pharaone rege Ægypti, aut de Nabucho-
donosor rege Babyloniæ manu liberari potuit. Addet hanc celebritatem significãs
se de Christi populo triumphum egisse. Et cum ipsi Romanis legibus teneri se ne-
gent, ita ut crimina leges putent, nunc uelut Romanis legibus se uindicãdos putẽt?
Vbi erant istæ leges, cũ incenderent ipsi sacratarum basilicarum culmina? Si Iulia-
nus nõ est ultus ecclesiam, quia præuaricator erat, tu imperator ulcisceris synagogæ
iniuriam quia Christianus es? Et quid tecum posthac Christus loquetur? Non recor
2. Reg. 7. daris quid Dauid sancto per Nathan prophetam mãdauerit? Ego te de fratribus
tuis minorem elegi, & de priuato imperatorẽ feci, ego de fructu seminis tui in sede
imperiali locaui. Ego tibi subieci nationes barbaras, ego tibi pacem dedi, ego tibi
D inimicũ tuum in potestatẽ tuã captiuum deduxi. Frumentum nõ habebas ad exer-
citus alimoniã, ipsorũ hostium manu patefeci tibi portas, aperui horrea, dederũt ti-
bi hostes tui cõmeatus suos quos sibi parauerant. Ego perturbaui hostis tui cõsilia
ut seipse nudaret, ego ipsum usurpatorem imperij ita uinxi ac mentẽ eius ligaui, ut
cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamen cum omnibus suis tanq; metuens ne
quis tibi periret, ipse se clauderet: ego comitem eius atq; exercitũ ex altera parte na-
turæ, quos ante dispersera, ne ad belli societatem coirent, ad supplementũ tibi ui-
ctoriæ cõgregaui. Ego exercitum tuum ex multis indotnitis conuenam nationibus
quasi unius gentis fidem & tranquillitatem & concordiam seruare præcepi. Ego cũ
periculũ summũ esset, ne Alpes infida barbarorũ penetrarẽt cõsilia, intra ipsum Al
piũ uallũ uictoriã tibi cõtuli, ut sine dãno uinceres. Ego te triũphare feci de inimico
tuo, & tu de plebe mea das meis inimicis triũphũ? Nonne ꝓpterea Maximus desti
tutus est, qa ante ipsos expeditionis dies cũ audisset Romæ synagogã incẽsam, edi
ctũ Romã miserat, quasi uidex disciplinæ publicæ? Vnde populus Christianus aite
Nihil boni huic immineret. Rex iste Iudæus factus est, defensorem istũ disciplinæ
audiuimus. Quem mox Christus ꝓbauit qui pro peccatoribus mortuus est. Si de
sermone hoc dictum est, quid de ultione dicetur? Ille igitur statim à Francis & à Sa
xonum gẽte, in Sicilia, Siciæ, Petauione, ubiq; deniq; terrarum uictus est. Quod
commune cum perfido? Aboleda cum impio sunt etiam impietatis exẽpla. Quod
illi nocuit, & quo uictus offendit, hoc non sequi debet sed damnare qui uicit. Itaq;
illa tibi non quasi ingrato recensui, sed quasi iure collata enumeraui, ut his admoni
tus cui plus collatum est, plus diligas. Deniq; hoc respondenti Simoni, dixit domi-
nus Iesus: Recte iudicasti, statimq; conuersus ad mulierem quæ pedes eius unguen-
to unxit,

A to unxit, typum ecclesiæ gerens, ait Simoni: Propter quod dico tibi: Remissa sunt
peccata eius multa, quoniam dilexit multum, cui autem minus dimittitur, minus di
ligit. Hæc est mulier quæ in domum pharisæi intrauit, & eiecit Iudæum, Christum
autem acquisiuit. Ecclesia enim synagogam exclusit, cur iterum tentat ut apud Chri
sti famulũ, hoc est de pectore fidei, de domo Christi synagoga excludat ecclesiam?
Hæc ego imperator amore & studio tui in hunc sermonem contuli. Debeo enim
beneficijs tuis quibus me petente liberasti plurimos de exilijs, de carceribus, de ulti-
mæ necis pœnis, ut malle debeam pro salute tua etiam offensionem tui animi non
timere (Nemo maiore fiducia utit quàm qui ex affectu diligit. Nemo certe debet
lædere qui sibi consulit) ne tot annorum conceptam cuiuscũq; sacerdotij gratiã uno
momento amittam. Et tamen non damnum gratiæ deprecor sed salutis periculũ.
Quanquam quantum est imperator, ut quærendum aut uindicandum non putes
quod in hunc diem nemo quæsiuit, nemo unquam uindicauit? Graue est fidẽ tuã
pro Iudæis periclitari. Gedeon cum occidisset sacratum uitulum, dixerunt gentiles, Iudi. 6.
dij ipsi iniuriam suã uindicent. Quis habet synagogam uindicare? Christus quem
occiderunt, quem negauerunt? An deus pater uindicabit eos qui nec patrem recipi-
unt qui filium non receperunt? Quis habet Valentinianorum hæresim uindicare?
quàm pietas tua quomodo uindicat, cum eos excludi iusserit, nec cõueniendi usur
pare copiam? Si Iosiam tibi obijciam regem deo probatum, hoc in istis damnabis
quod in illo probatum est. Certe si mihi parum fidei defertur, iube adesse quos pu-
taueris episcopos, tractetur imperator quid salua fide agi debeat. Si de causis pecu-
B niarijs comites tuos cõsulis, quãtomagis in causa religiois sacerdotes domini æquũ
est consulas? Consideret clementia tua quantos insidiatores habeat ecclesia, quãtos
exploratores: leuem rimam si offenderint, figent aculeum. Secundum homines lo-
quor. Cæterum plus hominibus deus timetur, qui etiam imperatoribus iure præfer
tur. Si amico suo aliquis, si parenti aut propinquo deferendum existimat, rectẽ ego
& deferendum deo & cum præferendum omnibus iudicaui. Cõsule tibi imperator,
aut patere me consulere mihi. Quid respõdebo postea si compertũ fuerit data hinc
autoritate aliquos Christianorum aut gladio aut fustibus aut plũbis necatos. Quo
modo hoc purgabo factum? Quomodo excusabo apud episcopos? Qui nũc quia
per triginta & innumeros annos presbyteri quidam gradu functi, uel ministri eccle
siæ retrahuntur à munere sacro & curiæ deputantur, grauiter gemunt. Nam cum ij
qui uobis militant, certo militiæ tempore seruentur, quantomagis etiam eos consi-
derare debetis qui deo militãt? Quomodo inquam hoc excusabo apud episcopos
qui queruntur de clericis, & impressione graui uastari scribunt ecclesias? Hoc tamẽ
in noticiam clementiæ tuæ peruenire uolui, de hoc ut placet, arbitrio tuo consulere
& temperare dignaberis. Illud autẽ quod me angit & iure angit, exclude atq; ejice:
Ipse facis quicquid fieri iussisti. Aut si ille facturus non est, malo te magis esse de-
mentem quàm illum nõ feciſſe quod iussus est. Habes in quibus domini adhuc de-
bes circa imperium Romanum inuitare clemẽtiam. Habes quibus amplius quàm
tibi speres. Illorum gratia, illorum salus te in hoc sermone conueniat meo, ne cau-
sam tuam alieno committas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego
deo nostro pro te obligo, nec uerearis sacramentum. Nunquid deo displicere pote
rit, quod pro eius emendatur honorificentia? Nihil mutaueris certe in illa epistola,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C siue missa,siue nondum missa est,dictari iube aliam quæ plena fidei, plena pietatis
sit. Tibi integrum sit emendare,mihi non est integrũ dissimulare. Antiochenis tuã
donasti iniuriam, inimici tui filias reuocasti,nutriendas apud affinem dedisti matri
hostis tui,misisti de ærario tuo sumptus. Hæc tãta pietas,tanta erga deũ fides hoc
facto obfuscabit? Tu igit̃ q armatis pepercisti hostibus, & seruasti inimicos tuos,
ne quæso tanto studio putes uindicandum in Christianos. Nunc imperator rogo,
ut non aspernanter acceperis me & pro te & pro me timentem. Sancti em̃ uox est,
Vt quid factus sum uidere contritionem populi mei,ut offensam incurrã dei? Ego
certe quod honorificentius fieri potuit feci,ut me magis audires in regia,ne si neces-
se esset audires in ecclesia.

Diui Ambrosij ad Valentinianũ,eundẽ rogãtis atq; conueniẽtis, ne ad petitionẽ
gentiliũ aras eorũ impatorio decreto instaurari iubeat, ostendẽtisq; ex tali
decreto, primũ deo,deinde patri & fratri iniurias irrogari.Epi.xxx.

AMBROSIVS episcopus,Beatissimo principi & Christianissimo imperato
ri Valentiniano.Cũ omnes homines qui sub ditione Romana sunt, uo-
bis militent imperatoribus terrarum atq; principibus,tũ ipsi uos omnipo
tẽti deo & sacræ fidei militatis.Aliter enim salus tuta esse nõ poterit, nisi unusquisq;
deum uerum,hoc est deum Christianorũ à quo cuncta regunt̃,ueraciter colat.Ipse
enim solus uerus est deus,qui intima mente uenerẽt. Dij enim gentium dæmonia, Psal. 95.
sicut scriptura dicit.Huic igitur deo uero quisquis militat,& qui intimo colẽdum re-
D cipit affectu, nõ dissimulationẽ,non conniuentiã,sed fidei studiũ & deuotionis im-
pendit.Postremo si non ista,consensum saltẽ aliquẽ non debet colẽdis idolis & pro-
phanis cæremoniarũ cultibus exhibere. Nemo enim deum fallit,cui omnia etiã cor-
dis occulta manifesta sunt. Ergo cũ à te impator Christianissime fides deo uero sit
exhibenda,cũ ipsius fidei studiũ cautio atq; deuotio, miror quomodo aliquibus in
spem uenerit,q; debeas aras dijs gẽtium tuo instaurare præcepto,ad usus quoq; sa-
crificiorũ prophanorũ præbere sumptũ.Quod em̃ iãdudũ uel fisco uel arcæ est uẽ-
dicatũ,de tuo magis cõferre uidebere q̃ de suo reddere. Et de dispendijs queruntur
qui nunq̃ nostro sanguini pepercerunt, qui ipsa ecclesiarum ædificia subruerũt. Per-
tunt etiã ut illis priuilegia deferas,qui loquendi & docẽdi nostris cõmunem usum,
Iuliani lege proxima denẽgarunt, & priuilegia illa quibus sæpe decepti sunt etiam
Christiani.Nonnullos enim illis priuilegijs partim per imprudentiam, partim pro
pter publicarum necessitatum molestias declinandas, irretire uoluerunt, & quia nõ
oẽs fortes inueniuntur,etiã sub principibus Christianis pleriq; sunt lapsi. Sed hæc
si iam sublata nõ essent,auferenda tuo imperio cõprobarem. At cũ per totũ ferè or
bem à pluribus retro principibus inhibita interdictaq; sint, Romæ autem à fratre
clementiæ tuæ augustæ memoriæ Gratiano fidei ueræ ratione sublata sint, & datis
antiquata rescriptis,ne quæso uel fideliter statuta conuellas uel fraterna præcepta re
scindas. De negocijs ciuilibus si quid statuitur,nemo putat esse temerandũ,& præ-
ceptum de religione calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuæ,siue ille gentilis est
qui ista deposcit,non debet mẽtem tuam uinculis suæ superstitionis innectere, sed
proprio studio docere & admonere te debet quemadmodum ueræ fidei studere de-
beas? quando ille tanto motu ueri uana defendit. Deferendum meritis clarorum ui-
rorum

A rorũ & ego suadeo,sed deum certũ est omnibus præferendũ.Si de re militari est cõ
sulendum,debet exercitati in prælijs uiri expectari sententia, cõsilium comprobari.
Quando de religione tractatus est,deũ cogita. Nullius iniuria est,cui deus omnipo
tens antefertur.Habet ille sententiam suam.Inuitũ non cogitis colere quod nolit,
hoc idem uobis liceat imperator, & unusquisq; patienter ferat,si non extorqueatur
imperatori, quod moleste ferret, si ei extorquere cuperet imperator. Ipsis gentili-
bus displicere consueuit præuaricantis affectus. Libere enim debet defendere unus-
quisq; fidele mẽtis suæ & seruare propositum.Quod si aliqui nomine Christiani ta
le aliquid decernendum putant,mentem tuam uocabula nuda non capiant, nomi-
na cassa non fallant. Quisquis hoc suadet,sacrificat,& quisquis hoc statuit. Tolera-
bilius tamen est unius sacrificium quàm lapsus omnium. Totus hic Christianorũ
periclitatur senatus.Si hodie gentilis aliquis imperator, quod absit,arã statueret si
mulacris,& eò conuenire cogeret Christianos,ut sacrificãtibus interessent,ut opple-
ret anhelitus & ora fideliũ cinis ex ara,fauilla de sacrilegio, fumus ex busto, & in ea
curia sententiam diceret,ubi iurati ad aram simulacri in sententiam cogerẽtur, Pro
pterea enim interpretantur aram locatam,ut eius sacramento,ut ipsi putant, unus-
quisq; conuentus consuleret in medium,cũ curia maiore iã Christianorum numero
sit referta,persecutionem esse crederet Christianus qui cogeretur tali optione ad se
natum uenire,quod fit plerunque,nam etiam iniurijs conuenire coguntur, Te ergo
imperatore Christiani in aram iurare cogẽtur? Quid est iurare nisi eius quem testa
re fidei tuæ præsulem,diuinam potentiam confiteri? Te imperatore hoc petitur &
B postulatur,ut aram iubeas eleuari, sumptum sacrificijs prophanis dari.Sed hoc nõ
potest sine sacrilegio decerni. Vnde rogo te,ne id decernas, statuas, uel in eiusmo
di decreta subscribas. Conuenio fidem tuam Christi sacerdos. Omnes conuenire-
mus episcopi nisi incredibile hoc & repentinum ad aures peruenisset hominũ,quod
tale aliquid esset uel in consistorio suggestum tuo, uel à senatu petitum, sed absit
ut hoc senatus petisse dicatur. Pauci gentiles communi utuntur nomine. Nam &
ante biennium fermè cum hoc petere tentarent, misit ad me sanctus Damasus Ro
manæ ecclesiæ sacerdos,iudicio dei electus, libellum quem Christiani senatores de-
derunt,& quidem innumeri postulantes nihil se tale mandasse,non congruere gen
tilium istiusmodi petitionibus, non præbere consensum, Questi etiam publice pri-
uatimque se non conuenturos ad curiam, si tale aliquid decerneretur. Dignum est
temporibus uestris, hoc est Christianis temporibus ut dignitas Christianis senato
ribus abrogetur, quo gentilibus senatoribus prophanæ deferatur uoluntatis effe-
ctus? Hunc libellum ego fratri clementiæ uestræ direxi. Vnde constitit non senatũ
aliquid de superstitionis impensis mandasse legatis.Sed fortasse dicatur:Cur dudũ
non interfuerint senatui, cum ista peterentur? Satis loquuntur quid uelint qui non
interfuerunt, satis locuti sunt qui apud imperatorem locuti sunt. Et miramur ta-
men si priuatis resistendi Romæ eripiunt libertatem qui nolunt esse liberũ tibi non
iubere quod non probas,non seruare quod non sentis. Et ideo memor legationis
proxime mandatæ mihi, conuenio iterum fidem tuam, conuenio mentem tuam,
ne uel respondendum secũdum huiusmodi petitionem gentiliũ censeas, uel in eius-
modi responsa sacrilegium subscriptionis adiungas. Certe refer ad parentem pieta
tis tuæ principẽ Theodosiũ,quẽ super oẽibus ferè maioribus causis consulere con-
suesti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſueſti. Nihil maius eſt religióe, nihil ſublimius fide. Si ciuilis cauſa eſſet diuerſæ par
ti reſponſio ſeruaretur, cauſa religionis eſt, epiſcopus conuenio. Detur mihi exem
plum miſſæ relationis, ut & ego plenius reſpondeam, & ſic de omnibus conſultus
clementiæ tuæ parens reſpondere dignetur. Certe ſi aliud ſtatuitur, epiſcopi hoc æ
quo animo pati & diſſimulare non poſſumus, licebit tibi ad eccleſiam cõuenire, ſed
illic non inuenies ſacerdotem aut inuenies reſiſtentem. Quid reſpondebis ſacerdoti
dicenti tibi: Munera tua non quærit eccleſia, quia templa gentilium muneribus ad
ornaſti? Ara Chriſti dona tua reſpuit, quoniam aram ſimulachris feciſti. Vox em̃
tua, manus tua, & ſubſcriptio tua opus eſt tuum, obſequium tuum dominus Ieſus
Matth. 6. recuſat & reſpuit, quoniam idolis obſecutus es. Dixit enim tibi: Non poteſtis duo
bus dominis ſeruire. Priuilegia tua ſacratæ deo uirgines non habent, & uendicant
uirgines Veſtæ? Cur ſacerdotes dei requiris quibus petitiones prophanas gentili
um prætuliſti? Alieni erroris ſocietatem ſuſcipere non poſſumus. Quid reſpondebis
his uerbis, puerum eſſe te lapſum? Omnis ætas perfecta Chriſto eſt. Omnis deo
plena puericia fidei comprobatur. Paruuli etiam Chriſtum intrepido aduerſus per
ſecutores ore confeſſi ſunt. Quid reſpondebis germano tuo? Nónne tibi dicet: ui
ctum me eſſe non credidi, quia te imperatorem reliqui, mori non dolui quia te hæ
redem habebam. Imperio me decedere non ingemui, quia imperia mea præſertim
de religione diuina, omnibus ſeculis manſura credebam. Hos ego titulos piæ uirtu
tis erexeram, has de ſeculo manubias, hæc ſpolia de diabolo, has ego de aduerſa
rio omnium exuuias offerebam in quibus æterna uictoria eſt. Quid mihi plus po
D tuit meus hoſtis auferre? Abrogaſti decreta mea, quod adhuc ille qui contra me le
uauit arma, non fecit. Nunc grauius telum corpore recipio, quod à fratre meа ſtatu
ta damnant. Meliore parte mei apud te periclitor. Illa enim mors corporis, iſta uir
tutis eſt. Nunc mihi abrogatur imperium, & quod eſt grauius abrogatur à tuis: ab
rogatur à meis, & id abrogatur quod in me etiam mei aduerſarij prædicarũt. Si uo
lens acquieuiſti, damnaſti fidem meam, ſi inuitus ceſſiſti, prodidiſti tuam. Ergo qđ
grauius eſt, & in te periclitor. Quid reſpõdebis etiam patri, qui te maiore dolore cõ
ueniet dicens: De me fili peſſime iudicaſti, qui putaſti quod ego gentilibus conni
uẽtiam præſtitiſſem. Nemo ad me detulit, aram eſſe in illa Romana curia, nunquã
tantum nefas credidi, quod in communi illo Chriſtianorum gentiliũq; concilio ſa
crificarẽt gentiles, hoc eſt inſultarẽt gentiles præſentibus Chriſtianis, & inuiti Chri
ſtiani intereſſe ſacrificijs cogerentur. Multa & diuerſa crimina me imperante com
miſſa ſunt, ultus ſum quæcunque ſunt deprehẽſa, ſi quis tunc latuit, debet ergo dice
re me probaſſe quod ad me nemo detulerat? De me peſſime iudicaſti, ſi mihi ſuper
ſtitio aliena, non fides mea ſeruauit imperiũ. Vnde cũ aduertas imperator, deo pri
mum, deinde patri & fratri iniurias irrogari ſi quid tale decernas, peto ut id facias
quod ſaluti tuæ apud deum intelligis profuturum.

Symmachi urbis præfecti perſuadentis ritus ueteres circa cultum deorum eſſe ſeruandos, ad imperatores Relatio.

VBI primũ ſenatus ampliſſimus ſempq; ueſter ſubiecta legibus uitia co
gnouit & à principibus pijs uidit purgari famã tẽporũ proximorũ, boni
ſeculi autoritatẽ ſecutus, euomuit diu preſſum dolorem, atq; iterum me querelarum

A querelarum ſuarum iuſſit eſſe legatum. Cui ideo diui principis denegata eſt ab
improbis audientia, quia non erat iuſticia defutura, domini imperatores Valẽtini
ane Theodoſi & Arcadi incliti uictores ac triumphatores ſemper Auguſti. Gemi
no igitur functus officio, & ut præfectus ueſter geſta publica proſequor, & ut lega
tus ciuium mandata commendo. Nulla eſt hic diſſenſio uoluntatum, quia iam cre
dere homines deſierunt, aliquorum miniſtri regum coguſtur ſe ſtudio præſtare ſi
diſcrepẽt, amari, coli, diligi, maius imperio eſt. Quis ferat obſuiſſe reipublicæ priua
ta certamina? Merito illos ſenatus inſequitur, qui potentiam ſuam famæ principis
prætulerunt. Noſter autem labor pro clementia ueſtra ducit excubias. Cui em̃ ma
gis commodat, quod inſtituta maiorum, quod patriæ iura & fata defendimus, cũ tẽ
porum gloriæ? Quæ tum maior eſt, cum uobis contra morem parentum intelligi
tis nil licere. Repetimus igitur religionum ſtatum qui reipublicæ diu profuit. Certe
numerentur principes utriuſq; ſectæ, utriuſq; ſententiæ, proximus eorum cæremo
nias patrum coluit, recentior non remouit. Si exemplum non facit religio ueterum,
faciat diſſimulatio proximorum. Quis ita familiaris eſt barbaris, ut aram uictoriæ
non requirat? Cauti in poſterum ſumus, & talium rerum oſtenta uitamus. Redda
tur tamen ſaltem nomini honor qui numini denegatus eſt. Multa uictoriæ debet
æternitas ueſtra & adhuc plura debebit. Auerſentur hanc poteſtatem quibus ni
hil profuit, uos amicum triumphis patrociniũ nolite deſerere. Cunctis potentia iſta
uotiua eſt, nemo colendam neget quam profitetur optandã. Quod ſi huius ominis
non eſt etiam iuſta uitatio, ornamentis ſaltem curiæ decuit abſtineri. Præſtate oro
h uos ut ea quæ pueri ſuſcepimus, ſenes poſteris relinquamus. Conſuetudinis amor
magnus eſt. Merito diui Conſtantij factum diu nõ ſtetit. Omnia uobis exempla
uitanda ſunt, quæ mox remota didiciſtis. Æternitatem curamus famæ & nominis
ueſtri, ne quid futura ætas inueniat corrigendum. Vbi in leges ueſtras & uerba iura
bimus, qua religione mens falſa terrebitur, ne in teſtimonijs mentiatur? Omnia
quidem deo plena ſunt, nec ullus perfidis tutus eſt locus, ſed plurimum ualet ad me
tum delinquendi etiam præſentia religionis urgeri. Illa ara concordiam tenet omni
um, illa ara fidem conuenit ſingulorum, neque aliud magis autoritatem facit ſenten
tijs noſtris quàm quod omnia quaſi iuratus ordo decernit. Patebit ergo ſedes pro
phana periurijs, & hoc incliti pricipes mei probabile iudicabũt, qui ſacramẽto pub
lico tuti ſunt? Sed diuus Cõſtãtius idẽ feciſſe dicit, cætera potius illius pricipis æmu
lemur, q nihil tale eſſet aggreſſus, ſi quis ante ſe alius nõ deuiaſſet. Corrigit enim ſe
quentem lapſus prioris, & de reprehẽſione antecedentis exempli naſcit emendatio.
Fas fuit ut parens ille clementiæ ueſtræ in re adhuc noua non caueret inuidiã. Nũ
poteſt etiam nobis eadem defenſio cõuenire ſi imitemur quod meminimus impro
batũ? Accipiat æternitas ueſtra alia eiuſdem principis facta, quæ in uſum dignius
trahat. Nil ille decerpſit ſacrarum uirginum priuilegijs, repleuit nobilibus ſacerdo
tia, Romanis cæremonijs non negauit impenſas, & p omnes uias æternæ urbis læ
tũ ſecutus ſenatum, uidit placido ore delubra, legit inſcripta faſtigijs deũ nomina,
percontatus eſt tẽplorũ origines, miratus eſt conditores. Cũq; alias religiones ipſe
ſequeret, has ſeruauit imperio. Suus enim cuiq; mos, ſuus cuiq; ritus eſt. Varios cu
ſtodes urbibus & cultus mẽs diuina diſtribuit. Vt animæ naſcẽtibus, ita populis fa
tales genij diuidunt. Accedit utilitas quæ maxime homini deos aſſerit. Nã cũ ratio

omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C omnis in operto sit,unde rectius quàm de memoria atq; documẽtis rerum secũda
rum cognitio uenit numinum? Iam si longa ætas autoritatem religionibus faciat,
seruanda est tot seculis fides,& sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt feliciter
suos.Romam nunc putemus assistere atq; his uobiscum agere sermonibus. Opti-
mi principes patres patriæ reueremini annos meos,in quos me pius ritus adduxit,
ut utar cæremoniis auitis. Neq; enim me pœnitet uiuere meo more qa libera sum.
Hic cultus in leges meas orbem redegit,hæc sacra Hannibalem à mœnibus,à capi-
tolio Senonas reppulerũt: Ad hoc ergo seruata sum,ut longæua reprehendar? Vi-
deam quod instituendum putatur? Sera tamen & contumelioſa est emendatio se-
nectutis. Ergo diis patriis,diis indigetibus pacem rogamus. Æquum est,quicquid
omnes colunt,unum putari.Eadem spectamus astra,commune cœlum est,idẽ nos
mundus inuoluit.Quid interest qua quisq; prudentia uerum requirat? Vno itine-
re non potest peruenirí ad tam grande secretum,sed hæc ociosorum disputatio est.
Nunc preces non certamina offerimus.Quãto commodo sacri ærarij uestri Vesta
lium uirginum prærogatiua detracta est? Sub largissimis imperatoribus denega-
tur quod parcissimi præstiterunt? Honor solus est in illo uelut stipendio castitatis.
Vt uittæ earum capiti decus faciunt, ita insigne ducitur sacrificij,uacare muneribus.
Nudum quodammodo nomen immunitatis requirunt, quoniam paupertate ac
dispendio tutæ sunt.Itaque amplius laudi earum tribuũt, qui aliquid rei detrahũt.
Siquidẽ saluti publicæ dicata uirginitas crescit merito, cũ caret præmio. Absint ab
ærarij uestri puritate ista cõpendia,fiscus bonorum principum nõ sacerdotum dã-
D nis sed hostium spoliis augeatur. Vllúmne lucrum compensat inuidia? Et quia auã
ricia in mores uestros nõ cadit, hoc miseriores sunt quibus subsidia uetera decerpta
sunt.Etenim sub imperatoribus qui alieno abstinẽt, qui resistunt cupiditati,ad solã
detrahitur amittentis iniuriam,quod desiderium non mouet auferẽtis. Agros etiã
uirginibus & ministris,deficientium uoluntate legatos, fiscus retentat. Oro uos iu-
sticiæ sacerdotes,ut urbis uestræ sacris reddatur priuata successio.Dictent testamen
ta securi,& sciant sub principibus non auaris stabile esse quod scripserint. Delectet
uos ista felicitas generis humani, cœpit causæ huius exemplum sollicitare morien-
tes.Ergo Romanæ religiones sub Romana iura non pertinent? Quod nomen ac-
cipiet ablatio facultatum,quas nulla lex,nullus casus fecit caducas? Capiunt legata
liberti,seruis testamentorum iusta commoda non negantur,tantum nobiles uirgi-
nes & fatalium sacrorũ ministri excludunt prædiis hæreditate quæsitis.Quid iuuat
saluti publicæ castum corpus dicare & imperij æternitatem cœlestibus fulcire præsi
diis,armis uestris,aquilis uestris amicas applicare uirtutes,p omnibus efficacia uo-
ta suscipere & ius cũ omnibus nõ habere? Itaq; melior est seruitus quæ hominibus
impenditur.Rempublicam lædimus,cui nunquam expedit ut ingrata sit. Nemo me
putet solam causam religionũ tueri, ex huiusmodi facinoribus orta sunt cũcta Ro-
mani generis incõmoda.Honorauerat lex parẽtũ uestales uirgines ac ministros de
orũ,uictu modico iustisq; priuilegiis. Stetit muneris huius integritas usq; ad dege-
neres trapezitas,qui ad mercedẽ uiliũ baiulorũ sacræ castitatis alimenta uerterunt.
Secuta est hoc factũ fames publica,& spem prouinciarum omniũ messis ægra de-
cepit.Non sunt hæc uitia terrarum,nihil imputamus astris. Nec rubigo segetibus
offuit,nec auena fruges necauit,sacrilegio annus exaruit.Necesse eñ fuit pire omni
bus quod

A bus quod religionibus negabatur.Certe si est huius mali aliquod exemplũ,impute
mus tantam famen uicibus annorum.Grauis hanc sterilitatem aura constrinxit,syl
uestribus arbustis uita producitur, & rursus ad dodonæas arbores plebis rusticæ in
opia conuolauit.Quid tale prouinciæ pertulerũt, cum religionum ministros honor
publicus pasceret? Quando in usum hominum cõcussa quercus, quãdo nullæ sunt
herbarũ radices,quando alternos regionũ defectus deseruit fœcunditas mutua,cũ
populo & uirginibus sacris cõmunis esset annona? Commendabat eñ terrarũ pro
uentus uictus antistitum,& remedium magis q; largitas erat.An dubium est semp
pro copia omniũ datum quod nunc inopia omniũ uendicauit? Dicet aliquis sum-
ptum publicum denegatum alienæ religionis impendiis. Absit à bonis principi-
bus ista sentẽtia,ut qd olim de cõmuni quibusdã tributũ est,i iure fisci esse uideat.
Nã cum respublica de singulis cõstet,quod ab ea ꝓficiscitur,fit rursus proprium sin
gulorũ.Omnia regitis,sed suũ cuiq; seruatis,plúsq; apud uos iustícia q licẽtia ualet.
Cõsulite certe munificentiã uestrã, an hæc publica uelit existimari quæ in alios tran
stulistis? Semel honori urbis delata cõpendia desinũt esse tribuẽtiũ, & quod à prin
cipio beneficiũ fuit,usu atq; ætate fit debitũ. Inanẽ igit metũ diuino animo uestrõ
tẽtat incutere,si quis asserit cõscientiã uos habere præbentium,nisi detrahentiũ subi
eritis inuidiã.Faueãt clementiæ uestræ sectarũ omnium arcana præsidia,& hæc ma
xime quæ maiores uestros aliquãdo iuuerunt:uos defendant,à nobis colant,Eum
religionum statũ petimus,qui diuo parenti culminis uestri seruauit imperiũ,qui for
tunato pricipi legitimos suffecit hæredes.Spectat senior ille diuus ex arce syderea
B lachrymas sacerdotum,& se culpatum putat more uiolato,quem libenter ipse serua
bat. Præstate etiam diuo fratri uestro alieni consilij correctionem, tegite factum
quod senatui displicuisse nesciuit. Siquidem constat ideo excluſam legationem, ne
ad eum iudicium publicum perueniret. Pro æstimatione est temporum superiorũ,
ut non dubitetis abolere quod probandum est principis non fuisse.

Diui Ambrosij ad Valentinianũ imperatorẽ,Relationi Symmachi re-
spõdentis,aptissimisq; cõfutationibus eã refellẽtis.Epi.XXXI.

AMBROSIVS episcopus,Beatissimo principi & clementissimo imperato-
ri Valentiniano Augusto. Cum uir clarissimus præfectus urbis Symma-
chus ad clementiam tuam retulisset,ut ara quæ de urbis Romæ curia sub-
lata fuerat,redderetur loco,& tu imperator licet adhuc in minoris æui tyrocinio flo
rentibus nouus annis, fidei tamen uirtute ueteranus obsecrata gentilium non pro-
bares, eodem quo comperi,puncto libellum obtuli,quo licet comprehẽderim quæ
suggestioni necessaria uiderentur, popposci tamen exemplum mihi relationis dari.
Itaque non fidei tuæ ambiguus, sed prouidus cautionis & pij certus examinis hoc
sermone relationis assertioni respondeo, hoc unum petens, ut non uerborum ele-
gantiam sed uim rerum expectãdam putes.Aurea enim (sicut scriptura diuina do-
cet) est lingua sapientium literatorum, quæ phaleratis dotata sermonibus,& quo-
dam splendentis eloquij, uelut coloris precioſi coruſco resultans, capit animorũ o-
culos specie formosi, uisuque perstringit. Sed aurum si diligentius manu tra-
ctes, foris precium, intus metallum est. Volue quæso atque excute sectam gen-
tilium, precioſa & grandia sonant, ueri effœta defendunt. Deum loquũtur, si-
mula

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mulachrum adorant. Tria igitur in relatione sua uir clarissimus præfectus urbis p/
posuit quæ ualida putauit. Quod Roma ueteres, ut ait, suos cultus requirat. Et qđ
sacerdotibus suis uirginibusq; uestalibus emolumenta tribuēda sint. Et quod emo
lumentis sacerdotum negatis fames secuta publica sit. In prima propositione, flebi
li Roma questu sermonis illachrymat, ueteres, ut ait, cultus cæremoniarū requirēs.
Hæc sacra inquit Hannibalem à mœnibus, à capitolio Senonas repulerunt. Itaq;
dum sacrorum potentia prædicatur, infirmitas proditur. Ergo Hannibal diu sacris
insultauit Romanis, & dijs contra se dimicantibus usq; ad muros urbis uincendo
peruenit. Cur se obsideri passi sunt, pro quibus deorum suorum arma pugnabant?
Nam de Senonibus quid loquar, quos capitolij secreta penetrantes Romanæ reli
quiæ non tulissent, nisi eos pauido anser strepitu prodidisset? En quales templa Ro
mana præsules habēt. Vbi tunc erat Iupiter? An in ansere loquebatur? Verū quid
negem sacrorum ritus militasse Romanis? Sed etiam Hannibal eosdem deos cole/
bat. Vtrum uolunt igitur elegant. Si in Romanis uicerūt sacra, in Carthaginēsibus
ergo superata sunt, si in Carthaginensibus triumphata, nec Romanis utiq; profu/
erunt. Facessat igitur inuidiosa illa populi Romani querela. Non hæc Roma man/
dauit. Alijs illa eos interpellat uocibus. Quid me cassо quotidie gregis innoxij san/
guine cruentatis? Non in fibris pecudum, sed in uiribus bellatorum trophæa uicto
riæ sunt. Alijs ego disciplinis orbē subegi. Militabat Camillus q̄ sublata capitolio
signa, cæsis Tarpeiæ rupis triumphatoribus reportauit, strauit uirtus quos religio
non remouit. Quid de Attilio loquar, qui militiam etiam mortis impendit? Africa/
D nus non inter capitolij aras, sed inter Hannibalis acies triūphum inuenit. Quid mi/
hi ueterum exempla profertis? O di ritus Neronum, Quid dicam bimestres impe/
ratores & terminos regum cum exordijs copulatos? Aut forte illud est nouum, bar
baros suis excessisse finibus? Nunquid etiam illi Christiani fuerunt, quorum mise/
rabili nouóq; exemplo alter captiuus imperator, sub altero captiuus orbis, fefellisse
quæ uictoriam promittebant, suas cæremonias prodiderunt? Nunquid & tunc nō
erat ara Victoriæ? Pœnitet lapsus, & uetusta canicies pudēdi sanguinis traxit rubo
rem. Non erubesco cum toto orbe longæua conuerti, uerum certe est, quia nulla æ/
tas ad perdiscendum sera est, Erubescat senectus quæ emendare se non potest. Nō
annorum canicies est laudanda, sed morum, nullus pudor est ad meliora transire.
Hoc solum habebam commune cum barbaris, quia deum antea nesciebam. Sacri
ficium uestrum ritus est bestiarū cruore respergi. Quid in mortuis pecudibus quæ/
ritis dei uoces? Venite & discite in terris cœlestem militiam. Hic uiuimus, & illic mili
tamus. Cœli mysterium doceat me deus ipse qui condidit, non homo qui seipsum
ignorauit. Cui magis de deo quàm deo credam? Quomodo possum uobis credere
qui fatemini uos ignorare quod colitis? Vno inquit itinere non potest perueniri ad
tam grande secretum. Quod uos ignoratis, id nos dei uoce cognouimus. Et quod
uos suspitionibus quæritis, nos ex ipsa sapiētia dei & ueritate compertū habemus.
Non congruunt igitur uestra nobiscum. Vos pacem dijs uestris ab imperatoribus
obsecratis, nos ipsis imperatoribus à Christo pacem rogamus. Vos manuū uestra
rum adoratis opera, nos iniuriam ducimus omne quod fieri potest deum putari.
Non uult se deus in lapidibus coli. Deniq; etiam ipsi philosophi uestri ista risērūt.
Quod si uos ideo Christum deum negatis, quia illum mortuum esse non creditis,

Nescitis

A Nescitis enim quod mors illa carnis fuerit non diuinitatis, quæ fecit ut credentium
iam nemo moriatur: quid uobis imprudentius qui contumelioſe colitis & honorifi
ce derogatis? Vestrum enim deum lignū putatis, O contumeliosa reuerentia, Chri
stum mori potuisse nō creditis? O honorifica peruicacia. Sed uetera, inquit, redden/
da sunt altaria simulacris, ornamenta delubris. Reposcantur hæc à consorte super/
stitionis: Christianus imperator aram solius Christi didicit honorare. Quid manus
pias & ora fidelia ministeriū suis cogunt sacrilegijs exhibere? Vox imperatoris no/
stri Christū resultet, & illū solū quē sentit loquatur, quia cor regis in manu dei. Nun
quid imperator gentilis aram Christo leuauit? Dum ea quæ fuerunt reposcunt, ex/
emplo sui admonent quantū Christiani imperatores religioni quam sequuntur de
beāt deferre reuerentiæ, quando gentiles superstitionibus suis omnia detulerūt. Dū
cœpimus, etiam sequamur. Nos sanguine gloriamur, illos dispendiū mouet. Nos
hæc uictoriæ loco ducimus, illi iniuriam putant. Nunquam nobis amplius contule
rūt quàm cum uerberari Christianos atq; proscribi ac necari iuberent. Præmium se
cit religio quod perfidia putabat esse supplicium. Videte magnanimos, per iniuri/
as, per inopiam, per supplicium. Nos credimus, illi cærimonias suas sine quæstu ma
nere posse non credunt. Habeant, inquit, Vestales uirgines immunitatem suam. Di
cant hoc qui nesciunt credere quod posset esse gratuita uirginitas, prouocent lucris
qui diffidunt uirtutibus. Quot tamen illis uirgines præmia promissa fecerunt? Vix
septem Vestales capiuntur puellæ, En totus numerus quem infulæ uittati capitis,
purpuratarum uestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu,
B priuilegia maxima, lucra ingentia, præscripta deniq; pudicitiæ tempora coēgerunt.
Attollant mentis & corporis oculos, uideant plebem pudoris, populū integritatis,
concilium uirginitatis. Non uittæ capiti decus, sed ignobile uelamen, usui nobile ca
stitatis: non exquisita sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarū in/
signia, non luxus deliciarum sed usus iciuniorum: non priuilegia, non lucra, omnia
postremo talia ut reuocari studia putes, dum exercentur officia. Sed dum exercetur
officium, studiū prouocatur, suis castitas cumulatur dispendijs. Non est uirginitas
quæ precio emitur, non uirtutis studio possidetur. Non est integritas quæcunq; tan
quam in auctione nummario ad tempus sollicitatur cōpendio. Prima castitatis ui/
ctoria est facultatum cupiditates uincere, quia lucri studium tentamentum pudoris
est. Ponamus tamen subsidia largitatum conferenda uirginibus, quæ Christianis
munera redundabunt, quod tantas opes sufficiet arario? Aut si arbitrantur solis
Vestalibus conferendum, nō pudet ut qui totum sibi sub imperatoribus gentilibus
uendicarunt, ijdem sub principibus Christianis nō putent nobis sortem debere esse
communem? Sacerdotibus quoq; suis & ministris queruntur alimenta publica nō
præberi. Quantus hinc uerborum tumultus increpuit? At contra nobis etiam pri/
uatæ successionis emolumenta recentibus legibus denegantur, & nemo cōqueritur.
Non enim putamus iniuriam, quia dispendium nō dolemus. Si priuilegium quæ/
rat sacerdos, ut onus curiale declinet, patria atq; auita & omnium facultatum posses
sione cedendū est. Quomō hanc gentiles, si haberent ingrauarent querelam, quod
sacerdos ferias ministerij sui emat totius patrimonij sui damno, & priuatus uniuer
sæ commoditatis dispendio usum publici mercetur obsequij, prætendens cōmunis
salutis excubias, domesticæ inopiæ se mercede solatur, quia ministerium non uendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dit ſed gratiam comparauit. Conferte cauſas. Vos excuſare uultis decurionem, cum eccleſiæ excuſare non liceat ſacerdotem. Scribuntur teſtamenta templorũ miniſtris, nullus excipitur prophanus, nullus ultimæ cõditionis, nullus prodigus uerecundiæ: ſoli ex omnibus clerico commune ius clauditur, à quo ſolo pro omnibus uotum cõmune ſuſcipitur, officium commune defertur: nulla legata uel grauium uiduarũ, nulla donatio. Et ubi in moribus culpa non deprehenditur, tamen officio mulcta præſcribitur. Quod ſacerdotibus phani legauerit Chriſtiana uidua, ualet, quod miniſtris dei, non ualet. Quod ego non querar, ſed ut ſciant quid nõ querar, comprehendi. Malo enim uos pecunia minores eſſe quàm gratia. Sed referũt ea quæ uel donata uel relicta ſunt eccleſiæ, non eſſe temerata. Dicant & ipſi quis templis dona detraxerit, quod factum eſt Chriſtianis. Quæ ſi facta eſſent gentilibus, redderetur potius quàm inferretur iniuria. Nunccine demum iuſticia prætenditur, æquitas poſtulat? Vbi tunc erat iſta ſententia, cum direptis Chriſtianorum omnium facultatibus, ipſos uitales anhelitus ſpiritus inuiderent, & nullis uſquam negata defunctis inhiberent ſupremæ cõmercia ſepulturæ? Quos gentiles præcipitarunt, maria reddiderũt. Fidei iſta uictoria eſt, quod & ipſi iam facta maiorũ carpunt ſuorũ: ſed quæ meliotatio ut eorum munera petant, quorum geſta condemnant? Nemo tamen donaria delubris & legata aruſpicibus denegauit: ſola ſublata ſunt prædia, quia nõ religioſe utebantur iis quæ religionis iure defenderent. Qui noſtro utuntur exemplo, cur nõ utebantur officio? Nihil eccleſia ſibi niſi fidẽ poſſidet. Hos redditus præbet, hos fructus. Poſſeſſio eccleſiæ ſumptus eſt egenorũ. Numerent quos redemerint templa

D captiuos, quæ cõtulerint alimenta pauperibus, quibus exulibus uiuendi ſubſidia miniſtrauerint. Prædia igitur intercepta, non iura ſunt. En quod factũ quod triſte piare nefas, fames, ut aiunt, publica uindicauit, quia uſui omniũ proficere cœpit quod proficiebat cõmodis ſacerdotũ. Propterea ergo detractis, ut aiũt, arbuſta exuta corticibus ſucco miſerabili deficientiũ ora lambebant. Propterea chaoniam frugẽ glande mutantes, rurſus in pecudũ paſtus, & ad infelicis uictus alimẽta reuocati, cõcuſſa quercu famem in ſiluis miſeram ſolabantur. Noua uidelicet prodigia terrarum quæ nunc ante acciderant, cũ ſuperſtitio gentilis toto orbe ſeruiret. Reuera quando ante uacuis auenis ſeges fallax, auari uota luſit agricolæ, & ſpem ruſticæ plebis quæſitæ ſulcis frugis herba deſtituit. Et unde Græcis oracula habitæ ſuæ quercus, niſi quia remediũ ſylueſtris alimoniæ cœleſtis religionis donũ putarunt? Talia enim ſuorũ munera credũt deorũ. Quis Dodonæas arbores niſi gentiũ populus adorauit, cum pabulũ triſte ſacri nemoris honore donaret? Non eſt ueriſimile quod indignantes eorũ diis id pro pœna intulerunt, quod ſolebant placati conferre pro munere. Quæ autẽ æquitas, ut paucis ſacerdotibus dolentes uictum negatũ, ipſi omnibus denegarent, cũ inclementior eſſet uindicta quàm culpa. Non eſt igitur idonea quæ tantam ægritudinem mundi fallentis cauſa conſtrinxerit, ut uirentibus ſegetibus ſubita ſpes anni adulta moreretur. Et certe ante plurimos annos templorũ iura toto orbe ſublata ſunt. Modo ne demum diis gentiliũ uenit in mentẽ ſuas iniurias ultum iri? Proterea nec aſſueto curſu Nilus intumuit, ut urbicorũ ſacerdotum diſpendia uindicaret, qui non uindicauit ſuorum? Eſto tamen ſi ſuperiore anno deorum ſuorum iniurias uindicatas putant, cur præſenti anno contemptui fuere? Iam enim nec herbarum uilibus radicibus ruſticana plebs paſcitur, nec baccæ ſyluestris explorat ſolatia, nec

A nec cibum de ſentibus rapit, ſed operum læta fœlicium dum meſſes ſuas & ipſa miratur, expleuit uoti ſatietate ieiunium, uſurarios nobis reddidit terra prouentus.
Quis ergo tam nouus humanis uſibus, ut uices ſtupeat annorum, & tamen etiam ſuperiore anno pleraſq; nouimus prouincias redundaſſe frugibus? De Gallijs quid loquar ſolito ditioribus? Frumentum Pannoniæ quod non ſeuerant uendiderunt. Et fœcunda Rhetia fertilitatis ſuæ nouit inuidiam. Nam quæ ſolebat tutior eſſe ieiunio, fœcunditate hoſtem in ſe excitauit. Liguriam Venetiaſq; autumni frumenta pauerunt. Ergo nec ille ſacrilegio annus exaruit, & iſte fidei fructibus annus effloruit. Negent etiam quod largo fœtu uineæ redundauerint. Itaq; & meſſem fœneratã recepimus, & liberatioris uindemiæ beneficia poſſidemus. Poſtremus ſupereſt & maximus locus, utrum ea quæ uobis profuerint imperatores reſtituere ſubſidia debeatis. Ait emi, Vos defendant, à nobis colantur. Hoc eſt fideliſſimi principes quod ferre non poſſumus, quia exprobrant nobis ueſtro ſe nomine diis ſuis ſupplicare, & uobis non mandantibus ſacrilegium immane cõmittunt, diſſimulationem pro conſenſu interpretantes, Sibi habeant præſidia ſua, ſuos ſi poſſunt, illa defendãt. Nam ſi iis à quibus coluntur, auxilio eſſe non poſſunt, quomodo poſſunt uos defendere, à quibus non coluntur? Sed maiorũ, inquit, ſeruandus eſt ritus. Quid quod omnia poſtea in melius profecerunt? Mundus ipſe qui uel primum coactis elementorum per inane ſeminibus tenero orbe concreuerat, uel confuſo adhuc indigeſti operis caligabat horrore, nónne poſtea diſtincto cœli, maris, terrarumq; diſcrimine rerũ formas quibus ſpecioſus uidetur, accepit? Exutæ humentibus tenebris nouũ terræ ſu

B puere ſolem, dies in exordio non refulget, ſed in proceſſu temporis incremento luminis micat & caloris exæſtuat. Luna ipſa quæ propheticis oraculis ſpecies eccleſiæ figuratur, cum primũ reſurgens in menſtruas reparatur ætates, tenebris noctis abſcondítur, paulatimq; cornua ſua complens uel è regione ſolis abſoluens clari ſplendore fulgoris irrutilat. Exerceri in fructus terræ ante neſciebant, poſtubi imperare aruis ſollicitus cœpit agricola, & informe ſolum ueſtire uinetis, ſyluestres animos domeſticis mollitæ cultibus exuerunt. Anni ipſius ætas prima quæ nos uſu parili colorauit, nutu gignentium ſed in proceſſu lapſuris floribus uernat, poſtremis adoleſcit fructibus. Nos quoq; æui rudes ſenſus habemus infantiæ, ſed mutati in annos ingenij rudimenta deponimus. Dicant igitur in ſuis omnia manere debuiſſe principijs, mundum tenebris obductum quia ſplendore ſolis illuxerit, diſplicere. Et quanto gratius eſt animi tenebras depuliſſe quàm corporis, fideiq; iubare micuiſſe quàm ſolis? Ergo & mundi ſicut omnium rerum, primæua uiam mutarunt, ut uenerabilis canæ fidei ſequeretur ſenectus. Quos hoc mouet, reprehendant meſſem, quia ſera fœcunditas eſt, reprehendant uindemiam, quia in occaſu anni eſt, reprehendant oliuam, quia poſtremus eſt fructus. Ergo & meſſis noſtra fides animarum eſt, eccleſiæ gratia meritorum, uindemia eſt, quæ ab ortu mundi uirebat in ſanctis, ſed poſtrema ætate ſe diffudit in populos, ut aduerterent omnes non rudibus animis irrepſiſſe fidem Chriſti. Nulla enim ſine aduerſario corona uictoriæ: ſed exploſa ea opinione quæ ante conualuit, id quod erat uerum iure prælatum. Si ritus ueteres delectabant, cur in alienos ritus eadem Roma ſucceſſit? Omitto abſconditam precio humum, & paſtorales caſas auro degeneri renitentes. Quid (ut de ipſo reſpondeam quod queruntur) captarum ſimulacra urbium uictoſq; deos, & peregrinos ritus ſacrorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C crorum,alienæ ſuperſtitionis æmuli receperunt? Vnde igitur exemplum quod cur/
rus ſuos ſimulato Almonis in flumine lauat Cybele? Vnde Phrygij uates,& ſemp
inuiſa Romanis nō æquæ Carthaginis numina? Quam cœleſtem Aphri mitram,
Perſæ pleriq; Venerem colunt,pro diuerſitate nominis non pro numinis uarietate,
Sic deam eſſe & Victoriam crediderunt,quæ utiq; munus eſt nō poteſtas,donatur
non dominatur,legionum gratia nō religionum potentia.Magna igitur dea quam
militum multitudo ſibi uendicat, uel præliorum donat euentus. Huius aram ſtrui
in urbis Romæ curia petunt,hoc eſt,quò plures conueniunt Chriſtiani. Omnibus
in templis aræ,ara etiam in templo uictoriarū,quando numero delectantur,ſacrifi/
cia ſua ubiq; concelebrant. Quid eſt niſi inſultare fidei,unius aræ ſacrificium uendi/
care? Ferendum ne iſtud,ut gentilis ſacrificet,& Chriſtianus interſit? Hauriant om/
nes,inquit,hauriant uel inuiti fumum oculis,ſymphoniam auribus,cinerē faucibus,
thus naribus, & auerſantium licet ora excitata focis noſtris fauilla reſpergat. Non
illis ſatis ſunt lauacra,non porticus,nō plateæ occupatæ ſimulachris.Etiam ne in cō/
muni illo concilio non erit cōmunis conditio? Obſtringetur pia ſenatus portio ob/
teſtantium uocibus,adiurantium ſacramentis? Si refutet,uidebitur mendaciū pro/
dere,ſi acquieſcat,ſacrilegium confiteri. Vbi,inquit, in leges ueſtras & uerba iurabi/
mus? Ergo menſuram quæ legibus tenetur incluſa, cærimonijs gentium ſuffragium
colligit,fidem ſtringit,iam non ſolum præſentium ſed abſentiū etiam? Et quod eſt
amplius,imperatores fides ueſtra pulſatur? Vos enim cogitis ſi iubetis. Conſtanti/
us Auguſtæ memoriæ nondum ſacris initiatus myſterijs cōtaminari ſe putauit ſi a/
D ram illam uideret.Iuſſit auferri,nō iuſſit reponi. Illud auctoritatem facti habet,hoc
præcepti nō habet. Nemo ſibi de abſentia blandiatur, præſentior eſt qui ſe animis
inſerit quàm qui oculis proteſtatur.Plus enim eſt mente connecti quàm corpore co/
pulari. Vos ſenatus cogendi conſilij præſules habet,uobis coit, uobis conſcientiam
ſuam non dijs gentium præſtat, uos liberis ſuis non tamen fidei ſuæ præfert. Hæc
eſt charitas experenda,hæc eſt charitas maior imperio,ſi fides tuta ſit quæ ſeruat im
perium.Sed fortaſſe aliquem moueat,ita fidelisſimum principem deſtitutum, pro/
inde quaſi meritorum precium caducis æſtimetur præſentium. Quis enim ſapiens
non in orbe quodam atq; circuitu locata humanarū rerum nouit negocia,quia non
eoſdem ſemper ſucceſſus habent,ſed uariant ſtatus & mutant uices? Quem beatio/
rem Cneo Pompeio Romana templa miſerunt? At is cum tribus triumphis terra/
rum cinxiſſet orbem,pulſus acie,bello profugus, & ſui terminis exul imperij,cano/
pei manu ſpadonis occubuit. Quem nobiliorem Cyro Perſarum totius orientis ter
ræ regem dederunt? Is quoq; cum principes potentisſimos aduerſantes uiciſſet, ui/
ctos reſeruaſſet,muliebribus armis fuſus interijt.Et ille rex qui ſuperatos etiam con
ſeſſus honore donauerat, execto capite & intra utrem plenum cruoris ſatiari iuſſus
incluſo,fœmineis imperijs ludibrio fuit. Adeo in iſtius uitæ curriculo non paria pa/
ribus ſed longe diuerſa referuntur.Quem etiam magis ſacrificijs deditū quam Car/
thaginenſium ducem Hamilcharem repperimus? qui cū toto prælij tempore inter
acies poſitus dimicantes ſacrificium faceret, ubi partem ſuorum uictam eſſe cogno
uit, in ipſos quos adolebat ſe præcipitauit ignes,ut eos uel cruore ſuo reſtingueret,
quos ſibi nihil profuiſſe cognouerat.Nam de Iuliano quid loquar? qui cum reſpon
ſis aruſpicum male credulus eſſet,ademit ſibi ſubſidia reuertendi.Ergo in communi
caſu

A caſu non eſt cōmunis offenſa.Neminem etenim promiſſa noſtra luſerunt. Reſpon
di laceſſentibus tanquam non laceſſitus.Refellendæ etenim relationis, nō exponen
dæ ſuperſtitionis mihi ſtudium fuit. Te tamen imperator ipſa eorum relatio faciat
cautiorem.Nam cum de ſuperioribus principibus texuiſſet,quia prior eorum nume
rus cærimonias patrum coluit,recentior nō remouit,addidiſſet etiam ſi exemplū re/
ligio ueterum non facit, faciat diſſimulatio proximorum, euidenter docuit quod &
fidei tuæ debeas,ut gentilitij ritus non ſequaris exemplum, & pietati ut fratris ſtatu
ta nō uioles. Si enim pro ſuis dumtaxat partibus eorum diſſimulationem principū
prædicarunt, qui cum eſſent Chriſtiani, decreta tamen gentilium minime remoue/
rūt, quantomagis amori debent deferre fraterno,ut qui diſſimulare deberes, etiam
ſi quid forſitan non probares, ne fraternis derogares ſtatutis, & nunc teneas quod
& fidei tuæ & germanitatis neceſſitudini iudicas conuenire.

Diui Ambroſij ad Valentinianum imperatorem, recuſantis certare cum Au/
xentio Arriano in conſiſtorio imperatore iudicaturo, ex eo quod in cauſa fidei Epi
ſcopi de laicis in eccleſia,& non laici de epiſcopis in conſiſtorio debeant iudicare,
Epiſtola. XXXII.

CLEMENTISSIMO Imperatori & beatiſſimo Auguſto Valentiniano,
Ambroſius epiſcopus. Dalmatius me tribunus & notarius mandato, ut
allegauit,clementiæ conuenit tuæ, poſtulans ut & ipſe iudex legerem ſi/
cut elegiſſet Auxentius, Nec tamen expreſſit eorum nomina qui fuerant poſtulati,
B ſed id addidit quod in conſiſtorio eſſet futura certatio arbitro pietatis iudicio tuæ.
Cui rei reſpondeo,ut arbitror,competenter.Nec quiſquam cōtumacem iudicare me
debet cum hoc aſſeram quod Auguſtæ memoriæ pater tuus nō ſolum ſermone re/
ſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit, in cauſa fidei uel eccleſiaſtici alicuius ordinis
eum iudicare debere,qui nec munere impar ſit nec iure diſſimilis. Hæc enim uerba
reſcripti ſunt, hoc eſt ſacerdotes de ſacerdotibus uoluit iudicare. Quinetiam ſi alias
quoq; argueretur epiſcopus, & morum eſſet examinanda cauſa, etiam hanc uoluit
ad epiſcopale iudiciū pertinere. Quis igitur cōtumaciter reſpondit clementiæ tuæ?
Ille qui te patri ſimilem eſſe deſiderat,an qui uult eſſe diſſimilē? Niſi forte uilis qui/
buſdam tanti imperatoris exiſtimatur ſententia,cuius & fides confeſſionis conſtan/
tia cōprobata eſt,& ſapientia melioratæ reipublicæ profectibus prædicatur. Quan/
do audiſti clementiſſime imperator in cauſa fidei laicos de epiſcopo iudicaſſe? Ita er
go quadam adulatione curuamur, ut ſacerdotalis iuris ſimus immemores, & quod
deus donauit mihi,hoc ipſe alijs putem eſſe credendū? Si docendus eſt epiſcopus à
laico,quid ſequatur,laicus ergo diſputet,& epiſcopus audiat, epiſcopus diſcat à lai/
co. At certe ſi uel ſcripturarum ſeriem diuinarum uel uetera tempora retractemus,
quis eſt qui abnuat in cauſa fidei,in cauſa inquam fidei epiſcopos ſolere de impera/
toribus Chriſtianis,non imperatores de epiſcopis iudicare? Eris deo fauente etiam
ſenectutis maturitate prouectior,& tunc de hoc cenſebis qualis ille epiſcopus ſit qui
laicis ius ſacerdotale ſubſternit.Pater tuus deo fauente uir maturioris ætui dicebat,
Non eſt meum iudicare inter epiſcopos,tua nunc dicit clementia, Ego debeo iudica
re? Et ille baptizatus in Chriſto inhabilem ſe ponderi tanti putabat eſſe iudicij, cle/
mentia tua cui adhuc emerenda baptiſmatis ſacramenta ſeruantur, arrogat de fide

Universidad de Deusto
Biblioteca

C iudicium,cum fidei ipſius ſacramenta non nouerit? Quales autem elegerit iudices, poſſumus exiſtimationi relinquere, quando eorũ nomina timet prodere. Veniant planè ſi qui ſunt ad eccleſiam,audiant cum populo,non ut quiſquam iudex reſidat, ſed unuſquiſq; de ſuo affectu habeat examen,eligat quem ſequatur.Agitur de iſtius eccleſiæ ſacerdote,ſi audierit illum populus,& putauerit melius diſputare, ſequatur fidem eius,nõ inuidebo. Omitto quia iam ipſe populus iudicauit,taceo quia eũ quem habet de patre tuæ dementiæ,poſtulauit, taceo quia pater pietatis tuæ quietem futuram ſpopondit,ſi electus ſuſciperet ſacerdotium. Hanc fidem ſecutus ſum promiſſorum.Quod ſi de aliquorum peregrinorũ aſſentatione ſe iactat, ibi ſit epiſcopus,unde ſunt ij qui eum epiſcopatus putant nomine eſſe donandũ. Nam ego nec epiſcopum noui,nec unde ſit ſcio. Vbi illud conſtituimus imperator quod iam ipſe tuum iudicium declaraſti.Immo etiam dediſti leges, ne cui eſſet liberum aliud iudicare.Quod cum præſcripſiſti alijs,præſcripſiſti & tibi.Leges enim imperator ferit quas primus ipſe cuſtodiat. Viſne igitur experiar,ut incipiant ij qui iudices eligũtur,aut aduerſus tuam uenire ſententiam,aut certe excuſare quod imperatoris tam ſeuero & tam diſtricto imperio non potuerint obuiare? Sed hoc contumacis non modeſti eſt ſacerdotis.Ecce imperator legem tuam iam ex parte reſcindis, ſed utinã nõ ex parte ſed in uniuerſum.Legem em̃ tuã nollem eſſe ſupra dei legẽ.Dei lex nos docuit quid ſequamur,humanæ leges hoc docere non poſſunt.Extorquere ſolent timidis commutationem,fidem inſpirare non poſſunt.Quis erit igitur ille qui cum legat per tot prouincias uno momento eſſe mandatum,ut quicunq; obuiauerit imperatori,feriatur gladio, quicunq; dei templum non tradiderit,protinus occidatur: D Quis inquam eſt qui poſſit uel unus uel inter paucos dicere imperatori, lex tua mihi non probat? Non permittitur hoc dicere ſacerdotibus,permittitur laicis? Et iudicabit de fide qui aut gratiam ſperat aut metuit offenſam? Deinde ipſe committam ut eligam iudices laicos,qui cũ tenuerint fidei ueritatẽ,aut proſcribantur,aut necentur,quod lex de fide lata decernit? Ego igitur aut præuaricationi offeram homines, aut pœnæ? Non tanti eſt Ambroſius,ut propter ſe deijciat ſacerdotium. Non tanti eſt unius uita,quanti eſt dignitas omnium ſacerdotum,quorum de conſilio iſta diſtaui, intimantibus ne forte etiam gentilis eſſet aliquis aut Iudæus, qui ab Auxentio eſſet electus,quibus traderemus de Chriſto triumphum, ſi de Chriſto iudicium committeremus.Quid illos aliud niſi Chriſti iniuriam audire delectat? Quid illis aliud poteſt placere,niſi,quod abſit,ut Chriſti diuinitas denegetur? Cum ijs planè bene conuenit Arriano qui creaturam Chriſtum dicit, quod etiam gentiles ac Iudæi promptiſſime confitentur. Hoc ſcriptum eſt in Ariminenſi ſynodo, meritóque cõciliũ illud exhorreo,ſequens tractatũ cõcilij Niceni,à quo me nec mors nec gladius poterit ſeparare. Quam fidem etiam parens clementiæ tuæ Theodoſius beatiſſimus imperator & ſequitur & probauit? Hanc fidem Galliæ tenent,hanc Hiſpaniæ, & cum pia diuini ſpiritus confeſſione cuſtodiunt. Si tractandum eſt,tractare in eccleſia didici,quod maiores fecerunt mei:ſi conferendum de fide,ſacerdotum debet eſſe iſta collatio,ſicut factum eſt ſub Conſtantino Auguſtæ memoriæ principe,qui nullas leges ante præmiſit,ſed liberum dedit iudicium ſacerdotibus.Factum eſt etiam ſub Conſtantio Auguſtæ memoriæ imperatore paternæ dignitatis hærede,ſed quod

A quod bene cœpit,aliter cõſummatũ eſt. Nam epiſcopi ſynceram primo ſcripſera nt fidem,ſed dum uolunt quidam de fide intra palatium iudicare,id egerunt, ut circũſcriptionibus illa epiſcoporum iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam ſtatim reuocauere ſententiã.Et certe maior numerus Arimini Niceni cõcilij fidem probauit, Arriana decreta damnauit. Si ad ſynodum prouocat Auxentius, ut de fide diſputet, licet non ſit neceſſe propter unum tot epiſcopos fatigari, qui etiam ſi angelus de cœlo eſſet, paci eccleſiarum non deberet præferri, cum audiero ſynodum congregati,& ipſe non decero.Tolle igitur legem,ſi uis eſſe certamen.Veniſſem imperator ad conſiſtorium clementiæ tuæ,ut hæc coram ſuggererem, ſi me uel epiſcopi uel populus permiſiſſent,dicentes de fide in eccleſia coram populo debere tractari. Atq; utinam imperator non denunciaſſes,ut quò uellem pergerem.Quotidie prodibam,nemo me aſſeruabat.Debuiſti me quò uolueras deſtinare,quem ipſe omnibus offerebam.Nunc mihi à ſacerdotibus dicitur, non multũ intereſt utrum uolens relinquas an tradas altare Chriſti.Cum enim reliqueris trades. Atq; utinam liquido mihi pateret,quod Arrianis eccleſia minime traderetur,ſponte me offerrem tuæ pietatis arbitrio.Sed ſi ego ſolus interſtrepo,cur etiam de alijs omnibus inuadendis eccleſijs eſt præceptum? Vtinam confirmetur, ut eccleſijs nullus moleſtus ſit, opto ut de me, qualis uidetur,ſententia proferatur.Dignanter igitur imperator accipe quod ad cõſiſtorium uenire non potui. Ego in conſiſtorio niſi pro te ſtare non didici, & intra palatium certare non poſſum, qui palatij ſecreta nec quæro nec noui. Ego Ambroſius epiſcopus hunc libellum obtuli clementiſſimo imperatori & beatiſſimo Augu-
B ſto Valentiniano.

Diui Ambroſij in Auxentium de baſilicis tradendis, inuehentis, ſuósque ad conſtantiam atq; tolerantiam exhortantis, Oratio.

VIDEO uos præter ſolitum ſubito eſſe turbatos atque aſſeruantes mei. Miror quod hoc fit, niſi forte quia per tribunos me uidiſtis, aut audiſtis imperiali mandato eſſe conuentum, ut quò uellem abirem hinc, & ſi qui uellent,ſequendi poteſtatem haberent. Metuiſtis ergo ne eccleſiam deſererem,& dum ſaluti meæ timeo,uos relinquerem? Sed quid & ipſe mandaueram potuiſtis aduertere, deſerendæ eccleſiæ mihi uoluntatem ſubeſſe non poſſe, quia plus dominum mundi quàm ſeculi huius imperatorem timerem. Sanè ſi me uis aliqua abduceret ab eccleſia,carnem meam exturbari poſſe non mentem. Paratum me eſſe ut ſi ille faceret quod ſolet eſſe regiæ poteſtatis,ego ſubirem quod ſacerdotis eſſe conſueuit. Quid ergo turbamini? Volens nunquam ius deſeram, coactus repugnare non noui. Dolere potero, potero flere, potero gemere, aduerſus arma milites Gotthos quoque,lachrymæ meæ arma ſunt. Talia enim munimenta ſunt ſacerdotis. Aliter nec debeo nec poſſum reſiſtere,Fugere autem & relinquere eccleſiam non ſoleo, ne quis grauioris pœnæ metu factum interpretetur. Scitis & uos ipſi,quod imperatoribus ſoleam deferre, non cedere, ſupplicijs me libenter offerre,nec metuere quæ parantur. Vtinam eſſem ſecurus quod eccleſia hæreticis minime traderetur. Ad palatium imperatoris irem libenter,ſi hoc congrueret ſacerdotis officio, ut in palatio magis certarem quàm in eccleſia, Sed in conſi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C storio non reus solet Christus esse sed iudex. Causam fidei in ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit, huc ueniat, inclinatū iam uel imperatoris iudiciū, quod lata lege patefecit, quo impugnat fidem, uel sperata ambientium quorundam studia nō requirat. Non committo ut quisquam uendat iniuriam Christi. Circumfusi milites, armorū crepitus, quibus uallata est ecclesia, fidem nō terrent meam, sed mentē exagi tant, ne dum me tenetis, pernicioſum aliquid uestræ oboriatur saluti. Ego em̄ iam didici nō timere, sed uobis timere plus cœpi. Sinite quæso uestrū sacerdotē cōgredi,

1. Petri. 5. habeamus aduersarium qui lacessit. Aduersarius enim noster diabolus sicut leo rugi ens circuit quærens quem deuoret, ut Apostolus dixit. Accepit sine dubio, accepit (nō fallimur sed admonemur) tentandi huiusmodi potestatem, ne forte corporis mei uulneribus possim à fidei intentione reuocari. Legitis & uos quia multis alijs

Iob. 1. et. 2. tentauit sanctum Iob diabolus, ad postremum potestatem huiusmodi petijt & ac cepit, ut tentaret corpus eius quod perfudit ulceribus. Cum esset propositum, ut ec clesiæ uasa iam traderemus, hoc respōsi reddidi, Me si de meis aliquid posceretur, aut fundus aut domus aut aurum aut argentum, id quod mei iuris esset, libenter of ferre, templo dei nihil posse decerpere: nec tradere illud quod custodiendū non tra dendum acceperim. Deinde consulere me etiam imperatoris saluti, quia nec mihi ex pediret tradere: nec illi accipere. Accipiat enim uocem liberi sacerdotis si uult sibi es se consultum, recedat à Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, & ut arbitror, ple

Ephe. 5. na affectus eius, quem imperatori debet sacerdos. Sed quia lucta nobis est, non so lum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam (quod grauius est) aduersus spiritua

D lia nequiciæ quæ sunt in cœlestibus, tentator ille diabolus per ministros suos certa men auget, uulneribus corporis mei experiendum arbitratur. Scio fratres uulnera hæc quæ pro Christo excipimus, non esse uulnera quibus uita amittitur sed propa gatur. Sinite quæso esse certamē, spectatores uos esse decet. Considerate quia si quē habet ciuitas uel athletam uel alterius nobilis artis peritum, optat offerre certamini, Cur in maioribus rebus repudiatis, quod uel in minoribus uelle consuestis? Non metuit arma, non barbaros, qui mortem nō timet, qui nulla carnis uoluntate retine tur. Certe si dominus huic nos certamini deputauit, frustra peruigiles tot noctibus & diebus custodias exhibetis. Implebitur Christi uoluntas. Omnipotens enim no ster est dominus Iesus, hæc est fides nostra, Et ideo quod fieri mandat implebitur,

Luc. 19. nec conuenit uos diuinæ obuiare sententiæ. Audistis quod hodie lectum sit, Pullū sibi asinæ, saluator per apostolos iussit adduci, mandauitq; ut si quis resisteret, dice retur, Dominus operam eius desiderat. Quid si & nunc pullum istum asinæ, hoc est, animalis quod grauem sarcinam portare consueuit, sicut est humana cōditio cui di

Matth. 11. citur, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam, tollite iugum meum quia leue est? Quid si inquam pullū istum ad se modo iussit adduci, missis apostolis, illis qui iam exuti corpore incomprehensibilem oculis nostris ange lorum speciem gerunt? Nónne si ab aliquo resistatur, dicent, Dominus operam eius desiderat? Si resistat uel uitæ huius cupiditas, si resistat caro & sanguis, si resistat con

Phil. 1. uersatio corporalis, quia aliquibus forsitan grati uidemur, sed qui nos hic diligit, multoamplius diliget, si sinat fieri hostiam Christi. Quia dissolui & cum Christo es se multomelius. Et si manere in carne, magis necessarium propter uos. Nihil est er go quod uereamini fratres dilectissimi. Scio enim quia quicquid passus fuero, pro Christo

A Christo patiar. Et legi quod eos timere nō debeam qui possunt carnem occidere. Et audiui dicentē, Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Ergo si uult Matth. 10. dominus, certum est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid uereamini? Seruum Christi non custodia corporalis, sed domini prouidentia sepire consueuit. Turbati estis quia apertas repperistis geminas fores, quas captus oculis quidam dum hospitiū propriū repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce unus qui uidendi munus amisit, soluit uestra uniuersa munimina, & custodias lusit, Dominus autē suæ misericordiæ custodiam nō amisit. Nónne ante biduum, ut meministis, etiam illud repertū est, quod à parte læua basilicæ ingressus quidam peruius fuit, quem putabatis clausum esse atq; munitū? Sepserūt nempe armati basilicam, explorabant hos atq; illos adi tus, cæcitate perfusi sunt, ut quod apertū erat, uidere nō possent. Itaq; per plurimas noctes quod apertū fuerit, nō ignoratis. Definite ergo sollicitari, quia hoc erit quod Christus iubet, & hoc esse expedit. Deniq; exempla uobis legis proferam. Helisæus 4. Reg. 6. quærebat à rege Syriæ, missus erat exercitus qui eum caperet, circūuallatus erat uñ dicq;, cœpit timere eius seruulus quia seruulus erat, hoc est, nō erat liberæ mentis & li beræ potestatis, Petiuit aperiri eius oculos sanctus propheta & ait, Respice & uide, quanto plures sint pro nobis quàm contra nos. Et respexit & uidit angelorū milia. Aduertitis igitur quod seruulos Christi ij magis custodiant qui nō uidentur quàm qui uidentur. Sed & illi si custodiunt, uestris custodiunt orationibus aduocati. Legi stis nempe eosipsos qui Helisæū quærebant, ingressos esse Samariam ad eūipsum

B quem capere festiebant, cui nō solum nō potuerunt nocere, sed ipsius aduersus quē uenerant, intercessione seruati sunt. Petrus quoq; apostolus utriusq; rei uobis ædat exemplum. Nam ubi eum Herodes quæsiuit & cepit, recepit in carcerem. Non em̄ Act. 12. recesserat dei seruulus, sed steterat timoris ignarus. Orabat pro eo ecclesia, sed apo stolus in carcere quiescebat, quod est indicium non timentis. Missus est angelus qui dormientem excitaret, per quem Petrus productus è carcere, mortē ad tempus eua sit. Idem Petrus postea uicto Simone cum præcepta dei populo seminaret, doceret castimoniam, excitauit animos gentiliū, quibus eum quærentibus Christianæ ani mæ deprecatæ sunt, ut paulisper cederet. Et quamuis esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus est. Rogabatur enim, ut ad instituendū & confirmandum populum se reseruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit, & uidens sibi in porta Christū occurrere urbemq; ingredi, ait, Domine quò uenis? Respondit Christus, Venio iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem di uinum pertinere responsum. Christus enim nō poterat iterum crucifigi, qui carnem passione susceptæ mortis exuerat. Quod em̄ mortuus est, mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit deo. Intellexit ergo Petrus quod iterum Christus crucifigendus es set in seruulo. Itaq; sponte remeauit, interrogantibus Christianis responsum reddi dit, statimq; correptus, per crucem suam honorificauit dominū Iesum. Videtis igi tur quod in seruulis suis pati uelit Christus. Quid si & huic seruulo dicit, Illum uolo sic manere, tu autem me sequere, Et de hac arbore gustare uult fructū? Nam si illius cibus erat, ut faceret uoluntatē patris, idem cibus illius est, ut nostris passiōibus epu letur. Nónne ut de ipso domino sumamus exemplū, quando uoluit passus est, & cū quæreret inuentus est? Quando aūt hora nō uenerat passionis, p mediū quærentiū transibat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C transibat,& uidentes eum tenere non poterant. Quo utiq; euidenter ostendit,quia quando dominus uult,unusquisq; inuenitur & capitur. Quando autē differt,etiam si quærentiū manibus occurrat & oculis,nō tenetur.Ego ipse nō quotidie uel uisitandi gratia prodibam,uel pergebam ad martyres? Non regiam palatij prætexebam eundo atq; redeundo? Et tamen nemo me tenuit,cum exturbandi me haberent,ut prodiderunt postea,uolentatem,dicentes,exi de ciuitate,& uade quò uis. Expectabam fateor magnū aliquid,aut gladiū pro Christi nomine,aut incendiū.At illi delitias mihi pro passionibus obtulerunt, sed athleta Christi nō delitias sed passiones suas exigit.Nemo ergo uos turbet,quod aut carrum præparauerant,aut dura,ut uidebatur sibi,Auxentij ipsius qui se dicit Episcopum, ore iactata. Pleriq; narrabant percussores præmissos,pœnam mortis esse decretam,nec illa timeo,& ista nō desero. Quò enim abibo,ubi non omnia plena gemitus sint atq; lachrymarū, quando per ecclesias iubentur eijci catholici sacerdotes, resistentes gladio feriri, curiales proscribi omnes,nisi mandatū impleuerint? Et hæc episcopi manu scripta & ore dictata,qui se ut probaret doctissimum,uetus non omisit exemplū.Legimus enim in propheta quod uiderit falcem uolantem. Hanc imitatus Auxentius gladium uolantem per
2.Cor.11. omnes urbes direxit.Et Sathanas transfigurat se in angelum lucis, & in malum imitatur eius potentiam. Tu domine Iesu uno momento mundum redemisti, Auxentius uno momento tot populos quod in ipso est,trucidabit,alios gladio,alio sacrilegio.Meam basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus, Cui bene præsens
Psal.49. respondit lectio, Peccatori autem dixit deus, Quare tu enarras iusticias meas? id
D est, non conuenit paci & furori, non conuenit Christo & belial. Meministis etiam
5. Reg.21. quod lectum est hodie, Nabuthe sanctum uirum possessorem uineæ suæ interpellatum petitione regia,ut uineam suam daret,ubi rex succisis uitibus olus uile sereret, eúmque respondisse, Absit ut ego patrum meorum tradam hæreditatem. Regem contristatum esse quod sibi esset alienum ius relatione iusta negatum, sed muliebri consilio deceptum. Nabuthe uites suas uel proprio cruore defendit. Si ille uineam non tradidit suam,nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus, Absit à me ut tradam Christi hæreditatem. Si ille patrum hæreditatem non tradidit,ego tradam Christi hæreditatem? Sed & hoc addidi,Absit ut tradam hæreditatem patrum,hoc est hæreditatem Donysij qui in exilio in causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgij confessoris, hæreditatem Myrodis,atque omnium retro fidelium episcoporum. Respondi ego quod sacerdotis est,quod imperatoris est faciat imperator.Prius est ut animam mihi quam fidem auferat. Ac cui tradam præsens lectio euangelij docere nos debet,
Luc.19. quid petatur,à quibus petatur. Audistis nempe legi quod cum Christus super pullum asinæ sederet, clamabant pueruli,& molestè ferebant Iudæi. Denique interpellauerunt dominum Iesum dicentes, ut faceret eos tacere: respondit, Si hi tacebunt, lapides clamabunt. Deinde ingressus templum eiecit nummularios, & cathedras,& columbas uendentes in templo dei.Lectio nempe ista nulla nostra dispositione recitata est,sed casu,quæ præsentibus bene aptatur temporibus. Semper ergo Christi laudes uerbera perfidorum sunt.Et nūc cum laudatur Christus,dicunt hæretici quia seditio commouetur, dicunt hæretici quia his mors paratur, & uere mortem habent in laudibus Christi,Quomodo enim laudes eius ferre possunt,eius in-

A ius infirmitatem prædicant? Itaque & hodie cum laudatur Christus, Arrianorum amentia uerberatur. Geraseni præsentiam Christi ferre non poterant, isti peiores Gerasenis nec laudationem Christi sustinere possunt.Vident pueros Christi gloriam concinentes, quia scriptum est,Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudē, Psal. 8.
irrident istam ætatulam fidei plenam,cū dicunt,Ecce quid clamant? Sed respondit Luc.19.
ijs Christus,Si hi tacuerint,lapides clamabunt,hoc est fortiores clamabunt, clamabunt & iuuenes,clamabunt & maturiores,clamabūt & senes,isti lapides ad illū iam solidati lapidem,de quo scriptū est, Lapidē quem reprobauerūt ædificantes,hic fa- Psal.117.
ctus est in caput anguli. His igitur laudationibus inuitatus templū suum Christus ingreditur,& flagellū prehendit,& eijcit de templo nummularios. Non patitur eū in suo templo pecuniæ esse uernaculos, non patitur in suo templo esse eos qui uendant cathedras.Quid sunt cathedræ,nisi honores? Quid sunt columbæ,nisi simplices mentes uelamine fidem candidam & puram sequentes? Ego ergo inducam in templū quem Christus excludit? Iubetur enim exire qui dignitates uendit & honores.Iubetur enim exire qui uendere uult simplices mentes fidelium.Ergo Auxentius eijcitur, Mercurinus excluditur. Vnum portentū est,& duo nomina.Etenim ne cognosceretur quis esset,mutauit sibi uocabulum, ut quia hic fuerat Auxentius episcopus Arrianus,ad decipiendā plebē quam ille tenuerat, se uocaret Mercurinū. Mutauit ergo uocabulū,sed perfidiam nō mutauit.Exuit lupū,& induit lupū.Nihil prodest quod mutauit nomē, quid sit agnoscitur. Alius in Scythiæ partibus dicebatur,
B alius hic uocat, nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo noia, & si hinc aliò perrexerit,habebit & tertiū.Quomō enim patietur,ut maneat ei uocabulū ad tanti sceleris indiciū? Minora fecit in Scythia & ita erubuit ut mutaret uocabulū,sceleratiora hic ausus est, & uolet,quocunq; perrexerit, nomine suo prodi tantorū populorū sanguinē? Manu sua scribet, & poterit cōsistere animo? Paucos excludebat dominus Iesus de templo suo,Auxentius nullū reliquit.De templo suo Iesus flagello eijcit,Auxentius gladio.Iesus flagello,Mercurinus securi. Pius dominus flagello exturbat sacrilegos,nequam persequitur pios ferro.De quo bene dixistis hodie: Leges suas secū ferat.Feret etiam si nolit,feret cōscientiam suam.Et si non fert chartulam,feret sanguine inscriptam animam suam,& si atramento inscriptam epistolam nō feret,Scripta est Iuda culpa tua graphio ferreo & ungue Adamantino,& scripta Hiere.17.
in pectore tuo,hoc est ibi scripta unde processit. Is mihi etiam audet mentionē facere tractandi,plenus sanguinis,plenus cruoris? Qui quos non potuerit sermone decipere,eos gladio putat esse feriendos, Cruentas leges ore dictans,manu scribens, & putans quod lex fidem possit hominibus imperare. Non audiuit & id quod hodie dictū est,Quoniā nō iustificatur homo ex operibus legis? Aut,per legem legi mor- Gal.2.
tuus sum ut deo uiuam? Id est,per legem spiritualē interpretatione legis est mortuus corporali. Et nos per legem domini nostri Iesu Christi moriamur huic legi, quæ sancit decreta perfidiæ.Nō lex ecclesiā cōgregauit sed fides Christi.Lex em̄ nō est ex Rom.1.
fide,iustus autē ex fide uiuit.Iustū ergo fides nō lex facit,quia nō est per legem iustitia sed per fidem Christi.Qui autē fidē repudiat,& legis iura præscribit, ipse se testatur iniustū,quia iustus ex fide uiuit. Hanc ergo legē quisq; sequat qua firmatur Ariminense concilium,in qua creatura dictus est Christus? Sed aiunt,Misit deus filiū su- Gal.4.
um factum ex muliere,factū sub lege,Ergo factum legunt,hoc est creatum. Nónne hoc ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C hoc ipſum conſiderant quod propoſuerunt,quia factus dicitur Chriſtus,ſed ex mu-
liere,hoc eſt,ſecundum partum uirginis factus eſt,qui ſecundum diuinam generati-
onem ex patre natus eſt? Legerunt & hodie,quia Chriſtus nos redemit de maledi-
Gal.3. cto legis factus pro nobis maledictum.Nunquid maledictum Chriſtus ſecundum
diuinitatem eſt? Sed quare maledictū dicatur, Apoſtolus te docet dicens,quia ſcri-
Deu.21. ptum eſt,Maledictus omnis qui pendet in ligno. Hoc eſt qui in carne ſua noſtram
carnem,in ſuo corpore noſtras infirmitates,& noſtra maledicta ſuſcepit ut crucifige
2.Cor.5. ret.Non enim ille maledictus,ſed in te maledictus.Deniq; habes alibi,Qui peccatū
non cognouit ſed pro nobis peccatum factus eſt, quia noſtra peccata ſuſcepit,ut ſa-
cramento ſuæ paſſionis aboleret. Hæc ego fratres coram ipſo apud uos plenius di-
ſputarem,ſed certus non ignaros uos eſſe fidei, ueſtrum refugit examen, & gentiles
quoſdam quatuor aut quinq; fermè homines eligit cognitores ſibi, ſi tamē aliquos
elegit,quos uellem adeſſe in cœtu omnium,non ut de Chriſto iudicent, ſed ut maie-
ſtatem audiant Chriſti, Tamen illi iam de Auxentio pronunciauerunt cui tractan-
ti quotidie non crediderunt,Quæ maior eius condemnatio quàm quod ſine aduer-
ſario apud iudices ſuos uictus eſt? Ergo & ipſorum ſententiam contra Auxentium
iam tenemus,& quod gentes elegit,iure damnandus eſt,quia apoſtoli præcepta di-
1.Cor.6. miſit,cum Apoſtolus dicat, Audet aliquis ueſtrum aduerſus alterum habens nego
cium,iudicari apud iniquos & non apud ſanctos? Aut neſcitis quoniam ſancti de
hoc mundo iudicabunt? Et infra ait,Sic non eſt inter uos ſapiens quiſquam qui poſ
ſit iudicare inter fratres, ſed frater cum fratre iudicio cōtendit & hoc apud infideles?
D Vides quia quod ille obtulit,contra auctoritatem Apoſtoli ſit? Vos eligite,utrum
Auxentium an Paulū ſequi debeamus magiſtrum. Sed quid dicam de Apoſtolo,
cum ipſe dominus clamet per prophetam,Audite me populus meus qui ſcitis iudi-
Eſa.51. cium,quorum in corde lex mea eſt. Deus dicit, Audite me populus meus qui ſcitis
iudicium,Auxentius dicit, Neſcitis iudicium. Videtis quia iam deum contemnit in
uobis,qui ſententiam cœleſtis refutat oraculi.Audite me,inquit,populus meus, di-
cit dominus.Non dicit audite gentes,non dicit audite Iudæi.Iam enim non popu-
lus dei qui fuerat, populus erroris eſt factus. Et qui populus erroris erat, populus
dei eſſe cœpit, quia in Chriſtū credidit. Iſte ergo populus iudicat cuius in corde lex
diuina eſt non humana,lex non atramento ſcripta ſed ſpiritu dei uiui,Non in chat
2.Corinth.3. ta exarata ſed in corde ſignata,lex gratiæ non cruoris.Quis igitur uobis iniuriam fa
cit,qui recuſat ueſtram an qui eligit audientiam? Concluſus undique ad uerſutiam
patrum ſuorum confugit,de imperatore uult inuidiam commouere,dicens iudicare
debere adoleſcentem catechumenum,ſacræ electionis ignarum,& in conſiſtorio iu-
dicare.Quaſi uero ſuperiore anno quando ad palatium ſum petitus,cum præſenti-
bus primatibus ante conſiſtorium tractaretur,cum imperator baſilicam uellet eripe
re,ego tunc aulæ contemplatione regalis infractus ſim, conſtantiam non tenuerim
ſacerdotis,aut imminuto iure diſceſſerim.Nónne meminerunt quod ubi me cogno
uit populus palatium petiſſe,ita irruit,ut uim eius ferre non poſſent,quando comiti
militari cum expeditis ad fugandam multitudinem egreſſo obtulerūt omnes ſe ne-
ci pro fide Chriſti? Non tunc rogatus ſum ut populum multo ſermone mulcerem?
Sponderem fidem quod baſilicam eccleſiæ nullus inuaderet? Et cum pro beneficio
meum ſit officium poſtulatum,tamen quod populus ad palatium ueniſſet,mihi in-

A uidia commota eſt. In hanc igitur inuidiam me redire deſiderant: reuocaui popu
lum,& tamen inuidiam non euaſi,quam quidem inuidiam ego temperandam ar-
bitror,non timendam. Quid em̄ timeamus pro Chriſti nomine,niſi forte illud mo
uere me debet quod aiunt,ergo non debet imperator unam baſilicam accipere ad
quā procedat,& plus uult Ambroſius poſſe cp̄ imperator, ut imperatori prodeun
di facultatem neget? Quod cum dicunt, apprehendere ſermones noſtros geſtiunt, Matt.22.
ſicut Iudæi qui Chriſtum uerſuto ſermone tentabant dicentes: Magiſter licet tribu
tum dare cæſari aut non? Semper ne de cæſare ſeruulis dei inuidia commouetur?
Et hoc ad calumniam ſibi arceſſit impietas, ut imperiale nomen obtendat? Et iſti
poſſunt dicere quod eorum non habeant ſacrilegium, quorum imitantur magiſte
rium? Et tamen uidete quanto peiores Arriani ſunt cp̄ Iudæi. Illi quærebant utrū
ſoluendum putarent cæſari ius tributi,iſti imperatori uolunt dare ius eccleſiæ. Sed
ut perfidi ſuum ſequūtur autorem,ita & nos quæ nos dominus & autor noſter do
cuit reſpondeamus. Conſiderans enim Ieſus dolum Iudæorum dixit ad eos: Quid
me tentatis? oſtendite mihi denarium.Et cum dediſſent dixit: Cuius imaginem ha
bet & inſcriptionem? Reſpondentes dixerunt: Cæſaris. Et ait illis Ieſus: Reddite
quæ ſunt cæſaris cæſari,& quæ ſunt dei deo.Ergo & ego dico illis qui mihi obijciūt,
oſtendite mihi denarium. Ieſus cæſaris denarium uidit & ait: Reddite cæſari quæ
cæſaris ſunt,& quæ dei ſunt deo. Nūqd de eccleſiæ baſilicis occupādis poſſunt dena
rium offerre cæſari? Sed in eccleſia unam imaginem noui,hoc eſt,imaginem dei in
B uiſibilis,de qua dixit deus:Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem no- Gen.1.
ſtram. Illam imaginem de qua ſcriptum eſt: Quia Chriſtus ſplendor gloriæ & ima Heb.1.
go ſubſtantiæ eius. In iſta imagine patrē cerno,ſicut dixit ipſe dominus Ieſus: Qui
me uidet uidet & patrem. Nō enim hæc imago à patre eſt ſeparata,quæ unitatem Ioan.14.
me docuit trinitatis dicens: Ego & pater unum ſumus. Et infra: Omia quæcūq; ha
bet pater mea ſunt. Et de ſpiritu ſancto dicens,quia ſpiritus Chriſti ſit, & de Chri
ſto accepit,ſicut ſcriptum eſt: Ille de meo accipiet & annunciabit uobis. Quid igitur
non humiliter reſponſum à nobis eſt? Si tributum petit,non negamus, agri eccle
ſiæ ſoluunt tributum. Si agros deſiderat imperator, poteſtatem habet uendicando
rum,nemo noſtrum interuenit, Poteſt pauperibus collatio populi redūdare. Non
faciant de agris inuidiam,tollant eos ſi libitum eſt. Imperatori non dono, ſed non
nego. Aurum quærunt, poſſum dicere: Argentum & aurum non quæro, ſed inui-
diam faciūt, quia aurum erogatur,nec ego hanc inuidiam perhorreſco. Habeo æra
rios. Aerarij mei pauperes Chriſti ſunt. Hunc noui cōgregare theſaurum. Vtinam
hoc mihi ſemper crimen aſcribant,quia aurum pauperibus erogatur. Quod ſi obij
ciunt quod defenſionem ab ijs requiram,non nego ſed etiam ambio, habeo defen
ſionem, ſed in orationibus pauperum. Cæci illi & claudi, debiles & ſenes, robuſtis
bellatoribus fortiores ſunt. Deniq; munera pauperum deum obligāt, quia ſcriptū Prouer.19
eſt: Qui largitur pauperi,deo fœnerat,præſidia bellatorum diuinam ſæpe gratiam
non merentur. Hymnorum quoq; meorum carminibus deceptū populum ferunt.
Planè ne hoc abnuo. Grande carmen iſtud eſt,quo nihil potentius. Quid enim po
tentius cp̄ confeſſio trinitatis,quæ quotidie totius populi ore celebratur? Certatim
omnes ſtudent fidem fateri,patrem & filium & ſpiritum ſanctum norunt uerſibus
prædicare. Facti ſunt igitur omnes magiſtri qui uix poterāt eſſe diſcipuli. Quid igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tur obaudientius potest esse quàm ut Christi sequamur exemplum, qui specie in-
Phil.2. uentus ut homo humiliauit semetipsum factus obediēs usq; ad mortem? Deniq;
Rom.5. omnes per obedientiam liberauit. Sicut enim per inobedientiā unius hominis, pec
catores constituti sunt plurimi, ita & per unius obediētiam iusti constituentur mul
ti. Si ergo ille obediens, accipiant obedientiæ magisterium, cui nos inhæremus, di
centes ijs qui nobis de imperatore inuidiam faciunt: Soluimus quæ sunt cæsaris cæ
sari, & quæ sunt dei deo. Tributum cæsaris est, non negatur. Ecclesia dei est, cæsari
uticq; non debet addici, quia ius cæsaris esse non potest dei templum. Quod cum
honorificentia imperatoris nemo dictum potest negare. Quid enim honorificen
tius quàm ut imperator ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur, sine peccato
dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra ecclesiam, non supra eccle
siam est. Bonus enim imperator quærit auxilium ecclesiæ, non refutat. Hæc ut humi
liter dicimus, ita constanter exponimus. Sed incendia aliqui, gladium, deportatio
nem minantur. Didicimus Christi seruuli non timere, non timentibus nunquā est
Psal.63. grauis terror. Deniq; scriptum est: Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum. Sa
Luc.20. tis igitur propositis responsum uidetur. Nunc illos interrogo quod saluator inter
rogauit: Baptismum Iohannis de cœlo est an ex hominibus? Et non potuerunt re
spondere ei Iudæi. Si baptismum Iohannis non soluerunt Iudæi, Auxentius soluit
baptismum Christi? Non enim istud ex hominibus est baptismum, sed de cœlo,
quod detulit nobis consilij magni angelus ut iustificemur deo. Cur igitur rebapti
zandos Auxentius fideles populos putat baptizatos in nomine trinitatis, cū Apo
D stolus dicat: Vna fides, unum baptisma, Et se hominum dicit aduersarium esse nō
Ephe.4. Christi, cum consilium dei spernat, & condemnet baptismum, & quod Christus no
bis ad redimenda nostra peccata donauit?

Diui Ambrosij ad Marcellinam sororem suam, referentis illi quid in causa de basilicis tradendis actum sit, & in quo statu res ipsa nunc consistat. Epistola. XXXIII.

QVONIAM omnibus epistolis ferè sollicitè quæris de ecclesia, accipe quid agatur. Postridie q̄ accepi literas tuas quibus significaueras quod te exagitarent somnia tua, moles inquietudinum grauium cœpit mo ueri. Nec iam portiana, hoc est, extramurana basilica petebatur, sed ba silica noua, hoc est intramurana quæ maior est. Conuenerunt me primo principes uirtutum, uiri comites consistoriani, ut & basilicam traderem, & procurarem ne qd populus turbarum moueret. Respondi quod erat ordinis, templum dei tradi à sa cerdote non posse. Acclamatum est sequenti die in ecclesia, etiam præfectus eò ue nit, cœpit suadere ut basilica portiana cederemus. Populus reclamauit. Ita tunc discessum est, ut intimaturum se imperatori diceret sequenti die. Erat autem domi nica. Post lectiones atq; tractatum dimissis catechumenis symbolum aliquibus competentibus in baptisterijs tradebam basilicæ. Illic nunciatum est mihi, comper to, quod ad portianam basilicam de palatio decanos misissent, & uela suspenderet, populi partem eò pergere. Ego tamen mansi in munere, missam facere cœpi. Dum offero, raptum cognoui à populo Castulum quendam quem presbyterum dice rent Arriani. Hunc autem in platea offenderant transeuntes. Amarissime flere & orare

A orare in ipsa oblatiõe deum cœpi, ut subueniret, nec huius sanguis in causa eccleſiæ
fieret, certe ut meus sanguis pro salute non solum populi, sed etiam pro ipsis impijs
effunderetur. Quid multa? Missis presbyteris & diaconibus eripui iniuriæ uirum.
Condemnationes illico grauissimæ decernuntur, primo in corpus omne mercato
rum. Itaq; sanctis diebus hebdomadis ultimæ quibus solebant debitorum laxari
uincula, stridunt catenæ, imponuntur collo innocentium, exiguntur ducēta pondo
auri infra totum triduum. Respondent aliqui se tantum aut duplū si peterentur da
turos, dummodo seruarent fidem. Erant pleni carceres negociatoribus. Palatina o
mnia officia, hoc est memoriales agentes in rebus, apparitores diuersorum comitū
temperare à processu iubentur specie qua seditioni interesse prohibebantur, hono
ratis multa minabantur grauissima, nisi basilicam traderēt. Feruebat persecutio ac
si aperuissent portam, prorupturi in omne facinus uidebātur. Conuenior ipse à co
mitibus & tribunis, ut basilicæ fieret matura traditio, dicentibus imperatorem iure
suo uti, eo quod in potestate eius essent omnia. Respōdi si à me peteret quod meū
esset, id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meū me non refraga
turum, quanq̄; omnia quæ mea sunt, essent pauperum. Verum ea quæ diuina, im
peratoriæ potestati nō esse subiecta. Si patrimonium petitur, inuadite, si corpus oc
curram. Vultis in uincula rapere, uultis in mortem, uoluntati est mihi. Non ego me
uallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo uitam obsecrans, sed pro al
taribus gratius immolabor. Horrebā quippe aio, cum armatos ad basilicā ecclesiæ
B occupandā missos cognoscerem, ne dum basilicam uendicant, aliqua strages fieret,
quæ in perniciem totius uergeret ciuitatis. Orabam ne tantæ urbis uel totius Italiæ
busto superuiuerem. Detestabar inuidiam fundendi cruoris, offerebā iugulū meū.
Aderant Gotthi tribuni, adoriebar eos dicens: Propterea uos possessio Romana
suscepit, ut perturbationis publicæ uos præbeatis ministros? Quò trāsibitis, si hæc
deleta fuerint? Exigebatur à me, ut compescerem populum. Referebam in meo iu
re esse ut non excitarem, in dei manu ut mitigaret. Postremo si me incentorem pu
tarent, iam in me uindicari oportere, uel abduci me in quas uellent terrarum solitu
dines. His dictis illi abierunt, ego in basilica ueteri totum exegi diem, inde domum
cubitum me recepi, ut si quis abducere uellet, inueniret paratum. Ante lucem ubi pe
dem limine extuli, circumfuso milite occupatur basilica. Idq̄; à militibus imperatori
mandatum dicitur, ut si prodire uellet, haberet copiam, se tamen præsto futuros, si
uiderent eum cum catholicis conuenire. Alioquin se ad eum cœtum quem Ambro
sius cogeret, transituros. Prodire de Arrianis nullus audebat, quia nec quisq̄ de ci
uibus erat, pauci de familia regia, nonnulli etiam Gotthi. Quibus ut olim plaustro
sedes erat, ita nunc plaustrū ecclesia est. Quocūq; fœmina ista processerit, secū suos
omnes cœtus uehit. Circumfusam basilicam esse gemitu populi intellexi, sed dum
leguntur lectiones, intimatur mihi plenam populi esse basilicam, etiam nouam, ma
iorem uideri plebem q̄ omnes cum essent liberi, lectorem efflagitari. Quid plura?
Milites ipsi qui uidebantur occupasse basilicam, cognito q̄ præcepissem ut abstine
rentur à cōmunionis consortio, ad conuentum hunc nostrū uenire cœperunt. Qui
bus uisis turbantur mulierum animi, proripit se una. Ipsi tamē milites se ad oratio
nem uenisse non ad prælium loquebantur. Clamauit aliqua populus, q̄ moderate,
q̄ constanter, q̄ fideliter poscebat, ut ad illam pergeremus basilicam. In ill. quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

C basilica fertur quod populus præsentiam flagitabat meam. Tunc ego hũc adorsus sermonem sum: Audistis filij librum legi Iob, qui solenni & munere est decursus, & tempore. Sciuit & usu hunc librum etiam diabolus intimandum, quo uirtus omnis suæ tentatiõis aperitur & proditur. Et ideo se hodie motu maiore cõcussit. Sed gratias deo nostro qui nos ita firmauit fide atq; patiẽtia. Vnũ Iob miraturus ascenderam, omnes Iob quos mirarer inueni. In singulis uobis Iob reuixit, in singulis sancti illius patientia & uirtus refulsit. Quid enim præsentius dici potuit à Christianis uiris, q̃ id quod hodie in uobis spiritus sanctus est locutus? Rogamus Auguste, non pugnamus. Nõ timemus sed rogamus. Hoc Christianos decet, ut & tranquillitas pacis optetur & fidei, ueritatis q̃ constantia, nec mortis reuocetur periculo. Est enim præsul dominus qui saluos faciet sperantes in se. Sed ueniamus ad propositas lectiones. Videtis diabolo tentandi licentiam dari, ut boni probentur. Inuidet inimicus bonis profectibus, tentat diuersis mõdis. Tentauit sanctum Iob in patrimonio, tentauit in filijs, tentauit in dolore corporis. Fortior in suo corpore tentat, infirmior in alieno. Et mihi meas diuitias quas in uobis habeo, uolebat auferre, & hoc tranquillitatis uestræ patrimonium dissipare cupiebat. Vos quoq; ipsos mihi bonos filios gestiebat eripere, pro quibus ego quotidie instauro sacrificiũ. Vos ruinis quibusdam publicæ perturbationis conabatur inuoluere. Duo igitur iam genera tentationis excepi. Et fortasse quia infirmiorem me dominus deus nouit, adhuc in corpus meum nõ dedit potestatem. Et si ipse cupiam & si offeram, adhuc me fortasse huic certamini imparem iudicat, & diuersis exercet laboribus. Nec Iob ab isto

D cœpit certamine, sed in hoc consumauit. Tentatus est autem Iob nuncijs coacer-
Iob.2. uatis malorum, tentatus est etiam per mulierẽ quæ ait: Dic aliquod uerbum in deũ & morere. Videtis quãta subito moueantur. Gotthi, arma, gentiles, mulcta mercatorum, pœna sanctorum. Aduertitis quid iubeatur cum mandatur: Trade basilicã, hoc est, dic aliquod uerbum in deum & morere. Nec solum dic aduersum deũ, sed etiam fac aduersus deum. Mãdatur: trade altaria dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus, sed confirmamur scripturæ sermonibus, quæ respondit: Tanq̃ una ex insipientibus locuta es. Non mediocris igitur ista tentatio. Nanq; asperiores tentationes has esse cognouimus quæ fiunt per mulieres. Deniq; per Euam etiam Adam supplantatus est: eoq̃ factum est, ut à mãdatis cœlestibus deuiaret. Quo errore cognito, præuaricatricis conscientiæ reus latere cupiebat, sed latere nõ poterat, & ideo
Gen.3. ait ei deus: Adam ubi es? Hoc est, quid eras ante ubi nunc esse cœpisti? ubi te constitueram? quò ipse transgressus es? Agnoscis esse te nudum, quia bonæ indumenta fidei perdidisti. Folia sunt ista quibus nunc uelare te quæris. Repudiasti fructũ, sub folijs legis latere cupis, sed proderis. Recedere à domino deo tuo propter unam mulierem desideraſti, propterea fugis quem uidere quærebas. Cum una muliere te abscondere maluisti, relinquere speculum mundi, incolatum paradisi, gratiã Chri-
3.Reg.19. sti. Quid dicam q̃ etiam Heliam Iezabel cruenta persecuta est? q̃ Iohannẽ Bapti-
Matt.14. stam Herodias fecit occidi? Singulæ tñ singulos. Mihi quo minora lõge merita, eo tentamenta grauiora. Virtus infirmior, sed plus periculi. Succedunt sibi mulierum uices, alternant odia, cõmenta uariantur, seniores cõueniuntur, prætexitur regis iniuria. Quæ ratio igit est aduersus hunc uermiculũ moliri grauiores tentationes, nisi quia nõ me, sed ecclesiam persequũtur? Mandat, denic̃: Trade basilicam. Respon

deo.

A deo. Nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere imperator expedit. Domum priuati nullo potes iure temerare, domũ dei existimas auferendam? Allegatur, imperatori licere omnia, ipsius esse uniuersa. Respõdeo. Noli te grauare imperator, ut putes te in ea quæ diuina sunt, imperiale aliqd̃ ius habere. Noli te extollere, sed si uis diutius imperare, esto deo subditus, scriptum est: Quæ dei deo, quæ cæsaris cæsari. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiæ. Publicorum tibi mœnium ius cõmissum est non sacrorum. Iterum dicitur mandasse, debeo & ego unam basilicam habere. Respondi. Nõ tibi licet illam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera est enim quæ nõ est legitimo Christi coniugio copulata. Dum hæc tracto, suggestum est mihi cortinas regias esse collectas: Refertam aũt populo basilicam præsentiam mei poscere, statimq̃ eò cõuerti sermonem meũ dicens: Quàm alta & profunda oracula sunt spiritus sancti. Matutinis horis lectũ est ut meminisſis fratres quod summo animi dolore respondemus: Deus uenerũt gentes in hæreditatẽ tuã. Psal.78.
Et reuera uenerũt gentes, & plus etiã q̃ gentes uenerunt. Venerunt em̃ Gotthi & diuersarũ nationum uiri, uenerũt cũ armis, & circumfusi occupauerũt basilicã. Hoc nos ignari tuæ altitudinis dolebamus, sed nostra imprudentia aliud opinabat. Venerunt gentes, sed uere in hæreditatẽ tuam uenerunt. Qui em̃ gentes uenerũt, facti sunt Christiani. Qui ad inuadendã hæreditatẽ uenerunt, facti sunt cohæredes dei. Defensores habeo quos hostes putabã, socios teneo quos aduersarios existimabã. Completum est illud quod de dño Iesu Dauid propheta cecinit: Quia factus est in Psal.75
pace locus eius, & cõfregit cornua arcuum, scutum & gladium & bellum. Cuius em̃
B hoc munus, cuius opus nisi tuum dñe Iesu? Videbas ad templum tuũ armatos uenire, hinc gemere populũ & frequentẽ adesse, ne basilica dei traderet. Inde uim minitibus imperatori, mortem ante oculos mihi: ne quid inter hæc furori liceret, insertuisti te dñe medium & fecisti utraq; unum. Cõpescuisti armatos dicens profecto: Si ad arma cõcurrit, si in templo meo lis cõmouetur, quæ utilitas in sanguine meo? Psal.29.
Gratias itaq; tibi Christe, nõ legatus, neq; nuncius, sed tu dñe saluũ fecisti populũ tuum, cõscidisti saccum meum, & præcinxisti me lætitiam. Hæc ego dicebam miratus imperatoris animũ, studio militũ, obsecratione comitum, precatu populi posse mitescere. Interea nunciatur mihi missum notarium qui mandata deferret. Cõcessi paululum, mandatũ intimat. Quid tibi uisum est, inquit, ut cõtra placitum faceres? Respõdi: Quid placitũ sit ignoro, quidue temere factum dicatur, incertum habeo. Ait: Cur presbyteros ad basilicã destinasti? Si tyrannus es, scire uolo, ut sciã quem admodum me aduersum te præparem. Rettuli dicens, me nihil in præiudicium fecisse ecclesiæ, eo tẽpore quo audieram occupatam esse à militibus basilicã, gemitum tm̃modo liberiorem habuisse: Multisq̃ adhortantibus ut eò pergerem dixisse, tradere basilicã non possum, sed pugnare non debeo. Postea uero q̃ cognouerim cortinas regias inde esse sublatas, cum me populus eò ire deposceret, direxisse presbyteros, m̃ tñ noluisse ire, sed dixisse, credo in Christo quod ipse nobiscum faciet imperator, si hæc tyrannis uidet, habeo arma, sed in Christi nomine, habeo offerendi mei corporis potestatem. Quid moraretur ferire, si tyrannũ putaret: ueteri iure à sacerdotibus donata imperia nõ usurpata. Et uulgo dici, q̃ imperatores sacerdotium magis optauerint, q̃ imperiũ sacerdotes. Christus fugit, ne rex fieret. Habemus ty- Ioan.6
rannidem nostram. Tyrannis sacerdotis infirmitas est. Cum infirmor inquit, tunc 2.Cor.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C potens sum. Cauere tamen ne ipse sibi tyrānum faceret, cui deus aduersarium non excitauit. Nō hoc maximū dicere quod tyrānus ego sim Valentiniani, qui se meæ legationis obiectu queritur ad Italiam non potuisse transire. Addidi quia nunq̄ sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrannos sæpe sunt passi. Exactus est totus ille dies in mœrore nostro, scissæ tamen ab illudentibus pueris cortinæ regiæ, ego domum redire non potui, quia circumfusi erant milites, qui basilicam custodiebāt: Cum fratribus psalmos in ecclesiæ basilica minore diximus. Sequenti die lectus est de more liber Ionæ, quo completo, hūc sermonem adorsus sum. Liber lectus est fratres quo prophetatur, quod peccatores in pœnitentiam reuertantur. Acceptum est ita ut speraretur in præsenti futurū. Addidi quod uir iustus etiam offensam contrahere uoluisset, ne uel spectaret uel denūciaret excidium ciuitati. Et quod lugubre esset illud dictum. Contristatus quoq; sit quod aruisset cucurbita. Deū quoq; dixisse ad Pro
tone.4. phetam: Si tristis es pro cucurbita? Respondisse Ionam: tristis: Dixisse dominum: Si illud doleret quod exusta esset cucurbita, quanto magis sibi curæ esse oportere tantæ plebis salutem? Et ideo excidium quod paratum toti urbi fuerat remouisse. Nec mora, nunciatur imperatorem iussisse ut recederent milites de basilica, negociatoribus quoq; quod exacti de condemnatione fuerant redderetur. Quæ tunc plebis totius lætitia fuit? qui totius populi plausus? quæ gratia? Erat autē dies quo sese dominus pro nobis tradidit, quo in ecclesia pœnitētia relaxatur. Certatim hoc nunciare milites, irruentes in altaria osculis significare pacis insigne. Tunc agnoui ꝙ deus uermem antelucanum percusserat, ut tota ciuitas seruaretur. Hæc gesta sunt,
D atq; utinam iam finita, sed grauiores motus futuros plena commotionis imperialia uerba indicant. Ego tyrannus appellor, & plus etiam quàm tyrannus. Nam cū imperatorem comites obsecrarent uti prodiret ad ecclesiam, idq; petitu militum facere se dicerēt, respondit: Si uobis iusserit Ambrosius, uinctum me tradetis. Quid post hanc uocem superfit considera. Quam uocem omnes cohorruerunt, sed habet à quibus exasperetur. Deniq; etiam speciali expressione Calligonus præpositus cubiculi mandare mihi ausus est, Me uiuo, tu contemnis Valentinianum? Caput tibi tollo. Respōdi: Deus permittat tibi ut impleas qd' minaris. Ego enim patiar quod episcopi, tu facies quod spadones. At utinam dominus auertat eos ab ecclesia, & in me omnia sua tela conuertant, meo sanguine sitim suam expleant.

Diui Ambrosij ad Theodosium imperatorem, decessum Valentiniani Augusti uehementer se dolere, aptissimumq; pro sepultura eius locum præparatum esse insinuantis. Epistola. XXXIIII.

AMBROSIVS Theodosio imperatori. Silentium meum rupit sermo clementiæ tuæ. Nihil enim in tam tristibus rebus melius facere in animum induxeram, quàm si fieri posset, meipsum abdere. Sed quia in secessu aliquo delitescere, & sacerdotio exire non poteram, uel silentio intra me latebam. Doleo eīm fateor dolore acerbo, nō solū q̄ immatura ætate Valentinianus Augustus decesserit, sed etiā quod informatus fide, ac uis institutis tantā deuotionem erga deum nostrum induerat, atq; tanto in me incubuerat affectu, ut quē ante persequebat, nunc diligeret, quē ante ut aduersariū repellebat, nunc ut parentē putaret. Quod ego nō pro recordatiōe iniuriæ ueteris exprōpsi, sed pro testimonio

A monio conuersionis. Illud enim alienum, hoc suum, quod à te infusum sibi ita tenuit, ut matris persuasionem excluderet. Ille se à me nutritum præferebat, ille ut sedulū patrem desiderabat, ille simulato à quibusdam aduentus mei nuncio impatienter præstolabatur. Quinetiam illisipsis publici doloris diebus cum sanctos & summos sacerdotes domini intra gallias haberet, ut à me tamen sacramentis baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est. Quod etiam si non rationabiliter, amabiliter tamen erga me suum studium testificatus est. Hunc ergo nō intimo anhelem spiritu, secretisq; mentis atq; animi uisceribus amplectar? Hunc mihi mortuum putem? Immo mihi magis uiuū? Quas ego domino deferebam gratias, quod ita in me cōuersus esset, quod ita emēdatus, quāsi senioris cuiusdā ætatis mores induisset: quas clementiæ tuæ quod eum nō solum regno reddidisses, sed etiam quod est amplius instituisses fidei & pietatis tuæ disciplinis. Hunc ergo non doleam æui integrum, an tequàm sacramentorum quæ desiderauit adipisceretur gratiam, repentina obisse morte? Refrigerasti animum quod etiam ipse dignatus es ferre testimonium dolori. Te imperator arbitrum teneo affectus mei, te meæ mentis interpretem, sed flēdi tempora aliàs non deerunt. Nunc de sepultura eius quoniam scripsit clementia tua ita hic procurandum. Sed exors recessit baptismatis, quid cognouerim nō repressi. Est hic porphyreticum labrum pulcherrimum, & in usus huiusmodi aptissimū. Nā & Maximianus Diocletiani socius ita humatus est. Sunt tabulæ porphyreticæ præ
B tiosissimæ, quibus uestiebatur operculum quo regales exuuiæ claudantur. Hoc fuerat præparatum, sed expectabatur rescriptū clementiæ tuæ, cuius perceptione recreatæ sunt sanctæ filiæ tuæ, filij tui Valentiniani sorores, quæ se grauibus afficiūt modis, & amplius exagitabantur quod diu nihil scriberetur sibi. Vnde ijs non parum accessit solatij, sed dum inhumatæ sunt reliquiæ, nequaquam sibi parcūt. Videntur eīm sibi germani sui quotidianum funus tenere. Et reuera cum sine fletu magno ac sine dolore graui nunquā sint, tū quotiescunq; eò accedunt, exangues reuertuntur. Et ipsis igitur consuletur, & chārissimis exuuijs, si acceleretur sepultura, ne æstiuo penitus soluantur calore. Vix enim superiorem æstatem transegimus. Mādatum tuū seruo & commendo domino. Diligat te dominus, quia tu dñi seruos diligis.

Diui Ambrosij ad Eusebium episcopū, apparitori præfecturæ offensam quā cōtraxerat esse remissam, Faustinūq; parūulū tussi laborantē ad sororem uenisse referentis. Epistola. XXXV.

AMBROSIVS Eusebio episcopo, Apparitor præfecturæ qui propter operas portuēses offensam contraxerat, iam in portu nauigat, oportune aūt aduenit. Nam simul ut accepi litteras tuas uidi præfectum, rogaui pro eo, ignouit ilico, iussi retrahi epistolam quam de facultatibus eius publicandis dictauerat. Quod si tardius uenisset, nemo magis probasset inexplicabile illud opus esse portus reformandi, quàm iste qui illic naufragium fecerat, nisi te habuisset gubernatorem, ut aliter nō posset inde nisi nudus exire. Faustinus paruulus tussi laborat, ad sanctam sororem curatum uenit, & uenit sponte. Expertus enim est melius sibi uentrem curari. Deniq; & me medicum putat, expectat prandium. Itaq; hic bis ad diē curatur, & cœperat pulcre ualere, sed dum eum nimio amore abstinere gestiunt, tussire de uentre plus cœpit & laborabit adhuc, nisi ad medicamēta sua reuertatur. Vale & nos dilige, quia nos te diligimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER SEXTVS

Diui Ambrosij ad Sabinum episcopum,eos qui indignum duxerint quod Paulinus uenditis facultatibus & seculo relicto,secretum quoddam elegerit confutantis,& comprobantis,quod non ignominiosum aut turpe,sed glorioſum sit opprobrioſum,uilem & nudum fieri pro Christo. Quid etiam denudatio ipsius Dauid figurauerit exponentis. Epistola. XXXVI.

AMBROSIVS Sabino Episcopo. Paulinū splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundum uēditis facultatibus tam suis quàm etiam coniugalibus in hos se induisse cultus ad fidem comperi,ut ea in pauperes conferat quæ redegit in pecuniam, & ipse pauper ex diuite factus tanquam deoneratus graui sarcina, domui,patriæ cognationi quoq; ualedicat,quo impēsius deo seruiat. Elegisse autem secretum affirmatur Nolanæ urbis,ubi tumultum fugitans, æuum exigat. Matrona quoq; uirtuti & studio eius proxime accedit,neq; à proposito uiri discrepat. Deniq; transcriptis in aliorum iura suis prædijs, uirum sequitur, & exiguo illic coniugis contenta cespite solabitur se religionis & charitatis diuitijs. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hæc ubi audierint proceres uiri,quæ loquētur? ex illa familia, illa prosapia,illa indole,tanta prædituꝝ eloquentia migrasse à senatu, interceptam familiæ nobilis successionem, ferri hoc non posse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant,si quando Isidis suscipiunt sacra,si forte Christianus uir attentior sacrosanctæ religioni uestem mutauerit,indignum facinus appellant. Equidem doleo tantam esse in mendacio obseruantiam, in ueritate negligentiam,ut confundantur plerique,attentiores ad sacrosanctam religionem uideri,non considerantes uocem dicentis: Qui me confusus fuerit coram hominibus,confundar & ego eum coram patre meo qui est in cœlis. Sed non confusus est Moyses,qui cū esset ascitus in domū regiam,thesauris Ægypti opprobriū Christi præferendū putauit. Non cōfusus est Dauid, qui ante arcam testimonij coram omni populo saltauit. Non cōfusus est Esaias, qui nudus & discalciatus ibat p populos oracula clamās cœlestia,quid utiq; tam deforme uisibili spectaculo ēp histrionicos sinuare gestus,& fœmineo usu mollire mēbra? Delitiarū comes & luxuriæ ludibrium est lasciua saltatio. Quid illud quod ipse cecinit dicens: Omnes gentes plaudite manibus? Nempe si corporalia consideremus, tanquam muliebribus intermixtum chorcis,putamus eum concrepare manibus, & turpi sono plaudere. Nam & de Ezechiel dictum est: Plaude manu, & percute pede. Sed hæc quæ corporeo aspectu fiunt turpia,sacrosanctæ religionis contemplatione reuerenda sunt, ut qui ista reprehendunt, ipsi in laqueos reprehensionis animas suas induant. Deniq; reprehendit Michol saltantem Dauid & ait ad eum: Quid honorificatus est hodie rex Israël, quia denudatus est hodie ante oculos puellarum seruarum? Et respondit ei Dauid: Coram domino ludam qui elegit me pro patre tuo & pro uniuersa domo eius,ut constitueret me regem super populum suum Israël. Et ludam corā domino,& denudabor adhuc sic,& ero nugax ante oculos tuos, & cū puellis quibus dixisti me denudatum,honorificabor. Non erubuit igitur Dauid fœmineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio, uere cunda-

Luc.9.
Exo.2.
2.Reg.6.
Esa.20
Psal.46.
Ezech.21

cundatus est. Ludebat enim domino puer suus, & ideo amplius placuit, quia ita se humiliauit deo,ut regale posthaberet fastigium,& ultimum exhiberet deo quasi seruulus ministerium. Deniq; illa quæ saltationem huiusmodi reprehendit,sterilitatis damnata non dedit sobolem regiam,ne superbos crearet,& quod uerum est, nullā est adepta posteritatis suæ meritorumq; successionē. Quod si quis adhuc dubitat, accipiat euangelicum testimonium. Dixit enim dei filius: Cantauimus uobis & nō saltastis. Derelicti sunt itaque Iudæi qui non saltauerunt, qui nescierunt manibus suis plaudere. Ascitæ sunt gentes quæ spiritualem deo plausum dederunt. Stultus enim complexus est manus suas, & deuorauit uiscera sua,id est,corporalibus se implicauit negocijs,& deuorauit uiscera sua sicut mors prævalens,& ideo non inueniet uitam æternam. Sapiens autem attollens opera sua,ut lucerent corā patre suo qui in cœlis est,nō assumpsit sed eleuauit uiscera sua usq; ad resurrectionis gratiam. Hæc glorioſa sapientis saltatio, quam saltauit Dauid, & ideo usq; ad sedem Christi sublimitate spiritualis saltationis ascendit, ut uideret atq; audiret dicētem domino domino suo: Sede à dextris meis. Ergo si non absurde cecidisse nobis hanc de saltatione interpretationem iudicas,non supersedeas adhuc lectionis laborem, ut etiam de Esaia mecum recenseas,quod bene tibi cognitum est,illum non ludibrioſe sed glorioſissime denudatum esse in conspectu populorum occurrantium,utpote q oracula domini ore proprio resultabat. Sed forte aliquis dicat: Nō igit erat turpe, ut uir nudus omnino iret per populos,cū ei & uirilis sexus & muliebris occurreret? Nō ipsa species offendebat oculos omniū, & maxime mulierū? Nónne ipsi nos inspicere nudos plerūq; reueremur? Deniq; idcirco indumētis operiunt genitalia hominum,ne deformi aspectu obtutum aciēq; perstringāt oculorum intuentiū. Acquiesco & ego,sed considera quæ figura sit facti huius, quidue prætendat species huiusmodi. Eo quod ita nudi ambulabunt pueri Iudæorum & uirgines in captiuitatē deducti,sicut puer inquit meus Esaias uadit nudus & excalciatus: Potuit quidē hoc & sermone exprimere,sed exemplo acerbare maluit,ut species ipsa plus incuteret horroris, & quod in prophetæ corpore auersabatur, in se pertimescerent. In quo igitur horror grauior turpitudinis,in corpore prophetæ, an in perfidorum peccato quod tantā meritis suis erumnā incidit captiuitatis? Quid si in prophetico corpore nihil opprobrij? Ille enim corporalibus non intendebat sed spiritualibus. Nāq; in excessu mentis non dicit: Audiam quid loquar,sed quid loquatur in me deus. Neq; attendit utrū nudus,an uestitus sit. Deniq; Adam ante peccatū nudus erat, sed nudum se nesciebat,quia erat indutus uirtutibus. Posteaquam uero peccatum commisit,nudum se esse uidit & texit. Noë nudatus erat sed non erubescebat,quia erat plenus iocunditatis & spiritualis lætitiæ. Deniq; qui eum risit ut nudum,ipse māsit perpetuæ obnoxius opprobrio turpitudinis. At uero Ioseph ne turpiter nudaretur,uestem reliquit & nudus aufugit. Quis igitur turpis,illa quæ uestē alienā tenuit, an is qui suā exuit? Sed ut plenius liqueat, quia non se,neq; ea quæ iuxta pedes sunt, prophetæ aspiciunt sed cœlestia, Lapidabatur Stephanus,& uidebat cœlos apertos & Iesum ad dexteram dei stantem. Et ideo lapidum ictus non sentiebat corpori,non considerabat uulnera, sed oculis erat Christo affixus,illi adhærebat. Ergo & Esaias nudū se non conspicabatur,sed diuinæ uocis organum se præbebat, ut promeret quod in eo loquebatur deus. Sed esto ut se uideret, poterat non facere quod iubebatur?

Matth.11.
Eccle. 4.
Psal. 109.
Psal. 84.
Gen.3.
Acto.7.
Esa.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tur? Poterat turpe arbitrari quod imperabat deus? Sara quia risit, incredulitatis co
Gen.18. arguta est. Abraam laudatus quia in uerbo dei non hæsitauit. Et donatus remune
ratione maxima, quia iubente deo pie posse fieri credidit etiam paricidium. Hic igi
tur quid uerecundiæ esset prophetæ, ubi aliud gerebatur & aliud figurabatur? Iu
dæi propter flagitia sua destituti à domino deo, cœperãt uinci ab aduersarijs suis,
conferre se uolebant ad Ægyptios, ut sibi essent præsidio aduersum Assyrios, qui re
dire magis ad fidem, si bonis consulerent, debuissent. Iratus dominus significat ua
nam illos spem gerere, qui offensam domini putarunt maiore peccato leuandam,
cum illi ipsi uincendi forent, in quorum auxilijs populus Iudæorum cõfideret. Hoc
secundum historiam. Figura autem illa, quia in Ægyptijs confidit qui luxurijs de
ditus est, mãcipatus lasciuiæ. Nemo autem se luxui committit, nisi qui recedit à præ
ceptis dei ueri. Vbi autẽ cœperit quis luxuriari, incipit deuiare à fide uera. Ita duo
committit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis sacrilegia. Ergo qui non se
quitur dominum deum suum, ingurgitat se luxuriæ ac libidini pestiferis corporis
passionibus. Qui autem se ingurgitauerit atq; immerserit huiusmodi uolutabris,
Exo.32. perfidiæ laqueos incurrit. Sedit em populus manducare & bibere, & fieri sibi deos
poposcit. Vnde docet dominus quoniam qui duobus istis flagitiorum generibus
dederit animam suam, exuitur indumento non uestis laneæ sed uiuidæ uirtutis, cu
ius amictus nõ tẽporalis sed æternus est. Vale & nos dilige, quia nos te dilígimus.

Diui Ambrosij ad Chromatium, ex illo quod in libro Numerorum à Balaam
dictum esse legitur: Quia non mentitur deus, Nec est augurator in Israël, discutien
D tis unde habuerit iste qui augur erat ut oraculum dei loqueretur & futura manife
staret. Epistola. XXXVII.

AMBROSIVS Chromatio. Nunquid nam mentitur deus? Sed non mentitur, quia impossibile est mentiri deum. Impossibile quoq; istud, nunquid nam infirmitatis est? Non utiq;. Nam quomodo omnia po test, si aliquid efficere nõ potest? Quid ergo ei impossibile? Non quod uirtuti arduum, sed quod naturæ eius cõtrarium. Impossibile, inquit est ei mentiri. Impossibile istud non infirmitatis est, sed uirtutis & maiestatis. Quia ueritas non recipit mẽdacium, nec dei uirtus leuitatis errorem. Ideoq; sit deus uerax, omnis au tem homo mendax. Veritas itaq; semper in eo est, fidelis manet, mutare se & nega re non potest. Si enim uerum se negat, mentitur. Mentiri autem non uirtutis sed in firmitatis est. Nec mutare se potest, quia natura eius non recipit infirmitatem. Hoc igitur impossibile eius, plenitudinis est, quæ minuere se & augere non potest, non infirmitatis quæ in eo quod se auget, imbecilla est. Ex quo colligitur impossibile dei potentissimum esse. Quid enim potentius quàm nescire quicquid infirmitatis est?
1.Cor.1. Est tamen & aliud infirmum dei quod fortius est hominibus, & stultum dei quod sapientius est hominibus, sed hoc crucis, illud diuinitatis. Si ergo quod infirmum eius, potentia est, quod potentiæ. quomodo infirmum est? Sit igitur nobis posi
Nume.23. tum, quia non mentitur deus. Sed nec augurator augurij in Israël, secundum legem dei. Quomodo ergo Balaam prohibitum se oraculo dei dicit ut uadat ad maledi cendum populo Israël, & iuit & occurrit ei angelus domini qui eum prohiberet per gere, ita ut obsisteret asinæ eius quæ uehebat eum. Et nihilominus & ipse dixit ei ut

A ut iret, sed hoc diceret quod sibi infunderetur? Si augurator non est in Israël, unde
isti oraculum dei quod futura manifestauit, qui augur erat? Si oraculum dei loque
batur, unde meritum diuinæ aspirationis assumpserat? Sed non mireris infusum
auguri à domino quod loqueretur, quando infusum legis in euangelio etiam prin
cipi synagogæ uni ex persequentibus Christum: Quia oportet unum hominem Ioan.11
mori pro populo. In quo non prophetiæ meritum, sed assertio ueritatis est, ut ad
uersariorum testimonio manifestaretur, quo perfidia non credentium, uocibus suo
rum augurum redargueretur. Ideo Balaam ille Chaldæus ascitur ad fidẽ, ut Chal
dæorum superstitio conticesceret. Non igitur confitentis meritum, sed uocãtis ora
culum est reuelante dei gratia. Quid igitur contraxit offensionis, nisi quia aliud lo
quebatur, aliud machinabatur? Deus enim uas mundum requirit, non immundi
cia inquinatum & sordibus. Tentabatur igitur Balaam, non probabatur. Erat em
plenus fallaciæ ac doli. Deniq; cum primo consuluisset utrum ad illum uanitatis
populum deberet pergere, & prohibitus esset, excusauit: postea missis legatis hono
rarioribus, promissis uberioribus, muneribus cumulatioribus illectus, qui renun
ciare debuerat, iterum consulendum putauit, quasi deus precio aut muneribus in
flecteretur. Responsum est quasi auaro, non quasi ei qui uerum quæreret, ut illu
deretur potius quàm informaretur. Cœpit ire, occurrit ei angelus in angusto, de
monstrauit se asinæ, non demonstrauit auguri. Illi se reuelauit, istum obtriuit, ta
men ut aliquando & ipse cognosceret, aperuit oculos eius: uidit, & adhuc tamen
non credidit euidenti oraculo, & qui uel oculis credere debuisset, inuoluta & ambi
B gua respondit. Tunc indignatus dominus, per angelum dixit: Vade, & quæcunq;
tibi inspirauero, hæc dices, id est, non quæ uis, sed quæ cogeris loqui. Quasi orga
num inane sonum meis præbebis sermonibus: Ego sum qui loquar non tu, qui ea
quæ audieris resultabis & quæ non intelliges. Nihil proficies eundo qui sine merce
de remeabis pecuniæ & sine profectu gratiæ. Deniq; ea prima uox eius est: Quid
maledicam cui non maledicit deus? Vt ostenderet non in sua uoluntate esse bene
dictionem Hebræi populi sed in dei gratia. A summis, inquit, montibus conspi
ciam eum, quoniam non oculis comprehendere possum hunc populum qui habi
tabit solus fines suos, non locorum possessione disterminans, sed uirtutis incolatu
& morum singularium proprietate, in æterna diffundens secula. Quis enim annu
merabitur ei de nationibus alijs, qui finitimorum populorum excedit consortia iu
sticiæ sublimitate, quis constitutionem generationis eius colliget? Corpora qui
dem eorum humanis seminibus concreta & figurata aduertimus, sed de superio
ribus & mirabilibus seminarijs animæ eorum pullulauerunt. Moriatur anima mea
in animis eorum, moriatur hanc corporalem uitam, ut in animis iustorum illius
æternæ uitæ adipiscatur gratiam. In quo iam tunc sacramenti huius cœlestis, &
sacri baptismatis reuelata est magnificentia, per cuius operationem moriuntur
homines culpæ ueteri & iniquorum operibus, ut nouitate uitæ in consortia iu
storum transfigurati, in eorum mores resurgant. Et quid mirum de hominibus,
cum moriantur peccato, ut deo uiuant? Hæc audiens Balach indignatus est dicẽs:
Ad maledicendum te adduxi, & tu benedicis? Respondit ille: Calumniam pa
tior de eo quod nescio. Ego enim nihil meum loquor, sed quasi cymbalum tinni
ens sonum reddo. Iterum aliò atq; aliò transductus, cum uellet maledicere, be
nedice-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nedicebat. Nō est labor in Iacob neq; dolor, deus illum protegit. Et infra: Iubet pa
rari aras septem & sacrificia. Vticq; debuit discedere, sed per infirmitatem men
tis, & mutabilitatem sententiæ putabat quod auertere posset dei uoluntatem. Ipse
autem per excessum mentis aliud cupiebat & aliud loquebatur. Quàm speciosa,
inquit, habitacula tua ô Hebræorum militia. Tabernacula tua sicut nemora ob
umbrantia, sicut paradisus supra fluuium, & sicut cedrus secus aquas. Exibit homo
ex Iacob, & obtinebit multas gentes, & attolletur regnum eius in altum, in terris
quoq; extendet principatum suum in Ægyptum. Qui benedicent eum benedicen
Hebr. 4 tur, & qui maledixerint ei, maledicti erunt. Quem igitur nisi Christi populum signi
ficat & benedicit deus? In cuius medullas uerbum dei descendit, usq; ad diuisio
nem animæ artuum quoq; & medullarum, in quo habuisset Balaam gratiam do
mini, si id ex sententia & affectus sui proposito fecisset. Sed quia reuincitur mala
mens consilijs suis, & occulta animi produntur exitu, ideo sequentibus insidijs ani
mus eius aperitur. Vnde & dignam mercedem suæ inuenit maleuolentiæ. Nam
cum aduerteret quod non posset in excessu mētis positus maledicere, dat consilium
regi dicens: Illa sint oraculorum, quæ deus præcepit, accipe consilium aduersus ora
cula dei. Populus iste iustus est, habet protectionem dei, quia non diuinationibus
& augurijs sese dedit, sed soli æterno deo, ideo cæteris fide præstat. Interdum tamē
& fideles mentes corporis labuntur illecebra & formæ lenocinio. Sunt tibi mulie
res plurimæ, & pleræq; non indecores pulchritudine. Virilis autem sexus nullo ma
gis lubricus quàm muliebri decore cito capitur, & maxime si ardor mentium allo
D quijs inflammetur frequentibus, & quasi facibus inardescat, si spem potiendi hau
riat, affectum deferat. Iaciant igitur mulieres tuæ uocibus suis hamos, nec difficiles
primos congressus suos præbeant, sed & usu faciles & dictu affabiles circumerrent,
& toto se circumfundant exercitui, atq; hos arte tractent uiros, ut cōcubitu non in
dulgeant, nisi amoris mutui fidem consortio sacrilegij comprobauerint. Sic enim
poterunt cœlesti protectione destitui, si ipsi à domino deo suo sacrilegijs deuiaue
rint. Non igitur iustus Balaam, utpote consiliarius fornicationis & sacrilegij. Sicut
euidenter etiam in Apocalypsi scriptum est Iohannis euangelistæ, dicente domino
Apo. 2. Iesu ad angelum ecclesiæ Pergami. Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui do
cebat Balach mittere scandalum coram filijs Israël, manducare immolata & formi
cari. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Quo apparet inde Mani
chæorum sacrilegia manasse, qui miscent atq; adiungunt sacrilegium turpitudini.
Ergo nec deus iniustus, nec mutabilis eius sententia. Deprehendit enim mentem
eius & occulta cordis, & ideo tentauit eum quasi diuinum, non elegit quasi prophe
tam. Et utiq; uel tantorum oraculorum gratia, & reuelationum sublimitate conuer
ti debuit, sed animus nequitiæ plenus uerba prompsit, non fidem detulit, consilijs in
firmare cupiens quod annunciabat futurum. Et quia oracula fraudare non pote
rat, cōsilia fraudulenta subministrabat, quibus leues populi Iudæorum tentati qui
dem sunt, sed non expugnati. Vnius enim uiri sacerdotis iusticia solutum est om
facinorosi hominis consilium, multoq; mirabilius per unum hominem potuisse li
berari exercitum patrum quàm potuisse decipi. Hoc munusculum sanctæ menti
tuæ transmisi, quia uis me aliquid de ueterum scriptorum interpretationibus pagi
nare? Ego autem assumpsi epistolas familiari sermone attexere redolentes aliquid
de patrum

A de patrum moribus, quarum gustum si probaueris, post hæc huiusmodi mittere
non uerecundabor. Malo enim senilibus uerbis de supernis rebus allucinari tecum
quod græce dicunt ἀδολεσχίαις μεγαλείαις περὶ τῶν ἄνω ἀδολεσχεῖσθαι, ut enitente Re
becca futuræ ecclesiæ animo uidens mysteria, malo inquam allucinari tecum uerbis
senilibus, ne uidear artem desisse, quàm concitationibus deflare aliquid iam nec stu
dijs nostris aptum nec uiribus. Vale & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianum, rationem huic quæstioni reddētis, Cur prius
omnia uel uolatilia uel terrestria uel quæ in aquis sunt producta fuerint, q̄ hō pro
pter quem cuncta illa creata sunt formaretur. Epistola. XXXVIII.

AMBROSIVS Horontiano. Moueri te insinuasti mihi lecto hexae
mero quod ipse scripsi, Quia cum tantum diuinæ scripturæ serie uel sti
lo sermonis mei collatum aduerteres homini quantum nulli in hac ter
ra animātium, prius omnia uel uolatilia, uel terrestria, uel quæ in aquis
sunt produxerit terra uel aqua, quàm homo propter quem illa creata sunt genera
retur, Eiusq; rei rationem de me requirere quam & Moyses siluerit, & ego non au
sim attingere. Et forte ille oraculi interpres diuini consilio conticuerit, ne cœlestis di
spositionis arbitrum se & cōsiliarium præstare uideretur. Aliud est enim loqui qđ
infundebatur à dei spiritu, aliud uoluntatem dei interpretari. Nos autem nō quasi
interpretes dei, sed quasi ex usu humano rationis seminaria colligentes, existima
mus posse nos ex eo quod humano usui in cæteris rebus ipse dominus infuderit, Matt. 22.
B opinari, quoniam decuit hominem postremum creari. Etenim qui cōuiuium ador
nat, ut ille euangelicus diues (oportet enim diuina diuinis conferamus, quo melius
colligere possimus) utiq; omnia prius præparat, tauros & saginata occidit, & tunc
amicos ad cœnam inuitat. Prius ergo quæ leuiora sunt parantur, & tūc rogatur ho
noratior. Vnde & dominus homini ante animalium cæterorum præparauit epu
las, tunc ipsum quasi amicum ad suum uocauit conuiuium. Et uere amicum quasi
charitatis diuinæ participem & hæredem gloriæ. Denicq; ipse dicit: Amice quomo
do huc ueniſti ad nuptias? Præcedentia ergo ministeria sunt, amicusq; postremus
rogatur. Accipe aliud. Quid est mundus nisi quidam agon plenus certaminum?
Vnde & in Apocalypsi dominus ait: Vincenti dabo coronam uitæ. Et Paulus ait:
Certamen bonum certaui. Et alibi: Nemo nisi qui legitime certauerit coronatur.
Huius agonis instaurator utiq; omnipotēs deus est. Qui igitur agonem suscipit in
hoc seculo, nónne omnia præparat quæ agoni sunt necessaria, & tunc Athletas uo
cat paratis præmiorum insulis certaturos ad coronam, ne moram patiatur qui uice
rit, sed præmio donatus recedat? Præmia ergo hominis, terrarum fructus sunt &
cœli lumina. Illa ad uitæ præsentis usum, hæc ad spem uitæ æternæ. Quasi athleta
igitur postremus ingreditur in agonem, erigit ad cœlum oculos, uidet quia & cœle
stis creatura uanitati subiecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe.
Videt quia omnis creatura congemiscit expectans redemptionem. Videt quia o Rom. 8.
mnis manet labor, erigit oculos, uidet coronas luminum, lunæ & stellarum globos
considerat. Quoniam iusti qui uicerint, erunt sicut stellæ in cœlo. Et castigat corpus
suum, ne sibi aduersetur in certamine, ungit oleo misericordiæ, exercet diurna uirtu
tis palæstra, puluere se oblinit, stadij, currit nō quasi in incertum, ictus dirigit, lacer

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tos excutit,sed non inuacuum,percutit aduersarium quẽ nõ uidet,quia illum solum attendit,cui cedunt omnes etiam qui non uidentur,in cuius nomine potestates aë reæ diuerberantur. Ille ergo ictum librat,& Christus percutit. Ille calcem leuat, & Christus in uulnus dirigit. Denicꝙ & si non uidebat Paulus quos cæderet,non qua si aëra tamen cædebat, quia in Christi prædicatione omnes spirituales nequicias quæ sibi aduersabantur conuulnerabat. Non immerito ergo postremus homo ingressus est stadium,cui parabatur corona,ut eum præcederet cœlum,quasi sui præmium. Sed non solum aduersus nequiciæ spiritualia quæ sunt in cœlestibus, sed etiam aduersus carnem & sanguinem lucta nobis,lucta aduersus satietatem, lucta cum ipsis frugibus terræ,lucta cum uino quo etiam iustus inebriatus est, quo etiam integer Iudæorum exercitus supplantatus est: Lucta cum feris bestijs, lucta cum uolatilibus cœli,quibus caro saginata non redigitur in seruitutem. Lucta cum periculis itinerum,periculis fluminum,ut ait Paulus: Lucta cum uirgultis arborum quibus cædebantur Apostoli. Vides quanta certamina. Terra ergo exercitium est hominis,cœlum corona. Aut quasi amicum igitur præcedere debuerunt ministeria,aut quasi athletam corona & præmia. Specta aliud. In omnibus rebus præstantiora sunt principia & finis. Si domum consideres, potiora omnibus fundamenta & culmina,si agrum,satio & messis,plantatio & uindemia. Quàm iocunda insitiua arborum,quàm fructus uotiui. Ita ergo & cœlum primo est conditum, nouissimus homo quasi quædam cœlestis in terris creatura. Nam & si corpore cum bestijs confertur,animo tamen cœlestibus annumeratur. Sicut enim portauimus imaginem D terreni,ita portemus & imaginem cœlestis. Quomodo non cœlestis qui ad imaginem & similitudinem factus est dei? Recte ergo in constitutione mundi, primum cœlum & nouissimum cœlum,in quo quod ultra cœlum est, deus cœli est. Denicꝙ de eo magis accipitur: Cœlum mihi thronus. Non enim deus supra elementum sedet sed in corde hominis. Vnde & dominus ait: Veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus. Principium ergo operis mundani cœlum,finis homo. Cœlum de mundo,homo supra mundum. Illud enim mundi portio, iste paradisi incola, Christi possessio. Cœlum incorruptibile putatur & præterit,homo corruptibilis habetur & incorruptionem induit. Illius figura perit,iste quasi immortalis resurgit. Vtrunꝙ tamen manus domini fecerunt secundum scripturæ autoritatem. Sicut enim de cœlis legimus: Et opera manuum tuarum sunt cœli,ita & homo dicit: Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me. Similiter quoꝙ enarrant dei gloriam,& ut cœlum stellarum fulget splendoribus,ita & homines meritorum luminibus micant,quorum opera coram patre suo lucent,qui est in cœlis. Firmamentum cœli super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Illud firmamentum elementorum,hoc uirtutum. Iam illud præstantius fuxerũt oleum de firma petra. Petra enim caro Christi,quæ cœlum & totum mundum redemit. Quid illa attexam, & quasi toto stadio te urgeam,quod hominem deus diuinæ fecit consortem naturæ,sicut in epistola Petri legimus. Vnde non immerito quidam ait: Cuius & genus sumus. Dedit enim nobis de cognatione sua rationabilis scilicet naturæ, ut quæramus illud diuinum quod nõ longe est ab unoquoꝙ nostrum,in quo & uiuimus & sumus & mouemur. Cum itaqꝙ contulisset homini quod est gratiarum maximũ,quasi charissimo &

Ephe.6.
2.Cor.11.
1.Cor.15.
Ioan.14.
Psal.101.
Psal.118.
Matt.16.
2.Pet.1
Act.17.

A mo & domestico animanti concessit ea quæ in hoc mundo sunt omnia, ut nullius indigeret quod esset necessarium uel ad uitam uel ad bonam uitam. Quorum alia ministraret abundantia copiarum terrestrium ad uoluntatis perfunctionem, alia cognitio secretorum cœlestium,quæ mentem inflammaret hominis amore & desiderio disciplinarum, per quas ad sublime illud diuinorum penetralium possimus peruenire. Vtrunꝙ igitur præstantissimum,ut & subiectas haberet omnes mundi opes,omnia uolatilia terrestria,etiam pisces & usum maris,tanquam rex elemento tum, ac sine labore, sine indigentia,ad imitationem & similitudinem uenerandi autoris abundaret omnibus,atꝙ in summa degeret copia: & uias sibi aperiret graduscꝙ admoueret,per quos ad cœli ascendat regiam. Cuius difficilis itineris uiatorem nõ facile reperies,illum uirum qui ita sit animi inductione formatus ac uoluntate,ut minima sibi cum suo corpore sit familiaritas, neꝙ in ullum ingrediatur uitiorum contubernium,nullis assentatiũm pumicetur sermonibus. Neꝙ in rotis secundorum temporum positus humiles fastidiat,mœsta fugiat, sanctorum laudes excutiat atꝙ eleuet. Neꝙ gloriæ ardore aut pecuniæ præsumptæ spei omnem exurat cupiditatem. Cuius animum non inflectat mœsticia,non frangat iniuria, nulla sollicitet suspitio,libido non exagitet,non expugnent passiones corporis, non inquiet uanitatum appetentia,uoluptatum gratia. Iam si adiungas ei uirtutes,castimoniam,sobrietatem ac temperantiam, facile refrenare potẽs sit immoderatos impetus leuium passionum, mensuramcꝙ imponat delectationibus suis & cupiditatibus. Æquitate ambigua distinguat,tranquillitate mentis dubia componat. Et ue- B lut compositis omnibus corporis & mentis iurgijs quasi bonus arbiter inoffensam teneat exterioris hominis atꝙ interioris concordiam,placidans eos in semetipso,ac si causa exigat,nullus eum malus consiliarius reuocet metus à passionis corona. Is planè non solum quasi amicus,sed etiam quasi filius assumetur à patre, ut diuitias gloriæ & hæreditatis eius adipiscatur. Merito ergo postremus quasi finis naturæ formatus ad iusticiam inter cætera animantia iusti arbiter. Et si licet exemplum arcessere,sicut inter homines finis legis Christus ad iusticiam omni credenti, & nos tanquam iumenta contemplatione domini. Sic enim propheta ait: κτηνώδης ἐγενήθην πρὸς σέ id est, iumentum existimatus sum apud te. Et quæ tamen comparatio, cum ille pereuntes redemerit,nos immolemus. Ille seruos ad libertatem uocauerit, nos liberis irrogemus captiuitatem? Sed quis similis deo processit? Tamen postremus creaturarum omnium homo,specie gratus,mente sublimis, ut omni esset creaturæ miraculo. In quo ad similitudinem æterni dei νοῦς esset inuisibilis,humana specie amictus. Hinc est νοῦς animæ uigor,principatum animæ & corporis sibi quasi rector uendicans. Quem etiam si non uident animalia cætera,tamen reformidant,sicut nos deum, quem quia non uidemus timemus, & eo plus metuimus, quia non uidemus. Nanꝙ ut ad imaginem eius & similitudinem, sicut scriptum est, præsumamus dicere,cum ille se fundat maiestatis suæ plenitudine, & uideat omnia, cœlum,aërem,terram, mare, complectens uniuersa & penetrans per singula, ut eum nihil prætereat,& nihil sit quod non consistat in eo,atꝙ ex ipso pendeat, & ipsius plenum sit,sicut ipse ait: Cœlum & terram ego compleo,dicit dominus: Ita νοῦς hominis uidet omnia & non uidetur, habens sui inuisibilem substantiam, disciplinis & consilijs ac sensibus comprehendit latẽtia, penetrat occulta maris, atꝙ omnium

Rom.10.
Psal.72.
Hiere.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C diffusa terrarũ latibula utriusq; scrutator naturæ,ad similitudinẽ dei summi,quem imitatur & sequitur,cuius imago pro exiguis portionibus in singulis figuratur. Ele uans quoq; se in aërem,& eius nubilosa prætergrediens,ad cœli alta se dirigit, stu dio cognitionis & ardore sapientiæ:ubi paulisper stupefactus admiratione stella rum cœlestium,& luminum delectatus claritate,prospiciens desuper mũdana ista, conferens quoq; se ad heiperum atq; arcturum & cæteros illos ἀπλανεῖς πλανήτας, & uidens quod inoffensus ille sit error,quem sine errore,quo magis omnia obeant, intexere atq; oberrare uideantur,maiore se cupiditate attollit ad ipsum gremium patris,in quo est unigenitus dei filius enarrans secreta dei,& facie ad faciem postea reuelanda.Hunc tamen quibus dignatur,ex parte demonstrat atq; in ænigmate, simulq; de spiritu & uultu suo spendorem luminis,more torrẽtis effundit,ut eo illu
Psal.16. minatus dicat:Et erat ignis flammigerãs in ossibus meis, & dissolutus sum undiq; & ferre non possum.Et Dauid ait:De uultu tuo iudicium meum prodeat.Hoc igi tur mentis uigore,ut reuertar unde digressus sum,quo & externa subigit,& separa ta & distantia uidet,& ualidiora uiribus animalia subijcit, tantam cæteris uenera tionem sui infundit,ut certatim quasi regi obediant,uoci eius obsecundent.Et cum sint irrationabilia,rationem agnoscant,& disciplinam eam imprimat quam natu ra non tribuit.Deniq; uidentes feræ eius mansuetudinẽ,eius imperio mansuescunt. Sæpe suspenderunt morsus suos reuocãte sono uocis humanæ. Videmus innoxio canum dentes lepores sine uulnere capi. Leones quoq; ipsos si uox hominis resulta uerit,prædam dimittere.Pardos atq; ursos incitari ac reuocari uocibus:equos plau
D su hominum fremere,silentio mollire cursum.Deniq; sæpe sine uerbere prætereunt uerberatos.Ita uehementius illos incitat linguæ flagellum. Quid uero de muneri bus loquar? Nutrit aries uellera ut placeat homini,atq; in fluuio mersatur, ut nito rem augeat. Oues quoque meliora pabula legunt,ut suauiore succo lactis fœta di stendant ubera, subeunt partus dolores, ut homini sua munera ferant. Tauri de presso sulcis per totum diem aratro gemunt.Cameli præter subeundi oneris obse quia tondendos se exhibent ut arietes, quo uelut regi diuersa animalia tributum suum cõferant pendantq; uectigal annuum.Equus tanto se iactans equite,glome rat gressus superbos,atq; ad domini ascensum dorsa sinuatus herili terga subster nit sedili.Sed ne forte adhuc moueat quod nouissimus homo factus sit, idẽ equus nos doceat non ad contemptionem referendum esse,sed honorem.Portat posteri orem suum,nec despicit, sed reformidat, & per diuersa eum suo circumfert labore. Vno momento homo longinqua obit,circumerrat distantia,tum equis singulari bus,tum quadrigis triumphalibus. Et quoniam triumphales memorauí quadri gas,necesse est attexam ijs currus Heliæ,quibus per aëra uectus est. Currus elephã torum,quibus homo uictor assistẽs,cum sit postremus,priores regit. Sic quoq; gu bernator nauis in puppi sedet,& totã nauem gubernat. Vnde puto illud non ocio sum esse in euangelio quod dominus Iesus in puppi dormiebat, deniq; excitatus imperauit uento & mari,& sedauit tempestatem, ostendens ideo se nouissimum
1.Cor.15 uenisse, quia gubernator ueniret. Vnde Apostolus ait: Factus est primus homo Adam in animam uiuentem,nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. Sed nõ prius quod spirituale est,sed quod animale,deinde quod spirituale. Et addidit: Pri mus homo de terra terrenus,secundus homo de cœlo cœlestis.Recte ergo nouissi

mus

A mus quasi totius summa operis,quasi causa mundi,propter quẽ facta omnia,qua si omnium habitator elementorum inter feras uiuit,cum piscibus natat,super aues uolat,conuersatur cum angelis, terram inhabitat, & cœlo militat, sulcat mare, aëre pascitur,cultor soli,uiator profundi,piscator in fluctibus,in aëre auceps,in cœlo hæ res,Christi cohæres.Hæc secundum industriam . Accipe etiam quod supra homi nis substantiam.Moyses in imo ambulauit mari,in summo Apostoli. Abachuc si ne pennis uolauit. Helias in terris uicit, & in cœlo triumphauit. Vale fili,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianum,de diuisione prophetica quæ operatorẽ atq; opera distinxit.Ratione quoq; sex dierum quibus factus est mundus, & mysterio septimi atq; octaui numeri subtiliter differentis. Epistola. XXXIX.

AMBROSIVS Horontiano. Diuisionem egregie aduertisti prophe ticam uel potius diuinam.Non enim sua Moyses,sed infusa & reuela ta sibi scripsit,ea præcipue quæ sunt de constitutione mundi,quæ diui sio operatorem atq; opera distinxit. Nam cũ aliud impassibile esset, aliud passionis receptabile,quod erat impassibile,ad deũ operatorem retulit: quod autem passibile,sine anima,sine motu proprio, motum & animã & figuram à crea tore accipiens suo,deputauit huic mundo.Quem factum non oportuit sine guber natore & quodam patre indefensum relinqui. Et ideo inuisibilem deum uisibilis huius mundi rectorem esse & quasi tutorem,apertissime describit.Quod ergo inui
B sibile sempiternum,quod autem uidetur temporale.Sex itaq; diebus factum mun dum exprimit,non quo deus tempore indiguerit ad constitutionem eius, cui intra momentum suppetit facere quæ uelit,Dixit enim & facta sunt,Sed quia ea quæ fi unt, ordinem quærunt. Ordo autem tempus & numerum plerunq; exigit. Illud quoq; præcipue,quoniam nobis ad operandum formam daturus, numerum die rum seruauit & tempora.Nos enim tempore indigemus,ut aliquid maturius aga mus,ne præcipitemus consilia atq; opera nostra,ne ordinẽ prætermittamus.Cum enim dominum legimus,ut scriptura ostendit,cum sapientia & quodam consilio & dispositione fecisse & ordine,ut primo cœlum faceret quod est pulcherrimum,opor tet ut eò primum oculos erigamus,illò nobis cõtendendum esse arbitremur, illam sedem terrenis omnibus præferendam putemus. Sex itaq; diebus mundum crea uit,septimo die requieuit ab operibus suis.Bonus septimus numerus,quem nõ Py thagorico & cæterorum philosophorum more tractamus, sed secundum formam & diuisiones gratiæ spiritualis.Septem enim uirtutes principales sancti spiritus pro pheta Esaias complexus est.Hæc hebdomas sicut ipsa patris & filij & spiritussan cti uenerabilis trinitas,sine tempore,sine ordine,autor numeri,non sub numeri le ge deuincta.Itaq; sicut ad æternæ trinitatis gratiam,cœlum,terram, maria forma ta,sicut sol,luna & stellæ,ita etiam ad illum septenarium uirtutum spiritualium cir cuitum atq; orbem operationis diuinæ uigore præstãtem,septenarium quoddam ministerium planetarum creatum aduertimus, quo hic mundus illuminatur.Qua rum concurrere fertur militia ad earum numerum quas inerrabiles ferunt stellas, & ut Græci dicunt ἀπλανεῖς.Septentrio quoq; inde latine nomen accepit quod se ptem in eo fulgor stellarum irradiet,in quem maxime gubernatores quasi ducem

Universidad de Deusto
Biblioteca

C feruntur intendere. Descēdit hæc de cœlo in terras prærogatiua. Nam ut transeam
septiformem capitis nostri gratiam in oculis duobus, auribus & naribus binis, ore
quoq; per qd̄ magnā suauitatē ꝓcipimus, quantū istud miraculi q; septimo mense
in plerisq; origo legitima format, & qui fuerit æditus, uitalis generationis curricula
sortitur. Octauo aūt mense interdicta naturali lege pariendi cernimus tēpora, ac si
forte letalis necessitas partus claustra laxauerit, periculum pariter generātis prope-
retur & pignoris. Sed tñ ille septimanus, & si bene nascat, ad labores nascit, qui aūt
octaua die regenerationis sortitur mysteria, consecrat per gratiam, & ad hæredita
tem regni cœlestis uocatur. Magna in uirtutibus spiritussancti hebdomadis gratia,
eadem tñ hebdomadem sonat, ogdoen consecrat, in illa sonus, in ista fructus est,
ideoq; octauo die soluta paradiso reddidit spiritus gratia, quos extorres sua fece-
rat culpa. Nouit ogdoēn istam quam octauam latine dicimus, uetus testamētum,
Eccl. 11 siquidem ait Ecclesiastes: Da partem illis septem, & illis quidem octo. Hebdomas
ueteris testamēti est, octaua noui, qñ Christus resurrexit, & dies omnibus nouæ sa
Psal. 117. lutis illuxit. Ille dies, de quo ait Propheta: Hic dies quem fecit dñs, exultemus & læ
temur in eo, quo die se fulgor plenæ atq; perfectæ circuncisionis humanis pectori-
bus infudit. Propterea & uetus testamētum dedit partem octauæ in circuncisionis
solennitate. Sed illa adhuc in umbra latebat. Venit sol iusticiæ, & consummatione
passionis propriæ reuelauit sui luminis radios, quos retexit omnibus & uitæ clarita
tem aperuit æternæ. Isti ergo sunt septem & octo, de quibus & Osee dicit, q; eo nu
Osee. 3. mero conduxerit sibi, & acquisierit fidei plenitudinem: Sic em̄ habes: Et abñ & con
D duxi mihi quindecim argēteis, & choro ordei & semichoro ordei & neuel uini. Con
ducendam aūt ei meretricem dñs præceperat. In superioribus itaq; manifestū est,
q; conduxit eam, qui etiam mercedis quantitatem expressit. Quindecim autem ar-
gentei ex septem & octo constant, hebdomadam itaq; & octauam significāt. Duo
rum igitur testamentorum, id est, plenæ fidei precio, prophetia cōsummationem ac
cepit fidei, ecclesia plenitudinem. Primo enim testamento Israēl acquisitus est popu
lus, secundo nationum & gentium. Fide ergo plena conducitur meretrix, uel ex gen
tibus copulam sui quærēs, uel ex adultero Iudæorum populo, qui dñm suum & au
torem uirginalis fidei dereliquerat, conuentus suos totius orbis spacio diffundens.
Quod aūt dixit, in choro & in semichoro ordei. In choro mensuræ plenitudo est,
in semichoro semiplena mensura. Plenitudo in euangelio, semiperfectio in lege. Si
Matt. 5. cut legimus dicente dño: Non ueni legem soluere sed implere. Et alibi habemus di
Mich. 5. cente dño per Michæam prophetam: Quia tunc pax erit in terra Israēl, cum uene-
rit Assyrius in terram eius, & insurrexerint in eum septem pastores & octo morsus
hominum. Tūc enim plena pax est fideli populo ab omnibus tentationibus & ua
nitatibus absoluto, cum mundi huius uanitatē excluserint de cordibus nostris pax
& gratia. Pax ueteris, gratia noui testamēti. Septem pastores, præcepta legis sunt,
quibus grex adhuc quasi irrationabilis in uirga Moysi per desertum ductus & gu-
bernatus est. Octo morsus hominum, mandata euāgelij & dominici oris alloquia.
Corde enim creditur ad iusticiam, ore confessio fit ad salutem. Boni morsus, per
quos uitæ æternæ munus gustauimus, peccatorum remissionem in Christi corpo-
re deuorantes. In ueteri testamento amarus morsus est mortis, propterea dictum
est: Deuorauit mors prævalens. In nouo testamento suauis morsus est uitæ, quæ

A mortem absorbuit. Propterea apostolus ait. Deuorata est mors in uictoria sua. Vbi
est mors uictoria tua? ubi est mors aculeus tuus? Atq; ut apostolicis utamur testi- Heb. 4.
monijs, ubi hominem fecit deus, requieuit ab omnibus operibus suis i die septima.
Sed quia populus Iudæorum per contumaciā contēpsit mandata dei sui, ait domi-
nus: Si introibunt in requiem meam. Et ideo aliam deus præfiniuit diem, de qua di
cit: Hodie si uocem meam audieritis. Duos enim dies comprehendit scriptura gene
rales. Heri & hodie. De quibus dicit, Imitamini fidē Iesu Christi, heri & hodie, ipse
est in secula. In superiore die promissio est, in cōsequenti solutio. Sed quia hesterna
die neq; Moyses neq; Iesus Naue populū induxit in requiem, hodierna die Chri-
stus induxit, cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per suam enim resurrectionem Ie- Psal. 2.
sus populo requiem comparauit. Requies enim in cœlo nō in terra est. Requies no-
stra dominus est Iesus, qui ait: Hodie mecum eris in paradiso. Quid igitur opus est, Luc. 23.
ut explorem ortus signorum atq; obitus, quorum ad exortum duris inarata uome
ribus findātur noualia, uel ad occasum læta messis recumbat? Vna mihi stella abū-
dat pro omnibus, stella splendida & matutina, cuius ad exortum seminata est non
frugum sed martyrum seges, quando Rachel plorauit filios suos, ut lachrymis ablu
tos suis pro Christo offerret infantulos: cuius stellæ obitus non cremiorum insensi-
bilium sed spirantium defunctorum triumphales manipulos de tumulis resuscita-
uit. Celebretur itaq; hebdomas, eo quod per septem ætatum cursus uita homi-
num usq; ad senectutem trāscurritur, sicut Hippocrates medicinæ magister scriptis
explicuit suis. Prima ætas infantia est, secunda puericia, tertia adolescentia, quarta
B iuuentus, quinta uirilis ætas, sexta æui maturitas, septima senectus. Est ergo infans,
puer, adolescens, iuuenis, uir, ueteranus, senex. Solon autem decem fecit ætatum or
dines per annos septenos, ita ut prima ætas infantiæ usq; ad emissionem sit den-
tium, quibus conficiat cibum, sermonemq; distinguat, ut possit effabilis uideri. Pue
ritia quoq; usque ad annos pubertatis procedit & genitalia tentamēta. Adolescētia
usque ad barbæ lanuginē. Iuuēta, usq; ad pfectæ uirtutis processum. Quinta ætas
uirilis est, apta copulis coniugalibus p̄ totā hebdomadā. Sexta quoque hebdomas
uirili deputatur ætati & ad prudentiæ processum habili & ad agendum strenue. Se
ptima quoque hebdomas & octaua æui maturum, & sensum uigentem, & sermonē
non insuauis alloquij gratia præditum produnt. Nona hebdomas reliquias adhuc
habet aliquas uirium, lingua ac sapientia mollior. Decima uero hebdomas mēsurā
implet, ad quam is qui peruenire potuerit, nō immaturo temporum cursu pulsabit
mortis fera uestibula. Ergo Hippocrates & Solon uel septem ætates uel hebdoma-
das ætatum norunt, in illis se hebdomas præferat. Octaua autem unam & perpe-
tuā ætatem inuehit, qua excrescimus in uirum perfectum in agnitione dei fidei ple-
nitudine, in qua legitimæ ætatis mensura impletur. Est etiam in uisceribus nostris
hebdomadis explorata gratia. Ferunt enim septem quoque esse in nobis interiora
uiscera, stomachum, cor, pulmonem, lien, epar, renes duos. Septem quoque exterio-
ra, caput, posteriora, uentrem, binas manus, & binos pedes. Præstantissima hæc, sed
obnoxia dolori. Quis autem dubitet maius esse octauæ munus quæ totum reno-
uauit hominem, ut iam nihil possit dolere? Itaque septima mundi ætas cōclusa est,
octaua illuxit gratia, quæ fecit hominem iam non huius mundi esse sed supra mun
dum. Iam em̄ non uitam nostrā sed Christum uiuimus. Nobis em̄ uiuere Christus Philip. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & mori lucrũ. Itaq; iam non in carne ſed in fide uiuimus Chriſti. Vnde colligimus quia concluſus eſt mundi dies. Denicq; nouiſſima hora uenit dominus Ieſus, & pro nobis mortuus eſt, & omnes in illo mortui ſumus ut uiuamus deo. Non ergo nos qui eramus uiuimus, ſed uiuit Chriſtus in nobis. Abijt ergo hebdomas, uenit octaua. Abijt heri, uenit hodie, illud hodie quod promiſſum eſt, quo admoniti ſumus uocem dei audiendam & ſequendam. Abijt ergo ille dies teſtamenti ueteris, uenit dies nouus, quo teſtamentum conſummatum eſt nouum, de quo dicit: Ecce
Hierem.31 Hebr.8. dies ueniunt dicit dominus, & confirmabo domui Iſraël & domui Iudæ teſtamentum nouum, non ſecundum teſtamentum quod feci patribus illorum in die qua apprehendi manus ipſorum educere illos de terra Ægypti. Et qua ratione mutatum ſit teſtamentum, adijcit: Quoniam ipſi non manſerunt, inquit, in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Abierunt ſacerdotes legis, legis tribunalia. Accedamus ad ſacerdotem nouum, ad ſedem gratiæ, uiſitatorem animarum noſtrarum, ſacerdotem non ſecundum legem mandati carnalis creatum, ſed ſecũdum uirtutem infatigabilem electum. Non enim ipſe ſibi honorem prærripuit, ſed electus à patre eſt, ſicut ipſe pater ait: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem
Pſal.109 Hebr.9 Melchiſedech. Nouus ergo ſacerdos, uidemus quid obtulerit? Alij ſacerdotes pro ſe offerebant & pro populo ſuo, hic quia non habuit peccatum, ut pro ſe offerret, pro uniuerſo mundo ſe obtulit, & per ſanguinem ſuum intrauit in ſancta ſanctorum. Hic eſt ergo ſacerdos nouus, & noua hoſtia, non ex lege, ſed ſupra legem: ad-
uocatus mundi, lux ſeculi, qui dixit: Ecce uenio & uenit. Ad quẽ accedamus in abun
D dantia fidei, adorantes & obſecrantes & ſperantes in eum, quem non uidemus oculis, ſed affectu tenemus, cui eſt omnis honor ſemper & gloria. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Sabinum, libellos illi mittentis atq; rogantis, ut ſcrutanter diſcutiat, & quæ corrigenda decreuerit, arbitrij ſui iudicio corrigat. Epiſtola XL.

AMBROSIVS Sabino. Remiſiſti mihi libellos, quos tuo iudicio probatiores habebo. Ideo miſi alios non iudicij fauore delectatus, ſed promiſſa à te, & petita à me ueritate illectus. Malo enim tuo corrigatur iudicio, ſi quid mouet, priuſquam foras prodeat, unde iam reuocandi nulla facultas ſit, quàm laudari à te, quod ab alijs reprehendatur. Itaq; arbitrum te eorum quæ poſtulas rogaui. Neq; enim legi à te mea quæ nonnũquam tribuo in uulgus, ſed in tuæ calculum uenire ſententiæ deſideraui. Non erit longi ſubſellij iſta iudicatio & mora, ut dictum eſt antiquitus: Facile eſt tibi de noſtris iudicare. Ego certe huc inuitatu tuo prodeundum putaui, tuum eſt liquido decernere, & ſcrutanter diſcutere quæ corrigas, ne tibi uitio uertant ea quæ nobis potuerunt obrepere. Neſcio quo enim modo præter imprudentiæ caliginem quæ me circumfundit, unumquenq; fallunt ſua ſcripta, & aurem prætereunt, atq; ut filij etiam deformes delectant, ſic etiam ſcriptorem indecores ſermones ſui palpant. Incautius plerunq; aliquid promitur, aliquid accipitur maleuolentius, aliquid exit ambiguum, tum quia alieno examinanda iudicio, non pro noſtra debemus magis quàm pro aliena opinione trutinare, & diſcutere omnes ſcrupulos maleuolentiæ. Aſſume igitur benuolo animo aurem uerſutiæ, & pertracta omnia, ſermones uentila, ſi in

A ijs non forenſes blanditiæ & ſuaſoria uerba, ſed fidei ſynceritas eſt & cõfeſſionis ſobrietas. Notã appone ad uerbũ dubij põderis & fallacis ſtateræ, ne quid pro ſe eſſe aduerſarius interpretetur. Eſto ut reuincat ſi congredi cœperit, male ſe habet liber qui ſine aſſertore non defenditur. Ipſe igitur pro ſe loquatur, qui procedit ſine interprete. Habetur hic tamẽ, non egredietur à nobis, niſi à te acceperit autoritatem. Itaq; cum eum fide tua prodire iuſſeris, cõmittetur ſibi. Tamen quoniam nõ in ſermo- 1.Cor.4.
ne eſt regnum dei, ſed in uirtute, uerbum ſi offenderit, uirtutẽ profeſſionis interrogato. Profeſſio autem fidei ſententia eſt, quam aduerſum Sabellianos & Arrianos ita à maioribus traditã tenemus, ut patrẽ deum & filium eius unigenitũ & ſpiritum ſanctum ueneremur, hanc trinitatem unius eſſe ſubſtantiæ, maieſtatis, diuinitatis. In hoc nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizare nos, quemadmodũ ſcriptum eſt: Filium itaq; coæternum patris ſuſcepiſſe carnẽ, natũ de ſpiritu ſancto & uirgine Maria, æqualem patri ſecundum diuinitatẽ in dei forma, id eſt, in omni ple
nitudine diuinitatis, quæ in illo habitat, ut dixit apoſtolus, corporaliter, qui in perſo Col.2.
na hominis formam ſerui accepit, & ſe humiliauit uſq; ad mortẽ. Ergo & aduerſus Philip.2.
Photinum hæc nobis ſententia eſt: Aduerſus Apollinarem autem legitima circunſpectio, ut cõfiteamur ſicut in dei forma nihil ei defuit diuiæ naturæ & plenitudinis, ſic in illa forma hominis nihil ei defuiſſe, quo imperfectus homo iudicaretur, q ideo uenit ut totũ hominẽ ſaluum faceret. Neq; enim decebat ut qui perfectum opus in alijs cõſummauerat, hoc imperfectum in ſe eſſe pateretur. Si enim aliquid ei defuit, non totum redemit, ſi non totum redemit, fefellit igitur qui dixit, ideo ſe ueniſſe ut
B totum hominem ſaluũ faceret. Sed quia impoſſibile eſt mentiri deo, non fefellit ergo: quia ita uenit, ut totum redimeret & ſaluum faceret, totũ utiq; ſuſcepit quod erat humanæ perfectionis. Noſtra ſententia huiuſmodi eſt, ut meminiſti. Si uerba alicubi mouent, non præiudicant fidei. Etenim ſermonem dubium mens non dubia obumbrat, & defendit à lapſu. Hæc tecum præluſimus, quæ in libros noſtrarũ epiſtolarum referam, ſi placet, atq; in numerum reponam, ut tuo commendentur nomine, & tuis ad nos & noſtris ad uos litteris augeatur mutuus amor per dominum, ut ita legas quo iudices, & quod mouerit ſcribas ad me. Amor enim uerus conſtãtia probatur. Placet iam quod ſenibus uſu facilius eſt, quotidiano & familiari ſermone epiſtolas texere, & ſi quid de ſcripturis diuinis obuium inciderit attexere. Vale frater, & dilige amantem tui quia plurimum te diligo.

Diui Ambroſij ad Sabinum, ex eo quod illi complacuit uſus epiſtolarum ſpondẽtis ſe frequentius eum ſcriptis ſuis præſertim cum ſolus ſit uelle alloqui, ſolitudinẽq; plurimum cõmendantis atq; ſuadentis. Epi. XLI.

AMBROSIVS Sabino. Quoniam tibi quoq; complacuit noſtrarũ uſus epiſtolarum, in quibus quidam inter abſentes præſentium ſermo eſt, pergam frequentius te in meis ſcriptis & cum ſolus ſum alloqui. Nunquam enim minus ſolus ſum, quàm cũ ſolus eſſe uideor, nec minus ocioſus cũ q; cũ ocioſus. Certe pro arbitrio arceſſo quos uolo, atq; adiungo mihi quos magis diligo aut quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo, & de ſcripturis confero, & prolixiorem ſimul ſermonem cædimus. Sola erat Maria & loquebatur cum angelo. Sola erat quando ſuperuenit in eam

Universidad de Deusto
Biblioteca

O eam ſpiritus ſanctus,& uirtus altiſſimi obumbrauit eam. Sola erat, & operata eſt
Act.10. mundi ſalutem,& concepit redemptionem uniuerſorum. Solus erat Petrus,& to/
Gen.2. & 3. tum per orbem cõſecrandarum gentium cognouit myſteria. Solus erat Adam,&
non eſt præuaricatus,quia mens eius adhærebat deo. Poſtq; uero ei mulier adiun/
cta eſt,non potuit inhærere mandatis cœleſtibus,& ideo ſe abſcondebat, quando
deus deambulabat in paradiſo.Et nunc deambulat in paradiſo deus,quando diui
nas ſcripturas lego.Paradiſus eſt Geneſis liber, in quo uirtutes pullulant patriar/
charum.Paradiſus Deuteronomium in quo germinant legis præcepta. Paradiſus
euangelium in quo arbor uitæ bonos fructus facit,& æternæ ſpei mandata diffun
Matt.5 dit p uniuerſos populos. Audiens itaq; Diligite inimicos, Audiẽs: Dimitte omnia
Luc.6. tua & ſequere me, Audiẽs: Qui te percutit in maxilla,præbe ei alteram,& hæc non
faciens,& uix diligens eum qui me diligat,non dimittens quæ habeo, iniuriam ac/
ceptam ulciſci uolens,& ſublatum mihi extorquere,cum ſcriptura dicat etiam aliud
id eſt,plus quàm petitum aut ereptum eſt,concedendum,uideo me contra manda
ta dei facere.Et aperiens oculos conſcientiæ deambulare mihi deum præſentem re/
cognoſco,cupio me abdere,cupio uelare, ſed nudus ſum deo, apud quem nuda &
intecta ſunt omnia.Erubeſcens itaq; tegere pudenda facinora deſidero,quaſi mem
bra mei corporis,ſed quia deus omnia uidet,foliis obumbratus,latebris tectus ap
pareo.Puto me abſcondi,quia corpore amictus ſum. Ipſa eſt tunica pellicea cum
qua Adam de paradiſo eiectus eſt, nec à frigore tutus nec tectus ab opprobrio,
ſed & iniuriæ & culpæ patens. Liquet igitur ex his quia ſoli cum ſumus, tunc nos
D offerimus deo,tunc mentem ei noſtram aperimus, tũc amictum fraudis exuimus.
Solus erat Adam,quando in paradiſo conſtitutus eſt,ſolus erat & quando ad ima
ginem dei factus eſt,ſed non erat ſolus quando de paradiſo eiectus eſt. Solus erat
dominus Ieſus quando mũdum redemit.Non enim legatus neq; nuncius,ſed ipſe
dominus ſolus ſaluum fecit populum ſuum.Et ſi nunquam ſolus eſt ille, in quo pa
ter eſt ſemper. Vnde & nos ſoli ſimus,ut dominus nobiſcum ſit. Vale & nos dili
ge,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Sabinum,de paradiſo quid alij ſenſerint referentis,& quæ ſua de myſtico paradiſo ſit ſententia,pulchra expoſitione declarantis. Epiſtola. XLII.

AMBROSIVS Sabino. Lecto hexaemero utrum paradiſum ſub/
texuerim,requirendum putaſti,& quam de eo haberem ſententiam ſi
gnificandum,idq; uelle te ſtudioſe cognoſcere. Ego autem iam dudũ
de eo ſcripſi,nondum ueteranus ſacerdos.Sententias autem de eo di/
uerſas eſſe plurimorum comperi. Nam Ioſephus utpote hiſtoriographus locum
dicit refertum arboribus uirgultiſq; plurimis, irrigari etiam flumine qui diuidatur
in quatuor fluuios.Collecta etenim in unum congregatione aquarum non ſe peni
tus exinaniuit terra & fraudauit irriguis ſuis,ſed hodieq; in fontes prorumpit & de
ducit meatus fluminum,quibus pignora ſua quaſi pia mater plenis lactat uberi/
bus. Alij alias.Omnes tamen congruunt in paradiſo & lignum uitæ radicatum,&
lignum ſcientiæ quæ diſcernat bonum & malum,cætera quoq; ligna plena uigoris,
plena uiuificatiõis ſpirantia & rationabilia.Ex quibus colligitur paradiſum ipſum
non

A non terrenum uideri poſſe, non in ſolo aliquo, ſed in noſtro principali quod ani/
matur & uiuificat animæ uirtutibus & infuſione ſpũs dei. Denicq; Salomon in ſpi
ritu paradiſum,in homine eſſe euidenter declarauit. Et quia myſteria exprimit uel
animæ & uerbi uel Chriſti & eccleſiæ, ideo ait, de uirgine anima uel eccleſia quam
uolebat uirginem caſtam aſſignare Chriſto,Paradiſus cõcluſus ſoror mea ſponſa, Can.4.
paradiſus concluſus, fons ſignatus. Paradiſus græce, latine hortus dicitur. Denicq; Dan.13.
Suſanna in paradiſo erat,& ſic legitur latine. Et Adam in paradiſo erat, & ſic legi/ Gen.2.
mus.Ergo non te moueat quod alij codices latini hortum habent, alij paradiſum.
Ibi ergo eſt caſta uxor, ubi uirgo.Licet uirgo excepta habeat clauſtra & ſignacula
ſua,ſed utraq; in parãdiſo,ut aduerſum æſtus corporis & carnis flagrantiam refri/
geretur uirtutum umbraculis.Ergo paradiſus in principali noſtro eſt, ſylueſcẽs plu
rimarum opinionum plantariis,in quo principaliter lignum uitæ cõſtituit deus, id
eſt,pietatis radicem.Ea eſt em̃ uitæ nr̃æ ſubſtantia,ſi domino & deo noſtro de/
bitos cultus deferamus. Conſtituit etiam ſcientiæ boni & mali ſeminarium. Homo
enim ſolus in cæteris animantibus terrenis habet ſciẽtiam boni & mali. Alia quoq;
illic plantaria diuerſa,quorum fructus uirtutes ſunt.Sed quia ſcientiæ capax homi/
nis affectus cognitus eſt deo,quod citius ad aſtutiam inclinaretur, cp̃ ad ſummum
prudentiæ,Neq; em̃ iudicem qui fines certos in anima noſtra conſtituit,operis ſui
qualitas latere poterat: eliminare uoluit aſtutiã de paradiſo, quaſi prouidus autor
noſtræ ſalutis,& uitæ ſtudium & diſciplinã pietatis infundere. Ideoq; præcepit ho
mini ab omni ligno quod eſt in paradiſo,guſtandum,de ligno autem ſcientiæ bo/
B ni & mali non eſſe guſtandum: ſed quia creatura omnis paſſioni obnoxia, ideo de/
lectatio ſicut ſerpentino illapſu humanis irrepſit affectibus. Itaq; nõ immerito ſan
ctus Moyſes delectationem,ſerpentis figurauit ſimilitudini. Prona eſt enim in uen
trem ſicut ſerpens, non pedibus incedẽs,aut ullis eleuata cruribus,ſed ſinuoſo flexu
totius uelut corporis ſui lubrica. Ei terra cibus eſt ſicut ſerpenti, quoniam eſcam ne/
ſcit cœleſtem. Corporalibus enim paſcitur, atq; in uarias mutatur ſpecies cupidita
tum & tortuoſis angulatur anfractibus. Venenum in dẽtibus habet,quibus unuſ/
quiſq; ſe euiſcerat luxurioſus,helluo internecat, abliguritor perimit. Quantos rupe
runt uina,diſſoluit ebrietas,diſtendit cruditas? Nunc intelligo qua cauſa dominus
deus inſufflauit in faciem hominis. Ibi enim ſenſus omnis, ibi ſedes atq; illecebra
delectationis,in oculis,auribus,naribus atq; in ore,ut ſenſus noſtros aduerſus de/
lectationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis, ſicut ſerpens aſtutiam,infudit. Non
enim delectatio,ſed labor & diuturna meditatio,cum dei gratia dat perfectam pru
dentiam. Tamen quia ſerpentis fraudibus inuoluta eſt humani generis hæredi/
tas,in eo aſtutiam ſerpentis ſequamur,ut caput noſtrum non proiiciamus in peri/
cula,ſed præ cæteris integrum cuſtodiamus. Caput autem noſtrum Chriſtus eſt.
Hoc maneat incolume, ut ſerpentis uenena nobis non poſſint nocere. Bona eſt
enim ſapientia cum hæreditate,id eſt,cum fide, quoniam eſt hæreditas credẽtibus
in dñm. Quod ſi primus ille homo qui cum deo loquebat in paradiſo poſitus, labi
tam facile potuit, ex terra creatus uirgine,quæ ad uerbum dei formata & creata re/
centi fuerat exortu,nondum ea paricidali cædiumq; concreta ſanguine, flagitiis &
dedecore polluta, nondum carne noſtra damnata maledicto obnoxiæ hæredita/
tis: quãto facilius poſtea lubrica ad peccandum uia maius aduexit humano ꝯneri
præcipi/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C præcipitium, cum deterior tolerabiliori per uices generationis successerit? Etenim si magnetis lapis tantam naturæ uim habet,ut ferrum ad se trahat, & transfundat se in illius speciem,ita ut pleriſq; experiri uolentibus cum plures anulos ferreos ad eum lapidem admouerint,omnes pari teneat modo,deinde si ei anulo cui adhæsit lapis,alium admoueas anulum,& rursus per ordinem singulis substituas, licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide uis naturæ tamen priores nexu uehementiore constringit,posteriores remissiore,quantomagis humani generis cõditio atq; natura ex puriore statu in deteriorem lapsa est,quãdo nequiorem attigit? Nã si per eas species minuitur natura quæ non sunt culpæ capaces,quantomagis p animos atq; artus labe pollutos scelerum uirtus eius hebetatur? Vnde quia excreuerat malicia,abolita innocentia fuerat,non erat qui faceret bonitatem,non erat usq; ad unum,uenit dominus,qui reformaret naturæ gratiam,immo augeret,ut ubi superabundauit peccatum,superabundaret gratia. Rom.5. Ergo liquet, & quia autor hominis deus,& quod deus unus,non multi dij,sed unus qui mundum operatus est, & unũ non multos mundos,ut dicunt philosophi.Primum igitur mũdum creauit,deinde habitatorem mundi,cui totus mundus patria foret. Nam si hodie quocũq; accesserit sapiens,ubiq; ciuis est,ubiq; sua omnia intelligit,nusquam se peregrinum, nusq; hospitem iudicat, quantomagis ille primus homo totius erat mundi incola, & ut Græci dicunt κοσμοπολίτης, opus dei recens,cõfabulator assiduus,ciuis sanctorum, complantatus uirtutibus,præpositus omnibus terrenis animantibus,marinis, uolatilibus,totum mundum suam possessionem putabat,quem dominus tuebatur ut D opus suum,neq; ut bonus parens atq; autor deserebat? Deniq; eousq; creatum fouit,ut abdicatum redimeret, eliminatum reciperet, mortuum passione filij sui unigeniti resuscitaret. Est ergo hominis autor deus, & diligit opus suum operator bonus, nec derelinquit bonus pater,quem etiam sicut diues paterfamiliâs censu propriæ hæreditatis redemit. Caueamus ergo ne hominem istum, id est ψυχὴν mulier illa,id est passio sensuum nostrorum, delectatione & ipsa decepta atq; illusa effœminet,& circumscriptum in leges suas & sententiam trahat. Fugiamus delectationem sicut serpẽtem,multas artes habet & maxime in hominem. Nam alia animantia cibi auiditate capiuntur,homo quãto plures sensus oculorum auriumq; habet tanto maiora pericula. Vale & nos dilige,ut facis,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Sisynnium,pietatem illius commendãtis, quod filio ignouerit,qui eo inconsulto uxorẽ acceperat. Epistola. XLIII.

AMBROSIVS Sisynnio. Quod filio nostro remisisti meo rogatu,qa te inconsulto uxorem acceperat,pietati magis tribuo cẽ nostro amori. Plus est enim pietatem ipsam de te impetrauisse,cẽ cuiusquam petitionem. Certe sacerdos tunc magis impetrat, cum uirtus prævalet. Sacerdotis enim petitio doctrina pietatis est. Impetrauit igitur natura, impetrauit filius,eo plenius,quia postulati contemplatio temporalis solet esse, uirtutis autem diuturnus habitus,& iugis animarum inductio. Pulchre itaq; gestum,ut te patrem recognosceres:simul quia iusta indignatio fuit,Malo eñ culpam fateri, ut plus laudetur paterna indulgentia: sed & ipsa paterna offensio fuit,quoniam uenturam in locum filiæ tuæ debuisti eligere iudicio cui fieres pater. Nãq; aut natura filios susce-

A pimus aut electione. In natura casus est,in electione iudicium, magisq; in adoptatis offendimus quàm in genitalibus filijs. Quia genitales filios esse degeneres, ad naturam refertur,ascitos uel adoptione uel copula dedecores esse,nõ nisi errori ascribitur.Fuit ergo quod succenseres filio, sed fuit etiam quod remitteres,quia sibi uxorem elegit. Acquisisti filiam sine electionis periculo: si bonam duxit,tibi acquisiuit gratiam:si errauit, recipiendo meliores facies,refutando deteriores. Maturiore quidem cõsilio puella filio à patre traditur, sed maiore obsequij proposito à filio ad patrem ducitur,& à uiro lecta ingreditur soceri domum, dum metuit & filius diuplicite iudicium suum,& nurus ministeriũ. Illum paternæ electionis prærogatiua attollit atq; erigit,istam offensionis humiliat metus,inclinat uerecundia.Non habebit filius quod in uxorẽ referat,quasi exors culpæ,si quid fortasse offensum sit quod habet usus:immo amplius elaborabit,ut in utroq; suum possit probari,& in uxore iudicium & in se obsequium. Feisti igitur quod boni parentes, ut cito ignosceres,sed obsecratus.Nam antequam rogareris,non erat ignoscere,sed factum probare, Deinde diutius differre ueniam,& tibi acerbum,& illis inutile.Neq; enim paterna uiscera diutius tolerare possent. Summæ deuotionis proposito Abraam filium suum secundum oracu lum dei offerebat in holocaustũ, & quasi exors naturæ exerebat gladium,ne mora sacrificium decoloraret: tamen ubi abstinere à filio iussus est, gladiũ libenter recondit,& qui immolare unigenitum fidei intentione properabat, maiore pietatis studio festinauit ouem subrogare sacrificio. Ioseph quoq; ut fratrem iunioB rem teneret, simulabat iracundiam fratribus,& cõpositam à se furti fraudẽ indignatus est:tamen cum aduolueretur ad genua eius unus ex fratribus Iudas, flerent alij, fraterno uictus & compassus affectu,diutius tenere non potuit simulationem seueritatis,remotisq; arbitris aperuit fratribus, quod germani sui essent, & ipse esset Ioseph quem uendidissent:nec se memorem suæ esse iniuriæ,& non fraternæ uenditionis acerbitatem fraterne excusare,atq; id quod posset arguere, ad altiores causas referre,eo quod ita oportuisset fieri procurante deo,ut transiret in Ægyptum qui gentem suam frugis externæ egentem pasceret,ut sterilitatis tempore alendis patri & filijs subsidio foret. Quid autem de sancto Dauid loquar, qui degenerem filiũ & fra- 2. Reg. 14.
terno oblitum sanguine,ad unius mulieris petitionem,paternis uiscer ibus mentem emollitus domo recipit? Ipse ille euangelicus pater adolescentiorem filium qui pro- Luc. 15.
degerat omnem substantiam à patre acceptam uiuendo luxuriose, regredientem tamen unius sermonis inflexus humilitate, quod in patrem peccasse se fatebatur, occursu pio fouit,supra collum eius cecidit,primam illi stolam, anulum & calciamenta deferri iussit,atq; honoratum osculo,donatũ munere, admirabili susc epit conuiuio. Horum te imitatorem præbuisti pietate patria, qua proxime ad deum accedimus: & ideo ego prompte filiam nostram adhortatus sum, ut etiam hyemali tempore uiæ laborem exciperet,commodius hybernatura,nõ solum in hospitio,sed etiam in affectu paterno, cum iam successerit indignationi gratia: quando quidem ut plene te ad similitudinem atq; imitationem sanctorum referres,eos accusauisti,qui compositis mendacijs animum tuum aduersum filios excitandum arbitrati sunt. Vale & nos dilige, quia nos te diligimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

LIBER SEPTIMVS.

Diui Ambrosij ad Constantiũ,in suscepto ecclesiæ gubernamine illum confortantis, ac diligenti cõmonitione instituentis qualem se debeat coram plebe domini exhibere,loquendo,docendo,admonendo,hortando,persuadendo,obsecrando,ut uitijs & terrenis cupiditatibus renuncient,uirtutes sectentur, bonorumq; operũ diuitias quærant,& domino in sobrietate & gratia & tota mentis sedulitate seruiant, Deerum eidem aliam quandam ecclesiam commendantis, Epistola. XLIIII.

AMBROSIVS Constantio. Suscepisti munus sacerdotij,& in pupe ecclesiæ sedens nauim aduersus fluctus gubernas. Tene clauum fidei,ut te graues huius seculi turbare nõ possint procellæ. Mare qui
Psal.23. dem magnũ & spaciosum,sed noli uereri,quia ipse super maria fundauit eam & super flumina præparauit eam. Itaque non immerito inter tot mundi freta,ecclesia domini tanquam supra apostolicam ædificata petram immobilis manet,& inconcusso aduersum impetus sæuientis sali perseuerat fundamine. Alluitur undis,nõ quatitur, & licet frequenter elementa mundi huius magno in ista resultent fragore, habet tamen quo laborantes excipiat, tutissimum portum salutis. Sed tamen & si in mari fluctuat,currit in fluminibus,& uide ne in illis flumi-
Psal. 92. nibus magis de quibus dictũ est,Eleuauerunt flumina uocem suam. Sunt enim flumina quæ de uentre eius fluunt,qui potum à Christo acceperit,& de spiritu dei sumserit,Hæc ergo flumina cum redundant spirituali gratia eleuant uocem suam. Est
D & fluuius qui decurrit in sanctos suos sicut torrens. Est & fluminis impetus qui lætificat animam pacificam atq; tranquillam. Ex huius fluminis plenitudine quicunq; acceperit,sicut Ioannes euangelista,sicut Petrus, Paulus,eleuat uocem suam, & sicut apostoli euangelicæ prædicationis uocem usq; in totos fines orbis terrarum canoro diffuderunt præconio,ita & iste incipit euangelizare dominum Iesum. Accipe ergo à Christo,ut & tuus sonus exeat. Mare est scriptura diuina habens in se sensus profundos,altitudinem propheticorum ænigmatum,in quod mare plurima introierũt flumina. Sunt ergo & fluuij dulces atq; perspicui, sunt & fontes niuei qui saliant in uitam æternam, sunt & sermones boni sicut faui mellis, & gratæ sententiæ quæ animos audientium spirituali quodam potu irrigent,& præceptorum moralium suauitate mulceant. Diuersa igitur scripturarum diuinarum fluenta. Habes quod primũ bibas,habes quod secundum,habes quod postremũ. Collige aquam Christi, illam quæ laudat dominũ. Collige aquam de pluribus locis quam effundunt nubes prophetic æ. Quicunq; colligit de montibus aquam,atque ad se trahit,uel haurit è fontibus,& ipse rigat sicut nubes. Imple ergo gremiũ mentis tuæ, ut terra tua humescat, & domesticis irrigetur fontibus. Ergo qui multa legit,& intelligit impletur,qui fuerit
Eccl. 11. impletus,alios rigat,Ideoq; scriptura dicit,Si impletæ fuerint nubes,pluuiam in terram effundent. Sint ergo sermones tui proflui,sint puri & dilucidi,ut morali dispu-
tatione suauitatem infundas populorum auribus,& gratia uerborum eorum plẽbem demulceas,ut uolens quò ducis sequatur. Quod si aliqua uel in populo uel in aliquibus contumacia uel culpa est, sint sermones tui huiusmodi ut audientem stimulent,compungant male conscium. Sermones enim sapientum tanquam stimuli. Stimulauit & dominus Iesus Saulum,cum esset persecutor, Quàm salutaris fuerit

A stimulus, considera, qui ex persecutore apostolum fecit dicendo, Durum tibi est Act. 9.
ut aduersus stimulũ calces. Sunt etiam sermones sicut lac, quos infudit Paulus Corinthijs. Qui enim fortiorem cibum epulari non queunt,succo lactis, ingenij sui exercent infantiam. Eloquia tua plena intellectus sint. Vnde & Salomon ait, Arma intellectus labia sapientis. Et alibi, Labia tua alligata sint sensu,id est,fulgeat sermonũ tuorum manifestatio, intellectus coruscet, & alloquium uum atq; tractatus aliena non indigeat assertione, sed sermo tuus uelut armis suis sese ipse tueatur, nec ullum uerbum tuum inuanũ exeat & sine sensu prodeat. Est enim alligatura quæ constringere solet animorum uulnera,quam si quis reijcit,desperatam sui prodit salutem. Et ideo circa eos qui graui ulcere uexantur,utere oleo sermonis quo foueas mentis duriciam. Appone malagma, adiunge alligaturam salutaris præcepti, ut uagos & fluctuantes circa fidem, uel erga disciplinæ obseruantiam, nequaquam soluto animo & remisso uigore patiaris perire. Admone igitur plebem domini atque obsecra ut abundet in operibus bonis,renunciet flagitijs,non accendat flammarum incendia. Non dicam in sabbato sed in omni tempore,ne conburat corpus suum fornicatio, & immundicia non sit in dei seruulis, quia immaculato seruimus dei filio. Nouerit unusquisque se,& uas possideat suum,ut subacto quodam sui corporis solo,fructus expectet debitos. Nec spinas & tribulos ei terra sua germinet, sed dicat & ipse, terra dedit fructus suos, atque in hac dumosa quondam passionum fragilitate, insitiua uirtutum efflorẽant. Edoce etiam atque institue ut faciant quod bonum est,& unusquisque non intermittat opus probabile, siue à pluribus uideatur, siue sine arbitro
B sit. Abundat enim sibi locuples testis conscientia. Fugiat etiam mala opprobria,etiam si se credat non posse conuinci. Nam & si clausus parietibus sit, & opertus tenebris,sine teste,sine conscio,habet tamẽ facti arbitrum quem nihil fallat,ad quem facta clamant omnia. Denique clamauit & uox sanguinis. Sibi ipsum unusquisq; animum suum seuerum iudicem sui,ultorem sceleris & uindicem criminis habet. Denique timens & tremens oberrabat Cain paricidalis facinoris luens pœnas,ut ei remedio sua mors fuerit, quem uagum exulem formidato per omnia momenta terrore mortis per mortem exuit. Nemo igitur uel solus uel cum altero aliquid turpe aut improbum faxit. Et si quis solus est, seipsum præ cæteris erubescat, quem maxime debet uereri. Nec concupiscat plurima quia & pauca ei plurima sunt. Paupertas & opes,inopiæ & satietatis uocabula sunt. Nec diues est qui indiget aliquo, nec pauper qui non indiget. Nec quisquam uiduam spernat,circunscribat pupillum,fraudet proximum suum. Væ enim illi qui congregatam dolo habet substantiam,& in sanguine ædificat ciuitatem,id est,animam suam. Hæc est enim quæ ædificatur sicut ciuitas. Hanc ciuitatem non ædificat auaricia sed destruit,non ædificat libido sed exurit atque incendit. Vis bene ædificare ciuitatem? Melius est exiguum cum dei timore quàm thesauri magni sine timore. Diuitiæ hominis ad redemptionẽ animæ debent proficere non ad destructionem. Et thesaurus redemptio est,si quis eo bene utatur,& iterum laqueus est,si quis uti nesciat. Quid enim homini pecunia sua, nisi quoddam uiaticum est? multa oneri,moderata usui. Viatores sumus uitæ huius. Multi ambulant, sed opus est ut quis bene transeat. Cum illo enim dominus Iesus qui bene transit,Ideóque legis, Si transeas per aquam, tecum sum, flumina te non Prouerb.15. Esa. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C concludent: nec ignis exuret uestimenta tua si transeas. Qui autem ignem alligat in
corpore suo, ignem libidinis, ignem immodicæ cupiditatis, non transit sed exurit in
uolucrum istud animæ suæ. Præclarior est bona existimatio quàm pecunia, & super
Proverb. 22. omnes argenti aceruos bona est gratia. Fides ipsa abundat sibi, satis supérque cen
su suo diues. Sapienti quoque nihil alienum nisi quod uirtuti incongruum. Quocun
que accesserit, sua omnia, totus mundus possessio est, quoniam toto eo quasi suo uti
tur. Quid igitur circunscribitur frater, quid fraudatur mercenarius? Non magna, in
quit, lucra de mercede meretricis, id est, lubricæ istius fragilitatis. Meretrix ista non
specialis sed publica est. Non una mulier, sed uaga omnis cupiditas meretrix est. O
mnis perfidia, omnis fallacia meretrix, non illa sola quæ corpus prostituit suum, sed
omnis anima quæ spem suam uendit, quæ deformes quæstus & degenerem stipem
quærit. Et nos mercennarij sumus qui ad mercedem laboramus, & huius operis no
stri mercedē speramus à domino nostro & deo. Si quis cognoscere uult quàm mer
Luc. 15. cennarij sumus, audi dicentem. Quantis panibus mercennarij patris mei abundant,
ego autem hic fame pereo. Et infra, Fac me, inquit, sicut unum mercennariorū tuo
rum. Omnes mercennarij, omnes operarij. Qui tamen fructum expectat laboris, cō
sideret quod is qui alium mercede fraudauerit debita, & ipse fraudabitur sua. Fœne
ratum istud offendit, & postea cumulatiore mensura exoluet. Ergo qui non uult a
mittere quod est perpetuum, non eripiat alij quod temporale est. Nemo etiam in
dolo loquatur ad proximum suum. Laqueus est in labijs nostris, & sæpe unusquis
que sermonibus suis non explicatur sed inuoluitur. Fouea alta est os maleuoli, gran
D de innocentiæ præcipitium, sed maius maleuolentiæ. Innocens dum credit facile, ci
to labitur. sed tamen iste elapsus resurgit, maledicus autem suis artibus præcipita
tur, unde nunquam exiliat atque euadat. Ponderet ergo unusquisque sermones su
os non cum fraude & dolo. Statera fallax improbabilis apud deum, non illam sta
Proverb. 11. teram dico quæ mercedem appendit alienam, & in uilibus quidem rebus raro con
stat fallacia, sed statera uerborum ipsa apud deum est execrabilis, quæ prætendit
pondus grauitatis sobriæ, & subnectit uersutias fraudulentiæ. Hoc maxime con
demnat deus, si decipiat aliquis proximum suum promissorum benignitate, & sub
dola iniquitate defœneratum opprimat, nihil sibi profuturus astutiæ suæ artibus.
Matth. 16. Quid enim prodest homini si totius mundi capiat opes, animam autem suam uitæ
æternæ defraudet stipendio? Aliæ pijs mentibus consideranda statera, qua singulo
rum facta trutinantur, in qua plerunque ad iudicium peccata propendunt, aut be
ne gesta peccatis præponderant. Væ mihi si præcedant flagicia & ad mortis præiu
dicium letali uergant pondere, tolerabilius si subsequantur. Omnia tamen manife
sta domino & ante iudicium, nec bona possunt latere: nec ea quæ plena sunt offen
sionis abscondi. Quàm beatus qui radicem uitiorum resecare potuerit auariciam.
Is profecto stateram hanc non reformidabit. Auaricia enim plerunque sensus he
betat humanos, & peruertit opiniones, ut quæstum pietatem putent, & pecuniam
quasi mercedem prudentiæ. Merces autem magna pietatis est & quæstus sobrieta
tis, habere quod usui est satis. Quid enim in hoc mundo prosunt diuitiarum super
flua, cum in ijs & nulla adiumenta nascendi sint nec impedimenta moriendi? Nam
& sine integmento in hoc mundo nascimur, & sine uiatico discedimus, sine hæredita
te sepe-

A te sepelimur. Pendet per singulos nostrorum statera meritorum, atq; exiguis uel
boni operis, uel degeneris flagicij momentis huc atque illuc sæpe inclinatur: si ma
la uergant, heu me, si bona, præsto est uenia. Nemo enim à peccato immunis, sed
ubi propendunt bona, eleuantur peccata, obumbrantur, teguntur. Ergo die iudicij
aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum tanquam mo
lari depressos lapide mergent. Grauis est enim utpote talento plumbeo suffulta
iniquitas, intolerabilis auaricia atque omnis superbia, tetra fraudulentia. Et ideo
hortare plebem domini, sperare magis in domino, abundare in diuitijs simplicita
tis, in quibus ambulet sine laqueo, sine impedimento. Bona etiam puri sermonis
synceritas & locuples apud deum etiam si inter laqueos ambulet. Tamen quia alij
nescit insidias aut uincula innectere, non alligatur. Illud quoq; præcipuum, si per
suadeas ut nouerint humiliari, sciant uerum humilitatis colorem, naturam noue
rint. Multi habent humilitatis speciem, sed uirtutem non habent: multi eam foris
prætendunt, & intus impugnant. Ad fucum præferunt, ad ueritatem abiurant, ad
gratiam negant. Est enim qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt do Eccle. 19.
li. Et est qui se nimium submittit à humilitate multa. Non est ergo humilitas nisi
sine fuco, sine fraude. Ipsa est uera quæ habet piam mentis synceritatem. Magna
uirtus eius. Denique per inobedientiam unius hominis mors introiuit, & per obe Rom. 5.
dientiam unius domini Iesu Christi, facta est uniuersorum redemptio. Sciuit hu
miliari sanctus Ioseph, qui cum esset à fratribus in seruitutem uenditus, uel à nego Psal. 104.
B ciatoribus coemptus, humiliatus in compedibus, ut scriptura dicit, uirtutem humi
litatis didicit, infirmitatem repudiauit. Itaque emptus in Ægypti partibus à seruo
regio coquorum præposito, non prosapiæ nobilis conscientia, quasi germen Abra
midarū, dedignatus obsequia uernacula, fastidiuit degenerē cōditionem: sed ma
gis gnauum se & fidelem herili imperio præbuit, alto intendens consilio nihil in
teresse in quo statu quis probabilem se præstaret, sed illum esse finem bonorum,
ut in quocunque statu probarentur, illúdque præcipuum, si magis mores commen
darent statum, quàm status mores. Etenim quo status inferior, eo uirtus eminenti
or. Talem itaque se exhibebat tam sedulum, ut ei dominus suus totam domum
suam crederet, ipsi omnia cōmitteret. Vnde & uxor eius oculos iniecit in eum ca
pta formæ uenustate. Nihil enim ad nos si petulantibus oculis aut ætas expetitur
aut pulchritudo. Ars desit, nullum est crimē decoris: illecebra facessat, inoffensa est
species & formæ gratia. Itaque percita atque animi furens interpellat iuuenem, &
cogente libidine uicta passionum stimulis crimen fatetur. Verum ille abiurat flagi
cium, dicens nec moribus Hebræorum conuenire nec legibus, ut alienum uiolent
thorum: quibus cura est tuendi pudoris, ut integri nuptiarum integris socientur
uirginibus; nec ulli conueniant fœminæ, quæ legitimi usus thori nesciat: religio
némque sibi esse ne ebrius turpis intemperantiæ, ingratus herilis indulgentiæ, cui
obsequium deberet, ei grauem inferret contumeliam. Nunquid erubescebat illum
uilem dominum tamē dicere & se seruum fateri? Quinetiam cum ambiret mulier,
obsecraret, etiam metu proditionis uel amoris sui lachrymas funderet ad extor
quendi necessitatem, nec misericordia flexus ad flagicij consensum, nec coactus me
tu & precibus restitit, nec minis cessit, præponēs præmijs periculosam honestatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C quàm turpem remunerationem casto pudori. Iterum quoque mulier maioribus adorsa tentamentis,cum inflexibilem aduerteret,etiam secundo immobilem passione,effera impudentia uires ministrante, iuuenem aggreditur,ueste apprehensa ad cubile trahens, complexum offerens, & pene ceperat, nisi exuisset Ioseph uestem qua tenebatur,ne exueret amictum humilitatis,indumentum pudoris. Scituit igitur humiliari qui humiliatus est usque ad carcerem,& cum sustineret calumniam,maluit crimen falsum subire quàm uerum referre. Sciuit inquam humiliari qui humiliabatur pro uirtute, humiliabatur in typo eius, qui se erat humiliaturus usque ad mortem,mortẽ autẽ crucis. Qui uenturus erat, ut uitam hanc de somno resuscitaret,& somniũ esse hunc uiuendi usum doceret, in quo diuersæ cõmutationum uices tanquam ebriæ,& nihil solidum,nihil firmum:tanquam dormientis somnium uidentes non uidemus, & audientes non audimus, & manducantes non satiamur,gratulantes non gratulamur,currentes non peruenimus. Vanæ spes hominum in hoc seculo, qui ea quæ non sunt tanquam quæ sint sequenda arbitrentur.Itaque inanes & uacuæ rerum species, tanquam in somno uenerunt, abierunt, astiterunt,euanuerunt, Circunfusæ & dispersæ sunt,teneri uidentur & non tenentur.Denique ubi quis audiuit dicentem, Surge qui dormis,& de seculi istius somno exurrexit, falsa hæc intellexit omnia: euigilauit & fugit somnium, fugit potestas,abijt cura patrimonij,formæ uenustas,honorum studium.Hæc enim somnia sunt quibus non mouentur qui uigilant corde,sed dormientes exagitantur. Vadatur hunc sermonem meum sanctus uir Ioseph,nõ esse perpetua nec diuturna quæ D sunt huius seculi, qui ab initio nobilis genere, censu diues, subito ignobilis seruus,& quod ipsam seruitij uilitatem acerbat, degeneris domini ære emptum mancipium.Minus enim uile putatur seruire libero,geminatur autem seruitus, ubi seruitur uernaculis.Seruus igitur ex genere præclaro,pauper ex patre diuite, de amore ad odium,de gratia ad supplicium,rursus de carcere ad aulam, de reatu ad iudicium traductus, neque aduersis fractus est,neque eleuatus secundis. Astipulatur etiam momentarias esse uices rerum etiam sancti Dauid frequenter uariatus status,qui despectus patri,preciosus deo,triũpho nobilis,inuidia uilis, ascitus ad ministerium regium,electus ad affinitatem,postremo faciem & ora mutatus,exul regni,fugitans paricidij,nũc sua offendicula deplorabat,& rursus aliena remouebat, cõciliato hærede nobilior quàm decolorato. Expertus igitur omnia, pulere dixit Psal.118. Bonum mihi quod humiliatus sum. Quanquam hoc & ad eum posset referri, qui cum esset in dei forma,facilis inclinare cœlos, descendit tamen & formam serui accipiens nostras portauit infirmitates, qui prauidens sanctos suos,non quasi rapinam sibi proprium honorem assumere,sed subijcere se æqualibus & alios sibi anteferre dixit,Bonum mihi est quod humiliatus sum,Bonũ mihi est,quod me subiecit,ut subiecta mihi sint omnia,& sit deus omnia in omnibus.Hanc infunde humilitatem singulorum animis,& teipsum formam præbe omnibus dicens, Imitatores mei estote,sicut & ego Christi. Discant bonorum operum diuitias quærere, & morum esse locupletes. Pulchritudo diuitiarum non in saccalis diuitum sed in alimentis pauperum est.In illis infirmis & egenis melius opes lucent. Discant itaque pecuniosi non sua sed ea quæ sunt Christi quærere, ut illos & Christus requiratut

Eph.5.

1.Cor.15.

A rat,ut illis sua largiatur. Impendit pro illis sanguinem suum, effudit illis spiritum suum,offert illis regnum suũ.Quid amplius dabit qui seipsum obtulit? Aut quid est quod non sit daturus pater,qui pro nobis unicum filium tradidit morti? Admone igitur illos seruire domino in sobrietate & gratia, & tota mentis sedulitate, erigere oculos ad cœlestia, nihil ponere in lucro, nisi quod uitæ æternæ sit. Nam iste omnis huius quæstus seculi animarum dispendium est.Denique omnium detrimentum passus est qui uolebat Christum lucrari, quod & si mirabiliter dixerit, minus tamen expressit quàm acceperat. Hic enim de alienis locutus est, Christus autem dixit,Qui uult post me uenire,abneget seipsum sibi,ut ipse suum detrimentum sit, quo fiat lucrum Christi. Caduca hæc omnia,cum damno sine lucro, illud solum est lucrum,ubi fructus perpetuus,ubi æternæ merces quietis. Commendo tibi fili ecclesiam quæ est ad forum Cornelij, quo eam de proximo interuisas frequentius,donec ei ordinetur episcopus. Occupatus diebus ingruentibus quadragesimæ,tam longe nõ possum excurrere. Habes illic Illyrios de malâ doctrina Arrianorum,caue eorum zizania,non appropinquent fidelibus, non serpant adulterina semina, aduertunt quid propter suam perfidiam acciderit, sibi quiescant, aut ueram fidem sequantur. Difficile quidẽ imbuti animi infidelitatis uenenis, abolere possunt impietatis suæ glutinum, si tamen in ijs uirus infaustum inoleuerit, nec facile ijs credendum putes. Nerui enim sunt & quidam artus sapientiæ non temere credere,maxime in causa fidei,quæ raro perfecta est in hominibus. Tamen si quis est qui licet suspectæ sit infirmitatis, & annunciantis affectus, purgare habi- B tam de se opinionem uelit,permitte,ut satisfeciſſe se putet, indulge aliquantulum. Cuius enim excluditur satisfactio, auertitur animus. Nam etiam medendi periti cum uident notas ægritudines, ut ipsi appellant, medicinam quidem non adhibent, sed tamen medicinæ tempus expectant,nec deserunt inualidum,sed leuioribus uerbis aut quibus possunt palpant delinimentis, ne aut intetmissa ægritudo desperatione animi graueſcat, aut crudior medicinam respuat, eo quod ad maturitatem peruenire nequeat, si indigestæ insolens rerum huiusmodi medicus adhibeat manus. Siquidem & pomum cum immaturum exagitatur, cito deperit. Et quia de agro exemplum sumpsimus,præcipe illis inuiolata confinij seruare iura, patetnos custodire terminos quos lex tuetur. Supra fraternam charitatem frequenter est uicini gratia. Ille enim sæpe longe,hic in proximo est, uitæ omnis testis, conuersationis arbiter. Delectet eum per finitima spacia laxare liberum pecus,& in herba uiridi proiectum secura captare ocia. Seruos quoque dominus iure seruitij subditos habeat pro moderamine coërcionis quasi animæ consortes. Paterfamiliâs enim dicitur,ut quasi filios regat, quoniam & ipse dei seruus est, & patrem appellat dominum cœli, moderatorem potestatum omnium. Vale & nos dilige ut facis, quia nos te diligimus.

Luc.9.

Diui Ambrosij ad Sabinum, causam reddentis, Cur post scripturam prius directam codicem apertius scriptum transmiserit. Cur etiam propriam manum stilo suo affixerit, ad epistolarem inde ludum eum inuitantis,& usum illius exponentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Epistola: XLV.

AMBROSIVS Sabino. Transmisi petitum codicem scriptum apertius atque enodatius quàm ea scriptura est quam dudum direxi, ut legendi facilitate nullum iudicio tuo afferatur impedimentum. Nam exemplaris liber nō ad speciem sed ad necessitatem scriptus est. Non enim dictamus omnia & maxime noctibus, quibus nolumus alijs graues esse ac molesti: tum quia ea quæ dictantur, impetu quodam proruunt & profluo cursu feruntur. Nobis autem quibus cura est senilem sermonem familiari usu ad unguem distinguere, & lento quodam figere gradu, aptius uidetur propriam manum nostro affigere stilo, ut non tam deflare aliquid uideamur quàm abscondere, neque alterum scribentem erubescamus, sed ipsi nobis conscij sine ullo arbitro, nō solum auribus sed etiam oculis ea ponderemus quæ scribimus. Velocior est enim lingua quàm manus, dicente scriptura, Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis. Psal. 44. Sed forte dicas, quia uelocitatem ad scribentem rettulit. Non te fallit tamen id significari, quod scribæ uelociter scribētis celeritas sola possit linguæ propheticæ excipere sermones. Apostolus quoq; Paulus sua scribebat manu sicut ipse ait, Mea manu scripsi uobis, ille propter honorificentiam, nos propter uerecundiam. Tamen dum adhuc habes de libris iudicium, interludamus epistolis: quarum eiusmodi usus est, ut disiuncti locorum interuallis, affectu adhæreamus: in quibus inter absentes imago refulget præsentiæ, & collocutio scripta separatos copulat: in quibus etiam cum amico miscemus animum, & mentem ei nostram infundimus.

D Iam si ut hortaris aliquid & de ueteribus scriptis redoleat in epistolis, non solum animi conglutinari uidentur per ueræ doctrinæ profectum, sed etiam plenioris colloquij species & forma exprimi, ut inter quærendi & respondendi mutuas uices, assumpta concertatio in unum conducere, & coram uideatur amicos locare, qui tali se lacessunt & complectuntur munere. Quid autem maiorum nostrorum exempla proferam, qui epistolis suis fidem insuderunt populorum mentibus, atque ad integros & confertos scripserunt populos, & præsentes se esse cum absentes scriberent significarunt, dicente sancto Apostolo, quia absens erat corpore sed præsens spiritu, non solum cum scriberet sed etiam cum iudicaret? Denique absens per epistolam condemnabat, & idem absoluebat per epistolam. Epistola enim Pauli quædam effigies erat eius præsentiæ & forma operis. Non enim ut aliorum epistolæ graues, inquit, & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis talis & apostoli, sed talis huius epistola, ut talis esset forma præcepti, qualis esset operationis substantia, quia quales sumus, inquit, uerbo per epistolas absentes, tales & præsentes sumus in opere. Imaginem præsentiæ suæ in epistolis expressit, fructum testimonij in opere significauit. Vale & nos dilige ut facis.

Diui Ambrosij ad Eusebium, iocunditatem illius in filijs & filiorum benedictionem recensentis, Epistola. XLVI.

AMBROSIVS Eusebio. Faustinus uterque tibi redditus est, nobis utrumque Ambrosiū pignus resedit. Ipse habes quod primū in patre, & quod iocundissimum est in filio minore, quia & uirtutis apicem tenes, & humilitatis

A militatis exhibes gratiam: nos quod medium inter patrem & iuniorem filium. Tecū summa totius domus & perpetuati uocabuli iugis successio. Apud nos parca mediocritas quæ & de summo pendeat, & in posteriore subsistat. Tecum igitur requies utriusque nostrum, quæ cum inuicem nobis refunditur, omnem animi abstergit sollicitudinem. Tecum is qui & moribus & operibus suis, & sobole tali inuenit gratiam apud dominum nostrum. Tecum is qui inter mundi huius procellas spiritalem nutriuit columbam, quæ ei fructus afferat pacis uncta oliuo integritatis. Tecum is qui ædificauit aram deo, quem benedixit deus & filios eius dicens, Crescite & multiplicamini. Gene. 9. Cum quo testamentū pacis statuit suæ, ut sit ei & filijs eius in progeniem æternam. Habes igitur hæredem diuinæ benedictionis, consortem gratiæ, participem iusticiæ. Sed uide quæso, ne iste noster Noë agricola, bonus plantator feracis uineæ, cum fuerit amoris & gratiæ tuæ inebriatus poculo, tanquam crapulatus à uino, diutius quieti indulgeat, ac si forte indormierit, excitet eum Sem nostri desiderium. Est & ibi Iaphet iunior ex fratribus, qui pietatis reuerentia patrem induat, quem pater & dormiens uideat: nec unquam de pectore dimittat suo, quin semper oculis & complexu teneat, atque euigilans intelligat, quæ ei fecerit filius suus iunior. qui latitudo Latine dicitur, eo quod in labijs eius diffusa gratia & sit in moribus propter quod benedixit eum dominus, quia ipse tanquam bonus retrorsum rediens, patrē texit pio charitatis uelamine, & detulit pietati honorem, de quo & pater ait, Lætificet deus Iaphet in domibus Sem. Vnde & in enumeratione generationū præfertur seniori fratri, in benedictione substituitur. Præfertur propter honorē nominis, sub-

B stituitur propter prærogatiuam senioris ætatis, & honorificentiam naturæ debitā. Sem autem dicitur Latine nomen. Et bene hic noster Ambrosius bonum nomen, in cuius domibus lætetur Iaphet, quia potius est nomen bonum, super multas diuitiarum copias. Prouerb. 22. Sit ergo & iste benedictus & gratia eius super aurum & argentum, sit in portione eius semen Abraæ, sint benedictiones in posteritate & omni familia iusti uiri. Sed maledictus nemo, benedicti omnes. Benedictus em̄ Saræ fructus. Salutant te Ambrosij, salutat Parthenius dulcissimus, salutat Valentinianus paratus ad humilitatem, quod Hebraicæ Chanaan dicitur quasi puer fratris sui, cui & nomine suo cessit. Et ideo tanquam Nemroth gemini gigas nominis, uenator egregius super terram, de quo dictum est, Tanquam Nemroth gigas uenator ante dominum. Gene. 10. Namq; ingenio subrusticus, uiribus ualidus, quos ingenio æquare nō potest, uiribus superat, ut comacinas rupes gestare secum, & faciem tauro propior uultu uideatur exprimere, posthabitum se indignatus, & paterno exutum uocabulo metropolitanum uirum Bononiensi subditum, quia infantiæ nescit blanditias & de nutricis gremio se illæsus excussit. Vale & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæum, confutantis errorem cuiusdam maledici Apollinaristæ, qui non potest audire quod dominus noster Iesus Christus pro nobis seruitutem susceperit, Epistola, XLVII.

AMBROSIVS Irenæo. Quem scripsisti maledici sermonis seminatorem, leuissimus est, qui iam ueneni sui mercedem recepit. Siquidem responsum est ei publice, & quod priuatim seuerat, palam messuit. Ego autem uanum

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uanum ante & inuisorem tantum habebam. At ubi iste sermo ad aures peruenit meas, statim respondi quod eum uirus infecerit Apollinare, qui nō potest audire quod dominus noster Iesus pro nobis seruitutem susceperit in istius corporis susceptiōe,
Philip.2. cum apostolus clamet, quod formam serui acceperit. Hoc mūnimentum, hæc sepes est fidei nostræ, qui hanc destruit, destruetur ipse, sicut scriptum est. Quia destruentē
Eccle.10. sepem mordebit serpens. Equidem primo leniter mandaui ei, qua ratione bonam rem malo animo facis? Ego enim beneficio annumero, si quis mea legens scripta dicat mihi quod uideatur moueri. Primum quia & in ijs quæ scio, falli possum. Multa aurem prætereunt, multa quibusdam aliter sonant, pulchrum est si fieri potest, caute omnia. Deinde quia non debeo moleste ferre, si cum de apostolicis & ipsis euangelicis dominicisq; uerbis pleriq; multas quæstiones ferant, etiam in meis scriptis reperiant de quo disputandum putent. Pleriq; enim studio indulgent suo, ut iste qui propterea orbem circuiuit ut quæreret quem reprehenderet, non quem sibi imitandum arbitraretur. Hic igitur ut arroderet aliquid de meis scriptis, causam sibi am-
Matth.11. plam repperit, quoniam eo loci ubi dixit dominus Iesus, Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, diximus ideo dictum, ut nos intelligamus patrem filij esse & domi-
Psal.108. num creaturæ. Quanquam in psalmo euidenter dominum dixerit patrem filius. Vi derunt me & mouerunt capita sua, adiuua me domine deus meus. Etenim secundū formam serui locutus dominū uocauit quem patrem nouerat, æqualis in dei forma seruum secundū carnis substantiam se prædicans. Seruitus enim carnis, dominatus autem diuinitatis est. Aduertis igitur primum pro tua admirabili prudentia ea quæ
D in euangelio dicuntur, ad euangelij tempus referri, quo dominus Iesus inter homi-
2.Cor.5. nes humana specie conuersabatur. Nunc ergo secundum hominem iam non nouimus Christum, sit ita uisus & cognitus ueteribus, iam trasierunt uetera, & omnia nouа facta sunt. Omnia tamē ex deo qui nos sibi per Christum reconciliauit. Eramus enim mortui, & ideo unus pro omnibus mortuus & unus pro omnibus seruus factus est. Quid dicam seruus factus est? Peccatum, opprobriū, maledictū factus est. Dixit enim apostolus, Quia pro nobis peccatū factus est, quia maledictū factus est dominus Iesus, Dixit quia cum sibi subiecerit omnia tunc & ipse subiectus erit. Di-
Act.3. xit & Petrus. In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Dixit quia glorificauit pu-
Apoc.5. erum suū Iesum, & nemo calumniatur de tempore, In Apocalypsi autē & agnus di-
Psal.21. ctus est à Ioanne, dictus est in psalmo, uermis & non homo. Hæc omnia factus est, ut nostræ obtunderet mortis aculeū, nostram seruitutem tolleret, maledicta, peccata, opprobria deleret. Hæc & alia quæ consulenti cuidam & multo plura à te scripsisti relata, cū scriptura diuina habeat, quemadmodū quisquā dubitabit dicere quæ pie scripta sunt, quoniā ad gloriam Christi spectant nō ad imminutionē. Nam cū de dono eius, hoc est manna dictū sit, quia & qui minus collegit nō deminuit, & qui plurimū, nō ampliauit, unde potuit ipse uel minui uel augeri? Quid enim in eo imminutū est qđ nostrā seruitutē, nostras infirmitates susceperit? Erat humiliatus, erat in serui forma, sed idem in gloria dei patris. Erat uermis in cruce, sed idem dimittebat peccata etiam persecutorum suorū. Erat opprobriū, sed idem maiestas domini,
Esa.40. sicut scriptum est, Et uidebitur maiestas domini, & uidebit omnis caro salutare dei. Quid amisit cui nihil minus est? Non habebat quidē speciem neq; decorē, sed habebat plenitudinē diuinitatis. Infirmus existimabat, sed nō destiterat esse dei uirtus: uidebatur

A uidebatur ut homo, sed fulgebat in terris maiestas diuina & patris gloria. Vnde pulchre Apostolus eiusdem uerbi repetitione usus est dicens de domino Iesu, Quia cū
Philip.2. in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Quid est in dei forma, nisi in plenitudine diuinitatis in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cum esset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanæ: sicut deo nihil deerat, ita nec homini ps consummationi, ut esset perfectus in utraq; forma. Vnde & Dauid dicit. Speciosus forma præ filijs hominū. Concluditur Apollinarista,
Psal.44. nec quò se uertat habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat, Formam serui accepit, non seruus lectus est. Iterū ergo interrogo, quid est in forma dei? In natura dei. Sunt enim ait apostolus, qui non sunt natura dij. Quæro quid sit formam serui acci-
Gal.4. piens? Sine dubio perfectionem naturæ & conditionis (ut dixi) humanæ, ut esset in hominum similitudine. Et pulchre non carnis sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis uidebatur. Vnde & propheta ait, Et homo est & quis cognoscit eum? Homo secundum carnem, sed ultra hominem secundum diuinam operationem. Denicq; cum leprosum tangeret, homo uidebatur, sed ultra hominem cum
Matth.8. emundaret. Et cum Lazarū fleret mortuum quasi homo flebat, sed supra hominē
Ioan.11. erat, cum mortuum iuberet uinctis pedibus exire. Homo uidebatur cum penderet in cruce, sed supra hominē cum reseratis tumulis mortuos resuscitaret. Nec sibi blandiatur uirus Apollinare, quia ita legitur, Et specie inuentus ut homo. Nō enim nega-
Philip.2. B tus est homo Iesus, cum alibi ipse Paulus de eo dicat, Mediator dei & hominū homo Christus Iesus, sed confirmatus est. Id enim est usus & moris scripturæ sic significare, Sic & in euangelio legimus, Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à
1.Titum.2. Ioan.1. patre. Sicut ergo quasi unigenitus dicitur, & nō abnuitur unigenitus dei filius, ita ut homo dicitur, & perfectio fuisse in eo hominis non negatur. Cum esset igitur in forma serui humiliatus usq; ad mortem, erat tamen in dei gloria. Quid ei igitur offuit seruitus? Seruus autem factus legitur, quia legitur factus ex uirgine & creatus in carne. Omnis enim creatura seruit, dicente propheta, Quia uniuersa seruiunt tibi. Vnde & deus pater ait, Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto unxi eum. Ipse uoca-
Psal.118. bit me, pater meus es tu, deus salutis meæ, & ego primogenitum ponam eum. Et in alio psalmo, Custodi animam meam quoniam sanctus sum saluum fac seruum tuum. Et infra in eodem psalmo, Da potestatem puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Congessi enim patris & filij uoces, ut ei non argumenta humana sed diuina
Psal.5. responderent oracula. Alibi, inquit, In manus tuas commendo spiritum meum. Statuisti in loco spacioso pedes meos, super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. Et in eodem psalmo: Illustra faciem tuam super seruum tuum. Per Esaiam
Esa.49. quoq; dicit ipse filius dei, Ex utero matris uocauit dominus nomē meū, & posuit os meum ut gladium acutū, & sub tegmento manus suæ protexit me. Posuit me sicut sagittam electam, & pharetra sua texit me & dixit mihi, Seruus meus es Israel. Dicitur enim dei filius & Israēl, sicut alibi, Iacob puer meus, Israël dilectus meus. Solus enim uere deum patrem non solum uidit sed etiam enarrauit. Et sequitur, In te glorificabor. Et ego dixi, in uacuum laboraui, & in nihilum dedi uires meas, ideo iudicium meum ante dominū, & dolor meus ante deum meū. Et nunc sic dicit dominus,

Qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Qui finxit me seruum ex utero sibi ad congregandum Iacob & Israël. Quis congregauit dei populum nisi Christus? Quis glorificatus est ante dominũ? Quis est dei uirtus? Cui dixit pater, Magnum tibi est uocari te puerum meum? Et cui dicit, Ecce posui te in testamentum generis mei in lucem gentium, ut sis in salutem usq; ad ex-
Ezech.34. tremũ terræ? De quo etiam per os Ezechiël locutus est dicens, Suscitabo super eos pastorem unum, & reget eõs seruus meus Dauid, & erit eorum pastor, & ego dominus ero illis in deum, & Dauid in medio eorum princeps. Dauid utiq; rex iam defunctus erat, & ideo uerus Dauid, uerus humilis, uerus mansuetus, uerus manu fortis dei filius hoc annunciatur nomine. Qui etiam in Zachariæ prophetæ libro signi-
Zachar.3. ficatur dicente deo patre, Ecce ego mittam seruum meum, oriens nomen est ei. Nunquid quia habebat uestimenta sordida, ideo fulgorem diuinitatis suæ sol iusticiæ nõ habebat? Et quid plura? An infirmius putamus seruitiũ esse quàm peccatũ, quàm maledictum, quàm opprobriũ, quàm infirmitates, quas pro nobis suscepit, ut à nobis auerterentur? Factus est em̃ hæc omnia, ut uniuersa uacuaret. Sed hæc ideo nõ recipiunt quod seruus, opprobrium, peccatum, maledictum factus sit, quia uerbũ, & carnẽ unius asserunt esse substantiæ, & dicũt, ergo qui nos redemit, seruus dictus est, & peccatum debuit dici. Nec aduerterunt quod hæc Christi gloria sit, quia seruitutem suscepit in corpore suo, ut libertatem omnibus redderet: peccata nostra portauit, ut mundi peccatum tolleret, Seruus, peccatum, maledictũ factus est, ut tu peccati seruus esse desisteres, te diuinæ sententiæ maledicto absolueret. Ille ergo maledi-
Deu.21. ctum suscepit tuum. Maledictus enim omnis qui pendet in ligno. Ille maledictũ in
D cruce factus est, ut tu benedictus esses in dei regno, Ille dehonestatus & depreciatus est nec aliquid existimatus, Ille dicebat, Inuacuum laboraui, per quem meruit Pau-
Phil.2. lus dicere, Non inuacuum laboraui, ut boni operis fructum & euangelicæ prædicationis gloriam suis conferret seruulis, per quàm uniuersi sarcina laboris absolueretur. His igitur auditis derelictus est in dimidio dierum suorum perdix, qui clamauit ut congregaret quæ non peperit, & oppressus est uoce domini Iesu. Denicq; adornat fugam. Vale & nos dilige quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæum, prosequentis illud quod in Hieremia scriptũ est, Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, naturam istius auis describendo, & eum diabolo ac membris suis adaptando, Epistola, XLVIII.

Hier.17. AMBROSIVS Irenæo. Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit. Licet enim mihi de superioris fine epistolæ sequentis mutuari exordium. Celeberrima quæstio, & ideo ut possimus eam absoluere quid de natura auis istius habeat historia, consideremus. Nam & hoc considerare, non mediocris prudentiæ est, Si quidem & Salomon cognouit naturas animaliũ, & locutus est de pecoribus, & uolatilibus, & de reptilibus, & de piscibus. Dicitur itaq; auis ista plena esse doli, fraudis, fallaciæ, quæ decipiendi uenatoris uias calleat, atq; artes nouerit, ut eũ à pullis auertat suis, omniaq; tentamenta uersutiæ nõ prætermittere, quo possit uenantem abducere à nido & cubilibus suis. Certe si insistere aduerterit, tamdiu illudit, quamdiu soboli fugiendi signum tribuat & potestatem. Quam ubi euasisse senserit, tunc se & ipsa subtrahit, & lubrica arte deceptum insidiantem relinquit. Fertur etiam promiscuæ esse permixtionis, ut in fœminas cum summo certamine mares irruant,

A irruant, & uaga calescant libidine. Vnde impurum & maleuolum & fraudulentum animal, aduersario & circunscriptori generis humani, fallacissimoq; & impuritatis autori conferendum putatur. Clamauit ergo perdix, qui à perdendo nomen accepit, sathanas ille qui latine contrarius dicitur. Clamauit in Eua primum, clamauit in Cain, clamauit in Pharaone, Dathan, Abiron, Chore, Clamauit in Iudæis, quãdo petierunt sibi fieri deos, cum Moyses legem acciperet, Clamauit iterum, quando de Matt.27. saluatore dixerunt: Crucifigatur, crucifigatur, Sanguis eius super nos & super filios nostros, Clamauit quando sibi regem fieri postulauerunt, ut recederent à domino deo rege, clamauit in omni uano & perfido. His uocibus congregauit sibi populos quos nõ creauerat. Deus enim hominem ad imaginem suam fecit, & diabolus sibi hominem uocis suæ fraude sociauerat. Congregauit sibi nationum populos faciẽs diuitias non cum iudicio. Vnde in prouerbio est de diuite auaro: Quia perdix iste congregat diuitias non cum iudicio. At uero meus Iesus quasi iudex bonus, cum iudicio omnia agit, qui uenit sicut scriptum est dicens: Ego loquor iusticiam & iudiciũ salutis. Ea igitur gratia deprædatus est perdicem illum diabolum, abstulit ei male congregatas diuitias multitudinis, reuocauit ab errore animas gentium, mentesq; nationum deuiantium. Et quia diaboli uoce deceptos sciebat, & ipse ut uincula nexusq; ueteris erroris solueret, clamauit primum in Abel, cuius clamauit uox sanguinis, Clamauit i Moyse cui dixit: Quid clamas ad me? Clamauit in Iesu Naue, Clamauit in Dauid, qui ait: Clamaui ad te salua me, Clamauit in omnibus prophetis. Vnde & ad Esaiam dicit: Clama, & ille ait: Quid clamabo? Clamauit in Salomo-
B ne conuocans cum altissima prædicatione ad sapientiam: Venite, edite de meis panibus & bibite uinum quod miscui uobis. Clamauit etiam in corpore suo sicut Scarabeus in ligno. Clamauit ut insidiatorem falleret & circumueniret dicens: Deus deus meus quare me dereliquisti? Clamauit ut despoliaret respondens latroni: Amẽ amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Itaq; ubi clamauit Iesus, continuo perdix ille à congregatis in dimidio dierum suorum derelictus est. Vnde & quidã naturæ perdicis etiam istud aptandum putarunt, eo quod aliena diripiat oua, & foueat suo corpore, atq; hac sua fraude partus alienos studeat acquirere. Sed (quod aiunt cornicis oculum, habent enim & uolatilia suas artes) ubi istud aduerterit cuius aut singula oua direpta aut cubile fuerit inuasum, sollicitata soboles errore similitudinis, specie simulatione decepta, & si infirmior uiribus, induit se atq; armat uersutia, & cum labor omnis impensus nutrimentorum educantẽ exhauserit, atq; adolescere pulli cœperint, tũc uocem emittit, & quadam pietatis tuba prolem aduocat. Quæ naturali quodam auditu excitata agnoscit parentem & simulantem deserit. Ita cum uult congregare quæ nõ peperit, amittit quos nutriendos putauit. Non superfluo igitur & Iesus clamauit, ut quia totius mundi populus uoce perdicis, blanditijs, arte, specie deceptus ab autore proprio deuiauerat lubricas artes secutus, ueri parentis uoce reuocatus fallacẽ relinqueret, atq; in dimidio dierũ eius fraudulentũ desereret, id est, ante huius finẽ seculi, cui nos eripuit dñs Iesus, & ad uitã æternã uocauit. Itaq; nũc mortui mũdo, uiuimus deo. Cũ igit̃ perdix iste penitus à falsis filijs derelictus fuerit, tũc erit stultus ille quẽ elegit deus, & sapientẽ cõfudit, saluus. Qm̃ 1.Cor.1. quæ stulta sunt mundi, elegit deus. Ideo, si quis uidet̃ sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. Vale fili & nos dilige ut facis, qm̃ nos te diligimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Diui Ambrosij ad Syricium, narrantis illum Prisco aduenienti literas dedisse, & se eidem reuertenti alias reddidisse. Et quia utrunq; eorum officio remuneratus sit, etiam eius officij precium incremẽta debere adipisci gratiæ. Epistola. XLIX.

AMBROSIVS Syricio. Prisco amico & æquæuo meo dedisti aduenienti literas, Ego quoq; reuertenti reddidi, quas & pro officio & pro amore debui. Vtrunq; igitur nostrum suo officio remuneratus est, quo & mihi tuas & meas tibi restituit. Ideo eius officij precium incrementa debet adipisci gratiæ. Vale & nos frater dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Atticum, scribentis literas suas Priscum sibi, & se illi alias reddidisse, Priscum dilectioni suæ amplius commendantis. Epistola. L.

AMBROSIVS Attico. Prisco meo dedisti literas, Priscus meus mihi reddidit, & ego Prisco. Tu Priscum ut soles dilige, & plus etiam quàm soles, quod eo suadeo, quia & ipse Priscum meum facio plurimi. Est enim erga eum priscus hic noster amor, qui à puericia iam inde nobis cum ætate accreuit simul, sed eum multo post uidi tẽpore, ut uere mihi non solũ nomine, sed etiã tanti interuallo temporis Priscus aduenerit. Vale & amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Felicem, significantis tuberum sibi missorum partem amicis direxisse, Et illum q; se tandiu nequaq; reuiserit arguentis. Epistola LI.

D

AMBROSIVS Felici. Misisti mihi tubera & quidem miræ magnitudinis, ut stupori forent ea tam grandia: nolui in sinu, ut aiunt, abscondere, sed alijs quoq; demonstrare malui. Itaq; partem direxi amicis, partem mihi reseruaui. Suaue munus, non tamen ita præpotens, ut comprimeret querelam meam iure excitatam, quod nos tamdiu amantes tui nequaquam reuisas. Et caue posthac ne maiora inuehas tubera. Nam huius nominis diuersa ratio. Vt enim grata in munere, ita in corpore atq; in affectu molesta sunt. De te impetra quo minus te abesse doleam Nam causa commotionis meæ desiderium est tui. Effice si potes, ut minus gratus sis. Rem exposui, causam probaui. Intorquenda est amentata illa non manipularis sententia, metuisti certe, sed uide cẽ mouear, ut delectet iocari, postea tamen ne excusaueris. Etenim quamuis tua hæc uectigalis mihi sit excusatio, male de te iudicat, nec de me melius, si aut tuam absentiam muneribus cõpensandã, aut me muneribus redimendum putes. Vale, & nos amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Romulum, quæstioni illius, Cur uidelicet deus dixerit: Ponam cœlum æreum, & terram ferream, satisfacientis. Epistola. LII.

AMBROSIVS Romulo. Cum sis in agro, miror qua ratione de me quæren
Leui. 26. Deu. 28. dum putaueris, cur dixerit deus: Ponam cœlum æreum, & terram ferream. Nam species ipsa agri & præsens fertilitas docere nos potest quanta clementia sit aëris & cœli indulgentia, quando dignatur deus ubertatem dare: quando autem sterilitas, quemadmodum clausa omnia, spissus aër, ut in rigorem æris solidatus putetur. Vnde alibi habes, quia in diebus Heliæ clausum est cœlum annis tribus & mensibus

A mensibus sex. Significatur igitur clausum cœlum æreum esse, usum sui terris negare. Terra quoq; ferrea est, cum prouentus abnuit, & iacta sibi semina tanquam hostili duricia genitali excludit aluo, quæ gremio solet blandæ matris fouere. Quando enim ferrum fructificat? Quando æs imbres relaxat? His igitur miserandam famem minatur impijs, ut qui pietatem filiorum communium domino & patri exhibere nesciunt, careant nutrimento paternæ indulgentiæ, sit illis cœlum æreum concreto aëre & solidato in metalli rigorem, sit illis terra ferrea partus suos nescientes, & quod plerunq; inopia habet, discordias serens. Rapto enim utuntur qui uictu indigent, ut alienis dispendijs famem suam ableuẽt. Iam si & offensa inhabitantium huiusmodi sit, ut diuina commotione ijs inferantur prælia, uere terra est ferrea telorum segetibus inhorrens, & suis nudà fructibus, fœcunda ad pœnam, sterilis ad alimoniam. Vbi autem abundantia: Ecce ego pluo uobis panes dicit dominus. Vale & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Titianum, illi congaudentis q; à Rufino liberatus sit, quem sibi grauiorem iudicem in negocio cum nepte sua arbitrabatur. Epistola. LIII.

AMBROSIVS Titiano. Venit tibi innocens uictoria, ut sine uoti amaritudine potiaris uictoriæ securitate. Rufinus enim ex magistro officiorum factus est in consulatu præfectus prætorio, ac per hoc plus posse cœpit, sed tibi iam nihil obesse. Est enim aliarum præfectus partium. Quàm gaudeo uel illi ut amico, quia honore auctus inuidia leuatus est: uel tibi ut filio, quia liberatus es ab eo, quẽ
B tibi grauiorem iudicem arbitrabare, ut si de negocio definiueris cum tua nepte, pietatis tuæ sit, nõ formidinis. Ideoq; prõptior esto decisioni, cuius & spes potior & fructus est. Spes, quia pater neptis tuæ, q de illius sentẽtia sibi plurimũ blandiebatur, iã q̃d de eo speret non habet. Ille enim alia curat, præterita negligit, uel cum illo q̃d tunc gerebat, deposuit officio: iste negocij sui meritum, non sententiæ patronum, considerat. Et fructus iocundior est, ut tibi referatur decisionis gratia, qui potueris iam spernere & non spreueris, pietatem spectans necessitudinis, non stimulũ offensionis. Vale & nos dilige ut filius, quia nos te ut parentes diligimus.

Diui Ambrosij ad Syricium, gratum sibi asserentis, cum & ab ipso literas accipiat, & ille aliquos de conseruitio suo dirigat, eosq; se diligere contestantis qui non patiuntur se à suo munere diutius abesse, & ad sequendum dominum Iesum suadentis. Epistola. LIIII.

AMBROSIVS Syricio. Gratum est mihi cum literas accipio tuas. At cum de conseruitio nostro aliquos dirigis, ut fratrem nostrum & cõpresbyterum Syrum tuis es prosecutus literis, geminatur lætitia. Sed utinam fructus fuisset iste diuturnior. Nam statim ut uenit, recurrendum putauit, quod quidem ad desiderium meum plurimum minuit, ad sui gratiam multum addidit. Nam ego diligo eos uel presbyteros uel diaconos qui cum aliquò processerint, nequaquam se patiuntur à suo diutius abesse munere. Dicit enim propheta: Non laboraui sequens post te. Quis autem potest laborare sequens Iesum, cum ipse dicat: Venite ad me omMatt. 11.
nes, qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam? Sequamur ergo Iesum semper nec desinamus. Quod si semper sequamur, nunquam deficimus. Dat enim ui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C res sequentibus se. Itaq; quo propior uirtuti fueris, eo fortior eris. Plerunq; cum se quimur, dicitur nobis ab aduersarijs. Vbi est uerbum domini, ueniat. Sed nos non fatigemur sequendo, non auertamur subdolæ interrogationis impedimento. Dicebatur hoc prophetæ cum mitteretur in carcerem, cum demergeretur in uoraginem luti. Vbi est uerbū domini, ueniat. Sed ille multo magis secutus est, & ideo ad brauium peruenit, ideo accepit coronam, quia non laborauit qui sequebatur Iesum. Non est enim labor in Iacob, nec dolor uidebitur in Israël. Vale & nos dilige, quia & nos amantem nostri ut parentem diligimus.

Diui Ambrosij ad Fœgadium & Delphinum episcopos, insinuantis Polybiū ut utriq; eorum scriberet poposcisse, ac post datam epistolam utriusq; nomine conscriptam alteram exegisse, & ei se illam dedisse. Epistola. LV.

AMBROSIVS Fœgadio & Delphino episcopis. Polybius filius noster cum de Africanis regressus partibus in quibus proconsularem iurisdictionem egregie repræsentauit, aliquantulos nobiscum exegisset dies, summa gratia se meis uisceribus infudit. Deinde cum abire hinc & demeare uellet, poposcit ut utriq; uestrum scriberem. Promisi futurum. Itaq; dictaui epistolam, & utriusq; conscriptam nomine dedi. Postulauit alteram. Dixi ad utrunq; uestrum datam more usuq; nostro, eo quod sancta mens uestra non epistolarum numero, sed coniunctione nominum delectaretur. Nec perpeti posset ut fieret uocabulorum separatio, quorum affectus conueniret. Ideoq; præscriptum
D nostro muneri ut uteremur charitatis compendio. Quid plura? Exegit alteram, dedi, ut neq; illi negarem quod poscceret, nec mihi immutarē quod in usum uenerat. Ita & ille habet quod utriq; reddat, quia id solum prætendit, ne cum alteri redderet, alteri uacuus foret. Et ego uobis indiuisæ gratiæ munus sine ullo dependam offensionis periculo, & diuisionis scrupulo. Cum præsertim etiam hæc forma scriptionis apostolicæ sit, ut & unus ad plures, ut Paulus ad Galatas, & duo ad unum possint scribere, sicut scriptum est: Paulus uinctus Iesu Christi & Timotheus frater, Philemoni. Salutem uobis dico, diligite nos & orate pro nobis, quia ego uos diligo:

Diui Ambrosij ad Romulum, de eo quod Aaron populo poscenti sibi deos fieri aurum detraxerit, & quod eo auro figuratū sit uituli caput, & quod Moyses tam dure indignatus sit, ut iuberet quenq; insurgere in necem proximi sui, quid ipse sentiat exprimentis. Epistola. LVI.

AMBROSIVS Romulo. Epistolarum genus propterea repertum ut quidam nobis cum absentibus sermo sit, in dubium non uenit. Sed fit hoc usu exemploq; pulchrius, si inter parentem ac filios crebra & iocunda alloquia cædantur, ut uere inter disiunctos corpore quædā imago referatur præsentiæ. His enim adolescit officijs amor, sicut tuis ad me aut meis ad te augetur literis. Sed hoc multo locupletius proximis tuæ dilectiōis experiri cœ
Exo.32. pi affatibus, quibus me consulendum putasti, quid sibi uellet quod Aaron aurum detraxerit populo poscenti sibi fieri deos. Et quod ex auro figuratum sit uituli caput, uel quod Moyses tam dure indignatus sit, ut iuberet proximum quenq; insurgere

A gere gladijs in necem proximi sui. Magnum est enim nullum pati absentibus damnum irrepere nō solum suauitatis, sed etiam collationis & liberalis scientiæ. Quid igitur de eo sentiam quoniam exposcis, conferendi magis quàm exponendi studio loquar. Cum Moyses in mōte Syna legem acciperet, populus erat cum Aaron sacerdote. Et quamuis frequenter ad culpam lubricus, tamen quandiu lex dabatur, sacrilegio errasse non proditur. Verum ubi diuinum conticuit oraculum, peccatum irrepsit, ut peterent sibi fieri deos. Coactus Aaron petit anulos eorum & inaures mulierum, quæ tradita in ignem misit, & conflatum est uituli caput. Neq; excusare tantum sacerdotem possumus neq; condemnare audemus. Non imprudens tamen qui anulos Iudæis & inaures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. Deniq; & patriarcha Iacob abscondit inaures cum simulacris gentium, quando in Sichimis abscondit, ut nullus audiret superstitiones gentilium. Pulchre autem dixit: Deponite anulos & inaures aureas, quæ sunt inaures mulierum uestrarum. Non quo uirorum inaures relinqueret, sed quod uiros non habere manifestaret. Congrue quoq; inaures auferuntur mulieribus ne iterum Eua uocem serpentis audiret. Et ideo quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus conflata est imago sacrilegij. Qui enim male audit, conflare sacrilegium solet. Cur autem caput uituli exierit, sequentia docēt. Quia significabatur futurum quod Hieroboam posteriore tempore hoc 3.Reg.12.
genus sacrilegij induceret, ut populus Hebræorum adoraret uitulos aureos, siue quod omnis perfidia similis immanitatis atq; insipientiæ bestialis sit. Cuius rei in-
B dignitate percitus fregit tabulas Moyses, & comminuit uituli caput atq; in puluerem redegit ut omnia impietatis aboleret uestigia. Fractæ sunt enim primæ tabulæ ut repararentur secundæ, quibus per euangelij prædicationem perfidia commiuta euanuit. Sic Moyses typum illum dissipauit Ægyptium, & altitudinem extollentem se compressit æternæ legis autoritate. Vnde & Dauid ait: Et confringet do- Psal.28.
minus cedros Libani, & comminuet eas tanquam uitulum Libani. Itaq; absorbuit populus omnem perfidiam ac superbiam, ne eum absorberet impietas & arrogantia. Melius est enim ut unusquisq; prævaleat carni & uitijs eius, ne dicatur de eo: Quia deuorauit eum mors prævalens, sed dicatur magis: Deuorata est mors in ui- 1.Cor.15
ctoria sua. Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Et de domino dictum: De torrēte in uia bibet. Quia acetum accepit, ut absorberet uniuersorum ten- Psal.109.
tationes. Quod autem occidi fecit à proximis proximos, filios à parentibus, à fratribus fratres, præceptum euidens, quia præferenda est religio necessitudini, pietas propinquitati. Ea est em̄ uera pietas quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. Vnde & ipse Moyses ad filios Leui dixit: Qui paratus est à domino, ue- Exo.32.
niat ad me. Et dixit illis: Hæc dicit dominus deus Israël: Imponite unusquisq; gladium suum in fœmore suo, & pertransite, ut contemplatione atq; amore reuerentiæ diuinæ perimeretur omnis affectus necessitudinis. Et occisa quidem scribuntur tria milia hominum. Nec numeri inuidia mouemur, quia melius est paucorum suppliciō uniuersos exui quàm in omēs uindicari. Neq; uero aliquid durum uidetur pro uindicta iniuriæ cœlestis. Deniq; sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum norunt. Quoniam sanctis omnia deus est. Et etiam ille Leuita uerus, ultor &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uindex,qui carnem interimit ut ſeruet ſpiritum,qualis erat ille qui ait: Caſtigo cor/
1.Cor.9. pus meum & ſeruituti redigo. Quid autem tam proximum q̃ caro animæ? Quid
tam proximum quàm ſunt paſſiones corporis? Eas in ſe Leuita bonus interimit
ſpiritali gladio,qui eſt uerbum dei bis acutum & ualidum. Eſt & gladius ſpiritus q̃
Luc.2. pertranſit animam,ſicut ad Mariam dictum eſt: Tuam ipſius animam pertrãſibit
gladius,ut reuelentur multorum cordium cogitationes. Nónne caro animæ frater/
no quodam copulatur conſortio? Nónne etiã mẽti noſtræ affinis & propinquus
ſermo eſt? Cum igitur comprimimus ſermonem ne multiloquio peccatum incida
mus,ius germanitatis abrumpimus,& fraternæ uinculum propinquitatis diſſolui/
mus. Irrationabile quoq; ſuum anima tãquam cõgnatum rationabili uigore diſſo
ciat. Sic ergo Moyſes docuit populum inſurgere in proximos ſuos, per quos fides
reuocaretur,uirtus impediretur,ut deſecaretur in nobis quicquid à uirtute deuium
foret,confuſum erroribus, uitijs innexum. Hac inſtitutione populi meruit,ut non
ſolum deliniret indignationem diuinam,atq; offenſam auerteret,uerumetiam con
ciliaret gratiam. Pro captu itaq; noſtro quid ſentiremus, quoniam conſuluiſti ex/
preſſimus. Ipſe ſi quid melius habes,nobis comparticipato,ut ex te & ex nobis diſca
mus quid potius eligendum & ſequendum ſit. Vale & ut filius nos dilige,quoni/
am & nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Seuerum epiſcopum, ſcribentis compresbyterum ſuum Ia/
cobum Campaniæ ſibi ad requieſcendum littora ubi orationi uacet & deo ſeruiat
elegiſſe, ſe uero in medio omnium moleſtiarum freto uerſari conquerentis.

D Epiſtola. LVII.

AMBROSIVS Seuero epiſcopo. Ex ultimo Perſidis profectus ſinu, Iaco/
bus frater & compresbyter noſter Campaniæ ſibi ad requieſcendum littora
& ueſtras elegit amœnitates. Aduertis quibus in locis quaſi ab huius mundi uacuã
tempeſtatibus ſuppetere ſibi poſſe præſumpſerit ſecuritatem, ubi poſt diuturnos
labores reliquum uitæ exigat. Remota enim ueſtri ora littoris, non ſolum à pericu
lis ſed etiam ab omni ſtrepitu trãquillitatem infundit ſenſibus, & traducit animos
à terribilibus & ſæuis curarum æſtibus ad honeſtam quietem, ut illud cõmune om
nium ſpecialiter uobis uideatur congruere & conuenire quod ait Dauid de ſancta
Pſal.23 eccleſia: Ipſe ſuper maria fundauit eam,& ſuper flumina præparauit eam. Etenim li
ber animus à Barbarorum incurſibus &præliorum acerbitatibus uacat oratiõibus,
inſeruit deo,curat ea quæ ſunt domini, fouet illa quæ pacis ſunt & tranquillitatis.
Nos autem obiecti barbaricis motibus & bellorum procellis in medio uerſamur
omnium moleſtiarum freto,& pro his laboribus & periculis grauiora colligimus
futuræ uitæ pericula. Vnde de nobis propheticum illud concinere uidetur pro labo
ribus: Vidi tabernacula Æthiopum. Etenim in iſtius mũdi tenebris quibus obum
bratur ueritas futuræ perfectionis,cum annum tertium & quinquageſimũ iam per
duxerim in hoc corpore ſitus,in quo tam graues iam dudum ſuſtinemus gemitus,
quomodo non in tabernaculis Æthiopum tendimus & habitamus cum habitanti
bus Madian? Qui propter tenebroſi operis conſcientiam,dijudicari etiam ab ho/
2.Cor.2. mine mortali reformidant. Spiritualis enim dijudicat omnia, ipſe autem à nemine
dijudicatur. Vale frater & nos dilige ut facis,quia nos te diligimus.

Diui Am

A Diui Ambroſij ad Studium,pia illi perſuaſione reſpondentis, quid in
cauſa cuiuſdã criminoſi potius agere debeat. Epiſt. LVIII.

AMBROSIVS Studio. Recognoſco puræ affectum mẽtis,& fidei ſtudiũ,&
dñi noſtri Ieſu Chriſti timorem. De quo etiã ego uererer reſponſum referre,
cõſtrictus altero quod eſt cõmiſſum uobis propter cuſtodiam legũ, altero autem
propter miſericordiam & gratiã,niſi de hoc apoſtolicã haberes autoritatẽ, quia nõ
ſine cauſa gladium portat qui iudicat,dei em̃ uindex eſt in eos qui male agũt. Qd'
tñ & ſi cognitum tibi foret,non ocioſe ſciſcitãdum putaſti. Nam nõ ſunt extra eccle/
ſiam tamen,qui in aliquos capitalem ſententiam ferendam exiſtimauerũt. Pleriq;
etiam ſponte ſe abſtinent & laudantur quidem,nec ipſi eos poſſumus nõ prædica
re,quia autoritatem apoſtoli eatenus obſeruamus,ut ijs cõmunionem non audea/
mus negare. Vides igitur quid autoritas tribuat,quid ſtudeat miſericordia. Excuſa
tionem habebis,ſi feceris: laudem,ſi non feceris. Sed ſi non potueris facere,nec tñ in
nocẽtes atterere ſqualore carceris & abſoluere, plus quaſi ſacerdos probabo. Poteſt
em̃ fieri ut cauſa cognita recipiat ad ſententiã reus, qui poſtea aut indulgentiã ſibi
petat,aut certe ſine graui ſeueritate(quod quidam ait)habitet in carcere. Scio tñ ple
roſq; gentilium gloriari ſolitos q; incruentam de adminiſtratione prouinciali ſecu
rim reuexerint. Si hoc gentiles,quid Chriſtiani facere debent? Ad omnia tñ accipe
reſponſum ſaluatoris. Nam cum adulteram repperiſſent Iudæi,obtulerũt eam ſal/ Ioan.8
uatori captantes,ut ſi abſolueret eam,uideret legem ſoluere,qui dixerat: Non ue/
ni legem ſoluere,ſed implere: ſi damnaret,uideretur aduerſum finẽ ueniſſe propoſi
B ti ſui. Hoc igitur præuidẽs dñs Ieſus,inclinato capite ſcribebat in terra. Quid ſcribe/
bat niſi illud propheticũ: Terra terra ſcribe hos uiros abdicatos, quod de Iechonia Hiere.22.
lectum eſt in Hieremia propheta? Cum Iudæi interpellant, in terra ſcribuntur no
mina Iudæorum. Cum adeunt Chriſtiani,non ſcribũtur in terra fidelium nomina,
ſed in cœlo. In terra aũt ſcribuntur abdicati à patre proprio,qui patrem tentant, &
contumelias irrogant autori ſalutis, Cum interpellant Iudæi,inclinat caput Ieſus,
& quia non habet ubi reclinet caput ſuum,itẽrum erigit quaſi dicturus ſententiã,&
ait: Qui ſine peccato eſt,prior lapidet eam. Et iterũ inclinato capite ſcribebat in ter/
ra. Audientes illi exire cœperunt ſinguli incipientes à ſenioribus: uel q; ipſi plura ha
berent crimina qui diu uixerant: uel quia priores uim intellexerunt ſententiæ,quaſi
prudentiores: & cœperunt ſua magis peccata deflere,qui alieni criminis uenerãt ac/
cuſatores. Recedentibus ergo illis remanſit ſolus Ieſus,& eleuans caput ad mulierẽ
ait: Vbi ſunt qui te accuſabant? nemo te lapidauit? Et illa reſpondit,nemo. Dicit ei
Ieſus: Nec ego te damnabo,uade & amodo uide ne pecces. Non damnat quaſi re/
demptio,corrigit quaſi uita,quaſi fons abluit. Et quia qñ ſe inclinat Ieſus, ideo in/
dinat ut iacentes eleuet, ideo ait remiſſio peccatorũ: Nec ego te damnabo. Habes
quod ſequaris. Poteſt em̃ fieri ut ille criminoſus poſſit habere ſpem correctionis: ſi
ſine baptiſmo eſt,ut poſſit accipere remiſſionẽ: ſi baptizatus ut pœnitentiã gerat, &
corpus ſuũ pro Chriſto offerat. Quãtæ ſunt ad ſalutẽ uiæ? Et ideo maiores malue
rũt indulgentiores eſſe circa iudices,ut dum gladius eorũ timeret,& reprimeret ſce
lerum furor,non incitaret. Qd' ſi negaret cõmunio,uideretur criminoſorũ uindica
ta pœna. Maluerunt igitur priores noſtri,ut id in uoluntate magis abſtinẽtis,q̃ in
neceſſitate ſit legis. Vale & nos dilige,quia nos quoq; te diligimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Diui Ambrosij ad sacerdotes quosdam & omnem clerum plebis Thessalo nicensium, de obitu, uita, uirtutibus & conuersatione sancti uiri Acholij. Epistola LIX.

AMBROSIVS Anatolio, Numerio, Seuero, Philippo, Macedonio, Ammiano, Theodosio, Eutropio, Claro, Eusebio, & Timotheo domi nis sacerdotibus, & omni clero plebis Thessalonicensium dilectis salu tem. Dum semper affixum tenere animo desidero uirum sanctum, atq; omnes actus eius quasi in specula positus exploro, hausi nimia indagine sollicitu dinis amaritudinem nuncij celerioris, & quod adhuc mallem nescire, cognoui in cœ lestibus iam requiescere uirum sanctum Acholium quem in terris requirebamus. Quæritis quis hoc annunciauerit, cum uestræ sanctitatis nõdum uenissent literæ? Non teneo autorem nuncij, & usu quidem uenit, ut non libenter teneamus nunciũ mœstitudinis, sed tamen clauso mari, occupatis terrarum barbarica infestatione re gionibus, cum deesset qui aduenire potuerit, non defuit qui nunciaret, ut mihi ui deatur ipse sanctus annunciasse se nobis, eo quod iam perpetuo laboris sui potire tur stipendio, & solutis uinculis corporis inter angelorum ministeria Christo adhæ reret, cupiens amantis sui errorem absoluere, ne illi longæuitatem uitæ huius de precaremur, cui uitæ æternæ iam præmia deferebantur. Abijt ergo, nõ obijt, & emi grauit à nobis ueteranus Christi Iesu cœlo, terræq; istius solũ mutans, & plaudens
Psal. 54 alis atq; rerum igijs spiritualibus dicit: Ecce elongaui fugiens. Cupiebat enim aposto lico spiritu iam dudum terras relinquere, sed tenebatur uotis uniuersorum, sicut de
Phil. 1. D Apostolo legimus, quia remorari eum diutius in carne erat ecclesiæ necessariũ. Vi uebat enim nõ sibi sed omnibus, & populis erat uitæ æternæ minister, ut prius eius fructum etiam in alijs q̃ in se adipisceretur. Est igitur iam superiorum incola, pos sessor ciuitatis æternæ illius Hierusalem quæ in cœlo est. Videt illic urbis eius men suram immensam, purum aurum, lapidem precio sum, lumen sine sole perpetuũ, & hæc omnia iam dudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifesta
Psal. 47 uidens dicit: Sicut audiuimus, ita & uidemus in ciuitate domini uirtutum, in ciuita
Baruch. 3. te dei nostri. Ibi ergo positus appellat populum dei dicens: O Israël q̃ magna est domus dei, & q̃ ingens locus possessionis eius, magnus & non habens finem. Sed quid hoc est? Dum merita uiri cõsidero, & quasi discedentẽ spũ sequor, & sancto rum choris deducentibus interm scor, non merito ullo sed affectu penè sum obli tus mei. Ita ne ergo raptus est nobis murus fidei, gratiæ, & sanctitatis, quẽ totiẽs in gruentibus Gotthorũ cateruis, nequaq̃ tamen potuerũt barbarica penetrare tela, expugnare multarum gentium bellicus furor? Deniq; in cæteris populatores locis, illic pacem rogabant, mirantibusq; quid sibi sine milite ullo obsisteret, à prudentio ribus intimabatur Helisæi intus imitatorem degere, ætate supparem, nõ imparem spũ, cauerent ne exemplo Syriaci agminis sibi quoq; cæcitas offunderetur. Et tñ cir ca discipulos suos diuersa dona Christi sũt. Helisæus quidem in Samariã captiuas acies induxit Syrorũ. Sanctus aũt Acholius precibus suis fecit ut de patribus Ma cedoniæ uictores fugaret. Nónne & hoc intelligimus uirtutis superioris fuisse, ut ubi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nónne & hoc cæcitatis est ut fu gerent, quos nullus urgebat, sed urgebat & præliabatur sanctus Acholius, non gla dijs sed orationibus, nõ telis sed meritis? An incognitũ nobis est dimicare sanctos etiam

A etiam cum ferientur? Nónne ocio sus erat Helisæus? Ocio sus scilicet corpore sed ui brabat spiritu, & orationibus præliabatur, quando in castris Syriæ uox equitum & uox uirtutis magnæ audiebatur, adeo ut putarent Syri aliorum regum aduersus se uenire exercitus, qui populo Israël adiumento forent. Vnde perculsi magno fuge runt pauore, ita ut leprosi quattuor qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hosti um deprædarentur. Nónne in Macedonia similia dominus per orationes sancti Acholij fecit miracula, aut propè maiora? Nõ em̃ inani metu nec superflua s spiti one, sed sæuiente lue & ardenti pestilentia perturbati Gothi ac territi sunt. Deniq; tunc fugerunt ut euaderẽt, regressi postea pacem rogarũt ut uiuerẽt. Vidimus itaq; in tanti uiri meritis superiora secula, & opera prophetarum quæ legebamus aspexi mus. Quasi Helisæus inter arma, inter acies, dum uixit uersatus est, meritis suis com ponẽs prælia. Deniq; ubi securitas cohabitãtibus reddita est, quod ipso fuit durius bello, sanctum exhalauit spiritũ, & quasi Helias usq; ad cælum eleuatus est, nõ cur ru quidem igneo, nec equis igneis, nisi forte illa nõ uidimus, nec in cõmotione aëris, sed in uoluntate & placiditate dei nostri, & sanctorum angelorum lætitia, qui ad se tãtum uirum transisse gratulabant. Certe dubitare illa nequaquam possumus, q̃ quidẽ reliqua congruerunt. Siquidẽ eodẽ momẽto quo ille adhuc eleuabatur, uelut quodã melotidis suæ demisso amictu, sanctũ Anysiũ discipulũ suum induit, & sui uestiuit infulis sacerdotij, cuius meritũ & gratiã nõ nunc primũ audio, nec in uestris epistolis didici, sed in uestris litteris recognoui. Nã quasi præscius successurũ sibi, & si promissis tegebat, tamen indicijs designabat, adiutũ se eius cura labore officio me
B morãs, ut iã declarare consortẽ uideret, qui non quasi nouus ad summũ sacerdotiũ ueniret, sed quasi uetus sacerdotij executor accederet. Cui pulchre conuenit dictum illud euangelicum: Euge bone serue & fidelis, quoniam super pauca fidelis fuisti, su Matth. 25. per multa te constituã. Hæc mihi de sancto Acholio uobiscũ cõmunia. Illud tamen speciale, quo deuinctus sum beatæ memoriæ uiro, quia tribuit mihi ut eũ non igno rarem. Nam cum eo ueniente ad Italiam ægritudine confectus tenerer, ut non pos sem occurrere, ipse ad me uenit & uisitauit. Quo studio, quo affectu ipse in me & e go in eum irruimus? Quo gemitu mala istius seculi & ea quæ hic acciderent deplo rauimus, ita ut lachrymarum profluuio uestem infunderemus? dũ salutatione ex optatissima mutuo desiderio & expetito diu fruimur, adhæremus amplexu. Itaq; quod uoti mei erat, illius beneficij fuit, quia potui illũ uidere. Nam & si maior por tio & plenior cognitio sit in spiritu uidere quos diligimus, tamẽ etiam in figura cor poris uidere desideramus. Sic aliquando reges terræ quærebant faciem Salomonis uidere & audire eius sapientiam. Discessit igitur à nobis, & nos in hoc reliquit sa lo: sed quod illi utile, id multis ipso barbarico furore est grauius: quia illum iste de pellebat, hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repræsentat dominus, & se ipsum in discipulo repræsentat. Repræsentãt iudicia uestra, quibus dictum est: Da te Leui manifestos eius & ueritatem suam. Viro sancto dedistis manifestum eius, ut pote eius institutione fundatum, dedistis imitatorem uiri eius qui dixit patri suo & matri suæ, non uidi te, & fratres suos non sciuit, & filios non recognouit, custodi uit uerbum domini, & testamentum eius obseruauit. Narrabunt populi iustitiã eius. Talis uiri uita, talis hæreditas est, talis conuersatio, talis successio. Ille se monasteriis puer dedidit, & intra Achaiam angusto clusus tugurio, gratia ta
men

Universidad de Deusto
Biblioteca

C men multarum terrarum peragrauit diuortia, ad summum sacerdotium à Macedonicis obsecratus populis, electus à sacerdotibus, ut ubi ante fides per sacerdotem laudebatur, ibi postea per sacerdotem muralia fundamenta fidei confirmarentur. Non aliter etiam eius discipulus imitatione, qui & ipse dixit patri suo & matri suæ non uidi te. Non uidit enim studio, non uidit affectu, & fratres suos nō sciuit, quia deum scire desiderauit. Et hic recognouit uerbum domini, & custodiuit testamentum eius, & imponit honorem in ara eius semper. Benedic domine fidem eius, sanctitatem, sedulitatem. Benedictio tua ueniat super caput eius & super uerticem ipsius. Sit honorificus inter fratres suos, sit in eo tauri species, ut uentilet corda inimicorum, & sanctorum mentes demulceat, & iudicium sacerdotum tuorum in eo sicut lilium floreat. Valete fratres & diligite me, quia ego uos diligo.

Diui Ambrosij ad Anysium, sancti Acholij successorē, de successione eius congaudentis, uitamq; sancti Acholij commendantis, & illius adolescentiam, iuuentutem atq; senectutem benedicentis. Epistola. LX.

AMBROSIVS Episcopus Anysio fratri. Iam dudum te teneo, & si nunc primum lego, meritisq; compertum habeo quem oculis non uideram. Doleo quidem illud accidisse, sed hoc successisse gaudeo. Quia licet superstite me non optauerim illud contingere, speraui tamen post illius sancti uiri exitum, hoc solum posse merito succedere. Tenemus ergo te sanctæ memoriæ Acholij dudum discipulum, nunc successorem hæredemq; eius uel honoris uel gratiæ. Magnum meritum frater gaudeo tibi, ne uno quidem mo
D mento de successore tanti dubitatum uiri: & magnum onus frater tanti nominis pondus subisse, tantæ libræ tantiq; examinis. Quæritur in te Acholius, & sicut erat in affectu tuo, ita in officijs desideratur, illius uirtutis, illius disciplinæ effigies, illius fortitudo animi in tam senili corpore. Vidi fateor uirum, nam & hoc meritis illius debeo quod illum uiderim. Vidi ita illum esse in corpore, ut extra corpus putarem. Vidi imaginem illius qui se siue in corpore siue extrā corpus nesciēs, raptum ad paradisum uiderat. Ita enim percurrebat omnia excursu frequenti, Cōstantinopolim, Achaiam, Epirum, Italiam, ut iuniores eū non possent consequi. Cedebāt fortiores corpore, quia cum sine impedimento esse corporis nouerant, ut eo tātum pro uelamine uteretur non pro officio, ceu te ad seruitium, non ad subsidium. Ita enim afferebat corpus suum, ut in eo mundum crucifigeret, & mundo semetipsum. Benedictus dns & benedicta adolescētia eius quam exegit in tabernaculis dei Iacob, positus in monasterijs, in quibus cum quæreret à parētibus uel proximis dicebat: Qui
Matt.12 sunt fratres mei, aut quæ mater mea? Nō noui patrē uel matrem uel fratres meos, sed eos qui audiūt uerbū dei & faciunt. Benedictus etiā processus iuuētutis ipsius, in qua ad summū electus est sacerdotiū, maturo iā probatus uirtutū stipēdio. Venit enim tanq; Dauid ad pacē populi reformandā. Venit tanq; illa nauis aurū secū intelligibile uehens & ligna cedrina & lapides pretiosos, ut illas colūbæ pennas deargentatas, quibus medias inter sortes somno pacis & trāquillitatis sopore dormi-
Can.5. uit. Est em̄ sanctorū etiā somnus operarius, secundū qd̄ scriptū est: Ego dormio, &
Gen.28 cor meū uigilat. Et secundū q̄d Iacob sanctus diuina dormiēs uidebat mysteria, q̄ uigilans nō uiderat, de cœlo ad terras aērē peruiū sanctis, respicientē dm̄ & pollicentem

A centem terræ eius possessionem. Itaq; breui somno dormiens impetrauit, quod magno labore postea acquisiuit. Hæreditas eius est enim somnus sanctorum, feriatus ab omnibus corporis uoluptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatem menti inuehens, placiditatem animæ, tanquam soluta nexu corporis se ableuet & Christo adhæreat. Hic est somnus uita sanctorum, quā uiuebat sanctus Acholius, cuius benedicta etiam senectus ipsa est. Vere senectus illa uenerabilis, quæ non canis sed meritis albescit. Ea est enim reuerenda canicies, quæ est canicies animæ in canis cogitationibus & operibus effulgens. Quæ est enim uere ætas senectutis, nisi uita immaculata, quæ non diebus aut mensibus sed seculis propagatur, cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate longæuitas? Quo enim diuturnior, eo fortior (eo qd̄ diutius eam uitam uixerit) in uirum perfectum excrescit. Huius igitur successorem te dns non solum honore sed etiam moribus probet, & summa fundare dignetur gratia, ut ad te quoq; populi concurrant, de quibus dicas: Qui sunt isti qui sicut nebulæ uolant, & sicut columbæ cum pullis suis? Veniant quoq; sicut naues Tarsis quæ accipiant frumentum, quod Salomon uerus impartiuit uiginti mensuras tritici. Accipiant oleum & sapiētiam Salomonis, & sit pax inter te & populum, & testamentum pacis custodias. Vale frater & dilige nos, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Candidianum, splendorem sermonis & fulgorem affectus eius commendantis, illiq; benedictionem optantis. Epistola. LXI.

B AMBROSIVS Candidiano fratri. Summus quidē splendor in sermone est tuo, sed magis in affectu elucet mihi. Nam in epistolis mētis tuæ aspicio fulgorem dilectissime frater ac beatissime. Dominus te benedicat, & det tibi sui gratiā. Nam & ipse in epistolis tuis uota magis quàm mea merita recognosco. Quæ enim merita mea tantis tuis æquentur sermonibus? Dilige nos frater, quia nos te diligimus.

LIBER OCTAVVS.

Diui Ambrosij ad Irenæum, quæstionem, Cur dominus deus mãna pluerit populo patrum, & nunc non pluat, dissoluentis. Epistola. LXII.

AMBROSIVS Irænæo. Quæris à me, cur dominus deus manna pluerit populo patrum & nunc non pluat. Si cognoscis pluit, & quotidie pluit de cœlo manna seruientibus sibi. Et corporeum quidem illud manna hodie plerisq; in locis inuenitur, sed nunc non est tanti res miraculi quia uenit quod perfectum est. Perfectum autem panis de cœlo, corpus ex uirgine, de quo satis euangelium te docet. Quanto præstantiora hæc superioribus? Illud enim manna, hoc est panem illum qui manducauerunt mortui sunt, hunc autem panem qui manducauerit uiuet in æternum. Sed est spirituale manna, hoc est pluuia spiritualis sapientiæ, quæ ingenijs & quærentibus de cœlo infunditur, & irrorat mentes piorū & obdulcat fauces eorum. Qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientiæ delectatur, nec alium cibum requirit, nec in solo pane uiuit, sed in omni uerbo dei. Qui Matt.4
curiosior fuerit quærit quid sit istud quod melle dulcius sit. Respondet illi minister dei:

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dei: Hic est panis quem dedit tibi deus manducare. Qui sit iste panis, audi. Sermo
inquit quem ordinauit deus. Hæc ergo ordinatio dei, hæc alimonia alit animam sa
pientis, & illuminat atq; obdulcat, resplendens ueritatis corusco, & mulcens tanquã
fauo quodam diuersarum uirtutum suauitate & sermone sapientiæ. Faui enim mel
Prouer. 16 Luc. 13 lis sermones sunt boni, sicut scriptum est in Prouerbijs. Cur autem minutum sit,
causam accipe. Quia & granum sinapis minutum est, quod comparatur regno cœ
lorũ. n, & fides quæ sicut granum est sinapis, potest montes tollere & iactare in ma
Luc. 13. re. Et fermento simile est regnum cœlorum quod abscondit mulier in farinæ men
Exo. 32 suris tribus donec fermentetur totum. Et Moyses caput uituli aurei comminuit si
cut puluerem & misit in aquam & dedit populo bibere. Incrassatum enim erat cor
Matt. 24. eorum perfidiæ immanitate, ut emolliretur & fidei sumeret subtilitatẽ. Deniq; illa
mulier quæ bene emoluerit assumetur, ea autem quæ male emoluerit derelinque
tur. Emole ergo & tu fidem tuam, ut sis sicut illa anima, quæ Christi in se charitatẽ
excitat, quam mirantur ascendentem uirtutes cœlorum quod sine offensione ascen
dat, & ex hoc mundo ascendat cum lætitia & iocunditate sicut uitis propago, & si
cut fumus se ad superna subrigat fragrans odorem resurrectionis piæ & suauitatẽ
Can. 5. fidei, sicut habes scriptum: Quæ est hæc quæ ascendit à deserto sicut uitis propago,
fumo incensa, odorificata myrrha & thure ab omnibus pulueribus unguenti? Pul
chre subtilitatem eius expressit pulueris comparatione & unguenti commemora
Exo. 30. tione, quia in Exodo subtile legimus & ex multis compositum thymiama, illud esse
incensum propheticum quod est sanctorum oratio, ut dirigatur in conspectu do
Psal. 140. mini, sicut & Dauid dicit: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.
D Deniq; græcus κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου dixit. Et in Apo
Apo. 8 calypsi Iohannis legimus: Quia stetit angelus ante altare, habens thuribulum au
reum & data sunt ei thymiamata multa de orationibus sanctorum omniũ. Et ascen
dit inquit fumus thymiamatum orationum sanctorum de manu angeli in conspe
ctu dei. Et umbilicus animæ ac uenter subtilis est illius quæ ascendit ad Christum.
Can. 7. Ideoq; laudatur uoce sponsi dicentis: Vmbilicus tuus crater tornatilis non deficiẽs
musto, uenter tuus aceruus tritici minuti inter lilia: Est enim in omni doctrina tor
natus, & potus spiritalis non deficiens plenitudine, & cœlestium secretorum cogni
tione. Venter quoq; animæ mysticus sicut umbilicus, quo uentre nõ solum sortem
cibum sumit quo corda firmantur, sed etiam suauem ac florulentum quo delectan
Exo. 23. tur. Et fortasse hoc docuit Moyses multis orationibus & pijs illud mitigandum sa
3. Reg. 19. crilegium. In libro quoq; regnorum cum se dominus sancto reuelaret Heliæ, uox
auræ tenuis præcessit, & statim se ei dominus reuelauit, ut cognoscamus ea quæ cor
porea sunt, crassa esse & pinguia, & quæ spiritalia, mollia & subtilia, ut non possint
Sap. 7 comprehendi oculis. Deniq; & spiritus sapientiæ subtilis & mobilis legitur in libro
Sapientiæ: Quia est in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis
& mobilis, qui sermones suos molat prius ne quid offendat uel in sensu uel in allo
quio. Deniq; illi Babyloni, cum destruetur, dicitur: Et uox molæ non audietur in te
Exo. 16 amplius. Hoc igitur mãna subtile erat, & ad diem colligebatur, in diem alterũ non
seruabatur, eo quod inuenta sapientiæ in tempore sint gratiora, nec tam miranda
quæ spacio temporis reperiuntur, quàm illa quæ præsentis funduntur ingenij uiua
citate: siue quia futura reuelantur mysteria, eo quod seruatum manna usq; ad solis
exortum

A exortum, esui iam esse nõ posset, id est, usq; ad Christi aduentum habere gratiam.
Oriente autem iusticiæ sole & splendidioribus Christi corporis & sanguinis sacra
mentis refulgentibus cessarent inferiora, perfecta illa sumenda populo forent. Vale
& nos dilige, quia nos quoq; te diligimus.

Diui Ambrosij ad Iustum, differentis quod ueteres quos plerisq; secundum ar
tem scripsisse negant, secundum gratiam quæ super omnem artem est scripserint, de
quorum tamen scriptis ij qui de arte scripserunt artem inuenerunt, Epist. LXIII.

AMBROSIVS Iusto. Negant plerisq; nostros secundum artem scripsisse.
Nec nos obnitimur, nón enim secundum artem scripserunt, sed secundũ
gratiam quæ super omnem artem est. Scripserũt enim quæ spiritus ijs lo
qui dabat. Sed tamen ij qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artem inuenerunt,
& cõdiderunt commenta artis & magisteria. Deniq; in arte requiruntur præcipue,
ut sit αἴτιον, ὕλη, ἀποτέλεσμα. Cum igitur legamus sanctum Isaac patri dicere, Ecce Gene. 22.
ignis & ligna, ubi hostia? Quid horum deest? Nam qui quærit dubitat, qui respon
det quærenti, pronunciat & dubitationem absoluit. Ecce ignis, id est, αἴτιον, & ligna,
id est hyle, quæ Latine materia dicitur. Tertium quid supereſt nisi ἀποτέλεσμα, quod
filius quæsiuit, pater rettulit dicenti, ubi hostia? Deus, inquit, prouidebit sacrificium
fili. Differamus paulisper mysterium. Ostendit deus pendentem arietem cornibus.
Aries autem est uerbum plenũ tranquillitatis & moderationis atq; pãtientiæ, quo
ostenditur bonum sacrificium iusticiæ etiam sapientiam & prudenter emerendi ac
B propitiandi rationem cognoscere. Vnde & propheta ait, Sacrificate sacrificiũ iusti Psal. 4.
ciæ. Itaq; iusticiæ, ita ut sapientiæ sacrificium est. Ecce ergo mens calida & feruens ut
ignis, quæ operatur, Ecce & intelligibilia, id est materia, ubi est tertium intelligere? Ec
ce color, ubi est uidere; Ecce sensibilia, ubi est sentire? Materia enim non ab omnibus
uidetur, ideoq; deus dat munus intelligendi, & sentiendi, & uidendi. Verbum ergo
dei ἀποτέλεσμα est, id est definitio & cõsummatio disputationis, quod infunditur pru
dentioribus, & dubia cõfirmat. Pulchre autem etiam ij qui in aduentũ Christi nõ
crediderunt, seipsos reuincunt, ut cõfiteantur quod negandũ putant. Dicunt enim arie
tem uerbũ dei, & nõ crediderunt passionis mysteriũ, cum in illo mysterio uerbũ dei
sit, in quo impletũ est sacrificiũ. Ergo primũ accendamus in nobis ignem mentis ut
operetur in nobis. Quæramus subijcientes materiam, quid sit quod nutriat animã,
tanq; in tenebris requiramus eam. Neq; enim uel patres sciebant quid esset manna.
Inuenerũt, inquit, manna dicentes ipsum esse sermonẽ & uerbũ dei, unde omnes di
sciplinæ fonte iugi ac perpetuo fluunt ac deriuantur. Hæc est esca cœlestis. Significa
tur autem ex persona dicentis, Ecce ego pluam uobis panes de cœlo αἴτιον ergo eo Exo. 16.
quod operatur deus, qui irrigat mentes rore sapientiæ, hyle quia uidentes animæ &
gustantes delectantur, & requirunt unde sit illud splendidius luce, dulcius melle. Re
spondetur eis scripturæ serie, Hic est panis quẽ dedit uobis manducare dominus, &
hoc est uerbũ dei quod disposuit deus uel ordinauit quo pascitur anima prudentiũ
& delectatur, Est candidũ & suaue ueritatis splendore illuminans, & uirtutũ suauita
te demulcens audientiũ animas. In se eñ didicerat propheta quid esset cõsumman
dæ rei αἴτιον. Nam cũ mitteretur ad populũ dei liberandum, ad regem Ægypti, ait.
Quis sum ego ut uadam, & educam populũ à regis potestate? Respondit dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Ego ero tecum. Interrogabat iterum Moyses, Quid dicam illis si requirant quis est
dominus qui misit te, & quod nomen est illi? Dixit dominus, Ego sum qui sum. Di-
2. Cor. 1. ces, qui est, misit me. Hoc est uerum nomen dei esse semper. Vnde & apostolus de
Christo, Dei enim filius Iesus Christus qui in nobis est, qui per nos prædicatus est
per me & Syluanū & Timotheū, nō fuit in illo, inquit, est & non, sed est in illo fuit.
Exo. 4. Respondit Moyses, Si nō crediderint mihi neq; obedierint uoci meæ, dicentes, quia
non apparuit tibi deus, quid dicam illis? Dedit illi signa facere, ut crederetur quia à
domino missus est. Tertio ait Moyses, Non sum dignus, & gracili uoce sum & tar-
diori lingua, quomodo me audiet Pharao? Responsum est ei, Vade & ego aperiā
os tuum, & instruam te quid debeas loqui. Interrogationes ergo illæ in medio, & re
sponsiones, habent sapientiæ semina & theoriā. Gratum tamen ἀποτέλεσμα est,
quia ait, Ego ero tecum. Et quamuis dederit ei signa facere, tamen dubitanti iterum
(ut scias quia signa non credentibus, promissam autem credentibus) respondit ad
infirmitatem, uel meriti, uel uoti, Ego aperiam os tuum, & instruam te quid debeas
Matth. 7. loqui. Perfectum ergo ἀποτέλεσμα seruatum est. Habes hoc & in euangelio, Petite
& dabitur uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Pete ἀπὸ τοῦ αἴτεῖς
id est, ab auctore quære. Habes hylem, intelligibilia, quibus quæras, pulsa & aperit
tibi deus uerbum. Quæ petit, mens est, quæ operatur sicut ignis intelligibilia, in qui-
bus mentis ardor operatur sicut ignis in lignis, aperit uerbū tibi deus quod est ἀπο-
τέλεσμα. Habemus & alibi in euangelio dicente domino, Cum autem tradent uos,
nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora quid
Gene. 27. loquamini. Non enim uos eritis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur
D in uobis. Habes hoc & in Genesi dicente Isaac, Quid est quod tam cito inuenisti fi-
li? Qui dixit, Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμα domi
Gene. 31. nus est, qui per dominum quærit inuenit, Laban denicp qui per dominum nō quæ-
siuit, quia quærebat idola, non inuenit. Pulchre autem quod dicunt horos seruauit.
Primus est horos, Vade affer mihi de uenatione tua ut manducem. Excitat atque
adolet, uelut igni quodam adhortationis suæ mentem eius ut operetur & quærat.
Secundus horos, Quid est quod tam cito inuenisti? Hic in interrogatione est. Ter-
tius horos in responsione, Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. ἀπο-
τέλεσμα deus est, qui concludit & consummat omnia de quo dubitandum non est.
Est & ille horos de spontaneis. Si non seminaueritis non metetis. Nam & si cultura
prouocet semina, tamen natura spontaneo quodam ut surgat in ijs operatur inge-
1. Cor. 3. nio. Vnde Apostolus, Ego plantaui, inquit, Apollo rigauit, sed deus incrementum
dedit. Itaque neq; qui plantat est quicquam, neque qui rigat, sed qui dat incremen-
tum deus. Dat tibi deus in spiritu, & in corde tuo seminat dominus. Age ergo ut in-
spiret, & seminet ut metas: si non seminaueris non metes, quasi admoneris ut semi-
nes: non seminasti, non metes, sententia est. Principio finis conuenit, principium se-
men est, finis messis. Disce, inquit, ex me, natura adiuuat discentem, deus autem au
ctor naturæ est. Dei quoq;, ut benedicemus quia hoc naturæ est, perdisce re. Duri
enim corde non discunt. Incrementa per naturam quæ diuini habet gratiam mune
ris, consummationem & perfectionem deus dat, id est, illa præstantissima & diuina
trinitatis natura & substantia. Vale & nos dilige ut facis, quia nos te diligimus.

Diui

A Diui Ambrosij ad Syagrium Veronensis ecclesiæ episcopū, literis illius respon
dentis, eumq; uehementer arguentis de iudicio attemptato in causa cuiusdam uir-
ginis per turpes quasdam personas accusatæ, Et cur causam istam ad se reuocauerit,
& qualem in ea sententiam pronunciauerit exponentis Epistola. LXIIII.

AMBROSIVS Syagrio Veronensis ecclesiæ episcopo. Prospiciendū esse
ne de nostro obloquantur iudicio charissimi nostri Veronenses proprijs
texuisti literis. Non arbitror fore, certe non solent. Aut si obloquantur, de
quo obloqui soleant, haud dubie liquet, cū exasperati huc ueniant, pacifici ad te re-
uertantur, præsertim cum hoc iudicium nostrū cum fratribus & cōsacerdotibus no
stris participatum processerit. Tu autem sine alicuius fratris consilio hoc iudicium ti
bi solus iudicandum putaris, in quo tamen ante iudicium præiudiciū feceris, ut puel
lam Zenonis sanctæ memoriæ iudicio probatam eiusq; sanctificatam benedictio-
ne, post tot annos sine auctore criminationis, sine accusatore, sine professore delatio
nis, in periculum reatus deducendam arbitrarere. Cui inuidia esset à uanis, ab hære-
ticis, ut ipsi uolunt, à turpibus personis cōflata per scelus, per auariciā, per intempe-
rantiam, quærentibus proprij libertatem flagicij, ab ijs postremo qui domo eius e-
iecti atq; eliminati forent, quod discolora opera subtexerēt, quàm prima fronte suæ
professionis prætenderant. Huiusmodi accusatores, huiusmodi testes in tuo consti-
tuebas iudicio, qui neq; accusare audebant, neq; delationis se nexu obligare, atq; ita
inspectioni adiudicandam constituebas uirginem, quam nullus argueret, nullus de-
ferret. Vbi hæc cognitionis solennitas? Vbi talis iudicandi formula? Si leges publi-
B cas interrogemus, accusatorem exigunt: si ecclesiæ, duobus, inquit, & tribus testibus Deu. 17.
stat omne uerbum, sed illis testibus qui ante hesternum & nudiustertius nō fuerint
inimici, ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci sese uelint. Inoffensus igitur affectus te-
stium quæritur, ita tamen ut accusator prius in medium procedat. Ipsi illi presbyteri
Iudæorū manus suas prius supra caput imposuerunt Susannæ, & accusationē pro- Dan. 13.
fessi sunt, & pariter addiderūt testimonij auctoritatē, quā imprudenter populus sub
errore positus acceperat. Sed diuino iudicio per prophetam retexit & redarguit om
nipotens deus, ut liqueret omnibus eos uellē inuidiam præseminare aduersum in-
nocentis periculum qui deficerentur accusationis argumento & firmamento proba-
tionis, conijcientes uidelicet, quod si præoccupatis uulgi auribus inuidia mentem in-
cesseret, præiudicium examinandæ ueritatis inferret. Etenim cum audita præueniūt,
aurem obstruunt, animū occupant, ne probatio desideretur, ut rumor pro conuicto
teneatur crimine. Nos igitur accusatorem exegimus, & auctorem totius scænæ ma-
ximum perurgendum arbitrati sumus. Verum ille accusationem quam studio infor
mauerat, uerbo detulerat, deseruit professione, & tamen affectu urgebat, arte exe-
quebatur, sed refugiebat nomine quod diffideret probationi. Deniq; sparsis rumo-
ribus, sed etiam epistolis cōpositis & destinatis, quæsiuit acerbare inuidiam delatio-
nis, sed nequaquam opprimi potuit integritas & circūueniri. Nam si habuisset pro-
bationes, nunquam inspectionem tua sententia flagitauisset. Quid igitur sibi ue-
lit, & quò spectet, quod obstetricem adhibendam credideris, nō possum aduertere.
Itáne ergo liberum erit accusare omnibus, & cum probatione destiterint patebit, ut
genitaliū secretorū petant inspectionē, & addicent semp sacre uirgines ad huiusmo
di ludibria, quæ & uisu & auditu horrori & pudori sunt? Deniq; nō minima etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C in tuis literis tentatæ expressionis uerecundia est. Quæ ergo sine damno pudoris in
alienis auribus resonari non queunt, ea possunt in uirgine sine eius tentari uerecun-
dia? Inueneris tibi uile mancipiū, procacē uernulam, cur nō abutaris pudibundo mi
nisterio, & exponas eius modestiam, cū præsertim nihil sanctius in uirgine sit q̄ ue-
recundia? Non ēm sacra uirgo ut corpore tantūmodo integra sit quærit̄, & nō ut in
omnibus eius inoffensus maneat pudor. Virgo domini suis est nexa fulcris ad sui
probationē, nec alienis dotibus eget, ut se uirginem probet, nec abditorum occulto-
rumq̄ inspectio sed obuia omnibus modestia astipulatur integritati. Non placet
deo, quā nō suorū grauitas morū probat. Nō probatur domino, quæ unius obste-
tricis indiget testimonio, quod plerūq̄ quæritur precio. Ea ergo tibi locuples uidet̄
ad fidē quæ & redimi & falli potest, ut excuset ream, & crimē tegat, aut nesciat, & nō
possit flagiciū deprehendere? Neq; uero illud iustū arbitror quod tuis cōprehendi
sti literis, quia nisi inspecta fuerit integritas pendebitur, & incerto sui fluctuet. Ergo
oēs quæ inspectæ nō sunt, periculū subierūt pudoris? Ergo & quæ nupturæ sunt,
prius inspiciant̄ ut nubant? Probatiores ergo & quæ uelandæ sunt, prius subiicien-
dæ sunt huiusmodi attrectationi. Nō ēm uisitantur sed attrectant̄, & rectius secun
dum tuam sententiā inspicitur nō probata q̄ cōsecrata. Quid quod etiam ipsi archia
tri dicūt nō satis liquido cōprehendi inspectionis fidē, & ipsis medicinæ uerustis do
ctoribus id sententiæ fuisse? Nos quoq; usu hoc cognouimus, sæpe inter obstetrices
obortam uarietatē & quæstionē excitatā, ut plus dubitatū sit de ea quæ inspiciendā
se præbuerit cū de ea quæ nō fuerit inspecta. Siquidē & proximo id cōperimus ex-
D emplo. Nam quædā cōditionis seruilis Altini inspecta & refutata, postea Mediola-
ni, nō meo quidē iussu, sed Nicenti extribuni & notarij dñi uel patroni sui uolunta-
te, uisitata est à peritissima & locupleti fœmina huiusmodi artis: & cū simul ista sup
peterent, ut neq; paupertas obstetricis suspectā faceret fidē, neq; indocilitas imperi-
tiam, tamē adhuc manet quæstio. Quid profuit igitur eam inspici, cū damnatio ma
neat? Nam ut quisq; uoluerit, aut imperitā medicā aut redemptā asseret, ita sine ef-
fectu ullo iniuria inspectiōis est. Quid deinde fiet? Quotienscūque emerserit qui nō
credat, totiens uirgo adtrectabit̄? Nam si unq̄ se uisitandā abnuerit, secundū asserti
onem tuā de crimine cōsitebitur. Et facilius est ut refutet quod nunc̄q; fecerit c̄q; quod
fecerit. Variabunt̄ igitur obstetrices, ne suspectæ aliqua repetatur gratiæ. Erit itaq;
inter plures, quanquā paucorū etiam in magnis urbibus hic usus medendi sit. Erit
inquā uel malcuola uel imperita, quā pudoris claustra prætereant, & per imperitiā
integro notā affigat pudori. Vides in quod periculū induas uirginalē professionē,
dum obstetricē adhibendā putas, ut iam nō solū uerecundiæ suæ dispendio, sed eti
am obstetricis incerto periclitetur. Nunc cōsideremus quod obstetricis officiū sit. Le
gimus etiam in ueteri testamento obstetrices, sed nō inspectrices. Deniq; ad partu-
rientes ingrediebant̄ nō ad uirgines, ut partus susciperent, non ut pudorē examina-
rent. Vnde & obstetrices dictæ, eo qd̄ obsistant dolori uel certe pignori, ne laxatis
uteri genitalibus claustris in terrā defluat. Secūdo & tertio loco in scripturis inueni-
Gene. 35. mus obstetrices adhibitas, sed ubiq; partui, nusquā inspectioni. Primo ubi Rachel
Exo. 1. parturit, deinde ubi Thamar parit, tertio ubi necandos mares Pharao mandat He
bræorū obstetricibus: quādo responderūt illæ, nō eo more Hebræas fœminas pare-
re quę pariūt Ægyptiæ, sed Hebræas prius patere c̄q; introëant obstetrices ad eas.

Qui

A Qui locus ut superiori utilis ad Hebræorū salutē, ita reliquo cōfragosus ad obstetricū
fidem, quæ didicerunt mentiri pro salute, & fallere pro excusatione. Quid igitur suspe-
cta & dubia captamus cum maiora sint alia examinandæ ueritatis documenta & testi
monia, in quibus expressiora insignia uel temerati pudoris sint? Quid ēm est qd̄ ma-
gis publicū sit, quàm offensa pudoris & defloratio uirginitatis? Nihil profecto quod
magis se probet c̄q; castitatis dispendium. Tumescit aluus, & incedentē fœtus sui one-
ra grauant, ut prætermittamus alia quibus se uel tacita prodit cōscientia. Ac forte steri
litatis obtentu abscōdi in aliquibus possit flagiciū. Hic uero cū æditus partus & expo-
situs uel necatus (dū inuidiæ magis quàm probationi cōsulitur) dissipatus sit per aures
uniuersorū, strangulata est libertas calumniarū, si peperit, nempe Veronæ fuit, uiseba
tur frequenter à uirginibus & mulieribus. In honore ēm semper erat. Visebatur & à sa-
cerdotibus propter pudicitiæ reuerentiā & grauitatis speculū. Quō ergo potuit occule
re crimē quod se uel specie sui prodiret? Quō texit uterū? quō nō refugit aspectū mu
lierum, oculos salutantiū? quō parturiens uocē repressit? Sed hoc non patitur dolor.
Deniq; scriptura hos maximos dicit dolores qui sunt parturientis. Sic ēm, inquit, Di-
es domini subito uenit, & improuisus adest, ut dolor partus qui intercludit oēia effu-
gia delitescendi. Hæc est uerior documentorū fides quā erubescūt & mulieres. Deniq;
Helisabet occultabat se mensibus quinq; eo quod sterilis cōceperat in senectute. His si
gnis & ipsa Mariæ uirginitas apud ignaros mysterij, probri suspectabatur. Vnde &
Ioseph cui desponsata erat uirgo, suspectū habebat uitiū, dum adhuc nesciret domini
cæ incarnacionis sacramentū. Quid ergo? negamus inspiciendas uirgines interim, qd̄
B nusquā legerim? Non astruo, nec uerū arbitror. Sed quia pleraq; ad speciem facimus
nō ad ueritatem & erroris gratia cōpluria frequenter prætendimus. Sunt ēm qui nesci
ant recte facere nisi metu pœnæ, relinquamus hoc illis quas non uerecundia reuocat à
lapsu, sed solus iniuriæ deterret metus, apud quas nulla cura pudoris & castitatis gra-
tia, sed pœnæ timor est. Relinquamus uernaculis quibus formido est deprehendi ma
gis quàm peccasse. Absit à uirgine sacra ut obstetricē nouerit, partus putatur, & reme-
dium doloris ducitur, nō exanimē pudoris. Relinquamus etiam illis si quæ grauibus ap
petitæ calumnijs, oppressæ testimonijs, strangulatæ argumentis, ad id cōfugiant, ut se
offerant inspectioni, quo uel corporis probentur custodia: si tamē deprehendi potest,
in quibus nutat pudoris gratia & disciplina integritatis. Male tamē se habet causa, ubi
potior est carnis quàm mentis prærogatiua. Malo morum signaculo quàm corporis
claustro uirginitatē exprimi. Iam illud præclarū, quod scripsisti insinuatū tibi à quibus
dam quod nequaquā tibi cōmunicarēt, si eam sine uisitatione suscipiendā credes. Ergo
iudicandi accepisti formulā. Quales illi qui uolūt præscribere sacerdotibus quid sequi
debeamus. Liberauimus itaq; te à cognitionis grauissimæ necessitate, ne necesse habe-
res formulā mandatā exequi. Quid nobis futurū est qui eorū studijs nō obtemperaui
mus, sed tamē scio illic pleroscq; esse qui timeāt dominū. Nam & hic uidimus dudū, &
illic esse cōperimus qui cōpositam hanc querant̄ calumniā, quos aiunt eo offensos fa-
uisse Maximo, qd̄ ista uirgo nō circumeat domos, nec eorū matronas salutet atq; am-
biat. Quid igit̄ fiet? quo tanto eam exuemus crimine? Quō persuadebimus ut cultus
assumat nouos, suos exuat? Graue flagiciū uirginē intra secreta domus degere, claudi
penetralibus suis. Sic certe lectio docet Mariā domi repertā, cum ad eam Gabriel ar-
changelus ueniisset. Susanna fugiens turbarū inducitur. Deniq; cum se lauaret, para-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C disum claudi iubebat. Quid autē præsertim in uirgine cuius præcipuū opus uerecūdia quæ secreta est, tutius secreto, ad omnes actus expeditius? Munia em̄ pudoris induit nō cōcursationis. Sed de alijs uidero, tuæ nunc mihi respondendū epistolæ est. Te mi ror frater qui tantopere defendas Maximū nō fuisse accusatorem, sed parentis dolore doluisse inuidiam sparsi rumoris. Cum ille se inimicū & aduersariū, litigatorē proposi to iam iurgio negare nō potuerit, aduersus sacram uirginē iudicia attētauisse, muroq; interiecto discretas ædes uxoris suæ ac uirginis, diuisam germanitatis inter sorores so cietatem, aliaq; proh dolor, & quod uirgo in agro, affinitatis suæ refugisset consortiū. Quō ergo nō accusator, qui affectū accusatoris iamdudū exercuit? qui sermone suo ac cusationē detulit? aures tuas impleuit clamore? & testes auditionis deduxit? cognitio nem poposcit? Quamlibet argumentatus negare nō potuisti, quod ad Indiciam scri pseris, quoniam Maximus seu impulsu aliorum seu dolore proprio, crimen graue de tulerit. Sola hæc epistola satis est ad excusationis testimonium. Neq; enim te ego tu is ad me datis literis urgendū putaui, sed ijs lectis quas ad uirginē dederas, aduerti di uersum esse quod ad me scripseras, & tamē cū epistolæ tuæ sibi nō cōuenirent, cōsulen dum te nō arguendū putaui. Quid igitur sibi uult illa argumentatio, quia illud detule rit qđ ad me scripseras, delatam uidelicet eam in turpi crimine, ita ut æditū & obrutū partū dici asserat? Quasi uero istud ad Indiciam nō ad me scripseris. Illa ubi audiuit li teris tuis Maximū subduci accusationi literas tuas protulit, quibus eum criminis dela torem probauit: ad me datas nō legerat, nec quid haberent sciebat. Ego autē exhorrui à primo calumniā, quia aduertebam nō crimē intendi, sed iniuriā uirginis desiderari,
D cuius inspectio & uisitatio postulabatur, nō aliquod flagiciū deferebatur. Quis enim istud à principio fraude cōpositum nequaq; sibi cōgruere & cōuenire nō arbitraretur? Cucurrisse mulieres uiles ad monasteriū, iactasse partū uirginis & necem pignoris, de monasterio rumorē per populos sparsum, eumq; affluxisse in aures noui affinis Ma ximi, ab ipso interpellatū episcopū, dimissas eas quæ dixisse ferebantur, atq; in fugam coactas, ut apud nos patuit eos qui audisse se dicerent, ad ecclesiam uocatos prodisse, Renatū & Leontiū duos illos iniquitatis uiros quos apposuit Iezabel, redarguit Da niel, subornauit Iudæorū populus, ut aucторē uitæ suæ falso appeterent testimonio. Qui tamē cū simul cōposuissent flagiciū, simul ingressi essent uiam, & ne quid prætere am, adiūcti Maximo, comitantibus (ut dixit Leontius) ijs qui illū rumorē sparserant, tamen ubi in meo astiterunt iudicio, cū primo de origine causæ quærerē, diuersa & di stantia prompsere, nō locorū separati, sed mendaciorū diuortio. Cū igitur sibijpsi nō cōuenirent, Mercuriū & Leam uilissimæ conditionis & detestabilioris nequiciæ perso nas amādauissent, aufugisset Theudule nō ignara obijciendi sibi facinoris, quod an te lectū Renati sola cubitauisset, ancilla præsto esset alia quæ stupro eiusdem Renati se diceret coinquinatā, die ipso qui dictus erat cognitioni, subtraxerunt se episcoporū cōuentui, licet etiam pridie subito se profecturos idem Renatus clamauerit. Vnde ego iudicio præscripsi diem, & tamē nullo accusante, nullis testimonijs perurgentibus insi nuaui sanctæ sorori quod peteres coram ipsa inspici & uisitari memoratā uirginē. At illa sancte inspectionē quidē recusauit, sed testimoniū nō declinauit, dicens, nihil se in Indicia cōprehendisse, nisi quod esset uirginalis pudoris & sanctitatis. Habitasse eam Romæ in domo nostra nobis absentibus, nulli eam se uirorum familiaritati dedisse, optare cum ea sibi à domino Iesu partē reseruari in regno dei. Paternam quoq; filiam nostram

A nostram interrogaui, quod ab ea nunq̄ soleat discedere, cuius charitas uitæ huius testi monium est. Itaq; & si quod iniurata diceret, fidei sacramento conferendū foret, sub obtestatione tamē professa est alienam criminis quo appetebatur, nec quicq̄ in ea sci re se bonæ uacuum cōuersationis. Nutricem quoq; liberæ cōditionis interrogauimus, cui & status haud quaq̄ degeneri seruitio obnoxius libertatē uera fatendi daret, & fi des atq; ætas ad ueritatem astipularetur, & officium nutricis ad cognitionem secreti. Ea quoq; nihil se indecorū uidisse, nihil sibi quasi parenti cōmissum à uirgine, aliqua dignum reprehensione. His moti Indiciam inoffensi uirginem muneris proīlunciaui mus. Maximum autē & Renatum & Leontiū ita inuoluit sententia, ut Maximo si er rorem emendaret, spes reditus reseruaretur, Renatus aūt & Leontius excommunicati manerent, nisi forte probata sui pœnitentia, & huius facti diuturna deploratione di gnos se præberent misericordia. Vale frater & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad syagrium, pro castitatis contumelia dolentem querelam fa cientis, atque ex scripturis sanctis ostendentis quantum maiores nostri reuerentiæ de tulerint castimoniæ, quantumúe ultionis studium aduersum temeratores pudicitiæ fu erit. Epistola. LXV.

AMBROSIVS Syagrio. Quæ sint in nostro iudicio decursa, cōperta retines, & ideo nunc quasi animæ portionē conuenio meæ, habens apud te pro casti tatis contumelia familiarem & dolentem querelam. Ita ne oportuit inhono ratam atq; inauditam uirginitatis causam adiudicari, ut nō possit absolui? Hoc est ni
B si sua iniuria, nisi ab honesto pudore traducatur ad indecorem sui corporis oblationē, grande uidelicet relatura sui testimonium, ut exponatur ludibrio & procacitatis note tur. Hanc igitur prærogatiuam detulisti integritati, huiusmodi honorificentiam, qua se lacessi aut inuitari gaudeant quæ hoc munus recipiendū putant, ut amittant liberta tem communis assertionis, nec se iure tueantur uel sanctæ legis uel publico, ut nō accu satorem exigat, nō accersitorem urgeat, sed impudentiam solam induat ac sese proīci at ad iniuriam? Non ita maiores nostri despicabilem habebant castimoniam, cui tan tum deferebant reuerentiæ, ut bellum aduersum temeratores pudicitiæ suscipiendum putarent. Deniq; tantum fuit ultionis studium ut omnes tribules de Beniamin tribu extinguerentur, nisi sexcentos qui bello reliqui forent, natura æditioris loci defendisset. Sic enim lectionis diuinæ serie expressum tenetur, cuius tenorem recensere congruit.
Leuites uir animi maior quàm opibus, habitabat in partibus montis Ephrē, Ei quip- *Iudic. 19.*
pe tribui sortito obtigerat locus in possessionem terræ datus pro funiculo hæreditatis. Is sibi accepit iugalem de Iudæ Bethleem. Et ut se habent prima copularum exordia, ardebat iuuencula immodica animi cupiditate, simul quia similibus eius non fungeba tur, exardescebat magis atq; immane exæstuabat. Vnde quia nihil referebatur ex par te adolescentulæ, uel leuitate amoris uel uī doloris, quod haud quaquam mercede pa ri secum decerneret, cum eadem expostulabat: hinc frequens iurgium, quo mulier of fensa clauses remisit, domum reuertit. At ille amore uictus, qui quod speraret non habebat aliud, cum quartum iam mensem fluere cerneret, eò contendit, fretus quod consilio parentum emolliretur animus adolescentulæ. Occurrit pro foribus so cer, generum introduxit, filiam reconciliauit, & ut lætiores dimitteret triduo tenu it, quasi repararet nuptias, ac uolenti abire, quartum quoque diem comperen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dinauit,prætenta humanitatis ſpecie moras innectendo. Pari modo cum etiam quin/
tum diem uellet adiungere ſuperioribus,& iam nouæ deeſſent cauſæ morandi,pater/
no tamẽ affectu retinendæ filiæ deſideriũ nõ deforet,promiſſam profectionis copiam
diſtulit in meridiem,ut uiam cibo curati adorirentur. Poſt epulas quoq; uolens dilati/
onem attexere, eo quod iam ueſper appropinquaret, generi precibus, ægre licet,tamẽ
acquieuit. Ille iter ſuũ perrexit lætus animi quod dilectam ſibi recuperauiſſet, qui uno
comitati ſeruulo cum iam declinaret dies,feſtino uiam celerabant gradu. Mulier ueheba/
batur iumento,uiro nullus ſenſus laboris, qui fructu deſiderij ſimul & uario mulieris
ac uernaculi ſermone uiam leuaret. Deniq; ubi Hieroſolymã appropinquarunt quæ
triginta ſtadijs aberat, quam Iebuſæi tenebant, ſuggeſſit puer deflectendũ in ciuita/
tem quia ſub noctẽ ſuſpecta eſſent etiam illa quæ tutiora ſunt, cauendaq; tenebrarũ
ambigua, maxime quia locorũ incolæ non eſſent de filijs Iſraël. Et ideo præuertendũ
ne quid aduerſa ſtudia gerentes inſidiarũ inferrent, ut obſcuro noctis dolũ quærenti/
bus ad perpetrandũ facinus ſatis opportuno. Sed domino eius haud quaquã placuit
ſententia,ut inter alienigenas hoſpitio ſuccederent,cum Gaba & Rama nõ longe abeſ
ſent ciuitates Beniamin. Itaq; prævalens ſententia poſthabuit ſeruuli ſuggeſtionem,
quaſi ex cõditione conſiliũ æſtimaretur,& nõ cõſilio quamuis infima conditio ableua/
retur. Et iam ſol in occaſu erat,deniq; uix occurrit,cum iam urgeretur ueſpere,in ciuita/
tem ſuccedere. Gabaonitæ incolebant locũ,inhoſpitales,immites,intolerabiles,omnia
tamẽ tolerabiliõra quàm ſi aliquẽ hoſpitio recepiſſent. Deniq; cõmodius huic uiro Le
uitæ ceſſerat,ſi in Gabaa hoſpitiũ nõ reperiſſet. Verum ne quid deeſſet offenſionis,pri
D mo ingreſſu diuerſoriũ nõ reperit:& cum in publico ſitus alienã miſericordiã implora
ret,offendit aduenientẽ ex agro ſenem,quẽ ueſper ex opere agreſti cõpulit nocti dece/
dere. Et cũ eſſet ei cõſpicuus,rogatus quò iret & unde aduentaret, reſpondit de Bethle
em Iudæ reuertor,cõtendo ad montẽ Ephren,& mulier eſt mecum, ſed ecce huc diuer
ti,& nemo eſt qui hoſpitio recipiat & requieſcendi uſum miniſtret. Non quo cibi aut
potus ſibi aut pecori pabulorũ eſſet indigentia,ſed tecti hoſpitio prohiberentur:præ/
ſto eſſe illa,nudũ tecti hoſpitiũ deſiderari. Ad ea ſenior benigne ſatis & placide, Pax,
inquit,tibi,& ſuccede hoſpes patiter & ciuis. Nam & mihi origo de montis Ephrẽ par/
tibus,& hic hoſpitalis habitatio,ſed tempore diuturno incolatus ſedes fundauit. Ita/
que receptos domicilio,miniſterio ſui & ſubſidijs hoſpitalibus iuxta fouit. Hortabatur
ad læticiam ſenior, & frequentioribus prouocabat poculis,ut uino adoleret curarum
obliuio,cum ſubito circunſiſtunt eos Gabaonitæ, iuuenes ad omnem proiecti libidi/
nem,nihil penſum ac moderatum habentes,quos forma mulieris illexerat,& in om/
nem amentiam præcipitabat. Capti enim eius decore & per ſenectutem hoſpitis atq;
infirmitatem ſubſidij,accepta ſpe potiendi poſcunt mulierem,& pulſant ianuam, Ita/
que egreſſus ſenior rogabat eos ne hoſpitales menſas turpi flagicio fœdarent, & reue
rendum ius etiam indomitis Barbararum gentium nationibus uiolandũ arbitraren/
tur:contribulem illum ſibi, Iſraëlitem uirum legitimi thori ſubnixum copula, non ſine
indignatione cœleſtis arbitri tanta affici contumelia. Quod ubi parum procẽdere ad/
uertit, eſſe ſibi filiam uirginem adiecit,illam ſe offerre maiore parentis dolore, ſed mi/
nore gratiæ hoſpitalis diſpendio, publicum flagicium priuato dedecore tolerabilius
habere. At illi exagitati æſtu furoris & inflammati incentiuo libidinis, eo ampli/
us ardebant formam iuuenculæ quo magis negabatur. Et iuſticiæ exortes ride/
bant uer

A bant uerba æquitatis, filiam ſenis quia minore inuidia ſceleris offerebat deſpectui
habentes. Itaq; cum piæ nihil proficerent preces,& ſeniles fruſtra hoſpes manus ten
deret,deſperato prælidio rapitur mulier, & per totam noctem iniuriæ impletur. At
ubi lux finem intemperantiæ dedit,ianuam hoſpitalem repetit. Non quo uiri cõſpe
ctum expoſceret quẽ magis declinandũ putaret cõtumeliæ pudore miſerabilis, ſed
ut affectũ uiro referret, quæ caſtitatẽ amiſerat, & cõtumeliæ ſuæ funus lamentabili
ſpecie ante ianuam hoſpitalẽ exponeret. Egreſſus itaq; Leuita cũ iacentẽ inueniſſet,
arbitratus quod uerecundia uultũ nequaquã attollere auderet,conſolari cœpit,quia
nõ uoluntate ſed inuita tantæ iniuriæ ſuccubuiſſet,hortari aſſurgere & ſecum repete
re domũ. Sed ubi nullum reſponſum referebatur,quaſi quieſcentem maiore uoce è
ſomno excitare. Verũ ubi mortis ſupremæ patuit fides,impoſitas iumento reliqui/
as domũ pertulit,& diuiſos artus mulieris in partes duodecim miſit per ſingulas tri/
bus Iſraël. Quo commotus uniuerſus populus cõuenit in Maſphat,atq; ibi querela
per Leuitam cognita omnes in bellũ exarſere, ſtatuentes neminem uirorũ fas eſſe in
tabernaculũ ſuccedere,prius quàm de tanti ſceleris auctoribus ultio capeſſeret, ani/
miſq; ruebant in prælium. Sed conſiliũ prudentiorũ præuertit ſententiam,nõ temere
cõfligendũ bello cum ciuibus,ſed prius uerbis experiendũ de flagicio, & decernen/
dum cõditionibus pro delictis. Neq; iuſtũ uideri,ut paucorũ ſceleris preciũ ad om/
nes perueniret,& priuata adoleſcentiũ peccata ſtatũ ſalutis publicæ labefactarent.
Itaq; miſerunt uiros qui denunciarent Gabaonitis, ut tanti reos flagitij offerrent.
Sin autẽ,cognoſcerent nõ minoris eſſe criminis tantũ facinus defendiſſe quàm exer
B cuiſſe. Verũ illis ſuperba referentibus,conſilia pacis bello mutata:neq; primo aut ſe
cundo cõflictu,cum plurimi à paucis afflictarentur,cedendũ Iſraëlitæ aduerſis præ/
lijs exiſtimauerunt. Quadringenta enim milia uirorũ bellantium,aduerſum uiginti
quinq; milia Beniamin tribus & ſeptingentos Gabaonitas expertos belli iuuenes
decertabant. Et cũ ſiniſtra ſorte duo ſibi iam cecidiſſent prælia,animi tamen prom/
ptus,haud quaq; depoſuit Iſraël uincendi fiduciã,& ulciſcendi præſumptã ſpẽ. Sed
quia cauſa numeroq; præſtantiores inferiores pugnæ euentu pedem retulerant,di/
uinam offenſam rati, ieiunio & fletu maximo reconciliationẽ gratiæ cœleſtis affecta
uere. Itaq; orata domini pace acriores in bellũ reuertũt,utpote quibus oraculũ ani/
mos dederat,ſpem accumulauerat. Et ſimulato à fronte quod cederẽt, ac diſpoſitis
per noctem inſidijs à tergo urbis,in qua locata erat manus hoſtiũ,dũ hi cedũt,& il/
li inſectant,inuadendi urbẽ uacuã facta copia,& mox admoto ſtatimq; adulto in/
cendio,flammarũ fragor atq; æſtus furens captæ urbis ſpeciẽ manifeſtarũt. Quo &
ſuis fracti animi & erecti hoſtiũ. Nam & Beniamin uiri clauſos ſe & circũuentos ra
ti prius q̃ à tergo inuaderent,diſpergere ſeſe,atq; in deſertũ fugere cœperũt,& cõtra
Iſraël gemino agmine urgere eos ac palantes perſequi. Cæſa itaq; uigintiquinq; mi
lia,id eſt, omnes ferè de uiris Beniamin, præter ſexcentos qui arrepto ſcrupeæ rupis
munimento,partim loci ingenio & ſubſidio naturæ, partim deſperatiõe uictoribus
terrori fuere. Nã ſecundæ res cautionis admonent,in aduerſis ultio pro uictoria ha
beẽt. Nec fœminarũ numerus tanti diſcriminis exors fuit,ſed omnis tribus Beniamin
muliebris ſexus cũ pueris & puellis omniq; ætate gladio aut igne extinctus,ſacramẽ
tũq; additũ ne q̃s tribus illius uiro filiã ſuã in uxorẽ daret, q̃ reparandi nominis omnis
aboleret ſucceſſio. Belli finis ſimul atq; iræ factꝰ,& furor in pœnitẽtiã uertit,armiſq;
poſitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C positis in unũ cõuenientes uiri Iſraël fleuerunt fletũ magnũ, & celebrarunt ieiuniũ,
dolẽtes unã tribũ periſſe ex fratribus, atq; extinctam populi ſui ualidam manũ: iu
re quidẽ pro delicti precio bellatũ aduerſum propugnatores flagiciorũ, ſed miſere
in ſua populũ cõuerſum uiſcera & bello ciuili utrunq; afflictũ. Lachrymarũ effuſio
Iudic.21. mouit paſſionem animi, & affectũ perculit, fœuiciæ ratio ſucceſſit. Miſſiq; legati ad
ſexcentos illos Beniamin uiros, qui per quatuor menſes ædito ſe præruptarum tue
bantur rupiũ, aut deſerti indigentia, quæ multitudini obſidentiũ periculoſa foret, de
plorauerũt cõmunẽ illã eſſe erumnã, quod illi cõtribules, uti cognatos & ſocios ami
ſiſſent, ſed tamẽ nõ penitus interceptam reparandæ tribus ſucceſſionẽ: cõſulere ſe in
mediũ, quomõ & ſacramenti fides ſibi cõſtet, & tribus una nequaq; à corpore auul
ſa intercidat. Altari itaq; poſito reconciliationis & pacis oblatũ ſacrificiũ. Et quia Ia
bis Galaad populus erat pœnæ & maledicto obnoxius, Obſtrinxerat enim ſe om
nis Iſraël magno ſacramento, ut ſi quis nõ aſcenderiſſet cum eo ad puniendũ flagiciũ,
morte moreretur, duodecim milia bellatorũ directa, ut & uiri omnes & mulieres fer
ro extinguerentur, ſolas uirilis thori exortes reſeruarent adoleſcentulas. Interfectis
itaq; omnib9 Iabis Galaad, ſolæ uirgines quadringẽtæ exitio cæterorũ ſuperfuerũt.
Quas accipiens Iſraël ſtatuit uiros Beniamin belli metũ deponere, & in coniugiũ ſi
bi ſumere integras æui ac pudoris puellas: quibus & cauſa eſſet apud uiros integra
quod nemo ſuorũ aduerſum eos bellũ ſuſceperat, & charitatis gratia, quia propter
eos ſupremõ ſupplicio ereptæ forent. Hoc igitẽ modo quadringẽtis iuuenibus quæ
ſita copularũ cõſortia ſunt. Sed quia ducenti numero ſupererãt, quibus iugales de
erant, ijs quoq; ſine fraude ſacramentorũ conſultum accepimus. Dies feſtus in Sylo
D quotannis celebratur, Ibi exultare ſolitæ uirgines, & choræas ducere in honorẽ reli
gionis, aliæ præire matribus & totũ iter agmine uiantũ repleri. Dixit unus ex ſenio
ribus, Si ducenti illi tribus Beniamin uiri intra uineas ſiti excubias tenderent, donec
ſe omnis fœminea turba effunderet, & ſurgentes ex uineis unuſquiſq; quam occur
ſus dederat, uxorẽ ſibi uendicaret, fraudi id nequaquã futurũ: populũ etenim faucre
reparandæ tribus ſucceſſioni, propter ſacramentũ impartire non poſſe filiarũ ſuarũ
ſocietatem, neq; tamen cõtra ſacramentũ uideri, ſi prohibendũ nõ putaret, quia ſa
cramẽto neq; cogendi neq; prohibendi neceſſitas impoſita uideretur, illos ſibi ſine
metu cõſulere oportere. Sanè ſi puellarũ parentes uindictã efflagitarent, partim pre
ce, partim etiã retorquendo in ipſos inuitæ culpã cuſtodiæ, ſeſe reuocaturos: quia cũ
ſcirent Beniamin uiros exortes eſſe iugaliũ, cũ filiabus proceſſerint: dignã ſanè tribũ
iam nõ pœna ſed miſericordia: ſatis dure ſæuitũ in eos, & debellatã corporis ſui par
tem: immoderatius exarſiſſe plebẽ, ut ſucceſſionẽ domeſticam extingueret, atq; ex
ſuis necaret: placere deo nõ perire populo tribum, neq; pro una muliere tam acerbe
conſuli. Probauerunt conſiliũ Iſraëlitæ, executi ſunt uiri Beniamin, & diſpoſiti in ui
neis loco oportuno & tempore, plenas fœminei agminis uias occupauerunt. Præbu
it illis feſtum nuptiarũ religionis ſolennitas. Auulſæ de complexu patrũ filiæ tanq;
in manũ ab ipſis parentibus tradebanẽ, & uelut pactam è gremio matris nõ abdu
ci ſed prodire arbitrareris. Ita tribus Beniamin penè intercepta atq; extincta breui
floruit, documentũ exhibẽs quod magno exitio ſit inſolentibus uindicta pudicitiæ
& læſæ caſtitatis ultio. Nec hoc ſolo loco ſed pleriſq; ſcriptura hoc docet. Nam & in
Gene.12. Geneſi legimus exercitum quæſtionibus regem Ægypti Pharaonem quod Saram atten-

A attentauiſſet, & tamen alienam eſſe uxorem neſciebat. Eſt igitur domino caſtitatis
tuendæ uoluntas, quanto magis eſt defenſandæ integritatis? Vnde nulla debet uir
ginibus ſacris irrogari iniuria. Quæ enim non nubunt & qui uxores non ducunt, ha
bentur ſicut angeli in cœlo. Et ideo cœleſti gratiæ non inferamus corporalem contu
meliam, quoniam potens eſt deus, quem nec præuaricatio prætereat, & moueat acce
pti ſibi muneris & conſecratæ uirginitatis acerba & grauis contumelia. Vale frater
& nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Paternum, eundem quia filio neptem ex filia copulare uo
luit redarguentis, & ut ab ea diſcedat intentione commonentis. Epiſtola. LXVI.

AMBROSIVS Paterno. Paterni quidem unanimis mei ſalutationẽ legi,
ſed cõſultationẽ haud quaquã paternã, ut uelis filio neptem copulare ex
filia, ſed nec auo te nec patri dignam. Itaq; quid cõſulueris cõſidera. Om
ne enim quod agere uolumus, prius nomen facti eius interrogemus, & tunc utrum
laude an uituperatione dignũ ſit exiſtimabimus. Verbi gratia, miſceri mulieri qui
buſdam uoluptas eſt, medicorũ etiam pueri corporibus utile ferunt. Sed cõſideran
dum utrũ cõiugi an extraneæ, deinde nuptæ, an innuptæ. Si quis deſponſata ſibi &
tradita utatur, coniugiũ uocat. Qui alienæ expugnat pudorem, adulteriũ facit, cuius
uel ſolo nomine reprimitur plerunq; tentandi audacia. Hoſtẽ ferire uictoria eſt, re
um æquitas, innocentem homicidiũ. Quod ſi quis percipiat animo, reuocat manũ.
Ergo etiam tu quid conſulas, quæſo tecũ retractes. Coniugiũ uis inter filios noſtros
B cõponere, Quæro utrum pares copulandi an impares ſint. Sed niſi fallor, compares
appellari ſolent boues. Qui iungit ad aratrũ, equos ad currũ, pares eligit, & ut ætas
cõueniat & forma: nec natura diſcrepet nec decoloret diuerſitas. Tu copulare paras
filium tuum & neptem ex filia, hoc eſt ut accipiat ſororis ſuæ filiam, diuerſa licet ma
tre quàm ſocrus æditus. Interroga nominum religionem, nempe auũculus iſte illius,
illa huius neptis uocatur. Nec ipſe te reuocat ſonus nominum, cum hic auum reſo
net, illa hoc nomen ad auunculum quod ad auum referat? Quanta deinde etiam re
liquorum confuſio uocabulorũ. Idem auus & ſocer uocabere, ea quoq; tibi neptis &
nurus diuerſo nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiam fratres diuerſa uocabu
la, ut illa ſocrus fratri ſit, iſte gener ſorori. Nubat auunculo ſuo neptis, & immacula
torum pignorũ charitas illecebroſo amore mutetur? Super hoc igitur meam à ſan
cto uiro epiſcopo ueſtro expectari ſententiam nõ opinor neq; arbitror. Nam ſi ita
eſſet, & ipſe ſcribendum putaſſet, Non ſcribendo autem, ſignificauit quod nequaq;
hinc dubitandũ arbitretur. Quid enim eſt quod dubitari queat, cum lex diuina eti
am patrueles fratres prohibeat cõuenire in coniugalem copulam, qui ſibi quarto ſo
ciantur gradu. Hic autem gradus tertius eſt qui etiam ciuili iure à cõſortio coniugij
exceptus uidetur. Sed prius ſacræ legis ſcitã interrogemus. Prætendis emi in tuis lite
ris quod permiſſum hoc diuino iure connubium, huiuſmodi pignoribus exiſtime
tur, eo quod non ſit prohibitũ. Ego autem & prohibitũ aſſero. Quia cum leuiora in
terdicta ſint de patruelibus fratribus, multo magis hoc qd' artioris eſt plenũ neceſſi
tudinis, interdictũ arbitror. Qui emi leuiora aſtringit, grauiora nõ ſoluit ſed alligat.
Quod ſi ideo permiſſum putas, qa ſpecialiter nõ eſt prohibitũ, nec illud prohibitũ
ſermone legis reperies, ne pater filiã ſuam accipiat uxorẽ. Nunquid ideo licet, quia
nõ eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nō est prohibitū? Minime. Interdictū est enim naturæ iure, interdictū est lege quæ est in cordibus singulorū. Interdictum est inuiolabili præscriptione pietatis, titulo necessitudinis. Quanta huiusmodi inuenies nō esse interdicta lege per Moysen edita, & tamen interdicta sunt quadam uoce naturæ. Multaq; sunt quæ licet facere sed
1. Cor. 6. nō expedit. Omnia enim licent sed nō expediunt, omnia licent sed nō ædificant. Si ergo etiam ab ijs nos reuocat Apostolus quæ nō ædificant, quomodo faciendū putamus quod & nō licet legis oraculo, & nō ædificat discrepante pietatis ordine. Et tamen illa ipsa uetera quæ fuerant duriora, temperata sunt per euangeliū domini Je-
2. Corinth. 5. su. Transierunt uetera, ecce facta sunt noua. Quid tam solenne quàm osculum inter auunculū & neptem, quod iste quasi filiæ debet, hæc quasi parenti? Hoc igitur inofensæ pietatis osculū suspectū facies de talibus cogitando nuptijs, & religiosissimū sacramentū charis pignoribus eripies. Sed si diuina te prætereunt, saltem imperatorum præcepta, à quibus amplissimū accepisti honoré, haud quaquā præterire te debuerunt. Nam Theodosius imperator etiam patrueles fratres, & cōsobrinos uetuit inter se cōiugij cōuenire nomine, & seuerissimam pœnā statuit si quis temerare ausus esset fratrū pia pignora, & tamen illi inuicē sibi æquales sunt, tantummodo quia propinquitatis necessitudine & fraternæ societatis ligantur uinculo, pietati eos uolu
D it debere quod nati sunt. Sed dicis alicui relaxatum, Verum, hoc legi nō præiudicat. Quod enim in commune statuitur, ei tantum proficit, cui relaxatum uidetur. Longe diuersa iniuria. Illud tamen licet in ueteri testamento legimus, ut aliquis uxorem suam sororem diceret, Istud inauditum, ut quisquam neptem suam in uxorem acci
piat & coniugem dicat. Iam illud pulchertimum quod negasti neptem tuam auunculo suo tuo filio propinquo semine conuenire, quia non agnationis ei legitimo iure sed cognationis copuletur necessitudine. Quasi uero & uterini fratres, id est diuerso patre sed eadem matre geniti possint diuerso sexu inter se coniugio conuenire, cū & ipsi agnationis ius habere non queant, sed cognationis tantum sibi titulo connexi sint. Vnde oportet ab ea discedas intentione, quæ etiam si liceret, tamen tuam familiam non propagaret. Debet enim tibi filius nosser nepotes, debet etiam neptis charissima pronepotes. Vale cum tuis omnibus.

Diui Ambrosij ad Quinegiū, illū de cōsultione sua cōmendantis, Epla. XLVII.

AMBROSIVS Quinegio. Quàm ingenuo te commendasti pudore, quia de eo consuleres quod non probares, sed morem gereres parenti, ut pietatem nō lædores, securus quod non aliud à me posset referri, nisi quod sanctas deceret necessitudines. Ego uero libenter tua in me onera suscepi, & auo neptē, ut opinor, refudi. Quam nescio plane qua opinione nurum sibi fieri desiderabat, ut auum socero mutaret. Plura non opus est, ne hoc quoq; accedat ad uerecundiam. Vale fili & nos dilige, quia nos quoq; te diligimus.

Diui Ambrosij ad Antonium, amorem eius in se & sui animum in illum commemorantis, Epistola. LXVIII.

AMBROSIVS Antonio. Nunquam es tacitus mihi, nec unquam tuo metransmissum silentio querar, qui sciam quòd tuo non desim pectori. Nam cū id pendas quod pluris est, qui potes etiam id negare quod sæpe etiam in multos

A defluit, non tam amoris usu quàm officij uicissitudine. Ego uero etiam ex meo animo tuam uicem æstimo, ut nunquam me tibi & te mihi absentem putem, quoniam semper animis hæremus. Nunquā tuas litteras mihi deesse opiner, aut meas tibi, cum te quotidie cōram alloquar, in te oculos, studia, atq; omnia officia mea diligam. His tecum delectat congredi. Nam litteræ tuæ (ut aperte cū indiuiduo pectoris mei loquar) uerecūdari me faciunt. Vnde peto ut supersedeas gratiarum relatu. Mihi enim mei in uos officij summa merces est, si me debito erga uos muneri non defuisse arbitrarer. Vale & nos dilige, quia ego quoq; te diligo.

Diui Ambrosij ad Alypium, litteras illius sibi esse redditas, & se suis respondisse litteris, significantis. Epist. LXIX.

AMBROSIVS Alypio, Antiochus uir consularis reddidit mihi eximietatis tuæ litteras, nec supersedi respondendi munere. Nam per meos homines dedi litteras, & ni fallor, alia oborta copia geminaui epistolam. Sed quia non tam remetienda amicitiæ munia, q̄ contumeliam non cumulandam arbitror, oportuit ipso præsertim regrediente qui me tanto litterarum tuarum affecit nomine, referri aliquod officium sermonis mei, ut ego utriq; uestrum & ille tibi absolueretur qui debebat referre quod acceperat. Vale & diligentes te dilige.

LIBER NONVS.

Diui Ambrosij ad Vigilium, instituentis eum quomodo plebem docere debeat, ac
B inter cætera ut coniugia ex alienigenis refugiant, Samsonisq; exemplo comprobātis q̄ pniciosum sit alienigenæ mulieris copulā asciuisse. Epi. LXX.

AMBROSIVS Vigilio, Poposcisti à me institutiōis tuæ insignia, quoniam nouus ascitus es ad sacerdotium. Et qm̄ teipsum ædificasti, ut oportuit, qui dignus habitus es tanto munere, quomodo & alios ædifices significandum uidetur. Primum omnium cognoscere ecclesiam tibi domini commissam, ideoq; uitandum semper, ne quid obrepat offensionis, & fiat uelut commune corpus eius gentiliū admixtione. Vnde scriptura tibi dicit, Ne accipias uxorē de filiabus Chananæ Gen. 28.
orum, sed uade in Mesopotamiam in domum Bathuelis, id est domum sapiētiæ, & eius tibi acquire copulā. Mesopotamia autem regio est in partibus orientis, quæ duobus maximis per ea locorū Euphrate & Tigri fluminibus circūuenitur, quibus origo est in Armeniæ locis. Influunt autem diuerso meatu in mare rubrum, & ideo Mesopotamiæ nomine signatur figura ecclesiæ, quæ maximis fluentorum prudentiæ irriguis atq; iusticiæ fœcundat mētes fidelium, quibus sacri baptismatis cuius typus præcessit in rubro mari, infundit gratiam culpamq; abluit. Doce ergo plebem ut non ex alienigenis, sed ex domibus Christianis cōiugij quæratur copula. Nemo fraudet mercēnarium mercede debita, quia & nos mercēnarij sumus dei nostri, & ab eo mercedem laboris nostri expectamus. Et tu quidē ò quicunq; es negociator, mercennario tuo mercedem pecuniariam negas, id est, uilem, caducam, tibi aūt negabitur merces promissorum cœlestium. Non fraudabis ergo, ut lex dicit, mercenna Deut. 24.
rium mercede sua. Non dabis pecuniam tuam ad usuram, quoniam scriptum est, q̄ Psal. 14.
is qui pecuniam suam nō dedit ad usuram, habitabit in tabernaculo dei. Nam ille

Tt est iup-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C est supplantator, qui usurarum captat emolumenta. Itaq; uir Christianus si habet, det pecuniam quasi nō recepturus, aut certe sortem quam dedit, recepturus. Habet in ea non mediocrem usuram gratiæ. Alioquin decipere istud est non subuenire. Quid enim durius quàm ut des pecuniam tuam non habenti, & ipse duplū exigas? Qui simplum non habuit unde solueret, quemadmodum duplum soluet? Exēplo nobis sit Tobias, qui nunquam requisiuit pecuniam quam dederat nisi extremo uitæ suæ tempore, magis ne fraudaret hæredem q̄ ut depositam pecuniam cogeret ac recuperaret. Populi sæpe conciderunt fœnore, & ea pulsici exitij causa extitit. Vnde nobis sacerdotibus id præcipue curæ sit, ut ea uitia resecemus, quæ in plurimos uidentur serpere. Hospitem doce uoluntarium magis quàm ex necessitate esse operetere, ne in hospitio deferendo inhospitalem affectum animi sui prodat, & in ipsa hospitis susceptione per iniuriam uioletur gratia, sed magis excolatur officiorū usu & aliquo humanitatis ministerio. Non enim à te munera exiguntur ditia, sed officia uoluntaria, plena pacis & conuenientis cōcordiæ. Meliora sunt enim olera cum amicitia & gratia, quàm si exquisitis dapibus adornetur cōuiuium, si desit affectus gratiæ. Legimus peremptos graui populos excidio propter uiolata iura hospitij Leuitis de Ephren. Propter libidinē quoq; commissa bella atrocia. Sed propè nihil grauius quàm copulari alienigenæ, ubi & libidinis & discordiæ incētiua & sacrilegij flagicia conflantur. Nam cum ipsum coniugium uelamine sacerdotali & benedicti one sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, ubi non est fidei concordia? Cum oratio cōmunis esse debeat, quomodo inter dispares deuotione potest

D esse coniugij communis charitas? Sæpe plerique capti amore fœminarum fidem suā prodiderunt, ut patrum populus in Beelphegor. Vnde Phinees arrepto gladio interfecit Hebræum & Madianitem fœminam, & mitigauit indignationem diuinā, ne totus populus extingueret. Quid de pluribus exēplis loquar? Ex multis unū proferā, ut eius cōmemoratione liqueat quàm pernicioſum sit alienigenæ mulieris adiuisse copulam. Quis fortior & ab incunabilis suis munitior dei spiritu q̄ Nazaræus Samson? Et ipse proditus est, & ipse per mulierem non potuit suam tenere gratiam. Cuius generationis & uitæ totius seriem historico digestā stilo enarrabimus secundum sacri libri continentiam, quæ in hunc est modum, nō uerborum serie sed sensu. Multos per annos Hebræorum populum subditum Palæstini ac subiectum habebant, quoniam fidei prærogatiuam amiserat, qua uictoriam patres adepti fuere. Non penitus tamen intercideràt insigne electionis apud autorem suum & funiculus hæreditatis. Sed quia rerum secundarum insolentia sæpe extollebātur, dabat eos plerūq; in potestatem hostium, ut more ingenij humani remedium malorum de cœlo sibi quærerent. Tunc enim deo subditi sumus, cum aduersis aliquibus urgemur. Secundæ res mentem extollūt. Quod cum aliàs usu probatum sit, maxime in ea rerū conuersione qua rursus ad Hebræos à Palæstinis uersa uice res mutatæ. Nāque cum diuturna iniuria longæ subiectionis ita essent depressa Hebræorū pectora, ut nullus uirili ingenio ad libertatem animos tollere auderet, ortus est illis Samson diuino oracuło prædestinatus, magnus uir, nec in pluribus numerandus, sed in paucis præstantissimus, & quod sine ulla controuersia sit, uiribus corporis omniū facile primus, coq; ingenti admiratione nobis spectandus à principio, non illa quæ temperantiæ & sobrietatis iam inde à puericia uini abstinens præclara insignia dedit,

Tobiæ, 4.

Prouer. 15.
Iudic. 20.

Numer. 25.

A dit, nec illa quæ intonso capite Nazaræus sacra diu seruauit custodia: sed ab adolescentia quæ in aliis ætas mollior, in hoc egregia, atq; supra humanum modum, perfectæ uirtutis stupenda facinora effecit, quibus diuini oraculi mox aperuit fidem, q̄ non perfunctorie tanta eum anteisset gratia, ut descēderet angelus per quem ortus eius præter spem parentibus annunciaretur, futuri regimen & præsidium suis. Nā grauibus iam diu Palæstinorū imperijs afflictabant. Pater illi erat de tribu Dan timens deum, haud ignobili genitus loco, præstans cæteris: mater utero sterilis sed animi uirtutibus haud infœcunda, quæ propriæ hospitio mentis recipere meruit uisionem angeli, mandatum tenuit, oraculum implcuit. Nec tamen passa sine uiro scire uel diuinitatis secretum, insinuauit marito uisum sibi hominem dei præclara specie futuræ sobolis ferentem oracula, qua pollicitatione sese fidentem cum coniuge fidē promissorum cœlestium participarē. Quod ubi cōperit, pie deum precatus orauit, Iud. 13.
ut sibi quoq; uisionis eius gratia tribueret, dicens: In me domine angelus ueniat tuus. Vnde ego arbitror, non zelo mulieris quæ esset spectabilis pulchritudinis aliqd eum suspectum habuisse, ut quidam existimauit, sed magis diuinæ zelo gratiæ prouocatum, conspectus sacri uoluisse participari munere. Neq; enim uitijs animi praue affectus tantam apud deum inuenisset gratiam, ut angelus in eius domū reuerteretur, qui monitis ijs quæ usus oraculi postulauisset, subito flāmæ uehementis eleuatus specie, sese recepit. Id formidolosum uiro, mulier salubrius interpretata, in gaudium uertit, atq; ademit solicitudinem, eo q̄ prosperorū indicium nō aduersantiū sit uisere deum. Talibus è cœlo commendatus insignibus, ubi primū adoleuit, cōiu-

B gio mentem intendit, siue quod uagam ac familiarē adolescentulis abhorreret animo lubricæ libidinis cōsuetudinē, siue quia iam causa quærebat, quēadmodū à ceruicibus plebis suæ auerteret Palæstinorum potētiam duraq; imperia. Pergēs itaq; in Thannata (urbi hoc nomen est in illis positæ locis, quæ tunc Palæstinorū incolis frequētabat) uirginem aspexit grata specie & uultu decoro, & parētes proprios quorum comitatu fultus gradiebatur, orauit ut eam in coniugiū sibi poscerent. Verū illi ignorantes quod eò intentio uergeret, ut Palæstinis aut negantibus infestior foret, aut acquiescentibus affectus inferendæ in subditos iniuriæ demeretur, cū ex coniūctione æqualitas, par & gratia consortij iure accresceret, aut si quid offensum esset, longius ultionis studia procederent, quasi alienigenam declinandam arbitrabātur. Sed ubi flectere animū pignoris legitimorum obiectu frustra experti, in arbitriū eius uolentes concessere. Recepta itaq; petitione Samson cum sibi promissam reuisseret diuertit, & paulisper de aggere deflexit, continuoq; occurrit eò leo ferus de sylua, agresti libertate sæuior. Comes nullus, telum in manibus haudquaquam suppeditabat, cedere pudor, & conscia uirtus fiduciam dare, mentem in se brachijs amplexus necat, & lacertorum nodo exanimatum, præter aggerem supra syluestria germina proiecit ac dereliquit. Locus erat lætus pabuli herboso gramine, uinetis consitus. Itaq; apud dilectissimam sibi sponsam exuuias feræ credidit sine momēto futuras, cum talium rerū tempora nō terribilibus spolijs sed mitibus gaudijs & festa fronde fiant ueriustiora. Denicq; post eadem regrediens uia fauum in utero leonis offendit, atq; abstulit, donum parentibus ac puellæ futurum, Talia enim sponsam mune ta decent: ac degustato melle fauū prædictis edendum dedit, causam repressit. Sed forte quadam die nuptialis festi celebrabatur conuiuiū, læta in epulis iuuentus mu

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tuis se ad ludum inuitabat sermonibus, cum alius alium salsiore dicacitate perstrin
geret, sicut se huiusmodi usus habet, certamen læticiæ accendebatur. Ibi tum quæsti
onem huiusmodi proposuit Samson iuuenibus coëpulantibus: De manducante ex
iuit esca, & de forti processit dulce. Absoluentibus pollicens præmium quasi merce
dem sapientiæ triginta syndones & totidem stolas secundū numerum uirorū come
santium, haud mulctam ignorantibus. Qui cum enodare implexa & distinguere
ambigua nequirent, mulierem eius partim minis exagitando, partim fatigādo pre
cibus, cò impulere ut à uiro posceret quæstionis eius absolutionem, insigne futu
ram coniugalis gratiæ in mercedem amoris. Atq; ea seu animi territa, seu muliebri
ingenio inflexa, ueluti pio quæstu maritalis odij dolorem prætexere cœpit, quod se
Iud. 14. cretum uiri consors totius uitæ & cōsocia non cōperisset, similisq; cæteris habita so
ret, cui arcanum uiri proprij non crederetur. Odisti me inquit, & non amasti quam
celasti usq; adhuc. His atq; cæteris talibus inuictus certe animus, muliebribus emol
litus blandicijs, aperuit dilectæ propositam quæstionem, & illa ciuibus. A quibus
uix tandem septimo die qui præscriptus absoluēdæ parabolæ fuerat, ante occasum
solis comperta soluta sunt, atq; in hunc modum relata. Quid fortius leone? qd dul
cius melle? Et ille respondit: Nec muliere aliquid perfidiosius. Nam si nō domuisse
tis uitulam meam, nunquam intelligeretis parabolam meam. Et statim descendit
in Ascalonam, & triginta uiros peremit, quorum exuuias auferens, eos qui propos
D tam quæstionem soluerant promisso munere donauit. Abstinuit autem coniugio
puellæ cuius perfidiam deprehenderat, atq; in patriam domum sese recepit. Turba
taq; animi iuuencula quæ indignationem læsi, ferociam fortissimi fraudi sibi futu
ram iusta formidine perhorresceret, in alterius uiri concessit nuptias, quē tamen pa
ranymphum sibi Samson quasi fidum sodalem, cum duceret eam uxorem, asciue
rat, nec sic tamen prætento licet coniugio offensionis periculum auertit. Namq; ubi
res prodita, uolentiq; ad coniugem redire, intercluſa copia, quod pater eam alij uiro
nupsisse diceret, sororē sanè eius si uellet, ducere liceret, stimulo iniuriæ exulceratus
publicam excogitauit ultionem capessere domesticæ contumeliæ indignatione, cor
reptisq; uulpibus adulta ætate, cum iam matura essent in agris frumenta, binas si
bi inuicem cauda ad caudam ligauit, atq; in medium earum ardētem inseruit facē,
nodóq; astrinxit inexolubili, & ultor iniuriæ super manipulos messis dimisit frumē
tariæ, quam secuerant incolæ Palæstinorum. At illæ igitur exterritæ quacūq; præci
pites conuoluebantur, spargebant incendium, & exurebat spicas eorum. Quo dispē
dio commoti quod omnes sibi locorum fructus interierāt, factum principibus suis
intimauerunt. Et illi miserunt uiros in Thannatam qui mulierem quæ uariato fidē
coniugio mutauerat, ac totam eius domū parentesque igni inuoluere, quod ea caus
sa suæ uastitatis & iniuriæ foret, nec oportuisse lædi uirum pronunciantes qui pos
set malo se publico ulcisci. Nec tamē Samson populis Palæstinorum delicti gratiā
fecit, atq; eo uindictæ fine contentus fuit, sed concidit eos strage maxima, plurimiq;
eorū ferro interiere. Ipse aūt concessit in Etham ad torrentē in deserto. Petra illic e
rat munitio tribus Iudæ. Palæstini uero qui eū nō auderent lacessere, nec munitiōis
prærupta arduáque superare, tribū Iudæ denūciato adorsi urgere prælio: qđ sub
ditos sibi & tributarios perditum iri nequaquam iustum & æquum atq; ex usu ui
deretur publico, p alieno præsertim facinore: cōsulentes in mediū, tradi sibi designa
torem

A torem tanti flagicij postulauerunt, atq; ita illis quod ab eo commissum, futurum
sine noxa. Qua præscripta sibi conditione uiri de tribu Iudæ tria milia ex suis con
gregantes ascenderunt ad eum, & præfato quod essent subditicij Palæstinorū, qui
bus sibi necessitas obediendi non ex arbitrio, sed ex periculi formidine maneret, fa
cti sui inuidiam retorquebant in eos, qui ius cogendi habebant. Tum ille, & quæ in
quit iusticiæ forma est genus Abramidarum, ut circunscriptæ primo coniugis, dein
de abductæ pernicioſa mihi uindicta sit, & sine periculo domesticam iniuriam nō
licuerit ulcisci? Tantum ne inclinatis animos ad turpe uernularum obsequium, ut
executores uos alienæ præbeatis insolentiæ, atq; in uosmetipsos uertatis manus?
Si pecundum est quia dolorem habui liberum, iuuat perire manibus Palæstino
rum. Tentata domus, sollicitata uxor. Si non licuit mihi uiuere sine eorum fraude,
saltem liceat mori sine scelere uestro. Retuli ego acceptam iniuriam, nō intuli? Vos
existimate an digna uicissitudo fuerit. Illi de damno fructuum queruntur, ego de
coniugis amissione. Conferte manipulos messis & sociam thori. Dolorem meum
ipsi probarunt cuius iniurias uindicauerunt. Videte quo uos ministerio dignos pu
tant. A uobis eum morte affici uolunt, quem ipsi ultione dignum de ijs qui me læ
serant iudicauerunt, & qui uindictæ præbuere ministerium. Sed si adeo subdita su
perbis corda geritis, tradite me hostium manibus, uos nolite occidere. Nō mortem
abnuo, sed uestrum fugio contagium. Verum si formidine ceditis insolentibus, alli
gate uinculis manus, inermes licet, inuenient sibi arma nodis solutæ. Certe cōditio
ni impositæ satis futurum arbitrati sunt, si uiuentem in potestatē daretis. Quibus
B illi auditis, quamuis tria milia uirorum ascenderant, sacramentum dederunt quod
à se uitæ eius uis nulla irrogaretur, tantummodo patiēs uinculorum esset, ut deditio
nem eius patrarent, quo uacui fierent eius cuius arguebant, facinoris. Accepta itaq;
fide spelæo egressus deseruit petræ munitionem: ac duobus innexus funibus, ubi
appropinquare accitos ad suscipiēdum Palæstinorum ualidos uidet, infremuit spi
ritu, & uniuersa dirupit uincula, atq; arripiens maxillam asini iacentē percussit mil
le uiros, fugauit alios grandi uirtutis spectaculo, cū inermo & uni cederent armato
rum agmina. Et qui comitus ausi fuerant congredi, facili negocio nullo labore ob
truncati, alijs fuga exitium dempsit. Vnde hodieq; Agon loco nomē est, quod ibi
Samson glorioſum certamen uirtute egregia consummauerit. Sed utinam q̄ fortis
in hostem, tam moderatus uictoria fuisset. Verum quod facile usu uenit, insolens re
rum secundarum animus qui debuit euentum pugnæ diuino fauori & præsidio de
ferre, sibi arrogauit, dicens: In maxilla asini deleui mille uiros. Nec aram statuit deo Iudi. 15
nec hostiam immolauit, sed negligens sacrificij, assumptor gloriæ, ut triumphum su
um perpetuo consecraret nomine, uocauit locum maxillæ interfectionem. Et mox
siti grauiter cœpit inardescere, & potus deerat, nec iam ferre ac tolerare poterat. Vn
de intelligens quod nihil tam facile esset humanæ opis quod sine diuino adiumen
to non difficile foret, exclamauit atq; obsecrauit, ne sibi deus omnipotens in offen
sam uerteret, quod imprudenter incauto sermone sibi aliquid assignauisset. Quin
etiam illam uictoriam deo deputabat dicens: Tu dedisti in manu serui tui salutem
magnam hanc, & nūc subueni, quia ecce morior siti, & in potestatem eorum de qui
bus tantum donasti triumphum, sitis necessitate adiudicor. Quomodo dei miseri
cordiæ, cum proiecisset ille maxillam, aperuit scissuram eius, & fons erupit ex ea, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C bibit Samſon,& reſumpſit ſpiritũ,& uocauit locum inuocationem fontis, eo quod uictoriæ iactantiam inuocationis precibus emendauiſſet:ita diuerſa iudicia matu/ re ædita,quod & arrogantia cito offenſam incurreret, & humilitas ſine ulla offen/ ſione ſeſe reconciliaret. Verum ubi decurſa ſerie bellum Palæſtinorum compoſuit, & ſuorum declinans ignauiam,& hoſtilem deſpiciens manum,Gazam ſeſe contu/ lit (ea ciuitas erat in locis Palæſtinorum) & habitabat illic in diuerſorio. Quod co gnitum Gazæi haud quaquam diſſimulatione præterierunt,ſed feſtinantes circun dederunt diuerſorium eius,& obſederunt uniuerſos aditũs domus,ne fugam in no ctem componeret. Itaq; Samſon cognito quid pararetur, compoſitas inſidias no ctis medio præuertens,columnas domus manibus amplexus materiem totam & culminis molem ceruice ualida ſuſtentans in uerticem montis altiſſimi tranſporta/ uit qui imminebat urbi Hebron,quæ populis Hebræis incolebatur. Cum libero & uago motu tranſgrederetur,non ſolum regionis paternæ terminos, ſed etiam mo rum limites & maiorum obſeruationes præſcriptos,eam ſibi futuræ mox cladis pe ſtem inuenit. Nanq; parum fida expertus alienigenæ uxoris prima connubia,qui debuiſſet cauere uel poſtea, rurſus Dalilæ mulieris fornicariæ copulam non decli/ nauit,& cum eam diligeret impenſe,tentandi ſe cauſam dolis hoſtilibus præſtitit. Aſcendentes enim Palæſtini ad eam,polliciti ſunt pecuniam uiritim daturos mille & centum denarios,ſi proderet eis in quo ille fiduciam uirtutis ſuæ conſtitutam ha beret,quo cognito circumueniri & capi poſſet. At illa quæ ſemel ſe pecuniæ proſti/ tuerat,aſtute ſatis & callide inter epulas & illecebras amoris quaſi admirãs fortitu/ dinis eius eminentiam,quærere cœpit quo tandem genere tantum præſtaret reli/
D quorum uirtutibus, ſimul & quaſi pauida atq; ſollicita orare, ut dilectæ ſuæ com/ mitteret, qui nexus aſtrictum alienæ poteſtati ſubſterneret. Ille autem adhuc ſo/ brius & fortis animi aduerſus delinimenta meretricia,dolum dolo retulit dicens:
Iudic.16 Quia ſi uitibus uirentibus adhuc & non aridis alligaretur,infirmitate corporis ad/ æquaret aliorum ſimilitudinem. Quo Palæſtini per Dalilam ſibi comperto, cum uitea ſoporanti circundediſſent uincula,quaſi de improuiſo excitum,haud degene/ rem offendere notæ & ſolitæ fortitudinis,cum ſolutis nexibus uirtus libera multis licet reſiſteret ac repugnaret. Sed ubi id parum proceſſit, rurſus Dalila quaſi deriſa & conquerens repetere artes ſuas, & fidem amoris poſcere non prætermittebat. Cui Samſon ualidus adhuc conſilij,dolum ridens, ſignificauit ligatum ſe ſeptem funibus qui adhuc ſine uſu forent,uenturum ſe in poteſtatem hoſtium, ſed & hoc fruſtra fuit. Tertio quoq; tanquam de myſterio deprompſit, iam lapſuro pro/ pior,ſi diſſoluti eſſent crines ſeptem capitis iui,& quaſi in cubitum intexti, diſcede/ ret ab eo uirtus ſua. Et hoc quoq; luſit inſidiarum fabricatores. Ad poſtremum cum illuſum ſibi totiens procax mulier deplorauiſſet,indignam ſe habitam dolens cui committeretur arcanum,dilectiq; id quod pro remedio quæreret, ad proditio/ nem ſuſpectari uideret,lachrymis fidem coëgit: ſimul quia debebatur inuictæ ad id tempus fortitudinis uiro,ut incideret erumnam, ſaucius animi ſecretum aperit, prætendere in ſe uirtutem dei,& eſſe domino ſanctificatum, ſecundum eius præce/ ptum comam paſcere,quæ ſi attonderetur,deſineret Nazaræus eſſe, & propriæ uir tutis uſum amitteret. Palæſtini per mulierem comperta infirmitate uiri,ſceleris mer cedem afferunt,ut precio obnoxia dolum patraret. At illa meretricijs delinimen/
tis

A tis feſſum amoris in ſoporem cõpulit, & tonſore adhibito ſeptem crines capitis eius admota nouacula abſcidit. Continuoq; interdicti præuaricatione uires minutæ. Deniq; ex ſomno experrectus:faciam inquit ſicut ſoleo, & excutiam me ſuper ad/ uerſarios,ſed nec animi ſui alacritatem nec uirtutem agnouit,nec uigor erat nec gra tia manebat. Itaq; reputãs ſecum improuide ſe mulieri aduerſariorum credidiſſet, ut caluatus tentare ulterius aliquid damnatus infirmitatis nequiret, cæcatus oculos uinculis manus præbuit,& cõpedibus innexus carcerem intrauit multis ſibi incogni tum tempeſtatibus. Et iam proceſſu temporis creſcere ei coma cœperat. Itaq; cum eſſet celebre conuiuium, Palæſtinorum cõuentui producitur de carcere Samſon, ac ſtatuitur in populi conſpectu. Erant tria milia fermè hominum uirilis ac muliebris ſexus, & grauibus in eum inſultabant conuitijs, circumagebant ludibrijs quod du/ rius & ultra ipſam captiuitatis ſpeciem uiro ingenitæ uirtutis conſcio tolerabatur. Nam uiuere & mori, naturæ functio:ludibrio eſſe,probro ducitur. Cupiens igitur tantam contumeliam uel ultione ſolari, uel morte in reliquum præuertere,ſimulato q; infirmitate corporis & nodis compedum ſuſtentare ſeſe nequiret,popoſcit à pue/ ro, qui dirigebat uias eius ut admoueret eum ad columnas proximas, quibus do/ mus omnis ſuffulciebatur. Et admotus, utraq; manu fulcra totius comprehendit ædificij, atq; intentis ad feſta ſacrificij Palæſtinis, quod Dagoni deo ſuo deferebãt, per quem ſibi aduerſarium ſuum datũ in poteſtatem arbitrabantur, muliebris per/ fidiæ dolos beneficijs annumerantes cœleſtibus, exclamauit ad dominum dicens:
B Domine adhuc ſemel memor pueri tui eſto, ut pro duobus oculis meis uindictam tribuas de nationibus,ne dent gloriam ſuis diis,q; ipſis iuuantibus me in poteſtate acceperint, nec uitam meam pluris facio. Moriatur anima mea cum Palæſtinis, ut agnoſcant ſibi infirmitatem meã nõ minus quàm uirtutẽ exitialem fuiſſe. Cõcuſſit itaq; columnas magna ui, ac diſſoluit & cõminuit eas quas ſecuta ruina ſuperioris culminis & ipſum inuoluit,& uniuerſos qui deſuper aſpectabant præcipitauit. Ibi magna uis marium fœminarumq; promiſcue exanimata, & triumphus quæſitus perempto,ſupra omnes ſuperiores uictorias,haud quaquam degenere & decolo/ re exitu. Nam & ſi inuiolabilis ad id locorum & deinceps, atq; incõparabilis in hac uita expertis belli fuerit uiris, tamen in morte ſeipſum uicit, & inſuperabilem geſſit animum, ut contemneret, & quaſi nihilo haberet uitæ finem omnibus formidolo/ ſum. Virtutis igitur fuit q; uictoriarum numero diem clauſit, nec captiuum exitum ſed triumphalem inuenit. Circunſcriptum autem fuiſſe à muliere, naturæ potius quàm perſonæ aſcribendum: Quia humana conditio maior quàm culpa inferior. Premitur enim & cedit illecebris flagiciorum. Itaq; cum ſcriptura ei teſtificetur q; plures in morte quàm in lumine uitæ iſtius poſitus occiderit,uidetur ad aduerſario/ rum magis exitium captus quàm quo ipſe deiectior fieret aut minor eſſet. Non eſt enim ſe expertus inferiorem,cuius ſepultura præſtantior quàm potentia fuit. De/ niq; non telis ſed cadaueribus hoſtium preſſus humatus eſt, proprio tectus tri/ umpho,clarum inſigne relinquens poſteris, eo quod populum ſuum quem capti/ uum inuenerat,uiginti annis in libertate iudicio ſuo rexit, & ſepultus in patrio ſolo libertatis hæredem dimiſit. Hoc ergo exemplo liquet alienigenarum conſortia re/ fugienda, ne pro charitate coniugij proditionis inſidiæ ſuccedant. Vale & nos di/ lige, quia nos te diligimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Diui Ambrosij ad Irenæum, occasiõe eius quod in Apostolo scriptum est: Lex enim iram operatur, & cætera. quæstionem cur lata sit lex absoluentis. Epistola LXXI.

AMBROSIVS Irenæo. Decursa lectione Apostoli non perfuncto/rie motus es, quia audisti hodie lectum: Lex enim iram operatur. Vbi autem non est lex, nec præuaricatio. Vnde & consulendum arbitratus es, cur lata sit lex, si nihil proderat, immo oberat quæ operaretur iracun diam, & præuaricationem introduceret. Equidem secundum interrogationem tu/am, certum est non fuisse legem necessariam quæ per Moysen data est. Nam si na turalem legem quam deus creator infudit singulorum pectoribus, homines serua/re potuissent, non fuerat opus ea lege quæ in tabulis scripta lapideis implicauit, at/que innodauit magis humani generis infirmitatem, quàm elaqueauit atq; absoi/uit. Esse autem legem naturalem in cordibus nostris, etiam Apostolus docet qui scribit: Quia plerunq; & gentes naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, & cum legem non legerint, opus tamen legis scriptum habent in cordibus suis. Ea igitur lex non scribitur sed innascitur, nec aliqua percipitur lectione, sed profluuio quodam natu/ræ fonte, in singulis exprimitur, & humanis ingenijs hauritur. Quam debuimus uel futuri iudicij metu seruare, cuius testis cõscientia nostra tacitis cogitationibus apud deum ipsa sẽ prodit, quibus uel redarguitur improbitas, uel defenditur innocen/tia. Itaq; cum semper pateat domino, tum maxime in die iudicij manifestabitur, quando occulta cordis in examen uenient quæ putabantur latere. Quorum tamen proditio, occultorum scilicet, nequaquam noceret, si lex naturalis inesset pectori/bus humanis. Est enim sancta sine uersutia, sine fraude, consors iusticiæ, expers ini quitatis. Deniq; interrogemus infantiam, uideamus si in ea crimen reperitur, si aua ricia, ambitio, dolus, sæuitia, insolentia. Nihil suum nouit, nullos honores sibi ar/rogat, præferre se alteri ignorat, fraudem nescit, uindicare sese nec uult nec potest. Insolentia quid sit, puro ac simplici nequit animo cõprehendere. Soluit hanc le/gem Adam qui uoluit sibi arrogare quod non acceperat, ut esset sicut creator & con ditor suus, & diuinum honorem affectaret. Itaq; per inobedientiam offensam tra xit, & culpam incidit ex insolentia. Qui si non rupisset imperiũ, & obediens fuisset mandatis cœlestibus, prærogatiuã naturæ atq; ingenitæ sibi innocẽtiæ hæredibus propris reseruasset. Ergo quia per inobedientiã prærogatiua naturalis legis corru pta atq; interdicta est, ideo scriptum legis existimatum est necessarium, ut uel par/tem haberet, qui uniuersum amiserat, Et cui perierat quod nascẽdo assumpserat, di/scendo saltem cognosceret & custodiret. Simul quia causa deiectiõis eius superbia fuit, Superbia autẽ orta est ex prærogatiua innocẽtiæ, Debuit ea lex ferri quæ sub/ditum deo & subiectum redderet. Nam sine lege peccatũ nesciebatur, & minor erat
Ioan.15. culpa, ubi erat culpæ ignorantia. Vnde & dns ait: Si nõ uenissem & locutus fuissem ijs, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato. La ta est ergo lex. Primum ut excusationem tolleret, ne quis diceret, peccatum nesciui, quia præscriptũ non erat quid cauerem. Deinde ut oẽs subditos faceret deo agni/tione peccati. Omnes autem subditos fecit, quia nõ solum Iudæis data est, sed etiã gentes uocauit. Proselyti enim ex gentibus sociabantur. Neq; uero exceptus uide/ri potest

A ri potest qui uocatus defuit. Lex enim quos uocauit, & alligauit. Vniuersorũ itaq; culpa operata est subiectionem, subiectio humilitatem, humilitas obedientiã. Itaq; quia superbia culpam contraxerat, econtrario culpa obedientiam generauit. Vnde lex scripta quæ uidebatur superflua, facta est necessaria, ut peccatum peccato solue/ret. Sed ne rursus aliquis deterreatur & dicat incrementum peccati factum esse per le gem, & legem non solum non profuisse sed etiam offuisse arbitretur, habet quo so/lari suam possit sollicitudinem, quia & si per legem superabundauit peccatũ, super/abundauit & gratia. Quid sit hoc, intelligamus. Superabundauit peccatum per le/gem, quia per legem agnitio peccati, & cœpit mihi obesse scire id quod per infirmita
Roma.5. tem uitare non possem. Ad cauendũ enim prodest præscire: sed si cauere non queã, offuit nosse. Versa ergo lex in contrarium, tamen ipso peccati incremento facta est
Psal.118. mihi utilis, quia humiliatus sum. Vnde & dixit Dauid: Bonũ mihi quod humiliat9 sum. Humiliando aũt me, solui uinculum erroris superioris, quo Adam & Eua exu erant omnẽ propriæ seriẽ successionis. Vnde & dominus quasi obediens uenit, ut in obedientiæ & præuaricatiõis humanæ laqueus solueret. Itaq; sicut per inobediẽtiã peccatũ intrauit, ita per obedientiã peccatũ solutũ est. Vnde & apostolus ait: Quia
Roma.5. sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita & per obedientiam unius hominis iusti constituent multi. Habes igitur unum, quia lex & superflua fuit, & facta est non superflua. Superflua in eo, quia non fuisset neces/saria, si illam legem naturalem seruare potuissemus. Sed quia non seruauimus, ista lex per Moysen necessaria facta est, ut doceret me obedientiã, & laqueum illum sol/
B ueret prævaricationis Adæ, qui laqueus totam astrinxit hæreditatem, Creuit quidẽ culpa per legẽ, sed & culpæ autor superbia soluta est, idq; mihi ꝓfuit. Superbia eñ culpã inuenit, culpa aũt gratiam fecit. Accipe aliud. Nõ fuit necessaria lex per Moy/sen. Deniq; subintrauit, quod utiq; non ordinariũ sed uelut fortuitũ significare uide tur introitũ, eo quod in locũ naturalis legis intrauerit. Itaq; si illa suum seruasset lo cũ, hæc lex scripta nequaquam esset ingressa. Sed quia illã legem excluserat prævari catio ac propemodum aboleuerat, pectoribus humanis regnabat superbia, inobe/dientiaque sese diffuderat, ideo successit ista, ut nos scripto conueniret, & omne os obstrueret, ut totũ mundũ faceret deo subditũ. Subditus aũt mũdus eo ꝑ legẽ fa/ctus est, quia ex præscripto legis oẽs cõueniunt, & ex operibus legis nemo iustifica tur, id est, quia per legem peccatum cognoscitur, sed culpa non relaxatur: uidebatur lex nocuisse, quæ omnes fecerat peccatores, sed ueniẽs dominus Iesus peccatum o/mnibus quod nemo poterat euitare donauit, & chirographum nostrum sui sangui nis effusione deleuit. Hoc est quod ait: Superabundauit peccatum per legem, super abundauit autem gratia per Iesum, quia postquam totus mundus subditus factus
Ioan.1. est, totius mundi peccatum abstulit. Sicut testificatus est Ioãnes dicens: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi. Et ideo nemo glorietur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur, sed qui iustus est donatum habet, quia post lauacrum iustifi catus est. Fides ergo est quæ liberat per sanguinẽ Christi, quia beatus ille cui pecca/tum remittitur, & uenia donatur. Vale fili & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Irenæum, causam reddentis, Cur pleraque in lege præcepta sint, quæ per euangelium uacuata uidentur, ut est circumcisio corporalis, & obser/

uatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uatio ſabbati,aliaq; plura huiuſmodi.Cur etiam lex pædagogus dicat. Epi.LXXII.

Gal.3. AMBROSIVS Irenæo.Audiſti fili hodie lectū in apoſtolo:Quia lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide iuſtificemur. Quo uno abſolutas arbitror quæſtiones quæ plerosq; mouere conſuerunt. Sunt enim qui dicunt:Cum legem deus Moyſi dederit,quid cauſæ eſt ut pleraq; in lege ſint quæ per euangelium iam uacuata uideantur? Et quomodo unus utriuſq; conditor teſtamenti,cum quod licebat in lege,per euangelium cœperit non licere:ut eſt circunciſio corporalis,quæ licet etiam tunc ſigno data ſit,ut circunciſionis ſpiritualis ueritas teneretur,tamen qua ratione uel in ipſo ſigno fuit? Cur iſta diuerſitas exiſtimatur, ut tūc circuncidi pietas crederetur, nunc impietas iudicetur? Deinde ſabbati diem feriatū eſſe debere obſeruabat ex lege,ita ut ſi quis onus aliquod lignorum portaſſet,mortis fieret reus,nunc autem diem ipſum & oneribus ſubeundis & negocijs obeundis ſine pœna aduertimus deputari. Et pleraq; præcepta ſunt legis, quæ præſenti tempore ceſſare uideantur.Quid ergo cauſæ ſit conſideremus, Non enim ocioſe dixit apoſtolus:Quia lex pædagogus noſter fuit in Chriſto. Pædagogus cuius eſt,maturioris an adoleſcentis, aut pueri? hoc eſt,ætatis infirmæ? Pædagogus ergo ſicut etiam interpretatio latina habet,doctor eſt pueri,qui utique imperfectæ ætati non poteſt perfecta adhibere præcepta quæ ſuſtinere non queat.Denique per prophetam deus legis ait:Dabo uobis præcepta non bona,hoc eſt,non perfecta. Quod enim bonum utique perfectum. Idem autem deus euangelio perfectiora ſeruauit. Siquidem ait:Non ueni legem ſoluere ſed implere. Quæ igitur iſtius cauſa diſtantiæ,niſi humana uarietas Sciebat duræ ceruicis populum Iudæorum, lapſum, humilem,perfidiæ promptiorem,qui aure audiret & non audiret,oculis uideret & nō uideret, lubrico quodā infantiæ leuem, & immemorem præceptorum, & ideo legē tanquam pædagogum mobili plebis ingenio & menti adhibuit infirmæ, ipſaque legis præcepta moderatus, aliud legi uoluit, aliud intelligi :ut inſipiēs ſaltem quod legeret cuſtodiret, & à præſcripto litteræ non recederet, ſapiens intelligeret diuinæ mentis ſententiam, quam littera non reſonaret: imprudens ſeruaret legis imperium, prudens myſterium. Ideo lex ſeueritatem gladij habet tanquam pædagogus baculum, ut imperfectæ plebis infirmitatem pœnæ ſaltēm denunciatione deterreat. Euangelium autem indulgentiam habet quo peccata donantur. Iure ergo ait

2.Cor.3. Paulus: Quia littera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Littera igitur occidit exiguam corporis portionem: ſpiritus intelligens, circunciſionem totius animæ corporisq́ue cuſtodit, ut ſuperfluis amputatis(Quid enim tam ſuperfluum,quàm auaritiæ uitia libidiniſq́ue peccata, quæ natura non habuit, culpa quæſiuit) caſtimonia teneatur, frugalitas diligatur. Signum igitur circunciſio corporalis, ueritas autem circunciſio ſpiritualis eſt. Illa membrum amputat, iſta peccatum. Nihil imperfectum in homine natura generauit,nec tanquam ſuperfluum iubebatur auferri: ſed ut aduerterent qui partem ſui corporis amputabant,multo magis amputanda peccata,recidendos eos qui delicta ſuadeant,etiam ſi quadam unitate corporis conne-
Ezech.20. cterent. Sicut habes ſcriptū:Si dexrera manus tua ſcandalizat te,abſcide eam & proijce abs te.Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, q̄ totū corpus tuum eat in gehennam.Ergo ſicut pueris, ita Iudæis mandata ſunt nō plena præcepta,ſed ex parte:& uelut unā membri ſui partē mundā ſeruare præcepti ſunt, qui totum cor-

A tum corpus ſuum mundū ſeruare nō poterāt. Sabbati quoq; ferias uno die in hebdomada celebrare iuſſi ſunt,ut nulli oneri ſubderētur, quia mundanis operibus abſoluti, utinā ſic abiſſent,ut in illud perpetuum futurorum ſabbatū ſeculorum nulla ſecū grauiū ueherēt onera delictorum.Sed quia lubricum populum deus nouerat, partē infirmioribus diei unius obſeruatione præſcripſit, plenitudinem fortioribus reſeruauit:ſynagoga diē obſeruat,eccleſia immortalitatē.In lege igit portio,in euāgelio perfectio eſt.Populus Iudæorū ligna portare prohibetur,hoc eſt,illa quæ conſumuntur incendio. Vmbram tenet qui ſolem refugit. Tibi ſol iuſticiæ umbram impedimentum eſſe non paſſus,apertum gratiæ ſuæ lumen infundens ait: Vade & amodo uide ne pecces. Tibi æterni illius ſolis imitator ait: Si quis autem ſuperædificauerit ſuper fundamentum aurum,argentum,lapides precioſos,ligna, fœnū,ſtipulam,uniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit. Dies enim domini manifeſtabit,quoniam in igne reuelabitur.Et uniuſcuiuſq; opus quale ſit,ignis probabit.Et ideo illud ſuper ædificemus ſupra Chriſtum.Chriſtus enim noſtrum eſt fundamentum quod non exuratur ſed melioretur.Aurum melioratur,igitur melioratur argentū.Audiſti aurum & argētum,putas hoc materiale, congregare deſideras,ſed ludis operam. Hoc aurum & argentum onus habet,fructum non habet.Onus quærentis eſt,ſumptus hæredis.Hoc aurum ſicut lignum exuritur,non perpetuatur. Hoc argentum in die illo detrimentum uitæ tuæ non lucrum affert.Aliud aurum,aliud argentū à te quæritur,hoc eſt,ſenſus bonus, uerbum optimum,de quibus dicit deus, quia dat uaſa aurea & argentea.Hæc ſunt munera dei, eloquia domini, eloquia caſta,argentum Pſal. 11.
B igne examinatum,probatum terræ, purgatū ſeptuplo:gratia ſenſus tui, nitor caſtiſermonis exigit,ſplendor fidei nō tinnitus argenti.Hoc manet,illud perit,hoc mercedem habet,& migrat nobiſcū,illud detrimentū habet quod hic relinquit.Si quis diuitum putat quod illud argētum repoſitū & recōditum ei ſuffragari poſſit ad uitam,onus inane portat quod iudicij ignis abſumat. Hic relinquite ligna ueſtra diuites,ut onus ueſtrū futuro incendio incrementū non addat. Si erogaueris, minuetur onus:& quod remanſerit,onus nō erit. Noli auare recondere,ne fias nudo quidem nomine Chriſtianus,opere Iudæus,cū aduerteris onera tua tibi eſſe ſupplicio. Dictum eſt enim tibi non per umbram ſed in ſole, cuius opus manſerit, mercedem accipiet,ſi cuius arſerit,detrimentum patietur, Et ideo tanquam perfectus eruditus in lege,cōfirmatus in euangelio utriuſq; fidem ſuſcipe teſtamenti. Beatus enim qui Eſa. 25.
ſeminat ſuper oēm aquā,ubi bos & aſinus calcat,ſicut hodie lectū eſt,hoc eſt,qui ſeminat ſuper populos,qui ſequunt teſtamenti utriuſq; doctrinā. Bos eſt ille aratorius,legis iugū portans,de quo lex dicit:Boui trituranti os non alligabis, qui habet Deut.25.
ſcripturarū cornua diuinarū.Pullū aūt aſinæ dominus in euangelio in figura populi gētilis aſcēdit.Puto aūt(quoniā dies eſt uerbū dei) q̄ etiā illud intelligere debea- 1.Cor.9. Luc.16.
mus,quia bos habet cornua plena terroris, taurus ferociam habet, aſinus manſuetudinē,quod bene ad præſentia deriuatur, quia beatus q & ſeueritatē & manſuetudinem tenet,ut altero diſciplina ſeruetur,altero innocentia non opprimatur.Nimia em̄ ſeueritas extorquet plerūq; terrore mendaciū.Deus diligi maluit q̄ timeri. Dominus ergo charitatem exigit,ſeruus timorem,cum perpetuus in homine terror eſſe non poſſit,quia ſcriptum,ſicut hodie lectum eſt: Ecce in timore ueſtro ipſi timebunt quos timebatis. Vale fili & nos dilige,quia nos te diligimus.

Viui

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Diui Ambrosij ad Clementianum,uim apostolicæ disputationis in superiori epi
stola notatæ aperientis,simulq; ostendentis Iudæum non esse secundũ
adoptionem hæredem. Epistola. LXXIII.

AMBROSIVS Clemẽtiano.Etsi sciam quod nihil difficilius sit quàm de apostoli lectiõe differere,cum ipse Origenes longe minor sit in nouo q̃ in ueteri testamẽto,tamen quoniam superiore epistola uisus tibi sum cur pædagogus lex diceretur,non absurde explicauisse,hodierno quoq; sermone uim ipsam apostolicæ disputationis meditabor aperire.Superiora enim lecti
onis eius hoc habent,Eo quod ex operibus legis nemo iustificetur sed ex fide, quo
Gal.5. niam qui ex operibus legis sunt,sub maledicto sunt, Christus autem redemit nos de maledicto legis,factus pro nobis maledictum.Non ex lege igitur hæreditas da ta est sed ex repromissione. Etenim Abrahæ dictæ sunt repromissiones & semini eius quod est Christus.Lex itaq; præuaricationum gratia posita est,donec ueniret semen cui repromissum est,& ideo cõclusa sunt omnia sub peccato, ut repromissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.Postquam uenit autem fides,iam non sub lege,hoc est,sub pædagogo sumus,quia sumus filij dei, & omnes sumus in Christo Iesu.Si autem omnes sumus in Christo Iesu, ergo Abrahæ semen sumus secundũ promissionem hæredes.Hæc est apostolicæ conclusio sententiæ.Sed occurrit adhuc
Heb.9. ei quod poterat etiam Iudæus dicere,& ego hæres sum quoniã sub lege sum. Lex autem,uetus dicitur testamentum. Vbi autem testamentum,ibi hæreditas. Et licet ad Hebræos ipse dixerit,quia testamentum non ualet nisi mors intercedat testato
D ris,id est,quoniam testamentum non ualet quàmdiu uiuit testator, sed eius morte
Hiere.11. firmatur,tamen quia in Hieremia dominus locutus est de Iudæis & ait: Facta est hæreditas mihi sicut leo:hæredes eos negare noluit. Sed sunt hæredes sine re, sunt & cum re.Et dicunt hæredes testatore uiuente qui scripti sunt sed sine re. Sunt etiã hæredes paruuli qui nihil differũt à seruulo,quoniam sub curatoribus sunt & acto
Gal.4. ribus.Ita inquit,& nos eramus Iudæi sub elementis mundi huius seruientes. Postq̃ uero uenit plenitudo temporis & Christus aduenit, iam non sumus serui sed liberi si credamus in Christũ. Ergo dedit illis speciem hæreditatis, possessionem negauit. Habent nomen hæredis,usum non habent.Quia sicut paruuli hæredes nomen ut dum hæreditatis non autoritatem usurpant, iubendi ius & utendi nõ habent,quia plenitudinem suæ ætatis expectant,ut à curatoribus liberentur.Sicut ergo paruuli,
Matth.23. ita & Iudæi sub pædagogo sunt.Lex pædagogus est. Pædagogus ad magistrum ducit,magister noster solus est Christus. Nolite dicere uobis dominũ & magistrũ, quia dominus & magister uester unus est Christus. Pædagogus timetur,magister uiam salutis ostendit.Timor ergo ad libertarem perducit,libertas ad fidẽ, fides ad charitatem,charitas acquirit adoptionem,adoptio hæreditatem.Ergo ubi fides ibi libertas,seruus enim sub metu,liber ex fide.Ille sub littera,iste sub gratia:ille in serui
2.Cor.3. tute,iste in spiritu. Vbi autem spiritus domini,ibi libertas. Si igitur ubi fides,ibi libertas,ubi libertas,ibi gratia,ubi gratia,ibi hæreditas,Iudæus autem littera nõ spiritu in seruitute est,Qui non habet fidem,non habet spiritus libertatẽ. Vbi aũt nulla libertas,nulla gratia,ubi nulla gratia,nulla adoptio,ubi nulla adoptio nulla successio.Tanquam clausis ergo tabulis cernit hæreditatem non possidet, autoritatẽ nõ habet lectionis.Nam quomodo dicit:Pater noster,qui uerum dei filium negat,

per

A per quem adoptiuus acquiritur? Quomodo testamentum nuncupat qui mortem testatoris negat? Quãdo libertatem usurpat qui negat sanguinem quo redemptus est? Hic enim est nostræ precium libertatis. Sicut Petrus dicit: Sanguine precioso
1.Petri.1. redempti estis,non agni utiq;, sed eius qui mansuetudine & humilitate tanquam agnus aduenit,& totum mũdum una sui corporis hostia liberauit,sicut ipse ait:Si
Ioan.1 cut agnus ductus sum ad immolandum. Vnde & Iohannes ait:Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi. Ergo Iudæus hæres in litera,non spiritu,tanquam par
Gal.4 uulus est sub curatoribus & actoribus. Christianus autem qui plenitudinem tem
Ephe.4 poris agnouit,qua Christus aduenit factus ex muliere, factus sub lege, ut omnes qui sub lege erãt redimeret, Christianus inquam per unitatem fidei & agnitionem filij dei in uirum perfectum,in mensuram ætatis exurgit plenitudinis Christi. Vale fili & nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosij ad Horontianum,ex eo quod ab Apostolo commemoratum est: Abraam credidit deo, & reputatum est ei ad iusticiam & cætera. colligentis quod ij magis Abraæ filij qui ex fide hæredes sunt,ipsam quoq; fidem plurimum commendantis. Epistola LXXIIII.

AMBROSIVS Horontiano, Si Abraam credidit deo, & reputatum
Gen.15. est ei ad iusticiam,Quod autem reputatur ad iusticiam,ex incredulitate ad fidem est,utiq; ex fide iustificamur non ex operibus legis. Abraæ autem ipsi duo filij Ismaël & Isaac, unus de ancilla, alter de libera. Et
B responsum huiusmodi,ut expelleret ancillam & filium ancillæ,non enim hæredem fore ancillæ filium. Et ideo non ancillæ nos filios esse, sed liberæ, qua libertate nos Christus liberauit. Vnde colligitur quod ij magis Abraæ filij qui ex fide. Præstant enim fidei quàm generationis hæredes. Lex pædagogus est, fides libera. Abijcia
mus ergo opera seruituris,teneamus gratiam libertatis. Deseramus umbram, solẽ secuti, ritus Iudaicos deseramus. Circuncisio membri unius nihil prodest. Deniq;
Gal.5. ait Apostolus:Ecce ego Paulus dico uobis,quoniam si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit. Non quia non possit,sed quia indignos beneficijs suis iudicet, q
Exo.4. uias eius deserant.Et quidem ante Sephora circuncidit filium suum,& periculũ depulit quod imminebat.Sed tunc profuit cum Christus adhuc perfecta differret, cũ paruulus esset populus credentium.Venit non paruulus sed perfectus in omnibus dominus Iesus.Circunciſus est primo secundum legem, ne legem solueret, postea per crucem,ut legem impleret.Cessauit ergo quod ex parte est,quia uenit quod perfectum est.Crux enim in Christo non unum membrum, sed totius circuncidit superfluas uoluptates.Fortasse adhuc quæritur qua ratione circuncidi ex parte uoluerit,qui uenerat perfectam circuncisionem demonstraturus. De quo non puto esse diutius deliberandum. Nam si peccatum factus est ut nostra peccata mundaret, si maledictum pro nobis factus est,ut legis maledicta uacuaret, ea ratione & circuncisus pro nobis est,ut circuncisionem legis auferret,daturus salutem crucis. Spiritu igitur ex fide spem iusticiæ expectandam nobis asserit Apostolus, & in libertatem uocatos,libertatem nostram in occasionem carnis non debere conferre. Siquidem neq; circuncisio aliquid ualet,neq; præputium,sed fides quæ per charitatem operatur.Et ideo scriptum: Diliges dominum deum tuum. Qui autem diligit, utiq; cre

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dit,& credendo unuſquiſq; diligere incipit. Deniq; Abraam credidit,& ſic diligere
cœpit & credidit non ex parte ſed per omnia. Aliter enim habere plenam non po
1.Cor.13 terat charitatem,quia ſcriptum eſt: Charitas credit omnia.Si non credit omnia,nō
uidetur charitas eſſe perfecta. Ergo perfecta charitas omnem fidem habet. Non
tamen facile dixerim, quod continuo omnis fides perfectam charitatem habeat,
quia Apoſtolus dixit: Si habeam omnem fidem ita ut montes tranſferam, chari
tatem autem non habeam,nihil mihi prodeſt. Etenim cum tria ſint maxime in ui
ro Chriſtiano,ſpes,fides,charitas,maior his charitas. Sed arbitror propoſiti gratia
hoc dixiſſe Apoſtolum. Neq; enim uidetur mihi qui habeat omnem fidem, ita ut
montes tranſferat charitatem non habere: quomodo & illud, Si habeat aliquis o
mnia myſteria & omnem ſcientiam, quomodo non habeat charitatem, cum dicat
1.Ioan.4 Ioannes: Quia omnis qui credit quia Ieſus Chriſtus eſt,de deo natus eſt. Et ſupra
ipſe dixerit: Qm̃ qui de deo natus eſt non peccat. Vnde colligitur,ſi is qui credit qa
Ieſus Chriſtus eſt, de deo natus eſt:& qui de deo natus eſt, non peccat:utiq; is qui
credit quia Ieſus Chriſtus eſt,non peccat. Si quis aũt peccat,non credit. Qui aũt nō
credit nō diligit. Qui aũt nō diligit, peccato obnoxius eſt.Ergo nō diligit q peccat.
1.Pet.4 Charitas enim multitudinem operit peccatorum. Qd' ſi charitas peccandi excludit
affectum,quandoquidem etiam timorem excludit foras, plena eſt utiq; perfectæ
Luc.17 fidei charitas. Deniq; apoſtoli qui futuri erant amici dixerunt: Adauge nobis fi
dem,petentes à bono medico,ut infirmantem in ſe fidem ſanaret. Infirmabatur ad
Matt.14. huc fides in ijs,cum audiret etiam Petrus: Minimæ fidei quare dubitaſti? Ergo fi
des uelut præuia charitatis occupat animam,& præparat ſemitas uenturæ dilectio
D ni. Sic omnis fides eſt, ubi perfectio charitatis. Ideo puto dici,quia charitas credit
omnia,hoc eſt,facit fidem omnia credere,& habere huiuſmodi animam omnem fi
dem. Ac per hoc ubi perfecta charitas,ibi omnis fides, ſicut ubi perfecta charitas,
ſpes omnis. Deniq; ſicut omnia credit, ita ſcriptum eſt, quia ſperat omnia. Ideo
1.Cor.13 maior quia ſpem fidemq; complectitur.Hanc charitatem habens,nihil timet,quia
charitas timorem excludit foras, & ideo ablegato & exuto timore omnia ſuffert,
omnia ſuſtinet. Qui ergo per charitatem omnia ſuſtinet,non poteſt timere marty
rium. Et ideo quaſi uictor alibi in fine ait: Mihi enim mundus crucifixus eſt & ego
mundo. Vale fili & nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Bellicium,exponentis quid ſibi uelit illud quod dominus Ie
ſus uidens à generatione cæcum,expuit & fecit lutum & ſuperunxit oculos cæci, &
cætera. Epiſtola. LXXV.

AMBROSIVS Bellicio. Audiſti frater lectionem Euangelij, in qua
decurſum eſt quod prætereiens dominus Ieſus uidit à generatione cæ
cum. Ergo ne nos quidem præterire debemus quem prætereundum
dominus nō putauit,præſertim cum à generatione cæcus fuerit,quod
non ocioſe eſt poſitum. Eſt enim cæcitas quæ plerunq; ui ægritudinis aciem obdu
cit oculorum,eademq; temporis ſpacio mitigatur. Eſt cæcitas quæ humorum infu
ſione generatur. Ea quoq; uitio plerunq; ſublato, medicinæ arte depellitur. Vt co
gnoſcas quia quod iſte ſanatur qui à generatione ſua cæcus eſt, non artis eſt ſed
poteſtatis. Donauit enim dominus ſanitatem,non medicinã exercuit. Eos enim ſa

A nauit dominus Ieſus quos nemo curaret. Quàm ſtolidi autem Iudæi qui interro
gant: Hic peccauit an parentes eius,debilitates corporum referentes ad merita de
lictorum. Et ideo dominus ait: Neq; hic peccauit,neq; parentes eius,ſed ut mani
feſtarent opera dei in illo. Quod em̃ naturæ defuit,creatori competit reformare,
qui autor naturæ eſt. Vnde addidit: Cum in hoc mundo ſum,lux ſum huius mun
di. Hoc eſt,omnes poſſunt uidere,quia cæci ſunt,ſi me lumen requirant. Accedite & pſal.33
uos & illuminamini,ut uidere poſſitis. Deinde quid ſibi uult quod is qui uitam re
fundebat imperio, ſalutem præcepto dabat, dicens mortuo: Exi foras, & egreſſus
eſt Lazarus de ſepulchro, dicens paralytico: Surge,tolle grabatum tuum,& ſurre Ioan.11
xit paralyticus & cœpit grabatum ipſe portare, in quo ſolutus membris omnibus Mar.2.
portabatur? Quid inquam ſibi uult quod expuit & fecit lutũ, & ſuperunxit oculos
cæci,& dixit ei: Vade & laua in Syloa,quod interpretatur miſſus,& abijt & lauit & Ioan.9
uidere cœpit. Quæ iſta ratio eſt? Magna ni fallor. Plus enim uidet quem Ieſus tan
git. Simul & diuinitatem & ſanctificationem eius aduerte. Quaſi lux tetigit & lu
men infudit. Quaſi ſacerdos per figuram baptiſmatis, myſteria gratiæ ſpiri
tualis impleuit. Expuit ut aduerteres quia interiora Chriſti lumen ſunt. Et uere ui
det qui Chriſti mundatur internis. Lauat ſaliua eius, lauat ſermo eius, ſicut habes:
Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis. Quod autem
lutum fecit,& ſuperunxit oculos cæci, quid aliud ſignificat, niſi ut intelligeres quia
ipſe hominem luto illito reddidit ſanitati,qui de luto hominem figurauit, & quod
hæc caro luti noſtri per baptiſmatis ſacramenta æternæ uitæ lumen accipiat. Acce
B de & tu ad Syloam,hoc eſt ad eum qui miſſus eſt à patre,ſicut habes: Mea doctri Ioan.7.
na non eſt mea,ſed eius qui me miſit. Diluat te Chriſtus ut uideas. Veni ad baptiſ
mum,tempus ipſum adeſt,ueni feſtinus,ut & tu dicas: Abij & laui & uidere cœpi.
Vt & tu dicas: Cæcus eram & uidere cœpi. Vt & tu dicas ſicut iſte refuſo lumine ait
Nox præceſſit,dies appropinquauit. Nox erat cæcitas. Nox erat cum Iudas acce Rom.13.
pit buccellam à Ieſu, & tũc introiuit in eum ſathanas. Iudæ nox erat, in quo diabo
lus erat. Iohanni dies erat,qui in Chriſti pectore recumbebat. Petro quoq; dies Ioan.13.
erat,cum lumen Chriſti uideret in monte. Nox erat alijs,ſed Petro dies erat. At ue
ro ipſi Petro nox erat quando Chriſtum negabat. Deniq; gallus cantauit, & flere
cœpit ut emendaret errorem. Iam enim dies appropinquabat. Interrogabant Iu
dæi cæcum: Quomodo uidiſti? Grandis amentia. Interrogabant quod uidebant,
interrogabant cauſam, cum factum uiderent. Et maledixerunt ei dicentes: Tu ſis
diſcipulus eius. Maledictio eorum benedictio eſt, quia benedictio eorum maledi
ctio eſt. Tu ſis inquiunt diſcipulus eius. Tunc proſunt quando nocere ſe credunt.
Vale fili & nos dilige ut facis,quia nos te diligimus.

Diui Ambroſij ad Studium,quæſtiunculam ab eo propoſitam quam in qua
dam epiſtola ſuperius ad eundem ſcripta abſoluit,latius ac plenius
pertractantis & abſoluentis. Epiſtola. LXXVI.

AMBROSIVS Studio. Et ſi ſuperiore epiſtola hãc quam propoſui
ſti quæſtiunculam abſoluerim, tamen aliquid plenius requirenti tibi
ut filio afferre atq; exculpere non ſuperſederim. Ac ſemper quidem de
cantata quæſtio & celebris abſolutio fuit mulieris eius q̃ in libro euan

Universidad de Deusto
Biblioteca

C geliȝ quod ſecundum Ioannē ſcribitur adulteriȝ rea oblata Chriſto eſt. Id enim Iudæorum cōmenta eſt tergiuerſatio, ut ſi contra legem abſolueretur, cōtra legē, prolata dñi Ieſu ſententia teneretur. Si autem damnata eſſet ex lege, uacare Chriſti uideretur gratia. Sed uehementior facta eſt poſtea cȝ epiſcopi reos criminum grauiſſimorum, in publicis iudiciȝs accuſare, aliȝ & urgere uſqȝ ad gladiū ſupremamqȝ mortem, aliȝ accuſationes huiuſmodi & cruentos ſacerdotum triumphos probare cœperunt. Quid enim aliud iſti dicunt cȝ dicebant Iudæi reos criminum legibus eſſe publicis puniendos, & ideo accuſari eos etiam à ſacerdotibus in publicis iudiciȝs oportuiſſe quos aſſerūt ſecundū leges oportuiſſe puniri? Eadem cauſa eſt, ſed numerus minor, hoc eſt, non diſpar iudiciȝ quæſtio, ſed penè diſpar inuidia. Vnam Chriſtus puniri ex lege non paſſus eſt, iſti minorem numerum aſſerunt eſſe punitū. At quo loco hoc iudicat Chriſtus? Nam plerūqȝ ſecundū qualitates locorum, in quibus docebat famulos ſuos, diſputatiōes ſuas formare dignatus eſt, ut in porticu Salomonis, hoc eſt ſapiētis deambulans loquebatur: Ego & pater unum ſumus. Vt in tem-
Ioan.10. plo dei dicebat: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui me miſit. Hoc quoqȝ iudicium in templo poſitus exercet, ſicut ſcriptum eſt in poſterioribus. Sic enim habes: Hæc uerba locutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in templo & nemo apprehendit eum. Quid eſt gazophylacium? Collatio fidelium, ſumptus pauperum, requies egenorū, iuxta quod ſedens Chriſtus, ut habes ſecundū Lucam: duo æra mulieris uiduæ diuitum muneribus cenſuit præferenda, Diuino uidelicet teſtimonio, præferēs opimæ præmiȝs largitatis ſedulæ liberalitatis affectū. Qui tale habebat iudiciū,
D uideamus quid ipſe iuxta gazophylacium poſitus conferebat. Non enim ocioſe uiduam prætulit duo æra mittentem. Precioſa iſta paupertas eſt, fidei opulēta myſterio. Iſta ſunt duo æra quæ Samaritanus ille euangelicus ad eius curāda uulnera qui incidit in latrones ſtabulario dereliqt. Ergo & iſta ſpecie uidua in typo eccleſia, hoc gazophylacio ſacro conferendū putauit, quo pauperū ſanarentur uulnera, peregrinorum ieiunia ſedarentur. Vnde & nūc quid Chriſtus cōferat, ſpiritualiter te oportet expendere. Diuidebat em̄ populis argentum ignē examinatū eloquiorum cœleſtium, & imaginis regiæ pecuniam populorum annumerabat affectibus. Nemo plus miſit cȝ qui totum donauit, ſatiabat eſuriētes, replebat inopes, illuminabat cæcos, redimebat captiuos, paralyticos erigebat, mortuos reſuſcitabat, & quod eſt amplius, conferebat abſolutiōes reorū, peccata donabat. Hæc ſunt duo æra quæ miſit eccleſia poſteaq̄ accepit à Chriſto. Quid enim ſunt duo æra niſi precium noui & ueteris teſtamenti? Precium ſcripturæ, fides noſtra eſt. Nam qđ legitur, pro intelligentis æſtimatur arbitrio. Remiſſio igitur peccatorū utriuſqȝ preciū teſtamēti eſt quæ per agnum in typo annūciata eſt, in ueritate cōpleta per Chriſtū. Ideo habes neqȝ ſeptem dierū purgationē ſine triū dierum eſſe purgatione. Septem dierū purgatio ſecundū legem, quæ in ſpecie præſentis ſabbati, ſpirituale ſabbatū annunciauit: triū dierum purgatio ſecundū gratiā, quæ euangeliȝ teſtificatione ſignat, quia tertio die dñs reſurrexit. Vbi pœna præſcribit, debet eſſe pœnitentia peccatorū, ubi remiſſio donatur, gratia eſt. Præcedit pœnitentia, ſequitur gratia. Neqȝ pœnitētia ergo ſine gratia, neqȝ gratia ſine pœnitentia. Debet em̄ pœnitētia prius damnare peccatū, ut gratia poſſit abolere. Ideo typum legis accipiens Ioannes baptizauit in pœnitētia, Chriſtus ad gratiam. Septimus ergo dies legis myſterium ſignat, octauus reſurrectionis,

A ctionis: Sicut habes in Eccleſiaſte: Da partē illis ſeptē & illis octo. Nam & in prophēta Oſee legiſti dictum ad eum: Cōduc tibi fornicariam quindecim denariȝs, eo Oſee.3.
qȝ gemino ære ueteris & noui teſtamenti, hoc eſt integro fidei precio, mulier illa uago quodā & meretricio gentiū conuenarum comitatu fulta conducitur. Et conduxit inquit eam gomor ordei & ſemigomor. Per ordeū ſignificat quia imperfectos uocaret ad fidem, ut perfectos redderet. Per gomor intelligitur plena menſura, per ſemigomor ſemiplena menſura. Plena menſura in Euangelio eſt, ſemiplena in lege, cuius plenitudo nouū eſt teſtamentum. Siquidē ipſe dñs ait: Non ueni legē ſoluere Matt.5.
ſed implere. Nec ocioſe quindecim anabathmorū pſalmos Dauidicos legimus, & quindecim gradibus aſcendiſſe ſolem, cum Ezechias iuſtus rex uitæ huius acciperet cōmeatum. Significabatur em̄ eſſe uenturus ſol iuſticiæ qui gradus quindecim ueteris & noui teſtamenti illuminaturus eſſet præſentiæ ſuæ lumine, quibus noſtra fides ad uitam aſcendit æternam. Vide & hoc quod hodie in Apoſtolo lectum eſt, myſticum reor, eo qȝ quindecim diebus apud Petrum manſerit. Videt em̄ mihi qȝ Apoſtolis ſanctis ſcripturæ diuinæ interpretationē ſermone ſecū uario conferentibus pleni luminis refulſerit claritudo, ignorantiæ umbra deceſſerit. Sed iam ueniamus ad mulieris huius adulteræ abſolutionē. Oblata erat à ſcribis & phariſæis dño Ioan.8
Ieſu adulteriȝ rea, & hac oblata fraude, ut ſi eam abſolueret, legē ſoluere uideret: ſin uero damnaret, propoſitum ſui mutaret aduentus, quia peccata omniū remiſſurus aduenit. Deniqȝ ſupra ait: Ego non iudico quenqȝ. Offerentes ergo eam dixerunt:
B Hanc mulierē inuenimus publice mœchantē. Scriptum eſt em̄ in lege Moyſi oēm mœcham lapidari: Tu uero quid dicis de ea? Quæ cum dicerent: Ieſus inclinato capite digito ſcribebat in terra. Et cum expectarent ut audirent eum, erigens caput dixit: Qui ſine peccato eſt, prior lapidet eam. Quid tam diuinum cȝ iſta ſentētia, ut is peccata puniat q exors ipſe peccati ſit? Quō enim feras alieni ultorē & propriȝ criminis defenſorem? Nónne ſe magis ipſe cōdemnat, qui in alio damnat quod ipſe cōmittit? Hoc aūt dixit: Et ſcribebat in terra. Quid? Vtiqȝ dicens, Feſtucam quæ in
oculo eſt fratris tui uides, trabē aūt quæ in oculo tuo eſt nō uides. Libido em̄ uelut Matt.7.
feſtuca eſt, cito accendit, propere conſumit, ſacrilegiū perfidiæ, qđ Iudæi negabāt propriæ ſalutis autorē, ſceleris magnitudinē pſonabat. Scribebat aūt in terra digito quo legē ſcripſerat. Peccatores in terra ſcribunt, iuſti in cœlo, ſicut habes dictum ad diſcipulos: Gaudete quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Secundo aūt ſcri- Luc.10.
pſit, ut gemino teſtamēto Iudæos ſcias eſſe damnatos. Audiētes aūt hoc uerbum exierunt foras unus poſt unū incipientes à ſenioribus & ſedebāt cogitātes de ſe. Et remanſit ſolus Ieſus & mulier in medio ſtans. Bene ait q̄d exierunt foras qui nolebant eſſe cū Chriſto. Foris litera eſt, intus myſteria. Sequebant em̄ diuinarū lectionum quædā uelut arborū folia, nō fructū, qui uiuebant in umbra legis, & ſolē iuſticiæ uidere non poterāt. Deniqȝ diſcedentibus illis remanſit ſolus Ieſus & mulier in
medio ſtans. Donaturus peccatū, ſolus remanet Ieſus, ſicut ipſe ait: Ecce uenit hora Ioan.16.
& iam uenit, ut diſpergamini unuſquiſqȝ in ſua, & me ſolū relinquatis. Non em̄ legatus neqȝ nuncius ſed ipſe dñs ſaluū fecit populū ſuū. Solus remanet, quia nō pōt hoc cuiqȝ hominū cū Chriſto eſſe cōmune, ut peccata condonet. Solius hoc munus eſt Chriſti q tulit peccatū mundi. Meruit & mulier abſolui, q̄ recedentibus Iudæis remanſit ſola cū Chriſto. Eleuans aūt caput Ieſus dixit mulieri: Vbi ſunt qui te accu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sabant? Nemo te lapidauit? Et illa respõdit: Nemo dñe. Et ait ad illam Iesus: Nec ego te damnabo, uade & amodo uide ne pecces. Vide lector diuina mysteria & clementiam Christi. Cum accusatur mulier, caput Christus inclinat, eleuat aũt ubi defecit accusator. Ita nullum damnari uult, absolui oẽs. Breuiter aũt oẽs hæreticorum interimit quæstiones dicendo: nemo te lapidauit, qui dicunt Christũ diem nescire

Mat.24. iudicij, uel qui ait: Sedere aũt ad dexteram meã, uel ad sinistram non est meũ dare uobis. Ecce & hic ait: Nemo te lapidauit? Quõ utiq; interrogat quod uidebat, sed interrõgat nobis, ut nosceremus non esse lapidatam. Est etiã humani affectus hæc consuetudo ut interrogemus sæpissime q̃d uidemus. Et ideo mulier respondit: Nemo dñe. Hoc est dicere: Quis potest lapidare quam ipse non damnas? Quis potest alium sub tali sententiæ conditione punire? Cui respondit dñs: Nec ego te damnabo. Aduerte quõ propriam sententiam temperauit, ut Iudæi de absolutione mulieris calumniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent si queri uellẽt. Dimittitur enim mulier non absoluitur, quia deerat accusator, nõ quia innocẽs approbatur. Quid ergo quererentur qui priores à persecutione criminis & ab executio ne supplicij destiterũt? Addidit autẽ deuiæ. Vade & amodo uide ne pecces. Emendauit ream, non crimen absoluit. Etẽm seueriore sentẽtia culpa damnatur, si unusquisq; crimen suum oderit, & in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur, persona magis q̃ culpa punitur. Vbi uero culpa deponitur, absolutio personæ est, pœna peccati. Quid est ergo: Vade, & amodo uide ne pecces? Hoc est, Ex quo te Christus redemit, corrigat gratia quam pœna non emendaret, sed plecte-

D ret. Vale fili & nos dilige ut filius, quia nos te ut parentes diligimus.

Diui Ambrosij ad Constantium, causam reddentis, Cur circuncisio ueteris testamenti autoritate quasi utilis imperetur, & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudietur, aduersantium mq; obiectiones arguta responsione dissoluentis. Epist. LXXVII.

AMBROSIVS Constãtio. Non mediocris plerosq; mouet q̃stio, qua causa circuncisio & ueteris testamẽti autoritate, quasi utilis imperetur, & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudietur, cum præsertim Abraam primus oraculum circuncisionis celebrãdæ acceperit, qui diem dñi Iesu uidit & gauisus est. Quod utiq; in euidenti est, quia non corporalibus sed spũalibus legis diuinæ intenderit. Et ideo ueram dñici corporis passionem in agni conspexerit immolatione. Quid ergo dicemus secutum patrem Abraam, ut id primus institueret quod eius nõ sequeret hæreditas? Aut qua ratione circuncidunt infantulorum corpora, & in ipso ortu subijciunt periculis, & hoc imperari oraculo, ut discrimen salutis fiat de mysterio religionis? Quid hoc significat? Latet enim causa ueri, & oportuit aut aperto aliquid mysterio significari, aut non periculoso mysteriorum indicio mandari. Cur uero signum testamẽti diuini in ea datur parte membrorum quæ uisu inhonestior existimatur? Aut qua gratia ipse operator corporis nostri in ipso nostræ generationis exordio circũcidi opus uoluit suũ & uulnerari & cruentari, & abscindi partẽ quã uelut necessariam (quia omnia disposuit ordinate) cum cæteris membris faciendã putauit. Aut enim præter naturã est hæc portio corporis nostri, & non oportuit habere omnes homines quod esset præter naturã: aut secundum

A secundum naturã est, & nõ decuit amputari quod secundũ naturæ perfectionẽ creatum foret, cum præsertim alieni à portione domini dei nostri id præcipue irridere soliti sint. Deinde cum propositum sit deo, ut frequẽter ipse testificatus est, plures ad sacræ obseruantiã ꝓuocare religionis, quantomagis inuitarentur si nõ aliqui circũcisionis ipsius aut periculo aut opprobrio reuocarent. Ergo ut ad prima redeamus, & propositũ prosequamur ordinem, de ipsa circũcisionis q̃litate dicendũ uidet. Cuius gemina debet esse defensio, quia duplex est accusatio. Vna quæ irrogatur à gentilibus. Altera quæ ab ijs qui de populo dei sunt existimatur. Vehementior aũt gentiliũ, qui uiros circuncisione signatos etiã opprobrio & illusione dignos arbitrantur. Sed etiam ipsorũ sapientissimi quiq; ita circũcisionẽ approbant, ut electos suos erga cognoscenda & celebranda mysteria, circũcidẽdos putent. Deniq; Aegyptij q & geometriæ & colligendis syderum cursibus operã intẽdunt suam, impiũ iudicant sacerdotem qui nequaq̃ habeat circuncisionis insigne. Nã neq; magici carminis sapientiã, nec geometriam, nec astronomiã iudicant uiam suã obtinere sine circũcisionis signaculo. Et ideo ut impetrandi uim opationi adhibeant suæ, purgationẽ quandã uatum suorũ circũcisionis arcano celebrandã existimant. Reperimus aũt in historia ueterũ, nõ solos Aegyptios sed etiã Aethiopum & Arabũ & Phœnicũ aliquos circũcisione erga suos usos. Et hanc putant se adhuc ꝓbandæ uiã seruare rationis: eo q̃d' sui corporis primitijs & sanguinis initiati insidias dæmonũ quas illi generi nostro moliunt', exiguæ partis arbitrentur consecrationibus destruẽdas. Vt qui totius hoñis saluti nituntˊ nocere, infirmari operationẽ suã putent circuncisionis sacræ uel

B lege uel specie. Arbitror enim q̃d' in præteritum ipse dæmonũ princeps cessare suas artes erga noxiæ operationis effectum existimauerit, si ei nocere conaret' quem signaculo circuncisionis sacræ initiatum aduerteret, aut ei qui uideretur in hoc saltẽ munere legi diuinæ obtemperare. Iam qui singulorũ membrorũ officia diligenter expendit, non ociosam causam in hac membri huius portiuncula existimare poterit, qua ratione non solum circuncidatur puer, uerumetiã octauo circuncidatur die: quãdo incipit mater pignoris nati, in sanguine esse puro, quæ ante octauum diẽ fertur in sanguine immundo sedere. Hæc aduersum eos dicta sint qui nulla nobis unitate fidei sociantur, & ideo tanq̃ aduersum dissidentes difficilior disputãdi locus. Responsum autem sibi huiusmodi habeant qui credunt in dominum Iesum, quod nu-

1.Petri.1. dare noluimus, cum aduersum opiniones gẽtilium disputaremus. Nã si redẽpti sumus non corruptibilibus argento & auro sed precioso sangine domini nostri Iesu Christi, quo utiq; uendente nisi eo qui nostrũ iam peccatricis successionis ære quæsitũ seruitiũ possidebat: sine dubio ipse flagitabat preciũ, ut seruitio exueret quos tenebat obstrictos. Precium autem nostræ liberationis erat sanguis domini Iesu, quod necessario soluendũ erat ei cui peccatis nostris uẽditi eramus. Donec igit' hoc preciũ ꝓ omnibus solueretur hoñibus, quod dominici sanguinis effusione ꝓ omniũ fuit soluendum absolutione, opus fuit singulorũ sanguine qui lege & consuetudinis ritu, sacræ præcepta sequerent' religionis. Sed quia preciũ pro omnibus solutũ est, posteaq̃ passus est Christus dominus, iã nõ opus est ut uiriꝰ sanguis singulorum circuncisionẽ fundat', cum in sanguine Christi circuncisio uniuersorũ celebrata sit & in illius cruce oẽs simul crucifixi simus cũ eo & cõsepulti in eius sepulchro, cõplantati similitudini mortis eius, ut ultra nõ seruiamus peccato. Qui eñ mortuus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C est,iustificatus est à peccato. Quod si quis ut Marcion & Manichæus reprehenden
dum dei putat esse iudicium, quia uel oraculũ de circuncisione celebrãda ædendum
putauit esse,uel legem, qua sanguinis effusio mandatur, necesse est ut is etiã dñm
Iesum reprehendendũ arbitretur,qui non exiguum,sed multũ sanguinẽ pro huius
mũdi effudit redẽptione,& hodieq; nos fundere iubet sanguinẽ nostrum pro tan
to religionis certamine dicens:Qui uult me sequi,tollat crucẽ suam & sequatur me.
Matt.16 Si aũt nequaquam iusta est accusatio,cum aliquis totum se proprietate offerat,&
multi sanguinis se mũdet effusione,quõ legem possumus reprehendere exigui stil
lam exigentem sanguinis cum prædicemus dñm Iesum multi effusionem sangui
nis & totius corporis mortem imperantem? Nec ipsum circuncisionis signaculũ &
species feriabatur,q; populus dei uelut quodã sigillo signatus corporis discernebat
à cæteris nationibus. Nunc aũt Christi donatus nomine signum corporis nequaq;
requiret,qui prærogatiuam diuinæ meruit nuncupationis. Quid autem absurdum
si propter pietatẽ aliquid doloris uel laboris inferri uidebatur, quo plus deuotio p
hæc certamina probaretur? Pulchrum etiam ut ab ipsis uitæ incunabulis insigne re
ligionis adolescereț, & puderet unũquenq; ætatis prouectioris uel labori uel dolo
ri cedere,quorum utrunq; tenera infantia uicisset. Sed iam leui circũcisionis dolore
non opus est Christiano populo,qui mortem dñi circũferens, per momẽta singula
fronti propriæ mortis contemptum inscribit,utpote qui sciat sine cruce dñi,salutẽ se
habere non posse. Quis enim acu utatur ad præliandum,cum telis instructus sit ua
lidioribus? Iam illud quiuis facile refellendum aduertit,quia propositũ est plerosq;
D potuisse ad sacræ religiõis prouocari obsequium,nisi essent doloris timore uel labo
ris contuitu reuocati. Et potuit hoc terrere maiorem,q; infantuli plerisq; sustinebãt
sine periculo? Esto tamẽ aliquos infantulos Iudæorum cum dolorẽ circunciſi corpo
ris plagæq; ferentis sustinere non potuerint,defunctos fuisse,sed hoc nec cæteros
deterrebat prouectiori ætate robustos,& laudabiliorẽ faciebat eum qui præceptis
obedisset cœlestibus. Quod si hoc in exiguo dolore arbitrantur confessionis fuisse
obstaculum,quid de martyrio dicũt? Nam si reprehendunt circuncisionis dolorẽ,
reprehendant & martyrum mortem,per quos cumulata non minuta religio est. In
tantũ aũt abest nocuisse fidei circũcisionis dolorẽ,ut probabiliorẽ fidẽ faciat dolor.
Maior enim fidei gratia, si quis pro religione contẽnat dolorẽ. Et hic magis habet
præmium q̃ ille,qui ideo dolorem uoluit circuncisione subire,ut gloriaretur in lege,
& laudem ex hominibus magis q̃ ex deo quæreret. Oportuit igitur circuncisionem
ex parte fieri ante eius aduentum,qui totum circunciderет hominem. Ex parte em̃
debuit assuescere humana conditio,quẽadmodum in id quod perfectum est crede
retur. Si autem oportuit circuncidi,in qua magis parte mẽbrorum oportuit circun
cisionem fieri q̃ in ea quæ quibusdam uideretur inhonestior,ut ijs quæ putarentur
ignobiliora esse membra corporis nostri,honestatẽ abundantiorem circundarent,
& quæ inhonesta sunt nostra,honestatem abundantiorem haberent? Vbi em̃ ma
gis uir sanguinis sui admoneri debuit,q̃ in ea parte quæ ministeriũ errori exhibet?
Nunc tempus est ut & illis respondeamus qui dicunt:Si ea pars corporis nostri,se
cundum naturam est,nequaq̃ eam amputari oportuisse:si nõ est secundũ naturã,
nõ debuisse simul nasci. Qui q̃m tã arguti sunt,& ipsi mihi respondeant,utrũ secun
dũ naturã successio humana sit quæ generationibus adolescit,an contra naturam.

Si enim

A Si enim secundum naturam,nunq̃ igitur intermittenda est.Et quõ integritas uiro
rum,uirginitas puellarũ,abstinentia uiduarum,continentia coniugum prædicat?
Nullum ergo studiũ quærendæ successionis feriari debuit. Sed ipse autor naturæ
non utiq; generationi obsecutus est,qui de se cũ esset in corpore cõstitutus,præbuit
magisterium,& hortatus est discipulos ad integritatem dicens: Sunt spadones qui Matt.19
se castrauerunt propter regnũ cœlorũ,qui põt capere capiat. Cũ sit aũt hõ compoſi
tus ex corpore & anima, Satis est em̃ interim hoc dicere & silere de spũ)non est in
utroq; idem secundũ naturã,sed quod est secundũ corporis naturã,id cõtra naturã
est animæ. Et quod secundũ naturã est animæ,id cõtra naturã est corporis. Vt si di
cam quod secundũ naturã est uisibili,id cõtra naturã est ei quod nõ uideț. Et quod
secundũ naturã est ei quod nõ uideț,id contra naturã est uisibili. Nihil ergo incon
gruũ in hominibus dei,si fiant aliqua cõtra naturã corporis, q̃ sint secundũ animæ
naturã. Qui aũt dicunt,q̃m plures crediderint si circuncisio nõ fuisset, ij sibi respon
sum hoc habeãt,q̃m plures crederẽt,si martyria nõ essent,sed præstantior est forti
tudo paucorũ q̃ remissio plurimorũ. Sicut aũt plurima baptismatũ genera p̃missa
sunt,quia secuturum erat uerum illud unum in spũ & aqua sacramẽtum baptisma
tis, quo totus redimiț homo:ita plurimorum circuncisio p̃mittenda fuit, quia secu
tura erat circuncisio dñicæ passionis,quã pertulit Iesus quasi agnus dei ut tolleret
peccatum mundi. Hæc ideo scripsimus,ut ostenderemus quia & debuit præmitti cir
cuncisio quæ foris est,& ea iam post aduentum dñi iure uideatur excluſa. Nunc aũt
circuncisio est necessaria,quæ in occulto est,sicut Iudæus præstantior qui in occulto
B in spũ non litera. Q̃m cum sint in uno homine duo homines, de quibus dictũ est:
Et si qui foris est,homo noster corrumpitur secundũ desideria erroris, sed qui intus 2.Cor.4
est,renouaț de die in diem. Et alibi: Condelector em̃ legi dei secundũ interiorẽ ho Rom.7.
minem. Interior est hõ noster qui est ad imaginem & similitudinẽ dei factus,exte
rior qui figuratus è limo. Sic denicq; & in Genesi duas tibi creaturas hominis osten
dit,secũdo creatũ hominẽ significans. Sicut ergo duo homines,ita & gemina cõuer
satio est,una interioris hominis, altera exterioris. Et quidẽ plericq; actus interioris
hominis perueniunt ad exteriorẽ hominẽ,quẽadmodum castimonia interioris ho
minis transit etiam ad castitatẽ corporis. Qui enim adulterium cordis ignorat, idẽ
utiq; nescit corporis adulterium. Non tamẽ etiam illud est consequens, ut qui non
adulterauit corpore,non adulterauerit etiam corde,secundum illud: Q̃m qui uide Matt.5.
rit mulierẽ ad concupiscendũ eam,iam adulterauit eam in corde suo. Nam &si ad
huc non sit adulter corporis,tamẽ iam affectu adulter est. Ergo est interioris homi
nis circuncisio. Nam qui circuncidițur,totius carnis illecebras tanq̃ præputiũ exuit,
ut sit in spiritu nõ in carne,& spiritu mortificet corporis sui actus. Et hæc est quæ in
occulto est circuncisio,sicut Abraam antę in præputio erat, postea factus est in cir
cuncisione. Sic interior homo noster quando est in carne, tãquam in præputio est:
quando autem iam non est in carne sed in spiritu,incipit esse in circuncisione non in
præputio. Sicut autem qui circuncidițur,nõ totam carnem exuit,sed solum præpu
tium ubi corruptela frequentior:ita qui in occulto circuncidițur,carnem illam exuit,
de qua scriptum est:Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius ut flos fœni,aruit fœ Esa.40.
num,& flos eius decidit,uerbum autẽ domini manet in æternum. Et remanet caro
quæ uidebit salutare dei, sicut scriptum est:Et uidebit omnis caro salutare dei. Quæ

sit ista

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sit ista caro,munda aures, ut intelligas. Talis ergo debet esse in occulto circuncisio,
Gen.49 ut nullam habeat comparationem cum ea quæ foris est circūcisione. Et ideo qui in occulto Iudæus est,ipse præstat qui est à Iuda,cuius manus supra ceruicem inimico rum eius,qui recubans requieuit ut leo, & ut catulus leonis, quem laudant fratres eius. Ab hoc Iuda non deficit princeps,quia sermo eius principes facit, qui non sub ijciantur illecebris secularibus,& captiuentur uoluptatibus istius mūdi. Et quia ipse Iudas in hanc generationem uenit,ideo plurimi qui postea generati sunt proficiūt, ut uirtutum principatu gaudeant. Habeamus itaq; circumcisionem in occulto,& oc
1.Cor.2. culto Iudæum qui est spiritualis. Spiritualis autē utpote princeps dijudicat omnia, ipse autem à nemine dijudicatur. Debuit ergo legis mandato præscripta circūcisio, quæ ex parte erat cessare,posteaq; uenit qui circumcisionē faceret totius hominis, &
Matt.5. impleret circumcisionem legis. Quis autem est iste nisi qui dixit: Non ueni legē soluere sed implere? Quanq; si diligenter intendas,& illa sit ratio qua iā cessare debuerit præputij circumcisio,quia plenitudo gentium uenit. Non em̄ Gētibus circumcisio
Gen.17. mādata est,sed semini Abraam. Sic enim habes in primo oraculo. Et dixit deus ad Abraam: Tu aūt testamentum meū obseruabis,tu & semen tuum post te in progenies eorum. Et hoc est testamentum meū quod obseruabis inter me & uos,& semē tuum post te in progenies eorum. Circumcidetur uestrum omne masculinum,& circuncidetis carnem præputij uestri,& erit in signo testamēti inter me & uos. Infans octo dierum circūcidetur uobis,omne masculinum in progenies uestras. Vernaculus domus tuæ & pecunia emptus ab omni filio alterius qui non est ex semine tuo,
D circumcisione circumcidetur, & erit testamentū meū in carne uestra in testamentum æternum. Et incircumcisus masculus qui nō circunciderit carnē præputij sui octaua die,exterminabit anima illa de generatione illa,quia testamentū meū transgressus est. Hebræus quidē negat habere de octaua die,sicut Aquila significat. Sed non in Aquila omnis autoritas qui quasi Iudæus in litera, præterijt nec posuit octauū diē. Interim & octauum diem & in signo datā circūcisionem audisti. Signū aūt rei maioris indicium est, indicium ueritatis futuræ, & datū testamētum Abraæ & semini
Heb.11 eius,cui dictum est: In Isaac erit semen tuū. Ergo circuncidi licuit Iudæū uel domi eius natum,uel pecunia eius emptū. Nō possumus deriuare hoc ad alienigenā aut proselytū,nisi fuerint in domo Abraæ nati,aut pecunia eius empti,uel seminis eius. Deniq; nihil dixit de proselytis,d' qbus qñ uoluit dicere, nominauit eos. Sicut habes: Et locutus est dñs ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron & ad filios eius & ad oēs filios Israël,& dices ad eos: Homo homo à filijs Israël,& à proselytis q sunt apositi uobis,quicunq; fecerit holocaustum. Vbi ergo comprehendit eos, ibi lex eos tenet. Vbi oraculo nō significant,quō astringi uident? Sic habes deniq;: Dic filijs Aaron, qñ de sacerdotibus dicit. Habes qñ & de Leuitis dicit. Ergo omnifariam etiam secundū literā legis,quanq; lex spiritualis sit, & secundū ipsam tñ literam ad circumcisionem teneri non potuisse nationū populos,sed ipsam circumcisionē in
Rom.11. signo fuisse donec plenitudo gentiū intraret,& sic omnis Israël saluus fieret, circumcisus corde non exigua mēbri unius parte. Ergo satis & excusata à nobis & exclusa est Iudæorū manens hodieq; circumcisio. Quod aūt reprehensioni eam dicūt fuisse uel esse gentilibus,primū non habent reprehendere ipsi uel irridere q̄d alij consortes faciunt sui. Esto tñ fuerit quod irriderent. Quid hoc nos mouere debet, cum ipsa crux

A crux domini Iudæis scandalum, Græcis stultitia,nobis autem uirtus dei sit atq; sapientia? Et ipse dominus dixerit, Qui me confusus fuerit coram hominibus,cōfundar Luce.9.
& ego eum coram patre meo qui est in cœlis: Docens nos ijs quæ ridentur ab hominibus,nō commouendos,si qua pro religionis obsequio deferuntur.

LIBER DECIMVS.

Diui Ambrosij ad Theophilum,dolenter cōquerentis de statu causæ discordiarum inter Euagrium & Flauianum,& quid eum in hac re agere uelit exponentis. Epistola. LXXVIII.

AMBROSIVS Theophilo, Non habet quod urgeat Euagrius,& habet quod metuat Flauianus,ideoq; refugit examen. Dent fratres ueniam dolori iusto,quia propter ipsos uniuersus orbis concutitur. Et illi tamen nostro nō cōpatiuntur dolori,perstringi saltē se æquanimiter ferant ab ijs quos uident sua per tantorum curricula temporū uexari intentione. Inter hos etenim duos nihil qd' ad Christi pacē pertineat,eligentes,grauis toto orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus Capuensis tandem obtulerat portū tranquillitatis, ut omnibus per totū orientem daretur cōmunio catholicam confitentibus fidē, & duobus istis tuæ sanctitatis examen impartiretur, fratribus & consacerdotibus nostris Ægyptijs pariter confidentibus. Quia hoc uerū iudiciū futurū arbitrati sumus, quod neutri parti sociata cōmuniōe aliquo fauore protēderet. Cū ex his igit' æquis-
B simæ synodi cōstitutis speraremus iā remedium datū finemq; oblatū discordiæ,scribit sanctitas tua iterū fratē nostrum Flauianum ad precum auxilia & imperialiū rescriptorū suffragia remeauisse. Frustra ergo tantorum sacerdotū fusus labor,iterum ad huius seculi iudicia reuertendū,iterum ad rescripta,iterū uexabunt' sacerdotes senes,transfretabunt maria,iterū inualidi corpore patriam peregrino mutabūt solo,iterum sacrosancta altaria deserent',ut in longinqua ꝓficiscamur, iterū paupertum turbæ episcoporum,quibus ante onerosa paupertas nō erat externæ opus egē tes compellentur inopiam gerere, aut certe uictum inopū itineris usurpare. Interea solus exlex Flauianus(ut illi uidetur)nō uenit quando omnes conuenimus. Fœnerator & debitor inuicem sibi occurrunt,isti sibi nō possunt occurrere, solus exorsus Flauianus(ut ipse uult)sacerdotalis consortij,qui nec imperialibus decretis nec sacerdotum cōuentui præsentiam faciat sui. Nec tamen etiā hoc moti dolore,fratri Euagrio donamus speciem bonæ causæ,qui eo defensabilior sibi uidetur,quod eū refugit Flauianus,aut quod habere se alterū arbitrat' æqualem,utercq; alienæ magis ordinationis uitijs quàm suis fretus. Quos tamen nos in meliorem uocamus uiam,ut malimus eos suis potius bonis q̄ alieno ꝓpitio defendi, Qua de re qñ proprijs texuisti litteris posse typū reperiri aliquē,quo possit auferri fratrum discordia,cū sancta synodus cognitionis ius unanimitati tuæ cæterisq; ex Ægypto cōsacerdotibus nostris commiserit,iterum oportet fratrem nostrū Flauianū cōuenias, ut si in eo perseuerauerit quo ueniēdū nō putet, saluis cōcilij Niceni, sed etiā synodi capuēsis statutis,illibata pace uniuersorū ita cōsulas,ut non uideamur destruere qd' ædificatū est. Si em̄ quæ ædificaui destruo, præuaricatorem meipse cōstituo, ac si quæ destruxi, iterū ædificē. Seruetur ergo impartitæ pacis gratia inter uniuersos, & nihilominus

declinatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

C declinatio partis alterius frustrandi effectum habere non possit. Sanè referendum arbitramur ad sanctum fratrem nostrum Romanæ sacerdotem ecclesiæ, quoniam præsumimus ea te iudicaturum quæ etiam illi displicere nequeant. Ita em̄ utile erit consultum sentētiæ, ita pacis & quietis securitas, si id uestro statuatur consilio quod communioni nostræ dissensionem non afferat, ut nos quoq; accepta nostrorum serie statutorum, cum id gestum esse cognouerimus quod ecclesia Romana haud dubie comprobauerit, læti fructum huiusmodi examinis adipiscamur.

Diui Ambrosij ad Theophilum & Anysium, excusantis se de iudicio ferendo inter Bonosum episcopum & accusatores eius, illisq; causam committentis. Eosdem præterea approbātis merito abhorruisse blaphemiam quorundam qui inuiolatam uirginem Mariam plures peperisse filios mentiuntur. Epistola. LXXIX.

AMBROSIVS Theophilo & Anysio. Accepi literas uestras quibus uel pro ueritate, uel pro modestia nostram sententiam scisciari uoluistis. Sed cum huiusmodi fuerit concilij Capuensis iudicium, ut finitimi Bonoso atq; eius accusatoribus iudices tribuerētur, & præcipue Macedones qui cum episcopo Thessalonicensi de eius factis uel cognoscerent, aduertimus, quod nobis iudicandi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, recte de ijs quæ comprehendit uestrorum scriptorum series decerneremus. Verum est igitur qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, uel elabēdi, uel accusatoribus, uel accusato copiam dare. Vicem
D enim synodi recepistis, quos ad examinandum synodus elegit. Deniq; cum Bonosus episcopus post iudicium uestrum misisset ad fratrem nostrum Ambrosium q eius sententiam cōsuleret, interdictam sibi ecclesiam irrumpere atq; ingredi, respon sum est ei quod nihil temerandum foret, sed omnia modeste patienter ordine gerenda. Neq; contra sententiam uestram tentandum aliquid, ut quod uideretur uobis iusticiæ conuenire, statueretis, quibus hanc synodus dederat autoritatem. Ideo primum est ut ij iudicent quibus iudicandi facultas est data. Vos enim totius (ut scripsimus) synodi uice decernitis. Nos quasi ex synodi autoritate iudicare non conuenit. Sanè non possumus negare de Mariæ filijs iure reprehensum, meritoq; uestram sanctitatem abhorruisse, quod ex eodem utero uirginali, ex quo secundum carnem Christus natus est, alius partus effusus sit. Neq; enim elegisset dominus Iesus nasci per uirginem, si eam iudicasset tam incontinentē fore, ut illud genitale dominici corporis, illam aulam regis æterni concubitus humani semine coinquinaret. Qui enim hoc astruit, nihil aliud nisi perfidiam Iudæorum astruit, qui dicunt eum non potuisse nasci ex uirgine. Nam si hanc accipiant à sacerdotibus autoritatem, & uideatur Maria partus fudisse plurimos, maiore studio ueritatem fidei expugnare contendent. Et ubi est illud quod scriptum est, dicente domino ad matrem de Io
Ioan. 19. hanne euangelista: Mulier ecce filius tuus, & rursus ad Iohannem de Maria: Ecce mater tua? Quid sibi istud uult quod cum in cruce dominus positus peccatū mundi tolleret, pronunciauit etiam de integritate materna? Aut quid aliud dicitur nisi ut claudat sua ora perfidia, obmutescat, ne matrem domini aliquo audeat temerare conuitio. Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor quod desponsata fuerit uiro tantummodo Ioseph, nulla tamē coniugalis coitus consuetudine

A dine thori iura cognouerit. Neq; enim eam suscepturam ex Ioseph filios, à uiri consortio separare uoluisset. Sed si hoc parum est, addidit testimonium euangelista dicens, quod susceperit eam discipulus in suam. Nunquid ergo diuortium fecit? nunquid à uiro abduxit atq; abstulit? Ergo qui hoc legit in euangelio, quomodo quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentum filij est de matris integritate, hæc Mariæ locuples integri pudoris hæreditas, hic totius finis consummationis. Deniq; hoc dixit, Et emisit spiritum, consummans omne mysterium bono fine pietatis. Legimus etiam & omnia percurrimus uel de eo quod fratri nostro & cōpisco po Basso in consortium regendæ ecclesiæ datus est Senecio, uel de cæteris, unde uestræ normam expectamus sententiæ.

Syricij Papæ, ad Mediolanensem ecclesiam, narrantis quid actum sit contra hæreticos qui sub uelamento pij nominis serpentino sermone catholicam ueritatem corrumpere ac fideles Christianos sauciare moliti sunt, admonentisq; ut ab illis se custodiat. Epistola. LXXX.

SYRICIVS, Mediolanensi ecclesiæ. Optarem semper fratres charissimi dilectionis & pacis uestræ synceritatis gaudia nunciari, ita ut uicissim discurrentibus literis sospitatis iudicio iuuaremur uestro, quia non patitur nos quietos ab incursione sua uacare hostis antiquus ab initio mendax, inimicus ueritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, se ante decepit. Pudicitiæ aduersarius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, abstinentia puniendus odit ieiunia, mini-
B stris suis prædicantibus dum dicit esse superflua, spem non habens de futuris, Apostoli sententia repercussus dicentis, Manducemus & bibamus, cras em̄ moriemur. 1. Cor. 15.
O infelix audacia, ò desperatæ mentis astutia. Tam incognitus sermo hæreticorum intra ecclesias cancri more serpebat, ut occupans pectus totum hominem præcipitaret in mortem. Et nisi dominus sabaoth laqueum quem parauerat dirupisset, scæna tanti mali & hypocrisis publicata multorū simplicium corda traxerat in ruinam. Quia facile ad deteriorem partem mens humana traducitur, malens per spaciosa uolare, quàm artæ uiæ iter per labōrem transire. Qua de re necessarium satis fuit mihi quæ hic gesta sunt, ad uestram conscientiam cognoscenda mandare, ne ignorantia sacerdotis quispiam pessimorum ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio uiolaret. Sicut scriptum est domino dicente. Multi ueniēt ad uos in uestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos. Ii Matth. 7.
uidelicet qui quasi utilitate Christi nosse se iactent, ut sub uelamento pij nominis gradientes domū orationis ingressi, sermonē serpentinæ disputationis effundant, ut sagittent in obscuro rectos corde atq; ueritatem catholicam uertendo ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atq; ouium simplicitatem defraudent. Et quidem multarum hæresium malignitatem ab apostolis nūc usq; didicimus, & experti abrogauimus: sed nunquam tales canes ecclesiæ mysteriū latratibus fatigauerunt, quales nunc subito hostes fidei erūpentes doctrina perfidiæ polluta cuius sint discipuli uerborum fructibus prodiderunt. Nam cum alij hæretici singula sibi genera quæstionum male intelligendo proposuerint conuellere atq; concerpere de diuinis institutionibus: isti non habentes uestem nuptialem, sauciantes catholicos, noui & ueteris testamenti (ut dixi) continentiam peruertentes, illecebroso atq; ficto ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mone aliquot Christianos cœperunt iam uastare atq; suæ dementiæ sociare, intra se continentes nequiciæ suæ uirus. Verum electi blasphemias suas conscriptione te meraria publice prodiderunt,& desperatæ mentis furore conciti passim in furorem gentiliũ publice à fidelibus Christianis uiris genere optimis, religione præclaris ad meam humilitatẽ subito scriptura honorifica uident esse delati,ut sacerdotali indicio detecta diuinæ legi cõtraria spirituali sententia deleantur. Nos sanè nuptias nõ aspernanter accipimus quibus uelamine interfumus, Sed uirginũ nuptias deo deuotas maiore honorificentia ueneramur. Facto igitur presbytero constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria. Vnde apostoli secuti præceptum, quia aliter quàm quod accepimus annunciabant,omnium nostrum tam presbyterorum & diaconorum quàm totius etiam cleri una suscitata fuit sententia,ut Iouinianus,Auxentius,Genialis, Germinator,Felix,Prontinus,Martianus, Ianuarius & Ingeniosus,qui auctores nouæ hæresis & blasphemiæ inuenti sunt,diuina sententia & nostro iudicio in perpetuum damnati extra ecclesiam remanerent. Quod custoditũram sanctitatem uestram non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentem,Leopardum,& Alexandrum,qui religiosi officium fidei possint spiritu adimplere feruentes.

Diui Ambrosij,Bassiani,& cæterorum ad Syricium Papam,pastoralem illius sollicitudinem circa ouile Christi custodiendum, & lupos arcendos commendantium,uirginitatémque contra istorum dementiam coniugio præferentium.Immaculatam præterea Christi genitricem Mariam, ratione, testimonijs, figuris & exemD plis astruentium in partu uirginem permansisse. Præconia denique uiduitatis attexentium, ac tandem Iouinianum & reliquos hæreticos esse damnatos insinuantium, Epistola. LXXXI.

DOMINO dilectissimo fratri Syricio Papæ,Ambrosius episcopus,Bassianus episcopꝰ,& cæteri.Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias,qui fideliter commissam tibi ianuam serues,& pia sollicitudine Christi ouile custodias,dignumq; oues domini audiant & sequantur, & ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi prouidus pastor,ne isti morsibus perfidiæ suæ feraliq; ululatu dominicũ ouile dispergant. Laudamus hoc domine frater,nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu.Nec miramur si lupoꝝ rabie grex domini perhorruit,in quibus Christi uocẽ non recognouit.Agrestis enim ululatus est,nullam uirginitatis gratiam,nullum castitatis ordinem seruare,promiscue omnia uelle confundere,diuersorum gradus abrogare meritorum,& paupertatem quandam cœlestium remunerationũ inducere quasi Christiana sit palma quam tribuit (Hinc em̃ plurimi abundant tituli præmiorum)simul se isti condemnare coniugio.Sed quæ potest laus esse coniugij,si nulla uirginitatis est gloria? Neq; uero nos negamus sanctificatũ à Christo esse cõ
Gene.2. iugium,diuina uoce dicente,Erũt ambo in carne una & in uno spiritu. Sed prius est quod nati sumus, quàm quod effecti, multoq; præstantius diuini operis mysterium,quàm humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona uxor,sed melius piæ
1.Cor.7. uirgo præfertur,dicente Apostolo,Qui iungit uirginem suam,benefacit, & qui non iungit,melius facit.Hæc enim cogitat quæ dei sunt,illa quæ mundi.Illa cõiugalibus uinculis colligata est,hæc libera uinculorum:illa sub lege,ista sub gratia.Bonũ coniugium

A iugium per quod est inuenta posteritas successionis humanæ,sed melius uirginitas per quam regni cœlestis hæreditas acquisita,& cœlestium meritorum reperta successio.Per mulierem cura successit,per uirginem salus euenit.Deniq; speciale donũ uirginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit,atq; ipse repræsentauit qđ elegit in matre. Quanta dementia funestorum latratuũ, ut ijdem dicerent Christũ ex uirgine non potuisse generari, quidam ferunt ex muliere, sed ex his humanorũ pignorũ patribus uirgines permanere,Alijs ergo præstat Christus quod sibi(ut dicunt)præstare non potuit? Ille uero qui carnem suam suscepit,& si homo factus est, ut hominem redimeret,atq; à morte reuocaret, inuitatus tamen quasi deus mune
re uenit in terras,ut quemadmodũ dixerat,Ecce facio omnia noua, partu etiam im- Esa. 43. Apoc. 21.
maculatæ uirginis nasceretur,& sicut scriptum est,ut crederetur nobiscum deus.Sed de uia peruersitatis produntur dicere, Virgo concepit,sed nõ uirgo generauit. Quæ potuit ergo uirgo concipere,potuit uirgo generare. Cum semper conceptus præcedat,partus sequatur.Sed si doctrinis nõ creditur sacerdotũ,Credatur oraculis Christi,Credatur monitis angelorũ dicentium,Quia non est impossibile deo omne uerbum.Credatur symbolo Apostolorum quod ecclesia Romana iteratum semper custodit & seruat. Audiuit Maria uocem angeli, & quæ ante dixerat, Quomodo fiet Luc. 1.
istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea, Ecce ancilla domini, contingat mihi secundum uerbum tuum.Hæc est uirgo quæ in utero cõcepit, uirgo quæ peperit filium. Sic enim scriptum est, Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filiũ. Esa. 7.
Non enim concepturam tantummodo uirginem sed & parituram uirginem dixit.
B Quæ autem est illa porta sanctorum,illa exterior ad orientem,quæ manet clausa,& Ezech. 44.
nemo,inquit,pertransibit per eam nisi solus deus Israël? Nónne est hæc porta Maria,per quam in hunc mundum redemptor intrauit? Hæc porta iusticiæ,sicut ipse dixit,Sine nos implere omnem iusticiam.Hæc porta est beata Maria, de qua scriptũ Matth. 3.
est,Quia dominus pertransibit per eam,& erit clausa post partũ, quia uirgo concepit & genuit.Quid autem incredibile si contra usum originis naturalis peperit Maria & uirgo permanet,quando contra usum naturæ mare uidit & fugit,atq; in fon- Psal.113.
tem suũ Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit fidem quod uirgo peperit, quando legimus quod petra uomuit aquas,& in montis speciẽ maris unda solida
ta est.Non ergo excedit fidem,quod homo exiuit de uirgine,quando petra profluit,scaturiuit ferrũ super aquas, ambulauit homo super aquas. Ergo si hominẽ unda portauit,nõ potuit hominẽ uirgo generare, atq; hominẽ,de quo legimus, Et mittet Esa.19.
illis dominus hominẽ,qui saluos faciet eos,& notus erit dominus Ægyptijs? In ueteri itaq; testamento,uirgo Hebræorũ per mare duxit exercitũ:in nouo testamento uirgo generis aula cœlestis electa est ad salutem.Quid autẽ etiam uiduitatis attexamus præconia,cum in euangelio post uirginis celebertimũ partũ,Anna uidua subLuc. 2.
rogetur,quæ uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua,& hæc uidua annorum octogintaquatuor,quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens die ac nocte? Et merito habilis uiduitas. Deniq; si Adam sic exegisset Ione. 3.
ieiuniũ,non fuisset nudus effectus.Niniuen amor ieiunij liberauit.Et ipse dominus Matth.17.
ait,Non ejcietur nisi per orationem & ieiuniũ. Sed quid plura apud magistrũ atq; doctorem,cum iam dignũ præmium retulerunt illi perfidiæ suæ,qui ideoq; huc uenerunt,ne superesset locus in quo nõ dominarentur,qui uere se Manichæos proba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uerunt non credentes quia ex uirgine utiq; ueniſſet. Quæ nam hæc eſt ſuppar nouorum Iudæorũ amentia? Si ueniſſe nõ creditur, nec carnem creditur ſuſcepiſſe. Ergo in phantaſmate uiſus eſt, in phantaſmate crucifixus eſt. Sed nobis in ueritate crucifixus eſt, in ueritate redemptor noſter. Manichæus eſt qui abnegat ueritatẽ, qui carnẽ Chriſti negat, & ideo nõ eſt illis remiſſio peccatorũ. Sed eſt impietas Manichæorũ. Quam & clementiſſimus execratus eſt imperator, & omnes qui illos uiderunt, quaſi quædam cõtagia refugerũt. Sicut teſtes ſunt fratres & cõpresbyteri mei Creſcens, Leopardus, Alexander ſancto feruentes ſpiritu, qui eos omniũ execratione damnatos, Mediolanenſi ex urbe quaſi profugos reppulerunt. Ita Iouinianũ, Auxentium, Germinatorem, Felicem, Protinum, Genialem, Martianum, Ianuarium & Ingenioſum, quos ſanctitas tua damnauit, ſcias apud nos quoq; ſecundum iudicium tuum eſſe damnatos. Incolumem te & florentiſſimũ deus noſter tueatur omnipotens, domine dilectiſſime frater. Item ſubſcriptio. Ego Euentius epiſcopus ſaluto ſanctitatẽ tuam in domino. & huic epiſtolæ ſubſcripſi. Maximus epiſcopus, Felix epiſcopus, Baſſianus epiſcopus, Theodulus epiſcopus, ex iuſſu domini epiſcopi Geminiani, ipſo præſente Aper presbyter ſubſcripſi. Euſtaſius epiſcopus, Conſtantius epiſcopus, Euſtaſius epiſcopus & omnes ordines ſubſcripſerunt.

Diui Ambroſij ad Vercellenſem eccleſiam, & eos qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, dolenter cõquerentis quod ipſa ſola adhuc ſacerdotẽ nõ habeat, illoſq; admonentis ut parentũ exempla ſequantur ad poſtulandũ ſacerdotem. Eorumq; præterea errorem qui nullũ dicũt eſſe abſtinentiæ meritũ uel uirginitatis fructum, rationibus, ſcripturis & exemplis cõfutantis, uoluptatem quoq; condemnantis, & ieiunium, abſtinentiam, temperantiam ac uirginitatẽ excellenter cõmendantis. Vercellenſes deinceps ad conſtantiam & alias uirtutes exhortantis. Quodq; maxime in epiſcopi petitione abeſſe debeat malignitas. Ac tandem qualis in epiſcopũ eligendus, qualesue & ipſi eſſe debeant exponentis, Epoſtola. LXXXII.

AMBROSIVS ſeruus Chriſti, uocatus epiſcopus, Vercellenſi eccleſiæ & iis qui inuocant nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. Gratia uobis à deo patre & unigenito filio eius adimpleat in ſpiritu ſancto. Conflígor dolore, quia eccleſia domini quæ eſt in uobis, ſacerdotẽ adhuc nõ habet, ac ſola nunc ex omnibus Liguriæ atq; Æmiliæ Venetiarũq;, uel cæteris finitimis Italiæ partibus huiuſmodi eget officio, quod ex ea aliæ ſibi eccleſiæ petere ſolebant, & quod uerecundius eſt, mihi aſcribitur ueſtra intentio, quæ affert impedimentum. Nam cum ſint in uobis diſſenſiones, quomodo poſſumus aliquid aut nos decernere, aut uos eligere, aut quiquam acquieſcere, ut inter diſſidentes ſuſcipiat hoc munus, quod inter conuenientes uix ſuſtineatur? Hæc eſt illa confeſſoris inſtitutio, hæc iuſtorum ſoboles patrũ, qui ſanctum Euſebium quem nunquam antè cognouerant, poſthabitis ciuibus ſimul ut uiderunt & probauerunt, tantumq; interfuit ut probaretur, quantum ut uideretur? Merito uir tantus euaſit quem omnis elegit eccleſia, merito creditum quod diuino eſſet electus iudicio quem omnes poſtulauiſſent. Conuenit igitur ut ſequamini exemplum parentum, præſertim cum à ſancto confeſſore inſtitutos meliores patribus eſſe oporteat, quando uos melior doctor inſtituit atq; erudiuit, modeſtiæq; ueſtræ & concordiæ inſigne ædere, ut cõgruatis aſſenſu ad poſtulandum ſacerdotem.

Etenim

A Etenim ſi iuxta dominicam ſententiam, quod duobus conuenerit ſuper terram, de omni re quamcũq; petierint, fiet inquit à patre meo qui in cœlis eſt: Vbi enim ſunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum: quanto magis ubi plena eſt in nomine domini congregatio? Vbi uniuerſorũ poſtulatio congruit dubitare uos nequaq; oportet, ibi dominum Ieſum & uoluntatis autorem & petitionis arbitrum fore, & ordinationis præſulem uel largitorem gratiæ. Facite ergo uos dignos uideri, quorum in medio Chriſtus ſit. Vbi enim pax, ibi Chriſtus: quia pax Chriſtus. Vbi iuſtitia, ibi Chriſtus: quia Chriſtus eſt iuſtitia. Sit in medio ueſtrum ut uideatis eum, ne dicatur & uobis: Medius autem ueſtrum ſtat quem uos non uidetis. Non illum uiderunt Iudæi in quem non crediderunt: nos illum deuotione conſpicimus, fide cernimus. Stet igitur in medio ueſtrum, ut aperiantur uobis cœli qui enarrant gloriam dei, ut uoluntatem eius faciatis, & operemini opus eius. Qui uidet Ieſum cœli ei aperiuntur, ſicut aperti ſunt Stephano dicenti: Ecce uideo cœlos apertos, & Ieſum ſtantem ad dexteram dei. Stabat Ieſus quaſi aduocatus: ſtabat quaſi ſollicitus, ut Stephanum athletam ſuum certantem iuuaret: ſtabat quaſi paratus ut coronaret ſuum martyrem. Stet igitur & uobis, ut eum non timeatis ſedentem. Sedens enim iudicat, ſicut Daniel dicit: Throni poſiti ſunt, & libri apti ſunt: & antiquus dierum ſedet. In octogeſimo autem primo pſalmo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in congregatione deorum, in medio autem deos diiudicat. Stet uobis. Sedens igitur iudicat, ſtans iudicat, & iudicat imperfectis: inter deos autem diiudicat. Stet uobis ut defenſor, ut bonus paſtor, ne uos lupi incurſent graues. Quò nõ ocioſe noB ſtra admonitio deflectit. Audio enim homines qui dicũt nullum eſſe abſtinentiæ meritum, nullum frugalitatis, nullam uirginitatis gratiam, pari omnes æſtimari precio, delirare eos qui ieiunijs caſtigent carnẽ ſuam, ut menti ſubditam faciant. Quod nunquam feciſſet, nunquam ſcripſiſſet ad inſtruendum alios Paulus apoſtolus, ſi deliramentum putaſſet. Gloriatur itaq; dicens: Sed caſtigo corpus meum & ſeruituti redigo, ne alijs prædicans ipſe reprobus inueniar. Ergo qui nõ caſtigant corpus ſuum, & uolunt prædicare alijs, ipſi reprobi habentur. An quicquã tam reprobum, quàm quod ad luxuriam, ad corruptelam, ad laſciuiam prouocat, quàm incitamentum libidinis, incontinentiæ fomes, incendium cupiditatis? Quæ iſtos Epicureos noua ſchola miſit non philoſophorum, ut ipſi aiunt, ſed imperitorum, qui uoluptatem prædicent, delitias ſuadeant, caſtimoniam nullius eſſe dicant utilitatis? Fuerunt nobiſcum, ſed non fuerunt ex nobis. Neque enim pudet dicere quod dicit Euangeliſta Ioannes. Sed hic poſiti primo ieiunabant, intra monaſterium continebantur: nullus erat luxuriæ locus, interdicta ludibrioſæ diſputationis licentia. Hoc delicati non potuerunt ferre. Abierunt, deinde uolentes redire non ſunt recepti. Pleraq; enim audieram quæ deberent cauere. Monueram, nihil profeceram. Efferueſcentes itaq; diſſeminare talia cœperunt, quibus incentores eſſent uitiorum omnium. Miſerabiles perdiderunt uticq; quod ieiunauerũt. Perdiderunt, quod ſe aliquo continuerunt tempore. Nunc itaq; diabolico ſtudio inuident aliorum operibus bonis, quorum ipſi fructu exciderunt. Quæ uirgo audiat nullum præmium eſſe integritatis, & non ingemiſcat (Abſit enim ut facile credat) certe ut non ſtudia deponat, & intentionem ſuæ mentis inflectat? Quæ uidua quum conceperit nullum eſſe fructum uiduitatis, malit ſeruare fidem coniugij, & in triſtibus degere, quàm lætioribus ſe credere?

Matth. 18.

Ioan. 1.

Act. 7.

Dan. 7.

Pſal. 81.

1. Cor. 9.

1. Ioan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quæ coniugij districta uinculo, si audiat quod nullus honos castitatis sit, non pos-
sit incuriosa tẽtari corporis aut mentis facilitate? Et ideo ecclesia quottidie in lectio-
nibus sacris, in sacerdotũ tractatibus laudẽ pudicitiæ, gloriã integritatis ꝓsonat. Fru-
1. Corinth. 5. stra ergo dicit Apostolus: Scripsi uobis in epistola, ne cõmiscemini fornicarijs. Et
ne forte dicant, Non de omnibus mundi nos dicimus fornicarijs, sed dicimus quod
qui fuerit in Christo baptizatus, haberi iam non debeat fornicarius, sed qualiscũq;
uita eius accepta sit deo, ideo addidit Apostolus: Non uticq; fornicarijs huius mũdi.
Et infra: Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut ma-
ledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibũ quidem sumere. Quo enim
Ephe. 5. mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Et ad Ephesios. Fornicatio & omnis immundicia
& auaricia nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Et infra. Hoc enim scitote qd
omnis impudicus, aut immundus, aut auarus quod est idolatra, non habet hæredi-
tatem in regno Christi & dei. De baptizatis utiq; dictum liquet. Ipsi enim accipiũt
hæreditatem qui baptizãtur in morte Christi, & consepeliuntur cum Christo, ut cũ
ipso resurgant. Ideo hæredes dei, cohæredes Christi. Sunt hæredes dei quia transcri-
bitur in eos dei gratia, cohæredes Christi, quia renouantur in uitam ipsius. Hæredes
quoq; Christi, quia datur illis per mortem ipsius tãquã testatoris hæreditas. Isti igi-
tur magis sibi debent attendere qui habent quod possint amittere quàm qui nó ha-
bent. Isti maiore agere custodia, isti cauere uitiorum illecebras, erroris incitamenta,
Exo. 32. quæ maxime cibo potuq; oriuntur. Denicq; sedit populus manducare & bibere,
& surrexit ludere. Ipse quoque Epicurus quem isti sibi magis sequendum quàm
Apostolos putant, assertor uoluptatis, & si neget inuectricem mali esse uoluptatem,
D non negat tamẽ ex ea fieri quædam ex quibus generentur mala. Denicq; nec luxurio
sorum uitam reprehensibilem uideri, quæ repletur delectationibus, nisi uel doloris
uel mortis quatiatur metu. Atq; hic quàm alienus à uero sit, etiam hĩc deprehendi
tur, quod uoluptatem in homine deo auctore creatã asserit principaliter. Sicut Phi-
luminaris eius sectator in Epitomis suis disputat, & huius allegat historicos esse au-
tores sententiæ. Sed hoc diuina scriptura redarguit quæ serpentis insidijs atq; illece-
bris infusam Adæ atq; Euæ uoluptatem docet: Siqdem ipse serpens uoluptas sit,
& ideo uariæ ac lubricæ & uelut ueneno quodam corruptelarum infectæ passiones
uoluptatis sint. Appetentia igitur uoluptatis constat acceptum Adam excidisse mã-
dato dei & fructu gratiæ. Quomodo igitur uoluptas ad paradisum reuocare nos
potest, quæ sola nos paradiso exuit? Vñ & dominus Iesus uolẽs nos aduersus dia-
boli tentamenta fortiores reddere, certaturus ieiunauit, ut sciremus quia aliter il-
lecebras mali non possemus uincere. Denicq; ipse diabolus primum tentamentorũ
suorũ spiculum de uoluptate intorsit dicens. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes
fiant, Vnde ait dominus, Non in pane solo uiuit homo, sed in oñi uerbo dei, & no
luit facere cũ posset, ut magis lectionis studio quàm uoluptatis, intendere nos salu-
tari præcepto doceret. Et quia isti ieiunandum negãt, qua causa Christus ieiunaue-
rit astruãt, nisi ut nobis exẽplo esset eius ieiuniũ. Denicq; in posterioribus docuit nó
facile malũ posse nisi nostro uinci ieiunio, dicens, Hoc genus non ejcitur nisi in ora-
tione & ieiunio. Quid etiã sibi uult scriptura quæ docet ieiunasse Petrũ, & ieiunanti
atq; orãti de baptizandis gẽtibus reuelatũ mysterij, nisi ut ostẽderet etiã ipsos san-
ctos cũ ieiunant, tunc fieri præstantiores? Denicq; Moyses cũ ieiunaret, legẽ accepit.

Et ideo

A Et ideo Petrus cũ ieiunaret, edoctus est noui testamẽti gratiã. Daniel quoq; ieiunij Daniel. 14
meritq; ora clausit leonũ futurorũq; tẽporũ uidit negocia. Aut quæ nobis salus esse
potest: nisi ieiunio eluerim⁹ peccata nostra: cũ scriptura dicat: Ieiuniũ & elemosyna Tob. 4. et. 12
à peccato liberat? Qui sunt ergo hi præceptores noui qui meritũ excludãt ieiunij?
Nõne gentiliũ uox ista est dicentiũ: Mãducemus & bibamus? Quos bene irridet
Apostolus dicẽs: Si secũdũ hoiem pugnaui Ephesi ad bestias, quid mihi prodest, si 1. Cor. 15
mortui nõ resurgũt? Mãducemus & bibamus: cras eñ moriemur. Hoc est: Quid mi
hi profuit usq; ad mortẽ cõtentio: nisi ut hominẽ redimerẽ meũ? Qui frustrà redi-
mitur: si nulla est spes resurrectionis. Acꝑ hoc spe omni redẽptionis amissa mãduce
mus & bibamus: ne amittamus fructũ præsentiũ: qui futurorũ nullũ tenemus. Illo-
rũ ergo est cibis & potibus indulgere, qui nihil post mortẽ suam sperãt. Denicq; Epi
curei dicũt assertores uoluptatis, quia mors nihil ad nos. Quo demõstrant corpore
se tantũ non mẽte uiuere: nec animæ fungi sed carnis solius munere, qui successione
animæ corporisq; dissolui munus suæ uitæ omne existimẽt: perire merita uirtutum,
atq; animæ omnẽ uigorem, totos se deficere cũ corporis sensu, nihil reliquiarũ super
esse animæ, cũ ipsum corpus nõ statim resoluat. Prius ergo dissoluit anima quàm
corp⁹: cũ secũdũ suã opinionem uel carnẽ & ossa cõsiderare debeãt, quæ post mortẽ
supersunt, secundũ ueram aũt assertionẽ negare non debeant resurrectionis gratiã.
Merito ergo hos redarguẽs Apostolus, monet nos ne talibus labamur opinionibus
dicẽs. Nolite seduci, corrũpunt mores bonos colloquia mala. Sobrij estote iuste, &
nolite peccare. Ignorantiã enim dei quidã habẽt. Bonũ ergo sobrietas, quia peccatũ
B ebrietas est. Quid quod ille Epicurus defensor uoluptatis, cuius ideo frequentẽ faci-
mus mentionẽ, ut hos aut gentiliũ discipulos & Epicureã probemus sectã sequi, aut
illũ ipsum quẽ ipsi philosophi à suo excludunt cõsortio tanquã patronũ luxuriæ, to
lerabiliorẽ his esse doceamus? Clamat ergo ille (ut Dimarcus asserit) quia nõ pota-
tiones, necq; comessatiões, nec filiorũ soboles, nec fœminarũ copulæ, nec piscium copia
aliorũq; huiusmodi, quæ splendido usui parantur cõuiuij, suauẽ uitã faciant, sed so-
bria disputatio. Denicq; addidit q; copijs conuiuij moderate utãtur, qui nõ immo-
derate eas quærũt. Succo solo & pane uel ãqua qui libẽter utitur, despuit delitiarũ
epulas, quia multæ ex his generant molestiæ, Etiã alibi dicunt: Non immoderatæ
epulæ, nõ potationes, uoluptatis suauitatẽ generãt sed cõtinens uita. Cũ igitur illos
abdicauerit philosophia, hos non excludit ecclesia? Siquidẽ & illi, quod malã causã
habẽt, se assertionibus suis impugnãt frequẽter. Nã & si principalis corũ sentẽtia sit
quod nullã suauitatẽ uoluptatis putẽt, nisi quæ cibo potuq; percipiatur, tamẽ intelli-
gẽtes in tã reprehẽsibili definitiõe uersari se sine summo dedecore nõ posse, ac deseri
ab omnibus, fuco quodã probabiliũ disputationum ea colorare uoluerunt, adeo, ut
diceret quidam ex ijs: Dum studemus delectationi ꝑ epulas & cantus, amisimus eã
quæ per uerbi, quo solo salui esse possumus, infunditur perceptionẽ. Nónne isti di-
spares, discolores in hac multiformi disputatione nobis uidentẽ, quos adeo scriptura
condemnat ut non præterierit eos quos Apostolus redarguebat, dicẽte Luca in actibus Act. 17
apostolorũ, qui eum librũ historico stilo scripsit: Quidã autem Epicurei & Stoi
ci philosophi disputabãt cum eo, & quidam dicebant, quid uult hic seminiuerbius?
Alij aũt, nouorũ dæmoniorũ uidetur, pnunciator esse. Ex hoc tñ numero nõ imunis
gratiæ abijt Apostolus, Siquidẽ etiã Dionysius Ariopagites cũ Damari uxore sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

C alijsq; multis credidit. Itaq; illi doctissimorum & eloquentium cœtus simplici dispu
tatione uictos se esse credentium, exemplo manifestarunt. Quid igitur sibi isti uo
lunt qui tentant eos peruertere quos acquisiuit Apostolus, quos redemit Christus
sanguine suo? Quid est quod asserunt baptizatos intendere non debere uirtutum
disciplinis, nihil illis obesse comessationes, nihil uoluptatum affluentiam, insipien
tes esse eos qui ijs careant: uirgines oportere nubere, filios facere, similiter & uiduas
iterare quod semel male uirili admixtione expertæ sint, etiam si se continere possint,
errare eas quæ nolunt iterare copulam? Quid ergo? Placet ut hominem exuentes,
induamus pecudem? & expoliantes Christum, uestiamur aut superuestiamur ami
ctus diaboli? Sed quum ipsi doctores gentium ne honestatem quidem cum uolu
ptate copulandam putauerint, eo quod pecudem uiderentur cum homine induere:
nos ut beluinos usus humano infundamus pectori, & ratiõabili menti inscribamus
irrationabiles ritus ferarum? Quanquam multa genera sint animantiũ, quæ amis
so pari concubitui indulgere nesciant, & tanquam solitariæ uitæ æuum exigant: plu
rima quoq; herbis uescantur simplicibus, nec alio nisi fonte puro sitim restinguere
nouerint: canesq; uideamus frequenter interdicto cibo temperare solitas, ut ieiuna
fame ora suspendant, si imperatur abstinentia. Ab hoc igitur reuocantur homines,
quod didicerunt per hominem etiam mutæ non prævaricari bestiæ? Quid autem
pulchrius abstinentia, quæ facit etiã iuuentutis annos senescere, ut fiat morum sene
ctus? Nanq; ut redundantiæ ciborũ ac temulentia etiam maturior ætas calescit, ita
mitigat iuuentutis ferocitas epularũ parsimonia: irriguoq; fontis & exterior ignis
aquæ infusione extinguitur, non mirũ si etiam interiora æstus corporis fluuiali po
D tu refrigerantur. Cibo enim flamma alitur ac deficit. Siquidem fœnum, stipulam, li
gnum, oleum, aliaq; huiusmodi alimenta ignis sint quibus pascit: ea si detrahas uel
non suggeras, etiam ignis sopitur. Similiter ergo uapor corporis cibo alitur aut mi
nuitur: cibo excitatur, cibo soluitur. Luxuria igitur mater libidinis est. Quid q; natu
ræ cõueniens temperantia est, atq; illi diuinæ legi, quæ in ipso rerũ ortu omnes fon
tes potui, fructus arborum esui dedit? Vinum post diluuiũ iustus ad tentationem
sui reperit. Vtamur ergo temperantiæ naturali cibõ, utinamq; possimus. Sed quia
1. Timoth. 5. non omnes fortes, ideo Apostolus ait: Vino modico utere propter frequentes tuas
infirmitates. Non ergo propter uoluptatem bibendum est, sed propter infirmita
tem. Pro remedio igitur parcius, pro delicijs redundantius. Deniq; Helias quem do
3. Reg. 19. minus ad uirtutis erudiebat profectionẽ, ad caput suũ collyridam & uas aquæ repe
rit, & ideo in uirtute escæ illius quadraginta diebus ieiunauit. Patres nostri quũ ma
re transirent pedibus, aquam non uinum bibebant. Daniel & Hebræi pueri patrio
Danie. 1. cibo & aquæ potu, ille furorem leonũ repressit, illi ardentem ignem innoxio uidere
tactu circa mẽbra sua pasci. Et quid de uiris loquar? Iudith luxurioso Holopherni
Iudith. 12. haudquaquam inflexit conuiuio, solo titulo sobrietatis desperatũ lacertis uirilibus
reportauit triumphum, patriam obsidione exuit, ducem militiæ suis manibus occi
dit. Exemplum euidens quod & illum terribilem populis bellatorem uirum luxuria
sua emolliuit, & hanc fœminam temperantia cibi fortiorem uiris fecit. Non hic in
sexu suo uicta est natura, sed in cibo suo uicta est, & regem superbum suis incli
nauit ieiunijs. Anna octogintaquatuor annos in uiduitate sua ieiunijs & obsecra
tionibus in templo die ac nocte seruiens Christum agnouit. Quem Ioannes ab
stinentiæ

A stinentiæ magister quidam nouus terrarũ angelus annunciauit. O stultũ Helisæũ
qui syluestribus ramis & amaris pascebat prophetas, Immemorem scripturarũ Æs
dram, qui memoria scripturas reddidit, Insipientem Paulũ qui gloriatur ieiunijs, si
nihil prosunt ieiunia. Sed quomõ nõ prosunt, quibus uitia purgantur? Quæ si defe
ras cum humilitate, cum misericordia, ut Esaias spiritu diuino locutus est, ossa tua Esa. 58.
pinguescent, & eris sicut hortus ebrius, Pinguescit igitur anima tua, uirtutesq; eius
spirituali adipe ieiunij, & fructus tui multiplicantur ubertate mentis tuæ, ut sit in te
sobria ebrietas, sicut illud est poculum de quo ait propheta, Et poculũ tuum inebri Psal. 22.
ans quàm præclarũ est. Sed nõ illa solũ laudabilis quæ parca est ciborũ temperan
tia, sed etiam illa quæ cõcupiscentiæ. Deniq; scriptũ est, Post cõcupiscentias tuas ne Eccle. 18.
eas, & à uoluptate tua uetare. Si dederis animæ tuæ cõcupiscentiam, gaudio eris ini
micis tuis. Et infra, Vinũ & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes. Vnde Pau
lus etiam in ipsis coniugijs temperantiam docet. Est em̃ uelut quidam adulter incon
tinens in matrimonio qui legem apostolicam prævaricatur. Quid aũt loquar quan
ta sit uirginitatis gloria, quæ meruit à Christo eligi, ut esset etiam corporale dei tem
plum, in qua corporaliter (ut legimus) habitauit plenitudo diuinitatis? Virgo genu Col. 2.
it mundi salutem, uirgo peperit uitam uniuersorũ. Sola ergo nõ debet esse uirgini
tas, quæ omnibus in Christo profuit? Virgo portauit quem mũdus iste capere aut
sustinere nõ potest. Qui cum ex Mariæ nasceretur utero, genitale tamen septũ pu
doris, & intemerata uirginitatis cõseruauit signacula. Itaq; in uirgine Christus rep
perit quod suũ esse uellet, quod sibi omniũ dominus assumeret. Per uirũ autẽ & mu
B lierem caro eiecta de paradiso, per uirginem iuncta est deo. Quid de altera Moysi
Maria loquar quæ fœminei dux agminis, pede transmisit pelagi freta? Quo mune
re autẽ uenerabilis Thecla etiam leonibus fuit, ut ad pedes prædæ suæ stratæ impa
stæ bestiæ sacrũ deferrent ieiuniũ, nec procaci oculo uirginem nec unguæ uiolarent
aspero, quoniã & ipso aspectu uirginitatis uiolatur sanctitas? Deniq; qua reueren
tia uirginitatis locutus est sanctus Apostolus, De uirginibus præceptũ domini nõ 1. Cor. 7.
habeo, consiliũ autẽ do tanq̃ misericordiam cõsecutus à domino? Præceptũ nõ ha
bet, consiliũ habet. Non em̃ præcipitur quod supra legẽ est, sed magis dato suadet
cõsilio. Nec auctoritas præsumitur, sed demonstratur gratia, nec à quocũq; demon
stratur, sed ab eo qui misericordiam dei meruit. Horũ ergo meliora q̃ apostolorũ
cõsilia? Apostolus dicit, Consiliũ do, isti dissuadendũ putant, ne qua studeat uirgi
nitati. Cuius quantã laudẽ breui uersiculo propheta expresserit, uel potius Christus
in propheta, debemus cognoscere. Hortus, inquit, clausus soror mea, hortus clausus, Cant. 4.
fons signatus, Christus hoc dicit ad ecclesiã quã uult esse uirginem sine macula, sine
ruga. Bonus hortus uirginitas, quæ plurimos boni ferat fructꝰ odoris. Hortus clau
sus, quia undiq; uallata est muro castitatis. Fons signatus, eo qd̃ uirginitas sit fons
& origo pudicitiæ, quæ inuiolata custodiat integritatis signacula, in quo fonte ima
go dei luceat: quia cum mundicia corporis, cõgruit etiam puritas simplicitatis. Non
potest dubitare quisquam quod ecclesia uirgo sit, quam etiam in Corinthijs despon
dit apostolus Paulus uirginem castam assignare Christo. In superiore igitur episto
la dat cõsiliũ, & existimat bonũ esse munus uirginitatis, ut nullis instantis seculi tur
betur necessitatibus, nulla illuuie coinquinetur, nullis exagitetur procellis. In poste
riore sponsor est Christo quod uirginitatem ecclesiæ in illius plebis consignare pos

sint inte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sit integritate. Reſponde mihi nunc Paule qua ratione propter inſtantem neceſſita-
tem des conſiliū: quoniam qui ſine uxore eſt, ſollicitus, inquit, eſt quæ domini ſunt,
quomodo placeat deo. Et addidit, Et mulier innupta & uirgo cogitat quæ ſunt do-
1. Corinth. 7. mini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Habet igitur murū ſuum aduerſus mundi hu-
ius turbines, & ideo ſepto diuinæ munita protectionis nullis ſeculi flabris inequita-
tur. Bonum ergo conſilium, quia in conſilio utilitas eſt, & in præcepto laqueus. Con-
ſilium inuitat uoluntarios, præceptū aſtringit inuitos. Si qua ergo ſecuta fuerit con
ſilium, & eam nō pœnituerit, acquiſiuit utilitatem. Si quam uero pœnituerit, nō ha-
bet quod accuſet Apoſtolū. Ipſa em̄ de infirmitate ſua iudicare debuit, & ideo ſibi
uoluntatis ſuæ rea eſt, cuius grauiore quàm ferre poſſet, laqueo ſe ac nodo ligauit.
Itaq; tanq̄ bonus medicus qui & fortioribus ſtabilitatē uirtutis cōſeruare cupiat, &
Rom. 14. infirmis ſalubritatē dare, alijs dat conſiliū, alijs demonſtrat remediū. Qui infirmus
eſt, olera manducet, accipiat uxorē: qui ualidior eſt, fortiorem uirtutis cibū expectet.
1. Corith. 7. Meritoq; adiunxit, Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus nō habens neceſſitatē, po-
teſtatem autē habēs ſuæ uoluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare uirginē ſu-
am, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Mulier uincta eſt legi, quanto tempore
uir eius uiuit. Quod ſi dormierit uir eius libera eſt, cui uult nubat, tantū in domino.
Beatior autē erit ſi ſic permanſerit ſecundū meū conſiliū. Puto em̄ quod & ego ſpiri
tum dei habeo. Hoc eſt conſiliū dei habere, explorare diligenter om̄ia, & quæ melio
ra ſunt ſuadere, & quæ tutiora demonſtrare. Prouidus doctor multas oſtēdit uias,
ut qua uult unuſquiſq; quā ſibi accōmodam arbitratur incedat, dummodo occurrat
quo poſſit incaptus prætendere. Bona uirginitatis uia, ſed ſublimis & ardua ualidi-
D ores requirit. Bona etiam uiduitatis, nō tam difficilis ut ſuperior, ſed cōfragoſa & a-
ſpera cautiores exigit. Bona etiam matrimonij, plena & directa lōgiore circuitu ad
caſtra ſanctorum peruenit, ea plurimos recipit. Sunt ergo uirginitatis præmia, ſunt
merita uiduitatis, eſt etiam cōiugali pudicitiæ locus, Gradus ſingularū ſunt & incre
menta uirtutū. State igitur in corde ueſtro, ne quis uos ſubruat, ne quis poſſit ſub-
Exo. 3. uertere. Docuit nos Apoſtolus quid ſit ſtare, hoc eſt, quod Moyſi dictū eſt, Locus
em̄ in quo ſtas, terra ſancta eſt. Nemo em̄ ſtat niſi qui fide ſtat, niſi qui fixus ſtat ſui
Deut. 5. cordis ſententia. Alibi quoq; legimus, Tu aūt hic ſta mecū. Vtrūq; ad Moyſen à do
mino dictū eſt, Vbi tu ſtas, terra ſancta eſt, & hic ſta mecū, hoc eſt, mecū ſtas, ſi ſtes
in eccleſia, Ipſe enim locus eſt ſanctus, ipſa terra fœcunda ſanctitatis, & opima uir-
tutum meſſibus. Sta ergo in eccleſia, ſta ubi tibi apparui, ibi ego tecum ſum. Vbi eſt
eccleſia, ibi firmiſſima ſtatio tuæ mentis eſt: ibi fundamentum animi tui, ubi tibi de
rubo apparui. Tu rubus, ego ignis in rubo, ego in carne propterea ignis ut tibi luce-
am, ut tuas ſpinas & tua peccata conſumam & meam tibi demonſtrem gratiam.
Stantes ergo in corde ueſtro lupos fugate ab eccleſia quærentes prædam tollere.
Non ſit in uobis deſidia, non ſit prauum ōs, lingua amarior. Nolite in concilio ua-
Pſal. 25. nitatis ſedere. Scriptum eſt enim, Non ſedi in concilio uanitatis. Nolite audire de-
trahentes proximis, ne dum auditis alios, prouocemini, ut & ipſi derogetis proxi-
Pſal. 49. mis, & dicatur unicuiq; ueſtrū, Sedens aduerſus fratrem tuum detrahebas. Seden-
tes detrahunt, ſtantes autem dominū benedicunt, quibus dicitur, Ecce nunc benedi-
Pſal. 133. cite dominū omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo dñi. Qui ſedet (ut de corporeo
uſu loquar) quaſi ocio, & reſoluit corpore, atq; intentionē mentis relaxat. Stat autē
ſpeculator

A ſpeculator prouidus, & explorator impiger, peruigil cuſtos, qui prætendit in caſtris.
Bellator quoq; ſtrenuus ante expectatum ſtat in agmine, qui uult aduerſarij conſi-
lia præuenire. Qui ſtat uideat ne cadat, Qui ſtat obtrectare neſcit. Otioſorum ete- 1. Cor. 10.
nim fabulæ ſunt, quibus obtrectatio ſeritur, malignitas proditur. Vnde ait prophe
ta, Odio habui congregationem malignorum, & cum impijs non ſedebo. Et in tri- Pſal. 15.
geſimoſexto pſalmo quem præceptis referſit moralibus, in principio ſtatim poſuit,
Noli æmulari inter malignantes, neq; æmulatus fueris facientes iniquitatem. Mali- Pſal. 36.
gnitas plus nocet quàm malicia, quia malignitas nec puram ſimplicitatē habet nec
apertam maliciam, ſed abſconditam maleuolentiam. Difficilius autem cauentur oc
culta quàm quæ ſunt cognita. Vnde & ſaluator noſter à ſpiritibus malignis cauen-
dum admonet, quod nos blandarum ſpecie uoluptatū capiant, cæterarumq; rerū
ſimulatione, cum ambitionē, honorē, auariciam, diuitias, ad ſuperbiam potentiæ le-
nocinia prætendūt. Itaq; cum in om̄i actu, tum maxime in epiſcopi petitione abeſ-
ſe debet malignitas, in quo uita formatur omniū, ut placido & pacifico iudicio præ-
feratur uir omnibus, qui eligatur ex omnibus, & qui medeatur omnibus. Etem̄ man
ſuetus homo, cordis medicus eſt. Huius ſe medicum etiam dominus in euangelio lo
cutus eſt dicens. Non opus eſt ſanis medicus, ſed ijs qui male habent. Bonus medi- Matth. 9.
cus q infirmitates noſtras accepit, ſanauit ægritudines, & tamē iſte (ſicut eſt ſcriptū)
nō ſe honorificauit fieri ſummū ſacerdotē, ſed qui locutus eſt ad eum, pater dixit, Fili Heb. 5.
us meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit, Tu es ſacerdos in æternū ſecun
dum ordinē Melchiſedech. Qui quoniā typus futurus erat ſacerdotū omniū, ideo
B carnē ſuſcepit, ut in diebus carnis ſuæ preces & ſupplicationes deo patri cum magna
uoce & lachrymis offerret, & ex ijs quæ paſſus eſt, quamuis eſſet filius dei, diſcere ui-
deretur obedientiam, quam nos doceret, ut nobis fieret auctor ſalutis. Deniq; con-
ſummatis paſſionibus tanq̄ cōſummatus ipſe ſanitatē dedit omnibus, peccatū tulit
omniū. Ideo & Aaron ſacerdotē ipſe elegit, ut nō humana cupiditas in eligendo ſa-
cerdote præponderaret, ſed gratia dei: nō uolūtaria oblatio, nec propria aſſumptio,
ſed cœleſtis uocatio: ut is offerat munera pro peccatis, qui poſſit affici pro peccanti-
bus: quia & ipſe, inqt, geſtat infirmitatē. Nō ſibi quis honorē debet ſumere, ſed uo-
cati à deo: ſicut & Aarō, ita & Chriſtus nō ex ſe ſibi accepit ſacerdotiū. Deniq; cū ab
Aaron p genus ducta ſucceſſio, generis magis teneret hæredes, cp̄ iuſticiæ cōſortes,
propterea ad typū illius Melchiſedech quē in ueteri teſtamento legimus, uerus Mel
chiſedech, uerus rex pacis uenit, uerus iuſticiæ rex uenit. Hoc em̄ habet nominis in-
terpretatio, ſine patre, ſine matre, ſine generationis enumeratione, neq; initiū die-
rum, neq; finē uitæ habens, qđ & ad filiū dei refertur, qui matrē in illa diuina gene-
ratione neſciuit, patrē in hoc uirginis Mariæ partu ignorauit, ex patre ſolo natus an
te ſecula, ex uirgine ſola ortus in hoc ſeculo. Initium dierum habere utiq; nō potuit
qui erat in principio. Quomodo uitæ finem haberet, qui uitæ auctor omnibus eſt?
Ipſe principium & finis omniū. Sed refertur ad exemplum, ut tanquam ſine patre
& ſine matre ſacerdos eſſe debeat, in quo non generis nobilitas ſed morum eligatur
gratia & uirtutum prærogatiua. Sit in eo fides & morum maturitas, non alterum ſi
ne altero, ſed utrunq; in uno cum bonis operibus cōueniat & factis. Vnde nos apo
ſtolos Paulus eorum uult eſſe imitatores, qui per fidem, inquit, & patientiam poſſi- Hebr. 6.
dent repromiſſiones Abraæ, qui per patientiam promiſſæ ſibi benedictionis meru

Universidad de Deusto
Biblioteca

C it accipere & possidere gratiam. Imitatores nos sancti Aaron Dauid propheta de-
bere esse admonet, qui eum inter sanctos domini ad imitandum nobis constituit di
Psal.89. cens, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter inuocantes nomẽ eius.
Dignus planè uir qui sequendus proponitur omnibus. Nam cum dira mors pro-
pter contumaces in plebem serperet, medium se inter uiuentes morientesq; obiecit,
ut mortem statueret, ne plures perirent. Vere uir mentis & animi sacerdotalis, qui se
pro domini grege quasi pastor bonus pio obiiceret affectu. Itaq; infregit aculeum,
mortis impetum tenuit, transitum negauit. Pietas meritum adiuuit, quia pro ipsis se
obtulit qui resistebant. Discant igitur dissidentes timere domini commotionem, sa-
cerdotes placare. Quid Dathan & Abiron & Chore? Nónne propter dissensionem
Num.16. hiatus terræ absorbuit? Nam cum instigassent Chore & Dathan & Abiron ducen
tos quinquaginta uiros aduersus Moysen & Aaron, ut separarent se ab ijs, insur-
rexerunt illi dicentes, Satis sit uobis quod tota synagoga sanctorum est, & in ipsis
est dominus. Vnde iratus dominus locutus est ad omnem synagogam, considera-
uit & nouit dominus qui sunt eius, & sanctos adduxit ad se, & quos non elegit non
adduxit ad se. Et iussit dominus ut eligerent sibi arulas, & incensum ponerent Cho
re & omnes qui cum eo insurrexerant aduersum Moysen & Aaron sacerdotes do-
mini, ut qui electus esset à domino, ipse sanctus cõfirmaretur inter Leuitas domini.
Et dixit Moyses ad Chore, Audite me filij Leui. Nunquid hoc pusillum est uobis
quod separauit uos deus à synagogis Israël? Et infra, Quæritis sacerdotio fungi?
Sic tu & omnis synagoga tua cõgregare ad deum? Et Aaron quis est, quia murmu
D ratis de eo? Consideratis igitur quæ offensionis causæ extiterint, quod sacerdotio
fungi indigni uellent, & propterea diffiderent quod immurmurarent improbantes
in sacerdotis sui electione iudicium dei. Propterea totum populũ metus ingens cor
ripuit, pœnæ terror inuoluit uniuersos. Obsecrantibus tamen omnibus ne paucorũ
insolentia omnes perirent, designantur sceleris rei & à totius populi corpore ducenti
quinquaginta cũ auctoribus suis separantur, immugiens terra in medio plebis scin-
ditur, aperitur in profundum sinus, abripiuntur noxij, & ita ab omnibus mundi hu-
ius ablegantur elementis, ut nec aërem haustu, nec cœlum uisu, nec mare tactu, nec
terram contaminarent sepulchro. Cessauit pœna non cessauit malicia, ex hoc ipso
immurmuratio exorta populi quod per sacerdotes periisset populus. Qua indigna-
tione dominus perdidisset omnes nisi Moysi & Aarõ primo precibus inflexus, post
etiam obiectu sacerdotis sui Aarõ, maluisset ingratos maiore ueniæ pudore dona
re ijs quorũ abnuebant gratiam. Ipsa prophetissa Maria quæ cum fratribus pede
transierat freta maris, quia Æthiopissæ mysterium adhuc nescius immurmurauer-
rat aduersus fratrem Moysen, lepræ maculis inhorruit, ut uix tanto absoluta esset
contagio, nisi Moysen rogasset. Quamuis ad typum synagogæ illa referatur admur-
muratio, quæ Æthiopissæ, id est, ecclesiæ ex gentibus sacramentum ignorans quoti
diano immurmurat conuitio, & inuidet ei plebi, cuius fide etiam ipsa exuetur à per-
fidiæ suæ lepra, secundum quod legimus, quia cæcitas ex parte Israel cõtigit donec
plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Et ut aduertamus quia in
sacerdotibus diuina magis quàm humana operatur gratia, una ex multis quã Moy
ses per tribus acceperat & reconderat, uirga Aaron floruit, atq; ita diuini iudicij mu
nus spectandum in sacerdote populus aduertit, ac destitit parem sibi humano iu-
dicio

A dicio uendicare gratiam qui ante parem sibi prærogatiuam competere arbitrabat.
Virga autem illa quid aliud ostẽdit, nisi quod nunc̃q; sacerdotalis marcescat gratia,
& summa humilitate habeat in suo munere cõmissæ sibi florẽ potestatis, uel quia
id quoq; ad mysterium referatur? Nec ociose prope exitum uitæ Aaron sacerdotis
hoc factum putamus. Declarari uidetur populus senior, sacerdotalis lõgæuæ infide
litatis uetustare carios us, quod ultimis temporibus imitatione ecclesiæ reformatus
in studia fidei & deuotionis, emortuum iam tot seculis rediuiua gratia florẽ remit-
tat. Quid autem aliud significatur quod post defunctum Aaron non uniuerso po-
pulo sed soli Moysi qui erat in sacerdotibus domini, imperauit deus, ut exuuijs Aa-
ron sacerdotis filium eius indueret Eleazarũ, nisi ut cognosceremus quod sacerdos
consecrare sacerdotem debeat, & ipse eum induere uestimẽtis, hoc est, uirtutibus sa-
cerdotalibus, ac tunc si nihil ei deesse indumentorum aduerterit sacerdotalium, & a
pte quadrare omnia, sacris eum adhibeat altaribus? Supplicaturus enim pro po-
pulo, eligi à domino, probari debet à sacerdotibus ne quid sit quod in ipso grauiter
offendat cuius officium est pro aliorũ offensa interuenire. Neq; enim mediocris uir
tus sacerdotalis est, cui cauendum nõ solum ne grauioribus flagicijs sit affinis, sed
ne minimis quidem: ut sit promptus ad misericordiam, promissum nõ remordeat,
lapsum reuocet, compatiatur dolori, mansuetudinem teneat, pietatem diligat, iram
repellat uel decoquat, sit quidam lituus plebis excitandæ ad deuotionem, mitifican
dæ ad tranquillitatem. Vetus dictum est, assuesce unus esse: ut uita tua quãdam pi-
cturam exprimat, eandem seruans semper imaginem quam acceperit. Quomodo
B potest unus esse, qui nunc iracundia inflammatur, nunc indignatione graui exæstu
at, nunc uultu excandescit, nunc pallore immutatur, per momẽta uarius & discolor?
Sed esto sit naturæ irasci, aut plerũq; causæ, hominis est tamen temperare iracũdiã,
non leonino raptari furore, non norit assuescere clamori, non ferere nec acerbare fa-
miliare iurgium. Scriptum est enim: Vir iracundus effodit peccatum. Non est unus
duplici corde, non est unus qui se cohibere nescit in iracundia. De quo pulchre Da Psal. 4.
uid ait: Irascimini, & nolite peccare. Non iram imperat, sed indulget naturæ, quã ho
mo præuenire non potest, mitigare potest. Ergo & si irascimur, affectus noster mo
dum recipiat secundũ naturã. Quis enim ferat, si ipse se gubernare nequeat, qui alios
gubernandos receperit? Ideoq; Apostolus formã dedit, quia & episcopum esse o-
portet irreprehensibilem. Et alibi ait: Oportet enim episcopũ sine crimine esse sicut 1. Thimo. 3.
dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, nõ uinolentũ, non percusso-
rem, non turpis lucri cupidum. Nam quomodo conueniunt sibi dispensantis mise-
ricordia, & cupiditatis auaritia? Hæc posui quæ cauenda acceperim. Virtutum autẽ
magister Apostolus est, qui cum pacientia redarguendos doceat contradicẽtes, qui
unius uxoris uirum præcipiat esse: non quo exortem excludat coniugij, nam hoc su
pra legem præcepti est, sed ut coniugali castimonia seruet ablutionis suæ gratiam.
Neq; iterum ut filios in sacerdotio creare Apostolica inuitetur autoritate. Habentẽ
enim dixit filios non facientem: neq; coniugium iterare. Quod ideo non prætermi
si, quia pleriq; ita argumentãtur unius uxoris uirum dici post baptismum habitæ,
eò quod baptismo uitium sit ablutum, quo afferebatur impedimẽtum. Et uitia qui
dem atq; peccata diluuntur omnia, ut si quis contaminauerit suum corpus cum plu
rimis, quas nulla coniugij lege sociauerit, remittantur ei omnia: sed coniugia non re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C soluuntur,si quis iterauerit.Culpa enim lauacro non lex soluitur. Nulla enim cul-
pa coniugij sed lex est. Quod legis est igitur, non remittitur quasi culpa, sed tene-
tur quasi lex.Ideo Apostolus legem posuit dicens:Si quis sine crimine est unius ux-
oris uir. Ergo quia sine crimine est unius uxoris uir,teneatur ad legem sacerdotij
susciendi.Qui autem iterauerit coniugium,culpam quidem non habet coinquina
ti sed prærogatiua exuitur sacerdotis. Diximus quid legis est,dicamus etiam quid
rationis. Sed prius cognoscamus,non solum hoc Apostolum de episcopo & pres-
bytero statuisse,sed etiam patres in concilio Niceni tractatus addidisse,neque cleri-
cum quemquam debere esse,qui secunda coniugia sortitus sit. Quomodo enim po
test consolari uiduam,honorare, cohortari ad custodiendam uiduitatem, seruan-
dam marito fidem,quam ipse priori coniugio non reseruauerit? Aut quid interes-
set inter populum & sacerdotem,si isdem astringeretur legibus? Debet præponde
rare uita sacerdotis sicut præponderat gratia.Nam qui alios præceptis suis ligat,de
bet ipse legitima præcepta in se custodire. Quàm resistebã, ne ordinarer,postremo
cum cogerer,saltem ordinatio protelaretur. Sed non ualuit præscriptio, prævaluit
impressio.Tamen ordinationem meam occidentales episcopi iudicio,orientales eti
am exemplo probarunt.Et tamen neophytus prohibetur ordinari,ne extollatur su
perbia.Si dilatio ordinationi defuit,uis cogentis est:Si non deest humilitas compe-
tens sacerdotio,ubi causa non hæret, uitium non imputatur. Quod si in alijs eccle-
sijs tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio,quanta cura expetitur in Ver-
cellẽsi ecclesia,ubi duo pariter exigi uidentur ab episcopo,monasterij continentia,&
D disciplina ecclesiæ? Hæc enim primus in occidẽtis partibus diuersa inter se Eusebius
sanctæ memoriæ coniunxit,ut & in ciuitate positus instituta monachorũ teneret,&
ecclesiam regeret ieunij sobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis
gratiam, si ad studium abstinentiæ & normam integritatis iuuentutem astringat,
& uersantes intra urbem,abdicet usu urbis & conuersatione.Hinc illi processerũt ui
ri,Helias,Helisæus,Ioannes,Elizabet,qui pelliceis tunicis & caprinis exuuijs induti,
inopes atq; egentes,angustijs & doloribus afflicti,in solitudinibus errabãt,inter al-
ta & condensa montium,inuia rupiũ,speluncarũ horrida,fouearũ uadosa, quo
rum cõuersatione dignus orbis terrarũ nõ erat. Hinc illi Daniel,Ananias Azarias
Misael,qui in aula regia pascebantur,ieiunio alebãtur tanq; in desertis cibo aspero
potuq; obuio.Meritoq; regij seruuli regis prævaluerũt,& captiuitatẽ decusso iugo
contẽpserunt,potestates subegerunt,elementa uicerunt,naturã ignis extinxerũt, cui
tauerunt flammas,obtuderunt aciẽ gladij,strinxerunt leonũ ora,& ubi infirmiores
fieri existimabant,ibi fortiores reperiebãtur,nõ refugiebant ludibria humana, qui
cælestia sperabãt præmia,nõ horrebãt tenebras carceris,quibus æterni luminis gra-
tia refulgebat.Hos secutus Eusebius sanctus exiuit de terra sua,& de cognatioe sua,
& domestico otio peregrinationẽ prætulit.Pro fide quoq; exilij dura præoptauit at
que elegit,coniuncto sibi sanctæ memoriæ Dionysio qui posthabuit imperatoris a
micitiam exilio uoluntario.Itaq; memorabiles uiri circundati armis,uallati exercitu
cum raperentur de ecclesia,maiore triũphabant de imperio, quia contumelia terre-
stri mercabantur mentis fortitudinem,regni potentiam:quibus militaris armorum
strepitus extorquere non potuit fidẽ,subegerunt bestialis animi feritatẽ quæ nocere
sanctis nequiuit.Ira enim regis ira leonis,ut in prouerbijs habes.Cõfessus est uictũ se
esse

A esse, qui rogabat ut mutarent sententiã:Sed illi ualidiorẽ calamũ suũ ferreis gladijs
arbitrabãtur,Deniq; uulnerata est perfidia ut occideret,non est uulnerata sanctorũ
fides,non desiderarunt patriũ sepulchrũ quibus reseruabatur cœleste domiciliũ. Er-
rauerunt toto orbe,ut nihil habẽtes & possidentes omnia. Quocũq; missi essent,lo
cus delitiarũ putabatur. Neq; enim illis quicq; deerat,quibus fides locuples abun-
dabat.Deniq; locupletabant alios ipsi inopes ad sumptũ,opimi ad gratiam:tenta-
bantur sed nõ mortificabant,in ieiunijs,in laboribus,in custodijs,in uigilijs.Euase-
runt de infirmitate fortes, non expectabant deliciarũ illecebras quos saginabat fa-
mes,non adurebant eos torrida æstatis,quos refrigerabat æternæ spes gratiæ.Non
frangebat glacialis plagæ frigiditas,quibus feruenti spiritu uernabat deuotio. Non
uerebantur uincula hominũ,quos Iesus soluerat.Nõ desiderabant redimi à morte,
qui præsumebãt à Christo resuscitari.Deniq; sanctus Dionysius exegit uotis,ut in
exilio uitam poneret,ne regressus cõfusa institutis & usu infideliũ,studia plebis aut
cleri inueniret.Meruitq; hanc gratiã ut pacem domini tranquillo affectu secũ refer
ret. Itaq; ut Eusebius sanctus prior leuauit uexillũ confessionis,ita beatus Dionysi-
us in exilij locis propiore martyribus titulo exhalauit. Hæc igitur patiẽtia in sancto
Eusebio monasterij coaluit usu,& durioris obseruationis cõsuetudine hausit laborũ
tolerãtiam. Nãq; hæc duo in attentiore Christianorũ deuotione præstantiora esse
quis ambigat,clericorũ officia,& monachorum instituta? Ista ad comitatem & mo
ralitatẽ disciplina,illa ad abstinentiam assuefacta atq; patientiã.Hæc uelut in quo-
dam theatro,illa in secreto.Spectatur ista,illa absconditur.Ideo bonus Athleta ait,
B Spectaculũ facti sumus huic mundo. Dignus sanè qui spectaretur ab angelis cum
luctaretur ut ad Christi brauiũ perueniret,cum certaret,ut in terris uitam angelorũ
institueret,in cœlo nequiciam angelorũ refelleret. Colluctabatur enim nequicijs spi
ritualibus.Merito mundus eum spectabat,ut mundus imitaretur.Hæc ergo uita in
stadio,illa in spelunca. Hæc aduersum cõfusionem seculi, illa aduersus carnis appe-
tentiam.Hæc subijciens,illa refugiens corporis uoluptates. Hæc gratior: illa tutior.
Hæc se ipsam regens, illa semetipsam coërcens. Vtraq; tamen se abnegans ut fiat *Matth.16.*
Christi,quia perfectis dictum est:Qui uult post me uenire,abneget seipsum sibi,& *Gal.2.*
tollat crucem suam,& sequatur me. Sequitur ergo Christũ qui potest dicere: Viuo
autem iam nõ ego,uiuit uero in me Christus. Negabat se Paulus, cum sciens quia
uincula & tribulationes eum manerẽt,in Hierusalem uoluntarius se offerret pericu- *Actu.20.*
lis dicens:Nec facio animam cariorem mihi,dũmodo consũmem cursum meum,&
ministeriũ uerbi quod accepi à domino Iesu.Deniq; circunstantibus plurimis,plo-
rantibus & obsecrantibus,nõ reflexit animũ: ita fides prompta dura sui censor est.
Hæc ergo dimicat,illa se remouet. Hæc illecebras uincit, illa refugit. Huic mundus
triumphatur, illi exultat. Huic mundus crucifigitur uel ipsa mundo, illi ignoratur.
Huic plura tentamenta & ideo maior uictoria,illi infrequentior lapsus, facilior cu-
stodia. Deniq; ipse Helias,ut cõfirmaretur uerbum oris eius,missus est à domino, *Reg.17.*
ut se ad torrentem absconderet Charith.Minabatur Achab,minabatur Iezabel,ti- *& 19.*
muit Helias & exurrexit, & iterum in uirtute escæ intelligibilis, quadraginta diebus
ambulauit & quadraginta noctibus usq; ad montẽ Oreb,& introiuit in speluncam
& requieuit ibi,& sic postea missus est ut ungeret reges. Duratus igitur ad patientiã
est solitudinũ incolatu, & tanq; pastus ad uirtutis adipalem agresti alimento pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cessit fortior. Iohannes quoq; in deserto adoleuit & dominũ baptizauit, & conscien
Luc.3. tiam illic prius exercuit ut postea regẽ increparet. Et quia de sancti Heliæ habitatio
ne deserti, nomina locorũ non ociosa quasi feriati præteriuimus, quid significet repe
tendũ uidetur. Missus est Helias ad torrentem Charith, ibi eum corui alebãt, mane
panẽ afferebãt, ad uesperam carnes. Non imerito mane panis afferebatur qui con
firmat cor hominis. Quo enim cibo nisi mystico aleretur ,ppheta? Ad uesperã caro
ministrabatur. Intelligе quæ legis, quia Charith intellectus est, Oreb omne cor qua
si cor dicitur. Bersabe quoq; puteus septimi, aut iuramenti latina interpretatio est.
Primũ Helias in Bersabe est, concessit ad sanctæ legis mysteria diuinicq; iuris sacra
menta. Postea ad torrẽtem mittitur, ad illum fluminis impetũ qui lætificat ciuitatẽ
dei. Vtrũq; aduertis unius auctoris testamentũ, uetus scriptura quasi puteus pro
funda atq; obscurior unde cum labore haurias, non plenã, quia adhuc qui impleret
Matth.5. eam non uenerat. Denicq; postea ait, Non ueni legẽ soluere sed implere. Ideo ad flu
uium transire sanctus à Christo iubetur, quoniã qui de nouo testamẽto biberit, nõ
solum flumen est, sed flumina de uẽtre eius fluent aquæ uiuæ, flumina intellectus,
flumina cognitionis, flumina spiritualia, quæ tamen perfidiæ aruerunt tẽpore, ne sa
crilegi biberent, potarent perfidi. Ibi ,pphetam domini agnoscebant corui, quem nõ
agnoscebãt Iudæi. Pascebant corui, quẽ genus regale illud & nobile persequebatur.
Quæ est Iezabel quæ persequebatur, nisi synagoga uane fluens, uane abundãs scri
Psal.146. pturis, quas neq; custodit neq; intelligit? Qui corui pascebant, nisi quorũ pulli eum
inuocant, qui iumentis dat escam, ut legimus, pullis coruorum inuocantibus eum?
D Sciebãt illi corui quem pascerent, qui iuxta intellectũ erant, & ad illum cognitionis
sacræ fluuiũ escam uehebãt. Pascit ,pphetam, qui intelligit, qui custodit quæ scripta
sunt. Date ipsum ei cibũ, fides nostra ei alimentũ non erit profectus mentes ille no
stras sensusq; pascitur, in nostro sermo eius intellectu epulatur. Damus ei panẽ qui
in lumine Euãgelij positi cõferimus ei nostri firmamẽta cordis. His alitur, his uiget,
his ieiuna diu replet ora, quibus Iudæorũ perfidia nullum fidei cibũ subministrat.
Ieiunus est illis omnis sermo ,pphеticus, cuius adipẽ interiorem nõ uident, exesus &
tenuis qui impinguare eorũ fauces non potest. Fortasse ideo deferebant ad uesperã
carnes quasi fortiores cibos quos infirmi ingenio Corinthij nõ poterant sumere, &
ideo lacte potabãtur Apostolico. Esca ergo fortior ad uesperã mundi huius defere
batur, mane panis. Et ideo quia dominus hanc ministrari mandauit alimoniã, bene
illud ,pphеticũ dici ei hoc loco cõuenit, Exitu matutino & uespere delectabis. Et in
Psal.64. fra, Parasti cibũ illorum, quia ita est præparatio eius. Sed satis de magistro dictum
puto, nunc discipulorũ uitam prosequamur quia in illam se laudẽ induerunt hym
nis dies ac noctes personant, Hæc nẽpe angelorũ militia est: semper esse in dei laudi
bus, orationibus cõciliare crebris, atq; exorare dominũ studẽt, lectione uel operibus
cõtinuis mentẽ occupant, separati à cœtu mulierũ, sibiipsi inuicem uitã præbent cu
stodiã. Qualis hæc uita in qua nihil sit quod timeas, & quod imiteris plurimũ adest:
ieiunij labor, cõpensatur mentis placiditate, leuatur usu, sustentatur ocio, aut fallitur
negocio, non oneratur mundi sollicitudine, nõ occupatur alienis molestijs, nõ urge
tur urbanis discursibus. Huic uel seruando uel edocendo muneri aduertitis qualis
adhibendus magister sit, quẽ reperire possumus, si uestra humanitas aspiret, si uos
donetis inuicẽ uobis, si quis ab altero se læsum putat. Nõ enim hæc sola est forma
iusticiæ,

A iusticiæ, ut non lædas eum quie te non læserit, sed etiam illa, ut etiã ei remittas qui te
læserit. Lædimur plerũq; fraude alterius, dolo proximi. Nunquid hoc uirtutis puta
mus, ut dolũ ulciscamur dolo, fraudẽ referamus fraudibus? Etenim si iusticia uirtus
est, crimine debet uacare, nec improbitatẽ improbitate refellere. Quæ enim uirtus,
hoc à te fieri, quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis, non ultio est.
Nihil autẽ interest cui malefacias utrũ iusto an iniusto, cum te malefacere nõ opor
teat. Neq; distat quomodo malignus sis, utrũ uindicandi studio, an uoto nocendi.
cũ malignitas in utroq; genere nõ careat reprehensione. Nam malignũ esse, ab iniu
sto nihil distat, ideoq; dictũ est, Noli malignus esse inter malignantes, neq; æmula Psal.36.
tus fueris facientes iniquitatẽ. Et supra idẽ, Odio habui cõgregationẽ malignantiũ.
Omnes utiq; cõplexus est, nullũ excepit, malignitatem tenuit, nõ causam interroga
uit. Quæ autẽ melior forma quàm iusticiæ diuinæ? Dicit enim dei filius: Diligite ini Matth.5.
micos uestros. Et iterũ dicit: Orate pro calũniantibus & persequẽtibus uos. Eousq;
perfectis studiũ adimit ultionis, ut lædentiũ charitatẽ imperet. Et quoniã in ueteri Deut.32.
scriptura dixit, Mihi uindictam, & ego retribuã, Et in Euangelio ait orandũ pro ijs
qui læserint, ne in eos uindicet qui uindicandũ promisit. Vult enim ex tua dimittere
uoluntate, in quo ex sua conueniẽt promissione. Quod si uindictam requiris, habes,
quia iniustus amplius suis punitur opinionibus quã iudiciarijs seueritatibus. Et quo
niã nemo potest esse sine aliquibus aduersis, id agamus, ne nobis nostro iudicio ad
uersa accedant: Nemo enim grauius alieno cõdemnari potest iudicio q̃ insipiens
suo, qui sibi est auctor malorũ. Vnde molesta & plena cõtentionis declinemus ne
B gocia, quæ neq; fructũ habent, & impedimentũ afferũt. Quãq; id agere debemus,
ne nos arbitrij nostri pœniteat, aut facti. Prudẽtis est enim prospicere ne frequenter
eum pœniteat sui. Nunq; aũt pœnitere solius est dei. Quis uero iusticiæ fructus nisi
mẽtis tranquillitas? Aut quid est iuste uiuere, nisi cũ trãquillitate uiuere? Qualis for
ma fuerit dñi, talis totius domus est status. Quod si domi quærunt̃ ista, quantoma
gis in ecclesia, ubi & diues & pauper, seruus & liber, Græcus & Scytha, honoratus &
plebeius omnes in Christo unum sumus. Nemo præsumat, quia diues est, plus sibi
deferẽdũ. Ille est diues in ecclesia, qui pauperi nõ sibi, diues est. In ecclesia quidẽ fide
lis diues est. Fideli em̃ totus mũdus diuitiarũ est. Quid enim mirũ si mundũ fidelis
possidet? Christi hæreditatẽ, possidet quæ preciosior est mũdo. Sanguine precioso
redempti estis, omnibus utiq; non solis pecuniosis dictũ est: Sed uultis diuites esse?
Sequimini dicentẽ, Sancti in omni cõuersatiõe estote. Nõ diuitibus dicit, sed omni
bus, quia sine discrimine personarũ iudicat, ut bonus testis eius Apostolus dicit, Et
ideo non in remissione, nõ in fastidio, nõ in exaltatione cordis, sed in timore, inquit,
hoc incolatus uestri tẽpus cõuersamini. Tempus accepistis hac in terra, non perpe
tuitatẽ, quasi tẽpore utamini qui sciatis uos migraturos. Nolite in diuitijs cõfidere,
quia omnia illa hic relinquunt̃. Sola uos comitabitur fides. Erit sanè etiã iusticia co
mes, si fides prævia sit. Quid uos palpant diuitiæ? Non auro uel argẽto, nõ possessi
onibus, nõ sericis uestibus de uana uestra cõuersatione redempti estis, sed precioso
sanguine Christi Iesu. Ille ergo diues est qui fuerit hæres dei, Christi cohæres. Noli
pauperẽ contemnere, ille te diuitem facit. Noli egentẽ fastidire. Iste pauper clamauit Psal.33.
ad dñm, & dñs exaudiuit eum. Noli inopẽ refutare, & Christus pauper factus est, 2.Cor.8.
ut te inopia sua diuitẽ faceret. Noli quasi diues te attollere: Sine pecunia misit apo Matth.10.
stolos

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Actu.3. stolos suos. Denicꝙ primus eorū dixit: Argentū & aurū non habeo, sed fidē habeo
Gloriat in pauptate quasi refugiat cōtaminationē. Argentū, inquit, & aurū non ha
beo sed fidē habeo. Satis diues sum in noie Iesu, qd' super omnē hominē est. Argen
tum nō habeo, sed nec requiro. Aurū nō habeo, sed nec desidero, sed habeo qd' uos
diuites nō habetis. Habeo qd' plutis esse etiā uos arbitremini. Dono pauperibus, ut
in noie Iesu dicā: Cōualescite manus remissæ, & genua dissoluta. Sed uultis diuites
esse, estote pauperes. Tūc eritis per omnia diuites, si fueritis pauperes spiritu. Nō con
sus diuitē sed animus facit. Sunt enim qui se humiliant in multis diuitijs, & recte ac
prudēter. Satis enim diues oibus naturæ lex est, cui cito inuenias qd' abundet. Cupi
ditatibus aūt omnis diuitiarū abundātia, inopia est. Deniq; nemo paup nascit' sed
fit. Nō ergo naturæ pauptas, sed opinionis est, ideoq; cito inuenit' diues naturæ, dif
ficile cupiditatis. Etenim quo plus unusquisq; acquisierit plus sitit, & quasi quadā in
ardescit ebrietate cupiditatū suarū. Quid quasi necessariū quæritis cumulū diuitiarū?
Nihil tam necessariū, q̄ cognoscere quid nō sit necessariū. Quid in carnē retorquetis
excusationē? Nō corporis uenter insatiabilē sed mentis auaricia facit. Nūquid caro
spem futuri abstulit? Nūquid caro spiritualis gratiæ suauitatē ademit? Nūquid ca
ro fidē impediuit? Nūquid caro aliqd furoris dñis, uanis opinionibus adiudicauit?
Plus amat caro moderatā frugalitatē, qua exuit' onere, induitur salubritate, qua solli
Prouer.15. citudinē deponit, assumit tranquillitatē. Sed nec ipsæ diuitiæ uituperabiles. Deniq;
redēptio animæ uiri diuitiæ eius, quoniā qui pauperi donat, redimit animā suā. Est
ergo & his materialibus diuitijs uirtuti locus. Quasi gubernatores estis in magno
D mari. Si bene quis gubernat suū nauigiū, cito transit frētū, ut pueniat ad portū. Qui
aūt nescit regere suū censū, onere suo mergit'. Ideo scriptū est: Possessio diuitū ciuitas
Prouer.10. firmissima. Quæ est ista nisi Hierusalē quæ in cœlo est, in qua regnū dei? Bona hæc
possessio quæ fructus perpetuos facit. Bona possessio, quæ nō hic relinquit' sed illic
possidet'. In hac possessione qui fuerit dicit: Portio mea dñs. Nō dicit, portio mea ab
illis usq; ad illos porrecta & diffusa terminos. Nō dicit, portio mea inter illos uici
nos, nisi forte inter apostolos, inter pphetas, inter sanctos dei, hæc est em̄ iusta por
Psal.131. tio. Nō dicit portio in pratis, nō in syluis, nō in cāpis, nisi forte in cāpis syluæ, in qbus
Psal.32. inuenit' ecclesia, de qua scriptū est: Inuenimus eā in cāpis syluæ. Nō dicit, portio mea
greges equorū. Mendax enim equus ad salutē. Nō dicit, portio mea armēta boum,
asini, oues, nisi forte inter illa enumerat armēta quæ agnoscūt possessorē suū, & in il
la asina uult cōsortiū habere quæ nō refugit præsepe Christi. Et illa ouis sibi portio
est, quæ ad imolandū ducta est, & ille agnus corā tondente sine uoce qui nō aperuit
os suū, cuius in humilitate iudiciū exaltatū est. Bene ait corā tondēte, qui superflua nō
ppria in illa deposuit cruce, qui corpus exuit, nō diuinitatē amisit. Nō quicūq; ergo
dicit, Portio mea dñs. Non auarus dicit, quia uenit auaricia, & dicit, Mea portio es,
ego te subditū habui, mihi seruisti, mihi te in illo aureo uendidisti, mihi te in illa pos
sessione adiudicasti. Nō dicit luxuriosus, portio mea Christus, quia uenit luxuria &
dicit: Mea portio es, ego te in illo mihi mācipaui cōuiuio, in illis epularū reatibus, ego
te addictū teneo gulæ & uuæ chirographo, An ignoras quia carius fuit mēsæ tuæ q̄
uitæ preciū? Tuo te iudicio reuinco, nega si potes, sed nō negare potes. Deniq; nihil
ad uitā reseruasti, totū ad mensam expēdisti. Nō potest dicere adulter, portio mea
dñs, quia uenit libido & dicit: Ego sum tibi portio, mihi te in illius adolescētulæ ad
dixisti

A dixisti amore, in illius nocte meretricis in meas leges in mea iura migrasti. Nō dicit
pditor, portio mea Christus, quia statim irruit in eū nequicia mali & dicit: Fallit te
dñe Iesu meus iste. Habemus exemplū, quia cū Iudas panē à Christo accepisset, im Iohan.13.
misit se in cor eius diabolus quasi possessionē suā uendicās, quasi portionis suæ ius
retinēs, quasi dicēs: Nō est tuus iste sed meus, meus certe minister, tuus pditor, meus
planè iste est: deniq; tecū recūbit & mihi seruit, tecū epulat' & mecū pascit'. A te panē
accepit, à me pecuniā. Tecū bibit, & mihi tuū sanguinē uendit. Quā uera diceret pro
bauit. Deniq; Christus recessit ab eo, ipse quoq; Iudas reliquit Iesum, sequit' diabo
lum. Quā multos dños habet qui unū refugerit. Sed nos nō refugiamus. Quis refu
giat eū quē sequunt' alligati uinculis, sed uinculis uoluntarijs quæ soluūt nō alligāt,
quibus uincti uinculis gloriant' dicētes: Paulus uinctus Iesu Christi & Timotheus: Ad Philemo.
Glorioſius ab hoc stringimur q̄ ab alijs absoluimur & relaxamur. Quis igit' fugiat
pacē? quis fugiat salutē? quis fugiat misericordiā? quis fugiat redemptionē? Videtis
filij quales euaserint qui hæc secuti sunt, quō operent' defuncti. Quarū uirtutum lau
dem miramur, earū studeamus adipisci industriā: & quas prædicamus in alijs, eas in
nobis taciti recognoscamus. Nihil molliculū, nihil infractum ad laudē peruenit. Re Matth.11.
gnū cœlorū cogitur, & cogētes diripiunt illud. Festinātes patres agnū manducabāt.
Festina est fides, salutis deuotio spes impigra cōtradictiones animi nō amat, sed tra
ductionē ab infructuoso ocio ad fructū laborū. Quid in crastinū differs? Potes &
hodiernū diem lucrari, Cauendū est enim ne & illū non teneas, & hunc amittas. Nō
exiguū detrimentū est uel horæ unius, & una hora totius uitæ portio est. Sunt iuue
B nes qui cito uolūt ad senectutē peruenire, ne subiaceāt diutius seniorū arbitrio. Sunt
etiā senes qui uelint si possint ad iuuētutē redire. Quorū studiū neutrū probo, quia
iuuenes fastidioſi præsentiū quasi ingrati mutationē uiuendi requirūt, senes dilatio
nem, cū possit & iuuenta senescere moribus, & senectus uirere operibus. Neq; enim
emendationē morū magis ætas affert q̄ disciplina. Quanto ergo magis nos opor
tet spem attollere ad regnū dei, uitæ ubi nouitas, ubi gratiæ erit non ætatis cōmuta
tio. Nō ocio, non somno merces paratur. Nullū opus dormientis est, nullus fructus
ocij, immo magis dispendiū. Ocioſus Esau amisit primatus benedictionē, quia ma
luit cibū accipere q̄ quærere. Laborioſus Iacob apud utrūq; parentē inuenit gratiā.
Et tamen cum supior esset Iacob uirtute & gratia, cessit fratris indignationi qui sibi
prælatū fratrē iunioré dolebat. Ideo scriptū est, Date locū iræ, ne alterius indignatio
te quoq; in peccatū trahat, dū uis resistere, dum uis uitidicari. Potes & ab illo & à te
remouere culpā, si cedendū putes. Imitare patriarchā qui de cōsilio matris lōginqua
petijt. Et matris cuius? Rebeccæ utiq;, hoc est, patiētiæ. Cuius enim nisi patiētiæ hoc
cōsiliū esse poterat? Amabat mater cōtra affectū pij amoris dimitti filiū. Maluit em̄
sibi eū exulare q̄ deo. Et quia bona mater, utriq; detulit, iuniori filio benedictionē
quā cōseruare poterat. Nō enim filiū filio, sed impigrū ocioso prætulit, fidelē infido.
Sed etiā filio ipsi seniori nō parū cōtulit amando minorē filiū ne parricidiū faceret.
Itaq; quoniā ob pietatē non ppter improbitatē exulabat à parētibus, loquebat' cū
deo, augebat' censu, liberis, gratia. Neq; his tamē elat⁹ est, cū fratri occurreret, sed hu
miliat⁹ adorauit, nō utiq; illū imitē, illū furibundū, illū degenerē, sedeū quē in fratre
cōsiderabat, ideoq; adorauit septies nūero scilicet remissioīs, qa nō hoiem adorabat,
sed deū, quē in carne hois esse uenturū præuidebat spiritu, ut tolleret peccata mūdi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Quod tibi ex Petri responsione aperiē mysteriū,dicente eo:Si peccauerit in me fra-
Matthæ8. ter meus,quotiēs remittā ei? Vsq; septies? Vides quoniā peccatorū remissio, typus
erat illius magni sabbati,illius quietis ꝓpetuæ gratiæ, & ideo contēplatione donaē.
Sed quid sibi uult, q; & uxores,& filios, & oēs dispoſuit ſuos, & præcepit ut & ipſi
adorarent sup terrā? Non utiq; ut elementū quod plerūq; repleē sanguine, in quo
officina est scelerum,aut uastis plerūq; horret cautibus, aut præruptis rupibus,aut
sterili & ieiuno solo,sed ut carnē præsidio nobis futurā. Et fortasse hoc illud est my-
steriū quod edocuit dñs dicēs:Nō solū septies sed & septuagies septies. Et uos igiē
donate iniurias uestras, ut sitis filij Iacob. Nolite exasperari sicut Esau. Imitamini
Psal.108. sanctū Dauid,q tanq; bonus magister reliqt nobis qd imitaremur,dicēs,Pro eo ut
diligerēt me,detrahebāt mihi,ego aūt orabā:& cū maledicereē orabat. Bonū scutū
oratio,qua cōtumelia excluditur,maledictū repelliē,& in ipsos qui maledixerūt, fre
quēter retorqueē,ut suo telo uulnerētur.Maledicēt,inquit,& tu benedices.Ambien-
Heb.13. da hoim maledictio, quæ acquirit dñicam benedictionē. Quod supest charissimi,
cōsiderate q; Iesus extra portā passus est,& uos egredimini de hac terrena ciuitate,
Phil.3. quia ciuitas uestra superior est Hierusalē,ibi cōuersamini,ut dicatis, Nostra aūt con
uersatio in cœlis est. Ideo Iesus exiuit de ciuitate,ut uos exeūtes de hoc mūdo supra
mundū sitis.Moyses solus qui deū uidebat,extra castra habebat tabernaculū,quan
do loquebaē cum deo:& hostiarū quæ pro peccato fiebāt, sanguis quidē altaribus
inferebaē,quia nemo intra mundi huius uitia positus peccatū deponit,nec sanguis
eius acceptus est deo,nisi de corporis huius exeat inquinamēto.Hospitalitatē diligi
D te,per quā sanctus Abraam inuenit gratiā. Hospitio suscipere filiū Sara meruit et
fœta iam senectute.Loth quoq; Sodomitani excidij euasit ignē,& tu potes suscipe
angelos,si aduenientibus hospitiū tuū offeras. Quid de Raab dicā quæ hoc munere
inuenit salutē? Cōpatimini ijs qui alligati tenenē uinculis,tanq; simul alligati.Cōso
Eccle.7. lamini in luctu positos. Melius est em ire in domū luctus q; in domū gaudij. Illinc
officij meritū boni,hinc uiciū lapsus referē.Postremo illinc mercedē speras,hic rece-
pisti.Sentite laborātibus tanq; simul laborātes.Mulier uiro deferat non seruiat,re-
gendā se præbeat,nō coercēdā.Indigna est cōiugio quæ digna est iurgio. Vir quoq;
uxorē tanq; gubernator dirigat,tanq; cōsortē uitæ honoret, participet ut cohæredi
gratiæ.Matres ablactate filios,diligite eos,& orate pro ijs ut longæui sup terrā sint,
nō in terra sed sup terrā.Nihil enim longæuū in hac terra,& qd est diu,breue est &
magis lubricū.Monete eos ut magis crucē dñi tollant q; hanc uitā diligant. Maria
mater dñi ante crucē filij stabat.Nullus me hoc docuit,nisi sanctus Ioānes euange-
lista.Mundū alij cōcussum in passione dñi,conscripserūt,cœlū tenebris obductū,re
fugisse solē,in paradisū latronē,sed post piā cōfessionē:receptū,Iohānes docuit qd
alij non docuerūt,quēadmodū in cruce positus matrē appellauerit. Pluris putaē q;
uictor suppliciorū pietatis officia matri exhibeat, q; q; regnū cœleste donabat uitæ
æternæ.Nā si religiosū est q; latroni donaē uenia, multo uberioris pietatis est q; à
filio mater tāto affectu honoraē.Ecce inquit filiꝰ tuus,Ecce mater tua, Testabaē de
cruce Christꝰ,& inter matrē atq; discipulū diuidebat pietatis officia. Condebat dñs
nō solū publicū sed etiā domesticū testamentū, & hoc eius testamentū signabat Io
hānes,dignus tanto testatore testis.Bonū testamentū nō pecunia sed uitæ æternæ,
Psa.44. qd nō atramento scriptū est,sed spiritu dei uiui,qui ait,Lingua mea calamus scribæ

uelociter

A uelociter scribentis.Sed Maria nec minor quàm matrē Christi decebat fugientibus
apostolis ante crucem stabat, & pijs spectabat oculis filij uulnera,quia expectabat
non pignoris mortē sed mundi salutem.Aut fortasse quia cognouerat per filij mor
tem mundi redemptionē aula regalis,etiā sua morte putabat se aliquid publico ad-
dituram muneri.Sed Iesus nō egebat adiutore ad redemptionē omniū, qui omnes
sine adiutore seruauit. Vnde & dicit: Factus sum sicut homo sine adiutorio , inter Psal.87.
mortuos liber.Suscepit quidē affectum parentis,sed non quæsiuit alterius auxiliū.
Hanc imitamini matres sanctæ quæ in unico filio dilectissimo tantū maternæ uirtu
tis exemplū ædidit.Neq; enim uos dulciores liberos habetis, neq; illud uirgo quæ-
rebat solatiū,q; alium posset generare filiū.Domini seruis imperate quasi cōditione 1.Petri.2.
subditis,sed ita ut naturæ eiusdē cuius uos estis,cōsortes esse eos memineritis.Serui
quoq; dominis seruite cū uoluntate.Etenim unusquisq; quod natus est,patiēter de
bet suscipere,nec solū bonis sed etiā asperioribus obedire dñis.Nam quæ est uestræ
seruitutis gratia,si bonis seruiatis sedulo? Sed si etiā asperos promercamini.Nam li
beri quoq; nullā habēt mercedē,si peccātes puniātur à iudicibus, sed illa merces est,
si etiā non peccantes. Et uos ergo contēplatione dñi Iesu etiā si difficilibus seruiatis
dñis cum patientia,mercedem habebitis.Siquidē ipse dñs iustus ab iniustis passus
est,& patientia mirabili peccata nostra suæ affixit cruci,ut qui illum imitatus fuerit,
peccata sua sanguine suo diluat. Ad summā conuertimini omnes ad dñm Iesum.
Sit in uobis uitæ huius delectatio in bona cōscientia, patientia mortis cum spe im-
mortalitatis,cōfirmatio resurrectionis cum Christi gratia,ueritas cū simplicitate,fi-
B des cū cōfidentia,abstinētia cū sanctitate,industria cū sobrietate,cōuersatio cū mo-
destia,eruditio sine uanitate,sobrietas doctrinæ fidelis sine hæresis temulentia.

Diui Ambrosij ad episcopos per Æmiliam constitutos,eos de celebri-tate paschali instruentis,Epistola.LXXXIII.

DOMINIS fratribus dilectissimis episcopis per Æmiliā cōstitutis,Ambros-ius episcopus.Nō mediocris esse sapientiæ diē celebritatis definire pascha-lis,& scriptura diuina nos instruit & traditio maiorū.Qui cōuenientes ad synodū Nicenam inter illa fidei ut uera ita admiranda decreta,etiā super celebritate memorata,cōgregatis peritissimis calculandi,decē & nouē annorū collegere rationē & quasi quendā cōstituere circulū,ex quo exemplū in annos reliquos gigneret.Hūc circulū Ennea decaterida nuncupauerūt,sequentes illud,q; nō debeamus uana qua-dam opinione super celebritate huiusmodi fluctuare , sed uera ratione cōperta ita omniū cōcurrat affectio,ut una nocte ubiq; sacrificiū pro resurrectione dñi defera tur.Dñi fratres dilectissimi eo usq; à uero nos deuiare nō cōuenit,nec uago ingenio discrepare, ut quædā necessitas celebritatis huius omnibus sit imposita Christianis. Quandoquidē ipse dñs eum elegit diē quo pascha celebraret, qui cum obseruantiæ ueræ ratione cōcurrit. Scriptū est enim, Venit autē dies,in qua necesse erat pascha Luce,22. immolari,& misit Petrū & Iohannē dicens:Euntes ite parate nobis pascha,ut man ducemus. At illi dixerunt, Vbi uis paremus? Et dixit ad illos,Ecce introeūntibus uo bis in ciuitatem occurret homo amphoram aquæ portās, sequimini eum in domū in quam intrat,& dicetis patrifamiliās:Dicit tibi magister, Vbi est diuersorium,ubi pascha cum discipulis manducē? Ipse uobis ostēdet in superioribus locū magnū,ibi parate. Aduertimus igitur quod nō ad terrena descendere sed in superioribus locū

magnū

Universidad de Deusto
Biblioteca

C magnũ ſtratum quærere debeamus, ut domini paſcha celebremus. Abluere etiam
ſenſus noſtros quadam ſpirituali aqua fontis æterni, & deuotæ celebritatis tenere
menſurã, nec opinione uulgari dies quoſdam explorare lunares, cum Apoſtolus di
Gal.4. cat: Dies obſeruatis & menſes & tẽpora & annos, timeo ne ſine cauſa laborauerim
in uobis. Nam incipit eſſe contrariũ. Sed aliud eſt obſeruare gentilitio more, ut qua
luna quid adoriendum ſit iudices, utputa quintã eſſe fugiendam, nihilq; ea incho
andum. Varios quoq; curſus lunæ obeundis negotijs cõmendare, uel cauere quoſ
dam dies, quẽadmodũ pleriq; poſteros dies uel Ægyptiacos declinare conſuerunt.
Aliud eſt enim obſeruantiã religioſæ mẽtis intendere in eum diem de quo ſcriptũ
Pſal. 117. eſt: Hic eſt dies quem fecit dominus. Nam & ſi ſcriptũ ſit q; paſcha domini quarto
Exo.12. decimo die menſis primi celebrari debeat, & uere quartãdecimã lunam ad celebran
dum dñicæ ſeriem paſſionis inquirere debeamus, tamen ex hoc poſſumus intellige
re, quod ad huiuſmodi ſolennitatem, uel eccleſiæ perfectio, uel claræ fidei plenitudo
Pſal.88. quæratur, ſicut dixit ꝓpheta cum loqueretur de filio dei: Quia ſedes eius ſicut ſol in
cõſpẽctu meo, & ſicut luna pfecta in æternũ manebit. Inde eſt quod ipſe dominus
cum opera in terris miranda feciſſet, quaſi iam fundata humanarũ mentium fide,
Iohan.17. tẽpus paſſionis eſſe memorauit dicens: Pater uenit hora, clarifica filium tuũ, ut filius
tuus clarificet te. Hanc enim celebrandæ paſſionis claritudinem quæſitã, alibi docet
Luc.13. dicens: Ite dicite illi uulpi: Ecce eijcio dæmonia hodie, & cras ſanitates perficio, & ſe
quenti conſũmor die. His utiq; conſũmatur Ieſus qui incipiunt eſſe perfecti, ut ple
nitudinem diuinitatis & redemptionis eius, fide ſua credãt. Ergo & diem & horam
D exquirimus, ut ſcriptura nos inſtruit. Propheta etiam Dauid dicit: Tempus faciẽdi
domine, petens accipere ſenſum ad cognoſcẽda domini teſtimonia. Eccleſiaſtes ait,
Hierc.8. Omni rei tempus. Hieremias clamat: Turtur & hirundo, agri paſſeres agnouerunt
tempora introitus ſui. Quid autem euidentius quàm de paſſione domini dictum
Eſa.1. uideri, Agnouit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui? Agnoſcamus
ergo hoc præſepe domini, in quo alimur, paſcimur & reficimur. Hoc igitur tempus
præcipue ſcire debemus, quo per uniuerſum orbem conſona ſacræ noctis funda
2.Cor.6. tur oratio, quia & tempore cõmendantur preces, ſicut ſcriptum eſt, Tempore acce
pto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Hoc eſt tempus de quo Apoſtolus dixit,
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Vnde neceſſe fuit quia etiam
poſt Ægyptiorum ſupputationes & Alexandrinæ eccleſiæ definitionem, Epiſcopi
quoq; Romanæ eccleſiæ per literas pleriq; meam adhuc expectant ſententiã, quid
exiſtimem ſcribere de die paſchæ. Nam licet futuri diei paſchæ inciderit quæſtio,
tamen etiam in reliquũ quid tenendũ uideatur aperimus, ſi qua quæſtio talis incur
rerit. Duo autem ſunt obſeruãda in ſolennitate paſchæ, quartadecima luna, & pri
mus mẽſis qui dicitur nouorũ. Itaq; ne à ueteri teſtamẽto uideamur diſcedere, ipſũ
Exo.12. de paſchæ celebrandæ die capitulũ recenſeamus. Monet Moyſes populũ dicens
Iohan.1. cuſtodiendũ menſem nouorũ, eum primũ eſſe menſem prædicans. Ait enim, Hic
menſis uobis principiũ menſiũ, primus in menſibus anni, & facies paſcha dño deo
tuo quartadecima die mẽſis primi. Lex nẽpe per Moyſen data eſt, gratia aũt & ue
Matth.5. ritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Ipſe ergo qui legẽ locut⁹ eſt, poſtea ueniẽs per uir
ginẽ nouiſſimis tẽporibus, plenitudinẽ legis cõſũmauit, qa uenit nõ legẽ ſoluere ſed
implere, & celebrauit paſcha hebdomadæ in qua fuit quartadecima luna, quinta fe
ria.

A ria. Dehiq; ipſa die (ſicut ſuperiora docent) paſcha cum diſcipulis manducauit. Se
quẽti autem die, hoc eſt, ſexta feria, crucifixus eſt, luna quintadecima. Sabbato quo
que magno illo ſextadecima fuit. Ac per hoc ſeptimadecima luna reſurrexit à mor
tuis. Vnde hæc lex paſchæ nobis ſeruanda eſt, ut non quartãdecimam obſeruemus
in die reſurrectionis, ſed in die magis paſſionis aut certe alijs proximis ſuperioribus
diebus. Quia reſurrectionis celebritas die dñica celebratur: dñica autem ieiunare nõ
poſſumus, quia Manicheos etiã ob iſtius diei ieiunia iure dãnamus. Hoc eſt enim in
reſurrectionẽ Chriſti nõ credere, ſi legẽ quis ieiunij die reſurrectionis indicat, cum lex
dicat paſcha edendum cũm amaritudine, hoc eſt, cum dolore, quod tanto ſacrilegio
hominum, auctor ſalutis ſit interemptus. Die autem dominica exultãdum prophe Pſal. 117.
ta docet dicens, Hic eſt dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Ergo
nõ ſolum paſſionis diem ſed etiam reſurrectionis obſeruari oportet à nobis, ut ha
beamus & amaritudinis & læticiæ diẽ, illa ieiunemus, iſto reficiamur. Vnde ſi incide
rit ſicut futurum eſt proxime, quartadecima luna menſis primi die dominica, quia
neq; dominica ieiunare debemus, neq; tertiadecima luna die ſabbati incidente ieiu
niũ ſoluere, quod maxime die paſſionis eſt exhibẽdũ, in altera hebdomada celebri
tas paſchæ eſt differenda. Siquidẽ ſequitur quintadecima luna qua paſſus eſt Chri
ſtus, & erit ſecũda feria, tertia quoq; feria erit ſextadecima luna, qua domini caro in
ſepulchro quieuit, cum quarta etiam feria ſeptimadecima luna futura ſit, qua domi
nus reſurrexit. Cũ igitur triduũ illud ſacrum in hebdomadam ꝓxime concurrat ul
timã, intra qd' triduum & paſſus eſt & quieuit & reſurrexit, de quo triduo ait: Solui Iohan. 2.
B te hoc templũ, & in triduo reſuſcitabo illud, quid nobis poteſt moleſtiã dubitatiõis
afferre? Nã ſi ea res ſcrupulũ mouet, qa quartadecima luna nõ celebram⁹ ipm diẽ
uel paſſionis uel reſurrectionis, ipſe dominus nõ quartadecima luna paſſus eſt ſed
quintadecima, & ſeptimadecima reſurrexit. Quod ſi mouet qa quartãdecimã lunã
tranſeũtes, quæ die dominica incidit, hoc eſt, quartodecimo Kalẽdas Maij, ſequenti
dominica inſtaurandã celebritatẽ ſuademus, autoritas extat huiuſmodi. Nã tẽporĩ
bus paulo ſuperioribus cum incidiſſet quartadecima luna menſis primi in domini
cã diẽ, ſequenti altera dominica celebrata ſolennitas eſt. Octogeſimo autem anno
& nonageſimo tertio, ex die imperij Diocletiani: cũ quartadecima luna eſſet nono
Kalendas Aprilis, nos celebrauimus paſcha pridie Kalendas Aprilis. Alexandrini
quoq; & Ægyptij ut ipſi ſcripſerũt, cum incidiſſet quartadecima luna & uigeſimo &
octauo die Pharmutij mẽſis, celebrauerũt paſcha quinta die Pharmutij mẽſis quæ
eſt pridie Kalendas Aprilis, ac ſic cõuenere nobiſcum. Rurſus nonageſimo & tertio
anno à die imperij Diocletiani, cum incidiſſet quartadecima luna in quartũdecimũ
diẽ Pharmutij menſis, quæ eſt quinto iduſ Aprilis quæ erat dominica die: celebratũ
eſt paſcha dñica Pharmutij uigeſimo & primo die qui fuit ſecundũ nos quintodeci
mo Kalendas Maij. Vnde cum & ratio ſit & exemplũ, nihil ſuper hoc mouere nos
debet. Nunc illud eſt, qd' enodandũ uidetur, quia pleriq; putant ſecundo mẽſe nos
celebraturos paſcha, cũ ſcriptũ ſit: Cuſtodi primũ mẽſem nouorũ, qd' nõ pót incide
re, ut præter menſem nouorũ paſcha celebrent: niſi qui quartãdecimã ita obſeruãt
ſecundũ litterã, ut nõ alio, niſi ipſo celebrẽt die. Deniq; in futurũ Iudæi duodecimo,
nõ primo mẽſe celebraturi ſunt paſcha, hoc eſt, tertio Kalẽdas Aprilis ſecundũ nos:
ſecundũ Ægyptios autẽ uigeſimoquarto die Phamenoth menſis, qui eſt nõ prim⁹
menſis

Universidad de Deusto
Biblioteca

C mensis sed duodecimus, & incipit sexto Kalendas Aprilis, & finitur septimo Kalendas Maij. Ergo secundum Ægyptios primo mense celebraturi sumus dominicam paschæ, hoc est, septimo Kalendas Maij, qui est dies trigesimus Pharmutij mẽsis. Nec absurdũ arbitror ut inde obseruãdi mẽsis trahamus exẽplũ, ubi primũ pascha celebratũ est. Vñ & maiores nostri in tractatu cõcilij Niceni, eũ diẽ endecateride, siquis diligenter intendat, statuendũ putarunt, & ipm mẽsem nouorum recte custodierunt, quia in Ægypto hoc primo mense noua fecãtur frumẽta. Hic autẽ mẽsis & primus est secundũ Ægyptiorũ prouentus, & primus secũdum legẽ, & octauus est secũdũ consuetudinẽ nostrã. Indictio em̃ Septembri mense incipit. Octauo igitur mẽse Kalendæ Aprilis sunt. Incipit autẽ mensis nõ secundũ uulgarẽ usum sed secũdũ cõsuetudinẽ peritorũ ab æquinoctio qui dies est duodecimo Kalendas Aprilis, & finitur undecimo Kalẽdas Maij. Inde maxime intra hos triginta & unũ dies sæpe celebrati paschæ dies. Sed cum ante biennium celebrauerimus paschæ dominicam undecimo Kalẽdas Maij, hoc est, trigesimo die mensis secundũ nostrã scilicet calculationẽ, moueri nõ debemus si & proxime trigesimo die Pharmutij mensis celebraturi sumus paschæ dominicã. Verum si quis mẽsem secũdum inde existimat, quia post triduum completi mensis qui compleri uidetur, undecimo Kalẽdas Maij, paschæ dominica erit, illud consideret, quia quartadecima luna quæ quæritur quartodecimo Kalẽdas Maij erit, hoc est intra præscriptum mensis numerum. Lex autẽ diem passionis exigit intra primum nouorũ debere celebrari. Satisfactum est igitẽ secundum plenitudinem lunæ, cui ad complendum mensem supersunt tres alij dies

D Nõ ergo in alterum mensem recidit, quando intra eundẽ mensem qui primus est, pascha celebrabitur. Ad literam autem nos teneri non oportere (licet consuetudo celebrandi paschæ ipsa nos instruat) tamen & Apostolus docet qui ait: Pascha no-
1.Cor.4 strũ immolatus est Christus. Sed & proposita lectio docet literã non consequẽdam. Sic enim habes, & facies pascha domino deo tuo quartodecimo die mensis primi. Diem pro luna dicit. Vnde peritissimi quoq; secundum legem lunari cursu computant mẽsem, & ideo cum à pluribus nonis lunæ cursus incipiat, hoc est, dies primus, uides nonas Maij adhuc ad mensem primum nouorum computari posse. Ergo & iuxta legis sententiam primus hic mensis est. Deniq; menem lunam uocant Græci, unde menas Græce dicunt menses, & naturalis usus nationũ exterarum, lunam pro diebus appellat. Alium autem diem passionis, alium resurrectionis celebrandum, ueteris quoq; testamenti series ostendit. Sic em̃ habes: Agnus sine macula mundes cõsummatus añiculus masculus erit uobis, ab ouibus & hœdis sumetis, & erit uobis in obseruatione usq; in quartamdecimã mensis huius, & occidetis illũ tota multitudo synagogæ filiorũ Israël ad uesperũ, & sumẽt de sanguine eius, & ponẽt super duos postes, & super limẽ ostij domus, in quibus manducabunt eũ inter senmetipos: mãducabũt carnẽ hãc noctu igni assã. Et infra: Et edetis illũ cũ solicitudine pascha. Pascha est em̃ domini, & pertransibo in terrã ægyptiorũ in nocte illa, & percutiam omne primitiuũ in Aegypto ab homine usq; ad pecus. & in omni terra Aegypti faciam uindictam, ego dominus. Et erit uobis sanguis in signo in domibus, in quibus eritis ibi, & uidebo sanguinẽ, & protegam uos, & non erit in uobis plaga exterminij. Et conteram terram Aegypti. & erit dies hic uobis memorabilis & solennis, & diem festum agetis eum domino in progenies uestras, legitimum sempiternum, di

em

A em festum agetis illum. Aduertimus & passionis diem descriptum in ieiunio, quia ad uesperum occidendus est agnus, licet ultimum tempus pro uespere possimus accipere: secundum Iohannem qui ait: Pueri nouissima hora est. Sed & iuxta mysterium uespere diei conflat occisum, quando tenebræ statim factæ sunt, & ieiunium deferendum eo die uerum est, quia ita edetis illum cum solicitudine. Ieiunantibus enim sollicitudo adhæret. Resurrectiõis autem die exultatio refectionis est atq; lætitiæ, quo die uidetur exisse populus ex Ægypto primitiuis Ægyptiorum necatis, quod posteriora euidentius docent, quibus ait scriptura: Quia postq; fecerunt Iudæi pascha, sicut præcepit Moyses, factum est circa mediam noctem, & dñs percussit omnem primitiuum in terra Ægypti à primitiuo Pharaonis. Et uocauit Pharao Moysen & Aaron nocte, & dixit illis: Surgite & exite de populo meo, & uos & filij Israël ite & seruite dño deo uestro. Et urgebant Ægyptij populum festinantes q; celerrime expellere. Deniq; sic profecti sunt Israëlitæ, ut non occurreret sibi azyma fermentare. Eiecerunt enim eos Ægyptij, & non potuerunt sustinere, apparatum sibi fecerant in uia. Reseratum est igitur diem resurrectionis obseruandum post dies passionis. Qui dies resurrectionis nõ quartadecima luna debet esset sed postea, ut uetus loquitur testamentum, quia dies resurrectionis is, cum egrediens populus de Ægypto in mari & in nube baptizatus, ut Apostolus dicit, mortem uicit, panẽ spiritualem accipiens, & potũ de petra hauriens spiritualem. Nec passionem dñi die dominica posse celebrari, etiam si quartadecima luna in dñicam inciderit, adiungendam hebdomadẽ alteram, sicut & septuagesimo sexto anno die imperij Diocletiani factum est. Nam tunc uigesimo octauo die Pharmutij mensis qui est septimo
B kalendas Maij, dominicam paschæ celebrauimus, sine ulla dubitatione maiorum. Simul etiam lunæ cursus & ratio suffragatur, qm̃ uigesimaprima luna proximum pascha celebrandum est. Nam usq; ad uigesimã primã lunam cõsueuit extendi. Ergo cum tot ueritatis indicia concurrãt, iuxta maiorum exempla festum publicæ salutis læti exultãtesq; celebremus, postes nostros ubi est ostiũ uerbi quod sibi Apostolus optat aperiri, fide passionis dominicæ colorantes. De hoc ostio dicit etiã David: Pone dñe custodiam ori meo, & ostium circuitus labijs meis, ut nihil aliud ni- Psal.140.
si sanguinem Christi loquamur, quo mortẽ uicimus, quo redempti sumus. Fragret in nobis odor Christi. Ipsum audiamus, in illum & mentis & corporis oculos dirigamus, opera eius mirantes, beneficia prædicantes, super limen ostij nostri sacræ redemptionis confessio resplendeat. Sumamus feruenti spiritu sacramentum in azymis synceritatis & ueritatis, pia doctrina gloriam patris & filij & spiritus maiestatem indiuiduam concinentes.

Diui Ambrosij ad sacram uirginem Demetriadem, magnis præconijs ueram humilitatem exaltantis, aduersantemq; illi superbiam digna uituperatione confundentis, ac per hoc ipsam ad elationem cauendam & præsidio synceræ humilitatis armandam persuadentis. Epistola. LXXXIIII.

AMBROSIVS episcopus sacræ uirgini Demetriadi. Cum splendidissimæ sanctimoniæ tuæ sublime propositum super humilitatis fundamenta consistere pie & sapiẽter intelligis, in hoc usq; ò sacra uirgo Demetrias dignationẽ tuæ dignitatis inclinas, ut prouectiones tuas etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

D meo ſtilo exigas adiuuari. Quod ego ad tenuitatem facultatis meæ reſpiciens om
nibus modis recuſarem, neq; tam maturo & erudito animo cohortatiunculas me/
as adhibere præſumerem, niſi fiduciam efficiendi id quod iubetur, à iubente conci-
perem, & tuis meritis atq; orationibus confiderem eſſe præſtandum, ut oriatur in
deſerto aqua, & fiant in ſicca terra flumina. Vnde collaborandum tibi mecum eſt,
ut qui ſapientiam præſtat paruulis, & linguas mutorũ facit diſertas, iubeat de cor/
dis mei ariditate profluere, quod ſitis tua digne poſſit haurire. Quæ ergo materia
ſtilo dabitur, & unde loquendi tecum cauſa ſumetur? Si laudes tuas ſcribere aggre
diar, & maiorum ſeriem quæ per te multum illuſtratur, euoluam, oneroſum me for
te & impudentem uideri poſſe arbitror, qui uel humanæ tibi gloriæ tentationem
adulando ingeram, uel tuis ac tuorum prædicationibus ingenium meum par eſſe
præſumam. Si uero de commendando uirginitatis bono differam, ſuperflua erit
eius nunc propoſiti inſinuatio, quod tu à primo ætatis tuæ flore ſine humanis co/
hortationibus elegiſti, & de quo inter ipſa principia multi qui tunc in eccleſia præ/
minebant, merito non ſiluerunt. Valde enim mirabile erat, & inter præcipua diui/
næ gratiæ exempla numerandum, quod uirgo Anicia ſuper omnes faſtigium tra/
hens beatæ nobilitatis æuecta, de cuius fœcunditate auis atq; atauis reſponſura po
ſteritas, & familiæ uotis expectabatur & patriæ, conuerſo repente animo deſiderio
cœleſtium nuptiarum declinaſti mortale coniugium. Et ut omnem proſapiam tu/
am etiam huius uirtutis titulo conſecrares, primam ſtirpis tuæ perpetuam & uirgi
nẽ filio uirginis ſpopondiſti. Illam ergo ætatem tuam & illa principia rationabili/
C ter doctiſſimi uiri ſuis adhortationibus incitarunt. Et licet plantationi ſuæ ſummus
agricola ualida ad profectum tuum incrementa præberet, cooperatores tamen gra
tiæ dei opportune piam adhibuere culturam, ut germen tenerum fortitudinis ro/
bur acciperet, & dignos generoſitate ſua fructus propoſiti tui arbor afferret. No/
ſtris autem paginis quid erit loci, & poſt ornatiſſima ſcripta excellentium magiſtro
rum quid utilitatis in eo quem indicere dignata ex ſermone reperies, niſi forte quia
& illorum in doctrinis & tuis ſtudijs ad ſublimiores gradus uirtutum conſuetudo
proficit, cauendam te elationis admoneam, & humilitatis tibi ſynceritatem fida ſug
geſtione commendem, ut in omnibus actionibus, in quibus tibi es bene conſcia,
nunquam audeas eſſe ſecura. De hoc igitur cõgruentiſſimo tibi & ſaluberrimo bo/
no quod dominus donauerit diſſeramus, ut inſpectioni noſtræ non tantum uiſibi/
lia eius, ſed etiam occulta referentur. Eſt enim multiplex uirtutis iſtius qualitas, & li
cet in exterioribus quoq; pulchra ſit, in intimis tamen ſuis multo eſt ſpecioſior mul
Pſal.118 toq; luculẽtior, ubi nihil obſcurum, nihil turbidum, nihil eſt inquietum. Quia pax
multa diligentibus legem dei, & non eſt illis ſcandalum. Acceſſuri autem ad beatæ
humilitatis intuitum, omnem illam obiectionem, quæ ignauos & inconſtantes ani
mos deprimit repellamus. Nec generale nomen ita nos à iudicio diſcretionis exclu
dat, ut omnes quoquo modo humiles putemus eſſe laudabiles. Imitatur quidem
plerunq; neceſſitas uoluntatem, & ab imagine modeſtiæ parum differt forma ſe/
gniciæ. ſed aliud eſt quod grauat, aliud quod exercet, nec in eundem finem uenit la
bor indedinabilis miſeriæ, & expetitæ fortitudo patientiæ. Vnum eſt paupertatis
uocabulum, ſed non una mens pauperum. Quia nõ idem eſt gaudere bene expen/
ſis diuitijs, quod aut gemere de nõ acquiſitis aut dolere de perditis. Timoris etiam
quo

A quo deus metuitur, nulla eſt in appellatione diſtinctio. Sed aliud eſt timere quia
peccaueris, aliud timere ne pecces. Et ibi eſt formido de ſupplicio, hic ſollicitudo de
præmio. Ob hoc enim de illo ſeruili metu dicitur, quia perfecta charitas foras mit/ 1.Ioan.4.
tit timorem. De hoc uero liberali: Timor domini ſanctus manens in ſeculum ſe/ Pſal.18.
culi. Remota itaq; illa ſpecie humilitatis quæ tota ſine fructu eſt, uoluntarios tan/
tum pendamus affectus. Qui etiam ſi in gradibus meritorum inueniuntur impa/
res, non ſunt tamen ab ipſa uirtute diſcordes. Prima ergo humilitatis ratio in com
munis uitæ uerſatur officijs, quibus & diuina clementia conciliatur, & ſocietas hu/
mana connectitur. Multum enim ad roborandum dilectionem ualet, cum ſecun/
dum doctrinam Apoſtolicam inuicem ſe homines honore præueniunt, & alter al/
terum ſuperiorem exiſtimantes, amant ſeruire ſubiecti, & neſciunt tumere prælati:
cum & pauper diuitem non ſibi dubitat anteferre, & diues pauperem ſibi gaudeat
æquare, cum & ſublimes non ſuperbiunt de claritate proſapiæ, & pauperes non ex/
tolluntur de cõmunione naturæ. Cum deniq; non plus tribuitur magnis opibus q̃
bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorum potentia, q̃ rectorum in/
honora iuſticia. Ab hoc æquo & modeſto iure concordiæ, in quo nullum eſt de gra
du ſuperiore certamen, nec felicitas aut inflat propria, aut urit aliena, pulchre & mi/
rabiliter à pleriſq; proficitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & ſe extra oẽm
conſtituit dignitatem, & mauult apta eſſe iniurijs accipiendis q̃ idonea repellẽdis.
Vt impleatur quod ait dñs: Qui uult tecum iudicio contendere, & tunicam tuã tol/ Matt.5.
lere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit mille paſſus, uade cum illo &
B alia duo. Illud quod Apoſtolus docet dicens: Quare non magis iniuriam accipitis? 1.Cor.6.
quare non magis fraudem patimini? Tales enim multum ad imitationẽ ipſius do
mini noſtri & ſaluatoris accedunt, qui cum diues eſſet, pauper factus eſt: & cum ma 2.Cor.8.
lediceretur non maledicebat, & percutiẽti ſe non cõminabatur: & quoniam dixerat: 1.Pet.2.
diligite inimicos ueſtros, benefacite ijs qui uos oderunt, ut huiuſmodi beneuolentiã
cõfirmaret exemplo, ipſe pro ijs à quibus crucifigebatur orabat. Qui ergo fideliter
& ſcienter intelligunt quo opere ſaluati, & quo precio ſint redempti, nolunt de mun
di huius ſapientibus, nolũt eſſe de fortibus, quoniã ſicut ait Apoſtolus: Quæ ſtulta 1.Cor.1.
ſunt mundi elegit deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit deus, ut cõ/
fundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus: & quæ non ſunt, ut
ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu eius, id eſt, ut ne/
mo ſe placere deo per mũdi ſapientiam putet, quæ tota carnalis eſt, & à uera ſapien
tia cum omni ſua uanitate deſtruitur. Dominus enim nouit cogitatiões ſapientiũ, Pſal.93.
quoniam uanæ ſunt. Cum itaq; diſcipuli ueritatis humanam gloriam fugiunt, & à
temporalium amore deſciſcunt, ut quæ dei ſunt ſapiant, non quæ hominum: profi/
ciunt ſenſibus non deficiunt: neq; uigorem cordis amittunt, ſed excellentiſſimæ in/
telligentiæ lumen accipiunt, uiuentes quidem in hoc mũdo, ſed omnes mundi ſtre
pitus relinquentes, ut redimant tempus quia dies mali ſunt. Quo autẽ precio quies
huius temporis aptius comparatur, q̃ ut ipſi mundo omnes diuitiæ, omnes digni/
tates, & uniuerſarum cupiditatum materiæ refundantur, & ſancto beatoq; cõmer
cio emat Chriſtiana libertas, fiantq; filij dei de paupertate diuites, de patientia for
tes, de humilitate ſublimes? Non enim ut dilectores huius ſeculi putãt, parui cordis
aut ſegnis eſt animi terrenas opes ſpernere, honores occiduos faſtidire, nec ibi glo/
riam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C riam quærere,ubi laudatur peccator in desiderijs animæ suæ,& qui iniqua gerit be-
nedicitur.Vnde si uere intelligatur, contẽptus iste rerum præsentium ad quæ ten-
dat,& qualia concupiscat,nihil huiusmodi mentibus rectius, nihil inuenietur ele-
ctius,quæ sacratissimis desiderijs uniuersa transcendunt, neq; ad ullam creaturam
quamuis potentem atq; mirabilem,sed ad ipsum omnium uisibilium & inuisibili-
um ambiũt creatorem,cui appropinquare clarescere est,quem timere gaudere est,
cui seruire regnare est.Sed hæc uirtus quæ temporalis copiæ & patientiæ negligens
ad uitam æternã angusta & ardua mittitur,non debet uoluntarios pauperes in cõ-
sortium Christianæ humilitatis admittere,eos autẽ à societate boni huius exclude-
re,qui ampla prædia,magnifica patrimonia,& multas in hoc seculo possidẽt facul-
tates,cum in populo dei multi semper qui diuitijs bene uterẽtur extiterint, nec ullo
modo uel dici uel cogitari liceat quod Abraam & Isaac & Iacob quorũ se esse deũ,
dominus protestatus est, ideo uera humilitate caruerint,quia pauperes nõ fuerũt.
Aut quod uir sacratissimus Melchisedech,domini & saluatoris nostri præferẽs for
mam,non fuerit perfecte humilis,quia & sacerdotio eminebat & regno.Vel q; bea
Iob.2. to Iob de quo deus pronunciat dicens: Nunquid considerasti seruum meum Iob,
quod non sit ei similis in terra,homo simplex & rectus,& timens deum,& recedens
à malo,ideo uirtus ista defuerit,quia erant(sicut scriptum est)in possessione eius se-
ptem milia ouium,& tria milia camelorũ,quingenta quoq; iuga boum, & quingen
tæ asinæ,ac familia multa nimis.Eratq; uir ille magnus inter oẽs orientales. Quasi
tunc istius gratiæ particeps factus est,quando omnibus facultatibus perditis, uni-
D uersa quoq; familia filijsq; priuatus, & percussus uulnere pessimo à planta pedis
usq; ad uerticem capitis,testa saniem radebat,sedens in stercore,ad imaginem ela-
tionis postmodum reuocatus est,quando corporis incolumitate renouata, septem
rursus filiorum triumq; filiarum factus est pater,& duplo in uniuersam substantiã
est ditatus augmento.Absit autem ab animis fidelium tam irreligiosa persuasio,ut
cuiquã sanctorum,quibus deus & diuitias est largitus & honores, ad capiendum
ueræ humilitatis meritum credatur,uel opulentia offuisse uel dignitas, cum eis ad
huius uirtutis prouectum utraq; profuerint.Quamuis enim tota uita hominis ten
tatio sit super terram,& tam abundantia q̃ inopia materia soleãt esse peccati,cum
uel diues extollitur ad superbiam,uel pauper prosilit ad querelam,extiterunt tamẽ
in omni tempore,& in nostra quoq; ætate non desunt,sicut & boni pauperes,ita &
1.Tim.6 boni diuites.Nec frustra beatus Apostolus Paulus Timotheum admonet dicens:
Diuitibus huius seculi præcipe,non superbe sapere,neq; sperare in incerto diuitia-
rum,sed in deo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum,bene agere,diuites
fieri in operibus bonis,facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamen-
tum bonum in futurum,ut apprehendant ueram uitam. Quod utiq; fieri in uni-
uersa ecclesia quæ per totum mundũ est diffusa,non dubium est, & pauperes Chri
sti non eorum tantum facultatibus sustineri , qui ut expeditiores dominum seque
rentur,simul se omnibus suis opibus exuerunt: sed eidem operi etiam illorum sub
stantias deseruire, qui possessionibus suis non aliter quàm rebus pauperum præ-
sint, ut ecclesiasticæ utilitati sub quadam procuratione famulentur, elaborantes sin
guli pro suarum uirium portione,ut ad uictum atq; uestitum familiæ dei necessa-
ria conferantur,& simul prospicientes ut in domibus ipsorum sub iusto sanctoq; modera-

A moderamine omnes & benignitas foueat, & disciplina contineat, Dicente Aposto
lo:Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem nega
uit,& est infideli deterior.Cum itaq; ecclesia dei quæ est corpus Christi,ita sit mul-
timoda uarietate contexta,ut in unum decorem etiam quæ non sunt paria,concur-
rant,& de omni genere hominum & de omni gradu officiorum,de omni mensura
operum,de omni qualitate uirtutum fiat totius ædificationis inseparabilis conne-
xio,& indifferens pulchritudo,nec desit soliditati quod non defuerit portioni, tan-
taq; ibi sit pax,tantaq; cõcordia,ut non possit esse nisi omnium quod est etiã sin
gulorum,indubitanter apparet copulatricem quandam esse uirtutem, qua sibi con
fœderatur & concinit multiplex sanctorum unitas, & speciosa diuersitas. Hæc au-
tem uirtus uera humilitas est quæ inter quoslibet meritorum gradus nunquam sui
potest esse dissimilis.Nam & in officiorum uicissitudine & in mansuetudinis lenita
te,& in uoluntariæ paupertatis electione,inuenitur multa distantia, & alter altero
in propositi sui deuotione aut maior aut minor est.In uera autem humilitate,nihil
diuisum nihilq; non solidum est,& ideo omnes participes suos unum facit,quia in
æqualitatem ipsa non recipit.Huius igitur boni proprietas in confessione est gra-
tiæ dei, quæ tota repellitur,nisi tota suscipitur.Sicut enim alienus est à numero fide
lium & à sorte sanctorum,qui in aliquo à catholica ueritate dissentit: ita extra gra-
tiam efficitur qui aliquid de eius plenitudine diffitetur.Quasi homo auxilio dei in
quadam actionum suarum parte egeat,in quadam autem parte non egeat,sitq; ul
lum tẽpus ullumue momentũ quo pernitiosum illi esse non possit,si ab eo spiritus
B sanctus defuerit.Qui utiq; secundum ueræ deitatis essentiam,ubiq; totus est,& o-
mnia comprehendit,sed ab illis modo quodam intelligitur recedere, quos destite-
rit gubernare.Cessatio quippe auxilij eius pro absentia accipitur,quam sibi insanis-
sime utilem putat, qui in ijs quæ recte gesserit,se magis quàm deum gaudet opera-
tum.Plene ergo & ueraciter confitenda est gratia dei,de cuius hoc primum munere
est,ut auxilium ipsius sentiatur.Propter quod dicit Apostolus:Nos autem non spi 1.Cor.2.
ritum mundi accepimus,sed spiritum qui ex deo est,ut sciamus quæ à deo donata
sunt nobis.Vnde si quis est qui aliqua se habere existimat bona,quorum non deus
largitor sit,sed ipse sibi autor existat,manifestum est hunc non dei spiritum habere
sed mundi,& de illa secularis sapiẽtiæ tumere doctrina,de qua dicit dominus:Per-
dam sapientiam sapientium,& prudentiam prudẽtium reprobabo. Vbi sapiens?
ubi scriba?ubi conquisitor huius seculi?nónne stultam fecit deus sapientiam huius
mundi?secundum quam (sicut ait Apostolus)quidam cũ cognouissent deum,non Rom.1.
sicut deum glorificauerunt,aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus
suis,& obscuratum est cor insipiens eorum,dicentes enim se esse sapientes, stulti fa-
cti sunt.Vides ne qualis superbis retributio debeatur, & quali mercede repleãtur,
qui si quo modo ad cognitionem ueritatis accesserint,suæ hoc sapientiæ tribuunt,
& de naturali ingenio gloriantur,tanquam deum non dei munere,sed proprij intel
lectus facultate cognouerint?Omnia quidem elementa mundi & uniuersæ creatu-
rarum naturæ,hoc ipsa sui exigunt specie,ut inuisibilia dei per ea quæ facta sunt,
intellecta conspiciantur,& in pulchritudine cœli & terræ quædam sunt paginæ ad
omnium oculos semper patentes,& autorem suum nunquam tacentes,quarũ pro-
testatio doctrinam imitatur magistrorũ,& eloquia scripturarũ. Sed quid illud est

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo corporeorum sensuum exteriora pulsantur in agro cordis cui impeditur ista cultura, nec radicē potest figere, nec germen emittere, nisi ille summus & uerus agricola potentiam sui operis adhibuerit, & ad uitalem profectum ea quæ sunt plantata, perduxerit. Siue enim contemplatio creaturarum, siue sacrorum series uoluminum, siue scientia differentium, syncero & assiduo testimonio prædicet ueritatem, neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Inter omnes igitur lapsus hominum, inter omnia commissa peccantium, nulla est grauior quàm superborum ruina, maxime cum ipsa elatio in dei tēdit iniuriam. Nam aliter inflantur qui cupiditate extollentiæ singularis omnibus appetunt anteferri, aliter uero intumescunt qui dei auxilium refutantes quæ fieri sine ipsius opere non possunt, ex sua perfici uirtute contendunt, & spēm suam à domino auferunt, atq; ad se transferunt, ut adimpleatur in eis quod scriptum est: Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & à domino discedit cor eius. Hæc superbia à diabolo sumpsit exordium, qui quoniam sua quam à creatore acceperat, potentia & dignitate sibi placuit, secq; autoris sui gloriæ comparauit, cum ijs angelis quos in consensū impietatis suæ traxerat, à cœlesti sublimitate deiectus est. Et ideo primis hominibus nocere potuit, quia illis male credulis per mendacia uenenata persuasit, ut meliores se futuros putarent, si in libertate sui arbitrij proslirent, quàm si in legis datæ custodia permanerēt. Siue itaq; in lapsu diaboli, siue in præuaricatione hominis, initium peccati superbia est, quæ congruenter & auaricia nominatur, quia utraq; appellatio eum significat appetitum, qui & suam mensuram concupiscat excedere, & non dignetur dines esse nisi proprijs, tanquam habeat hoc simile deo, ut bonorum suorum ipse sibi fons, ipse sibi sit copia. Hæc autem elatio de peruerso usu donorum dei nascitur. Nam si conditor naturarum nulla pulchra, nulla sublimia naturis rationabilibus contulisset, unde se extollerent non haberent. Nemo enim de ijs quæ non accepit superbit, nec inflari quisquam de eo potest quod à participatione eius alienū est. Nunq; gloriatur de sobrietate temulēta neq; de beneuolentia inuidus, aut de lenitate sæuus, uèl de castitate extollitur impudicus. Ipsa se à uirtutibus uitia secernunt, & cum in peccatis agitur, nō insita per naturam, sed ex mala uoluntate concepta, & propria diliguntur, quia sicut scriptū est: Mēdax de proprio loquitur. Cum autem in bonis & rectis actibus laudabilis uita ducitur, dei est quod geritur, dei est quod amatur. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Vnde quia inter uitia aut nulla est, aut rara iactantia, & facile spernitur qui de opprobrio gloriatur, malum superbiæ maxime uirtutibus est cauēdum, quia nullis opportunius insidiatur q̄ quibus laus iusta debetur. Cum ergo per ineffabilem misericordiam dei captiuis libertas, perditis salus, mortuis uita reparatur, cum in sacramento crucis & resurrectionis Christi ad nouitatem redit uetustas, & ad innocentiam regeneratur impietas, antiquus hostis malignus fremit & acrius inardescit: & cum innumeris nocendi artibus humanum genus nitatur euertere, serēs discordias, incitans iras, acuens cupiditates, suadens turpia, falsa commentans, & errorum laqueos per opinionum commenta multiplicans, plus uritur de uirtute stantium quàm lætetur de fragilitate labentium. Multi enim seruientes deo, & in lege eius die ac nocte meditantes, crucifixerunt carnem suam cū desiderijs & concupiscentijs, omniumq; illecebrarum

A brarum incentiua domuerunt, non damnis uicti, non persecutionibus fracti, non prosperitatibus deprauati, mundū istum nec dilexere obsequentem, nec timuere terrentem. Tantam itaq; firmitatem, & tam sublime propositum qua impugnatione diabolus posset adoriri, nisi ut quibus nō potuerat persuadere uitiorum amorem, immitteret laudis cupiditatem, & inde nouissima instrueretur tentatio, unde nocuit prima deceptio? Nō itaq; desidiosis & tepidis, neq; inertibus & incultis, sed magis quibusdam animis sedulis & bonorū actuum probitate luculentis, per gloriam irrepsit humanam, & quos impulsione non mouit, elatione deiecit. Quanto enim clariores erant meritis, tanto eos aptiores suis inuenit insidijs. In paradiso nanq; ecclesiæ constitutos & uirtutum delitijs abundantes ad confidentiam liberi incitauit arbitrij, ut profectus suos in se constituerent, & ad arborem propriæ uoluntatis manū præsumptionis extenderent. Restiterunt quidem huic impietati recta innumerabilia corda sanctorum, & non solum docti quiq; pontifices, uerumetiam uniuersales ecclesiæ plebes apostolicæ sedis exemplo insaniam noui dogmatis horruerunt: sed inuenerunt quosdam uiperina consilia quibus doctrinæ suæ uirus infunderent, & quorū linguam per dolos falsæ rationis armarent. Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulenta laudatio, & illæsæ per omnes homines originalis defensio dignitatis. Hinc Adæ peccatum exemplo posteris asserebatur nocuisse non transitu, & quàm illi possibile fuerat non uiolare mandatum, tam liberum esse unicuiq; declinare delictum. Hinc euacuatio baptismatis paruulorum, qui sola adoptione donari, nullo autem reatu dicerentur absolui. Hinc postremo diuinæ gratiæ simulata & insyncera

B confessio, quæ secundum merita daretur, non ex qua merita nascerentur, quā partem superbæ prædicationis quidam sibi cum cætera abnuerent seruauerūt. Sed hoc eos aut nimis imperite aut ualde nequiter fecisse non dubium est, ut omnium hominum generalem ruinam meritorum priuilegio subleuarent: & cum inter nostros originalis peccati uulnera faterentur, inter suos tamen hoc tenere ostenderent, quod primorum hominum præuaricatio solis imitatoribus offuisset. Naturalem autem facultatem nihil sui in alieno amisisse peccato, cui possibile esset & liberum per uoluntariam deuotionem promereri gratiæ largitatem. Verum istam damnati dogmatis portionem catholicæ mentes facile intelligunt, & merito detestantur. Dicente *Matth.9.* enim domino Iesu, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores, conuincuntur isti in superbia etiam sine uoce clamare, sani sumus, opus medico non habemus. Quæ nobis expectanda sunt præsidia de ope gratiæ, quibus suppetunt uires de incolumitate naturæ? Non autem fru *Iohan.1.* stra Iohannes protestatur & dicit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Nec frustra scriptum est: Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius unius diei uita *Iob.25.* est super terram. Et quis poterit facere mundum de immundo conceptum semine, *Iob.14.* nónne tu qui solus es? Propter quod sicut nunc in ecclesia manet constitutio salua- *Iohan.3.* toris dicentis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnum cœlorum: Ita sacratissime erat in lege præcautum, ut natus puer, nisi die circumcideretur octauo, exterminaretur anima eius de populo suo, nullum in hæreditate Israël habitura consortium. Quæ omnia & multo plura documenta non tanta cura sacris paginis spiritussanctus inseruisset, si talis esset natura in filijs Adam, qualis in ipso est principaliter instituta. Sed quia filius dei uenit ut solueret

Universidad de Deusto
Biblioteca

C opera diaboli,& ut quæreret ac ſaluaret quod perierat,Manifeſtū eſt oēs in Adam damnationi obnoxios eſſe naſcendo,niſi in Chriſto liberati fuerint renaſcēdo. Vn de uigilanter nobis conſiderandum eſt,in ipſo regenerationis munere quid gerat; Quamuis enim ad unum concurrant oēs eiuſdem myſterij portiones, aliud tamen eſt quod uiſibiliter agitur,aliud quod inuiſibiliter celebratur. Nec idem eſt in ſacramento forma quod uirtus,cum forma cum humani miniſterij adhibeat obſequio, uirtus aūt per diuini operis præſtetur effectum. Ad cuius utiq; potentiā referendū eſt,quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior,& fit noua creatura de ueteri,uaſa iræ in uaſa miſericordiæ tranſferunt,& in corpus Chriſti conuertitur caro
Ioan.1. peccati. De impijs iuſti,de captiuis liberi,de filijs hominū fiunt filij dei. Qui non ex ſanguinibus,neq; ex uoluntate uiri,neq; ex uoluntate carnis, ſed ex deo nati ſunt.
Rom.8. Quod quia indubitanter accipimus,ueriſſimū eſt q̄d Apoſtolus docet dicens: Qui cunq; enim ſpiritu dei aguntur,ij filij ſunt dei. Vnde uideāt cuius ſe haberi filios uelint,qui definierint,oēs homines uolūtate propria regi. Cum idem Apoſtolus proteſtetur,& dicat: Qui ſpm̄ Chriſti non habet,hic non eſt eius. Refutata igitur ſuperborum impia uanitate quibus in peccatum etiam illa quæ in eis uidētur laudanda, uertuntur, nos illam humilitatem cui uirtus & gloria dei eſt eligamus,ſcientes pro
Pſal.88 phetam Dauid eeciniſſe de ſanctis: Dñe in lumine uultus tui ambulabunt,& in nomine tuo exultabūt tota die,& in tua iuſticia exaltabunt, quoniam gloria uirtutis
Pſal.67 eorum tu es. Qui & alibi pijſſime confitet dominum in ſanctis ſuis eſſe laudandū dicens: Mirabilis deus in ſanctis ſuis, deus Iſraël ipſe dabit uirtutem & fortitudine
Hierc.9 plebi ſuæ. Huic etiam Hieremias concordat & dicit: Hæc dicit dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua,& non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & ſcire quia ego ſum dominus. Ipſe uero intellectus & ſcientia unde habeantur,pandunt Pro
Prou.2. uerbia Salomonis & dicunt: Quoniam dominus dat ſapiētiam,& à facie eius ſcientia & intellectus. Vnde in Eccleſiaſte libro ipſius legimus, quod & corda & opera iuſtorum in manu dei ſint,& tantum in ſtudijs ſuis proficiant,quātum eos ille prouexerit. Quantumcunq; inquit laborauerit homo ut quærat,nō inueniet. Et quodcunq; dilexerit ſapiens ut ſciat non poteſt inuenire, quia uniuerſum hoc uidit cor meum,quia iuſti & ſapientes & operationes eorū in manu dei. Tale eſt quod Apoſtolus prædicat dicens: Omne uerbum bonum,& omne opus ſanctum donum eſt
1.Cor.12. ſpirituſſancti,ſine quo nihil recte agatur. Ideo inquit notū uobis facio quod nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu. Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones uero ſunt gratiarum,idem autem ſpūs, & diuiſiones miniſtrationum ſunt,idem autem dominus,& diuiſiones operationū ſunt: idē uero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Alij quidem per ſpūm datur ſermo ſapientiæ,alij aūt ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpm̄,alteri fides in eodem ſpū,alteri operatio uirtutū,alij prophetia,alij diſcretio ſpirituū,alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonū, hæc aūt omnia operatur unus atq; idem ſpūs diuidens ſingulis prout uult. Sunt & alia innumerabilia teſtimonia quæ ex paginis & noui & ueteris teſtamenti quadam conclamatione confirment hanc eſſe ueræ humilitatis excellentiſſimam dignitatem,ut oia quæ hominē faciunt Chriſtianum,ad diuinæ gratiæ donū referātur.

Sed

A Sed tantam multitudinem ſentētiarum in unum congerere,immodicum fuit, præſertim cum mihi ſermo eſſet ad ſanctimoniam tuam, cui ex formula eorum quæ cōmemorauimus,omnia ſe aut recordanti offerent,aut legenti,licet quædam etiam breuiſſima tantæ ſint plenitudinis tantæq; uirtutis, ut nullo aduerſantis ingenio poſſint in ſenſum alium detorqueri. Nam quæ contradictio admitti poteſt, in eo quod ipſa ueritas diſcipulis ſuis per Euangelium Iohannis dixiſſe narratur? Sicut palmes,inquit,non poteſt facere fructum niſi manſerit in uite, ſic nec uos niſi in me manſeritis. Ego ſum uitis,uos palmites. Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum, quia ſine me nihil poteſtis facere. Nonne conuincitur palmes elatus quod omni fertilitate uacuatur,ſi uitis ubertate non alitur? Quis enim ſine auxilio gratiæ fructum poteſt afferre iuſticiæ? Aūt quis audet dicere ſe à Chriſto non diuidi,qui Chriſtum in ſe diffitetur operari? An forte uerendum eſt ne liberum tollere uideamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur deus, ad ipſum dicimus eſſe referenda? Quod nequaquam eſſe conſequens ueritatis oſtenditur. Operante enim ſpiritu dei iuuatur arbitrium non aufertur,& hoc agit gratia,ut uoluntas peccato corrupta,uanitatibus ebria,ſeductionibus circumſepta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus ſuis, ſed per opem miſerentis medici curata reualeſcat, & gaudeat ſe non interrogantem edoctam, & non quærentem eſſe quæſitam. Quia impletur quotidie quod Eſaias propheta prædixit. Quibus non eſt annunciatum de eo uidebunt,& qui non audierunt intelligent. Quomodo autem hoc fiat, Iohannes apoſtolus docet dicēs: Scimus quia ex deo ſumus,& mundus totus in maligno
B poſitus eſt. Et ſcimus quoniā filius dei uenit,& dedit nobis ſenſum,ut cognoſcamus uerum deū,& ſimus in uero filio eius. Quod utiq; nunc eadē potētia dominus indeſinenter operatur qui ait: Ecce ego uobiſcū ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Vt ergo miſericordiā dei quæramus, dei miſericordia eſt qui ait: Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericordiā præſtitero. Vnde mire per Hieremiā idem dominus manifeſtat quod dei gratiā nemo præueniat merito ſuo, Sed propter dilectionē qua deus diligit, etiam auerſos ad miſericordiā trahi. Dilectione,inquit,æterna dilexi te,propterea traxi te ad miſerationē, quia ædificabo te,& ædificaberis uirgo Iſrael. Cui ſententiæ Iohannes quoq; apoſtolus congruit dicens: Non quaſi nos dilexerimus deū,ſed quoniam ipſe dilexit nos. Et infra. Nos ergo diligamus,quoniā deus prior dilexit nos. Paulus quoq; apoſtolus in eadem eſt ſententia dicens in epiſtola ad Timotheū ſecunda, Collabora euangelio ſecundū uirtutem dei qui nos liberauit, & uocauit uocatione ſancta, nō ſecundū opera noſtra,ſed ſecundū ꝓpoſitū ſuū & gratiā quæ data eſt nobis ante tēpora æterna. Ad Titū etiam ſcribens docet,nullo bono hominis merito dei gratiā præueniri. Eramus inquit & nos inſipientes aliquādo, increduli,errantes,ſeruiētes deſiderijs & uoluptatibus uarijs in malicia & inuidia agētes,odibiles,odiētes inuicem. Cum aūt benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri, non ex operibus iuſticiæ quæ fecimus nos,ſed ſecūdū ſuā miſericordiā,ſaluos nos fecit,per lauacrū regenerationis ſpirituſſancti,quē effudit abunde in nos per Ieſum Chriſtū ſaluatorē noſtrū,ut iuſtificati gratia ipſius,hæredes ſimus ſecundū ſpem uitæ æternæ. Omnis igitur illuminatarū mentiū pius motus alienari quidē nō poteſt à ꝓpria hōis uoluntate, ſiquidē nihil recte faciet niſi qd' uolēs egerit: ſed ut ad id qd' æquū & utile eſt,animi tēdat intentio

Iohan.15. Matth.28. Exo.33. Rom.9. Hiere.31. 1. Iohan.4. 2. Tim.1. Titum.2. Eſa.52. 1.Iohan.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tentio,de illius æternæ & incommutabilis uoluntatis inſpiratione concipitur. Et ſi/
cut arte medici fit in oculis caligantibus,ut poſſint uidere quod non uident nec ta/
men non ipſorum eſt uiſio quam medicina contulerit,ita in cordibus tardis & he/
betibus,per ſpiritumſanctum acies obducta tergitur,& de uero lumine tenebroſæ
iam & deficientes lucernæ lumen accipiunt,nec tamen niſi ipſarum erit quicquid ſul
Luc.12. goris acceperint. Vnde dicit dominus: Ignem ueni mittere in terram,& quid uolo
niſi ut ardeat. Et idem iubet: Lucernæ noſtræ ſint ſemper ardentes,ut ſcilicet ſuper/
no igne accenſus animus non tepeſcat,ſed ſtudeat ſemper ardere,ac ſi uigorem eius
aliqua turbarit aduerſitas,unde cœpit inflammari,inde poſcat igniri. Proinde quia
manifeſtiſſime,& prophetica, & euangelica. & Apoſtolica doctrina, nec ſuperbos
nos uult eſſe,nec deſides, cooperatores nos eſſe oportet gratiæ dei, ut illam excitan
tem iuuantem,locupletantem,& quotidie prouehentem,uigilanter & ſobrie ſubſe
quamur,nunquam ceſſantes ab actione gratiarum: quia inter ſecunda uitæ iſtius
& aduerſa,quibus gemina ſemper tentatione pulſamur,ſi proficimus inde alimur,
ſi ſtamus inde ſubſiſtimus,ſi recidimus inde reparamur. Dicit enim ſpiritus per pro
Pſal.36. phetam Dauid: A domino greſſus hominis dirigentur,& uiam eius uolet. Cum
ceciderit non collidetur,quia dominus ſupponit manum ſuam. Non itaq; fruſtra
præcipitur,ut boni ſimus,cum dicitur: Declina à malo & fac bonũ. Sed nec fruſtra
Hiere.32 per Hieremiam dicit dominus: Timorem meum dabo in cor eorũ, & uiſitabo eos
ut bonos eos faciam. Nec ſuperflua erat præceptio Pauli Apoſtoli ad Romanos
Rom.12. dicentis: Noli uinci à malo,ſed uince in bono malum. Cum Corinthijs dicat: Ora/
2.Cor.13. mus autem ad deum,ut nihil mali faciatis. In omnibus enim monitis dei atq; man
D datis una eademq; ratio eſt,& diuinæ gratiæ & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud
unquam datur præceptum,niſi ut quæratur præcipientis auxilium. Voces enim do
centium & literæ paginarum quæ ad eruditionem audientium uel legentium deo
ſeruiunt,non carent eius uirtute cui ſeruiunt:& quando id quod iubetur,ab obedi/
ente perficitur,tunc effectus diuini operis declaratur. Vigilant autem tentatoris in
ſidiæ,ut ubi proficit deuotio,ſubrepat elatio,& ut homo de bono opere in ſe potius
Phil.2 q; in domino glorietur. Sed ſollicitudo nos Apoſtoli contra hoc periculum monet
dicẽs: Cum timore & tremore ueſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui ope/
ratur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Quanto ergo excellentius in
mandatis dei quiq; proficiunt, tanto maiores habent cauſas formidinis & tremo/
ris,ne de ipſis probitatis augmẽtis mens ſibi bene conſcia,& laudis auida,in ſuper
biæ rapiatur exceſſus,& fiat immunda uanitate,dum ſibi uidetur clara uirtute. Sed
1.Petri.4 contra hoc periculum quid beatus Petrus in prima epiſtola prædicet audiamus. Si
quis inquit loquitur, tanquam ſermones dei, ſi quis miniſtrat tanquam ex uirtu/
te quam adminiſtrat deus,ut in omnibus honorificetur deus per Ieſum Chriſtum
2.Pet.1 cui eſt gloria & imperium in ſecula. Item idem in epiſtola ſecũda: Gratia inquit uo
bis adimpleatur in recognitione domini noſtri Ieſu Chriſti,qui nunc omnia nobis
diuina uirtute ſua quæ ad uitam & pietatem pertinent,donauit per agnitionem ſu
am,qui uocauit nos propria gloriæ uirtute,per quã maxima nobis & preciosa pro/
miſſa donauit,ut per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ,fugiẽtes eius quæ in
mundo eſt,concupiſcentiæ corruptionem. Si ergõ omnia quæ ad uitam & pietatẽ
pertinẽt, deus nobis diuina ſua uirtute donauit, nihil magis fugiendum eſt q; ap/
petitus

A petitus huius concupiſcentiæ,quæ uirtutem negat diuini operis,amore propriæ di/
gnitatis. Et cum aliæ cupiditates ea tantum bona quibus aduerſantur imminuant,
hæc dum omnia ad ſe trahit,ſimul uniuerſa corrumpit. Cum itaq; totius ſuperbiæ
generale nomen odioſum ſit,ſiue illa de honore ſuo ſeu de nobilitate, uel de immo
dicis opibus intumeſcat,hæc pars ipſius omnibus tentationibus nocentior inueni/
tur,quæ uidetur ijs quas perditas cupit,amica eſſe uirtutibus. Sed quia ſublimiora
quæq; grauius corruunt,gaudet princeps ſuperbiæ eos quos potuerit ſua impulſio
ne proſternere,ad celſiora creuiſſe. Huic autem malo firmiſſimum bonum humili/
tatis occurrit. Quam ideo diximus ueram,quia omnium uirtutum inexpugnabilis
fortitudo,& quædam ſuorum eſt uita membrorum. Diſcernimus enim illam ab ijs
officijs quæ poteſt etiam cum mundi ſapientibus habere cõmunia,& in eo proprie
tatem ipſius definimus,quod per omnia deo ſubditur. Nec poteſt quicquã de me/
ritis ſuis perdere,quorum cauſas atq; prouectus non in ſe ſed in ſuo autore conſti/
tuit. Dignum quippe eſt ut imago dei deo ſplendeat,& inde pulchra, inde ſit cõpta
dicens: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui dñe. Alioquin adultera eſt,& à di/ Pſal.4
uino aliena coniugio, ſi alterius cuiuſq; decorem in ſpeculo ſui cordis oſtentat, aut
ullis alijs monilibus acquieſcit ornari,niſi illis quæ de theſauris ſponſi per ſanctiſpi
ritus pignus accepit. Si autem quælibet anima Chriſtiana huius debet continẽtiæ
ſoliditate muniri,quia omnes nuptiale ſacramentum in quocunq; uocationis ſuæ
ordine ſuſceperunt,quantomagis perſonæ tuæ dignitas præſidio huius uirtutis ar/
manda eſt,cui de opulentiſſimis gratiæ dei donis tam multiplex ſe ingerit materia
B gloriandi. Quamuis enim communis tibi ſit cum multarum uirginum puritate uir/
ginitas,non tamen facile reperitur,quæ poſſit tibi magnificentia domus & ſplendo
re antiquiſſimæ familiæ comparari. De quibus ut nõ ſuperbias, nec tibi hoc ipſum
quod eis Chriſtum præpoſueris aſcribas,ipſa eſt uera humilitas,uera charitas,uera
uirginitas. Ab omni quippe contaminatione mens libera eſt, quæ ſiue in ſe ſiue in
proximo nihil diligit,niſi quod ex deo eſſe nouit. Nam amare aliquid quod non
ex opere & ſpiritu dei ſit,non eſt caſta dilectio, & ſufficit tentatori ſublimes & cla/
ras animas hac illuſione uiolaſſe, ut quas ad illicita non impulit, placẽdi ſibi ad ela
tionem deiecerit. De hac charitate ſine dubio Apoſtolus loquebatur & iſtius pro/ 1.Cor.13
prietatem ſubtiliſſimis diſcretionibus eliquabat dicẽs: Si linguis hominum loquar
& angelorum,charitatem autem non habeam, factus ſum uelut æs ſonãs aut cym
balum tinniens. Et ſi habuero prophetiam,& nouerim myſteria omnia,& omnem
ſcientiam,& habuero omnem fidem,ita ut montes tranſferam, charitatem autem
non habeam,nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omẽs facultates meas,
& ſi tradidero corpus meum ut ardeam,charitatem aũt nõ habuero,nihil mihi pro
deſt. In quarum definitionum formula multo laboraremus obſcurio, niſi ſequẽtia
demonſtrarent,quæ eſſet ſpecies iſtius charitatis,cui ſoli tot operum labores,tot uir
tutum merita non perirent. Eſto enim ut multiplex loquendi peritia quæ non ſolũ
ad oẽm humanæ facundiæ artẽ,ſed etiam ad angelici eloquij peruenerit facultatẽ,ſi
charitate careat, inutili æris ſono & tinnitui ſit comparabilis cymbalorum. Eſto ut
habens prophetiam,ſcientiam, habens fidem dæmonibus imperantẽ nihil ſit, q à
charitate ſit uacuus,ut etiã ille ab hac eſſe poſſit alienus q in alimoniã pauperũ ſuas
diſtribuerit facultates,uel q corpus ſuũ igne torrendum pro Chriſti cõfeſſione tra/
diderit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C diderit: incredibile uideret, nisi beatus Paulus hoc diceret, qui tamen cum eiusdem charitatis membra describeret, doceretq; qualis esset hæc uirtus sine qua nullæ possint prodesse uirtutes, Charitas inquit patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, & reliqua. Inflatio ergo & ambitio, & propriorum bonorum superba defensio possunt destruere eleemosynas, possunt euacuare martyria: si & magnas opes amore quis humanæ laudis effundat, & sæua supplicia non ea fortitudine quam deus tribuit, sed ea quam de se præsumpsit excipiat. Hoc est enim propria fiducia inflari, hoc uanam gloriam quibuslibet ambire dispendijs, hoc postremo est nolle habere quæ dei sunt, & ibi suum cõstituere meritum, ubi diuinum cessarit auxilium: hæc superbia omni peccato nocentior, omni genere est elationis insanior. A quibuslibet enim lapsibus delictorum facile surgitur, quãdo opem à reparatore suo poscit elisus. Huic autem ruinæ nihil subuenit, quia aut difficile peccatum suum superbus agnoscit, aut etiam si intellexerit, non currit ad medicum, sed de se sibi remediũ pollicetur, nec unquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina. Hunc autem corruptissimum pestilentiæ istius flatum spiritus ueræ humilitatis & ueræ charitatis excludit. In nullo enim hæ uirtutes ab inuicem diuiduntur, & ambarũ tam indiscreta connexio est, ut qui in una earum construitur, simul utraq; potiatur. Sicut enim pars charitatis est humilitas, ita pars humilitatis est charitas. Et si illa recolamus quæ sine bono charitatis infructuosa esse Apostolus definiuit, inueniemus eadem similem habere charitatem, si eis humilitas uera defuerit. Quem enim fructum habebit aut cum inflatione scientia, aut cum humana gloria fides, aut cum iactantia largitas, aut cum elatione martyrium? Vnde quia in districtione superbiæ & humilitas tendit & charitas, de utraq; habeatur dictum, quicquid de una est disputatũ.

D Superest nunc sacratissima dei uirgo ut sobrio castoq; iudicio sancti cordis tui arcam discutias, & aculeo totius elationis obtrito inuestiges in te atq; dinumeres quæ & qualia tibi sponsus tuus dona contulerit, quæ à me non oportuit recẽseri, ne aut plura contexerem aut pauciora percurrerem. Verecundiæ enim tuæ onerosa foret etiam uera laudatio, & ipse contra disputationem meam facerem, si cui ab humana gloria continentiam suasissem, ad eandem te tuis præconijs incitarem. Ipsa ergo aulam tuæ mentis ingredere, & in secretario purissimæ conscientiæ tuæ qualia tibi reposita sint ornamenta circunspice, & quicquid ibi splendidum, quicquid pulchrum preciosumq; repereris, diuini operis & muneris esse ne dubites. Ita ut in omnibus bonis opulentiæ tuæ & gratiam donatoris & ius proprietatis agnoscas. Accepisti enim quæ habes, & quicquid tibi diligẽtia tui laboris accreuit, per ipsum tibi est auctum, per quem fuerat inchoatum. Itaq; utendum tibi est ijs quæ largitus est deus, & ab eodem semper est petendum, ut donis eius fideliter & sciẽter utaris. Quid enim nobis boni potest esse sine ipso, quandoquidem etiam ut recte oremus, ex ipso est,
Rom.8. dicente Apostolo: Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quoniam secundum deum postulat pro sanctis. Et ne dubium esset de quo spiritu loqueretur, iam supra dixerat: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Itaq; ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quoniã sumus

A mus filij dei. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi, si tantum compatimur ut conglorificemur. Implet igitur spiritus sanctus organum suum, & tanquam fila chordarum tangit digitus dei corda sanctorũ: Qui ideo cum die pentecostes in apostolos plebemq; credentium sicut à domino fuerat promissus, influeret, in specie linguarum apparuit ignearum, & loquelis omnium nationum eos super quos insederat, fecit affari, ut dubium non esset, per ipsius inspirationem, utilem affectum, rationabilem sermonem, animis fideliũ ministrari. Sicut ipse dominus discipulis suis insinuauit, & dixit: Cum autẽ tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris qui loquitur in uobis. Quod nõ in solo magnarum tribulationum tempore credamus fieri, sed etiam in pace præstari. Audiamus Apostolum definientem q; ipsæ quoq; cogitationes nostræ nisi à deo nobis insitæ fuerint, rectæ esse non possint. Fiduciam inquit talem habemus per Christum ad deum, non q; sufficiẽtes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Vnde cum sanctorum animis ex deo sit ut illis meditatio iusta, petitio efficax, actio ex deo sit, in fide firmitas, in tribulatione patientia, in persecutione uictoria, magna est in uera humilitate felicitas, cui deus dilectio, deus sapientia, deus consiliũ, deus fortitudo est. Matth.10 2.Cor.3.

Nec dubie ista subiectio iam ex magna parte in illius futuræ beatitudinis est cõstituta consortio, ubi deus erit omnia in omnibus, Quod ideo in hac uita ad plenum non potest obtineri, quia nondum mortale nostrum induit immortalitatem, nec

B corruptio transijt in incorruptionem, caro adhuc contra spiritum, & contra carnẽ spiritus concupiscit. Nec inuenitur in ullo hominum tanta concordia, ut legi mẽtis lex quæ membris est insita, non repugnet. Propter quod ex omnium sanctorum persona accipitur quod Iohannes Apostolus ait: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Cum tamẽ idem ipse dicat: Qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est. Vtrumq; ergo uerũ est: quia & nemo sine peccato est, in eo quod nemo est sine lege peccati: & qui natus ex deo peccatum non facit, quia per legem mentis, id est, per charitatem quæ dei semen est, peccatum non facit. Charitas enim operit multitudinem peccatorum, & sine qua nullum prodest bonum, per quam deletur omne peccatum. Dum igitur corpus quod corrumpitur aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: non quidem obtinetur ut iam anima in omnibus deus sit, quia nullus est sine tentationis stimulo & sine mutabilitatis incerto. Sed quia omne datũ optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ, sine dubio inde habetur uirtutũ omnium portio, unde habebitur plenitudo: & tãto quisq; est beatior deoq; coniunctior, quanto plus in eo fuerit gratiæ diuinæ quàm actionis humanæ. Benedic itaq; domino in omni tempore, & laus eius in tuo ore sit semper. Anima autem tua non acquiescat nisi in domino laudari. Superbi quidem refragabuntur, sed mansueti hæc audient & lætabuntur. 1.Iohan.1. 1.Iohan.3 1.Petri.4. Sap.9. Iacobi.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C De inuentione corporum sanctorum Geruasij & Prothasij, diui Ambro-
sij episcopi ad sororem suam Epistola LXXXV

DOMINAE sorori uitæ atq; oculis præferendæ, Frater. Quia nihil san-
ctitatem tuam soleo eorum præterire quæ hic tuo gerantur absente, sci-
as etiam sanctos martyres à nobis repertos. Nam cum basilicam dedi
cassem, multi tãquam uno ore interpellare cœperant dicẽtes, Sic in Ro
mana basilica dedices. Respondi faciam, si martyrum reliquias inuenero. Statimq;
subijt ueluti cuiusdam ardor præsagij. Quid multa? Dominus gratiam dedit, for-
midantibus etiam clericis iussi eruderari terram eo loci qui est ante cancellos sancto-
rum Felicis atq; Naboris. Inueni signa conuenientia, adhibitis etiã quibus per nos
manus imponenda foret: sic sancti martyres imminere cœperunt, ut adhuc nobis si
lẽtibus arriperetur urna, & sterneretur prona ad locum sancti sepulchri. Inuenimus
miræ magnitudinis uiros duos, ut prisca ætas ferẽbat. Ossa omnia integra, sangui-
nis plurimum. Ingens concursus populi per totum illud biduum. Quid multa? Có-
diuimus integra, ad ordinem transtulimus, uespere iam incumbente ad basilicã Fau
stæ, ibi uigiliæ tota nocte, manus impositio. Sequenti die transtulimus ea in basi-
licam, quam appellant Ambrosianam. Dum transferimus, cæcus sanatus est. Ta-
lis mihi ad populum fuit sermo. Cum tam effusam, tamq; inauditam considera-
rem conuentus uestri celebritatem, & diuinæ gratiæ munera quæ in sanctis marty-
ribus refulserunt, imparem me, fateor, huic muneri iudicabam, nec fieri posse ut ser-
mone absoluerem, quod uix possimus animo intendere, oculis cõprehendere. Sed
ubi sanctarum legi cœpit series scripturarum, largitus est spiritus sanctus qui locu-
D tus est in prophetis, quo dignum aliquid tãto cœtu & expectatione uestra martyrũ
que sanctorũ meritis proferamus. Cœli enarrant inquit gloriam dei. Cum legitur
Psal. 8. hic psalmus, occurrit quod non tam elementa materialia quàm cœlestia merita dig
num deo præconium deferre uideantur. Hodierna tamen fortuita lectione patuit,
qui cœli enarrant gloriam dei. Aspicite ad dexteram meam, aspicite ad sinistram re-
liquias sacrosanctas, uidetis cœlestis conuersationis uiros spectãtes animi sublimis
trophæa. Isti sunt cœli qui enarrant gloriam dei, Hæc opera manuum eius que an-
nunciat firmamentum. Non enim eos secularis illecebra, sed diuini operis gratia ad
firmamentum sacratissimæ passionis euexit. Multoq; ante morum uirtutumq; do-
cumentis annunciauit in his martyrium, quod aduersus lubricum sæculi huius stabi
les permanserunt. Cœlum erat Paulus, qui ait, Nostra conuersatio in cœlis est. Cœ-
li erant Iacobus & Ioannes, deniq; filij tonitrui nuncupanᵗ, & ideo quasi cœlũ Ioan
nes uerbum apud deum uidit. Ipse dominus Iesus perpetui luminis erat cœlum, cum
Ioan. 1. enarraret dei gloriam, sed eam quam nemo ante conspexerat, Et ideo dixit, Deum
nemo uidit unquã, nisi unigenitus filius qui est in sinu patris enarrauit. Opera quo-
que manuum dei si quæris audi Iob dicentem, Spiritus diuinus qui fecit. Et ideo ad
uersus diaboli tẽtamenta firmatus inoffensæ uestigium constantiæ reseruauit. Sed
ueniamus ad reliqua. Dies inquit diei eructat uerbum. Ecce ueri dies quos nulla cali
go noctis interpolat. Ecce ueri dies pleni luminis & fulgoris æterni. Qui non perfun
ctorio sermone uerbum dei, sed intimo corde eructarunt, in confessione constantes
in martyrio perseuerantes. Alius psalmus lectus dicit, Quis sicut dominus deus no-
ster

A ster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra. Respexit sanè humilia
dominus, qui latentes sub ignobili cespite reliquias sanctorũ suæ ecclesiæ reuelauit,
quorum anima in cœlo, corpus in terra. Suscitans à terra inopem, & de stercore eri-
gens pauperem: Quos uidetis ut eos cũ principibus populi sui collocarit. Principes
populi, quos alios nisi sanctos martyres æstimare debemus, quorũ iam in nũerum,
diu ante ignorati, Prothasius Geruasiusq; proferuntur, qui sterilem martyribus
ecclesiã Mediolanensem, iam plurimorũ matrem filiorum, lætari passionis propriæ
fecerint & titulis & exemplis? Nec hoc abhorreat à uera fide: Dies diei eructat uer
bũ, anima animæ, uita uitæ, resurrectio resurrectiõi. Et nox nocti indicat sciẽtiã, hoc
est caro carni, quorum passio uerã fidei scientiam omnibus indicauit. Boniæ noctes,
noctes lucidæ quæ habent stellas. Sicut enim stella à stella differt in claritate, ita &
resurrectio mortuorum. Non immerito aũt plerique hanc martyrũ resurrectionem
appellant. Videro tamẽ utrum sibi an nobis certi martyres resurrexerunt. Cognoui
stis, imò uidistis ipsi multos à dæmonijs purgatos. Plurimos etiã ubi uestẽ sancto
rum manibus contigerunt, his quibus laborabant debilitatibus absolutos. Repara
ta uetusti corporis miracula quo se per aduentum domini Iesu gratia terris maior
infuderat, umbra quadam sanctorum corporum plerosq; sanatos cernitis. Quãta
oraria iactitantur? Quanta indumenta super reliquias sacratissimas ut tactu ipso
medicabilia reposcantur? Gaudent omnes extremã linea contingere, & qui conti-
gerit, saluus erit. Gratias tibi domine Iesu quod hoc tempore tales nobis sanctorũ
martyrum spiritus excitasti, quo ecclesia tua præsidia maiora desiderat. Cognoscãt
B omnes quales ego propugnatores requirã, qui propugnare possint, impugnare nõ
soleant. Hos ego acquisiui tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceãt.
Tales ego ambio defensores, tales milites habeo: Quorum quo maiora, eo tutio-
ra patrocinia sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi inuident opto præsidia. Veniãt
ergo & uideant stipatores meos, talibus me armis ambiri nõ nego. Hi in curribus, Psa. 19.
& hi in equis, nos aũt in nomine domini dei nostri magnificabimur. Helisæũ scrip- 4. Reg. 6.
turæ diuinæ series refert, cũ ab exercitu Syrorũ esset obsessus, dixisse timẽti seruulo,
ne timeret, quia plures inquit pro nobis sunt q̃ contra nos. Et ut hoc probaret pe-
tisse ut oculi Giezi aperirentur, quibus inũeros adesse uidit prophetæ exercitus an-
gelorũ. Nos etsi eos uidere non possumus, sentimus tñ. Erãt clausi isti oculi q̃ diu
obruta sanctorũ corpora delitescebãt: Aperuit oculos nostros dñs, uidemus auxilia
quibus sumus sæpe defensi, nõ uidebamus hæc, sed hẽbamus tñ. Itaq; trepidãtibus
nobis quasi dixerit dñs, Aspicite quãtos uobis martyres dederim, Ita reseratis oculis
gloriam dñi speculamur quæ est martyrũ passione præterita, & operatione præsens
Euasimus fratres nõ mediocrem pudoris sarcinam, patronos habebamus & nescie
bamus. Inuenimus unũ hoc quo uideamur præstare maioribus. Sanctorũ marty-
rum cognitionẽ quã illi amiserũt, nos adepti sumus. Eruũtur nobiles reliquiæ sepul-
cro ignobili, ostẽdũtur cœlo trophæa. Sanguine tumulus madet, apparent cruores
triumphales, notæ inuiolatæ, reliquiæ loco suo & ordinate repertæ, auulsum hume
ris caput. Nũc senes repetunt audisse se aliqñ horũ martyrũ nomina, titulumq; le-
gisse, perdiderat ciuitas suos martyres quæ rapuit alienos. Etsi hoc dei munus est, tñ
gratiã quã tẽporibus sacerdotij mei dominus Iesus tribuit, negare nõ possum, quia
ipse martyr esse nequeo, hos uobis martyres acquisiui. Succedant uictimæ triũpha-
les

Universidad de Deusto
Biblioteca

les in locum ubi Christus hostia est. Sed ille super altare qui pro oīmibus passus est: isti sub altari, qui illius redēpti sunt passione. Hūc ego locum prædestinauerā mihi Dignum ēst enim ut ibi requiescat sacerdos, ubi offerre consueuit. Sed cedo sacris uictimis dexteram portionem, locus iste martyribus debebatur. Condamus ergo reliquias sacrosanctas & dignis ædibus inuehamus, totumq; diem fida deuotione celebremus. Acclamauit populus ut in dominicum differretur diem martyrum depositio, sed tandem obtentum ut sequenti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum iterum sermo fuit.

SERMONVM DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPIscopi, iuxta ordinem temporum quibus congruunt: Index.

De grano sinapis. sermo I
Item de grano sinapis. II
De psalmo uigesimoprimo. III
De camelo. IIII
Quod simile sit regnū dei fermento. V
De margarita. VI
De eo quod scriptum est: Reddite quæ dei sunt deo, & de militantibus. VII
De Sabbato quo dominus manum aridam curauit. VIII
De unitate charitatis. IX
De eo quod scriptum est: Quis maior est in regno cœlorum, X
De mirabilibus. XI
De natali domini. XII
Item de natali domini. XIII
Item de natali domini. XIIII
Item de natali domini. XV
Item de natali domini. XVI
Increpatio de kalendis Ianuarijs. XVII
De sancta Epiphania, XVIII
Item de sancta Epiphania. XIX
Item de eodem. XX
Item de die sancto Epiphaniæ XXI
Post Epiphaniam. XXII
De quadragesima. XXIII
Item de quadragesima. XXIIII
Item de quadragesima. XXV
Item de quadragesima. XXVI
De ieiunijs. XXVII
Exhortatio ad plebē, & de eo quod scriptū est in Euangelio: Sicut fulgur coruscans de cœlo, ita erit aduentus filij hoīmis, & de duob⁹ in lecto uno. XXVIII
Item de eodem. XXIX
De eleemosyna. XXX
Item de eleemosyna. XXXI
De hospitalitate in Euangelio. XXXII
In tempore ieiunij non luxuriandum esse. XXXIII
De quadragesima. XXXIIII
De ieiunio domini in deserto, & quomodo non in solo pane uiuit hō. XXXV
Item de quadragesima. XXXVI
Item de eodem. XXXVII
Itē de ieiunijs & q̄dragesima. XXXVIII
De ieiunijs & eleemosynis. XXXIX
De ieiunijs Niniuitarum. XL
De gratia baptismi. XLI
De hostibus carnalibus non metuendis & post cibum gratias deo referri debere. XLII
Item de eodem. XLIII
De sancto Latrone. XLIIII
Item de eodem. XLV
De pœnitentia Petri apostoli. XLVI
De fide Petri apostoli. XLVII
De sepultura domini. XLVIII
De accusato domino apud Pilatū, & de Susanna. XLIX
Item de eodem. L
De Iuda Scarioth. LI
De die sancto paschæ. LII
De innouatione fidelium. LIII

Itē de eodem. LIIII
De cruce Christi. LV
Itē de cruce Christi. LVI
De sepulchro domini nostri Iesu christi. LVII
De Maria Magdalene. LVIII
De auaricia & Annania. LIX
De festo pentecostes, & de psalmo cētesimonono. LX
Itē de pentecoste. LXI
Itē de pentecoste. LXII
De natali sācti Ioānis baptistæ. LXIII
Item de eodē. LXIIII
Itē de Ioanne baptista. LXV
De natali sanctorū apostolorum Petri & Pauli. LXVI
Item de eodē. LXVII
Itē de eodem. LXVIII
De natali sancti Eusebij Vercellēsis episcopi. LXIX
Itē de depositione sancti Eusebij. LXX
De natali sancti Laurentij leuitæ & martyris: LXXI
De natali sancti Cypriani. LXXII
Item de sancto Cypriano. LXXIII
De natali martyrū. LXXIIII
In natali sanctorū Canti, Cantiani & Cantianillæ. LXXV
De natali sanctorum martyrū. LXXVI
De natali sanctorum Octauij, Aduenticij & Solutoris Tauricorū. LXXVII
De eo quod propheta ait ad filios Israël Caupones uestri miscent aquam uino. LXXVIII
De eo quod dicit dominus in euāgelio, Vulpes foueas habent. LXXX
Increpatio ad plebem, & de eo quod ait dominus, qui habet, dabitur ei, & cantauimus uobis & nō saltastis. LXXX
De eo quod scriptum est in euangelio, Hominis cuiusdā diuitis uberes fruct⁹ ager attulit. LXXXI
De defectione lunæ. LXXXII
Increpatio ad populum de absentia sua. LXXXIII
Post increpationē consolatio ad populum. LXXXIIII
De barbaris non timendis. LXXXV
Item de eodem. LXXXVI
De sancto ꝓpheta Helisæo. LXXXVII
De bellico tumultu. LXXXVIII
De dedicatione basilicæ. LXXXVIIII
De passione b. Agnetis. LXXXX
De inuentione sanctorum Geruasij & Prothasij. XCI
De baptismo sancti Augustini. XCII

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AMBROSII MEDI

OLANENSIS EPISCOPI SERMONES.

De grano sinapis.

IBENTER NOS PRAEDICARE ET GRATAN/ter opus dei facere manifestum est: Sed cum uidemus plures è fratribus pigrius ad ecclesiam conuenire, & dominicis præcipue diebus minime cœlestibus interesse mysteriis prædicamus inuiti. Non quo nos pigeat loqui, sed quia negligentiores prædicatio nostra grauet potius non emendet: Ideo inuiti loquimur & tacere nō possumus. Prædicatio enim nostra in plebe, aut regnum operatur aut pœnam, regnum credulis, perfidis pœnam. Quisquis enim frater dominicis non interest sacramentis, necessario apud deum castrorum desertor est diuinorum. Nam quomodo se excusare potest qui sacramentorum die prādium
D sibi domi præparans, prandium cœleste contēnit, & uentris curam faciens, animæ
Luc. 15. suæ negligit medicinam? Dicit dominus in sancto euangelio, sicut lectio decursa testatur. Cui simile est regnum dei, & cui simile illud existimabo? Simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit & facta est arbor & uolucres cœli quieuerunt in ramis eius.

Mouet fortasse sensus uestros, cur regnum dei tam præclarum atq; tam magnificum grano sinapis exiguo comparetur, & spei nostræ tam grande solatiū,
Matth. 17. rei uilissimæ simile esse dicatur, præsertim cum alibi idem dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, tollere & iactare in mare. Igitur si fides mira est quæ potest ab ipsis sedibus montium fundamenta transferre, necessario ergo & granum sinapis magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerim, non specie sed uirtute & fidei qualitate, non oleri comparandum, sed uigore acrimoniæ coæquandum. Nam si diligenter intendamus, inuenimus recte à domino hanc similitudinem comparatam. Sicut enim granum sinapis prima fronte specie sui est paruum, uile, despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem. At ubi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, ut mirum sit in tam friuolis granis tantum ignem fuisse conclusum. Cuius etiam seminis cibum homines hyemis præcipue tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, uiscerum interna calefaciāt.

A faciant. Sæpe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam, ut si quid inualidum, si quid ægrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo & fides Christiana prima fronte uidetur esse parua, uilis & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiam subministrans. At ubi diuersis tentationibus teri cœperit, statim uigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, ut & ipsa fer ueat, & participantem sibi ardere compellat: Sicut in sancto euangelio Amaon & Cleophas dixerunt, dum cum ipsis post passionem dominus loqueretur, Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in uia, dum aperiret nobis dominus Iesus scripturas? Ergo granum sinapis membrorum uiscera calefacit, fidei autem uigor cordium peccata comburit. Et illud quidem asperum algorem frigoris remouet, hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis iniquos humores decoquit corporum, fides autem libidinum fluenta consumit. Et per illud medicina capiti procuratur, per fidē autem spirituale caput nostrū quod est Christus dominus sæpius refouetur. Sed & fidei iuxta cōparationem sinapis, sancto odore perfruimur. sicut ait beatus Apostolus: Quoniam Christi bonus odor sumus deo. Igitur sanctū martyrē Laurentiū grano sinapis possumus cōparare, qui diuersis attritus passionibus per totum orbem gratiam meruit sui fragrare martyrij, qui antea constitutus in corpore erat humilis, ignotus & uilis, posteaq̄ uexatus, laceratus, exustus est, uniuersis per totum mundum ecclesijs odorem suæ nobilitatis infudit. Recte igitur huic comparatio copulatur. Siqui
B dem granum sinapis cum teritur, accenditur: Laurentius cum patitur, inflammatur. Illud feruorem attritionis suæ euomit, hic ignem plurima uexatione suspirat. Sinapis inquam uasculo calido uapore decoquitur, Laurentius in craticula flammarum igne torretur. Ardebat itaq; extrinsecus beatus martyr tyranni sæuientis incendijs, sed maior illum intrinsecus Christi amorisflamma torrebat. Et quamuis rex improbus ligna subijceret, incendia maiora supponeret, tamen sanctus Laurentius has flammas fidei calore non sentit, & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Nec enim potest uisceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat. Iacet licet ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in cœlis. Extēditur ergo super flammarum ignitos globos, & sæpius uersatur in latera, sed quanto plus pœnarū patitur, tāto amplius Christum dominum pertimescit: nouo admirationis genere alius illum torquet, & alij sæuientis tormenta proficiunt, deuotiorem Laurentium saluatori supplicia atrociora fecerunt.

Item de grano sinapis. Sermo. II.

SVPERIORE dominica parabolā domini differentes, in qua ait: Cui simile est regnū cœlorum, & cui simile illud existimabo? Simile est grano sinapis, & cætera, multa perstrinximus, quibus probaremus regnū dei grano sinapis non immerito cōparari, & instantiā in sola esse existimatione uerborum, non in collatione uirtutum. Siquidem fides Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſtiana quæ regnum eſt, eundem uigorem obtineat quem ſinapis natura depro
mit. Nã ſicut cum ſinapis ſucũ ſumimus uultu contriſtamur, fronte contrahimur,
ad lachrymas promouemur, & ipſam ſalubritatem corporis noſtri cum quodã
fletu auſteritatis accipimus. Illinc enim nos amaritudo exaſperat, acrimonia pe/
netrat, hinc calor ignei ſaporis accendit, & toto perturbãti corpore tunc magis
ſani efficimur, cum amplius deploramus: Ita ergo & cum fidei Chriſtianæ man/
data percipimus, contriſtamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas pro
mouemur, & ipſam noſtram ſalutem cum quodam fletu ac mœrore cõſequimur.
Inde enim ieiunia nos exaſperant, illinc peccatorum conſciẽtia macerat, hinc patri/
monij iactura conturbat, & toto contriſtati habitu magis ſalutem conſequi/
Matt.16 mur, ſi amplius defleamus, Secundum quod ait dominus: Vos plorabitis &
plangetis ſeculum autem gaudebit. Sicut autem cum ſinapi caput forte curan/
dum eſt, iubemur abraſos capillos demere ut nudo corpori perfectius medicina
proueniat: ita & cum anima per fidem curanda eſt, præcipimur ſubſtantiam à
nobis ſeculi auferre, impedimenta auri argentiq; deponere, ut nudæ & ſoli ani/
mæ congruentius ſpiritualis medicina proueniat. Quiſquis enim rebus mundi
& diuitijs ſeculi obuolutus eſt, huic fidei medicina non proderit. Ergo quod ſuc/
cus ſinapis in corpore, hoc fides Chriſtiana operatur in anima. Sed quoniam in
eadem dominica ſententia ſcriptum eſt, Quod acceptum homo miſit in hortum
ſuum, & creuit & facta eſt arbor & uolucres requieuerunt in ramis eius: Diligen/
tius requiramus quis iſte ſit cui hæc cuncta cõueniant. Diximus ſuperius ſanctis
D martyribus, qui à diuerſis attriti ſunt paſſionibus, naturam ſinapis poſſe cõgrue
re. Sed quoniam dicit ſcriptura: Et excreuit, & facta eſt arbor, & uolucres requi
euerunt in ramis eius, arbitror hoc ipſi Chriſto domino rectius comparari, qui
naſcendo in hominem humiliatus ut granum eſt, aſcendendo ad cœlum exalta/
tus ut arbor eſt. Granum planè Chriſtus eſt dum patitur, arbor eſt cum re/
ſurgit. Granum inquam eſt cum famem eſuriens ſuſtinet. Arbor eſt cum quinque
panibus ſaturat quinque milia uirorum. Ibi ſterilitatem humana conditione pa/
titur, hic ſatietatem propria diuinitate largitur. Granum autem dixerim dominũ
cum cæditur, contemnitur, increpatur: arborem autem cum cæcos illuminat, mor
tuos reſuſcitat, peccata condonat. Quod autem granum ſit, ipſe dicens in euan/
Ioan.12. gelio ait: Niſi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum ma/
net. Huius igitur grani, hoc eſt domini ſaluatoris uelut ſinapis acrimoniam atq;
amaritudinem Iudæi minime ſuſtinentes, contempſerunt ſuccum cœleſtis diſci/
plinæ accipere, dicentes illuminato illi cæco: Tu ſis diſcipulus eius, nos autem
Moyſi diſcipuli ſumus. Ipſi quoque Moyſi mandata penitus ignorantes, qui præ
cipit illis ſpecialiter, hanc amaritudinem comedendam: cum paſchæ illis cele/
brandæ ſacramenta diſponeret, ait: Manducabitis illud cum amaritudine, paſ
cha enim domini eſt. Non enim ſicut illi putant, iuſſit herbarum uilium acerri/
mos ſuccos cum aſſis agni carnibus manducari, ſed mandatorum Chriſti utiliter
amaros ſermones præcepit cum ipſo ſacramento paſſionis dominicæ deuorari.
Nónne enim amari uidentur ſermones domini cum dicit: Si uis perfectus
eſſe, relinque omnia tua, & ueni ſequere me, & cum dicit non haben/
das du/

A das duas tunicas, neque peram, neque calciamenta amaritudo, iſta ſermonum, me/
dicina eſt animarũ? Quod autem ait Euangeliũ: Quod acceptũ homo miſit in hor
tũ ſuum: Quem eſſe hominem hunc putamus, qui acceptum granum uelut ſinapis
granum in ſuo horto ſeminauit? Ego illum eſſe arbitror, de quo euangeliſta refert:
Ecce autem Ioſeph qui erat decurio ab Arimatthia acceſſit ad Pilatũ, petẽs ut depo
ſitũ corpus domini ſepeliret, quod acceptum tradidit ſepulturæ quæ in horto fuerat
præparata, atque ideo ait ſcriptura: Quod acceptum homo miſit in hortum ſuum
Ergo Ioſeph hortus floſculorum erat diuerſis odoribus plenus. Sed nec dum in eo
tale germen inſeuerat. Fragrabat quidem ſpecialis animæ eius hortus uaria ſuaui/
tate uirtutum, ſed nec dum Chriſtum cum aromatibus in cordis ſui ſecreto poſue/
rat. Ita dum ſaluatorem in hortuli ſui monumento ſepelit, magis illum in animæ
ſuæ intimis collocauit. Ramos autẽm huius arboris requiramus. Inuenies quia ra/
mus eſt Petrus, ramus eſt Paulus, rami ſunt omnes Apoſtoli uel martyres, ad quos
ſi quis ſe fortiter tenere uoluerit, fluctibus ſeculi minime ſubmergetur, quin potius
ſub umbra illorum latitans, gehennæ non patietur ardorem ſecurus à diabolicæ
tempeſtatis procella.

De pſalmo uigeſimoprimo Sermo III.

B PSALMI QVI lectus eſt ſeriem decurſuri, diligenter prius debemus
intendere quid in ſuperſcriptione contineat, ut cognita eius origine, in/
telligentiam ipſius facilius conſequamur, & manifeſtato capite poſſint
rectius membra diſtribui. Scribitur enim ita: In fine pro ſuſceptione
matutina pſalmus ipſi Dauid. Niſi fallor, ſuſceptio matutina ſolis ortum ſem/
per anteuenit, & prius quàm orbem radiorum clarus ſplendor illuminet, matutinũ
noctium tenebris terminum ponit, ac reſoluta ſenſim caliginum cæcitate, rebus cun
ctis facies quædam ac lumen infunditur. Et cum ueluti ſub una materia tenebra/
rum mundus in confuſione iacuerit, interueniente matutino, diuerſa ſpecierum ua
rietate diſtinguitur, hoc eſt, cum ommia cæca fuerint, oculi omnium reparanrur.
nox enim quodammodo aufert oculos mundo, aurora reſtituit, atq; ita ante ma
tutina ſuſceptione perfruimur, ut glorioſius poſtmodum ſolis ſplendorem patia/
mur. Sed quoniam ſic dicit Apoſtolus: Lex ſpiritualis eſt, & ſpiritualia compa/
randa ſunt: Solem hic iuſticiæ arbitror deſignari, hoc eſt, Chriſtum dominum qui
nobis ignorantiæ tenebris & peccatorum cæcitate ſubmerſis cœleſtis doctrinæ ſuæ
lumen infudit, & quos non habebamus oculos cordis inſeruit, & uelut radios quoſ
dam Apoſtolos ſuos miſit, qui nos de morte teterrima delinquentes liberarent,
& paulatim reſolutis in nobis tenebris peccatorum, matutina ſuſceptione conueſti/
rent, ut perfecti facilius poſſimus tolerare ſolis ardorem: Hoc eſt, primum nos
præceptis facilioribus erudirent quo capaciores efficerent cœleſtium ſecretorum.
Huius itaque ſolis iuſticiæ matutino peccatorũ caligo tota perimitur. Sicut ipſe pro
pheta ait ex perſona domini, In matutinis interficiebã omnes peccatores terræ: Hoc Pſal.100.
eſt, oriente in nobis ſole iuſticiæ qui habitaculum domini ſumus, omnis cogitatio
iniqua ſubuertitur. Cuius ſolis etiam beatus Salomõ meminit ex perſona reputãtiũ
ſibi ac dicentiũ peccatorũ: Sol non ortus eſt nobis, & iuſticiæ lumẽ non luxit nobis

Hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Hanc quoq; matutinam susceptionem in euãgelio sancto possumus ascribere Ma
riæ Magdalenæ,quæ mature ac diluculo ad monumentum uigilans, saluatoris re/
surrectionẽ domini prima suscepit. Et claresciente mundi sole, solis iusticiæ ortum
præ omnibus sola cognouit, ac susceptiõe quidẽ matutina gauisa est diem redditũ,
sed magis gauisa Christum à mortuis suscitatum, atq; in ipsa cõpleta est prophe/
Psal. 29. tia: Ad uesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia. Totus autem hic
psalmus digestus est ex persona domini saluatoris. Quippe cũ plura de eo in nouo
Psal.21. sint posita testamento. Dicit itaq; Deus deus meus respice in me,& reliqua. Quare
assumpti hominis agit causam, & interrogare quodammõdo uidetur, dicẽs, Deus
omnium qui es omnium deus meus, cur me dereliquisti: nihil enim conscius sum.
Esa. 53. Secundũ prophetam eim,nesciebat peccatũ, nec erat dolus in ore eius. Hæc autem
dicit, ut manifestaret propter nos se esse derelictum, quorum peccata portabat,ac
uidentes disceremus pro ipso sancto & iusto mori, cũ pro peccatoribus ille moreretẽ
Deniq; hac uoce in passione usus est,sicut in euãgelio legimus: Eli eli lamma zaba/
thani,hoc est:Deꝰ deus meus quare me dereliquisti? Hac inquã uoce usus est,quod
prophetia annũciauerat,ut rei exitus approbaret. Et quoniam sequentia penè mani
Psal. 21. festata sunt,illum inspiciamus uersiculum,in quo ait:Ego autem sum uermis & non
homo:Cur totius dominus creaturæ uermiculo se uoluerit cõputari: Possumus hoc
quidẽ humilitati primitus assignare, quæ sanctorũ uirtus est maxima,sicut sanctus
moyses ante deũ animal se irrationabile profitetur: Dauid pulicẽ se sæpe cõmemo/
rat. Sed magis illud accipiendum puto,quoniam uermis nulla extrinsecus admixti/
one alieni corporis: sed de sola & pura terra procreatur,lõ illum cõparatũ domino,
Exo.16 quoniam & ipse saluator de sola & pura Maria generatur. Legimus etiam in libris
D moysi de manna uermiculos procreatos. Digna planè & iusta cõparatio. Siquidem
de manna uermiculus gignitur, & dominus Christus de uirgine procreatur. Quin
potius ipsam Mariam mãna dixerim: quia est subtilis & splendida:suauis & uirgo
quæ uelut cœlitus ueniens cunctis ecclesiarum populis cibũ dulciorẽ melle defluxit,
quem qui edere aut mãducare neglexerit,uitã in semetipso habere nõ poterit: Sicut
Ioan.6 ipse dominus ait:Nisi quis manducauerit meam carnẽ, & biberit meum sanguinẽ,
non habebit uitam in semetipso, sed potius ipse cibus in iudicium conuertetur, si/
1.Cor. 11. cut apostolus dicit: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat. Filijs
Israël subtiliter prophetatum est in ueteri testamento. Manna enim illis contra di/
uina præcepta tractantibus, uermes effecti sunt. id est contumaciæ ultores & iudi/
ces: Quæ similitudo Christum indicat dominum, quem qui suauem cibum & dul
Ioan.5. cem potum haurire neglexerit, iudicem patietur, sicut ipse ait: Neq; enim ipse pa/
ter iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio. Nam quod idem sit uermis &
Esa. 66. iudex, alibi propheta testatur de peccatoribus, dicens: Vermis eorum non morie
tur, & ignis eorum non extinguetur usq; in hodiernum diem. Quod aũt ait: Di/
Psal.12. uiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimentum meum miserunt sortem Hoc
factũ in euangelio repperimus, quod milites quattuor qui crucifixerunt saluatorẽ,
in quattuor partes, eius sibi diuiserunt uestimenta. Vestimentum uero eius quod
assutum non erat, sed erat de superiori contextũ, sorte perceperunt. Quæ igitur
ista uestimenta sint, uideamus, qui milites,quod ue, etiã uestimẽtum. Vestimẽta
esse puto prophetias unũ canentes, & unũ per omnia nunciantes. Aduersarij saluatoris,

A toris,hoc est peruersi hæretici,qui quotidie in illo tanquã milites manus impias inie
cerunt,hoc est, pro sua diuidunt sibi uoluntate, & unum corporis uestimentum per
uaria membra distribuunt, atq; spoliantes dominum,sua falsa dogmata uestierũt.
Vestimentum autem eius quod non erat consutum, sapientiam eius cœlestem pos/
sumus approbare,quia ait,sed erat de superiori contextum. Nostra enim sapientia
hoc est,humana consuitur. Assuitur enim cum liberos damus ad studia grammati/
cis,tradimus philosophis,erudimus,ut sapientia in illis quæ nõ erat,acquiratur. Do
mini autem sapientia non assuta est,non quæsita. Non enim didicit à magistro, si/
cut ipsi Iudæi dicunt: Quomodo hic literas nouit, cum non didicerit? Et ipse dicat: Ioan.7.
Mea autem doctrina non est de hoc mundo, sed eius qui me misit, hoc est quod
ait,de superiori contextum,quo uestitu uel quibus omnibus uestimentis ecclesia ca/
tholica semper amicta est,sicut propheta ait: Astitit regina à dextris tuis in uesti/
tu deaurato.

De camelo. Sermo IIII.

DICIT in Euangelio dominus Iesus Christus: Amen dico uobis: Fa/ Matth.19.
cilius est enim transire camelum per foramen acus,quàm diuitem intra/
re in regnum cœlorũ. Quæ sententia uereor, ne forte uobis conueniat,
qui diuicias seculi huius aut habetis, aut quæritis. Sicut enim came/
li animal,quod est tortuosum atq; deforme,peruersitas ipsa corporis per angustissi/
mam acus cauernam præterire nõ patitur: ita & diuites oneratos auaricia & cupidi
B tate fœdatos,ipsa uitæ deformitas per artam uiam regni minime introire permittit.
Ait enim idem dominus: Arta & angusta uia est quæ ducit ad uitam. Igitur in ca Matth. 7.
melo difficultatem quæstus prestat habitudo membrorum. In diuite autem impe/
dimentum,magnitudo efficit peccatorum. Gibbus enim quidam est animæ, tur/
pe quid uel cogitare uel facere,ac mentis quædam tortuosa deformitas, immundis
rebus semper intendere, & ab ecclesiæ sancto limine curis secularibus auocari. Vn/
de mihi uidetur hanc deformitatem corporis propheta spiritualiter elocutus, fœdi
tatem morum potius indicasse, cum dicit: Non glorietur gibberosus sicut rectus:
Quasi si diceret: Non glorietur peccator uitiorum suorum prauitate distortus,si/
cut gloriatur iustus conscientiæ bonæ simplicitate directus. Quamuis enim o pecca/
tor proceritate corporis gaudeas, quamuis scapularum tuarum æqualitate læteris,
anima tamen tua morum prauitate deformis est. Recte ergo camelo comparatus
est diues. Siquidem illum à transitu acus corporis crassitudo reuocat,hunc ab in/
gressu ecclesiæ patrimonij sollicitudo detentat. Et sicut illum paruum foramen non
capit oneratum mole membrorum, ita & hunc introitus sanctus non suscipit gra/
uatum cumulo delictorum. Vterque habet propriam sarcinam suam,ille onera/
tus est carnibus,iste peccatis: & sicut ille inhabilis est angustissimæ acus cauernæ,ita
& hic inconueniens est beatissimo dei regno:Nisi quod camelum corpore composi
tum natura, hunc autem prauum uoluntas efficit. Hæc autem dico fratres de his
qui festiuissimam diem sanctæ Epiphaniæ ne in ecclesia procurarent, patrimonio/
rum suorum compendibus sunt detenti,& terreno quodam obligati sunt uinculo, ut
uenire eis ad domum domini non liceret. Non quod eos quippiam detinet, sed
quod ita proprijs sint actibus implicati, ut iam arbitrium uiuendi suæ potestatis
amiserint

Universidad de Deusto
Biblioteca

C amiserint, & dum sollicitudinē patrimonijs exhibent, animarū medicinā penitus
nō requirunt. Quid mihi ò diues difficultatem temporis obijcis? Quid necessitatē
ingeris repentinam? Si cor habes, intellige quia omni necessitate maior necessitas
est salutis: & utilior est causa, prius curare uitam, tunc pecuniam damna sartire, ne dum
augmentū patrimonij quærimus, sentiamus animæ detrimentū. Sed forte iudicem
metuis, quē in secretario reliquisti. Mihi crede quod magis deum iudicem metuere
debebis, qui de ipso tuo iudice iudicabit. Illum ergo metuis qui mox accipiet suc-
cessorem: dominū nō metuis, cui nemo aliquando succedit? Considera itaq; iudicij
imminētem diem & inextinguibiles gehennæ flāmas, stridorem horrendum den-
tiū, tenebrarum ultimū cruciatum. Et si potes, relicta ecclesia secularibus sollicitudi-
nibus implicare. Vereor enim ne dum mundi diuitias quæritis, inueniatis potius di-
uitias peccatorum, & repertis thesauris seculi, cœlestes thesauros amittatis.

Quod simile sit regnum dei fermento. Sermo. V.

IT ipsi scitis fratres q̄ ex qua die uobiscum esse cœpi, nō cessaui omnibus
uos dominicis admonere mandatis, & partim hortādo, partim increpā-
do præcepta uobis ingerere, ita ut plerisq; pius pater fuerim: nōnullis
autem durus magister extiterim. Patrē enim me sibi gratulatus est, quis-
quis sermonem meum libenter amplexus est: Durum autem magistrum sensit qui
cōscientiam suam prædicatione mea percussam esse condoluit. Sed nihil mea inter-
est, dūmodo siue pietate siue censura Christus annūcietur in uobis, q̄uis & ipsa cen-
D sura sit pietas, quæ ideo circa negligentiores filios adhibetur, ut timore discant quod
amore neglexerant. Non quod omnes filios non æqualiter diligat pater, sed q̄ in-
dulgentia patris sit, pro diuersitate morum exhibere pietatis affectum, ut blandum
filium exhortatione prouocet, contumacem uero austeritate conueniat, de utriusq;
tamen correctione securus, quoniam hunc amore uerberat, illum seueritate castigat:
Sicut ait beatus apostolus: Omnis quidem disciplina in præsenti non uidetur esse
Heb.12. gaudij, sed mœroris, postea uero fructū pacificū exercitatis per eam reddet iustitiæ.
Igitur qm̄ tot tractatibus meis profeciſſe uos credo, libet quædam uobis diuinarū
differere literarum, ut intelligam, q̄ id quod dixerim, fidei uiuacitate capiatis. Ait
dominus in sancto euangelio Cui simile existimabo regnū dei? Simile est fermēto
Luc.13. quod acceptum mulier abscondit in farina, donec fermentatum est totū. Fermenti
uim atq; uirtutem omnibus notam esse nō dubium est. Nā cum sit magnitudine
paruum, specie simplex, natura cōmune, tantā fortitudinem intrinsecus gerit, ut cū
reconditum fuerit in farina, succus hoc totam massam faciat esse quod ipse est, &
ita semper uniuersum cumulū aspersionis suæ uigore diffundit, ut omnem ipsam
magnitudinem pollinis faciat fermentum, ac sic res ipsa fortitudine sua molem sibi
proprij uigoris acquirit. Hoc autem faciunt mulieres, ut uitis suis salubriorem panē
& cibum utilem diligenter exhibeant, Sed quoniam lex spiritualis est, & euāgelium
specialiter parabolarū ratione subsistit, uideamus quid sit fermentum, quæ mulier,
quid farina. Legimus in sancto euangelio, dicente domino Christo de seipso: Nisi
Ioan. 12. granum tritici cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet, si autē mortuū
fuerit, multum fructum affert. Ergo si triticum dominus, & dominus est fermentū,
q̄a fermentū non nisi de tritico fieri solet. Recte ergo fermēto dominus cōparat, qui

A qui cum esset specie homo, humilitate paruus, imbecillitate delectus, tanta intrin
secus sapientiæ uirtute pollebat, ut doctrinam ipsius mundus ipse uix caperet, qui
cum se cœpit per totum orbem diuinitatis uigore diffundere, statim omne homi-
num genus in substantiam suam sui potestate protraxit, ut & iugum spiritus sui san
cti infunderet omnibus, hoc est, Christianos cūctos faceret esse quod Christus est.
Nam quod homo dominus Iesus unus & solus esset in mundo, tanquam fermen
tum in massa reconditum, uniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis
igitur illi fermento Christi adhæserit, efficitur & ipse fermentum, tam sibi utilis q̄
idoneus uniuersis, & de sua certus salute, & de aliorum acquisitiōe securus. Sicut igi-
tur fermentum cum in cumulum conspergendum est farinarum, confringitur, com
minuitur, dissipatur, & ipsum omne dissoluitur, ut dispersam illam farinæ multitu
dinem in unum uigorem constringat, atq; in solidum corpus redigat, quod in pul-
ueris modum ipsa diminutione languebat, faciatq; coniunctione sui utilem mas-
sam, quod propria dissolutione uidebatur inutile. Sic ergo & dominus Iesus Chri-
stus cum esset totius mundi fermentum, diuersis passionibus confractus, lacerarus,
& dissolutus est, & succus eius pro salute nostra q est preciosus sanguis, effusus est,
ut admixtione sui omne genus humanum solidaret quod per diuersa antra resolu
tum iacebat. Sic enim uelut fermentum quoddam nos qui farina ex gentibus uide
bamur esse, adhæsimus. Nos inquam qui per totum orbem dispersi & diminuti pe
nitus iacebamus, uigore passionis Christi in ipsius corpus redacti sumus. Sicut bea
tus Apostolus ait: Quoniam sumus corpus Christi & membra. Nos igitur qui ex Ephe.5.
B nationibus in pulueris modum è terræ facie iactabamur, aspersione sanguinis do-
mini in massam soliditatis eius aggregamur. Mulier autem quæ dicitur absconde-
re in farina fermentum, quæ est nisi sancta ecclesia, quæ quotidie doctrinam Chri-
sti in cordibus nostris conatur abscondere. Ipsa inquam est mulier quæ in alio loco
etiam molere dicitur, sicut ait dominus: Erūt duæ molentes, una assumetur, & una Matt.24.
relinquetur. Molit enim sancta ecclesia per legem, per Apostolos, per prophetas,
cum catechumenos facit, & asperitatem gētilitatis dissipat atq; comminuit, ut emo
litos eos in farinæ modum aptos faciat fermēto dominici sanguinis adhærere. Fer-
mentum enim dixerim, totam domini passionem. Fermentum enim salutis nostræ
est symbolum, sine quo fermento uel symbolo, nemo potest uitæ æternæ substan-
tiam promereri. Et quia duas Euangelium describit molentes, atq; unam eccle-
siam diximus salubriter molere, alteram quam nisi synagogam accipere debemus?
Molit enim & ipsa per Moysen & prophetas, sed inutiliter molit. Sicut dicit Apo- Rom.10
stolus de Iudæis: Æmulationem dei habent, sed non secundum scientiam. Inutili-
ter inquam molit synagoga, quia massam suam Christi doctrina non temperat.
Atq; ideo euitandum præcepit synagogæ dominus esse fermentum, dicens: Ca- Matt.16
uete uos à fermento pharisæorum. Temperatum est enim sanguinibus & crudeli-
tatibus Iudæorum dicentium de domino: Sanguis eius super nos & super filios
nostros. Vnde ait Euangelium: Erunt duæ molentes, una assumetur, & una re-
linquetur. Assumetur enim in requiem æternam sancta ecclesia quæ domino ci-
bum sanctitatis emoluit. Relinquetur ad molas cruenta synagoga gyrum semper
passura suæ perfidiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Margarita. Sermo VI.

SATIS ad correctionem uestram arbitror posse sufficere fratres dilecti, quod anteriore dominica profecturus nullum uobis sacrarum literarum spiritualia dona largitus sum, sed tantum uos increpans & arguens pro peccato, sine aliqua prædicationis consolatione dimiserim. Volui enim uos hoc ipsum intelligere cū grauiter peccaueritis, quod diuina eloquia audire minime meruistis. Hæc enim sacerdotum uehemens & copiosa uindicta est, indignis quibuscū literarum cœlestium sacramenta non credere, nec sicut ait dominus: dare sanctum canibus neq; margaritas proijcere porcorum pedibus inculcandas. Matt. 7 Perdit enim cœlestis margaritæ gratiam quisquis eam fœdissimo peccatori circundare conatur. Gemma enim sicut ipsi scitis, nisi auro non conuenit, margarita nisi precioſis monilibus non aptatur. Estote ergo aurum optimū, estote monile precioſum, ut possit in uobis margarita spiritualis includi. Margarita enim Christus est dominus, quam negociator ille diues in Euangelio uenditis omnibus rebus suis emere festinauit, & maluit omnes quas habebat seculi gemmas amittere, tātum ut unam Christi emeret margaritā. Vnde & ego fratres pro magnitudine quod admiseratis delicti, nolui uobis pandere euangelicæ refectionis eloquia, sed magis indignere animosæ indignatiōis iniuriam, & prius uos uerberibus spiritualibus emendare, ac sic margaritæ ditare muneribus. Malui inquam peccatum uestrum incusando acriter increpare, cū leniter dissimulando nutrire. Quisquis enim fratrem non arguit peccantem, quodammodo hortatur ut peccet. Nolo autem putetis quod non C de amore faciam, uos sæpius uerberando. Filius enim qui castigatione dignus est, Prouer. 3 plus amatur, sicut ait scriptura sancta: Quem enim diligit dominus corripit, castigat autem omnem filium quem recipit. Dicite mihi si non dolendum fuerit hoc peccatum, sic uos salutis immemores tunc fuisse, ut beatissimis apostolis Petro & Paulo honorificentiam minime reddideritis, cum ipsos esse sciatis doctores gentium, autores martyrum, principes sacerdotum, nec uolueritis eorum natalem nobiscum festiuissimum celebrare, atcū illi cœlesti interesse cōuiuio, in quo pro martyrum tanta lætitia, substantiam uitæ ipse nobis dominus ministrauit? Vultis aūt scire quantis bonis fraudati fueritis, Interrogate fratres qui tunc mecum pariter affuerunt, cū refecti à dominica mensa discesserint, uel quales secum domum spirituales diuitias reportauerint? Vnum scio, quod si quis illa die honoratus aut diues ob natalem filij sui ad decimum usq; miliarium ad prandium rogauisset, propter accuratas epulas, & inæquales mēsuras absq; dubio uos itutos fuisse. Igitur fratres quotiensc̄unq; martyrum memoriam celebramus, prætermissis omnibus seculi actibus sine aliqua dubitatione concurrere debemus, reddere illis honorificentiam qui nobis salutem profusione sui sanguinis peperetunt, qui tam sacrata hostia pro nostra propitiatione domino sunt oblati. Præsertim cum dicat ad sanctos suos omnipotens deus: Qui uos honorat, me honorat, & qui uos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit & dominum.

De eo

De eo quod scriptum est: Reddite quæ dei sunt deo, & de militantibus. Sermo VII.

NONNVLLI fratres qui aut militis cingulo detinētur, aut in actu sunt publico constituti, cum peccant grauiter, hac solent à peccati sui pœna se uoce excusare quod militant, & ne bene aliquando faciant, occupatos se malis actibus conqueruntur, perinde quasi militia hominum nō & uoluntas in culpa sit. Ita q̄d ipsi gerunt, officijs suis ascribunt. Non enim militare delictū est, sed propter prædā militare peccatum est. Nec rempublicam gerere criminosum est, sed ideo agere rempublicam ut rem familiarem potius augeas, uidetur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus sunt stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur, præda grassetur. Illud autem quale est quod cum ob errorem aliquem à senioribus arguuntur, & reputatur alicui de illis Cur ebrius fuerit, Cur res alienas præuaserit, cædem cur turbulentus admiserit, statim respondeat: Quid habebam facere homo secularis aut miles, nunquid monachus sum professus aut clericus? Quasi omnis qui clericus non est aut monachus, possit ei licere quod non licet. Præscribitur norma uiuendi, omnis ad ber agendum prouocatur sexus, ætas & dignitas. Igitur nemo se publicis excuset actibus, nemo occupatione militiæ conqueratur. Apud omnem Christianum prima honesta tis debet esse militia. Nam ut id quod dicimus, autoritate euangelica comprobemus, uideamus lectionem quæ paulo ante decursa est. Ait enim euangelium: Ve- Luc. 3.
B nerunt autem & publicani ad Iohannem, ut baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eum: Magister, quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius exigatis quàm quod constitutum est uobis. Honesta planè publicanorum interrogatio, ac sancti prophetæ iusta responsio. Illi enim sollicite interrogant, ne aut ignorantes plus exigendo peccatum incidant, aut cessantes publicani decipiant functionem. Hic autem moderate præcipit, ut & iniquitas locum non habeat, & constitutum habeat uectigal effectum. Non enim dixit: Nihil exigatis, sed nihil amplius exigatis, unde intelligimus quod apud deum non tam exactio quàm exactio iniqua damnetur. Dicit enim ipse dominus: Reddite quæ dei sunt deo, & quæ cæsaris cæsari. Igitur Matt. 22. quod cæsar præcepit, ferendum est, quod imperator inducit, tolerandum est. Sed fit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat. Hoc autem quale est quod ijdemipsi qui huiusmodi necessitates procurant, fraudes ac rapinas suas commodum uocant, cum ipsa præda inferatur incommodum. Illud autem addunt sceleribus suis, ut quos indefensos uiderint, ipsos potius persequantur, & putant se necessitates decepisse publicas, nisi domos deceperint orphanorum. Ita ut quorum pater ante biduum forsitan fuerit amicus, collega uel frater, interueniente morte, eiusdem liberi habeantur tanquam ignoti, uiles & miseri. Vidua autem si qua fuerit, aut sic iniurijs exagitatur ut nubat, aut si uoluerit in castitatis permanere proposito, dando munera sua facultates uix permanent. Cum his ergo fraudibus repleuerint sacculos suos, uidebis illos lætos & accuratos ad ecclesiam properare, & deo gratias agere quasi ab ipso illis hæc pecunia conferatur. Illud quoq; peccantes quod rapinarum suarum deum uolunt esse participem. Dicit autem sanctum Euangelium: Interrogauerunt illum & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Iohannes; Ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C minem concutiatis, sed contenti estote stipendijs uestris. Hic iam cognoscere se debet omnis cuius qui militat. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisquis militiæ suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles ascribitur. Atq; ideo hæc sententia potest dici. Verbi gratia, militibus, protectoribus, cunctisq; rectoribus, & cuicunq; qui stipendia sibi decreta consequitur. Si amplius quærit, tanquam calumniator & concussor Iohannis sententia condemnatur. Vsq; adeo autem hoc inoleuit malum, ut iam quasi ex consuetudine uendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa uenalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Hæc autem diuina sententia quæ ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, qui etiamsi non militare uidentur seculo, tamen
2. Tim. 2 domino & deo militamus, sicut ait Apostolus: Nemo militans deo obligat se negocijs secularibus. Videmur inquam non militare remissis ac fluentibus tunicis, sed habemus militiæ nostræ cingulum quo castimoniæ interiora constringuntur.
Luc. 12 De quo cingulo dominus ait ad Apostolos suos: Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Milites igitur Christi sumus, & stipendia ab
2. Cor. 1. ipso donatiuumq; percipimus, sicut dicit beatus Apostolus: Qui dedit nobis pignus spiritus, hoc est, qui spiritussancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo Christianorum hoc donatiuo contentus forte non fuerit & quærit amplius, incipit hoc ipso carere quod meruit. Quod specialiter contigit hæreticis Arrianis: Dum enim nescio quid amplius quærunt, inuenientes erroris spiritum, gratiæ Christi spiritum perdiderunt. Nam & catholicus clericus hac sententia retinetur. Si enim non contentus stipendijs fuerit quæ de altario domino iubente consequitur, sed ex
D ercet mercimonium, intercessiones uendit, uiduarum munera libenter amplectitur, hic negociator magis potest uideri quàm clericus. Nam licet dicere possumus, nemo nos inuasoris arguit, uiolentiæ, nullus accusat, Quasi non interdum maiorem prædam à uiduis blandimenta eliciant quàm tormenta, Nō interest apud deum utrum ui an circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

De sabbato quo dominus manum aridam curauit. Sermo VIII.

Luc. 6. DILIGENTER uos audisse credo fratres Euangelicam lectionem quæ nuper lecta est, ubi dominus Iesus Christus ingressus sabbato synagogam, hominis ibi habentis manum aridam spirituali medicina curauit, non appositis herbarum succis, non pigmentorum medicaminibus colligatis, sed uerbo iubens, & in ira præcipiens refudit corpori sanitatem. Ira inquam sicut ait Euangelista, restituit uigorem dexteræ. Vnde intelligimus qualis dominicæ benignitatis sit sanitas, cuius indignationis talis est medicina: aut quemadmodum placatus prodest, qui ita misereretur iratus. Verbo igitur iubet ut arenti dexteræ uenarum succos infunderet. Non mirum est si is arentem reparauit dexteram, qui totum corpus de arenti puluere procreauit, & id uerbi imperio restituit, quod in principio factura operationis instituit: uolut autorem suum plasma cognoscens obsequitur ei portiuncula, cui totum se deberet in massa. Sed uideamus quæ sit in synagoga manus arida quæ nihil corpori prodest, quando operibus siccauit, quando etiam primum arida esse cœperit, requiramus. Non enim unius hominis tantum per saluatorem causa geritur, nec unius hominis imbecillitas procuratur, sed totius generis humani sanatur infirmitas. Nulli autem dubium est dexteram uel totius corporis præclariorem portionem hoc officij gerere, ut diurna alimenta suo corpori subministret, & prouidentia quadam ad fruendam uitam membra cætera pascat ac nutriat. Hanc igitur dexteram in Iudaico populo scribas esse dixerim uel doctores, qui uelut præclarior portio in pharisæorum corpore à domino constituti, neglexerunt & in cætera membra sua prophetarum oracula uelut escam uitæ æternæ porrigere, atq; ideo doctrina eorum tanquam manus aruit imbecillis, quia fontem perennis sapientiæ nō quæsiuit. Propterea deniq; factum est, ut quasi contracta dextera clauem scientiæ tenere non possit, sicut
Luc. 11. ait dominus: Væ uobis scribæ & pharisæi qui absconditis clauem scientiæ, & reliqua. Hæc autem clauis Christus est dominus, quo ad credulitatem fidei pectorum arcana reserantur. Ista clauis, sicut ait dominus Petro: Tibi dabo clauem re-
Matt. 16 gni cœlorum. Ergo aruit dextera synagogæ manus, relinquens Christum quæ prius erat in principibus Iudæorum & deteriorauit. Quisquis enim Christi fontem deserit, & debilitatur protinus & arescit. Sed inuenio ipsam manum quondam cæteris membris fuisse meliorem. Sanctus enim Moyses dux Iudaici populi, uelut clarior corporis sui dextera fuit cum legem porrigendam meruit à diuinitate percipere. Dextera inquam erat sanctus Moyses qui filios Israël uelut manu prouida cœlesti manna nutrijt. Hæc planè est dextera quæ Iamnem & Mambrem magos niuei splendoris nitore conuicit. Ita enim scriptum habes: Atq; ideo magorum distinctæ sunt tenebræ, quia Moysi meritis lucens dextera coruscabat. Sed uideamus, manus ista quando primum arida cœperit esse uel mortua. Ego illam primum in Adam aruisse confirmo, cum contra uetitum domini interdictæ arboris poma decerpsit, actunc succum immortalitatis amisit. Et siccata quodammodo est, quando hominem ad imaginem dei factum peccato suo solui facit in puluerem. Atq; utinam sola manus in peccato teneretur obnoxia, quod est grauius, omne corpus morte damnatum est, cum dextera prima peccauerit. Nec mireris si membrum dexteræ in Adam non manſit integrum, uigor enim in illa æternitatis exaruit. Nam sicut Moysi dextera custodientis mandata domini niueo fulgore resplenduit, ita & Adæ dextera præuaricantis præcepta mortifero pallore contracta est. Hanc igitur Adæ manum saluator curat in synagoga, hoc est totius generis humani imbecillitatem sanare festinat. Dicit enim etiam illi: Extende manum tuam qui eam idolis immolando contraxit. Dicit illi: Extende manum tuam qui per eam res orphanorum uiduarumq; gestit inuadere. Sed & tu qui putas te manum habere & sanam, caue ne auaricia contrahatur. Quinpotius extende eam pro misericordia frequenter ad pauperem, pro hospitalitate sæpius ad peregrinum. Extende eam pro peccatis semper ad dominum: Esto misericors, esto largus. Obserua quod ait propheta: Ne sit manus tua ad accipiendum porrecta, ad
Eccl. 4. erogandum contracta. Sic enim manus tua sana esse poterit: bonis uero operibus extendatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

De unitate charitatis. Sermo IX.

REGIMVS in libro qui Apostolorum actibus ascribitur,tantâ sub memoratis uiris deuotionem plebis fuisse, ita populi Christiani floruisse primitias,ut post acceptam fidem nemo domum propriam sibi defenderet,& nemo suam aliquid uendicaret,sed iure fraternitatis essent illis cuncta communia,scilicet ut qui eodem consortio religionis tenebantur, eodem cõsortio fruerentur & uita,hoc est,ut quibus erat una fides, esset & una substantia, & quibus erat communis Christus,communis esset & sumptus. Nefas etenim putabant religiosi uiri sibi participem non ascisce re in substantia, qui particeps esset in gratia,atq; ideo in fraternitate omnibus communiter utebantur, nisi quod maior est fraternitas Christi quàm sanguinis.Sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert,Christi autem fraternitas,unanimitatem cordis ani-
Act.4 mæq; demonstrat,sicut scriptum est. Erat autem credẽtium cor unum,atq; anima una. Vere ergo ille frater est qui non tam corpore quàm unanimitate germanus est. Verus inquam frater est cuius idem spiritus & uoluntas in fratre est.Melior igitur est (sicut dixi) Christi fraternitas quàm sanguinis. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est,Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est.Illa inter se communia cum æmulatione diuidit,hæc etiam propria cum gratulatione cõmunicat. Illa in consortio despicit sæpe germanum, hæc assumit frequenter alienum.Tanta ergo sicut dixi, illo tempore Christianæ plebis deuotio fuit, ut nemo domum suam diceret, nemo proprium aliquid uendicaret, sicut ait sanctus Lucas
D dicens: Et nemo quicquam ex eo quod possidebat,suum esse dicebat,sed erant illis omnia communia. Nemo enim inquam erat quisquam egens inter ipsos. Beata igitur plebs quæ dum plures diuites habet in Christo, nullum in seculo habuit indigentem,& quæ dum æternas cogitat diuitias, à fratribus temporalem reppulit paupertatem. Vendebant enim,sicut ait scriptura,prædia & domos suas, & precia uenditorum ante pedes Apostolorum ponebant, ut erogarent prout cuiq; opus esset. Videte sanctorum uirorum fidem quemadmodum propter Christum toto spoliabantur patrimonio,& nihil sibi reliqui faciebant. Non enim uerebantur ne esurirent ipsi,dum timebant,ne alius esuriret. Hæc igitur sub Apostolis fuit in plebe deuotio,modo quid simile reperimus,& certe idem Christus in nobis.Idem quidem Christus in nobis, sed non idem animus est in nobis. Eadem in plebe fides, sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia non cogitat, ut illud
2.Cor.11 sit quod dicit Apostolus: Alius quidem esurit,alius ebrius est. Nam pleriq; Christiani non solum propria non distribuunt, sed etiam diripiunt aliena. Non solum inquam colligentes pecunias suas,ad pedes Apostolorum non deferunt,sed etiam confugientes fratres suos protrahunt à pectibus sacerdotum. Nunc est illud tempus quod describit beatus Apostolus dicens: In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum, & refrigescet charitas. Modo enim abundat auaricíæ iniquitas, quæ ante largitatis bonitate cessabat, & refrigescit fraternitatis charitas quæ prius Christi amore feruebat.Tunc enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, ut tunc in conuentu suo non aduenerit indigentia:tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est,ut in cœtu nostro uix inuenias locupletem. Locupletem autem

tem uix inueniri dico,non tam facultatibus sed operibus. Ait enim apostolus:Di- 1. Tim.6.
uites sint in operibus bonis. Locupletem autem illum in ecclesia intelligi uoluit, qui diues est in Christo. Nam & ibi quod ait sub apostolis neminem indigẽtem fuisse, ostẽdit utiq; tanta eos gratia fidei fuisse præditos, ut omnes cœlestium diuitiarum abundauerint largitate.Raro igitur hoc tempore inueaimus in Christiano populo locupletem , &si pleriq; in domibus auro sint diuites, tamen in ecclesia iustícia sunt mendici.Dum enim circa pauperes non pro eo quod præualent,operantur,nec hoc est gratum quod offerunt,nec illud est satiabile quod reseruant. Dicit dominus ad Gen.4.
Cain cum offerret munera,Si autem recte offeras,recte autem non diuidas,peccasti,quiesce. Sic & tu Christiane non recte diuidis qui de tanto auro tuo maiorem partem mammonæ reseruas quàm domino largiaris. Sic nanq; Annanias in Actibus apostolorum dum putat se recte offerre,& non recte diuidit,pecuniam quã obtulit,perdidit,& quam domi reseruauit,amisit. Pecuniam,inquam, pariter perdidit & salutem.Dum enim ex eo quod promiserat partem subtrahit,sacrilegij sin ul con demnatur & fraudis.Sacrilegij quod deum in pollicitatione fefellerit,Fraudis quod de integris muneribus portionem quandam putauerit subtrahendã.Ait enim apo Actu.5.
stolus Petrus,Non es mentitus hominibus,sed deo. Si ergo fratres Annanias condemnatur,cum non totum dederit quod de suo ipse promiserat, quid censemus de eo qui non uult reddere quod alius repromisit? Videte ergo & uos fratres quid pro miseritis deo,cum primum gratiam fidei percepistis . Ecce abundant in ciuitate nostra hospites siue peregrini,facite quod polliciti estis,ne dicatur & uobis quod Ananiæ dictum est,Non mentiti estis hominibus,sed deo.
B

De eo quod scriptum est,Quis maior est in regno cœlorum. Sermo X.

SI diligenter audistis euangelicam lectionem,intelligere potestis quæ ministris ac sacerdotibus dei reuerentia debeatur,uel qua ipsos clericos inuicem humilitatis sedulitate oporteat præuenire. Ait enim dominus Matth.18.
percontantibus discipulis, quis eorum in regno cœlorum maior esset futurus , statuto coram omnibus puerulo , quicunq; humiliauerit se sicut puer iste, hic maior erit in regno cœlorum. Vnde intelligimus quod humilitate peruenitur ad regnum, simplicitate penetratur ad cœlum. Quisquis ergo cupit diuinitatis tenere fastigia,humilitatis ima sectetur.Quicunq; uult fraternitatem obtinere , præueniat obsequendo , sicut ait apostolus: Honore inuicem præuenientes. Vincat Rom.12.
eam officijs , ut possit uincere sanctitate. Si enim te non læsit frater , obsequium meretur ut diligas. Quod si forsitan læsit , magis obsequium meretur ut uincas. Hæc enim nostra Christianitatis summa est, ut amantibus uicissitudinem,lædentibus patientiam rependamus. Qui enim fuerit patientior ad iniuriam , potentior constituetur in regno. Non enim ad imperium cœlorum peruenitur superbia, diuitijs, præfectura, sed humilitate, pauperie , lenitate. Arta autem & angusta uia est quæ ducit ad regnum. Quisquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus , tanquam onustum & impeditum animal per angustum regni iter transire non poterit. Simul etiam ut se existimat peruenisse,sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C cinam eius exigua porta non capiens, repercussam limine retrorsum redire cogit. Tam enim angusta est diuiti porta cœlestis, quàm est camelo acus foramen exi-
Matt.19 guum. Vnde ait dominus: Facilius est camelum per foramen acus transire quàm di uitem in regnum cœlorum. Sicut enim cameli animal tortuosum atq; deforme exi gua acus cauerna præterire non patitur, ita & diuitem auarum atq; mendacem ar ta cœli ianua minime intrare permittit. Nam ideo nudi in seculo nascimur, nudi etiam accedimus ad lauacrum, ut nudi quoq; & expediti ad cœli ianuam propere mus. Quàm autem incongruum & absurdum est, ut quem nudum mater genuit, nudum suscipit ecclesia, diues intrare uelit in cœlum? Propterea adolescenti illi di uiti in Euangelio à saluatore dicitur, qui sibi iustus uidebatur & sanctus, & omnia legis mandata compleße: Si uis perfectus esse, uende omnia tua & da pauperibus. Vsq; adeo enim nuda uirtus apta cœlo est, ut quamuis iustus, quamuis sanctus, au rum uel diuitias possidens, non possit esse perfectus. Talem enim uoluit adolescen tem illum dominus ad paradisum redire, qualis Adam fuerat de paradisi sublimi tate deiectus. Nudus enim Adam incola paradisi fuit. Deniq; post peccatum nu ditatem suam uidens, folio pudenda contexit. Prius enim quàm peccaret, honesta tis erat colore uestitus, atq; ideo nuditatem inhonestam non natura instituit, sed delicti reatus inuenit. Nam & sancti angeli in splendidissimo habitu constituti, nõ quod tunicis operiuntur & pallijs, sed cum sit in illis natiuitatis suæ nuda substan tia, uestiti uidentur esse quod sancti sunt. Sic igitur & Adam custodiens honestatis angelicæ dignitatem, erat quidem nudus, mundanis uestibus, sed immortalitatis
D erat splendore uestitus. Nihil prauum respiciebant eius oculi, non cor eius turpe aliquid cogitabat, erat apud honestas mẽtes nuditas ipsa uestita. Sicut enim apud nequam homines turpis cogitatio concupiscens, uestibus non arcetur, ita apud san ctos uiros honesta simplicitas ad concupiscendum nuditate non trahitur: sed sicut uitiosis ad corruptelam nuda sunt omnia, ita religiosis ad castimoniã operta sunt
Matt.18 uniuersa. Quod autem ait Euangelica lectio: Qui scandalizauerit unum de pu sillis istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris, Pusillos hic non ætate pueros, sed malicia paru
1.Cor.14 los dicit. Sicut Apostolus ait: Malicia paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. Qui sunt isti? nisi clerici idonei, & monachi religiosi uel laici. Quisquis igitur irreue rens aut contumeliosus extiterit, hac uelut pœna plectetur, ut informi saxo religa to illi ad collum, præcipitetur in mare. Sed uideamus cur scandalizantibus Chri stianis ista pœna data sit, aut quid sibi uelit ipsa sententia? Puto enim illa aliquod mysterium continere. Quasi uero non sufficeret in mare homini demergendo sa xum qualecunq; non magnum aut enorme, sed mole asinariæ lapis ei religetur ad collum, ut cum perituro homine pereat resi usui necessaria. Sed puto hoc magis esse quod in scripturis asini figura populus gentilium nũcupatur, qui clausis oculis circa ignorantiæ molam erroris sui gyro pertrahitur, & in illa cursus directione, uestigijs sæpe redeũtibus inuitus usui laborat alieno. Nõne enim tibi uidetur molã asinariã uoluere gentilis populus q̃diu imperitiæ suæ labore uersatur? Naturæ quidẽ uin culis alligatus ut uerbũ dei molat, deum cœli quærat, sed opertæ mẽtis cæcitate suf fusus ut uultus animi erigere ad deum, cordis oculos leuare non possit ad cœlum.

Sed

A Sed quoniã mola asinaria saxum esse constat, uideamus & si paganorum talis est mola. Talis planè est. Saxi enim mola est paganorũ Iuppiter Hercules q̃ lapideus, circa quos cæcis oculis frequenti errore circumeunt. Cæcos inquam dixerim eorum oculos qui putant se uidere quod non uident. Aspicientes enim saxum, deum se ui dere confingunt. Attamen qui molam uoluit consummandi aliquando finem ope ris habet, exeundi spem gerit laboris. Cui uero mola asinaria ad collũ suspenditur, portat lapidem qui portare iugum domini recusauit. Asinus ergo ad molam, cæcus ad lapidem, gentilis ad saxum, qui adorat eum quem non uidet nec agnoscit. Deus enim non in manufactis habitat, nec in metallo aut saxo cognoscitur. Hic ergo gen tilis populus cum persecutionem Christiano intulerit, hac pœna plectetur, ut cum sua sacrilega mola iudicandi seculi fluctibus demergatur.

De mirabilibus. Sermo. XI.

QVANTORVM mirabilium operator sit dominus Iesus Christus, intelligere possumus ex hac euangelica lectione, qua describitur tanta per eum bene ficia in populum fuisse collata, ut prouocatæ hominũ turbæ ad audiendũ illum magis irruerent quàm rogarent, & medicinam salutis non sperarent per hu militatis gratiam, sed per importunitatis iniuriam, ita ut irruentes (sicut ait euange lium) turbas à domino Iesu, non desertum separaret, non synagoga repelleret, non reuerentia diuinitatis perarceret. Hæc est enim consuetudo infirmantium, ut dum sperant suis ægritudinibus medicinam, ab importuna petitione, non loco prohibe antur, non tempore, sed quanto plus medetur ille qui sanat, tanto amplius ille im
B portunus est qui laborat. Ergo cum dominus illis ab irruentibus turbis semotus in terra esse non posset, aspiciens in mari duas nauiculas, unam nauem Petri omni fe stinatione conscendit, ut importunitatis iniuriam uel aquarum natura depelleret, quia eam doctoris reuerentia minime coërcebat, atq; exinde cœpit de nauicula Pe tri ad homines doctrinæ suæ uerba profundere. Videte misericordiam saluatoris, separatur quidem ab hominibus corpore, doctrinæ tamen ijs utilitate coniungitur. Vbiq; miseretur, ubiq; prodest. In terra positus per tactum languores corporum sanat, in mari constitutus per doctrinam uulnera curat animarum. Sed uideamus quæ sit ista nauicula Simonis Petri, quã adducendam de duabus magis oportunã dominus iudicauit, quæ & tutum saluatorem præstaret ab iniuria, & credulitatis ho minibus largiatur eloquia. Inuenimus enim iam dominum nauigasse in alia naui, & grauibus iniurijs lacessitum. Nauigauit enim cum Moyse in mari rubro, quando populum Israël per undarum fluenta trãsuexit. Sed grauibus est affectus iniurijs, sicut ipse ait in euangelio ad Iudæos, Si crederetis Moysi, & mihi crederetis. Iniuria *Iohan.5.* autem saluatoris est incredulitas synagogæ. Ergo Petri nauem eligit, Moysi deserit, hoc est, spernit synagogam perfidam, fidelem assumit ecclesiam. Duæ enim quasi nauiculæ à deo destinatæ sunt, quæ in hoc, tanquã in mari, mundo salutem homini bus piscarentur, sicut ait dominus apostolis: Venite faciam uos piscatores hominũ. *Matth.4.* Ex his ergo duabus nauiculis una relinquitur ad terram inanis & uacua, altera pro ducitur in altum onusta uel plena. Vacua enim synagoga relinquitur in litore, quia Christum cum prophetarum amisit oraculis. Onusta autem ecclesia in altum assu mitur, quia dominum cum apostolorum doctrina suscipit, Synagoga, inquam, re

manet

Universidad de Deusto
Biblioteca

C manet ad terras quasi terrenis inhærẽs operatiõibus, ecclesia autem in altitudinem
reuocatur tanquam cœlorum profunda sacramenta discutiens, in illam scilicet alti-
Rom.11. tudinem, de qua Apostolus ait: O altitudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ dei. Pro-
pterea dicitur Petro: Duc in altum, hoc est in profundum disputationum genera-
tionis diuinæ. Quid enim tam profundum quàm quod ait Petrus ad dominũ: Tu
Matt.16 es Christus filius dei uiui? Quid tã terrenum quàm quod de domino dixerunt Iu-
Luc.4 dæi: Nónne hic est filius Ioseph fabri? Ille altiore consilio natiuitatem Christi di-
uinitus approbauit, hi mente uiperea generationem cœlestem carnaliter existi-
mant. Vnde ait saluator Petro: Quia non caro & sanguis tibi hoc reuelauit, sed pa
ter meus qui in cœlis est. Pharisæis autem dicit: Quomodo potestis bona loqui, cũ
sitis nequam? Hanc igitur solam ecclesiæ nauem ascendit dominus, in qua Petrus
magister est constitutus, dicente domino: Super hanc petram ædificabo ecclesiam
meam. Quæ nauis in altum seculi istius ita natat, ut pereunte mundo, omnes quos
susscipit, seruet illæsos. Cuius figuram iam in ueteri uidemus testamẽto. Sicut enim
Noë arca, naufragante mundo, cunctos quos susceperat, incolumes reseruauit, ita
& Petri ecclesia confragante seculo, omnes quos amplectitur, repræsentauit illæsos.
Et sicut cunc transacto diluuio ad arcam Noë columba signum pacis detulit, ita &
transacto iudicio ad ecclesiam Petri Christus gaudium pacis referet, quia ipse co-
Ioan.16 lumba uel pax est, sicut promisit dicens: Iterum autem uidebo uos, & gaudebit
cor uestrum. Sed quoniam hanc eandem nauiculam Petri, de qua nunc dominus
Matt.8. cœlestis doctrinæ suæ sacramenta deprom̃it, legimus in Matthæo, dormiente in
D eadem domino uentis insurgentibus perturbatam, ita ut cuncti Apostoli mortis
periculum formidarent: uideamus quæ causa est quod una eademq; nauicula
hic in tranquillitate doctrinam populis tribuit, ibi in tempestate discipulis metum
mortis inducit, præsertim cum ibi etiam cum cæteris Apostolis Simon Petrus es-
set. Hæc autem est causa periculi. Erat ibi Simon Petrus, sed erat pariter & prodi-
tor Iudas, quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen eam perfidia con
turbabat. Tranquillitas est ubi solus Petrus nauigat, tempestas ubi Iudas adiun-
gitur, licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbatur tamen criminibus prodito-
ris. Metuẽtibus igitur discipulis, anxiante Petro, dormiebat dominus. Durum for
te uideatur quod anxiante Petro dormiebat, dormiebat petro, nauigabat Iudæ.
Vnius igitur delicto cunctorum mẽrita quatiuntur, obdormit Christus, uento-
rum spiramina concitantur. Quisquis enim peccatum admittit, statim & dormire
sibi facit dominum, & procellam sibi spirituum susc̃itat immundorum. Necesse est
autem diabolica insurgat tempestas, cum dominica serenitas conquiescit. Igitur si
unius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apostoli, hoc exemplo caueamus perfi-
dum, caueamus proditorem, ne per unum, plures fluctuemus. Quinetiam huius-
modi abijciamus de nostra nauicula, ut non obdormiat, sed uigilet in nobis do-
minus, atq; eo uigilante nulla nos spiritualis nequiciæ procella cõcutiat. Vbi enim
fides integra est, ibi saluator docet, uigilat & exultat: ibi requies, ibi tranquillitas,
ibi cunctorum est medicina. Vbi autem fidei est admixta perfidia, ibi Christus dor
met, dormit, & peior est ibi metus, ibi tempestas, ibi omnium est discrimen. Pro
actibus enim nostris dominus nobis obdormit aut uigilat.

De natali

De Natali Domini. Sermo XII.

SERVM est quod ait sanctus Ioannes baptista de domino saluatore
dicens: Illum oportet crescere, me autẽ minui. Siquidem hoc primum Ioan.3.
etiam ipsis temporibus approbetur. Ecce em̃ in natiuitate Christi, dies
crescit, & Iohannis natiuitate decrescit. Illo oriente lux proficit, hoc
nascente minuitur. Ipsa enim quodammodo tempora famulantia partibus suis, cũ
detrimentum faciũt seruus gignitur, cum autem dominus nascitur, consequitur au-
gmentum. Profectum planè facit dies, cum mundi saluator oritur, defectum pati-
tur, cum ultimus propheta generatur. Scriptum est enim: Lex & Prophetæ usq; ad Luc.16.
Iohannẽ. Atq; ideo necesse erat, ut obscuraretur legis obseruatio, ubi euocatio, ubi
euangelij gratia refulgebat, & cessaret prophetia ueteris testamenti, cum noui testa
menti gratia succedebat. Ergo in natiuitate domini proficit dies. Non mirum si pro
ficit dies, quã splendidissima lux ueritatis illuminat. Ait enim Euangelista de Chri-
sto domino: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem. Cur non illum̃naret Ioan.1.
mũdum? Atq; ideo dies quæ lucem humano generi peperit, prius ipsa eiusdem lu
cis fulgore resplenduit, & concluſa iam spacia sua noctium tenebras dominicæ lu-
cis nitore discussit. Occupauerat enim totam diem noctium longitudo, nisi in ipsa
dierum breuitate Christi refulsisset aduentus. Qui sicut ortu suo humani generis
peccatorum tenebras discussit, ita & die natiuitatis suæ caliginum tenebras am-
putauit, & uno eodemq; ortu lucem pariter intulit & hominibus & diebus. Vnde
B non est mirum si crescit dies, quæ gemino fulgoris splendore uestitur. Sed uidea-
mus adhuc quomodo dominus saluator crescat, Iohannes baptista decrescat. Dixi
mus in superioribus quod Iohannes quidem figuram legis prophetarumq; gesta
uerit, necesse erat ergo ut deficeret lex euangelio coruscante, & minueretur Iudaicus
populus, populo Christiano surgente. Quis enim dubitat de natiuitate domini sy
nagogæ esse conuenticula uacuata, plebes multiplicatas ecclesiæ, & mirum immo-
dum quotidie Christum per Christianos suos crescere, Iohannem minui per Iu-
dæos? Hos diei dominici splendore fulgere, illos obscuritate noctium laborare.
Nox enim super Iudæos quodammodo maior incubuit, ex quo dixerunt de nece
saluatoris: Sanguis huius super nos & super filios nostros. Maioribus planè sunt Matt.27
noctium tenebris obscurati, ex quo conati sunt diem ueritatis occidere. Hoc autem
quod dicimus ut uerius approbare possimus, utriusq; natiuitatem breuiter expo-
namus. Ecce enim cum nascitur Christus exultant angeli, pastores peruigilant, ma-
gi adueniunt, stella præcedit, & cuncta quæ sunt in cœlis terrisq; pulcherrima, ipsi
domino deferuntur. Deferuntur enim illi, gloria per angelos, claritas per stellam,
religio per magos, simplicitas per pastores. Et quod apud ipsum solum futura es-
sent hæc omnia, nascenti illi uniuersa famulantur. Cum autem Iohannes concipi-
tur, Zacharias obmutescit, solennis conceditur sacerdos, Helizabeth mater abscon
ditur, significans post ortum suum legis silentium, amissionem sacerdotij, latebras
synagogæ. Dubium autem non est quod Iohannes natus pharisæis iusticiam le-
gis abstulerit, quod conceptus patri abstulit uocis obsequium. Crescit igitur domi-
nus semper, Iohannes baptista minuitur. Non ideo minuitur quod meritis aliquid
derogetur, sed quoniã saluatoris quotidie accumulatur gloria, illius minor fieri ui-
detur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C detur. Lucerna denicꝫ uocatur Iohannes, dicēte domino: Ille erat lucerna ardēs. Lucernæ igitur obſcuratur lumē, cum radius ſolis effulget. & defectionem quandam lampadæ ſuæ patitur, cum clarioris lucis ſplendore ſuperatur. Quis enim ſapiens lucernam requirat in ſole? Non quidem extinguitur, ſed neceſſaria non habetur, hoc eſt, quis ad Iohannis pœnitentiæ baptiſmum ueniat, cum poſſit ſaluatoris baptiſmo ſaluari? Non quidem illud reprehenditur, ſed hoc magis utile & neceſſarium iudicatur, quia in eo remiſſio peccatorum tribuitur.

Item de natali Domini. XIII.

QVA gratia uel quibus laudibus hūc diem natalis domini prædicemus prorſus ignoro. In tanta enim feſtiuitate ad magnificādum deum humana loquela non ſufficit. Nam ſi tunc cum naſcebatur Chriſtus, angelorum uoce laudatus eſt, nunc humana laudandus eſt uoce cum regnat? Supergreditur enim illius temporis feſtiuitatem noſtra ſolēnitas. Siquidem tunc ſtupuerunt illi tantum naſcentem dominum, nos illum ſuſcipimus naſcētem, reſurgentem pariter & regnantem. Tanto igitur facundior laudatio eſſe debet humani temporis, quanto ſunt maiora miracula. Sed quoniam dignam prædicationem exhibere non poteſt humana fragilitas, ad angelorum nos præconia conſeramus. Et quia merito eos æquiparare non poſſumus, deuotione comitemur, hoc eſt
Luc. 2. in ea feſtiuitate eadem qua illi lætitia, nos ſententia perſultemus dicentes: Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis? Digna planè & iuſta ſententia, quæ in natiuitate Chriſti, & deo honorem repræſentat in cœlis, & homini-
D bus pacem præſentat in terris. Ante ſaluatoris enim ortum nec cœleſtia reuerentiā deferebant, nec terrena requiem poſſidebant. Sed uidete quid dicat ipſa ſententia: Pax in hominibus bonæ uoluntatis. Non in quibuſcūqꝫ hominibus, ſed bonæ uoluntatis hominibus, ut intelligas pacem Chriſti non debiti eſſe, ſed meriti. Non enim eam meriti angeli in ea nocte qua paſtores naſcentem dominum ſuper gregem ſuum uigilias obſeruantes primi præ omnibus didicerunt. Ipſi enim primi ortum ſaluatoris ante omnes homines intimantibus angelis cognouerunt. Vnde mirum eſt quod prius redemptionem ſeculi potuerint ſcire cꝫ principes. Non enim angeli annunciauerunt regibus, non iudicibus, ſed hominibus ruſticanis. Nō ergo iam mirandum eſt, ſi Chriſti gratiam ante ſcire meruerit innocentia cꝫ poteſtas, & prius cognoſcere ueritatem ſimplex ruſticatio cꝫ ſuperba dominatio. Quod enim cognouerunt paſtores, principes cognoſcere nequiuerunt. Vnde & beatus Apoſto-
II. Cor. 2. lus ait: Quam nemo principum ſeculi huius cognouit, & reliqua. Ergo in natiuitate dñi angeli pariter cū paſtoribus ſunt lætati. Excelſam uero dicentes gloriam. Nam uicinis quodammodo & iunctis choris dei gloriam prædicauerunt. Vnde & credo eoſdem angelos in eiuſdem domini eadem feſtiuitate, ſimili nobiſcum lætitiæ uicinitate gaudere. Nam qui ſolent propter Chriſti ortum alloqui paſtores, non poſſunt propter eiuſdem Chriſti gaudium non inquirere ſacerdotes? Siquidem & qđ tunc ad illos ſuper gregem ſuum uigilias obſeruātes, nocte intempeſta locuti ſunt, huius temporis myſterium deſignabant. Nam illo facto hoc utiqꝫ monſtrabatur, gregem populum, noctem ſeculum, ſacerdotes eſſe paſtores, qui iugi ſuper plebem ſollicitudine uigilantes propter Chriſtum ab angelis minime deſeruntur. Hodier-
C na

A na igitur die ſecundū carnem natus eſt dominus, ita ſecreto, ita ſilentio, ut ortum eius ſeculum penitus ignoraret. Ignorauit enim ſeculū, quia & extra conſuētiam patris natus, & extra ordinē naturæ conceptus. Nam ioſeph conceptum ſuſcepit filiū quem nō genuit: Maria partum ædidit quem ſexus conſuetudine non creauit. Sic igitur natus eſt dominus, ut ortum eius nemo futurum ſuſpicaretur, nemo crederet, nemo ſentiret. Quemadmodū crederent hoc futurum, quod poſtea cꝫ factum eſt: factum eſſe uix credūt? Nam quod ita latenter & ſecreto ſaluator deſcenſurus eſſet in uirginē, iam ante Dauid propheta teſtatus eſt dicens: Deſcendet ſicut pluuia in Pſa. 71.
uellus. Quid enim tam ſilenter & ſine ſtrepitu fit cꝫ cum imber in lanæ uellus infunditur? Nullius aures ſono uerberat, nullius corpus humore repercuſſionis aſpergit: Sed ſine inquietudine hominū totum imbrem per multiplices effuſum partes toto corpore in ſe trahit, unius meatus ſciſſuram neſciens, ſolida mollicie plures præbens meatus, & quod clauſum uidetur, per denſitatē, eſt patulum per tenuitatem. Recte ergo Maria uelleri cōparatur, quæ ita concepit dominum, ut toto eum hauriret corpore, nec eius diſciſſuram corporis pateretur: ſed eſſet mollis ad obſequiū, ſolida ad ſanctimoniam. Recte inquā Maria uelleri cōparatur, de cuius fructu ſalutaria populis ueſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidē de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris lanicium, hoc eſt, carnē geſtans, molli uellere cuncto rum operit uulnera populorū. Omne enim peccati uulnus Chriſti lana ſuffunditur, Chriſti fouetur ſanguine, & ut ſanitatem recipiat, Chriſti indumentò ueſtitur.

B

Item de natali domini. XIIII.

LAETICIA quāta ſit quātuſcꝫ concurſus, cum imperatoris mūdi iſtius natalis celebrandus eſt, bene noſtis: quēadmodum duces & principes, omnes etiam militantes accurate ſericis ueſtibus accincti, operoſis cingulis auro fulgente precioſis ambiūt ſolito nitidius in cōſpectu regis incedere. Credunt enim maius eſſe imperatoris gaudium, ſi uiderit maiorē ſuæ apparationis ornatum, tantoꝫ illum lætum futurū, quāto ipſi fuerint in eius feſtiuitate deuoti, ut quia imperator tancꝫ homo corda non conſpicit, affectum eorū circa ſe probet uel habitum contuendo: ita fit ut ſplendidius ſe accuret quiſquis regem fidelius diligit. Deinde quia in die natalis ſui ſciunt eum largum futurū ac donaturum plurima, uel miniſtris ſuis, uel his qui in domo eius abiecti putātur & uiles, tāta prius theſauros eius replere diuitiarum uarietate feſtinant, ut inquantum prorogare uoluerit, intantum prorogatio copioſa non deſit, & ante uolūtas donandi deficiat cꝫ ſubſtantia largiendi. Hæc autem ideo ſollicite faciunt, quia maiorem ſibi remunerationem pro hac ſollicitudine ſperāt futurā. Si ergo fratres ſeculi iſtius homines propter præſentis honoris gloriam terreni regis ſui natalis diem tanta apparatione ſuſcipiunt, qua nos accuratione æterni regis noſtri Ieſu Chriſti natalem ſuſcipere debemus? qui pro deuotione noſtra non nobis temporalem largietur gloriam, ſed æternam, nec terreni honoris adminiſtrationem dabit quæ ſucceſſore finitur, ſed cœleſtis imperij dignitatem, quæ non habet ſucceſſorem. Qualis autem noſtra remuneratio ſit futura, dicit propheta: Quæ oculus non uidit, nec auris audi- Eſa. 64.
uit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit dominus diligentibus ſe: Quibus 1. Cor. 2.
indumentis nos exornari oportet? Quod autem diximus nos, hoc eſt, animas no

CC ſtras,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſtras,quia rex noſter Chriſtus non tam nitorem ueſtiũ q̃ animarum requirit affe/
ctum, nec inſpicit ornamenta corporum, ſed conſiderat corda meritorum, nec fra/
gilis cinguli præcingẽtis lumbos operoſitatem miratur,ſed fortis caſtimoniæ reſtrin
gentis libidinem ad pudicitiam plus miratur. Ambiamus ergo inueniri ante ipſum
probati fide,compti miſericordia,moribus accurati:& qui fidelius Chriſtum diligit,
nitidius ſe mandatorum eius obſeruatione componat, ut uere nos in ſe credere ui/
deat,cum ita in eius ſolennitate fulgemus,& lætus ſit quo nos perſpexerit puriores:
Atq; ideo ante conplures dies caſtificemus corda noſtra,mundemus conſcientiam,
purificemus ſpiritũ,ac nitidi & ſine macula immaculati domini ſuſcipiamus aduen/
tum,ut cuius natiuitas per immaculatam uirginẽ conſtitit,eius natalis per immacu/
latos ſeruulos procuretur. Quiſquis enim in illa die ſordidus fuerit ac pollutus,nata
lem Chriſti ortumq; non curat,interſit licet dominicæ feſtiuitati corpore,mente ta/
men longius à ſaluatore ſeparatur,nec ſocietatẽ habere potuerunt immundus & ſan
ctus,auarus & miſericors,corruptus & uirgo,niſi quod magis ingerendo ſe indignꝰ
offenſionem cõtrahit,cum minime ſe cognoſcit. Dum enim uult officioſus eſſe,iniu
rioſus exiſtit:Sicut ille in Euangelio,qui in cœtu ſanctorum inuitatus ad nuptias ue
nire auſus eſt,ueſtem non habẽs nuptialem. & cũ alius niteret iuſticia,alius luceret
fide,alius caſtitate fulgeret,ille ſolus conſcientiæ fœditate pollutus,cunctis ſplenden
tibus deformi horrore ſordebat. Et quanto plus ſimul diſcumbentium beatorum cã
debat ſanctitas,tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat
minus diſplicuiſſe forſitan ſi in conſorium iuſtorum minime ſe dediſſet. Propterea
D ergo ſublatus manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur,nõ ſolum quod
peccator erat,ſed quia cum peccator eſſet, ſanctitatis ſibi meritũ uendicabat. Igitur
fratres ſuſcepturi natalem domini, ab omni nos delictorum fece purgemus,replea/
mus theſauros eius diuerſorum munerum donis,ut in die ſancta ſit unde peregrini
accipiant,reficiantur uiduæ,pauperes ueſtiantur. Nam quale erit ſi in una eademq;
domo inter ſeruulos unius domini alter exultet in holoſericis,alter conſumat in pan
nis:alius æſtuet cibo,alius famem friguſq; ſuſtineat: ille eructet heſternam indige/
ſtionis crapulam,hic heſternam ieiunij inediam non reſoluat? Aut qui erit noſtræ o
rationis effectus,petimus ut liberemur ab inimico, qui non ſumus liberales in fra/
tres? Simus imitatores domini noſtri. Si enim ille pauperes in cœleſti gratia uoluit
nobis eſſe conſortes,cur nobis non ſint in ſubſtantia terrena cõſortes? Nec extranei
ſint alimonijs qui fratres ſunt ſacramentis,niſi quod rectius apud dominum per ip
ſos agimus cauſam noſtram,ut noſtris eos alamus ſumptibus qui illi gratias agãt.
Quicquid autem pauper dominum benedicit,illi proficit, quo faciente dominus be
nedicitur:Et ſicut ſcriptum eſt de illo, Væ illi homini per quem nomen domini blaſ/
phematur, ita & de iſto ſcriptum eſt,pax huic homini,per quem nomen domini be
nedicitur ſaluatoris. Quale autẽ eſt meritum largientis,ut ſolus quis operetur in do
mo,& per multos eccleſia dominum deprecetur. Et quod ille fortaſſis petere de di/
uinitate non audeat,plurimorum interpellantium rationibus etiam quod deſpera/
bat accipiat. Quod adiutorium noſtrum commemorans beatus Apoſtolus ait: Vt
per multos gratiarum actio referatur pro nobis. Et iterum: Vt fiat accepta ſanctifica
ta in ſpiritu ſancto.

Item de natali domini. Sermo XV

SATIS abundeq; dixiſſe me credo ſuperiore dominica quemadmodũ
compti uel nitidi natalem domini ſuſcipere debeamus,& ſuperuenientẽ
feſtiuitatem eius ambitione retinere. Retinere inq; ut ſi dies ſolennitatis
tranſeat,apud nos ſanctificationis eius beatitudo permaneat. Hæc emꝫ
gratia natalis eſt domini ſaluatoris,ut in futurũ ad prædeſtinatos tranſeat, in præ/
teritum remaneat ad deuotos. Oportet ergo eſſe nos ſanctitate puros,mundos pu
dicitia,nitidos honeſtate, ut quo diem feſtum aduenire propinquius cernimus,hoc
accuratius incedamus. Si enim mulierculæ ſolent aliquas ſuſceptura maculas ueſtiũ
ſuarum aqua diluere,cur non magis nos accepturi natalem domini maculas anima
rum noſtrarum fletibus abluamus? Et illæ quidem ſi adeo infectæ & obſcuræ ſor/
dibus fuerint,ut maculas ſola aqua nõ purget,adducunt mollitiem olei ſaponis eti/
am acrimoniam: Nos quoq; ſi tam graue peccatum fuerit, ut minime ſolis fletibus
abluatur,addamus miſericordiæ oleum,acrimoniamq; ieiunij. Nullum enim tam
graue delictũ eſt quod non purgetur abſtinentia,eleemoſynis extinguatur. Ait emꝫ Eccl.3.
ſanctus propheta: Sicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſyna extinguit peccatum.
Magna ergo eſt eleemoſyna quæ ardentium criminũ globos beneuolentiæ ſuæ fon
te refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictorum,ut quãuis of/
fenſus deus,cuius criminibus prouocatus cogatur liberare eleemoſynis,quem diſpo
ſuerat punire peccatis. Cogitur enim à nobis quodammodo, dum compellitur pro
actibus noſtris mutare ſententiam,& in uno eodemq; homine nunc ſeueritate iudi
cis permoueri,nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis deus eſt,cũ bene agi/
B mus: iudex noſter eſt,cum peccamus. Compellitur ergo operibus noſtris dominus, Matth.11.
ut nobis ſua miſericordia largiatur, atq; ideo ipſe in euangelio ſancto dicit, A die/
bus Ioannis baptiſtæ regnum cœlorum cogitur. Regnum cœlorum non niſi Chri/
ſtus eſt dominus,qui regnat in cœlis. Cogi autem uerbum tunc ſolet dici,cum res ali
qua rarior aſſidua operatione denſatur. Ex quo ergo Ioãnes baptiſta ſaluatoris an/
nunciauit aduentũ,ex eo regnum cœlorum quod prius fluidum & remiſſum apud
Iudæos iacebat,credentium populorum cœpit aſſiduitate denſari,& omnis illa reg
ni raritas prædicationum frequentatione ſolidari. Tam enim rarum fuit apud Iu/
deos regnum ut tranſiret ad gentes,tam fluidum ut emanaret ad populos. Nunc
autem tanta credentium cogitur denſitate,ut fixum & ſolidum mancat ſine fine. Si
cut ſcriptura dicit: Et regni eius non erit finis, Cogimus ergo regnum cœlorũ,& uim
quodammodo facimus, Sicut ait euangelica lectio: Et uim facientes diripiunt illud.
Vim inquã facimus domino nõ compellẽdo ſed flendo, non prouocando iniurijs,
ſed lachrymis exorando,non blaſphemando per ſuperbiam, ſed per humilitatem
mœrendo. O beata uiolentia quæ non indignatione percutitur, ſed miſericordia
condonatur. Beata inquam uiolentia quæ uim patienti bonitatem elicit, & utilita/
tem tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo cauſatur: uis admit/
titur, & religio propagatur. Quiſquis enim uiolentior Chriſto fuerit, religioſior
habebitur à Chriſto. Aggredimur ergo in itinere dominum, ſiquidem ipſe eſt uia,
& more latronũ ſuis eũ ſpoliare nitimur,cupimus illi auferre regnũ, theſauros & ui/
tam: ſed ille tam diues & largus eſt ut non abnuat,non reſiſtat,& cum omnia dede/
rit, nihilo minus omnia ipſe poſſideat. Aggredimur inquam illum non ferro, non
fuſte,non ſaxo,ſed manſuetudine,bonis operibus,caſtitate. Hæc ſunt arma fidei no

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ſtræ, quibus in congreſſione certamus. Vt autem his armis uti in ui inferenda poſ-
ſimus, ante corporibus noſtris uim quodammodo faciamus, expugnemus mem-
brorum uitia, ut uirtutum præmia conſequamur. Prius enim ipſi regnare debemus
in nobis, ut regnum poſſimus diripere ſaluatoris: Ait ergo euangeliū: Et uim faciē-
tes diripiunt illud. Raptores igitur ſumus, raptores autem non niſi diripiunt aliena.
Agnoſco ueram eſſe ſententiam. Chriſtū enim eccleſia rapuit ſynagogæ, & alienæ
gentis regnum uim faciendo poſſedit. Nam ſaluator miſſus ſub lege, natus in lege,
nutritus iuxta legem, dum à Iudæis negligitur, à gentibus occupatur, & dum à ſacer-
doribus perditur, à peccatoribus inuenitur. Sicut ipſe ait, publicani & peccatores præ
cedunt uos in regno cœlorum. Raptores igitur ſumus, mirandum nō eſt quippe qui
Gen. 49. à tali auctore deſcendimus. Scriptum eſt enim de patriarcha noſtro Beniamin: Lu-
pus rapax. Rapit enim quod ſuū non eſt: ita & nos uelut filij rapacis lupi alienarū
paſtorem ouium noſtra intentione præripimus. Sicut ipſe dicit: Non ſum miſſus
niſi ad oues perditas domus Iſraël. Rapitur itaq; Chriſtus, cū à Iudæis dimittitur,
& ab alijs prædicatur. Rapitur Chriſtus cum occiditur à Iudæis, & ſepelitur à nobis.
Rapitur Chriſtus à uigilantibus diſcipulis, à dormiētibus perditur phariſæis: Sicut
mentiendo ipſi confeſſi ſunt, dum cuſtodias ponerent ſepulturæ poſt reſurrectionē
Matt. 28 domini, dicentes: Quia diſcipuli eius nocte uenerunt, & furati ſunt eum nobis dor-
mientibus. Vnde ſpiritualiter intelligimus, quia Chriſtum omnes dormientes per-
Eph. 5. dunt, uigilantes inueniunt: Atq; ideo apoſtolus dicit: Surge qui dormis, & exurge
à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Vides ergo mortuum eſſe qui ita dormit ut
D non cuſtodiat ſaluatorem. Et ideo illi phariſæi uelut mortui non potuerunt ſeruare
uiuentem. Propterea fratres non dormiamus, ſed uigilemus circa ipſum dominum
noſtrum ſaluatorem, ut appoſitis iugiter cuſtodijs nemo illum auferat de ſepultura
pectoris noſtri, nec dicamus aliquando: Venerūt, & dormientibus nobis furati ſunt
eum. Habemus enim inimicos qui Chriſtū de cordibus noſtris ſi obdormierimus
auferre nitantur. Vnde peruigili cura ſeruemus eum in ſepulcro animarum noſtra-
rum, ibi perquieſcat, ibi dormiat, ibi cum uoluerit & reſurgat.

Item de natali domini. Sermo XVI.

BENE quodammodo ſanctam hanc diem natalis domini ſolem nouū
uulgus appellat, & tanta ſui auctoritate id cōfirmat, ut Iudæi etiā atq;
gentiles in hac uoce conſentiant. Quod libenter amplectendum nobis
eſt, quia oriente ſaluatore non ſolum humani generis ſalus, ſed etiam
ſolis ipſius claritas innouatur: Sicut ait apoſtolus: Vt per ipſum reſtauret omnia
ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terra ſunt. Si enim obſcuratū ſol cum Chriſtus patitur,
neceſſe eſt illum ſplendidius ſolito lucere cum naſcitur. Et ſi Iudæis mortem operan-
tibus offundit tenebras, cur non Mariæ parturienti uitam exhibeat claritatem. Aut
quare non credamus quod naſcente Chriſto ſol ad obſequium lucidior aduenerit,
cum magos ad indicium clarior ſtella præceſſerit? Et ſi ſtella per diem alieni tempo-
ris officium miniſtrauit, cur non credamus quod ſol quoq; nocturnis horis ali-
quātulum aduentu maturiore decerpſerit? Ex eo deniq; factum puto, ut nox decre
ſceret, dum ſol feſtinus ob dominicæ natiuitatis obſequium ante mundo lucem
protulit, cū nox curſum ſui temporis conſummaret. Quin potius ipſam noctē fuiſ-
ſe nō

A ſe non dico, nec aliquid obſcuritatis habuiſſe, in qua paſtores peruigilant, exultāt
angeli, aſtra deſeruiunt. Nec mirari debemus quod in natiuitate Chriſti noua ita
facta ſunt, cum nouum hoc ipſum fuerit quod uirgo peperit. Si autem præter ſoli-
tum natiuitas extitit, & præter ſolitum obſequia ſunt delata: Ergo oriente domino
paſtores peruigilant, exultant angeli, ſol obſequitur, ſtella famulatur. Et quidem
angelis uel paſtores gaudia ſua uoce uel ſermonibus proſequuntur: Elementa autē
iſta gaudia ſua, quia uoce non poterant, officio proteſtantur. Sol igitur præter cō
ſuetudinem in hac feſtiuitate matutinus illuxit. Nec mirum. Si enim ad Ieſū Naue Ioſue. 19.
orationem defixus ſtetit in die, cur non ad Ieſu Chriſti natiuitatem feſtinus promo
ueret in noctem? Solem igitur nouū hanc diem uulgus appellat, & cū dicit nouū
utiq; & ueterem eſſe demonſtrat. Veterem autem dixerim huius mundi ſolem qui
defectionem patitur, qui parietibus excluditur: qui nubibus obſcuratur. Veterem
dixerim ſolem, qui uanitati ſubiacet, qui corruptionem metuit, qui iudicium perti-
meſcit. Scriptum eſt enim: Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem. Ve- Ioel. 2.
terem inquam dixerim qui ſceleribus intereſt hominum, adulteria non refugit,
homicidium nō declinat. Et cum omne genus hominum nolit eſſe medium cum ali
quod crimen admittitur, hic ſolus in cunctis facinoribus ſtet. Ergo quia hunc uete-
rem eſſe manifeſtum eſt, nouum quem niſi Chriſtum dominum reperimus? De Malach. 4.
quo ſcriptum eſt, Orietur uobis ſol iuſticiæ. De quo etiam ex perſona peccatorum Sap. 5
dicit propheta: Sol non eſt ortus nobis, & iuſticiæ lumen non luxit nobis: Hic em
ſol, cum diaboli tenebris uniuerſus mundus eſſet oppreſſus, & caligo referta crimi-
B nibus ſeculorum poſſideret, dignatus eſt ultimo tempore, hoc eſt, incumbente iam
nocte ortum ſuæ natiuitatis infundere. Primo quidem ante lucem, hoc eſt, antecq;
illuminaret iuſticiæ ſol, uelut matutinum quoddam prophetarum miſit oraculum.
Sicut ſcriptum eſt, Mittebam prophetas meos ante lucem. Poſtea uero ipſe cum
ſuis radijs, hoc eſt: cum apoſtolorum ſuorum fulgore ſplenduit, ac tanta mundū
ueritatis luce diſcuſſit, ut diaboli tenebra nullos offenderet. Hic eſt igitur ſol nouus
qui clauſtra penetrat, inferna reſerat, corda rimatur. Hic nouus eſt ſol qui ſpiritu
ſuo uiuificat mortua, corrupta reparat, ſuſcitat iam defuncta: uel qui calore ſuo pur-
gat ſordida, exurit fluuida, decoquit uitioſa. Ipſe inquā eſt qui in cunctis actibus
noſtris perſpicit omnia opera noſtra, & nō tam cōdemnat crimina quām emendat.
Hic planè eſt ſol iuſtus & ſapiens, qui non ſine diſcretione ſicut iſtius ſol mundi bo
nis ac malis ſimiliter circumfertur, ſed quodam iudicio ueritatis, ſancto lucet, occidit
peccatori. Hoc autem inter utrunq; intereſt ſolem: Quod ille iudicium metuit, hic
iudicium comminatur: Quod ille corruptionis miniſter eſt, hic æternitatis eſt dñs:
Quod ille creatura eſt, hic creator. Tamē iſtum mundi ſolem priuſq; oritur, adhuc
ante lucem propter neceſſarios uſus hominum ſolet lucerna præcedere. Habet aūt
& Chriſtus ſol lucernam ſuam quæ eius ortum præceſſit: Sicut dicit propheta: Pa- Pſal. 131.
raui lucernam Chriſto meo. Quæ autem iſta lucerna ſit, oñdit dominus dicens de Ioan. 5.
Ioanne Baptiſta: Ille erat lucerna ardens. Ipſe autem Iohannes ut præcedens lu- Ibidem. 1.
cernæ lumen exiguum, ait: Ecce uenit poſt me, cuius non ſum dignus ſoluere cor
rigiam calciamentorū eius: ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni. Simul etiā
intelligens lumen ſuum ſolis radijs offuſcandum, ante prædicit: Illum oportet cre- Ioh. 3.
ſcere, me autem minui. Sicut enim lucernæ claritas deſtruitur ſolis aduentu: ita & Io-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C annis pœnitentiæ baptiſmum ſuperueniente Chriſti gratia uacuatũ eſt. Videamus igitur, hic ſol noſter nouus quo fonte naſcatur: ſicut eſt uerum, deo oritur auctore. Diuinitatis ergo eſt filius. Diuinitatis inquam incorruptæ, integræ, illibatæ, intelligo planè myſteriũ. Ideo enim ſecunda natiuitas per immaculatam Mariam, quia prior per diuinitatem conſtiterat illibata, ut cui prior natiuitas glorioſa extitit, eius ſecunda contumelioſa non fieret, hoc eſt, ut quemadmodum uirgo diuinitas ædiderat, ita eum & uirgo Maria generaret. Habere etiam apud homines, patrem ſcribitur, ſicut legimus in euangelio dicentibus phariſæis, Nónne hic eſt filius Ioſeph fa- Matth.13. bri, & mater eius Maria eſt? In hoc quoq; aduerte myſteriũ. Faber pater dicit Chriſti. Et planè pater faber deus qui totius mundi opera fabricatus eſt. Et planè faber, ſed qui in diluuio Noë arcam fabricare diſpoſuit. Faber inquam eſt qui ordinauit Moyſi tabernaculum, arcam teſtamenti inſtituit, templum Salomonis erexit. Fabrum dixerim, qui mentes rigidas expolit, cogitationes ſuperbas recidit, humilia facta ſublimat. Hic ante faber circa arbores curuo utitur ferramento, Sicut in euan- Matth.3. gelio legimus dicente Ioanne. Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Omnis arbor non faciens fructum excidetur, & in ignem mittetur. Hoc enim agit totum, ut utiles cœleſtis fabricæ arbores in futuro componat, infructuoſas uero euulſas radicitus flammarum conſumat incendio.

Increpatio de Kalendis Ianuarijs. Sermo XVII.

D ESTᵀ mihi aduerſus pleroſq; de ueſtris fratres querela non modica, de his loquor qui nobiſcum natalem domini celebrantes gentilium ſe feriis dederunt, & poſt illud cœleſte conuiuium ſuperſtitioſis ſibi prandium parauerũt, ut qui ante lætificati fuerant ſanctitate, inebriarent poſtea uanitate. Ignorantes quod qui uult regnare cum Chriſto, non poſſit gaudere cum ſeculo, & qui uult inuenire iuſticiam, debeat declinare luxuriam. Alia enim ratio eſt uitæ æternæ, alia deſperatio laſciuiæ temporalis. Ad illam uirtute aſcenditur, ad iſtam perditione deſcenditur. Atq; ideo qui uult eſſe diuinorum particeps, non debet eſſe ſocius idolorum. Idoli enim portio eſt inebriare uino mentem, uentrem cibo diſtendere, ſaltationibus membra torquere, & ita prauis actibus occupari, ut cogaris ignorare quod deus eſt. Vnde ſanctus apoſtolus hæc præuidens dicit, Quæ portio iuſti- 2.Cor.6. ciæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci cũ tenebris, aut quæ pars fideli cum infideli, qui autem conſenſus templo dei cũm idolis? Ergo ſi nos ſumus templum dei, cur in templo dei colitur feſtiuitas idolorum? Cur ubi Chriſtus habitat, qui eſt abſtinentia, temperantia, caſtitas, inducitur comeſatio, ebrietas atq; laſciuia? Dicit ſalua- Matth.6. tor, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, hoc eſt, deo & mammonæ. Quomodo igitur poteſtis religioſe epiphaniam domini procurare, qui iam kalendas quantum in uobis eſt, deuotiſſime celebraſtis? Ianus enim homo fuit unius conditor ciuitatis quæ Ianiculũ nuncupatur, in cuius honore à gentibus kalendæ ſunt Ianuariæ nuncupatæ, unde qui kalendas ianuarias colit, peccat, quoniam homini mortuo defert Gal.4. diuinitatis obſequium. Inde eſt quod ait apoſtolus. Dies obſeruatis & menſes & tempora & annos, timeo ne ſine cauſa laborauerim in uobis. Obſeruauit enim diem & menſem qui his diebus aut non ieiunauit, aut ad eccleſiam non proceſſit. Obſeruauit diem qui heſterna die non proceſſit ad eccleſiam, proceſſit ad campum. Ergo fra-

A go fratres omni ſtudio gentiliũ feſtiuitatem & ferias declinemus, ut quando illi epulantur & læti ſunt, tunc nos ſimus ſobrij atq; ieiuni, quo intelligant lætiçiam ſuam noſtra abſtinentia condemnari. Non ſolum autem gentilium, ſed & Iudæorum cõfortia uitare debemus, quorum etiam confabulatio eſt magna pollutio. Hi etenim arte inſinuant ſe hominibus, domos penetrant, ingrediuntur prætoria, aures iudicum & publica inquietant, & ideo magis præualent, quo magis ſunt impudentes. Hoc autem nõ recens in ipſis, ſed inueteratũ & originarium malum eſt. Nam olim iam & dominum ſaluatorem intra prætorium perſecuti ſunt, & præſidis eũm iudicio condemnarunt. In prætorio ergo à Iudæis innocentia opprimitur, ſecretum proditur, religio condemnatur. Cum enim Chriſtus occiditur, omnis in eo ueritas & iuſticia condemnatur, quoniam ipſe eſt innocentia, religio ſanctitatis atq; myſteriũ.

De ſancta Epiphania. Sermo XVIII.

EVANGELICA ſcriptura refert, ſicut lectum nuper audiuimus dominum ad Iordanem baptiſmi cauſa ueniſſe, & in eodem flumine myſterijs ſe cœleſtibus conſecrari uoluiſſe. Quod mirari nõ debemus, cur hoc, baptiſmatis ipſius dominus & magiſter fecerit. Quia ipſe ait, Qui fecerit Matth.5. ſic & docuerit, maximus uocabitur in regno cœlorũ. Facere igitur prius uoluit quod faciendum omnibus imperabat, ut bonus magiſter doctrinam ſuam non tam uerbis inſinuaret quàm actibus exerceret, & ad finem nos geſtu pariter confirmaret &
B ſenſu. Hoc autem totum hodierna die geſtum eſſe, manifeſtum eſt. Quod ita uerũ eſſe ipſa poſſumus colligere ratione. Ratio enim exigit, ut poſt diem natalis dominici licet interpoſitis annis, eodem autem tempore hæc feſtiuitas ſequeretur, quam & ipſam feſtiuitatem natalem appellandam puto. Tunc enim natus hominibus, hodie renatus eſt ſacramentis, tunc per uirginem æditus, hodie per myſterium generatus. Ita enim diſpoſuit dominus non longe inter ſe hominum uota diſtare, ut in uno tempore quem genitum gratulabantur in terra, ſanctificatum lætarentur in cœlis. Vt qui partum uirginis angelis annunciantibus poſſidebant, dei filium cœlis teſtantibus retinerent, certiçq; eſſent homines, quia ipſe eſſet filius dei, quem uirgo pepererat, diuinitas agnoſcebat. Noui enim partus noua merentur obſequia. Ibi cum ſecundum hominem naſcitur, mater eum Maria ſinu circumfouet. Hic cum ſecundum myſteriũ gignitur, pater eum deus uoce complectitur. Ait enim, Hic eſt eũ Matth.3. filius meus in quo bene complacui, ipſum audite. Mater ergo partui molli blanditur gremio, pater filio pio teſtimonio famulatur. Mater inquam eum adorandum magis ingerit, pater colendum gentibus manifeſtat. Sinu igitur retinetur à matre cũ naſcitur, ſed pater ei ſinus ſui fotũ iugiter ſubminiſtrat. Legimus enim eum ſine intermiſſione in patris gremio quieſcentẽ, dicente euangeliſta, Deum nemo uidit un- Ioan.1. quam niſi unigenitus filius qui eſt in ſinu patris. Libenter ergo in ſinu ſanctorũ quieſcit dominus, unde & Ioannis euangeliſtæ ſinum ut in eo accumberet libenter elegit. Sinus ergo in quo Chriſtus requieſcit, non corporis gremio præparatur, non ueſtimentorum ambitione componitur, ſed cœleſtium uirtutũ operatione colligitur. Nam Chriſti ſinus erat in Ioanne euangeliſta fides, in deo patre diuinitas, in Maria matre uirginitas. Ibi ſinus Chriſti eſt, ubi habitaculum eſt uirtutum. Ibi reclinat caput ſuum, ubi domicilium cœleſtium inuenit præceptorũ. Nam ideo peccatoribus Mat.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& infidelibus dicit, Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem homi
nis non habet ubi caput reclinet. Igitur dominus Iesus hodie uenit ad baptismum,
& corpus suum sanctum uoluit aqua dilui. Dicat fortasse aliquis, Qui sanctus est,
quare uoluit baptizari? Audi ergo. Ideo baptizatur Christus, non ut sanctificetur
ab aquis, sed ut ipse aquas sanctificet, & purificatione sui purificet fluenta illa quæ
tangit. Consecratio enim Christi, consecratio maior est elementi. Cum enim salua-
tor abluitur, iam tunc in nostrum baptismum tota aqua mundatur, & purificatur
fons ut sequturis postmodũ populis lauacri gratia ministretur. Præcedit ergo Chri-
stus per baptismum, ut Christiani post eum confidenter populi subsequantur. In-
telligo ergo mysterium. Ita enim & columna ignis præcessit per mare rubrum, ut in-
trepidum iter Israël filij sequerentur, & ipsa prius per aquas gressa est ut uenienti-
bus post se uiandi semitam præpararet. Quod factum sicut apostolus dicit, mysteri
um baptismi fuit. Baptismum planè quodammodo fuit, ubi homines nubes operie
bat, unda portabat. Sed hæc omia operatus est Christus dominus idem qui & mo-
do, qui sicut tunc per mare filios Israël in ignis columna præcessit, ita nũc per baptis
mum Christianos populos in corporis sui columna præcedit. Ipsa inquam est co-
lumna quæ tunc sequentium oculis præstitit, modo lucem credentium cordibus
subministrat. Tunc in fluentis undarum solidauit semitam, modo in lauacro fidei
uestigia corroborat, per quam fidem sicut filij Israël qui intrepidus ambulauerit per
secutorem Ægyptium non timebit.

Item de sancta epiphania. Sermo XIX.

EXVLTANDVM est nobis fratres charissimi quod uotis nostris uo-
ta succedunt, quod gaudijs gaudia cumulantur. Ecce enim adhuc nata-
lis dominici solennitate corda nostra persultant, & iam festiuitate san-
ctæ epiphaniæ gloriamur. Gratias igitur agere debemus domino, qui
nos frequenter uisitat ut sæpe lætificet, & iam copiosius requirit ut numerosius bene
dicat. Quamuis igitur gentilis licet uane numerus ad solennitatem lætetur propter
diuersitatem dominorum suorũ, tamen plures nobis festiuitates præstat unius dei
uisitatio quàm illis multorum dæmoniorum superstitiosa præsumptio. Nam si-
cut eos ueritate religionis uincimus, ita uotorum numero superamus. Epiphaniæ er
go hodie procuramus gaudia. Quærat aliquis, quid interpretetur hoc uerbum, scili-
cet quia epiphania Græce, Latinæ dicitur apparitio. Ergo quia tunc primum appa-
ruit saluator in mundo, ipsa dies eodem uocabulo epiphania nuncupata est. Quo-
modo autẽ apparuerit requiramus, non quod in mundo ante non fuerit, cum mun
dus per ipsum factus sit, sed quod tunc primũ signis atq; miraculis credentiũ cordi-
bus deus Christus illuxerit, & in tenebrosas cõscientias hominũ fidei splendor adue
nerit. Cũ igitur deus ubiq; sit & uniuersa possideat, tanq; nõ uisus antea apparuisse
dicitur. Apparuit autẽ nõ tam oculis hominum, quàm saluti. Nam & si prius natus
ex uirgine oculis carnalibus uidebatur, tamen nõ apparebat quoniã uirtutẽ eius ad-
huc fidei acies ignorabat. Vnde Iudæis per prophetam dicitur. Videntes uidebitis
Esa. 6. & non uidebitis, Hoc est, saluatorem quem cernerent oculis corporalibus, spirituali
lumine non uiderent. Postea enim quàm diuinitatem suam mirabilibus declarauit,
humanis mentibus tanq; nouus & inopinatus apparẽs oculos quosdam cordis in-
fudit, ut cognosceret sensus quẽ nõ cognouit aspectus. Vnde fit ut nos Christũ do-
minum

minum per fidem, quem nunq; uidimus contemplemur, Iudæi quem perspexerunt
oculis, palpauerunt manibus, hodieq; nõ uideant. Requiramus igitur quod signũ
operatus sit, ut diuinitatem suam populis declararet. Dicitur hoc primũm fecisse
miraculum, ut aquam mutaret in uinum. Magnum planè signum & ad dei creden
dum sufficiens maiestatem. Quis enim non miretur in aliud q̃ erant elementa esse
translata? Nemo enim potest mutare naturã nisi qui dominus est naturæ. Credẽ-
dum est iam ex hoc mortalem hominem in immortalitatem posse conuerti, quãdo
uilis substantia in preciosam est cõuersa substantiam. Nolo enim auditor nomina
tantum perspicias uini & aquæ, sed si uis potentiam cõprobare, uirtutem rerum
aspice. Facto enim hoc altius nescio quid demonstratur. Nam cum dominus aquã
uertit in uinum, non tam hoc operatur ne discumbentibus desit ebrietas, sed ut cre-
dentibus sit æternitas. Siquidem propterea in mũdum uenerit Christus, non ut cõ-
uiuarum cellaria procuraret, sed ut saluti hominũ prouideret: nec ut hydrias substan
tia boni odoris impleret, sed ut animas gratia sancti spiritus irrigaret. Ergo cum ex
illa uili aqua uini optimi saporem uoluit gustare conuiuas, magis uoluit ex hac uili
carne resurrectionis cœlestis sapientiam gustare credentes. Nam hoc signum totũ
uticq; resurrectionis mysterium cõtinet. Aqua enim uilis, pallens & frigida, in uinũ
uersa scilicet preciosum rubrũ uel ignitũ, hoc significat, hominis substantiam cõdi-
tione, uilem imbecillitate, pallentem morte, in resurrectione in gloriam cõmutandã,
quæ est æternitate preciosa, gratia colorata, spiritu immortalitatis ignita. Hoc igitur
dignum est credere dominũ operari uoluisse, ut per hoc terrenum signum futurum
iam tunc à sapientibus cœleste mysterium uideretur. Nam si mirabile est uticq; quæ
defecerant cõuiurijs uina suppleſſe, quãto est mirabilius uitam quæ est exhausta ho-
minibus reparasse? Etsi glorioſum est aquã in uinum mutare, quãto est glorioſius
peccata in iusticiam commutare, & mores potius temperare q̃ pocula? Audeo di-
cere illas hydrias non solum illi conuiuio, sed uniuerso mũdo preciosam illam mini-
strare substantiam, nisi quod nobis melius administrant. Constat enim ex ipsis uas
tulis illos hausisse ebrietatem, nos haurire iusticiam. Illos percepisse uini poculum,
nos calicem salutis accipere, & si dici fas est, apud illos pertransisse quod biberant,
apud nos uero permanẽre quod sumpsimus.

Item de eodem. Sermo XX.

REMINIT sanctitas uestra fratres superioris prædicationis nostræ, qua
descripsimus beatos apostolos uno uiso miraculo, hoc est, aqua in uinũ
à saluatore cõuersa, in eum protinus incredidisse. Ita enim ait euãgelista
de domino: Et manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum di-
scipuli eius. Quod factum non ideo tantũ scriptum est ut illorum sub quibus factũ Ioh. 2.
est fidei gloria monstraretur, sed & propter nos qui eodem deuotionis exemplo cre
dulitatis gloria prouocamur. Christus enim quod operatus est, non illis tantum
operatus est quos habebat tũc præsentes, sed & nobis postea secuturis: ut licet maio
res nostri tẽpore nos præcederent, tñ signorum gratia non præirent. Quæ enim illis
exhibita est præsentia rerũ in mirabilibus uirtus, eadẽ uirtus nobis literarũ thesauro
cõseruata, ut nobis præstaret pagina, quod illis gerebat historia: imò in nobis geritẽ
quicquid nobis ingeritẽ, quicquid nobis insinuatur, ut scripturarũ speculo dictaretẽ,

& &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & potẽtiã domini quã illi carnalibus oculis cernerẽt, nos ſpirituali lumine uidere/
mus. Et crediderunt in eum & manifeſtauit gloriam ſuam diſcipulis ſuis. Quàm
bene potentiam domini ſubſequitur deuotio ſeruulorum, & quod magiſter docet
opere, diſcipuli in corde deſcribũt. Ecce cui manifeſtatur uirtus operãtis, & fides præ
dicatur manifeſta credentium. Prædicanda planè Apoſtolorum fides quæ uiſo u/
no ſigno credidit in omnipotentiam ſaluatoris, & Apoſtoli dum mirantur aquam
in uinum uerſam, ipſi ex omni fece peccatorum ſimiliter ſunt conuerſi, & inſtar ſa/
cti miraculi ex uili ſuperſtitione gentilium in precioſam deuotionem credentium
ſunt tranſlati. Et ut aqua in uinum uerſa, ſapore, rubore, calore conditur, ita ſcientiæ
quod erat in his inſulſum accepit ſaporẽ, quod pallens, gratiæ ſumpſit colorẽ: qđ fri/
gidum, incaluit immortalitatis ardore. Magnificanda igitur apoſtolorũ fides, quæ
ideo Euãgelico ſermone deſcripta eſt, ut & illis eſſet ad laudẽ, & nobis ꝓficeret ad
exẽplũ. Sed quod peius eſt, his illis laus ſua permanet, nos exempla nõ permouẽt.
Nã quanto poſteriores ſumus tempore, tanto & inferiores merito. Illi ẽm uiſo uno
ſigno ſtatim domino crediderunt, nos acceptis adhuc tot beneficiorum mirabilibus
dubitamus. Dubitamus inquã, quia præſentia diligimus dum futura non credimus
diuitias amamus in ſeculo dum eas accipere cunctamur à Chriſto. Iracũdia immo
derate extollimur dum retributionis iudiciũ non timem⁹. Cæterum qui nouit ſcri/
Matth.7. ptum eſſe: Quo iudicio iudicaueritis, eodem iudicabitur de uobis, abſq; dubio lenis
moderatus & mitis eſt, & pluꝰ bonitate cogit quàm ſeueritate compellit, amicus in/
dulgentiæ, familiaris eſt ueniæ, ut dum eã frequenter impartit, à domino ſemper ac/
D cipiat. Siquidem prudentis ſit rectoris ita terrenos honores agere, ut honorificentiã
cœleſtis dignitatis acquirat. Etſi interdum uigorem dicendi in nobis corporis obtũ/
dat infirmitas, tamen ſtudio deuotionis ueſtræ fortiores efficimur. Nam quo uos
ſtudioſius auditis, eo nos libentius prædicamus, & uirtus nobis loquẽdi additur cũ
uos intelligendi accõmodatis auditum. Quis non conetur illic uerbi cœleſtis ſemen
iacere, ubi illud puri cordis fœcunda terra ſuſcipit? Quis inquam nõ illic uerbum ſal
uatoris collocare uelit, ubi illud non ſæcularium ſollicitudo præfocet, ſed diſcipli/
narum ſpiritualium uirtus enutriat. Ergo fratres quia in ſancta Epiphania exulta/
uimus uidentes miracula ſaluatoris, debemus facere quod illius temporis diſcipu/
li tunc fecerunt. Quod autem dixi uidiſſe nos modo quod olim geſtum eſt, uide/
mus planè uidemuſque quotidie. Ea enim ſunt Chriſti miracula, ut non iniquita/
te prætereant, ſed gratia conualeſcant, non obliuione ſepeliantur, ſed uirtutibus
innouentur. Apud potentiam enim dei nihil eſt abolitum, nihil præteritum, ſed
Pſal.89. pro ſui magnitudine omnia illi in præſenti ſunt, totum illi tempus eſt hodie. Vn/
de & ſanctus propheta dicit: Mille anni ante oculos tuos tanquam dies una. Quod
ſi omne ſeculi tempus una dies eſt domino, eadem quæ mirabilia ſaluator patri/
bus operatus eſt, operatus & nobis eſt. Videmus igitur & nos ſicut maiores no/
ſtri mirabilia domini, cum pari ea cum illis ſtupore ſuſpeximus. Guſtauimus &
nos ſicut illi de ipſis hydrijs: Siquidem illi de his poculum uini biberunt, nos ſalutis
calicem ſumpſerimus. Debemus ergo facere uiſo ſigno domini quod noſtri fecere
priores. Si enim eadem in nobis diuinitatis refulſit gratia; eadem & fidei apud nos
debet eſſe deuotio. Dicit enim Euangeliſta de domino hoc miraculo perpetrato.
Et mani

A Et manifeſtauit gloriam ſuam, & crediderunt diſcipuli in eum. Credere ergo debe/
mus, ſicut tunc Apoſtoli crediderunt. Dicit autem & alius: Et nos Chriſtiani ſumus,
credimus in dominum ſaluatorem? Sed credere opus eſt opere, non ſermone, non
lingua, ſed corde, ne & nobis dicatur: Plebs hæc labijs me honorat, cor autem eo/ Eſa. 29.
rum longe eſt à me.

Item de die ſancto Epiphaniæ Sermo XXI

PLERIQVE in hac ſancta Epiphaniæ die hactenus à domino mirabi/
lia facta eſſe commemorant, ut rogatus ad nuptias aquæ ſubſtãtiam in
uini ſpeciem commutaret, ac liquorem fontium in meliorem uſum ſui
benedictione tranſferret, miniſtros hauſiſſe aquam de puteis, uinum in
hydrijs inueniſſe, atq; utiliore diſpendio perdidiſſe quod inpleuerant, repperiſſe qđ ſegnitiæ ✕
deerat, tuncq; primum hoc mirabili ſigno diuinitatis ſuæ declaraſſe uirtutem. Non
nulli autem in hac ſancta die ab Ioanne baptizatum eũ in Iordane teſtantur, atq;
in lauacri eius gratia interfuiſſe loquendo deum patrem, ſanctum quoq; ſpiritũ de/
ſcendiſſe. Nec mirum ſi in domini lauacro myſterium non defuit trinitatis cum no/
ſtrum lauacrum trinitatis compleat ſacramentum. Neq; enim poterat dominus
non primum circa ſe exhibere, quod erat poſtea humano generi præcepturus, cum
omnia non ſui cauſa, ſed noſtræ gratia ſalutis efficeret: Aut nunquid propter ſe
baptizari uoluit, cum peccatum non haberet: Sicut dicit propheta: Qui peccatum Eſa. 53.
B non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius? Sed propter nos utique qui multorum
criminum peccatis obnoxij opus habeamus, ut in Chriſti baptiſmo purgaremur,
atque ideo uenit dominus ad lauacrum non ut purificetur ipſe aquis, ſed ut nobis
aquarum fluenta purificet. Ex quo enim ille in aquis merſit, ex eo omnium cre/
dentium peccata deleuit. Neceſſe eſt autem ut omnium peccata deleuerit qui omni/
um peccata ſuſcepit, ſicut ait Euangeliſta, Hic eſt agnus dei, hic eſt qui tollit peccatũ
mundi. Mirum ergo in modũ unus mergitur, & ſalus omnium reparatur. Adeſt er
go deus pater, cum baptizatur dominus, adeſt ſpirituſſanctus. Videte ſaluatoris be
neuolẽtiam, qua ſolus ſe in paſſione contumelijs ſubdidit, in lauacro ſolus gratiam
non quæſiuit, uult participes eſſe gloriæ. Adeſt ergo ſicut dixi pater, adeſt & ſpiritus
ſanctus, & quia deus uideri non poteſt, ſpiritus in columba, pater deſcendit in uoce.
Quodq; ſolum ad aſtruendam fidem hominibus neceſſarium erat exhibere ſalua
torem. Fides enim noſtra niſi auditu nõ conſtat & uiſu, ideo ſe ſpiritus in columba
oculis ſubdit, pater in uoce ſe auribus ſumminiſtrat. Nam niſi propter noſtram cre
dulitatem iſta fieri oportuiſſet, potuit pater & ſpiritus tanquam inuiſibilis deus ad
uerbũ filiũ inuiſibili prolapſione deſcendere. Igit propter noſtrã fidem aperto cœlo
ſpũs ad Chriſtũ, pater ad filiũ, uox deſcendit ad uerbũ. Verbũ ẽm Chriſtus eſt, de
quo ſcribit: In principio erat uerbũ. Bene inquã pater uox, & filius uerbũ dicit, quia
uerbũ nõ niſi de uoce procedit. Cõueniunt itaq; ſibi uox & uerbũ, & ſaluti hominũ
quidẽ ſocietate myſterij. Qua aũt ratione ſpiritus ſanctus ad Chriſtũ in ſpecie co/
lũbæ deſcenderit, uideamus utrum ſit aliqua ſimilitudo colũbæ uel domini, ſicut eſt
uocis & uerbi. Et planè non parua. Columbam enim etiam ipſum dominum dixe/
rim, quia eſt alacer, mitis & ſimplex. Columba eſt, quia ſanctos ſuos eſſe præci/
pit ut colũbas, dicẽs: Eſtote ſimplices ſicut colũbæ. Quod autẽ columba Chriſtus ſit.
Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

C propheta dicit ex persona ipsius, describens post passionē reditum eius ad cœlum: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ,& uolabo,& requiescam? Cum ergo Christus dominus initiaret ecclesiæ sacramēta,cœlo superuenit cōlumba. Intelligo mysterium, agnosco etiam sacramentū. Columba enim ipsa est quæ nunc ad ecclesiā Christi in baptismo uenit,quæ quōdam ad arcam Noë in diluuio properauit. Tūc illi securitatem annuncians oliuæ ramo,modo huic æternitatē conferens diuinitatis indicio. Tunc signum pacis ore afferens, modo ipsā pacem Christum sui substantia superfundēs.In Iordane igitur baptisatus est dominus. Multa mirabilia in hoc
Psal.113. flumine sæpius facta esse scriptura cōmemorat: Inter cætera dicens: Et iordanis cōuersus est retrorsum.Puto autē esse mirabilius quod domino Iesu Christo ibi posito factum est. Ante enim retrorsum aquæ cōuersæ fuerant, modo retrorsum peccata conuersa sunt. Et sicut tūc impetus fluminis alueū sui cursus perdidit:ita & nūc impetus peccatorum dominū sui erroris amisit. Quod quidem in propheta Helia
4. Re.2. iam illo in tempore factū puto. Sicut enim Helias in Iordane diuisionē fecit undarum:ita & spiritus domini in eodem Iordane separationē operatus est peccatorum. Ille stare fluenta præcepit, hic crimina. Et sicut sub Helia fluctus primordia sontium de quibus exierāt petiuerūt: ita & sub Christo domino homines ad originis suæ infantiam,de qua fuerant exorti, sunt reuersi.

Post epiphaniam. XXII.

D AD omnes uos fratres prædicationē meā in die sancta Epiphaniæ peruenisse credo, & ad uos præcipue catechumnos: In qua descripsimus tunc, nōnullis asserentibus, aquā in uinum fuisse conuersam: pleriscp; aūt testantibus,illa die in Iordane dominum baptizatum: Quod licet à diuersis alterutrum factū esse credatur:ego tamen utrūcp; factum esse confirmo,& aliud signum de alio cōtineri. Vtrumcp; enim factū est.Nam cū baptisatus est dns, & mysterium lauacri instituit, & humanū genus uelut uilem aquā in æternam substantiā diuinitatis sapore conuertit.Similiter & cum hydrias plenas liquore fontiū, uertit in uinū,utrumcp; operatus est,& speciem magis necessariā nuptijs præstitit,& demōstrauit corpora hominū per lauacrum spiritussancti replenda esse substātia,
Matth.9. Quod alibi ipse dns manifestius declarauit dicens: In utres nouos uinū nouū esse condendum. In nouitate enim utriū lauacri puritas,spiritussancti gratia significatur in uino. Igitur uos catechumenos diligētius oportuit hoc audisse,quibus magis est necessariū,ut sensus uester, qui ignorātia trinitatis ut aqua nūc friget, agnitione mysterij incalescat ut uinū,& animarum uestrarū liquor uilis & tenuis, in precioſam & forte gratiā transfundatur,ut uini uice sapiamus quod bonū est, redoleamus quod
2. Cor.2. suaue est. Et possimus dicere illud apostoli: Qm Christi bonus odor sumus deo. Catechumen9 enim priuscp; baptisetur, sicut aqua iacet,riget & pallet. Fidelis autē sicut uinū,fortis & ruber est.Catechumenus inquā sicut aqua nullius saporis,nullius odoris, nullius est precij, nec sufficiens ad usum,nec delectabilis ad reficiēdum, nec tolerabilis ad seruandum, Nam sicut aqua cum seruatur diutius, in deterius uersa intra semet putrescit & fœtet, ita & catechumenus cū diutius catechumenus permanet,in deterius cōuersus intra semet uilescit & deperit. Ait enim dominus,Nisi quis
Iohan.3. renatus fuerit ex aqua & spiritusancto,nō intrabit in regnum cœlorum. Qui autem non

A non intrat regnum, necessario temanet in inferno. Recte autem uino comparatur fidelis.Sicut enim ex cunctarum creaturarū substantia omnis res uetustate deperit, solum uinum proficit uetustate,ita ex omni genere hominū cunctis antiquitate pereuntibus,solus Christianus proficit uetustate.Et sicut uinum in dies singulos aspe ritatem suam decoquens,saporis dulcedinem,suauitatē odoris acquirit, ita & Christianus successu temporis delictorum suorum asperitatem decoquens, sapientiam sibi diuinitatis beneuolentia trinitatis assumit.Ergo in hac sancta die baptizatus est dominus. Videte quàm bene ordinauerit ut & in natali suo natus sit,& in Epiphania sit renatus,ut nec longe à se salutis humanæ uota distarent, & æternas saluatori iugiter gratias ageremus:tunc & uota nostra celebrata sunt,quo Christo ecclesia copulata est. Sicut ait Iohannes, Qui habet sponsam,sponsus est. Propter has ergo nuptias saltare nos conuenit.Siquidem & Dauid rex pariter & propheta,cum multa cecinerit,& ante arcam saltasse dicatur:Elatus enim gaudio in saltationem prorupit. Præuidebat enim in spiritu per Mariā de germine suo ecclesiam Christi thalamo sociandam,de quo ait:Et ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo. Atcp; Psal.18.
ideo præ cæteris prophetarum auctoribus plus cantauit,quia lætior cunctis per hæc gaudia suos posteros coniungebat, & ad propria uota omnes gentes solito dulcius inuitabat,nos quoq; docuit quid ipsis facere deberemus in nuptijs,cum ille ante nuptias tota exultatione lætatus sit.

De quadragesima. Sermo XXIII.

B SANCTAE quadragesimæ rationem cuius hodie initiū celebramus,frequenter ædidimus,& cur tot dierum numero ieiunemus,sæpe docuimus. Diximus enim quod dominus Iesus Christus hunc eundem numerum ieiunij consecrauit,& continuatis diebus noctibuscp; non capiens cibum,unum ieiunij corpus effecerit,hoc est,licet diei ordo noctis interrumperetur aduentu,non tamen interruptus est ordo ieiunij. Vnde erant apud eum plura temporum curricula,sed abstinentiæ dies una, ostendens nobis ita nos hunc numerum integrum ieiunare debere,ut quia totam quadragesimam cōplecti non possumus sopito & uno ieiunio, uel quotidianis eandem sine intermissione ieiunijs celebremus, ut si quisquā unam diem abstinendo prætermiserit,totam quadragesimam uiolarit,& propter modici temporis cibum magni fructum laboris amiserit.Sed dicit aliquis,Quadragesimæ aliquotiens accepimus rationem,& eam consecratam à domino frequenter audiuimus, sed cur eadem quadragesima quadraginta & duos dies habeat, audire gestimus.Legimus in ueteri testamento,cum sanctus Moyses filios Israël de iugo Ægyptiæ captiuitatis erueret,ut in terram eos repromissionis induceret, quadraginta & duorum dierū eum ad memoratam terram mansionibus peruenisse,tantocp; illum temporum numero potitum esse promissis,quanto & nos promissis nobis à saluatore perfrui gratulamur. Eodem inquam numero Moyses per mansiones peruenit ad requiem quo & nos per ieiunia properamus ad cœlū.Ieiunia enim nostra mansiones quædam sunt, per quæ iter spiritualiter facientes animæ uirtutibus ambulamus, & diurno profectu repromissæ nobis terræ uiciniores efficimur, ita ut citius perueniat qui deuotius ieiunarit. Pedes enim quidā animæ pernices sunt fides atcp; ieiunium,qui cito de humilibus ad altiora conscendunt, cito de terrenis ad cœlestia

Universidad de Deusto
Biblioteca

C gradiuntur. De his pedibus dicit apostolus: Quàm speciosi pedes euangelizantium
Rom.10. bona. Hos pedes lauari præcepit dominus, Sicut apostolus ait de uidua, Si sancto
1. Tim.5. rum pedes lauit. Digni enim honore euangelizantiũ pacem pedes sunt, qui spiritua
les ac nitidi doctrina super hominũ corda gradiuntur. Quadraginta etiam & duo
rum dierum numero Israël populus peruenit ad fluenta Iordanis: Eodemq; dierũ
circulo Christianus populus peruenit ad fluenta baptismatis. Et sicut ait propheta
Psal.113. Iordanis conuersus est retrorsum. Illic introeunte Israëlita in aquam fluminis unda
superfugit, hic descendente in fontem Christiano criminũ peccata diffugiunt. Et mi
rum in modum illic retrorsum conuersus fluuius in originem suam reuertitur, hic in
posterum reuocatus homo in originis suæ infantiam reparatur. Ibi fontem suũ de
quo egressa fuerat unda perquirit, hic hominem suum à quo exierat innocentia re
cognoscit. Ibi exinanitur alueus fluctibus, hic euacuantur corda criminibus. Ibi ut
seruos dei illic aqua cœnosa non madidet, hic famulos dei conscientia tetra non pol
luat. Iordanis enim quidã est fons lauacri per quem qui transiuerit, relictis sordibus
paradisum repromissionis ingreditur. In hoc ergo quadragenario & duali numero
Israël populus relinquens Ægyptũ rubri maris fluenta transcendit, & nos quoq; in
ipso numero relinquentes mundi Ægyptũ gehennæ ardẽtis stagna transimus. Illos
in fluctibus unda sustentat, nos ignis flamma non urit. Illis solidatur aqua, nobis
refrigescit incendium. Et contra naturæ usum per æstum siccatur mare, per fontem
baptismi gehenna mitescit. In hoc inquam mystico numero filij Israël peruenientes
ad myrrham cum præ amaritudine aquã haurire non possent, Habebat enim fons
D aquã, sed dulcedinem nõ habebat, Erat delectabilis ad uisionem, sed syncerus non
erat ad saporem. Iniecto in eam per Moysen ligno dulcedinem suauiter potarunt,
austeritatem quã noxia unda gestabat, ligni abstulit sacramentũ. Quod quidem in
figura factũ puto. Aquam enim amaram myrrha, legem esse arbitror ueteris testa
menti, quæ lex prius quàm cruce temperaretur domini, erat immitis. Iubebat enim
Leuit.24. oculum pro oculo, dentem pro dente, & uelut austeris nullũ misericordiæ refrigeriũ
porrigebat. At uero ubi ligno euangelicæ passionis est temperata, statim amaritudi
nem suam suauitate cõmutans, dulcem se cunctis præstitit ad potandum. Sicut ait
Psal.118. propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauũ ori meo. Dul
Matth.5. cia enim sunt eloquia quæ iubent, Si quis te percusserit in maxillam, præbe ei & alte
ram. Si quis tibi aufert tunicam, relinque illi & pallium. Hæc est ergo illa amaritudo
quæ dulcedine cõmutata est, id est, austeritas legis euangelij gratia temperata est.
2.Cor.3. Amara enim est legis litera sine crucis mysterio, De qua ait apostolus: Litera occi
dit. At ubi passionis illi sacramenta iunguntur, omnis eius spiritualiter amaritudo
conditur. Et de ea dicit apostolus: Spiritus autem uiuificat.

Item de quadragesima. Sermo. XXIIII.

RETINENT adhuc sensus uestri fratres, nos hoc superiore dominica præ
dicasse quod huius quadragesimæ nostræ figurã illæ quadraginta & duæ
mansiones habuerint, per quas populus Israël exiens de Ægypto, diurno
profectu terram repromissionis intrauit, & quasi quibusdam salutis gradibus post
iugum seruitutis ascendit ad regnũ. Figura inquã fuit in illis mansionibus ieiuniorũ
nostrorũ, non solum in quantitate numeri, sed etiam in obseruatione uirtutũ. Non
enim

A enim tantũ filij Israël in itinere deserti corporeis gressibus ambularunt, quantũ in
uia domini religiosis actibus profecerunt. In uia planè ambulauerunt domini quæ
illos potauit in fluctibus & pauit è cœlo. Esurientibus enim in heremo manna non
defuit, periclitantibus in mari terra non fugit. Ibi mare in semita sternitur, hic cœlũ
ad pabulum referatur. Propter gratiam famulorũ dei Iordanis fluenta sua retinet,
aquã suam myrrha cõmutat. Illic retrorsum conuersa, quæ sequebatur unda præce
dit, Hic in melius temperata quæ amarũ stillabat uena dulcescit. Et mirũ in modum
fluuius cursum perdidit, fons saporem. Sed quoniã diximus filios Israël uenientes
ad myrrham, aquæ amaritudine laborasse, eamq; non nisi ligni iniectione potare
potuisse, typum quoq; in illa fuisse ueteris testamenti, uideamus quò exinde profi
ciscens populus ipse peruenerit. Peruenit in locũ qui dicitur Elim, in quo erant duo
decim fontes purissimi, & septuaginta uirentiũ multitudo palmarũ. Videte mysteri
um dei quemadmodũ post amaritudinem legis, fluenta euangelicæ pietatis exube
rent. Ibi fons unus austerus est ad bibendũ, hic plures, omnes dulces sunt ad potan
dum. Ibi post fatigationẽ nulla refectio, hic post laborem refrigeriũ atq; uictoria.
Sitientibus enim fontes ministrantur, palmæ uincentibus offerũtur. Palmæ inquã
offeruntur uincentibus, quia post legis duriciã ad euangelij gratiã peruenisse, uicisse
est. Præmiũ enim quoddam uictoris est os uiuo fonte diluere, dexterã triumphali
palma munire. Per fontem enim lingua confessoris purificatur, per palmã dextera
martyris honoratur. Illa quia Christi exaltauit gloriã, hæc quia aram sacrilegij recu
sauit. Præmiũ enim quoddam est palma martyrij, quæ cõfitenti linguæ dulcem fru
B ctum tribuit, & uictrici dexteræ glorioſum præstat ornatũ. Est planè palma martyri
bus suauis ad cibũ, umbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphũ, semper uirens,
semper uestita folijs, semper parata uictoriæ. Atq; ideo non marcescit palma, quia
martyrũ uictoria nõ marcescit. Ipsæ denicq; palmæ sedenti super asinam & uenienti
ad templũ domino à populis offeruntur. Cum enim discipuli uestimenta sua sterne
rent, & iter Christo suis amictibus cõmunirent, non habuit maius præmiũ nisi pal
mas quod ei deuotio plebis offerret, significans stratis in itinere uestibus inpollutã
uiam esse in mundo, oblatis palmis ipsum, mundi esse uictorem. Ipse inquã uictor
est, de quo ait scriptura, Vicit leo de tribu Iudæ. Ipse planè uictor qui destruxit dia- Apoc.5.
bolicã mortem, uitam illuminauit æternã. Palmæ igitur aduenienti eriguntur Chri
sto. Scriptũ est, Iustus sicut palma florebit. Recte ergo aduenienti iusto eriguntur Psal.91.
uexilla iustitiæ, & auctori suorũ obsequuntur tituli triumphorũ. Prius autem cẽ tol
lantur palmæ, iter domini usq; ad templum discipulorũ uestibus operitur, & ut im
polluta sit semita saluatoris, apostolorũ amictibus cõmunitur. Quod quidẽ in my
sterium factum puto. Via enim Christi quæ ducit ad templũ, fides eius est atq; do
ctrina. Hãc igitur uiam discipuli ut nos sine offensione gradiamur, amictus proprij
corporis exuentes suo strauere martyrio, ut inter diuersarum gentiũ turbas iustitiæ
semitam membrorũ suorum uestimenta substernant, & cœnosam myrrhaginem
mundi operiant, & impollutam uiam saluatoris ostendãt. Ad duodecim ergo fon
tes post myrrham uenit populus Israël. Legimus in propheta, Benedicite domino
de fontibus Israël. Dominus Christus est qui non nisi per apostolorũ ora discitur
discipulorũq; doctrinam. Apostoli dicendi sunt fontes, quia uelut omnes purissimi
gratia prædicationis exuberant, & post amaritudinem legis, uenarum suarũ larga

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sapientia sacramẽta poculi dulcedinem stillant. Nec mirũ si potus dulcis est fontiũ, in quorũ sinu cibus dulcior est palmarũ. Apostoli ergo sunt fontes qui totius terræ faciem doctrinæ suæ flumine rigauerunt, & fatigatis gentiũ populis potum diuini mysterij propinarunt. Septuaginta autem palmas iuxta fontes apostolicos generatas, septuaginta illos discipulos dixerim, qui secundo ab apostolis gradu propter salutem hominũ à domino diriguntur, quos Lucas euangelista describens binos & binos asserit destinatos. Qui uere uelut palmæ post curas hominũ cum exultatione redeuntes gloriantur apud dominũ sibi & demonia esse subiecta. Recte igitur comparantur palmis, qui palmarũ præmio diaboli extitere uictores.

Luce. 10.

Item de quadragesima. Sermo XXV.

INTELLEXISSE uos credo fratres cur hic nostra ieiunia illis mansionibus cõparauerim, in quibus populus Israël tanq; in procinctu quodã positus Pharaonem regẽ quotidiano labore superauit, & ab inimicis suis quasi quibusdam castris mansionũ sese statione defenderit, ita ut quicunq; ex illo comitantium numero diurnæ stationis spacia non confecit, aut Pharao illum occupauit, aut solitudo peruasit. Sic ergo & nos propositũ nobis quadraginta dierũ iter debemus omni labore conficere, & quibusdã quasi castris nos ieiuniorũ deuotione munire. Castra enim nobis sunt nostra ieiunia quæ nos à diabolica oppugnatione defendunt. Deniq; stationes uocantur quod stantes & cõmorantes in eis inimicos insidiantes repellamus. Castra planè sunt ieiunia Christianis, à quibus si quis aberrauerit, ab spirituali Pharaone inuaditur, aut peccatorũ solitudine deuoratur. Peccatorũ autem solitudinẽ patitur qui deseritur societate sanctorũ. Murus igitur quidam est Christiano ieiuniũ inexpugnabilis diabolo, intransgressibilis inimico. Quis enim unq; Christianorũ ieiunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & uictus est? Temulentũ aggreditur diabolus, luxuriosum oppugnat inimicus. Vbi autem ieiuniũ uidetur, fugit, metuit, pertimescit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate prosternitur. Prosternitur inquã infirmitate, quia Christiana infirmitas fortitudo est. Vnde ait apostolus, Cum infirmor, tunc fortior sum. Sed requirit aliquis quẽad modũ fortis infirmitas? Tunc est fortis infirmitas, quãdo caro tabescit ieiunijs, anima puritate pinguescit. Quantũ enim illi ciborũ sucus subtrahitur, tantũ huic iustitiæ uirtus augetur. Tunc igitur homo imbecillis quidẽ est ad secularia, sed fortis est ad diuina opera. Tunc enim magis de deo cogitat, tunc iudiciũ metuit, tunc uincit inimicũ. Ait enim saluator de diabolo, Hoc genus non ejicitur nisi in ieiunio & orationibus. Dicit utiq; à diabolo energumenũ non nisi ieiunijs posse purgari. Videte ergo quæ ieiunij uirtus sit, quantã homini suo præstet gratiã, quod tantam præstet alteri medicinã: quemadmodũ propriũ sanctificet hominem q; ita purificet alienũ. Mira enim res est, alter ieiunat, & alteri prodest ieiunantis utilitas. Ergo fratres abstinentiæ arma minime deponamus, & quadraginta dierũ ieiunia sine intermissione curemus. Hic est enim perfectus numerus ad uincendũ. Dominus enim diabolum postea q; quadraginta dies ieiunauit, euicit, non quod non & ante ieiunia eum uincere potuisset, sed ut ostenderet nobis tunc nos diaboli posse esse uictores, cum per quadraginta dies uictores ieiunando desideriorũ carnaliũ fræssemus. Eum autem qui hunc numerũ consecratum gulæ intemperantia uiolasset, tanq; imbecillem & mi-

D

2. Cor. 12.

Matth. 17.

A & miserum facile eum ab inimico posse superari. Quàm enim potest in altero diaboli improbitatem uincere, qui gulæ intemperantiã in seipso non uincit? Prius ergo homo tui uictor esto, ut possis esse uictor alterius. Sunt enim intra te proprij tibi hostes qui quotidie te oppugnant. Ecce enim auaritia te diuitiarum ambitione circumuenit, luxuria epularum suauitate captiuat, hæresis scientiæ peruersitate peruertit. Vince ergo inimicos proprios, ut uincere possis alienos. Non enim fratres leue peccatum, fidelibus indictam quadragesimam à domino ieiunare, & ieiunia conse crata uentris uoracitate dissoluere. Scriptum est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si uis ergo Christianus esse, debes quod Christus. Ille qui peccatum non habebat, quadragesimam ieiunauit, tu nõ uis quadragesimam ieiunare qui peccas? Ille inquã peccatum non habebat, sed pro nostris ieiunauit peccatis. Qualis ergo apud conscientiam tuam Christianus es, cum Christo pro te esuriente tu prandes? Cum saluatore pro te ieiunante tu reficeris? Non igitur sicut dixi, leue peccatũ est, indictum uiolare ieiunium. Nam ut hoc exemplis breuiter approbemus, legimus in libris regnorum, cum Saul rex Israël bellum contra Allophylos gereret, uniuerso eum exercitui indixisse ieiunium, & abstinentibus cunctis eum contra aduersarios pugnare cœpisse. Bonus planè rex qui hostes suos non tam armis quàm deuotione uincebat, & plus dimicabat religione quã telis. Cum ergo Saul abstinentiam diei suis omnibus indixisset, & Ionathas eius filius præcepti nescius inter medias hostium acies uictor incedens, fauum mellis intincta sceptri summitate gustasset, tanta indignatio repente cõmota est, ut & differretur
B uictoria, & diuinitas læderetur. Deniq; nec bello finis imponitur nec regi respõsum propheticum datur. Vnde intelligimus quod Saul hostes non tam uirtute militum quàm militum abstinentia superabat. Deniq; unius culpa cunctis cõfertur ignauia, & unius delicto omnibus generatur infirmitas. Deficit enim uirtus in exercitu, ubi deficit in obseruatione ieiunium. Quod ut peccatum Saul ex ipsa diuinitatis offensione cognouit, statim Ionathæ dixit non esse parcendum, sed peccatũ admissum effusione eius sanguinis expiandum. Videte quanta apud Saul regem fuerit religionis obseruantia qui offensum deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quanta sit resoluti culpa ieiunij, quæ non nisi sanguinis effusione punitur. Et si ignorans Ionathas indictum à patre ieiuniam quia resoluerit, morti addicitur, qui sciens indictum à Christo resoluit ieiunium quid meretur? Ergo fratres statutum nobis custodiamus obseruatione ieiunium, ut hostes nostros spirituales carnalesq; uincamus. Habemus enim sicut nostis, carnales hostes. Ieiunemus igitur ut eos & exercitus noster & Saul superet & obtineat. Nec in abstinentia positi declinemus ad fauum. Fauus enim quidam mundi est uoluptas seu uitia, quæ sicut scriptũ est, ad tempus quidem impinguant fauces, nouissima amariora sunt felle.

1. Reg. 14.

Prouer. 4.

Item de quadragesima. Sermo. XXVI.

NON usq; adeo contristari debemus fratres, quod in his quadragesimæ diebus tentatio nos tribulationis aduenit, quoniam & saluatorem nostrum propter ipsam quadragesimã uidemus esse tentatum. Minus ergo dolere debemus seruuli, quia dñi habemus exemplũ. Vbi enim est similis cum Christo deuotio, similis est & cum Christo tentatio. Conditionẽ enim nobis tolerandi impo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nit conditio ieiunandi. Credimus autem, sicut saluator noster diabolum cum tenta
retur obtinuit, ita & nos hostes nostros cũ tribulamur posse deuincere. Ieiunia enim
Christi ẽtari possunt, non possunt superari. Angustias quidẽ in obseruatione ha
bent, sed prosperitatem tribuũt & salutẽ. Videamus igitur inter cæteras tentationes
qua dñm diabolus arte lacessat. Cum enim super pinnam staret templi saluator, ait
Matth.4. diabolus, Si filius dei es, mitte te deorsum, & reliqua. Vere diabolicæ fraudis astutia
consuetudinis suæ nititur argumẽto. Semper enim religiosos de superioribus deijce
re ad inferiora conatur, & de sanctis ac uenerandis actibus deducere ad terrena &
cœnosã festinat, ut qui stat puritate mentis in summitate templi, proijciat se in pro
fundũ inferum contagione peccati. Nam cum dñm de pinna templi deijcere nititur,
utiq; de perfecto religionis cultu eũ remouere conatur. Pinna enim loci sancti, per
fectio cœlestis est sacramẽti. Recte autẽ dñs super pinnam templi stare dicitur, quia
Psal.103. de ipso scriptũ est, Qui ambulat super pennas uentorũ. Super pennas enim uento
rum quodãmodo ambulat dñs, cum super motum nostrorũ alacri conuersatione
uolatu incedit. Pennæ enim nobis sunt boni mores qui nos alleuatos à terræ humili
bus in cœli altiora tollunt, & uolatu quodã mentis de tartari tenebris educunt, & ad
paradisi amœna perducũt. Quorũ morum pennas habere propheta desiderãs ait,
Psal.54. Quis dabit mihi pennas columbæ, & uolabo & requiescã? Super hanc ergo pinnã
templi saluator stare dicitur, hoc est, quasi in quodã templo fidei nostræ consistere.
1. Cor.3. Vnde ait apostolus, Vos estis templũ dei, & spiritus dei habitat in uobis. In hoc igi
Deut.6. tur templo stans dñs nec recedens increpat diabolũ dicens: Scriptũ est, Non tenta
Matth.4. bis dñm deum tuũ. Hoc est, non tentabis eum quẽ putas tanq̃ hominẽ ad inferiora
D pellendũ, sed magis tanq̃ deum & dñm ipsum noueris adorandũ. In his ergo ieiu
niorũ diebus tentamur ad similitudinẽ saluatoris. Similiter enim & nos hostes no
stri de pinna templi, hoc est, de obseruatione quadragesimæ turbare conãtur. Dum
enim terrores ingerunt, dum insidias parant, cupiũt nos de arce religionis abducere.
Dicitur autẽ ei à dño, Non tentabis sanctos uiros & famulos dei. Quos enim tanq̃
humiles cõculcandos putatis, sentietis tanq̃ strenuos honorandos. Sunt enim sicut
dixi pleriq; fratres quos hostes nostri de perfectione religionis abducunt, qui dum
præsens malũ metuũt, putant deum nostræ salutis imemorẽ, nescientes q; deus nul
lius est immemor, sed memorem illũ nostri tunc nos facimus cum peccamus. Cum
enim mala operamur, auertit faciem, cum nefanda loquimur, aurẽ obstruit, & ideo
bonitatẽ suam à nobis deus nõ tam ipse retrahit, q̃ nostra illũ delicta reijciunt. Ait
enim idem dñs per ꝓphetã ad eos qui erant in tribulationibus cõstituti, Nunquid
non ualet manus dei eruere uos? & reliqua. Vides ergo quoniã inter deũ & hominẽ
peccata separant. Tolle igitur peccata de medio, & deũ tibi proximũ tu fecisti. Quõ
enim potest fratres obliuisci nostri deus, qui etiã capillos capitis nostri in euangelio
Luce.12. apud se dicit esse numeratos? Si eñ capillorũ nostrorũ meminit, multo magis no
strarũ animarũ meminit. Per numerũ enim curam circa nos sollicitudinẽq; cogno
scimus. Nemo enim numerat nisi quod uult diligentius custodire, nemo numerat
nisi qui uereꝰ ne fraudẽ absq; numero patiatur. Pastor ut saluũ gregẽ habeat, eum
frequenter annumerat. Deniq; dñs qui est bonus pastor, cum una ouicula de centũ
ouibus aberrasset, recurrens ad numerũ ꝓprijs eam ad gregem humeris reportauit.
Vsq; adeo ergo habetur sub tutela, qui habetur in numero, ut errans ꝓprijs appor

A tetur humeris, ne quid de numero minuatur. Nolite ergo putare fratres quod uel
minimi cuiusq̃ obliuiscatur. Deus enim omniũ meminit, omniũ recordatur, tantũ
ut non nostris interuenientibus peccatis ei inferatur obliuio.

De ieiunijs. Sermo XXVII.

TESTIMONIVM perhibet sanctus apostolus de prophetis dicens, Tem- 2. Cor.6.
pore inquit acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui. Et subsequitur
ipse, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vnde & ego testi
ficor uobis hos esse dies redẽptionis, hoc esse tempus cœlestis quodãmodo medici
næ, in quo tempore omniũ uitiorum nostrorũ labem & uniuersa uulnera peccatorũ
sanare poterimus, si medicũ animarũ nostrarũ fideliter exoremus, ut præcepta eius
tanq̃ susceptι idonei minime disperhamus. Tunc enim languidus ægritudinis suæ
inuenit medicinã, si omni sollicitudine medici mandata seruauerit, q; si aliud faciat
cum aliud iubetur, increscente morbo nõ medicus, sed præuaricator in culpa est. Me
dicus autem est dñs noster Iesus Christus, qui ait, Ego occidã & uiuificabo, percutiã Deut.32.
& sanabo. Occidit enim quodãmodo anteqũ uiuificet dñs. Occidit enim primũ in
nobis homicidia, adulteria, scelera, furta per baptismũ, & sic nos tanq̃ nouos homi
nes æternitatis immortalitate uiuificat. Morimur ergo peccatis uidelicet per lauacrũ
regeneramur autem uitæ per spiritũ. Sicut ait sanctus apostolus, Quoniã mortui Rom.6.
estis delictis uestris, & uita uestra abscõdita est cum Christo. Consepulti enim estis
cum illo per baptismũ in mortem. Occidimur enim quodãmodo cũ desinimus esse
B quod fuimus. Nouo enim pietatis genere in uno eodẽq; homine mors operatur &
uita. Moritur enim cõcupiscentia peccatorũ, uiuificatur ordo uirtutũ. In uno namq;
eodem homine impius & adulter occiditur, ut misericors renascatur & castus. Interi
mitur idolatria, ut religio propagetur. Fornicator & ebriosus extinguitur, ut conti
nens & sobrius procreetur. Sic ergo mortificat dñs ut uiuificare faciat, sic occidit ut
prosit, sic uerberat ut emendet. Hæc est igitur circa homines suos eius tota seueritas,
ut in his peccata puniantur, anima conseruetur. Auferantur detestanda uitia, uirtu
tes optimæ nutriantur. Vsq; adeo autem hac pia occasione domini cernimus ple
rosq; conuersos in tantũ ad melius profeciſſe, sic de pessimis optimos factos, ut cum
uideas eos, credas renatos homines, cum non uideas mutatas esse personas. Intan
tum enim in nobis id quod prius eramus interimitur, aufertur, extinguitur, ut id
quod postea sumus, denuo natum esse credamus: unde natiuitas hæc secunda, pri
oris uitæ finem iam fuisse significat. Quod autem ait, Ego percutiam & sanabo,
Percutit planè præceptis suis peccatores ut sanet, mandatis uerberat ut emendet,
ieiunia præcipit, indicit continentiam, iudicium cõminatur, & tristem gehennæ me
tum excutiens adhibet medicinam, ut dum futura pertimescimus, præsentia corri
gamus. Sic namq; Paulum apostolũ percutiendo sanum reddidit. Cum enim esset Actu.9.
persecutor, impius & blasphemus, & quidem ad deuastandas ecclesias Damascum
properaret, subito fulgoris cœlestis eum terrore percussit, ut euangelici splendoris
eum luce perfunderet. Et carnalium luminum orbem mutauit, ut spiritualium ocu
lorum illuminaret aspectũ: Corporis eum debilitate perterruit, ut fidei deuotione
saluaret. Surgens ergo à terra Paulus, exterioribus quidẽ oculis non uidebat hoies,
non aërem, sed mentis lumine Christum uidebat de cœlo. Deniq; in tantũ pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

C fuit dñi ista percussio,ut de Iudæo Christianus,de blasphemo apostolus,de Saulo Paulus existeret, & eousq; mutauit ueterē cum moribus hominem,ut etiā mutaret & nomē. Habentes igitur huiusmodi medicū qui percutiendo sanat,mortificando uiuificat,subdamur ei cum omni patiētia ad curandū, ut quicquid ulceribus fœtidū esseperspexerit,incidat,amputet,execet,ut resectis omnibus diaboli uulneribus,hoc solum in nobis faciat remanere quod dei est.Istud autem præceptū eius est primū, ut his quadraginta diebus ieiunijs,orationibus,uigilijs opera cōmodemus.Ieiunijs enim lasciuia corporis castigatur,orationibus deuota saginatur anima. Vigilijs diaboli insidiæ depelluntur. Deinde cum istis mandatorū obseruationibus fuerit hoc tempus impletū,tunc purgata & fatigata tot obseruationibus anima,ad baptismū ueniens spiritussancti inundatione reficitur,& quicquid in ea diuersarum ægritudinum ardor exiccauerat,cœlestis gratiæ rore perfunditur. Vnde ponēs ueteris hominis corruptelā,nouæ indolem iuuētutis acquirat.Et mirū in modū in uno eodemq; homine delictis sanctitas,iniquitati iustitia,senectuti succedit infantia,nouoq; nati uitatis genere alter est qui renascitur,cum ipse sit qui peccauit.Sic nanq; Helias qua- 3. Reg.9. draginta dierum ac noctium curriculo,continuato ieiunio totius mundi longam ac niniam siccitatem meruit imbrium rore restinguere,& ardentem terrarū sitim cœlestis gratiæ largitate perfundere. Quod quidem in figurā nostri factum esse cognoscimus,ut nos quoq; horum quadraginta curriculo dierum ieiunantes, spiritualem baptismatis pluuiam,tribubus nostris iam diu aridam terrā cœlestis desuper imber infundat.& longā gentilium siccitatem lauacri inundatio salutaris irroret.Siccitatem D enim & ardorem animæ suæ patitur quisquis baptismi gratia non rigatur.Horū ergo dierū noctiumq; ieiunio Moyses sanctus meruit cum deo loqui, stare & consistere,& de manu eius legis præcepta suscipere.Quāuis enim illum ab obtutibus dei conditio humana subtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximū illum diuinitatis consortio faciebat. Hæc enim in nobis uirtutū portio dei est,ut ieiunemus frequenter,quoniā semper deus ipse ieiunat. In quocūq; igitur plus operū suorū inesse per- Exo.33. spexerit,ipsi magis familiaris intimus & amicus est.Sicut scriptura dicit,Et Moyses loquebatur cum deo facie ad faciem sicut quis loquitur cum amico suo. Vnde & dominus Iesus Christus resurrectionis gloriā præcepturus uirtutes suas quadraginta dierū noctiumq; ieiunio dedicauit, ut ostenderet non panem esse uitam hominū. His itaq; dierū quadraginta ieiunijs reconciliatur deus,aperiuntur cœli,inferna relaxantur. Igitur & nos fratres dilectissimi ieiunemus cōtinue & deuote hoc spatio tēporis,ut propitietur nobis dñs,pateant nobis cœli,inferna contra nos nō ualeant.

Exhortatio ad plebem,& de eo quod scriptum est in euangelio, Sicut fulgur coruscans de cœlo, ita erit aduentus filij hominis,& de duobus in lecto uno. Sermo XXVIII.

PAVCORVM admodum dierum occupatione detentus, cœtui uestro uideor defuisse,& alterius ecclesiæ necessitatibus euocatus, minime uobis studium solitum dependisse.Sed quamuis uobis non affuerim corpore, tamen à uobis amore non defui: & peregrinatus sum licet conuersatione membrorum, tamen uestri spiritus non fui peregrinus, nisi quod maiore intra me desiderio uos tenebam, ut quos aspectus mihi subtraheret, dilectio

A ctio præsentaret, uel quos obtutibus non uidebam, corde conplecterer. Eram enim sollicitus in dies singulos, quemadmodum festinanter quotidie ad ecclesiam ueniretis, & quamquam essem de uestra deuotione securus, trepidabam tamen quia hoc ipsum quod in uobis noueram,non uidebam. Hic enim affectus paternæ pietatis est, ut de absentibus liberis non tam certa spe gaudeat quàm sollicita cogitatione desperet,& simul ac eos uidere desierit,amare plus nouerit,ac per hoc intelligimus quod amor inter præsentes gratus sit, inter absentes molestus. Eram ergo de uobis anxius,mœstus & trepidus,ne quis me absente per negligentiā caderet, ne quis diaboli insidijs laberetur.Memineram enim luporum rabiem absentibus plus prævalere pastoribus.Sed domino gratias,quod & uos illæsos custodiuit,& paruitatem meam reuocauit incolumem. Igitur quoniā post tempus spiritualibus epulis reficere nos debemus,uideamus quid euangelica lectio prosequatur. Ait enim dominus sicut nuper audiuimus de aduentus sui tempore. Sicut fulgur coruscans de Luce.17. cœlo,ita erit aduentus filij hominis.Et addidit in consequētibus,In illa nocte erunt duo in lecto uno,unus assumetur,& unus relinquetur,duæ molētes in pistrino, una assumetur,& una relinquetur. Mouet fortasse uos fratres,cur dominus aduentū suum indicans,noctis se tempore ostenderit aduenturū. Vtiq; eius aduentū magna cum claritate diei, magno cum nitore & timore suscipi debere à cunctis,frequenter audiuimus sacris literis prædicatū:priusquā dominus Christus adueniat, antichristum regnaturū,qui ita tenebras humano generi suæ prauitatis infundet, ut lucem ueritatis nemo penè respiciat,& caligine propria operiens mentes hominū, cæcitatē
B quandā spiritualibus oculis exhibebit. Nec mirū si diabolus emittat iniquitatis tenebras,cum ipse nox sit omniū peccatorū.Ad huius igitur terræ caliginem depellendā uelut fulgur quoddā Christus aduenict. Et sicut lucescente die nox subuertitur, ita coruscante saluatore antichristus effugatur, nec ulterius poterit disseminare iniquitatis suæ tenebras,cum lumen ueritatis effulserit. Quod ait autem:Illa nocte erunt duo in lecto uno,unus assumetur,& unus relinquetur, Hic iam resurrectionis meritum demonstratur,quod pro qualitate uiuendi,sit gratia resurgendi:ac tanta in singulis quibusq; resurrectionis esse distantia, ut duobus etiam pariter dormientibus & in una sede quiescentibus æqualis non possit esse assumptio.Quamuis enim eodem consortij lectulo teneantur, pro meritis tamen alter eorū rapietur ad cœlum, alter relinquetur in terris. Lectus enim quidam noster cōmunis,est terræ huius amplissimum solum,in quo corpora nostra depositā tutissima sede requiescunt. In hoc autē lectulo ille mollius dormit, quisquis durius in uita se gesserit. Possumus enim ipsa membra nostra lectulos nostros proprios nuncupare,in quibus animæ nostræ ueluti in quodam strato suauissime demorantur. Quod quidem sanctum prophe tam sensisse arbitror,cum dicit, Vniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Psal.40. Beatus enim est ille, cuius stratum dominus in ipsius infirmitate conuertit, ut qui fuerit paulo ante adulter,iracundus & petulans, & cunctorum scelerum infirmitatibus plenus,fiat castus,humilis & modestus. De quo strato spiritualiter ad paralyticum dictum est à domino, Surge tolle grabatum tuum & ambula. Non enim Mar.2. tam in eo admirationis aliquid erat ut confracti lectuli lignei cratem portaret paralyticus,quàm ut resoluti corporis membra & debilitate cōfracti uelut animæ suæ necessarium lectulum paralyticus ipse gestaret,& coram positis Iudæis,propriis abiret

Universidad de Deusto
Biblioteca

C iret pedibus,qui manibus allatus fuerat alienis.In hoc planè,ſicut dixi,completa eſt prophetica illa ſententia,Verſaſti ſtratū eius in infirmitate eius. Vt uerſa uice portaret lectum,in quo fuerat paulo ante portatus, ut anima illius quæ prius uaſculo corporis ferebatur,poſtea corpus ſuū ipſa utilius circūferret.Poteſt etiā accipi quod Luce.17. ait:Erunt duo in lecto, unus aſſumetur, & unus relinquetur, Chriſtianorū plebs & populus Iudæorū, qui uelut uno lectulo, hoc eſt, una mandatorū lege tenentur,& uelut ſimili reſurrectionis ſpe gloriantur.Tunc igitur Chriſtianorū beatus populus aſſumetur in gloriam,Iudæorū autem execrabilis conuentus relinquetur in terra.

Item de eodem. Sermo XXIX.

SVPERIORE dominica capitulū euangelicū differentes,partē quandā ex illo perſtrinximus,ſupereſt ut ſequentia decurramus. Deſcripſimus enim qd eſſet quod ait dominus, In illa nocte erūt duo in lecto uno, & reliqua. Nunc ergo uideamus quod reliquū eſt.Dicit enim eadē diuina ſentētia:Erunt duæ molentes in piſtrino,una aſſumetur,& una relinquetur. Primū igitur conſiderandū eſt,Quomodo conſtet molentis officiū. Deinde quæ ſint duæ quæ molere dicūtur. Tertio quod piſtrinum ſit,quiue molitionis effectus. Nulli dubium eſt quod mole re aliter non conſtat niſi duobus lapidibus apparatis & cōuenientibus ſibi,ut alteri ex ijs magnitudo alterius imponatur,& illum quidem lapidem qui prior ſolo ſterni tur eſſe pigrū & tardum,& penè ut ita dixerim,ocioſum,ac niſi ſuperioris participa tione lapidis ornaretur,forſitan neceſſarius nō uideretur.Ita dum ille operatur,etiā iſte utilis inuenitur.Ille autē,id eſt,ſuperior lapis tanta uelocitate operis circunfertur, D ut fallens oculos in ipſa celeritate ſtare credatur,& putetur immobilis eſſe dum currat,qui quanto uiolentius actus fuerit,tanto opus perfectius cōſummatur. Ita ergo prior lapis ſtat,iacet,& penè nihil prodeſt,ille uero alter quæ inferūtur,cuncta ſuſcipit quæ ueniunt,uniuerſa conplectitur,& per cauernulas quaſdam uterq; quod operatur acquirit.Qui molit autem hoc habere uidetur officij,ut peruigili cura granorū aſperitate confracta ex intimis eorū occultiſq; uiſceribus ſimilaginem medullamq; producat,& ſordium leuitate diſcuſſa, in apertū profert omne quod putum eſt, ex quo mundiſſimū panem conficiens gratiam domini conſequatur. Hos igitur duos molares lapides,duo eſſe arbitror teſtamenta,hoc eſt,legem Moyſi, & euangelium domini,quæ ita ſunt diſpoſita uel parata,ut ſibi teſtamentū utrunq; cōueniat.Sicut Matth.5. ait ſaluator: Non ueni legē ſoluere ſed adimplere. Et ad uicem molarū aliud prius ſolo poſitum,aliud inſuper collocatū. Hoc eſt,legem primū hominibus conſtitutā, deinde ad perfectum euangeliū. Quæ lex uelut inferioris molæ ſaxū ita erat tarda, pigra,& penitus ocioſa,ut quicquid operando acceperat,id omne perdiderit, dicēte Pſal.13. de Iudæis ,ppheta:Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt,non eſt qui faciat bonū,nō eſt uſq; ad unū.Ergo niſi euangeliū ſuperpoſitum fuiſſet,adhuc lex ueluti tarda & grauis iaceret in terra Iudaica,& unius prouinciæ cooperiret angustijs. Niſi euangeliū inquā datum eſſet,lex neceſſaria omnino non eſſet.Hoc autē lex operabatur ſine euangelio,quod uno ſaxo fieri poteſt,confringere poterat,non prodeſſe, Rom.4. ſicut ait beatus apoſtolus:Lex autē iram operatur,gratiā uero non præſtat. Stante ergo lege euangeliū datum eſt, quod ueteri ſuperpoſitū teſtamēto utrūq; condecorat,ac tanta uelocitate operis circunfertur,ut uolubilitate ſui ſeculū omne circumeat, hoc

A hoc eſt,inferna uiſitet,cœleſtia penetret,terrena colluſtret.Quod euangelium tanq; ſuperior cunctos credentes ſuſcipit,omnes aduenientes accipit,& ueluti per quaſdā cauernulas præceptorū ad interiora tranſmittit, ut ibi hinc inde duorum teſtamentorum ſalutaribus mandatis aſperitate molita perducat omne quod purū. Quam ſimilitudinem teſtamentorū Ezechielem ,ppheta arbitror perſtrinxiſſe,cum dicit, Ezech.1. rotam in medio rotæ eſſe cōnexam.Harum igitur molarū operatione,id eſt,noui ac ueteris teſtamenti hoc agit ſancta eccleſia cura peruigili,ut peccatorū aſperitate diſcuſſa ex occultis cogitationibus medullā mundi cordis eliciat,& cœleſtibus mandatis mundata ex intimis ſpiritualia alimenta producat.De quibus alimentis Paulus 1. Cor.3. apoſtolus ait:Lac uobis potum dedi non eſcam.Et iterū:Perfectorū autem eſt ſolida eſca,qui propter habitū ſenſus exercitatos habent,& reliqua. Ac ſpiritū noſtrum Heb.5. omni humanitate purificans uelut imaginem deo offerre contendit, ſicut Dauid ſanctus ait:Sacrificiū deo ſpiritus contribulatus. Tanta autem uelocitate circumfer Pſal.50. tur euangeliū,ut non niſi ſapientes curſum eius intelligant,quem beatus Paulus intelligens ait: Vt ſermo dei currat & clarificetur in nobis.Inſipientiū autem oculis uidetur euangeliū ſtare cum non uident. Stare inquā illud putant,cum mandata eius negligunt,cum non credunt euentura eſſe quæ ſcripta ſunt.Molit autē & ſynagogā, ſed inutiliter molit.Quippe quæ uno ſaxo,hoc eſt,ſolo ueteri teſtamēto nititur laborare ,atq; ideo non tam molit illa q; diſſipat & cōfringit.Propterea enim opus eius diſplicet,& ad Iudæos dicitur per ,ppheta:Etſi offeratis ſimilaginem,uanum eſt.

B

De eleemoſyna. Sermo XXX.

DICIT ſcriptura diuina,Sicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſyna extin- Eccle.3. guit peccatū,Magna planè & cunctis ambienda ſententia, quæ hominibus penè iam mortuis & peccatorū ſuorum incendio arefactis rediuiuū quodda beneficium pollicetur,ut interueniēte eleemoſyna, ſicut aqua intermortuis, ſuccus refrigeriū areſcentibus infundatur,hoc eſt,ut miſeri homines qui in mortem peccatis aruerant,ad uitam eleemoſynis reuiuiſcant,ſitq; illis miſericordia fons ſalutis,quibus auaricia fuerat mortis incendiū,ut flammas quas ſibi peccando incenderant,largiendo reſtinguant,atq; utiliore cōmercio qui pecuniā quondā dederat, ut adulteriū perpetraret,nunc pecuniam eroget ut adulter eſſe iam deſinat,& emat ſibi quodāmodo innocentiam,qui ſibi emerat aliquando peccatū.Dicit enim dominus Luce.11. ad diſcipulos ſuos:Date eleemoſynā,& ecce omnia munda ſunt uobis.Quāuis ergo pollutus, quāuis multis criminibus circunſeptus ſi eleemoſynas feceris innocens eſſe cœpiſti. Abſtergit enim eleemoſyna quod auaricia polluebat, & maculam quā res alienas diripiendo cōtraxeras,tuas erogando purificas. Vide ergo quæ ſit miſericordiæ gratia,quæ una & ſola uirtus,cunctorum eſt redemptio peccatorū. Videamus nanq; interpretationem ipſius diuinæ ſententiæ, ut intelligamus cui rei eleemoſyna cōparetur. Ait enim:Sicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſyna extinguit delictū. Aqua ergo miſericordiæ cōparatur, ſed aquam inuenio de fonte procedere , neceſſe mihi eſt miſericordiæ fontem quærere.Inuenio planè fontem miſericordiæ,fons de quo dicit ,ppheta:Quoniā apud te eſt fons uitæ,& in lumine tuo uidebimus lumē. Pſa.35. Ipſe inquā eſt fons qui in euangelio à Samaritana muliere,ſicut lectū nuper audiui mus,aquam poſtulat,ſed peccata condonat: aquā putei reprobat, ſed fontem uitæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

C perennis indulget. Ait enim: Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterũ, qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo illi, non sitiet in æternũ. Aquam ergo saluator à muliere postulat, & sitire se simulat, ut sitientibus æternã gratiã largiatur. Neq; enim poterat fons sitire, neq; in quo est aqua uiua poterat undam terrenæ fecis haurire. Sitiebat ergo Christus? Sitiebat planè, non potum hominũ sed salutem sitiebat, nó aquam mundi, sed redemptionem generis humani. Mirum igitur in modũ fons super puteum sedens misericordiæ ibidem fluenta producit, & mulierem sexto iam nó uiro sed adultero fornicantem uiui meatus unda purificat, nouoq; admirationis genere mulier quæ ad puteum Samariæ meretrix aduenerat, à Christi fonte casta regreditur, & quæ aquam petere uenerat, pudicitiam reportauit. Statim etiã indicante domino, sua peccata recognoscens, confitetur Christum, annunciat saluatorem, & relinquens aquæ uasculum ad ciuitatem non fert hydriam, sed refert gratiã. Vacua quidem uidetur reuerti onere, sed plena reuertitur sanctitate. Plena inquam redit, quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix. Et quæ hydriæ uasculum amiserat, Christi plenitudinem reportabat, in nullo ciuitati suæ inferens detrimentũ. Etenim si aquam ciuibus non intulit, tamen fontem salutis inuexit. Sanctificata ergo per fi-
Prouer. 30. dem Christi mulier domũ redijt. De hac igitur dixisse prophetam puto, Eiusmodi est iniqua uia mulieris meretricis, quæ cum se abluerit, nihil se dicit fecisse prauum. De hac planè dictum est, quæ postea quàm est fonte abluta saluatoris delictorum uitia non meminit, uirtutem prædicationis assumit, & uiua aqua absterg̃ens macu-
D las suas, ad euangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei calore compellitur. Nihil enim se dicit fecisse prauitatis, dum sit nuncia ueritatis, & obliuione abnegat impudicitiam, dum deuotione prædicat castitatem. Hæc enim uirtus Christi est domini, ut quamuis peccator qui eius unda se lauerit, denuo in uirginem reparatus non meminerit ante quod fecerit, & rediuiua natiuitate infantiæ innocentiam præferat, iuuentutis scelera non agnoscat, sitq; uirgo fide Christi, qui fuerat adulter corruptione peccati.

Item de eleemosyna & de muliere Samaritana. Sermo XXXI.

RETINET uestra dilectio ante dies cum sermonem ad uos de eleemosynis faceremus primitus, nos originem misericordiarũ quærere uoluisse, & reperto earum fonte uirtutũ ostendisse quod mulieris Samaritanæ sordes melius Christi unda diluerit quàm Samariæ aqua purgarit, & quod mundius misericordia deterserit peccata quàm puteus. Mundius planè misericordia quàm puteus detergit maculas, quia putei aqua tantum corporis cutem abluit, misericordiæ autem bonitas animæ interna purificat. Hoc etiam demonstrasse quod huic euangelicæ mulieri illa prophetica meretrix conueniret, quæ postea quàm uiua aqua se lauit, obliuione possessa prauitatis, nitore puritatis exultat. Neq; enim de meretrice huius mundi talem sententiam propheta diceret, cuius pollutio non solum aqua nó diluitur, sed etiam polluit ipsa quod tangit, dicente apostolo, Qui autem se iungit meretrici, unum corpus est. Quod si unũ corpus tactu suo efficit, & in cohærentẽ sibi ignominiæ suæ membra transfundit, quomodo potest purificari ipsa cum polluat? Quæ ergo sit ista meretrix, que ista Samaritana mulier, cuius adulterij sordes fons Christi deterserit, sollicitius requiramus. Ego hanc mulierem ecclesiam esse puto de genti-

A gentibus congregatam, quæ & transactis annis quinq; milibus, cum in sexto millesimo anno idolorum & fornicationibus subiaceret, omnem ignominiam suam adueniente Christi fonte purgauit, & maculas quas adulterinis sacrilegijs contraxerat, fide saluatoris abstersit, ac relinquens sicut inanem hydriam priorẽ patrium cursum, uniuerso orbi domini annunciauit aduentum. Hæc inquam illa est meretrix quæ posteaq; lota est, nihil se dicit fecisse prauum. Posteaq; enim ecclesia baptismi nitore purgata est, diabolicæ impietatis non meminit, religiõe ueritatis exultat, factaq; de meretrice uirgo non recordatur priorũ, sed gloriatur in integritate. Ait ergo propheta: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Sæpe quidem uidemus hæc fieri, ut aqua effusa flammarum restinguat incẽdia, sed & ecõtra- Eccl. 3
rio interdum uidemus quod immensi ignium globi aquarum fluenta consumant, & ueluti ab aquis accepta esca uehementius rediuiuis ardoribus conualescãt, ita ut uideatur aqua non extinxisse incendia, sed auxisse. Quænam est illa aqua quæ cõsumit flammas, nec ipsa consumitur à peccatoribus, sed gehennæ consumit incẽdia? Quæ dum per baptismum infunditur, & ipsa in hominibus & tartari restinguit ardorem. Viuit planè in hominibus, sicut ait dominus: Aqua autem quam ego dabo Ioan. 4
ei fiet in eo fons aquæ salientis, & reliqua. Mirũ ergo in modũ aqua Christi una eademq; operatione & uiuificat & extinguit. Viuificat enim animas, delicta restinguit, has lauacri sui refrigerio reparat, illas gurgitis sui unda consumit. Et quod ad maiorem baptismatis pertinet gratiam, apud superos mysterium celebratur, &
B apud inferos gehenna restinguitur: hic fluunt aquæ, & illic tepescit incẽdium: hic in fonte homo mergitur, & illic de tartaro liberatur. Sed nec mirum si in baptismi sacramento aperiatur infernum, cum tunc quoq; referetur & cœlum. Aperiuntur eñ hæc elementa, ut ad lauacrum Christi conueniat libertas & gratia. Libertas enim resurrecturis tribuitur, gratia regnaturis. Illi eruuntur de pœna, hi assumuntur in gloriã. Illi qui erant serui peccati, liberi fiunt iusticiæ. Hi qui angustijs seculi tenebãtur, paradisi amœna percipiunt. In baptismo ergo Christi aperiuntur cœli, aperiuntur & tartara. Inde ut spiritus sanctus adueniat, illuc ut misericordia saluatoris accedat: deferatur de cœlo uita, mors à tartaro destruatur. Ita igitur eleemosyna extinguit peccata, sicut aqua baptismi gehennæ extinguit incendium. Ergo eleemosyna quodammodo animarum aliud est lauacrum, ut siquis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, superst ei ut iterum eleemosynis emũdetur, sicut ait dominus: Date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt uobis. Nisi quod saluo fide dixerim, Luc. 11
indulgentior est eleemosyna q̃ lauacrum. Lauacrum enim semel datur, & semel ueniam pollicetur. Eleemosynam aũt quotiens feceris, totiens ueniam promereris. Hi ergo duo misericordiarum fontes sunt, qui & uitam tribuunt, & peccata condonãt. Qui utrunq; custodierit, regni cœlestis honore ditabitur. Qui aũt maculato fonte uiuo ad misericordiæ se fluenta contulerit, & ipse misericordiam consequetur.

De hospitalitate in Euangelio. Sermo XXXII.

ADVERTIT sanctitas uestra fratres euangelicam lectionem, quemadmodum dominus discipulis suis inter cæteras exequẽdas uirtutes etiã hospitalitatis iura præscripserit. Ait enim: In quamcunq; ciuitatem introieritis, interrogate quis in ea dignus est, & ibi manete, donec exeatis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C tis, & reliqua. Sancta planè & diuina sententia quæ & discipulis eligendi optionem primitus detulit, & facilitatem penitus amputauit. Prouidit enim modum statuendo, ne uir sanctus aut citus esset in iudicando, aut leuis in hospite commutando. Sicut enim nobis permisit arbitrium, ita & uoluit nos tenere constantiã. Quàm enim reprehensibile est, ut uir qui euangelium annunciat, & docet errandum non esse, ipse per diuersos incipiat oberrare, & domum cui pacem dixerat, deserere: hospitem cui benedictionem intulerat, cõtristare? Magna enim hospitalitatis est gratia, nec facile uiolanda, omnibus aperta est, omnibus parata est, & sanctos libenter suscipit, & peccatores tolerat patienter. Sed repetamus sanctam ipsam diuinamq; sententiam. Si enim in litera placet, & in mysterio forsitan plus placebit. Ait igitur, ut cum intramus in ciuitatem, interrogemus quis in ea uel hospes dignus uel idonea domus sit, & ibi maneamus, donec dies profectionis adueniat. Quæ sententia altiorem nobis tribuit intellectum. Non enim mihi uidetur de huius seculi hospite uel domo iussisse, nec tam diligenter inquirere, sed de illo magis qui nos usq; ad diei exitus nostri possit inoffensos hospes illæsosq; seruare. Nam huius seculi hospitem cito lædimus, cito offendimus, interdum ei & post triduum displicemus. Fidelior quæritur domus, & hospes dignus inquiri iussus est. Quæ domus fidelior ecclesia, quis hospes dignior saluatore? Iste peregrinos ut filios suscipit, illa susceptos refouet ut infantes. Iste hospitibus sicut experti sumus, pedes lauare gestit, illa mensam parare festinat. Quos enim saluator uiua aqua refrigerat, hos reficit cœlestibus cibis ecclesia. Hunc igitur hospitem Euangelista inquiri iussit, & usq; ad diem

D exitus nostri cum hoc habitare præcepit, ne aliqua leuitate medio tempore aliorsum forsitan emigremus, hoc est, qui semel in Christum credidimus, non iterum ue-

Matt. 6. lut transgressores ad idola recurramus. Scriptum est enim: Nemo potest duobus dominis seruire. Dum enim uni placere gestit, alterum sentit iratum. Christum igitur hospitem deserere non debemus, quemadmodum & Petrus Apostolus cum suis similibus, deserentibus alijs dominum non reliquit. Sed dicamus quod ille ad

Ioan. 6 saluatorem dixit: Domine ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ tu habes, & nos credimus. Ecce executor cœlestium præceptorum, qui quoniam Christi non mutauit hospitium, meruit cum Christo regni cœlestis habere consortium.

In tempore ieiunij non luxuriandum esse. Sermo XXXIII.

DIXIMVS superiore dominica hoc esse fidei nostræ opus primum, ut horum quadraginta dierũ curriculo deuotissime ieiunemus, & istam esse causam salutis nostræ, si hoc tempore abstinentiæ operam commodemus. Atque ideo fratres dilectissimi inspicere debemus quæ sit huius forma ieiunij, ut respiciamus quanta sit eius utilitas. Est enim interdum inutile & inane ieiunium, quod licet uentrem & omnia uiscera succo saturitatis exhaurit, non tamen acceptum est deo, quia mentem & intimos sensus minime uinculo iniquitatis euacuat. Quid enim prodest ieiunare uisceribus, & luxuriare uenatibus abstinere cibis, errare peccatis, castigare corpus inedia, mentem exercere nequitia, uinum forte non bibere, & ebrium cogitatione malignitatis incedere, nisi quod facilior causa est saturi siue temulenti quàm iniqui pariter & ieiuni. Ille enim peccare aliquando desinet qui ebrius aliquando obdormit, hic autem errare non cessat, qui

A qui exercitatus malis ieiunijs semper inuigilat. Vrde inutile & inane est tale ieiuniũ quod inedia membra debilitat & animam à perditione nõ liberat. De quo ieiunio dicit sanctus prophera ex persona domini. Vt quid mihi ieiunastis, non tale ieiu- Esa. 58.
nium elegi dicit dominus. An putatis illum ieiunare fratres qui primo diluculo non ad ecclesiam uigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirit, sed surgens cõgregat seruulos, disponit retia, canes producit, saltus syluasq; perlustrat? Seruulos inquam secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiã festinantes, & uoluptatibus suis peccata accumulat aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto q̃ de perditione seruorum. Tota igitur die uenatibus immoratur, nunc clamorem immoderatum effert, nunc silentium latenter indicit, Lætus si aliquid ceperit, iratus si id quod non habebat amiserit, & tanto studio gerit quasi ideo indictum ieiunium fuerit ut uenetur. In his ergo luxurijs fratres dicite quis cultus sit dei, quæ mentis possit esse deuotio, qui propterea ieiunat, non ut deo atq; orõnibus uacet, sed ut tota die ocio sus & liber proprias exerceat uoluptates? Quamuis igitur qui eiusmodi es frater uespere ad domum redeas, quamuis declinante iam sole manduces, potes uideri tardius te refeciſſe, non tamen domino ieiunasse, non enim potes uideri uoluptatẽ tuã exercens feciſſe domini uoluntatem. Hæc enim uoluntas est domini, ut ieiunemus à cibis pariter & à peccatis. Abstinentiam indicamus corpori, ut à uitijs magis animam abstinere possimus. Frenum enim quoddam est luxuriantis animæ corpus exhaustum. Quisquis enim ieiunat & peccat, lucrum escarum feciſſe uidetur non salutis, & parcendo copijs, repleſſe cellarium, non mentem saginasse uirtutibus. Non-

B nulli autem diuinorum immemores præceptorum ita circa seruos suos & subditos sibi potestatem dominationis exercent, ut in his diebus non dubitent flagris eos cædere, pœnis afficere, compedibus præpedire. Et si forte cum ad reficiendum ueniatur, tardius minister affuerit, statim cum uerberibus laniare, & prius se satiare seruuli sanguine quàm conuiuij uoluptate. Horum tale ieiunium est, quod ideo ieiunatum est, non ut diuinitatis misericordiam prouocaret, sed ut clamorem familiæ ingemiscentis effunderet. Quisquis autem cupit de deo misericordiam promereri, ipse debet prior esse misericors. Scriptum est enim: Qua mensura mensi fueritis, ea Luc. 6.
dem mensura remetietur uobis. Et quod magis dolendum est, Christianus dominus Christiano in his diebus seruo non parcit, minime respiciens, quod & si seruus est conditione, gratia tamẽ frater est. Etenim similiter Christum induit, ijsdem participat sacramentis, eodem quo & tu utitur deo patre, cur te non utatur ut fratre? Sunt enim plerique qui de uenatibus redeuntes magis canum quàm seruorum curam gerunt, & faciunt eos iuxta se uel recumbere uel dormire, quotidianum illis cibum sui præsentia ministrantes, qui utrum serui eius fame moriantur ignorant, & quod est grauius nisi diligenter his præparatum fuerit, pro cane seruus afficitur. Vides enim in nonnullorum domibus nitidos & crassos canes discurrere, homines autem pallentes & titubantes incedere. Isti ergo miserebuntur aliquando pauperibus qui minime suis famulis & domibus miserentur? Scire igitur debemus fratres hoc acceptum deo esse ieiunium, non solum ut abstinentia castigemus corpora, sed etiam humilitate animas induamus. Simus ad seruulos mites, blandi ad extraneos, misericordes ad pauperes. Surgentes primo diluculo ad ecclesiam festinemus, referamus deo gratias, peccatis ueniam postulemus, rogantes præteritis delictis indul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C gentiam,cautelam futuris. Tota die sit nobis uel oratio uel lectio. Qui literas nescit, sanctum uirum perquirens eius confabulatione pascatur, nulli actus seculi, actus diuinitatis impediant,non ludus tabulæ mentem auocet,non uoluptas canum sen sus abducat,non negocij compendium animam auiditate peruertat. Quicquid em̃ aliud præter mandatum dei feceris,quamuis abstineas,non ieiunas. Hoc est enim salutare ieiunium,ut sicut abstinetur corpus ab epulis, & anima refrenetur à uitijs. Illud etiam fratres ad perfectionem ieiunij tacendum non est, ut qui abstinemus & minime prãdemus,hoc tempore prandia nostra pauperibus prærogemus. Hæc enim est uera iusticia,si te esuriente de cibo tuo alius satietur,& tu prædictis tui ieiu nijs dominum roges,& ille pro te satiatus exoret. Vtrunq; tibi proficiens, & tua fa mes,& saturitas medicorum. Cæterum qui sic abstinet, ut nihil pauperibus de suis epulis largiatur,uidetur quæstum sibi suum sectarie ieiunium & negociationem par cendo. Ad hoc enim abstinuit,non ut placeret deo, sed ne amplius erogaret. Atq; ideo bona eleemosyna cum ieiunio, quasi non quoddam negociationis genus, ut tam parce uiuat,ut abstinentia sua monachos clericosq; præcedat. Nisi hoc inter est,quod illi hoc quæstus causa faciunt,nos salutis:illi pecuniæ compendio animas macerant,nos propter animarum lucrum nostra corpora castigamus.

De Quadragesima. Sermo XXXIIII.

D NONNVLLI Christianorum fratres existimantes se diuinitatis præ cepta religiosius obseruare,prætermissa deuotione quadragesimæ, cu ius hodie curamus exordium,quinquagesimam se facere mentiuntur, cum id neq; diuinis literis iubeatur,neq; traditum sit autoritate maio rum. Sola igitur hoc faciunt animi præsumptione, & dum putant se deuotius age re,superstitiosius conuersantur. Dicit se obseruare quinquagesimam qui forte qua dragesimam implere uix possit. Bonum est quidem cunctis temporibus ieiunare, sed melius quadragesimam ieiunare cum Christo. Hanc enim quadragesimam nobis dominus suo ieiunio consecrauit. Quo dixi ieiunio nõ ieiunijs. Vnum enim ieiunium domini fuit,quia continuatis quadraginta diebus & noctibus cibum o mnino non sumpsit. Quisquis ergo Christianus consecratam ieiunando non im pleuerit quadragesimam,præuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quod le gem diuinitus pro salute sua datam prandendo ipse rescindit. Rescindis enim le gem qui exemplum ieiunij dominici non custodis. Qualis autem Christianus es, cum domino ieiunante tu prandes? Qualis Christianus es,cum Christo esuriente tu reficeris? Ille pro salute tua famem sustinet,tu pro peccatis tuis ieiunare formi das. Dicite enim mihi,interrogo uos,qui in quadragesima prandetis, si non in con scientijs uestris rei estis,quod abstinente toto populo uos soli contra præceptum domini deuoratis:si non uobis rubor est cum exitis in publicum,ne quis uobis ie iunus occurrat: aut si non cogitatis, cum ad ecclesiam proceditis, quemadmodum pacem episcopo porrigatis,ne forte ipso spiritu oculi uestri uos reprobet? Quod si hæc non cogitatis forsitan, uehementer erratis. Scire enim debetis, cumin qua dragesimæ diebus ieiuno pransus occurrit,non bene de illo iudicat qui ieiunat. Hoc enim ideo dico,quia audio complures, quodgrauius est,fideles,æternis in quadra gesima

A gesima hebdomadis abstinere,& consecratum illum dierum numerum gula intem peranti uiolare,hoc est,prandere septem dierum curriculo, & septem dierum spa cio ieiunare. Quibus hoc dico,cur etiam per illos septem dies fraudem sibi faciant ieiunando,cum illis ieiunium tale non prosit? Quamuis enim abstineat quis cer tis diebus,quamuis ciborum dulciora alimenta non sumat, non tamen illi accepto fertur quadragesimæ ieiunium,quod non diebus quadraginta ieiunat. Pudet dice re, senes & aniculæ quadragesimam faciunt, iuuenes & iuuenculæ non faciunt. Omni igitur sollicitudine tempus sacratissimum celebremus, non prætereat nos dies absq; ieiunio,non nos transeat una hebdomada absq; uigilijs. Ille enim facit quadragesimam qui ieiunando & uigilando ascendit ad pascha. Nam sicut reliquo anno ieiunare præmium est, ita in quadragesima non ieiunare peccatum est. Illa enim uoluntaria sunt ieiunia, ista necessaria, illa de arbitrio ueniunt, ista de lege: ad illa inuitamur, ad ista compellimur. Sed uideamus iste quadraginta dierum sacratissimus numerus unde habere cœpit exordium. Legimus primum in ue teri testamento Noë temporibus, cum omne genus humanum scelerata iniqui tas occupasset, tot dierum numero patefactis cataractis cœli aquarum pluuias defluxisse, & mysterio quodam quadragesimæ inundatione orbi terrarum facta non tam diluuium quàm baptismum contigisse. Baptismum planè fuit per quod in peccatoribus iniquitas sublata est, Noe iusticia conseruata. Ita ergo & modo no bis dominus illius temporis quadragesimam dedit,ut constituto dierum numero, patefactis cœlis pluuia nos misericordiæ cœlestis irroret, & inundatione facta per
B baptismum lauacri salutaris nos imber illuminet,& sicut tunc factum est,aquarum fluctibus extinguatur in nobis delictorum iniquitas, uirtutum iusticia conseruetur. Ipsa enim quæ sub Noë, & modo uertitur ratio. Baptismum enim peccatori diluuium est, consecratio est fideli. Per lauacrum enim domini saluatur iusticia, necatur iniusticia. Quod in uno eodemq; factum uidemus Apostolo Paulo, qui priusquam præceptis spiritualibus lauaretur, erat blasphemus, persecutor & Saulus. At ubi pluuia super eum lauacri cœlestis influxit,necatur blasphemus, necatur persecutor,necatur & Saulus,uiuificatur Apostolus,uiuificatur iustus,uiuificatur & Paulus: Vsq; adeo auten perdidit ueterem cum actibus hominem ut cum moribus mutaret & nomen. Quisquis ergo in hac deuotione quadragesimæ dominica mandata seruauerit,necabitur in eo diabolica impietas, apostolica autem reserua bitur gratia,& succedens quodammodo sibi moritur ea parte qua peccator est, uiuificatur ex illa parte qua iustus est. Videamus etiam si alibi in scripturis hunc mysticum quadragesimæ numerum possimus inuenire. Legimus quod sanctus Moyses in heremo quadraginta annorum curriculo filios Israël cœlesti manna nutrierit. Bonus ergo numerus qui semper cœlum aperit. Bonus inquam numerus per quem iusticia Noë saluatur,& Israël filij saginantur. Vnde & nos obseruemus hũc numerum,ut aperiantur nobis cœli,quatenus & pluuia nos gratiæ spiritualis irroret,& spiritualium sacramentorum manna reficiat. Instar enim patrum nostrorum hac obseruatione quadragesimæ & iustificamur & pascimur. Iustificamur lauacro, pascimur sacramentis. Sed dicet aliquis, filios Israël in heremo quando manna saturati sunt,minime ieiunasse. Ego autem dico illos nõ nisi abstinentiæ tunc uacasse, atq; ideo cœlestis alimoniæ gratiam meruisse. Primum quia desertum omne ieiu

Gen.7.

Act.9.

Exo.16

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nium est quia anxietas solitudinis concupiscentiam repellit escarum, deinde in he/
remo unde accuratæ epulæ? unde uina preciosa? unde quadraginta annorum tem
pore qualiscunq; substantia? Intelligimus ergo ieiunasse filios Israël, quia cogno/
scimus illis escarum copiam defuisse, & tunc sumpsisse cibum quando largienti do
mino placuisset. Satis autem diu ieiunat qui cum Christi uoluntate se reficit. Vsq;
adeo uero abstinentia filiorum Israël in heremo placuit saluatori, ut quorundam
etiam inter ipsos intemperantia notaretur, ita ut quisquis auidior duplum mannæ
cibum sibi collegerat, hic hac iniuria feriretur, ut non tam cibum sibi inueniretur ser
uasse quàm uermes, scilicet, ut quia supra moderatam refectionem concupierat, ue
lut stimulis quibusdam conscientiæ in morem uermium urgeretur. Igitur & nos fra
tres obseruantes quadragesimæ quotidiana & moderata ieiunia, & tanquam in he
remo constituti, nihil delitiarum secularium cogitemus, nulla nos cupiditatum cor/
poralium dulcedo sollicitet: Simus sobrij, simus casti, habentes quidem conuersa/
tionem in urbibus, possideamus mente desertum. Si ita abstinentes egerimus, erit
ut cœlestis mannæ reficiamur alimonia, & nullis uermiũ stimulis compungamur.

De ieiunio domini in deserto, & quomodo non in solo pane uiuit homo. Sermo XXXV.

D REMINISSE debet uestra dilectio, hoc me anteriore dominica prædi/
casse, & dedisse rationem cur dominus quadragesimam ieiunauerit,
uel cur ipsa ieiunia in deserto transegerit. Diximus enim hæc omnia
obseruasse eum non iustificationis suæ causa qui erat uirgo per om/
nia, sed nostræ salutis gratia, ut quorum generatio per intemperantiam peccaue/
rat, per abstinentiam sanaretur. Videamus igitur quid illo in tempore uel in ipsa
solitudine gestum sit. Dicit enim Euangelista affuisse ibi diabolum, & saluatorem
eius uersutia fuisse tentatum. Ait nanq; sacra lectio, esurisse dominum, & dixisse
Matt.4 illi diabolum: Si filius dei es, dic lapidi huic ut fiat panis. Videte artem domini qua
aduersarium fraude circumuenit. Post multa ieiunia esurire se simulat, ut diabo/
lum quem ieiunando iam uicerat, iterum esuriendo sollicitet. Spem enim illi con/
grediendi ex infirmitate famis quodammodo tribuit, ut dum ueluti contra imbe/
cillem congreditur, gloriosius superetur. Hæc enim est uera uictoria, ut quia Adam
immortalem glorioſum & epulantem subuerterat, nunc ab homine mortali humili
atq; esuriente uincatur. Cernens enim esurientem diabolus dominum, hominem pu
tat, dubitat saluatorem, & ideo ait: Si filius dei es, dic lapidi huic ut fiat panis. O mi
sera sathanæ & extrema congressio, diabolus in deserto tentationis solida arma nõ
inuenit, deest illi de paradiso amœnitas arborum, deest illi cõsiliatrix Eua, deest illi
pomorum speciosa deceptio, & quia non inuenit cibum quem offerret esurienti, po
stulat in cibum saxa mutari. Vndiq; exclusus, undiq; defraudatus ad pauimenta se
confert. Satis enim manifeste ostendit uastitatem sibi heremi restitisse, cum putat
propter inopiam rerum etiam elementa posse conuerti. Postulat igitur in panem
lapides commutari. Versutus & callidus scit quid petat, nouit factum esse quod di/
cit. Meminit enim in ueteri testamento sitientibus aquam de lapide profluxisse, uult
etiam hic esurienti cibum de lapide ministrare. Retinet enim duriciam petræ in li/
quorem fontium resolutam. Cupit etiam hic asperitatem saxi in panis dulcedi/
nem

A nem transformari. Suspicatur enim ipsum esse Christum, qui hæc operari soleat de
natura saxorum, Sicut ait apostolus Paulus, Bibebant de spirituali consequenti pe/ 1. Cor. 10.
tra, Petra autem erat Christus. Suspicabatur inquã ipsum esse Christum, cum po/
stulabat ut de lapide panem faceret, sed putabat tantũmodo solum hominẽ, cum
esurientem uidebat. Saluator autem uersutiam eius mira responsione condemnat.
Nec facit quod dicit diabolus, ne uideatur pro arbitrio aduersarij uirtutis suæ glo/
riam declarare. Nec tamen respondit non posse fieri qui negare non poterat quod
sæpe iam fecerat. Igitur nec acquieuit petenti nec denegat exploranti, ac per hoc &
potentiam uirtutis suæ suo reseruat arbitrio, & uersutiam aduersarij diuino confu/
tat eloquio. Respondit ergo illi: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Matth.4.
dei. In quo sunt uitæ alimenta cœlestis. Verbum autem dei Christus est dominus, Iohan.1.
sicut euangelista dicit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. Quis/
quis ergo uerbo Christi pascitur, terrenum pabulum non requirit, nec enim potest
seculi panem cupere, qui pane reficitur saluatoris. Habet enim dominus suum pa/
nem, imo panis ipse saluator est. Sicut docuit dicens: Ego sum panis qui de cœlo
descendi. De quo pane dicit propheta, Et panis cor hominis confirmat. Quo ergo Psal.103.
mihi panem quem offert diabolus, cum habeam panem quem Christus impartit?
Quò mihi cibum per quem protoplastum deiectum memini, Esau primitiuis frau/
datum uidi, Iudam Scarioth proditionis scelere denotatũ? Adam enim per escam Gen.3.
paradisum perdidit, Esau per lentem honorem primatus amisit, Iudas per buccel/
lam apostolatus sublime deposuit, ex quo enim buccellam sumpsit, non iam apo/
B stolus cœpit esse, sed proditor. Sic enim scriptum habes dicente domino: Cui intin/ Iohan.13.
ctum panem dedero, ipse me tradet. Et continuo post buccellam introiuit in illum
sathanas. Non bonus cibus post quem negatur dominus, post quem ingreditur
inimicus. Non bonus cibus post quem Christus respuitur, deuoratur antichristus.
Non bonus cibus qui benedictione caret, maledictione completur. Illa ergo esca no
bis necessaria est quæ uitam præstat, quæ animam pascit, post quam sequitur Chri
stus, inimicus excluditur. Illam escam accipere debemus quam saluator non diabo/
lus subsequatur, quæ perceptione sui confessorem faciat, non proditorem. Quàm
bene autem ieiuniorum tempore uerbum dei dixit, eo quod reficit, ut ostenderet
ieiunia nostra non debere seculi actibus occupari, sed sacris literis exerceri. Negli/
git enim famem corporis qui pabula lectionis intendit, nec uentris curam habere
poterit, qui alimentum uerbi cœlestis acquirit. Ipsa est enim refectio quæ saginat
animam, quæ impinguat uiscera cum de diuinis scripturis cibum eloquij perennis
accipimus. Ipsa est esca quæ uitam æternam tribuit, & insidias à nobis diabolicæ
tentationis excludit. Quod autem sacrarum literarum lectio uita sit, dominus testa/
tur dicens: Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita est. Iohan.6.

Item de quadragesima. Sermo XXXVI.

ANTE dies deuotionem sanctæ quadragesimæ prædicantes, sacrarum
literarũ exempla protulimus, quibus approbaremus hunc quadrage/
narium numerũ nõ esse ab hominibus constitutũ, sed diuinitus conse
cratũ, nec terrena cogitatione inuentũ, sed cœlesti maiestate præceptũ.
Atq; ideo qui constitutũ numerũ una die manducãdo præterit, nõ ut unius diei uio/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C lator accusatur, sed ut totius quadragesimæ transgressor arguitur. Vnde bonum est homini ut dictum numerum sine labore ieiunet,& totius quadragesimæ consequatur pariter sanctitatem. Hæc autem non tam sacerdotum præcepta quàm dei sunt. Atq; ideo qui spernit,non sacerdotem spernit,sed Christum qui in suo loquitur sacerdote. Videamus igitur quo tempore hanc obseruantiam nobis indixerit dominus,si non ueluti per istam deuotionem cuncta elemẽta uoluerit habere profectum. Ecce enim indicta quadragesima, constricta hyemali gelu terra resoluitur, & aquarum fluenta meatus suos glacie liquefacta recipiũt, sic quoq; corporum nostrorum hoc eodem tempore contracta sceleribus peccata soluũtur, & uitæ nostræ purior cursus liquefacto rigore diaboli meatum suum pristinum recognoscit. Terra inquam indicta quadragesima asperitatem deponit hyemis, ego indicta quadragesima asperitatem reiicio delictorum. Illa terra aratris scinditur, ut mundanis sit congrua frugibus,mea terra ieiunijs exaratur,ut cœlestibus sit apta seminibus. Sicut enim reditum uberiorem capit qui frequentius uexando exercet campum, ita maiorem gratiam percipit qui exercet corporis sui campum sæpius ieiunando. Ecce enim abstinentiæ tempore herba segetum reuiuiscit in messem,surculus arboris conatur in fruticem,palmes uineæ pubescit in gemmam, & omnia de inferioribus ad altiora se subriguntita hoc eodemq; tempore hominum spes intermortua reuiuiscit in posterum, fides perdita reparatur in gloriam, tẽporalis uita proficit in æternam,& omne genus humanum ad cœlestia se subrigẽs ab inferis ad altiora cõsurgit. Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat uinearum. Ita & nũc euan
D gelium tractans episcopus sordes amputat populorum, & isto quadragenario curriculo uniuersæ hoc agunt creaturæ,quatenus depositis superfluis ornate uel compte in pascha procedant. Modo omnia sunt in partu,ut tunc reperiantur in fructu. Tunc enim cõtra naturæ speciem spina profert rosam,calamus fragrat lilium, suauitatem arida uirgulta depromunt,& ita cuncta floribus adornantur, ut festiuitatem diei magni creatura ipsa nitore sui celebrare credatur. Igitur & nos hoc eodem ieiuniorum tempore producamus de spinis nostris rosas, hoc est, de peccatis iusticiam,de seueritate misericordiam,de auaricia largitatem. Istæ enim spinæ sunt cor
Gen.3 poris nostri quæ præfocant animam,de quibus ait scriptura: Spinas & tribulos tibi germinabit terra: Germinat enim mihi terra mea spinas,si me corporalis libidinis titillatione compungit. Generat mihi tribulos, cum me diuitiarum secularium cupiditate discruciat. Spina enim Christiano auariciæ suæ radix est. Spina uiro bono honoris ambitio est. Videntur enim specie apud nos grata esse,sed lædunt. His ergo nisi uigilando & ieiunando carere non possumus, quin potius per abstinentiam ipsæ spinæ uertentur in rosam. Producit enim ieiunando libido castimoniam superbia humilitatem, sobrietas parcitatem. Hi enim sunt flores uitæ nostræ qui suaue Christo redolent, qui odorem bonum deo spirant. Vnde ait Apostolus:
2.Cor.2. Quoniam Christi bonus odor sumus deo. Hanc ergo quadragesimam largitus est nobis dominus,ut huius temporis spacio in morem totius creaturæ nunc concupiscamus uirtutum germina,ut in die paschæ fructum iusticiæ proferamus. Hoc autem quadragenario numero se ipse dominus Christus exercuit, non ut profectum ipse caperet,sed ut profectum salutis nobis ostenderet. Hæc enim erat in illo spina peccati quæ uerteretur in florem. Ipse enim erat flos natus non de spina, sed de uirga,

uirga,sicut ait propheta: Exibit uirga de radice Iesse,& flos de radice eius ascendet. Esa.11.
Virga enim erat Maria nitida,subtilis & uirgo,quæ Christum uelut florem integritate sui corporis germinauit. Continuatis ergo quadraginta diebus hæc ieiunia nõ esuriens dominus procurauit,sed dicit illum euangelista esurisse postea. Quomodo ergo potest fieri,ut qui tot dierum numero famem sitimq; non senserit,postea esurierit? Esuriebat planè nec negare possumus quod esurierit. Esurijt enim non cibum hominum, sed salutem, nec escarum secularium epulas concupiuit, sed animarum desiderauit cœlestium sanctitatem. Cibus enim Christi est redemptio populorum,cibus Christi est paternæ uoluntatis effectus,sicut ipse ait: Meus autem cibus Iohan.4.
est, ut faciam uoluntatem patris qui me misit. Vnde & nos esuriamus cibum, non qui terrenis epulis apparatur, sed qui diuinarum scripturarum lectione colligitur. Ille enim corpus ad tempus nutrit, hic autem animam reficit in æternum.

Item de quadragesima. Sermo XXXVII.

SI BENE retinet fratres uestra dilectio,hac superiore dominica prædicauimus quod sanctam quadragesimã abstinendo ipse dominus consecrauerit, & tot dierum noctiumq; curriculo cibum omnino nõ capiens, unum ac solidum ieiunij corpus effecerit,quod in totum non obseruare, sacrilegum est,ex parte uiolare peccatum est. Hoc enim fecit causa salutis nostræ, ut rem utilem non solum doceret uerbis,sed etiam exemplis instrueret,ut ijsdem uestigijs quibus ad fidem currimus, ad abstinentiam graderemur. Sed uideamus quæ causa steterit,ut ieiunia saluator indiceret,& ipse sibi primum ut bonus humani
B generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus poculum quod ægro daturus est prior gustat, ut peritiam artis suæ ante in se ipse demonstret, & experimentum æger accipiens securus sit de poculo, securior de salute. Deinde quo loci hoc ipsum tempus ieiunij procurarit. Dicit enim euangelista abstinuisse dominum quadraginta Matth.4.
diebus & noctibus in deserto. Arbitror itaq; causam hanc esse ieiunij, ut quia primus adam in paradiso constitutus per intemperantiam gulæ gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatũ dei gustans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc secundum mandatũ domini ieiunans, uitæ iustitiam mereretur. Hoc enim agit saluator,ut ijsdẽ uestigijs quibus admissa fuerint delicta purgentur. hoc est,ut quia homo manducando deliquerat,corrigat abstinendo, uel quia epulando mulierẽ cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim Euam non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quamdiu autem mansit in illis intemerata parcitas,mansit & impolluta uirginitas: & quamdiu ieiunauerunt ab interdictis epulis,tamdiu & à pudendis ieiunauere peccatis. Fames enim amica uirginitatis est,inimica lasciuiæ. Saturitas uero castitatem prodigit,nutrit illecebram. Igitur sicut dixi hoc agit dominus,ut ijs præiudicijs quibus homo obnoxius peccato fuerat liberetur. Propterea nanq; per omnia secundum similitudinem Adæ nasci uoluit, ut secundũ similitudinem omnia hominis peccata dissolueret. Adam enim de terra uirgine natus est, & Christus de Maria uirgine procreatus. Illius maternum solum necdum scissum fuerat,istius maternum secretum nunquã concupiscen

tia

Universidad de Deusto
Biblioteca

D tia uiolatum. Adam dei manibus plasmatur è limo, Christus dei spiritu formatur in utero. Vterq; ergo oritur cum patre, uterq; uirgine utitur matre, uterque, sicut
Luc.3 Euangelista dicit: Filius dei est, sed Adam creatura est, filius Christus uero substantia. Hoc ergo agit dominus sicut Adam secundus, ut quod prior homo manducando perdiderat, hoc alter ieiunando recipiat, ac legem in paradiso abstinētiæ datam in deserto custodit. Sciebat enim præceptum dei nō unius loci legem esse, sed mundi. Non enim interest, diuinitatis mandatum utrum domi an in agro custodias, cum ubiq; sit qui præcepit. In deserto itaq; saluator implet mandatum dei, ut ibi Adam saluaret errātem, ubi fuerat de paradisi possessione proiectus. Adam enim expulsus de paradiso, inculti mundi deserta sustinuit. In deserto ergo primum hominis salus refunditur, ubi non sunt epulæ, ubi desunt delitiæ, ubi (quod est omnium malorum causa) deest & mulier. Potuerat enim Adam inter illas paradisi inconcussus stare delitias, si Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuisset. Conueniens ergo est desertum saluti, ubi non est Eua quæ persuadet, non est mulier quæ blanditur. Videte rem miram in paradiso, cum Adam diabolus dimicat, ubiq; insidiatur homini, ubiq; cōgreditur: sed ubi mulierem inuenit uincit, sed ubi mulierem non inuenit, uictus abscedit. Formam igitur dedit nobis deus in hoc facto, ut ieiuniorum tempore tanquam desertum habitātes abstineamus epulis, uoluptate, muliere, nec conicgatur nobis Eua, ne nos à casta obseruatione illecebrosa persuasione subuertat. In deserto enim quodāmodo uidetur habitare qui quadragesimæ tempore ieiunus & castus est. Desertum planè quoddam ipsum corpus est Christiani,
C cum non repletur cibis, non poculis irrigatur, sed arentis inediæ squalore negligitur. Desertum inquam est corpus nostrum cum abstinentia marcescit caro, siti pallor obducitur, & contemptu rerum totius hominis species inculta sordescit. Tunc Christus dominus habitat desertum pectoris nostri, cum nostram terram fame
Psal.62 squalidam ac siti aridam esse reperit, secundum quod ait propheta Dauid: Sicut in terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Aliter enim sicut in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mūdanis delitijs, inuia diabolicis concupiscentijs, & inaquosa libidinosis illecebris. Tunc habitans saluator hoc desertum corporis nostri, omnes ibi diaboli factiones exuperat, & secretum ac securum à cogitationibus seculi esse suum facit habitaculum, ut deinceps nos intra nosmetipsos ueluti in solitudine constituti, non nisi cœlum respiciamus & terram, hoc est, non cogitemus alium nisi cœlestis regni dominum & terrenæ resurrectionis autorem.

Item de Ieiunijs & quadragesima. Sermo XXXVIII.

PROPICIA diuinitate ecce iam penè transegimus quadragesimæ indicta ieiunia, & præcepta Christi domini abstinentiæ deuotione complemus. Supereſt nunc ut quemadmodum famuli eius Moyses & Helias hunc sacratissimum numerum obseruando gratiam meruerūt, ita & nos hoc ipsum tempus custodiendo mereamur, sitq; similis remuneratio in per-
3.Reg.18. ceptione præmij, quorum similis labor est in obseruatione ieiunij. Helias enim cum esset clausum humanis iniquitatibus cœlum, & nulla mundanis rebus desuper pluuiarum stillaret ubertas, atq; omnia longæ siccitatis squalore languerent, & esset fa-
mes

A mes magna uniuerso generi humano, quoniam enim cœlum pluuiam non dabat, nec terra pabulum germinabat, tunc Helias sanctus reserauit ieiunijs suis cœlum, terram orationibus fœcundauit. Illius enim siccitatem conuertit in pluuiam, huius sterilitatem resoluit in partum. Tanta enim eius precibus orbem terrarū imbrium largitas irrigauit, ut arida reuiuiscerent, mortua resurgerent, languentia sanarentur. Et ita rebus cunctis fontium quidam meatus infusus est, ut purificatione facta per pluuiam omnia creaturarum uitia lauarentur, atq; inundationis illius beneficio totius mundi species innouata cōsurgeret. Igitur & nos eadem quæ Helias obseruantes ieiunia, adhibitis precibus clausum cœlum nostris competentibus referemus, quatenus illos lauacri salutaris imber illuminet. Clausum enim illis est cœlū, quandiu nondum de cœlo spiritus sanctus aduenies eorum corda uiuificat, siccitatem quodammodo patiuntur, quia nondum gratia baptismatis irrigantur. Laborant etiam fame magna, quoniam uelut esurientes cœlestia sacramenta desiderant. Referemus ergo illis cœlum, ut aduenīente desuper spirituali pluuia, eorum terra lauacri irriguo satietur, & delictorū sterilitate deposita incipiant fructus germinare uirtutum. Etenim cœlestis imber uitia peccatorum diluit, iusticiæ incrementa producit, discutit aridum concupiscentiæ puluerem, lætificat utilem castimoniæ puritatem obruit auariciæ sordidam fecem, nutrit æternam misericordiæ largitatem. Sicut enim superueniente Heliæ pluuia omne pabulum terra produxit, ita & superueniente Christi lauacro omnem iusticiam anima germinauit. Et sicut illic pluuiarum fontes irrigauerunt orbem ut uiuificarentur herbarum mortificata iam semina, ita
B & fons baptismatis irrigat genus hominum ut animarum mortificata corda uiuificet. Hoc ergo obseruantium ista ieiunia est meritum, ut orationibus eorum aut innouetur mundus, aut fratres denuo renascantur. Reserandum igitur competētibus nostris est cœlum, qm̄ adhuc clausum est apud illos. Clausum est em̄ cœlū, qm̄ mysterium nondum peruident trinitatis. Clauso em̄ sibi cœlo, super cœlum quid agit ignorant, nec scire possunt quæ sit filij patrisq; substantia, nisi prius mundi elementa transcenderint. Tunc enim poterit quis trinitatis aspicere diuina mysteria, cū cœlos sua uirtute habuerit apertos. Sicut beatus Stephanus martyr reserauit sibi martyrio suo cœlos, & stantem uidit ad patris dexterā saluatorē, secundū quod ipse ait: Ecce uideo cœlos apertos, & stātem Iesum ad dexterā dei. Ergo cui clausi sunt cœli, Act.7
agendum est ut aperiant illi, quatenus super cœlos Christum possit aspicere. Nam q̄diu clausi sunt homini, Christum non pōt uidere regnātem. Quēadmodum aūt clausi cœli aperiēdi sunt, inquirere nos oportet. Puto aūt aliter eos aperiri nō posse nisi claues Petri apostoli sum. perimus, quas dño largiente suscepit, sicut ipse dixit:
Tibi dabo claues regni cœlorū. Imò rogemus Petrum, ut ipse nobis tanq; bonus Matt.16
ianitor regiæ cœlestis aperiat. Quæ aūt ista clauis sit, diligentius requiramus. Clauē Petri fidem esse dixerim Petri, per quam cœlos aperuit, penetrauit inferna, securus maria calcauit intrepidus. Tanta enim apostolicæ fidei uirtus est, ut cuncta illi elementa pateant, hoc est, non illi angelicæ claudantur ianuæ, non portæ prævaleant tartari, non aquarum fluēta subsidant. Ista autem ipsa clauis quam fidem dicimus, uideamus quemadmodum cōstet, quēadmodum solida sit. Arbitror illā duodecim artificū opatione cōflatā. Duodecim em̄ apostolorū symbolo fides sancta cōcepta est, q uelut periti artifices in unum conuenientes, clauem suo cōsilio constauerunt.

Clauem

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Clauem enim quandam ipsum symbolum dixerim, per quod referãtur diaboli tenebræ ut lux Christi adueniat, aperiuntur conscientiæ clausa peccata ut iusticiæ fulgeant opera manifesta. Igitur hæc clauis ostendenda est fratribus nostris, ut & ipsi tanquam discipuli Petri inferna sibi reserare, cœlos aperire consuescant.

De ieiunijs & eleemosynis. Sermo. XXXIX.

NON dubito fratres contristari uos quotienscũq; absentem me à uobis necessitas facit. Dum enim quem diligitis non uidetis, tanquam boni filij pietatis stimulis laboratis. Sed ego quamuis corpore uos interdũ deseram, tamen uos spiritu nõ relinquo. Quocunq; enim iero, dilectio uestra me sequitur, ubicunq; fuero, ibi mecum uestra fraternitas cõmoratur. Quis enim in Christi mãdatis permanet, necesse est ut Christi adhæreat sacerdoti: & licet longe positus uideatur, sit tamen proximus dum illum unius fidei gratia re præsetat. Ille se sanè separatum à sacerdotibus putet, qui actibus malis separatus à Christo est. Atq; ideo fratres uos qui mandatum saluatoris facitis, quamuis absentes à me fueritis corpore, dilectione tamen mihi minime defuistis. Ita q̃s separabatur longo terrarum, Christi gratia cõnectebat. Sunt aũt nonnulli inter uos fratres, quorũ licet uultus in ecclesia uideamus, cor tamẽ in agris esse cognoscimus: & præsentiam quidem eorum consideramus in plebe, sed conuersationem eorum inuenimus in rure. De terra enim semper cogitant, de terra tractant, quæ terrena sunt sapiunt. His conuenit diuina illa sententia: Quia terra es, & in terram ibis. Qui ideo ali- Gen. 3
C quando ad ecclesiam ueniunt, nõ quia ex fide Christiani sunt, sed ne Christiani ab hominibus non putentur. Quibus cum ieiunium indicitur, de intemperie se tempotis semper excusant. Dicunt enim æstiuis mensibus dies longa est, torrẽtior sol est, sitim ferre non possumus, poculis nos refrigerare debemus. Hyemis uero tempore graue frigus est, rigores sunt pessimi, algorem tolerare nequimus, escis calefieri nos oportet. Ita homines quorum animus semper est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt: & dum se à ieiunijs excusant, tempora creatoris accusant. Dic mihi ô delicate Christiane qui æstum solis ieiunando ferre non poteris, nunquid æstus quẽ sustentaturus es, torrentior est gehenna? Nunquid hyemis cui retrudendus es, hor- Matt. 8
ridior est tenebris? In exteriores enim tenebras abijcientur peccatores, ibi erit fletus & stridor dentium sicut ait dominus. Stridor inquam dentium instar hyberni temporis erit in illis tenebris. Ergo sicut penetrãte algore hyemis, toto homines corpore contremiscunt, ita & interueniente conscientia frigida delictorum, graui peccatores dentium stridore quatientur. Ita miser peccator dũm hic hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit. Dum hic æstum solis euitat, ibi gehennæ sustinebit ardorem. His autem ipsis hominibus cum dixeris, ut aliquid pauperibus largiantur, statim tibi obijciũt, necessitates infinitæ sunt, tributa sunt grauia, fiscalia explicare non possumus. Et tanta tibi ingerunt, ut quasi reũ te statuãt, cur hoc ipsum illos uolueris commonere. Non intelligentes quod omnibus necessitatibus, salutis sit necessitas præferenda, & quod tributum reddere, alij prodest, eleemosynam facere ipsi proficiat qui largitur. Tributi enim redditio illi præstat beneficiũ qui accipit, eleemosynæ autẽ operatio sibi confert meritum q̃i ministrat. Tributi inquam redditio detrimentum infert soluenti, eleemosynæ erogatio lucrum tribuit erogãti.

Ditior

A Ditior enim fit uir misericors postea quàm minus habere incipit pauperibus largiendo. Beata igitur est eleemosyna quæ & accipiẽtem reficit, & lætificat erogantẽ. Hilarem em̃ datorẽ diligit deus. Atq; ideo melius est illi prius dare. Lætus ergo & 2. Cor. 9.
hilaris est qui pauperibus subministrat. Recte planè lætus est, quia per numulos paucos, æternos thesauros sibi cœlestes acquirit. Et contra semper tristis est & mœstus qui tributa dissoluit. Nec immerito tristis est, qui ad solutionem nõ dilectione adducitur, sed terrore constringitur. Christi enim debitor lætus, cæsaris tristis est, quia hunc ad soluendum amor cogit, illum pœna compellit. Hic præmijs prouocatur, ille supplicijs coartatur. Dicit sanctus Apostolus: Diuitibus huius seculi præci- 1. Tim. 6
pe non sublime sapere, & neq; in incerto diuitiarum sperare. Vides ergo ô diues, qa sunt tuæ incertæ diuitiæ: quod ergo aurum cõgregas, in quo nulla certa fiducia est, auri tui auaricia cesset & terra est, solidi tui cupiditas auferatur & sordes sunt. Aurũ enim & argentum uilis est & abiecta materies, ubi aurum increuit humana concupiscentia, tunc & his speciebus accreuit ambitio. Aurum enim & argentum non precioſum natura instituit, sed hominum uoluntas effecit.

De ieiunijs Niniuitarum. Sermo XL.

LEGIMVS in prophetis cum Niniue ciuitati subuersio diuinitus imineret, & iuxta sententiam dei, destruendi illam tempus ingrueret, cõsistentes in ea aliud non habuisse præsidium nisi ut abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata susciperent, & diuitiarum ambitione sepositа,
B humilitate se paupertatis induerẽt, scilicet, ut exinde remediũ perciperent, unde his perditio contingebat, hoc est, ut iram diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abstinendo lenirent, & offensam quam in eos superbia contraxerat, humilitas mitigaret. Dicitur enim, in illa tribulatione ipse rex deposita imperiali purpura, regali ambitione submota, membra sua cilicio præcinxisse, atq; in sacco se diebus ac noctibus uolutasse. Sapiens ergo rex qui sciret quemadmodum aduersa sibi superare deberet: hostes enim uirtute superabat, deum autem humilitate uincebat. Sapiens planè rex, qui intelligeret quibus armis uteretur pro temporis qualitate. Cũ enim insidiantur illi homines, apprehendit arma bellica: cum iratscitur ei deus, corripit arma iusticiæ. Sapiens inquam rex qui pro salute ciuium peccatorem se magis confitetur esse q̃ regem. Obliuiscitur enim se regem esse, ubi deum regem omniũ pertimescit, nec potentiæ suæ meminit, ubi potentiã diuinitatis agnoscit. Obliuiscit ergo se regem esse dum proijcit purpuram, dum diadema deponit, cilicio autem uestitur & sacco, ieiunijs perseuerat, orationibus immoratur. Mira res, dum se regem hominum esse non meminit, rex incipit esse iusticiæ. Religiosus igitur princeps nõ perdidit imperium, sed mutauit. Principatum enim ante militaris disciplinæ tenuit, nunc cœlestium disciplinarum obtinet principatum: Non inquam perdidit imperium, quia sine ferro, sine iusticia pro ciuium salute primus inuigilat. Primus planè inuigilat, quia ut tota ciuitas ieiunaret, famem sibi rex primus indixit, & solus omnium causa prior cœpit esurire q̃ miles. Necesse enim erat ut qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret uniuersis. Exemplo igitur suo præparat religioni exercitum, non armis, sed sola deuotione munitum, iubet omnem sexum, omnem ætatem à diurnis epulis abstinere. Additur religioso exercitui numerus, cum in tali deuotio-

FF ne etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ne etiam infantia militare compellitur. Pietas enim esse creditur in tali causa, paruu
lis quoq; ibi substantiam denegare. Non enim sufficiebat ad placandum deum
peccantium satisfactio, nisi seniorum quoq; peccata, paruulorum innocẽtia deplo
raret, & fletibus alienis delicta sua iuuentus ablueret. Ista autem fratres omnia in
commonitionem nostri facta esse nemo est qui nesciat, ut quotiensc unq; tribulatio
nibus perurgemur ad hæc præsidia concurramus, utputa aduersarius imminet, ini
micus in promptu est, ieiunemus & uincamus. Solent quidam homines quotiens
cunq; necessitatem arduam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilij causa de
stinare legatos. Nos quod est melius, legationem ad deum per ieiunia destinemus,
ab ipso imploremus auxilia, ad ipsum nos corde & orationibus conferamus. Auxi
lium enim illi non aliunde rogando petiuerunt, sed de suis ieiunãdo uisceribus exe
gerunt. Cur enim petat ab altero qui intra se potest inuenire quod quærit? Quan
to enim deo uiciniores fuerimus, tanto aduersarij nostri à nobis lõgius repellent.
Psal. 72 Oportet igitur proximos nos fieri deo, quoniam dicit propheta: Ecce qui elongant
se à te, peribunt. Quod si à deo qui longe sunt peribunt, utiq; qui sunt proximi, sal
uabuntur. Aliter ergo proximi deo esse non possumus, nisi ad eum orationibus &
eleemosynis propinquemus, deus enim ipse misericors, ieiunus & sanctus est. Atq;
ideo qui uult proximus deo esse, debet imitari hoc esse quod est deus. Tota igitur
in tribulatione Niniuitarum ciuitas ieiunauit. Bene dixi, tota. Non solum enim se
nes, iuuenes & infantes, sed etiam pecudes legimus ieiunasse. Mira res, ieiunat pro
ciuitatis peccato, quem peccati conditio nõ constringit. Vnde & nos fratres tempo
D rum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus, & misericordiam dei
cunctorum abstinentia deplorare. Nam quale sit, hoc Christianum pro salute suæ
non facere, quod pecudes pro hominum salute fecerunt, nisi quod stolidior pecude
est qui indicto pro se à sacerdote ieiunio non ieiunat. Nõne enim pecus est qui nõ
intelligit quid illi immineat, quid incumbat: & pecus quidem uidens declinat foueã,
cauet præcipitia, tu autem non uis ieiunando periculum declinare quod cernis? De
sperationis enim genus est, tunc te manducare cum abstinere debeas: tunc gaudere
1. Cor. 15 cum debeas deplorare. Desperatione Apostolus dicit, quod à nobis auertat deus:
Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Ieiunemus ergo fratres sine inter
missione, ut hostes nostros orationibus & abstinentia superare possimus per do
minum nostrum Iesum Christum.

De gratia baptismi. Sermo XLI.

QVIA constat, sicut ante dies prosecuti sumus, Iesum Christum non
sui causa baptizatum esse, sed nostri: debemus fratres dilectissimi, uo
bis catechumenis loquor, gratiam baptismatis eius omni festinatione
suscipere, & de fonte Iordanis quem ille benedixit benedictionẽ conse
crationis haurire, ut in eum gurgitem in quem illius sanctitas mersit, nostra peccata
mergantur, scilicet, ut eadem aqua quæ dominum circundedit, & seruulos circũpur
get, quatenus ex uenerabili Christi lauacro nobis unda sancta proficiat, & isdem
uestigijs atq; mysterijs quibus benedictionem à saluatore est mutuata, nos fœtu
beatiore purificet, gratiamq; quam à Christo suscepit, in Christianos refundat. Er
go fratres tingi debemus eodem fonte quo Christus, ut possimus esse quod Chri
C stus.

A stus. Nam quod salua fide dixerim, licet baptismum utrunq; sit domini, tamen gra
tius puto hoc baptismum esse quo nos abluimur, q̃ illud quo saluator baptizatus.
Hoc enim celebratur per Christum, illud celebratum est per Iohannẽ. In illo se ma
gister excusat, in isto nos saluator inuitat. In illo iusticia semiplena, in isto trinitas
est perfecta. Ad illud sanctus uenit, sanctus egressus: ad istud peccator uenit, & san
ctus abscedit. In illo benedictio confert mysterijs, in isto mysterijs delicta donan
tur. Baptizari ergo fratres debemus eodẽ gurgite quo saluator, sed ut eodem fonte
mergamur, non nobis orientalis petenda est regio, non fluuius terræ Iudaicæ. Vbi
enim nunc Christus, ibiq; Iordanis est. Eadem consecratio quæ oriẽtis flumina be
nedixit, occidentis fluenta sanctificat. Vnde & si nomen forte fluuio aliud sit de se
culo, ineſt tñ illi mysterium de Iordane. Deniq; ijsdẽ sacramentis res agitur quibus
& tunc gesta est, nisi q̃ gratia pleniore. Tunc enim trinitatẽ carnalibus oculis uidi
mus, mõ eandem trinitatẽ fidei oculis contemplamur. Tunc Christũ uix humanus
uultus aspexit, nũc eundem mens humana cõplectitur. Tunc spũs sanctus uelut co
lumbæ specie hominẽ circũfudit, modo se in interiora hominis ipa uirtute diuinita
tis infundit. Tunc pater à dño propter filiũ longo auditu uocis aduenit, modo aũt
descendit ad nos pariter ipse cum filio. Plenior ergo gratia est ubi deus non assum
pta specie descendit ad homines, sed propria substantia descendere dignatur ad fi
lios. Ibi enim tanq̃ incredulis fidem uult signis corporalibus persuadere, hic tanq̃
fidelibus gratiã spũali uirtute cõferre. Plenioris ergo gratiæ est deũ uidere sicut est
deus, q̃ uidere eum sic ut requiras eũ. Hic est perfecta trinitas, ibi adhuc scrutanda
B diuinitas. Plenior igitur est gratia deum propria uirtute cognoscere, q̃ in assumpta
specie suspicari. Faciamus ergo ipsi pro nobis quod deũ uidemus fecisse pro nobis,
faciamus circa nos quod fieri circa se Iohannes optauit. Quanto magis peccatores
nos humiles & ignari gratiam hanc debemus ambire. Videte misericordiam salua
toris, hoc nobis sponte defertur, q̃d propheta postulans nõ meretur accipere. Quid
aũt causæ sit qd' Iohãnes petierit Christi baptismũ & non acceperit, debemus ad
uertere. Ait enim illi dñs postulanti: Sine modo, sic enim decet nos implere oẽm iu Matt. 3
sticiam. Scimus aũt quod Iohãnes baptista typum legis gerebat, iustum ergo erat
ut ipse baptizaret dominũ, scilicet, ut quemadmodũ secundũ carnẽ de Iudæis salua
tor est genitus, ita & secunduũ spm̃ de lege euangeliũ nasceretur, ut unde successionẽ
ducebat originis exinde & traditionẽ consecrationis acciperet. Hoc est igitur quod
ait: Sic enim decet nos implere oẽm iusticiam. Iustum enim erat, ut mandata legis
q̃ ipse cõdiderat, ipse cõpleret. Sicut alibi dicit: Nõ ueni legẽ soluere, sed adimplere.

De hostibus carnalibus non metuendis, & post cibum gratias deo referri debere. Sermo XLII.

FREQVENTER admonui uos fratres, ut dum licet, dum tempus in spa
cio est, saluti uestræ omnibus modis consuleretis, & in hac uita breui, uitã
uobis prouideretis æternã. Sapiens enim quisq; intelligit quod hæc uita
hominum non ad quietẽ data sit, sed ad laborẽ, hoc est, ut hic laboret, & in posterũ
requiescat. Hic aũt requies nulla est. Tantis enim malis hæc uita repleta est, ut cõpa
ratione eius mors remedio putetur esse nõ pœna. Nam ideo breuẽ illam deus fecit,
ut molestiæ eius, quia prosperitate non poterant, temporis exiguitate finirentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Denicꝙ ſanctus Iob dicit: Piraterium eſt uita hominis ſuper terram, hoc eſt, ſiue cꝙ homines in hac uita omnia expiantur mala. Piraterium enim latine experimẽtum dici poteſt, Seu certe piraterium, quod in hac uita circa homines diabolus tancꝙ pirata deſæuiat. Piraterium em̃ habitaculum piratarum eſt. Tãdiu ergo in piraterio ſumus, quãdiu in hac carne poſiti, prædonũ ſpiritualium tẽtationibus ſubiacemus: cꝙuis in hac ipſa uita etiam carnales nobis, qui ſunt barbari, piratæ non deſunt, minus tñ eos timeo, qui &ſi auferunt patrimonia, non poſſunt auferre iuſticiam: ſi aurum tollunt, Chriſtum tollere certe non poſſunt: ſi diripiunt argentum, nõ poſſunt diripere ſaluatorem. Quis igitur non feſtinet habere ſibi Chriſtum quẽ non poſſit ab eo nec prædo diripere, nec hoſtis auferre, nec captiuitas ſeparare? Qui enim habet Chriſtum, hominem non ueretur inimicum. Quid enim facturus ſapienti? pecora eius abducet? hoc etiam morbi lues facere conſueuit. Armenta diripiet? iſtud damnum abactores tolerãdo iam didicit. Ipſum fortaſſis, nõ illi admouet tædia, ſed remouet: hoc enim illi intulit, quod maiore cum moleſtia febris afferret, præſertim cum dicat dñs: Nolite timere eos qui occidũt corpus, animam aũt non poſſunt occidere. Illi igitur ſpũales plus metuendi piratæ ſunt, qui non ſolum corpora hominũm ſed & animas ſpoliare conſueuerunt, qui non tam aurum mundi, cꝙ aurum fidei auferre nituntur, qui non tam ſeculi ſubſtantiam, cꝙ Chriſti ſapientiam depræ dantur. Nam? ipſi nobis ſpũales hoſtes hos carnales immittunt, ut probemur in tribulatione poſiti, cꝙ ſimus confidẽtes in deo, q̃ de ſolo ipſo remedium poſtulemus. Sunt enim quidam qui in tribulatione poſiti dicant, malis artibus hoſtes uincere, C iiſdem eos artibus debere ſuperari, deſperãtes de deo, à dæmonibus uictoriam flagitantes: Miſeri homines neſciunt quid faciunt, quid loquantur. Dum enim rebus ſuis metuunt, obliti ſunt religionis ac fidei. Qui res quidem ſuas forte non perdent, ſed quod eſt amplius ſuas animas perdiderunt. Dicit ſanctus Iob: Si bona excipimus de manu dñi, quare non mala tolerabimus? Hoc eſt, ſi bonis ſuperueniẽtibus iocundamur, quare non & aduerſis accidentibus confortemur? Aduerſa tolerare ſapienti uirtutis exercitium, inſipienti præuaricationis eſt occaſio. Dixi ergo frequenter, ut in hac uita breui uitam uobis prouideatis æternam, quod doleo cur hoc facere cõtemnatis. Cum enim ieiunandum dicimus, præter paucos nemo ieiunat. Cum eleemoſynas faciendum, maior auaricia uos conſtringit. Orare autẽ & gratias deo agere quid ſit, pleroſqꝙ de uobis etiam arbitror ignorare, qui ſurgentes primo diluculo non niſi de prandio cogitent, cum pranderint, ſomno ſe tradent, nuncꝙ diuinitati gratias referentes, quæ illis & prandium ad refectionẽ, & ſomnum dederit ad quietem. Vtiꝙ tu Chriſtiane ſi es utilis, meminiſſe debes cuius panẽ comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, num ſi aliquid de tuo cuicũꝙ largiris, expectas ut tibi gratias agat, ut benedicat domum de qua ei humanitas ſit tributa? Qui ſi forte gratias nõ agit, quemadmodum à te denotatur ingratus. Ita ergo & à nobis expectat qui nos paſcit deus, ut pro præſtitis ab eo eſcis illi gratias referamus, & ſaturati donis ipſius laudes dicamus. Hæc enim beneficiorum eſt retributio diuinorum, ut cum refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Cæterum ſi accipientes diuina munera, taciti & immemores fuerimus, tanquam ingrati & indigni eorũ ſubminiſtratione fraudabimur: ut deum quem beneficijs nõ cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduerſis ſtimulemur ad rogandum qui proſperis gratias non egimus

Matt. 10

Iob. 2

A mus ad fruendum. Sicut nunc contigit ut qui in pace pigri fuimus ad laudes referendas, modo in tribulatione trepidi exiſtimus ad pericula deploranda.

Item de eodem. Sermo XLIII.

SATIS abundecꝙ dixiſſe me credo ſuperiore dominica ad correptionem eorum qui diuinis muneribus perfruentes gratias non referũt creatori, & utentes beneficijs cœleſtibus tanquã ingrati & indigni beneficiorum non remunerantur autorem. Ingrati inquam qui deum nec quaſi ſerui metuunt dominum, nec quaſi filij honorificant ut patrem. Dicit per prophetam deus: Si dominus ſum, ubi timor meus: ſi pater, ubi amor meus? Hoc eſt, ſi ſeruus es, redde domino timoris obſequium: ſi filius, exhibe patri pietatis affectum. Tu autem cum gratias non agis, deum nec diligis nec uereris: Vnde aut cõtumax ſeruus, aut ſuperbus es filius. Qui eſt igitur utilis Chriſtianus, ſemper debet patri ac dño ſuo laudes dicere, & in eius gloriã omnia procurare, ſicut ait beatus Apoſtolus dicens: Siue manducatis ſiue bibitis ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei. Videte quale uiri Chriſtiani Apoſtolus uoluit eſſe conuiuium, ut magis fides Chriſti, quàm prandij ſagina comedatur, & plus reficiat hominẽ dñici nominis frequens inuocatio quàm epularũ multiplex & copioſa collatio, meliuscꝙ paſcat eſurientem religio quàm ſagina. Omnia inquit in gloriam dei. Oẽs ergo actus noſtros Chriſto uult ſocio uel teſte cõpleri, hac ſ. ratione, ut bona ipſo autore faciamus, mala propter ipſius contubernium declinemus. Erubeſcit em̃ mala facere qui ſcit Chriſtũ ſe habere participẽ.

B Chriſtus aũt in bonis adiutor eſt, in malis noſter eſt cõſeruator. Ergo cum diluculo ſurgimus, debemus priuſquã procedamus è cubiculo, gratias agere ſaluatori, & añ oẽs actus ſeculi, actus habere pietatis, qui nos quieſcentes & dormientes in lectulis cuſtodiuit. Quis em̃ niſi deus dormientẽ cuſtodit hominẽ, q ita reſolutus in ſomnũ & oblitus ſui uigoris humani à ſe alienus efficitur, ut neſciat qd ipſe ſit, ubinã demoretur, adeſſe ſibi certe ipſe nõ poſſit. Neceſſarius igitur deus adeſt dormientibus, qa dormientes ſibi adeſſe nõ poſſunt, & à nocturnis inſidijs genus hominum ipſe cuſtodiat, quia id temporis ad cuſtodiendum alter nemo peruigilat. Debeo ergo illi gratiam qui ut ego ſecurus dormiam, ille peruigilat. Ipſe enim nos deus ituros cubitum quodam gremio quietis ſuſcipit, & theſauro pacis recondito ſeruat, & caliginũ quadam tuitione in lucem defendit, ut malicia inimicorum hominum repellatur tenebris, quæ nõ poteſt benignitate depelli, & pacem feſſis præſtet obſcuritas, quam non præſtabat humanitas. Dum enim neſcit homo, ubi ſuum aduerſarium perſequatur, pacem quam uolẽs præſtare noluit, præſtat inuitus. Debemus ergo ſurgentes gratias Chriſto agere, & omne diei opus in ſigno facere ſaluatoris. Nónne cum adhuc gentilis eſſes, ſolebas ſigna perquirere, quæ ſigna qbus rebus eſſent proſpera magna inquiſitione colligere? Iam nũc nolo erres in numero, ſcito quia in uno ſigno Chriſti omnium rerum eſt tuta proſperitas. Qui in hoc ſigno ſeminare cœperit, uitæ fructum conſequetur æternæ. Qui in hoc ſigno iter facere aggreditur, ad cœlum uſqꝙ perueniet. In hoc igitur nomine omnes actus noſtri dirigendi ſunt, & ad ipſum totius uitæ noſtræ commotio referenda, quia ſicut ait Apoſtolus. In ipſo uiuimus & mouemur & ſumus. Sed & cum ueſpera diem claudit, ipſi debemus per pſalterium laudem dicere, & gloriã eius modulata ſuauitate cõcinere, quo operum

Act. 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nostrorum consummato certamine ueluti uictores requiem mereamur, & laboris quædam palma sit soporis obliuio. Hoc autem ut faciamus fratres, non solum do cemur ratione, sed etiam admonemur exemplis. Nónne enim uidemus minutissimas aues cum illucescentem diem aurora producit, in quibusdam nidorum cubicu lis uaria dulcedine personare, & id studiose agere priusquā procedāt, ut creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceāt, & quemadmodū unaquæq; earum, qm confessione nequit, modulis prodat obsequiū, ita ut uideatur sibi deuo tius gratias agere, quæ dulcius personauit, hoc etiam peracto diei cursu similiter fa cere? Quid ergo sibi uult ista certis temporibus disposita cantilena & iugis intētio, nisi gratiarum quædam sit immoderata confessio? Pastori enim suo auis innoxia, quia sermone non potest, suauitate blanditur. Habent enim & aues pastorem suū,
Matt. 6 sicut ait dns: Respicite uolatilia cœli, qm non nent, neq; metunt, & pater uester q est in cœlis pascit illa. At quibus tandē cibis pascunt aues, uilissimis, & terrenis. Aues ergo propter uiles escas gratias agūt, tu preciosissimis epulis pasceris, & ingratus es. Quis igitur non erubescat, sensum hominis habens, sine psalmorum celebritate diē dꝫudere, cum ipsæ aues ad gratificandū psalterij suauitate persultent, & eius gloriā non uestituum dulcedine personare, cuius laudem uolucres modulata cantilena pro nunciāt? Imitare ergo frater minutissimas aues mane & uespere creatori gratias re ferendo. Et si es deuotior, imitare luscíniam, cui qm ad dicendas laudes dies sola nō sufficit, nocturna spacia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem uincens operi tuo adde nocturna curricula, & insomnem susceptī laboris industriā
D psalterij serie consolare. Et quia de his auibus mentionē feci quæ noctibus uigilāt, nolo te imitatorem esse noctuæ, quæ licet per noctem uigilet, per diem tm pigra uel cæca est, quæ grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem solis hor resćit. Mirum enim in modum illuminatur obscuritate, luce cæcatur. Istud animal hæreticorum figura est atq; gentilium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem saluatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt uana, non respi ciunt sempiterna. De his ait dominus: Oculos habent & non uidebunt: in tenebris ambulant. Sunt enim acuti ad superstitiosa, hebetes ad diuina, qui dum se putant subtilibus euolare sermonibus, tanq; noctuæ ueri luminis splendore turbātur.

De sancto latrone. Sermo XLIIII.

QVONIAM hesterno die de latrone fecimus mentionem, uideamus quis ipse latro sit, qui in cruce domino constitutus, non solum peccatorum suo rum ueniam consequitur, sed etiam paradisi amœnitate donatur, ut qui propter scelera damnatus fuerat ad pœnam, propter fidem transferretur ad gloriā, fueritq; illi crux quam pertulit, non tam supplicij damnatio quàm salutis occasio. In cruce enim positus Christum dominum nostrum credidit crucifixum. Et ideo q consortio passionis utitur, consortio paradisi condonatur. Beatus enim latro dum supplicium patitur, regnum cœleste consequitur. Ecce reus dicitur, sicut cui damnari ad tempus expediuit. Non enim peruenire ad gloriam, si non contraditus esset ad pœnam. Videamus inquam cur tantorum criminum reus, tam cito à saluatore pa radisum promeretur, cum alij multorum temporum lachrymis frequentibusq; ieiu nijs, uix delictorū suorū ueniam consequant. Magna fratres & multiplex causa est.

Primum

A Primū quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, ut præsentem pœ nam despiceret, ac de futura ueniam precaretur, & magis crederet utile sibi esse de æterno iudicio petere, quàm de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim scelerum suorū, & pœnitudinem gerens, plus incipit dolere quod sperat quàm senti re quod patitur: potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset qui in Christū semel crediderat, de præsenti magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiam eius ma ioris est meriti, quod Christum in cruce positum credidit. & passio quæ alijs scanda lum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis scandalum fuit. Sicut dicit 1. Cor. 1.
apostolus. Nos autem prædicamus Christū crucifixum, Iudæis quidem scandalū, gentibus autem stultitiam. Recte ergo meretur paradisum, qui crucem Christi non putauit esse scandalum, sed uirtutem. Dicit enim idem apostolus, Ipsis uocatis Iu dæis Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Recte planè & dominus huic donat paradisum, quia quem Iudas Scarioth in hortulo paradisi distraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, confitetur latro quem discipulus abnegauit. Mira in quā res, latro honorificat patientem, quē Iudas prodidit osculantem. Ab hoc pacis blandimenta uenduntur, ab illo crucis uulnera prædicantur. Ait enim, Memento Luc. 23.
mei domine, cum ueneris in regno tuo. Hæc est fidei plena deuotio, ut cum de uulne ribus domini profluens sanguis cernitur, tunc de potestate eius uenia postuletur: cum uidetur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas: cū morti addictus putatur, tunc regis illi honorificentia deferatur. Iste enim fidelis latro non credidit moriturum quem annunciat regnaturū: non putat subdendum inferis, quem domi
B naturum confitetur in cœlo: non arbitratur eum apud tartarum detineri, à quo se etiam postulat liberari. Cernat licet eius hiantia uulnera, spectet ipsius sanguinem profluentem, deum tamen credit quem reum nescit, iustum fatetur quem non me minit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni. Nos quidem recte digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Intellexit enim quod pro alienis pecca tis has plagas susciperet, pro alienis sceleribus hæc uulnera sustineret: & sciuit quod illa in corpore Christi uulnera non essent Christi uulnera, sed latronis: atq; ideo plus amare cœpit postq; in corpore eius sua uulnera recognouit. Ait enim propheta, Esa. 53.
Quoniā ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet. Nos autē existimaba mus eum esse in dolore, liuore eius nos sanati sumus. Plus ergo in cruce positus, liuo rem eius cernens, latro diligit deū. Mira res plus in cruce latro Christū diligit q̄ Iu das dilexit in cœna. Ille pedibus supplantat magistrū, hic credidit dm̄ per dolorē sicut ait propheta. Qui edebāt panes meos, adampliauit aduersum me supplantati Psal. 40.
onem. Cognouit igitur hic latro omnē dei passionem ex ipsius fieri uoluntate, & in potestate eius esse, uel morti animā tradere, uel ad uitam iterū remeare, sicut ipse ait, Potestatē habeo ponendi animā meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam. Vsq; Iohan. 10.
adeo autem illū liberū ab inferni legibus iudicauit, ut etiā se ab his posceret liberari.

Item de eodem sancto latrone. Sermo XLV.

MEMINIT fratres uestra dilectio, me dedisse rationem, cur tantorum cri minum inueteratus latro & scelerum suorum confessione damnatus, pa radisum in ipso supplicij patibulo potuerit promereri, & tanta fuerit ce leritate saluatus, ut peccata eius gratia præuenerit antequàm pœna, & prius in

Universidad de Deusto
Biblioteca

C malis suis gloriari cœperit quàm puniri. Non enim patitur supplicium, dum para-
disum promeretur. Petro dicitur à Christo: Non potes me modo sequi, sequeris
Luc. 23 postea. Et huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiso. Tanquam discipulus ille
differtur, & hic tanquam socius inuitatur. Ille adhuc reseruatur ad præmium, etiam
ad consortium iste diligitur. Non potes, inquit, me modo sequi. Impossibile est Pe
tro sequi dominum, etiam facile latroni est esse cum domino. Hodie mecum eris in
paradiso. Non in aliud differtur tempus, non in diem alteram reseruatur. Ipsa ho
ra qua paradisus deum suscepit, suscepit & latronẽ, unus passus est pro salute cun
ctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reseratur. Sed hanc tantam glo
riam latroni fides præstitit. Fides enim est quæ peccata cooperit, quæ uincit crimi
na, quæ facit de latronibus innocentes. Quamuis enim delinquentium grãdis cul
pa sit, fidei tamen maior est gratia. Plus enim credidisse Christo quàm seculo deli
quisse, & plenioris est meriti ueniam sperasse de domino, quàm culpam contraxisse
de mundo. Sicut enim perfidia criminosum fecit, ita fides perfecit innocentem. De
nique Iudas posteaq; fidem perdidit innocentiam apostolatus amisit, omniũ enim
criminũ reus factus est posteaq; uirtutum omniũ dñm denegauit. Sicut ergo suffi
cit isti ad scelera deseruisse Christum, ita illi sufficit ad innocentiam dño credidisse.
Facit igitur & fides innocentes latrones, & perfidia apostolos criminosos. Magna
igit' & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna planè est & admirabilis fides quæ
Christum crucifixum glorificari magis credidit quàm puniri. In hoc ẽm totius for
ma salutis est. Saluatorem tunc maiestatis dominum recognoscit, cum uidetur hu
D militaris patientia cruciari. Vnde ait Apostolus: Si cognouissent, nunquam domi
num maiestatis crucifixissent. Hæc inquã perfecta fides est Christum in cruce deũ
non reum credere. Vnde ille latro iustificatus est, quia saluatore in patibulo consti
Matt. 27. tuto Iudæis insultantibus & uel criminosa dicentibus: Libera teipsum si potes, ille
certus de diuinitate eius & securus de uoluntate se magis postulat liberari. Magna
inquam fides in illo latrone fuit & sanctis apostolis comparanda, nisi quod & forte
præcesserit, præcessit etenim deuotione qui præcessit & præmio. Prior ẽm latro ad
paradisum quàm apostoli peruenerunt. Deniq; Petrus dominum sequitur, & iste
comitatur. Dominus autem secũdum fidem & meritum tribuit & remunerationis
obsequium. Omnes enim sicut legimus in passione saluatoris discipuli trepidarũt,
omnes eum penè cum traderetur reliquerunt, factum est sicut scriptum est: Percu
Zacha. 13 tiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Deniq; fidem Petrus nec admonitus
Matt. 26 potuit custodire, totiens lapsus est, quotiens ne laberetur admonitus. Et nisi modũ
quendam tertio denegandi ei dominus statuisset, forsitan sæpius interrogatus, sæ
pius abnegasset. Tantam enim trepidationem discipulis intulit passio saluatoris, ut
quod apostolo Christus ante prædixerat, ancilla destrueret, & magis præualeret
ostiaria ad perfidiam, quàm apostolus ad cautelam. Non bona ostiaria quæ Pe
trum ideo in domum sacerdotis includit, ut à fide saluatoris excludat. Male Adam
induxit Eua, male Petrum introduxit ancilla. Illa exclusit à paradiso, hæc exclusit à
Christo. Illa persuasione sua uirum decepit, hæc interrogatione sua apostolum cir
cumscripsit. Illa ad præuaricandum Adam impulit, hæc Petrum compulit ad ne
gandum. Et idem sexus in utraq; ostiariæ officium gerens, aut excludit à uita, aut
includit ad mortem.

De pœ-

De pœnitentia Petri apostoli. Sermo XLVI.

DIXIMVS fratres q; ad similitudinẽ Euæ Petrũ ostiaria mulier quoq; de-
ceperit, & sicut Adam fœmina circunscripsit, ita & apostolũ fœmina circũ
uenerit. Visitatus enim ad decipiendũ sexus est, fraudis suæ uasculũ in osti
aria diabolus recognouit. Fides uero non nisi per mulierẽ oppugnare consueuit. Ibi
Adã per Euam superat, hic Petrũ uincit per ostiariã. Fuit enim sicut legimus in para
diso delitiarũ diabolus, nec defuit, sicut intelligimus, in prætorio Iudæorũ. Ibi immi
nebat sathanas serpens, hic Iudas coluber perurgebat. Est ergo eadẽ similitudo de-
ceptionis in Petro quæ in Adã fuit, quoniã eadẽ est & similitudo mandati. Accepit
enim à dño uterq; mandatũ, Adam ne tangeret, apostolus ne negaret. Ille ne lignũ
scientiæ præsumeret, hic ne crucẽ sapientiæ præteriret. Sed transgrediens uterq; præ
ceptũ pari modo delinquũt. Gustat ille quod non licet, loquitur iste quod nõ decet,
& tamen facilior negatio Petri q; Adæ præuaricatio. Citius enim apostolo q; pro-
toplasto subuenitur. Hunc etenim deus ad uesperũ requirit errantem, illum dñs pul
lorũ cantu denegantẽ. Adã reus facti nudus erubuit, Petrus cõscius dicti correctus
ingemuit. Ille tanq; deprehẽsus festinat ad latebras, hic tanq; emendatus prorumpit
ad lachrymas. Velut latenti enim & celanti à diuinitate Adæ dicitur, Adam ubi es? Gen. 3.
Non q; Adã conspectũ dñi latere potuerit, sed q; peccatrici conscientiæ nullus locus
tutus uel certus sit dum metuit deprehẽdi. Respexit dñs & apertis oculis eius emen
dauit errorẽ. Recte oculis emendat, quia scriptũ est, Oculi dñi super iustos, & aures Psal. 33.
B eius in preces eorũ. Ergo Petrus prorupit ad lachrymas nihil uoce precatus. Inue-
nio enim quod fleuerit, nõ inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactionẽ
nõ lego. Recte planè Petrus fleuit & tacuit, quia q; defleri solet, non solet excusari,
& quod defendi non potest, ablui potest. Lauat enim lachryma delictũ, quod uoce
pudor est cõfiteri. Lachrymæ ergo uerecundiæ consulunt pariter & saluti, nec erube-
scunt in petendo, & impetrãt in rogando. Lachrymæ inquã tacite quodãmodo pre-
ces sunt, ueniã non postulant & merẽtur, causam non dicunt & misericordiã conse-
quũtur, nisi q; utiliores lachrymarũ preces sunt q; sermonũ, quia sermo in precando
forte fallit, lachryma omnino nõ fallit. Sermo enim interdũ non totũ profert nego
tiũ, lachryma semper totũ prodit affectũ. Et ideo Petrus iam nõ utitur sermone quo
fefellerat, quo peccauerat, quo fidẽ amiserat, ne per id ei non credatur ad confitendũ
quo usus fuerat ad negandũ, ac per hoc maiult causam suã flere q; dicere, & quod
uoce negauerat, lachrymis cõfiteri. Inuenio autẽ & aliud cur tacuerit Petrus, ne tam
cito ueniæ postulatio per impudentiã plus offenderet q; impetraret. Solet enim ci-
tius mereri indulgentiã qui uerecũdius deprecatur. In omni igit' culpa ante flendũ
est, sic precandũ. Scimus iam hoc exemplo quẽadmodũ nostra peccata curemus. Ec-
ce nihil nobis apostolus nocuit q; negauit, & plurimũ profuit q; emẽdauit. Deniq;
imitemur eum dicentem alibi. Cum enim tertio interrogaretur à dño, Simon amas Iohan. 21.
me? Respondit tertio, Dñe tu scis quia diligo te. Ait dñs, Pasce oues meas. Et hoc ter
tio, quod quidẽ dictum ad cõpensationẽ prioris profecit erroris. Qui enim dñm ter
tio negauerat, tertio cõfitetur, & quotiens culpam delinquendo contraxerat, totiens
gratiã diligendo conquirit. Videte ergo quantũ fletus profuerit Petro, anteq; fleret
lapsus est, posteaq; fleuit electus est; & qui ante lachrymas præuaricator extitit, post
lachrymas pastor assumptus est: & alios regẽdos accepit, qui prius se ipse non rexit.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De fide Petri Apostoli. Sermo XLVII.

C ASTRVXIMVS superiore dominica sanctum Petrum in saluatoris passione sine erroribus profeciſſe, & posteaq̃ negauit dñm deum, fuiſſe meliorem. Fidelior enim factus ẽſt postq̃ fidem ſe perdidiſſe defleuit, atq; ideo maiorem gratiam repperit quàm amiſ.t. Tanq̃ bonus enim paſtor tuendum gregem accepit, ut qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus fir mamentum, & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſtabili tate fũdaret. Denicq; pro ſoliditate deuotiõis eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait do
Matt.16 minus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamẽta poſuerit, & tanq̃ ſaxum im mobile totius operis Chriſtiani compagem mo-emq; contineat. Petra ergo pro de
1.Cor.10 uotione Petrus dicitur, & petra pro uirtute dñs nuncupat, ſicut ait Apoſtolus: Bibe bant autem de ſpirituali cõſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus. Recte conſortium meretur nominis, qui conſortium meretur & operis. In eadẽ eñ domo Petrus fundamentum poſuit, Petrus plantat, dñs incrementum dat, dñs irriguum ſubminiſtrat. Petrus eñ tentationibus ſuis ꝓficit, fletibus ſuis gaudet, periculis ſuis crẽſcit. Sic nanq; in mari dum ſuper undas temerarius uiator ingreditur, nutat in ceſſu, ſed conualeſcit affectu, periclitatur corpore, ſed deuotione nõ labitur, mergit pedibus, ſed Chriſti dextera ſuſtentat: ſuſtentat fides quem unda mergebat, & quẽ fluctuũ procella turbabat, ſaluatoris dilectio confirmabat. Ambulauit eñ in mari Petrus magis dilectione q̃ pedibus. Non eñ uidebat ubi pedum ueſtigium pone
D ret, uidebat aũt ubi figeret ueſtigiũ charitatis. In naui eñ poſitus cõſiderat dñm, & amore eius ductus deſcendit in mare, non cogitat labentes aquas, nõ fluenta curren tia, & dum Chriſtum reſpicit, non reſpicit elementũ. Credit fide etiam inter undas ſolidum inuenire ueſtigium, iactat licet fluctibus mare, uentis pelagus conturbet, non tamẽ turbatur Petri ſemita quæ ducit ad dñm. Ambulat igitur ſup aquas Pe
Exo.14 trus, & ſub pedibus eius mollis unda non cedit. Legimus in ueteri teſtamẽto filios Iſraël per mare rubrum, ſiccis itineribus ambulaſſe, & ad ſecuritatem gradientium ne laberetur unda, in ſoliditatem quandam eam fuiſſe mutatã. Quanto hoc melius ubi ambulãte Petro, nec mutatur unda, nec labitur, nec ſolidatur aqua, nec refugit. Melius inquam eſt, ubi eadem unda quæ fluctuat & ſuſtentat, ubi idem gurges q mergitur & famulatur. Illic ut portaretur per mare populus Iſraël, meatum ſuũ na tura perdiderat: hic portatur in aquis Petrus, curſum ſuũ fluenta non perdunt. Te merarius ergo uiator Apoſtolus, noui itineris uiã carpit, modo curuati gurgitis mo lem aſcendit, mõ ſubſidentis ſinus undam deſcendit, & inter marinos fluctus aſcen ſus illi itineris deſcenſusq; non deeſt: ſed ubi turbatus uẽtis, exagitatus procellis in cipit timere quod credidit, ſtatim ei gurges ſubtrahitur, unda ſubducitur. Mox de fatiſcente fide fatiſcit ſemita, tunc exclamãs dñm Ieſum ſaluum ſe fieri deprecatur,
Matt.14 quem apprehenſum manu ſaluator liberat & obiurgat dicens: Modicæ fidei quare dubitaſti? Hoc eſt, cur tam paruæ fidei es, ut qui credẽdo mare ambulare cœperas, non id perſeuerando tranſires? Scriptum eſt enim: Qui perſeuerauerit uſq; in finẽ, hic ſaluus erit. Sed dum cunctaris & dubitas, iter quod ingreſſus fueras perdidiſti. Cur inquam tam modicæ fidei es, ut non ea fide qua uenire cœperas peruenires. In tellige ergo qa in mari credulitas te portabat, ꝓfidia ſũmmergebat. Igit fratres ſan

A ctus Petrus dum fluctuat, dum mergitur, dum periclitatur, ſic peruenit ad domi num, oſtendens nobis quod non niſi per pericula properatur ad Chriſtum. Multi enim diabolici fluctus ſunt in hoc mundo, tentationum multa naufragia, à quibus ita liberari poſſumus, ſi clamantibus manum ſuam ſaluator extenderit. Nos ergo clamare ad dominum non ceſſemus, ille auxilium ſolitum non negabit.

De ſepultura domini. Sermo XLVIII.

HESTERNA die ſatis accepiſſe uos credo fratres dilecti, tractatibus do mini & fratris noſtri præſentis epiſcopi, qui tanta facundia res diuinas diſſeruit, ut p̃dicatio ejus plena fuerit ſacerdotij gratia, oratoris eloquẽ tia, inſtitutione doctoris. Nec mirum ſi is q in pontificio primatus ho norem obtinet, obtineat etiã in prædicando primatus eloquiũ, & uirtutes dei quas ſancti pectoris arcano depromit, fœcundi ſermonis oratione cõmendet, atq; ideo paruitatem meam ſcio auribus ueſtris minus ſolito placituram. Quis enim conten tus ſit potare de riuulo, cum poſſit haurire de fonte? Terra enim aquarũ tenuem rorem omnino non ſuſcipit posteaq; eam largus pluuiarũ imber infuderit. Sic igi tur ueſtra dilectio inundata ſancti ſacerdotis eloquio, ſermonis mei patiẽs uile fa ſtidium. Quãuis enim doctus uir, quãuis diſertus orator, elinguis uidebitur, ſi cœpe rit loqui præſente meliore, ſed tamẽ habet ſolatiũ ſuũ iſta cõfuſio. Nihil eñ rubo ris eſt cõparatione ſummi ſacerdotis diſplicere minimũ ſacerdotẽ, præſertim cum iu uare me poſſit beatorũ inſigne conſortiũ. Si eñ Dauid unius ſocietate ſancti alte- Pſal.17
B rum ſanctum fieri poſſe promat dicens: Cum ſancto ſanctus eris, cur ego me q̃uis imperitum, cuius peccatorẽ non putẽ fieri poſſe prædicatorẽ uirtutũ dñi tantorũ cõ ſortio magiſtrorũ? Igit qñ beatiſſimus frater noſter ſanctorũ apoſtolorũ laudes magno eſt proſecutus eloquio, debemus & nos ipſius ſepulturã dñi p̃dicare. Vt qa unius corporis mẽbra uidemus ſimilibus obſequijs procurata, ſimilibus quoq; in tegrum corpus p̃dicationibus exorneť. Videamus ergo de dñi corpore poſtea q̃ de cruce deponit qd gerat. Accepit illud Ioſeph ab Arimathia uir iuſtus, ſicut ait Luc.23
Euangeliſta, & in nouo ſuo ſepeliuit monumẽto, in quo nondũ quiſq; poſitus erat. Beatum ergo corpus dñi Chriſti quod cũ naſcit utero uirginis gignit, cũ recedit iu ſti tumulo cõmendatur. Beatũ planè corpus qd uirginitas peperit, & iuſticia cuſto diuit. Cuſtodiuit illud Ioſeph tumulus incorruptum, ſicut ſeruauit illud Mariæ ute rus illibatum. Hic enim uitij pollutione non tangitur, ibi mortis corruptione nõ læditur. Vbiq; beato corpori defertur ſanctitas, ubiq; uirginitas, purus illud uenter concipit, nouus tumulus includit. Vñica ergo & uirgo uulua, & uirgo eſt ſepultura. Quin potius ipſam ſepulturam uuluam dixerim, eſt enim ſimilitudo non parua. Sicut enim dñs de matris uulua uiuus exiuit, & de Ioſeph uiuus ſepultura ſurrexit: & ſicut tunc de utero ad prædicãdum natus eſt, ita & nunc ad euangelizandum re natus eſt de ſepulchro, niſi quod glorioſior iſta eſt q̃ illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc ædidit immortale. Poſt illam natiuitatem ad inferos deſcendi tur, poſt hanc remeatur ad cœlos. Religioſior planè iſta eſt quàm illa natiuitas. Illa enim totius mundi dominum nouem menſibus in utero clauſum tenuit, hæc au tem tridui tantum tumuli gremio cuſtodiuit. Illa cunctorum ſpem tardius protu lit, hæc omnium ſalutem citiùs ſuſcitauit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De accusato domino apud Pilatum, & de Susanna.

Sermo XLIX.

MIRVM forsitan uideatur uobis fratres, cur dominus apud præsidem Pilatum à principibus sacerdotum accusetur & taceat, nec nequiciam eorum sua responsione conuincat, cum utiq; ingestam accusationem non nisi refellere soleat subsecuta defensio. Mirum inquam sit fratres, quod arguatur saluator & taceat. Taciturnitas enim interdum pro consensu habetur. Videtur em̃ confirmare quod obijcitur, cum nõ uult respõdere qd' quæritur. Accusationem ergo suam dominus tacendo confirmat? Non planè accusationem suam tacendo confirmat, sed despicit non refellendo. Bene enim tacet qui defensione nõ indiget. Ambiat defendi qui metuit superari: festinet loqui, qui timet uinci. Christus autem cum condemnatur & superat: cum iudicatur & uincit, sicut ait prophe-
Psal. 50 ta: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Quid ergo opus erat
Matt. 27 ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudicium erat plena uictoria? Vincit enim cum iudicatur Christus, quia sic innocens approbatur. Vnde ait Pilatus: Innocẽs ego sum à sanguine huius iusti. Melior est igitur causa quæ non defenditur & probatur: plenior iustitia est quæ non uerbis astruitur, sed ueritate fulcitur. Taceat lingua necesse ubi ipa æquitas sibi adest. Taceat lingua in bono negocio, quia & malas causas obtinere consueuit. Nolo sic defendi iusticiam, sicut solet iniquitas excusari. Quod uincit Christus, non orationis est, sed uirtutis. Scit enim saluator qui est sapientia quo
C modo tacendo uinceret, quomodo non respondendo superaret, atq; ideo causam suam mauult comprobare quàm dicere. Quæ enim res illum cõpelleret ad loquendum, cum silentium satis sufficeret ad uincendum? Sed fortasse metus eum coge-
ret, ne salutem perderet, nisi quod ipa erat tota causa uictoriæ. Suam enim salutem perdidit, ut salutem omnium lucraretur. In se uinci maluit ut uictor esset in cunctis. Sed quid de Christo loquar? Susanna mulier inimicos suos tacuit & uicit. Non em̃ apud Danielem iudicem uerborum se ratione defendit, non patrocinij sermone tutata est, sed in sancta fœmina tacente lingua pro ea castitas loquebatur. Castitas em̃ Susannæ affuit in iudicio quæ eam defendit & in paradiso. Ibi em̃ pudori eius consuluit, hic saluti. Ibi ne macularetur pudicitia, hic ne innocentia damnaretur. Castitas ergo Susannæ & presbyteros & impudicos conuicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obtinuit. Bisq; victrix reos facit testimonij, quos reos fecerat adulterij, atq; tandem iudicem meretur castitas Danielem puerum iuniorem necdũ pubescentis ætatis. Multum igitur de deo pudicitia consequitur, cum iudicem uirginem promeretur. Secura enim est de uictoria castitas, cui est iudicatura uirginitas. Pudicitiæ autem causam nisi uir pudicus audire non debuit, talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quem non periclitetur uerecundia. Cognito igitur Da-
Dan. 13. niel Susannæ negocio, cum eam falsis accusationibus uellet plebs imperita damnare, ait idem: Mundus ego sum à sanguine huius. Quo dicto peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo uoce circa Susannam Daniel utitur, qua circa dominũ usus est & Pilatus. Ait em̃ Pilatus: Mundus ego sum à sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia soluitur pudicitia, qua est absoluta iusticia, sed Daniel melius q̃ Pilatus. Ille enim pudicum sanguinem non condemnat, sed liberat: hic autem iustum sanguinem & confitetur & tradit. Quid enim profuit testimoniũ perhibuisse inno-
6 centiæ, &

A centiæ, & uelut reum addixisse nequitiæ, nisi quod grauius peccatum est, unũ eundemq; & pronunciare iustum, & tradere criminosum? Ipse enim iniquitatis suæ testis est qui ore absoluit, & corde condemnat. Lauerit licet manus suas Pilatus, tamẽ sua facta non diluit. Et quamuis abstergere se putauerit iusti sanguinem de suis mẽbris, eo tamen sanguine mens eius tenetur infecta. Ipse enim occidit Christum qui eum tradidit occidendum. Iudex enim constans & bonus, ne sanguinem innocentis addiceret, nec inuidiæ cedere debuit nec timori. Daniẽl ergo melius quàm Pilatus. Ille peccantis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

Item de eodem. Sermo L.

ANTE dies prosecuti sumus, sanctæ Susannæ iudicium simile admodũ fuisse iudicio saluatoris, & ijsdem criminationibus laborasse memoratæ castitatem fœminæ quibus Christi laborauit integritas. Similiter enim persecutores in Susanna passa est pudicitia, sicut & in Christo passa est iusticia. Illa enim dum in adulterio conuincit presbyteros, ipsa tanquã adultera retinetur, hic dum in sacrilegio arguit pharisæos, ipse tanquam sacrilegus accusatur. Quod quidem sacrilegium in pharisæis maius adulteriũ uocari potest. Grauius est enim religionis adulterum esse quàm corporis, & plus est integritatem diuinitatis lædere, quàm integritatem hominis uiolare. Condemnatur ergo Susanna, condemnatur & dominus. Illa quia castitatem corporis tuebatur, hic quia religionis
B castimoniam defendebat. Similis igitur erat in utroq; causa iudicij, nisi quod melio re usa est iudice Susanna quàm dominus. Hũc enim præses iudicat, hanc propheta. Hunc audit uir qui pharisæorũ seditionibus terrebatur, hanc audit puer qui sancto spiritu replebatur. Iste quod sentit, constanter pronunciat non defendit, Susannæ enim iudex quam absoluit & liberat: domini cognitor quẽ absoluit damnat & tradit. Simile ergo fuit penè per omnia Susannæ dominiq; iudicium. Siquidem nec accusatio in ijs fuerit ipsa dissimilis. Susannam enim seniores deferunt, dominum Iudas accusat. Illam doctores sui: hunc discipulus proprius criminatur, Susannam inquam pseudopresbyteri arguunt, prodit pseudoepiscopus saluatorem. Episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait prophæta de eodem dicens, Fiant dies eius pauci, & epi-
Psa. 108. scopatum eius accipiat alter. Sed nec locus fratres in utraq; causa uidetur esse dissimilis. Susanna enim in paradiso ab accusatoribus circumuenitur, dominus in horti li paradiso à traditoribus circundatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste hic sustinet proditorem. Videamus autẽm exitum utriusq; iudicij. Susannæ accusatores tanq̃ falsi testes prophetica sententia feriuntur, & eiusdẽ criminis puniunt rei cuius damnare innocentis sanguinẽ gestiebant. Domini autẽ traditorẽ nõ inuenio à iudice esse damnatũ. Non enim damnat eũ Pilatus, nõ damnat populus, sed quod est grauius, se ipse cõdemnat, & cessante iusticia iudicatur. Quem enim alter iudicat potest utcunq; esse excusabilis, reus autem sine excusatione est qui conscientiæ suæ iudicio condemnatur. Quem alter iudicat potest quandoq; à suo iudice sperare indulgentiam, qui se ipse iudicat à quo indulgentiam postulabit? Referens enim Iudas domi-
Matth. 27. nici sanguinis precium ait Iudæis, Peccaui quod tradiderim sanguinem innocentẽ. Magnum igitur dominicæ innocentiæ testimonium est, dum accusator eius & confitetur de scelere & reus est dẽ mercede. Dum enim miser refudit uenditionis precium, pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C um,putat se facinoris sui soluere posse contractũ.Sed nec iste absoluitur. Dum em auctor uenditionis suæ reus est, constat istos sceleratum cum sacrilego iniisse contractum. Sua ergo sententia Iudas proditor condemnatur. Mirum forte sit uobis quod non eum populus iudicauerit,non præsẽtem addixerit. Hoc sacrilegi solum esse iudicium,ut impietatem suam ipse dum recordatur & puniat,scelus suum dum recognoscit & uindicet. Omnium enim supergreditur sententias, qui à sua cõscientia sua sententia condemnatur.Hoc inquam sacrilegi solet esse iudiciũ,ut conscius facti ipse se damnet, sicut ait apostolus Paulus de hæretico dicens, Hæreticũ hominem post unam & secundam correptionem deuita,sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio cõdemnatus. Ipse enim se damnat hæreticus,cum de ecclesia ipse se proiicit & de cœtu sanctorum nullo cõpellente procedit. Ipse enim ostendit quid mereatur à cunctis,qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se damnat hæreticus,quia cũ omnes criminosi, episcopi sententia proiciantur de consortio Christiano, hæreticus cuncta præueniens sententia suæ uoluntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus quali & Iudas pœna damnatur,ut idem,sui & reus sit sceleris,& iudex sit ultionis. Tali inquam hæreticus quali & Iudas pœna damnatur,nec immerito,quia dominũ quem ille uendidit,iste blasphemat:quem ille persecutoribus tradidit,quotidie iste persequitur. Persequitur enim hæreticus dominum,cum diuinitatem ei derogat,& asserit creaturam.

Titum.3.

De Iuda Scarioth. Sermo LI.

D RETINET dilectio uestra nos hoc proxima dominica prædicasse,quod Iudas Scarioth propria sententia cõdemnatus, ad pharisæos dominici mercedem sanguinis reportarit,& actus pœnitentia,refuderit uenditionis precium,sed conscientiæ suæ non resoluerit scelus. Deniq; post redditum precium laqueo se suspendit, ut qui se mulctauerat pecunia, mulctaret & uita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, non suffecit ei sacrilegij carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicauit quod Christum uitam omnium tradidisset. Seuerissimus igitur iudex sui Iudas uel in ulciscendo cõfitetur quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam pharisæis, sed nec pharisæi eam libenter accipiunt. Dicunt enim inhibitum sibi esse in suis eam habere thesauris. Videte igitur quanta uis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reiicit, hinc pharisæi in loculos non recludunt. Iusti enim sanguinis precium pertimescit iniquitas possidere,consilium tamen ineunt pharisæi ut ex ea ager figuli comparetur,in quo peregrinorum corpora collocentur. Quod quidem prouidentia factum puto,ut preciũ saluatoris non peccatoribus sumptũ præbeat, sed peregrinis requiem subministret, nõ sacrilegis sit ad lusum,sed defunctis sit ad sepulchrum,ut iam exinde Christus & uiuos sanguinis sui passione redimat,& mortuos preciosa passione suscipiat. Precio ergo domini sanguis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis, quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris,sicut ait apostolus Petrus, Nõ
1.Pe.1. enim redempti estis corruptibilibus auro uel argento,sed precioso sanguine agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Igitur si precium uitæ nostræ sanguis est domini, uide ergo quia illa non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quàm toti
Ioan.3. us mundi incolumitas sempiterna. Ait enim euangelista, Non emm uenit Christus ut iudicet mundũ,sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide inquam ne pecunia illa non

A non tam comparatio sit agri parua portio,quàm totius mundi copiosa possessio, Sicut ait Dauid propheta, Postula à me,& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam,& possessionem tuam terminos terræ. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nos dispersi & disseminati domino fructũ boni operis germinamus. Sed fortasse perquiras à me,si ager mundus est, quisnam sit figulus qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor ipse est figulus qui uascula corporis nostri fecit è limo,de quo dicit scriptura,Et fecit deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus qui carnium nostrarum cœnosum lutum uapore sui spiritus animauit, & materiem fluidam atq; terrenam ignito calore decoxit. Ipse inquam est figulus qui nos per manus suas formauit ad uitam,per Christũ suum reformauit ad gloriam,sicut ait apostolus, Ad eandem imaginẽ reformamur de gloria in gloriam, scilicet ut qui à priore factura prorijs uitijs corruimus,in secunda natiuitate figuli huius misericordia reparemur,hoc est,qui per Adæ transgressionem morte concidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse plane est figulus,de quo dicit beatus apostolus,Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit cur me fecisti sic? Et iterum, Nunquid non habet potestatẽ figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem,aliud uero in contumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri deus pro meritis singulorũ alios reseruat ad pœnam,alios ad gloriam. Istius itaq; figuli ager,Christi sanguine emptus est peregrinis. Peregrinis inquam qui erant sine domo,sine patria,& toto orbe exules iactabantur,requies Christi sanguine prouidetur, ut quibus non est in mundo possessio,ijs in Christo sit sepultura. Istos autẽ peregrinos quos esse dicimus nisi de
B uotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt? Christianus enim qui mundum non possidet,hic totum possidet saluatorem. Ideo autẽ peregrinis Christi sepultura promittitur,ut qui se à carnalibus uitijs tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud,nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce uersamur, sicut ait apostolus dicens,Etenim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Peregrini inquam sumus,& nobis saluatoris sanguinis precio empta est sepultura. Consepulti enim sumus,sicut ait apostolus,cum illo per baptismum in mortem. Baptismum igitur Christi nobis est sepultura,in quo peccatis morimur,criminibus sepelimur,& ueteris hominis conscientia resoluta,in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparamur. Baptismũ inquam saluatoris nobis est sepultura, quia & ibi perdimus ante quod uiximus,& ibi denuo accipimus ut uiuamus. Magna igitur sepulturæ huius est gratia,in qua nobis & utilis mors infertur,& uita utilior cõdonatur. Magna inq; huius gratia sepulturæ,quæ & purificat peccatorẽ, & uiuificat morientẽ.

Psal.2.

Gene.2.

2.Cor.5.

Esa.45. Rom.9.

2.Cor.4.

Col.2.

De die sancto paschæ. Sermo LII.

NON immerito fratres hodierna die psalmus hic legitur, in quo prophetæ exultandum præcipit & lætandum. Omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem Dauid sanctus inuitat. Nam in hac die per resurrectionem Christi aperitur tartarus, per Neophytos ecclesiæ innouatur terra, cœlum per spiritum sanctum reseratur. Apertus enim tartarus reddit mortuos, innouata terra germinat resurgentes,cœlum reseratum suscipit ascendentes. Denique

Universidad de Deusto
Biblioteca

C ascendit latro in paradisum, sanctorũ corpora ingrediuntur in sanctam ciuitatem, ad uiuos mortui reuertunt, & profectu quodam in resurrectione Christi ad altiora cuncta elementa se tollunt. Tartarus quos habet reddit ad superos, terra quos sepelit mittit ad cœlum, cœlum quos suscipit repræsentat ad dominũ. Et una eademque operatione saluatoris passio eleuat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis. Resurrectio enim Christi defunctis est uita, peccatoribus uenia, sanctis est gloria. Omnem ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi Dauid sanctus inuitat. Aiz enim exultandum in hac die quam fecit dominus & lætandum. Sed dicit aliquis, si in die gratulandum est, ijs utiq; gratulandum est quos dies ipsa cõplectitur. Cœlum autem & tartarus extra huius mundi diem sunt constituta. Quomodo igitur possunt ea elementa ad festiuitatem huius diei uocari, cuius diei ambitu nõ tenentur? Sed hic dies quem fecit dominus, penetrat omnia, uniuersa continet, cœlum & terram tartarumq; cõplectitur. Lux enim Christus non parietibus obstruitur, nõ elementis diuiditur, non tenebris obscuratur. Lux inquam Christi dies est sine nocte, dies sine fine, ubiq; splendet, ubiq; radiat, ubiq; non deficit. Quod autem iste dies Christus sit, Apostolus dicit, Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. Præcessit, inquit, nox, non sequitur, ut intelligas superueniente Christi lumine & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & iugi splendore præteritas caligines depelli. Surrepentia delicta prohiberi. Nam quia hic dies Christus, cœlũ, terrã, tartarumq; collustret, scriptura testatur. Quod enim super terram fulgeat, dicit Ioannes, Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

Rom. 13.

Ioan. 1.

Esa. 9. D orta est illis. Quod in cœlis iste permaneat, refert Dauid dicens, Ponam in seculum seculi semen eius, & sedem eius sicut dies cœli. Quis autẽ est dies cœli nisi Christus dominus, de quo dicitur per prophetam, Dies diei eructat uerbum? Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suæ eructat arcanũ. Ipse inquam est dies qui ait per Salomonem, Ego feci ut oriretur in cœlo lumẽ indeficiens. Sicut ergo diem cœli nox omnino non sequitur, ita & Christi iusticiam peccatorũ tenebræ non sequuntur. Semper enim dies cœli splendet, lucet & fulget, neq; aliqua potest obscuritate concludi, ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vnde ait euangelista Ioannes, Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. In resurrectione ergo Christi elementa omnia gloriantur. Nam & solem ipsum arbitror esse in hac die solito clariorem. Necesse est enim ut sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit: & cuius mortem lugubri quadam caligine prosecutus est, eiusdem uitam nitidioris lucis splendore suscipiat: & tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturæ, modo coruscet in resurrectionis obsequiũ. In passione enim Christi caliginum se nocte circundedit, & Iudæorum facinus mundo teste congemuit. Indicium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleri officiũ luminis denegasse, & ultione quadam Iudæorum oculis tenebras infudisse: ut quorum mentem cæcitas inuaserat, eorum oculos cæcitas occuparet, nec luceret eis mundi lumen, à quibus fuerat lumen salutis extinctum. Damnatio igitur quædam ingeritur pharisæis, ut tenebras in die iudicij peccatoribus repromissas iam apud superos patiantur. Apud superos ergo crucifixo immorantur tenebræ. Quid mirum si apud superos sunt tenebræ,

Psal. 18.

Eccl. 24.

Ioan. 1.

A nebræ, cum lux descendit ad inferos? Igitur fratres omnes in hac die sancta exultare debemus, nullus se à communi lætitia peccatorum conscientia subtrahat, nullus à publicis uotis delictorum sarcina reuocetur. Quamuis enim peccator, in hac die de indulgentia non debet desperare, est enim prærogatiua nõ parua. Si enim latro paradisum meruit, cur non mereatur uẽniam Christianus? Et si illi dominus cum cruci figitur miseretur, multo magis huic miserebitur cum resurgit. Et si passionis humilitas tantum præstitit confitenti, resurrectionis gloria quantum tribuit deprecanti? Largior enim ad præstandum solet esse, sicut ipsi scitis, læta uictoria, quàm addita captiuitas.

De innouatione fidelium. Sermo LIII.

MAGNVM fratres & mirabile donum concessit nobis deus hunc paschæ salutarem diem, in quo resurgens dominus resurrectionem præstitit uniuersis, & de imis ad altiora conscendens, nos quoq; ad superiora de inferioribus in suo corpore subleuauit. Sumus enim secundum apostolum omnes Christiani corpus Christi & membra. Resurgente igitur Christo omnia necessario cum eo sua uiscera surrexerunt. Dum enim ille ab inferis transit ad superos, nos de morte transire fecit ad uitam. Pascha enim Hebraice, transitus dicitur uel profectus, scilicet, quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. Bonus transitus est, transire de peccatis ad iusticiam, de uitijs ad uirtutes, ad infantiam è senectute. Infantiam autem dixerim, non ætatis sed simplicitatis, habent enim &

1. Cor. 12.

B merita ætates suas. In occiduis enim prius cõstituti eramus senio peccatorum, resurgente Christo renouati sumus innocentia paruulorum. Habet & Christiana simplicitas infantiam suam. Sicut enim infans nescit irasci, fraudare non nouit, referre non audet, ita & Christianitatis infantia lædentibus non irascitur, spoliantibus non resistit, cædentibus non repugnat. Deniq; sicut iussit dominus, etiam orat pro inimicis, auferenti tunicam relinquit & pallium, uerberanti maxillam, præbet & alteram: nisi quod in hoc melior est Christi infantia quàm naturæ, illa enim peccare nescit, ista cõtemnit, illa per infirmitatem innoxia est, ista est innocens per uirtutem. Atque ideo laudi magis scribendam est non tam malefacere non posse quàm nolle. Ergo sicut diximus, ætates quædam sunt meritorum, nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantũ reperitur in senibus. Deniq; quod in iunioribus senectus quædam sit honestatis, dicit propheta, Senectus enim uenerabilis nõ diuturna nec numero annorum computata, canities sunt enim sensus hominis. Ad Apostolos autẽ iam seniores & maiores natu dicit dominus, Nisi cõuersi fueritis & efficiamini sicut puer iste, nõ introibitis in regnum cœlorum. Reuocat igitur eos ad originis suæ fontem, & retrorsum ad infantiam redire compellit, scilicet ut qui corpore fragili senuerant, innocentiæ moribus renascantur, sicut ait saluator, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non intrabit in regnum dei. Dicitur ergo apostolis, Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut puer iste, non dicit sicut pueri isti, sed sicut puer iste, unũ elegit, unum proponit. Videamus igitur quis ille tantus sit qui discipulis proponitur imitandus. Non hunc arbitror esse de plebe, non de publico, non de multitudine cæterorum, præcipue qui per apostolos uniuerso mundo tribuit sanctitatis ex-

Sap. 4.

Mat. 18.

Ioan. 3.

Matth. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C emplum. Non inquam hunc de publico esse arbitror, sed de cœlo, ipse est enim de
Esa.9. cœlo puer, de quo dicit Esaias propheta, Puer natus est nobis, filius datus est nobis.
1.Petri.2. Ipse planè puer est, qui sicut innocens cum malediceretur non remaledixit, cum per-
cuteretur nō repercussit, quin potius in ipsa passione pro suis orauit inimicis dicens,
Luc.23. Pater dimitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Ita simplicitatem quam infantibus na-
tura tribuit, dominus misericordiæ bonitate cumulabat. Iste ergo puer est, qui imi-
Matth.16. tandus paruulus proponitur & sequendus. Nam ipse dicit, Tolle crucem tuam &
sequere me.

Item de innouatione fidelium. Sermo LIIII.

RETINET sanctitas uestra fratres me hoc nuperrime prædicasse, quod homo in iuniorem ætatem per iusticiam reformetur, & quamuis fessus senio rursus in puerum innocentiæ moribus renascatur, ita ut interueniente mysterio ex uetulis iterū uideamus infantes. Innouatio enim quædam est, desinere quod eras, assumere quod ante non fueras. Innouatio inquam est, unde & Neophyti nuncupanē, quod nouitate quadam maculas uetustatis abiecerint, gratiam simplicitatis assumpserint, dicente apostolo, Deponentes ueterem
Col.3. hominem cum actibus eius, induite nouum qui secundum deum creatus est. Vnde
Psal.102. & Dauid sanctus ait, Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Intelligens per gratiam baptismi occidua uitæ nostræ posse reuiuiscere, & iuuentute quadam renouari posse id quod in nobis fuerat delectorum uetustate collapsum. Vt autem intelligas
D quia de gratia baptismatis propheta loquitur, innouationem ipsam aquilæ comparauit, quæ auis assidua commutatione habitus sui longam ducere fertur ætatem. & uetustis iam fatiscentibus plumis noua pennarum successione iuuenescere, ita ut depositis antiquitatis exuuijs, rediuiua indumentorum natiuitate se uestiat. Vnde intelligimus quod senectutem aquilæ non sentiunt membra, sed plumæ. De nouo ergo se uestit, & pullulantibus pennis uetusta mater iterum renouatur in pullū. Pullis enim tunc cōparanda est, quando radiantibus plumis necesse est illi rursum meditari rudem uolatum, & alarū olim exercitata remigia, tanquam nouella uolucris, intra nidum pigra compescere, quamuis illi sit uolandi noticia, de consuetudine, deest tamen illi de pennarum raritate fiducia. De baptismatis igitur gratia hoc spiritus psalmographus prophetauit, nam utiq; Neophyti nostri nuper baptizati, tanquam aquilæ depositis uetustatis exuuijs, noua sanctitatis indumenta sumpserunt, & fatiscentibus antiquis maculis sicut plumis leuibus, ri, diuina gratia immortalitatis ornantur, ita ut in his senectutis occidua peccata senuerint, uita non senuerit. Tanquam aquila in pullum, sic illi in infantiam reuocati. Est eis seculi de conuersatione noticia, sed adest illis iusticiæ de reparatione securitas. Quid igitur sanctus Dauid dicat, adhuc diligentius uideamus. Non enim ait, Renouabitur sicut aquilarum, sed sicut aquilæ iuuentus tua. Vnius ergo aquilæ renouandam in nobis asserit iuuentutem, quam unam & solam aquilam recte Christum dominū dixerim, cuius iuuentus renouata est tunc, cum à mortuis resurrexit. Depositis enim corruptelæ corpo-
Psal.27. ralis exuuijs rediuiua carnis assumptione refloruit, sicut ipse ait per prophetam, Et refloruit caro mea, & ex uoluntate mea confitebor illi. Refloruit, inquit, caro mea.

Videte

A Videte quo uerbo usus est, non ait floruit, sed refloruit. Non enim refloresci nisi quod ante floruerit. Floruit autem caro domini, cum primum de Mariæ uirginis illibata uulua processit. Sicut ait Esaias dicens, Exibit uirga de radice Iesse, & flos de Esa.11.
radice eius ascendet. Refloruit autem, cum succiso per Iudæos corporis flore, rediuia de sepulchro resurrectionis gloria germinauit, & in floris modum odorem pariter & nitorem cunctis hominibus immortalitatis afflauit odorem, bonorum operū suauitatem, circunferens nitorem, incorruptelam perpetuæ diuinitatis ostendens.

De cruce Christi. Sermo LV.

SECVLI ferunt fabulæ Vlyssem illum qui decennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire non poterat, cum in locum quendam cursus illum nauigij detulisset, in quo Sirenarū dulci cantus crudelis uarietate resonabat, & aduenientes sic blanda modulatione mulcebat, ut non tam spectaculum uoluptatis caperent quàm naufragium salutis incurrerent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, ut quisquis audisset uocis sonitum, quasi quadam captus illecebra nō iam tenderet ad eum quem uolebat portum, sed peraret ad exitium quod nolebat. Igitur cum Vlysses incidisset hoc dulce naufragium, & suauitatis illius uellet declinare periculum, dicitur inserta cæra auribus sociorū seipsum ad arborem nauigij religasse, quo & illi carerent pernitiosa auditus illecebra, & se de periculo nauigij cursus auferret. Si ergo de Vlysse illo refert fabula quod eū arboris religatio de periculo liberarit quanto magis prædicandum est quod uere factum est, Hoc est, quod hodie omne genus hominum de mortis periculo crucis ar-
B bor eripuit. Ex quo enim Christus dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrosa discrimina uelut clausa aure transimus: nec pernitioso enim seculi detinemur auditu, nec cursum melioris uitæ deflectimus in scopulos uoluptatis. Crucis enim arbor non solum religatum sibi hominem patriæ repræsentat, sed etiam socios circa se positos uirtutis suæ umbra custodit. Quod autem crux ad patriam post multos errores redire nos faciat, dominus declarat dicens latroni in cruce posito, Ho Luc.23.
die mecum eris in paradiso. Qui utiq; latro diu oberrans ac naufragus aliter ad patriam paradisi de qua primus homo exierat redire non poterat, nisi fuisset arbori religatus. Arbor enim quædam in naui, est crux in ecclesia quæ inter totius seculi blanda & perniciosa naufragia incolumis sola seruatur. In hac ergo naui quisquis aut arbori crucis se religauerit, aut aures suas scripturis diuinis clauserit, dulcem procellam luxuriæ non timebit. Sirenarum enim quædam suauis figura est mollis concupiscentia uoluptatum, quæ noxijs blandimentis constantiam captæ mentis effœminat. Ergo dominus Christus pependit in cruce, ut omne genus hominū de mundi naufragio liberaret. Sed ut omittamus Vlyssis fabulam, quæ ficta non facta est, uideamus si quod in scripturis diuinis exemplum simile possumus inuenire, quod dominus per semetipsum postea completurus per prophetas suos ante promiserit. Num.21.
Legimus in ueteri testamento cum Moyses sanctus filios Israël de captiuitate Ægypti produxisset, atq; idem populus in deserto graui à serpentibus incursione laboraret, nec aliqua illis armorū defensio posset obsistere, tunc sanctus Moyses diuino repletus spiritu, serpentem æreum affixum ligno inter medias morientium erexisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

C turbas,& mandasse populo ut de illo signo spem gererent sanitatis,atq; hac re tantam medicinam cõtra morsum aspidum prouenisse ut quisquis uulneratus in illam serpentis crucem aut respiceret,aut speraret,statim remedium salutis acciperet. Cuius facti etiam dominus in euangelio meminit dicens, Sicut Moyses exaltauit ser- Ioan.3. pentem in deserto,ita exaltari oportet filiũ hominis. Vnde si affixus serpens ligno filijs Israël contulit sanitatem, quanto magis salutem præstat populis dominus in patibulo crucifixus.Et si figura tantum profuit,quantum prodesse credimus ueritatem? Serpens igitur primus crucifigitur.Recte planè,ut quia primus apud deũ peccauerat diabolus,primus crucis sententia feriretur.In ligno enim crucifigitur,racionabiliter factum,ut quia homo in paradiso per arborem concupiscentiæ deceptus fuerat,nunc idem per ligni arborem saluaretur:atq; eadem materia, quæ causa mortis fuerat,esset remedium sanitatis.Deinde post serpẽtem in saluatore homo ipse crucifigitur,scilicet ut post auctorem puniatur & facinus.Per primam enim crucem uindicatum est in serpentẽ,per secundam in uenena serpentis, hoc est,primũ auctor ipse punitur,deinde eius malignitas condemnatur. Virus enim quod persuasione sua in hominem transfuderat,nunc reijcitur,nũc curatur.Nam cum homo passioni addicitur,non morti traditur,sed mortis in eo facinus emendatur. Hoc enim egit dominus per hominem quem susceperat,ut dum innocens patitur, præuaricationis illius diabolicæ in eo inobedientia corrigatur,& deinceps liber à culpa fieret, ac liber esset à morte.Habentes igitur dominum Iesum qui nos passione sua liberauit, in ipsum aspiciamus semper,& ipsius signo speremus nostris uulneribus medicinam, hoc est,
D Si forte nobis uenenum auaritiæ se diffundit,ipsum consideremus & sanat, Si scorpionis nos libido compungit, ipsum rogemus & curat, Si terrenarum cogitationũ nos morsus lacerant,eundem precemur & uiuimus.Hi enim sunt spirituales serpentes animarum nostrarũ,propter quos conculcandos dominus crucifixus est,de qui- Luce.10. bus ipse ait.Super serpentes & scorpiones ambulabitis,& nihil uobis nocebunt.

Item de cruce Christi. Sermo LVI.

DIXIMVS hesterna die quod crux domini salutem generi contulerit humano,& uerum est.Passio enim illius nostra redemptio est, mors eius uita nostra est. Ideo autem mala hæc cuncta sustinuit, ut nos bona omnia sentiremus,ideo crudelitatem in se exerceri maluit,ut nobis misericordiam largiretur,bonus ideo in nos ita esse uoluit,ut ante in se esset immitis. Auferens enim per crucem humani generis iniurias,omnes eas in sua passione consumpsit,ut ulterius nõ esset homini quod noceret. Grande ergo crucis est sacramentum,& si intelligamus,per hoc signũ etiam mundus ipse saluatur.Nam cum à nautis scinditur mare prius ab ipsis arbor erigitur, uelum distenditur, ut cruce domini facta,aquarũ fluenta rumpantur, & hoc dominico securi signo portũ salutis petũt, periculũ mortis euadũt. Figura em̃ sacramẽti quædã est uelũ suspensum in arbore, quasi Christus sit exaltatus in cruce:atq; ideo cõfidentia de mysterio ueniente hoies uentorũ procellas negligũt,peregrinatiõis uota suscipiunt.Sicut aũt ecclesia sine cruce stare nõ potest,ita & sine arbore nauis infirma est.Statim em̃ diabolus inqetat,& illam

A illam uentus allidit: at ubi signum crucis erigitur, statim & diaboli iniquitas repellitur & uentorum procella sopitur.Sed & bonus agricola cum parat terræ solum uertere & uitæ alimenta perquirere, non nisi per signum crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale subijcit,afficit aures,stiuam inserit,figuram crucis imitatur.Cõpactio enim ipsa similitudo quædam est dominicæ passionis.Cœlum quoq; ipsum huius signi figura dispositum est.Nam cum quatuor partibus,hoc est,oriente & occidente,ac meridiano & septentrione distinguitur,quatuor quasi crucis angulis continetur. Ipsius etiam incessus hominis cum manus leuauerit, crucẽ pingit: atq; ideo eleuatis manibus orare præcipimur, ut ipso quoq; membrorum gestu passionem domini fateamur. Tunc enim citius nostra exauditur oratio, cum Christum quem mens loquitur,etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyses sanctus cum cõtra Amalech bellum gereret,non armis, non ferro,sed eleuatis eum ad deum manibus superauit.Sic enim habes scriptum, Cum eleuasset manus suas Moyses uince- Exo.17. bat Israël,cum autem deposuisset manus suas, conualescebat Amalech. Hoc igitur dominico signo scinditur mare,terra colitur,cœlum regitur,homines conseruantur. Hoc inquam dominico signo etiam referantur inferna. Nam ex quo homo dominus Iesus qui ipsam crucem gestabat sepultus in terra est, ueluti dirupta ab eo exarata terra omnes quos retinebat mortuos germinauit. Sed uideamus de hoc ipso domini corpore posteaquam de cruce deponitur quid geratur.Accepit illud Ioseph Luc.23. ab Arimathia uir iustus,sicut ait euangelista,& in nouo suo sepeliuit monumẽto,in quo nondum quisquam positus erat.Beatum ergo corpus domini Christi,quod cũ
B nascitur,utero uirginis gignitur,cum recedit,iusti tumulo commendatur.Beatũ plane corpus,quod uirginitas peperit,& iusticia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum,sicut seruauit illud Mariæ uirginis uterus illibatum. Hic enim uiri pollutione non tangitur,ibi mortis corruptione non læditur. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, ubiq; uirginitas:nouus illud uenter cõcipit, nouus tumulus includit.Dominica ergo & uirgouulua,& uirgo est sepultura. Quin potius ipsam se pulturam uuluã dixerim,est em̃ similitudo nõ parua.Sicut em̃ dñs de matris uuluæ uiuus exiuit,ita de Ioseph sepultura uiuus surrexit:& sicut tũc de utero ad prædicandum natus est,ita & nunc ad euangelizandũ renatus est de sepulchro, nisi quod gloriosior ista est quàm illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc ædidit immortale.Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cœlos.Religiosior planè est ista quàm illa natiuitas. Illã enim totius mundi dominum nouem mensibus in utero clausum tenuit,hæc autẽ tridui tantum tumuli gremio custodiuit.Illa cunctorum spem tardius protulit,hæc omniũ salutem citius suscitauit.

De sepulchro domini nostri Iesu Christi. Sermo LVII.

EORTASSE quis dicat de prioris dominicæ prædicatione,in qua prædicauimus non minorem esse gloriam quod tumulus Ioseph suscitauerit dominum, quàm quod eum sanctæ Mariæ uterus procrearit, quæ cõparatio uentris & tumuli, cum illa ex intimis uisceribus ædidit filium, hic aũt solummodo locum præstiterit sepulturæ? At ego dico nõ minorem Ioseph affectum fuisse qtiàm Mariæ,Siquidem illa utero dominum,hic corde conceperit. Illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit,hic secretum sui corporis non negauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

C negauit. Illa dominũ pannis inuoluit cum natus est,hic linteis cum recessit. Illa per/
unxit beatum corpus oleo,hic aromatibus honorauit. Conueniunt ergo sibi obse/
quia,conuenit & affectus. Vnde necesse est & meritum conuenire, nisi quod ange/
lus Mariam ad obsequium admonuit, Ioseph autem sola iusticia persuasit. Ioseph
Psa. 5. in suo sepulchro posuit dominum. Legimus in propheta, Sepulchrum patens est
guttur eorum.Si ergo sepulchrum patens est guttur hominum,uide ne forte secun/
dum hanc similitudinem dominum Ioseph non tam in sepultura terrena posuerit,
quàm in monumento sui pectoris collocarit,& custodiendum illum susceperit, non
tam memoria fragili elementorum, quàm memoria sancta uirtutum. Hæc enim
uirtutum fidelis est memoria, quæ intra se continens Christum lædi eum hæretico/
rum corruptione non patitur. De qua memoria in sacris dicit dominus, Quotiens/
cunq; hoc facietis,in memoriam mei facietis,donec ueniam. Quotienscunque enim
Christum loquimur,totiens eum sacri oris memoria commendamus. Sepulchrum
ergo patens est guttur eorum,Recte planè dicit propheta. Sepulchrum enim Chri/
sti patens est euangelistarum beatum guttur,per quod illud æterno literarum the/
sauro condiderunt.Patens autem sepulchrum ideo dicitur, quia qui uult ad Christi
peruenire mysterium,nõ ingreditur ad illud,nisi per euangelicæ scripturæ secretum.
In literarum enim sacrarum quasi quodam nouo uasculo commendandus est do/
minus.Quisquis igitur illum uidere desiderat,ibi & passionis eius sacramentum in/
uenit,& resurrectionis gloriam recognoscit.Patens ergo guttur sanctorum est. Vn/
2.Corin.6. de apostolus ad Corinthios ait, Os nostrum patet ad uos ò Corinthij,inuitans eos
ut per prædicationis suæ semper apertam ianuam ingrediamur Christi secreta my/
D steria.In hac igitur pectoris memoria collocatur dominus à Ioseph,ut in iusticiæ se/
de requiescat,& habeat filius hominis ubi caput reclinet. Videamus igitur quare sal
uator in aliena sepultura ponatur, ac suam non habeat sepulturam. Ideo in aliena
sepultura ponitur,quia pro aliorum moriebatur salute.Mors enim ista non illi illa/
ta est,sed nobis delata.Mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Vt quid ergo ei
propria sepultura,qui in se mortem propriam non habebat? Vt quid illi tumulus
in terris, cuius sedes manebat in cœlis. Vt quid illi sepultura,qui tridui tantum tem/
poris spacio,non tam in sepulchro mortuus iacuit, quàm uelut in lectulo dormiens
conquieuit? Ipsa enim temporis breuitas declarat somnum potius fuisse quàm mor
tem.Sepulchrum autem,mortis est habitaculum necessarium.Necessarium ergo nõ
erat mortis habitaculum Christo qui uita est, nec opus habebat semper uiuens do/
micilio defunctorũ. Recte autem hanc uitam nos in nostro sepulchro condidi/
mus, ut cum ipso,uiuificante mortem nostram à mortuis surgeremus. Vnde & illa
Maria Magdalene quæ dominum inter cæteros defunctos in sepulchro quærebat
arguitur,& dicitur illi,quid quæris uiuentem cum mortuis? Hoc est,quid quæris a/
pud inferos,quẽ redijsse iam constat ad superos? Quem illa adhuc non intelligens,
Ioan.20. nec cognoscens,respondit illi, Domine si tu tulisti eum, dicito mihi,ubi posuisti eũ,
& ego illum tollam. Existimabat enim illum,sicut dicit scriptura,hortulanum esse.
Sancta ergo & simplex fœmina Christũ requirebat à Christo,ac deuotione mentis
prophetat & nescit.Ait em̃ domino de semetipso,Si tu tulisti eũ dicito mihi.Recte
interrogat,si tu tulisti eũ.Ipse em̃ tulit corpus suũ q̃ suscitauit,ipse tulit corpus qui il
lud iacens & dormiens sua aspiratiõe collegit, ipse tulit corpus q̃ diuinitatis illud uir

tute ge/

A tute gestans portat ad cœlos. Atque ideo mulier sapienter interrogat & requirit,Si
tu tulisti eum dicito mihi ubi posuisti eũ? Hoc est,si illud auferens de sepulchro ad
paradisum transtulisti.Audierat enim illum dicentem latroni,Hodie mecum eris in Luc.23.
paradiso. Aut certe de infernis in patris dextera collocasti,sicut ait apostolus, Quæ Col.3.
sursum sunt quærite,ubi Christus est ad dexteram dei. Beatus ergo qui ita quærit
Christum dominum ut credat eum & in paradiso constitutum & in cœlestibus col/
locatum. Nam qui eum aut in infernis requirit,aut tumulis, dicitur ei, Quid quæ/
ris,uiuentem cum mortuis?

De Maria Magdalene. Sermo LVIII.

HAERET adhuc sensibus uestris fratres,hoc nos ante dies pauciſſimos
prædicasse, quod Maria Magdalene, non leuiter fuerit obiurgata, cur
post resurrectionem dominũ quæreret in sepulchro, & nõ reminiscens
uerborum eius quibus se ab inferis tertia die rediturum esse dixerat,pu
taret eum inferni legibus detineri. Arguitur enim non leuiter,cur nõ memoraretur
resurrectionis promissum,ac mortis scrutaretur indicium.Fides enim humilis & ig/
nara quærit quod nescit,obliuiscitur quod docetur.Festina quidem est ad obsequi/
um,sed non perfecta est ad credendum: anxia enim est de dominicæ carnis iniuria,
sed incerta est de resurrectionis gloria:plorat quidem amore Christi,sed mœret de/
speratione corporis non reperti:periisse putat quem iam regnare constabat, scruta/
tur enim in tumulo quẽ uocare potius deberet è cœlo Increpatur igitur sancta Ma/
B ria tanquam pigrior ad credendum,Et cum sera licet dominum cognouisset, dicitur
ei à saluatore,Noli me tangere,quia nondum ascendi ad patrem.Noli me tangere,
increpationis uerbum est, hoc est, noli me tangere manibus,quoniam resurrectio/ Ioan.20.
nem meam mentis obliuione non retines.Non potes me corporis tenere complexi/
bus,quoniam fidei perfectione non tangis. Prohibetur tactu quæ amisit auditum.
Noli me,inquit,tangere,quia nondũ ascendi ad patrem. Videamus quomodo nõ/
dum ad patrem ascenderit Christus,cum ipse dicat,quia pater in me, & ego in patre
à quo per indiscretam diuinitatis substantiam nunquam est separatus. Dum enim
unus in uno manet, semper patrem filiumq; simul esse significat. Aut nunquid illuc
ascendere se dicit filius, ubi ante habitat quàm ascendat? Dixit enim idem domi/
nus, Nemo ascendit in cœlũ nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœ/
lo.Si ergo cum descendit saluator,in cœlo est,multo magis etiam priusquam ascen Iohel.3.
dat in cœlo est.Sed uide ne forte ad obiurgationẽ Mariæ uox ista pertineat,cui pau
loante inter sepulchra quærenti dominum dicitur,Quid quæris.uiuentem cum mor
tuis? Nunc addatur,noli me tangere,quia nondum ascendi ad patrem,hoc est,quid
me contingere cupis quæ me dum inter tumulos quæris,adhuc ad patrem ascendis/
se non credis:quæ dum me inter inferna scrutaris, ad cœlestia redijsse diffidis: dum
inter mortuos quæris,uiuere cum deo patre meo nõ speras.Nondum,inquit,ascen/
di ad patrem,hoc est,tibi nondũ ascendi ad patrem, quia apud fidem tuam adhuc
detineor in sepulchro. Quantum in te est enim adhuc humilibus immoror, adhuc
inhæreo terrenis,quia nondum me fides tua eleuauit ad cœlum. Quid ergo me fe/
stinas contingere ut dei filium, quem redeuntem ad patrem,mentis deuotione non
sequeris? Quisquis igitur uult contingere dominum saluatorem, prius illum debet

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

C fide ſua ad dexteram diuinitatis imponere, & credulitate cordis collocare in cœleſti/
bus potius quàm inter defunctos inquirere. Illi autem aſcendit dominus in patrem
qui eum ſemper eſſe credit in patre. Aſcendit beatis apoſtolis ad patrē quibus ait,
Ioan. 14. Qui me uidet, uidet & patrem. Aſcendit Ioannis euangeliſtæ qui apud patrem eum
quæſiuit & repperit, atq; ideo ait, Et uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.
Aſcendit etiam beato Paulo qui nō contentus ſolū ſe ſcire quod nouerat, nos quo/
Col. 3. que docuit quemadmodū ſaluatorem in cœleſtibus quæreremus dicens, Quæ ſur/
ſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Et ut nos ab hac humili uel
terrena inquiſitione Mariæ penitus ſubmoueret, addidit dicens, Quæ ſurſum ſunt
ſapite, nō quæ ſuper terram. Ergo iam nō ſuper terrā, nec in terra, nec ſecundū carnē
debemus quærere ſaluatorē ſi uolumus eum inſenire atq; contingere, ſed ſecundū
2. Cor. 5. diuinæ maieſtatis gloriam, ut dicamus cum apoſtolo Paulo, Nunc autem ſecundū
carnem non nouimus Chriſtum. Igitur & Stephanus beatus fide ſua non ſuper ter
ram quæſiuit Chriſtū, ſed ſtantem illum ad dei dexteram recognouit, ibi illum rep/
perit, ubi mentis deuotione quæſiuit. Non ſolum autem Stephanus in cœlo uidet
Chriſtum, ſed eum & martyrio ſuo tangit. Tangit enim dominum, cum pro inimi/
cis ſuis orans uelut fide ſua tenens illum dicit, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatū.
Intelligite ergo quanta deuotionis eſt gloria, Maria iuxta dominum cōſtituta eum
tangere non meretur, Stephanus in terris poſitus Chriſtum tangit in cœlo. Illa in/
ter angelos præſentem non uidet ſaluatorem. Stephanus intra cœlos dominum
cernit abſentem.

De auaria & Annania. Sermo LIX.

D

RETINET dilectio ueſtra fratres, ante dies cum plebis eius quæ ſub be/
atiſſimis apoſtolis fuit, unanimitatem largitatemq; prædicaremus, uſq;
ad Annaniæ nos auaritiā peruenisſe, qui illo tempore in totius generis
puriſſima uita tanquam ouis morbida ſolus inuentus eſt. Tanta enim
infectus erat auariciæ peſtilentia, ut ſanctus eum Petrus non tam emendare uolue/
Prouerb. 22. rit quàm damnare. Legerat enim, Eiſce de concilio peſtilentem, & exibit cum eo om
nis contentio. Solus ergo in cœtu ſancto peſtilens fuit, qui cunctis contemptu pecu/
niæ, lucrum uitæ requirentibus, ipſe tantum lucrum magis pecuniæ mercatus eſt q̄
ſalutis, & dum precij ſperat compendium, animæ repperit detrimentum. Ab apo/
ſtolis igitur Annanias auarus inuentus eſt, iam noſtra excuſatur humilitas. Minus
enim mirandum eſt abundare ſub nobis hoc uitiū, cum ſub apoſtolis cœperit pul/
ſulare, & ſi illorum auctoritas hæc in Annania emendare non potuit, nobis quid im
putabitur ſi eadem in pleriſq; fratribus corrigere non ualemus? In Annania enim
Petrus auariciam ſi potuiſſet corrigere, non puniſſet: ſed dum illum punit, alios cor
rigit. Voluit enim ut pœna ad unum, metus autem ad plurimos perueniret. Exem/
plum ergo auaris omnibus in Annania propoſitum eſt, ut qui eiuſdem criminis re/
us fuerit, eiuſdem ſupplicij in iudicij die ſententia feriatur. Grande igitur malum eſt
1. Tim. 6. auaricia, imò malorum omnium eſt origo, ſicut ait apoſtolus, Radix autem omniū
malorum eſt cupiditas, quam quidam appetentes errauerūt à fide. Vides ergo quia
qui pecuniam appetit, fidem perdit: qui aurum redigit, gratiam prodigit. Auaricia
enim cæcitas eſt, errorem religionis inducit. Cæca inquam eſt auaricia, ſed diuerſis

fraudum

A fraudum oculata ingenijs, non uidet quæ diuinitatis ſunt, ſed cogitat quæ cupidi/
tatis ſunt. Semper enim quamuis diues ſit, cogitat unde uel ex malo adquirere, to/
tam uitam negocium, putat, compendiorum etiā omnia ſupprimens inanis præſta
tionis ſuæ fœnus imponit. Erubeſcit ſuræ nomen, & lucrum non erubeſcit uſuræ.
Semper ergo auarus alieno utitur, alieno ſe paſcit damno, & illi præda egeſtas alte
rius eſt, illi lætitia fletus alienus, ſicut nuper factū uidimus. Quot amiſſa deplorāt,
ſuper quæ inuaſa pleriq; gratulantur? Ecce ſenex pater captum deflet filium, & tu
iam ſuper eum uelut ſeruulum gloriaris. Innocens ruſticus perditum ingemiſcit iu/
uencum, & tu eo rus tuum excolere diſponis, & fructus te putas poſſe capere gemi/
tibus alienis. Ecce religioſa uidua tota ſupellectile diſpoliatam domū ſuam dolet,
& tu eadem ſupellectile domum tuam ornatam eſſe lætaris. Dic mihi ô Chriſtiane
non compungeris, nō conſtringeris, cum uides in hoſpitio tuo lachrymas alienas?
Dicit ſcriptura ſancta ad filios Iſraël: A beſtia captum ne tetigeritis, pollutum enim Exo. 22.
& contaminatum eſt quicquid fera cruenta cōtigerit. Et per hoc deterior beſtia eſt,
quiſquis ſumit quod beſtia ſuperauit. Dic igitur mihi tu Chriſtiane, cur prædam re
lictam à prædonibus præſumpſiſti? Cur laceratum & contaminatum, ſicut ipſe pu
tas, tuis ædibus importaſti? Cur quod hoſtilis ſuperauit beſtia, tu ſæuior beſtia de
uoraſti? Aiunt pleriq; lupos leonum ſubſequi ſolere ueſtigia, & non longe ab eo/
rum uenatibus aberrare, ſcilicet ut rabiem ſuam rapina ſatient aliena, & quod leo/
num ſaturitati remanet, id luporum rapacitate cōſumatur. Sic & iſti auariciæ lupi
prædonum ueſtigia ſubſecuti ſunt, ut quod illorum rapacitati ſuperauit, horum ce/
B deret feritati. Sed forſitan emiſſe te dicis, & ideo auariciæ crimen euadis. Non ita ſo
let conſtare emptio atq; uenditio. Bonum eſt emere ſed in pace, quod propria uo/
lūtate uenditur, non in deprædatiōe. Reſpice contractus originem, uenditionis au/
torem, precij quantitatem, & intelligis prædæ magis, non uenditionis emptorem.
Vnde enim barbaro auri gemmarumq; monilia? Vnde pellito ſerica ueſtimenta?
Vnde rogo Romana mancipia ſumis? Scimus ea comprouincialium noſtrorum
eſſe uel ciuium. Facit ergo ut Chriſtianus & ciuis, qui ideo emit ut reddat.

De feſto pentecoſtes & de pſalmo centeſimo nono. Sermo LX.

NOSSE credo uos fratres quæ ſit ratio quod uenerabilem hanc penteco/
ſtes diem non minore lætitia celebremus, quàm ſanctum paſcha curaui/
mus, & quod eadem deuotione huius ſolēnitatis obſeruantiam decurri
mus, ſicut illius obſequia feſtiuitatis impleuimus. Tunc enim ſicut modo fecimus, ie
iunauimus ſabbato, uigilias celebrauimus, orationibus pernoctāter inſtitimus, un/
de neceſſe eſt ſimilis obſeruantia ſimilem lætitiam ſubſequatur. Eſt lætitia planè cō
ſimilis, tunc enim ab inferis reſurgentem ſuſcepimus ſaluatorem, modo autem ſpi/
ritum ſanctum expectamus è cœlis: tunc anxij uel ſolliciti Chriſti prædicabamus
aduentum, modo trepidi uel ieiuni paracleti deſideramus aduentum. In omnibus
enim deus ſaluti prouidit humanæ. Tunc enim nobis ad reſurgendum tartara ſal/
uator aperuit, modo nobis ad regnandum paracletus cœleſtia reſerauit. Et quibuſ/
dam quaſi profectuum gradibus tūc de morte ad uitam didicimus remeare, modo
autem de terris ad cœlos meditamur aſcendere. Hæc autem omnia operatur in no
bis Chriſtus dominus, qui priuſquā rediret ad cœlos, promiſit diſcipulis ſuis dicēs:

Universidad de Deusto
Biblioteca

D Cum autem ascendero, rogabo patrem meum, & mittet uobis alium paracletum qui uobiscum sit in æternum, spm̃ ueritatis. Vnde credendum est ad patrem pernenisse Christum, cum uidemus ad apostolos descēdisse paracletum. Credendum inquam est, sicut ait de saluatore Dauid, in dei dextera considere, quia cernimus spm̃ sanctum, sicut promisit dns in discipulis exultare. Ait ergo propheticus psalmorū:
Psal.109 Dixit dns dño meo, sede à dextris meis. Secūdum consuetudinem nostram illi consessus offertur qui aliquo opere perfecto uictor aduenies honoris gratia promeretur u; sedeat. Ita ergo & homo Iesus Christus passione sua diabolū superās, resurrectione sua inferna referans, tanq; perfecto opere ad cœlos uictor aduenies audit à deo patre, sede ad dexterā meam. Nec mirū si unius sedis offertur filio consessus à patre, qui unius est substantiæ & naturæ cū patre. Cur aūt ad dexterā filius esse dicatur, moueat aliquē fortasse. Licet enim dignitatis gradus non sit, ubi plenitudo diuinitatis est, tn̄ ideo ad dexterā sedet filius, non quo præferatur patri, sed ne inferior esse credat. Et ideo ad dexteram filius, quia secundū Euangelistā ad dexteram oues, ad sinistram uero cōstituentur hœdi. Necesse est ergo partem ouium primus agnus obtineat, & secuturo immaculato gregi locum dux immaculatus antici pet, sicut ait Iohānes in Apocalypsi dicens: Hi sunt qui sequuntur agnum quocūq; uadit, qui se cū mulieribus non coinquinauerunt. Refert ergo propheta Dauid: Dixit dns dño meo sede ad dexteram meam, hoc est, dns pater dño deo Christo filio throni sui offert sublimē consessum, & honoris gratia ad dexteram suā illum æterAct.7 na sede constituit. Legimus aūt in Actibus Apostolorū dicente beato Stephano
C cum lapidaretur à Iudæis: Ecce uideo cœlos apertos, & stantē dn̄m Iesum ad dexteram dei. Videamus ergo quæ sit ratio quod idem dns à Dauid sedens prophetat, stans uero à Stephano prædicatur. Primo omniū deus qui incorporalis est & inuisi
Ioan.4 bilis, Est enim spūs, sicut ait dns: Deus aūt spūs est, sedere aut stare quomodo potest: deinde aūt quali subsellio sedeat deus, qui infinitus est & immensus, & intra se ipse magis creaturam cunctam contineat. Hæc autem propterea à sanctis uiris dicta arbitror esse de domino, non quo sint contraria sibi, sed ut modo eius omnipotentia, modo misericordia describatur. Nam uticq; pro potestate regis sedere dicit,
1.Ioan.2 pro bonitate intercessoris stare suggeritur. Ait enim beatus Apostolus: Quia aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Iudex ergo est Christus cum residet, aduocatus est cum assurgit. Iudex planè Iudæis, aduocatus Christianis. Hic em̄ stans apud patrem, Christianorū licet peccantium causas exorat, ibi residet cum patre pharisæorum persequentium peccata condemnās. Illis indignans uehementer ulciscitur, his interueniens leniter misereturHic stat ut suscipiat Stephani martyris spm̃, ibi residet ut condemnet Iudæ proditoris admissum.

Item de Pentecoste. Sermo LXI.

SCIRE debet sanctitas uestra fratres hanc sanctā Pentecostes diem, qua ratione curemus, uel cur istorum quinquaginta dierum numero sit nobis iugis & continuata festiuitas, ita ut hoc omni tempore neq; ad obseruandum indicamus ieiunia, neq; ad exorandū deum genibus succedamus, sed sicut dominica solemus facere, erecti & feriati resurrectionem domini celebramus. Dominica em̄ nobis ideo uenerabilis est atq; solennis, quia in ea saluator uelut sol oriens

A discussis infernorum tenebris luce resurrectionis emicuit, ac propterea ipsa dies ab hominibus seculi, dies solis uocatur, quod ortus eam sol iusticiæ Christus illuminet. Instar ergo dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies uelut dominici deputātur. Resurrectio enim dominica est. Nam in dominica resurgēs saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus commoratus est. Æqualis ergo eorum necessarium ut esset festiuitas, quorum æqualis esset & sic quantitas. Sic enim disposuit dominus ut sicut eius passione in quadragesimæ ieiunijs contristaremur, ita eius resurrectione in quinquagesimæ feriis lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum dominus commoratur. Non inquam ieiunamus præsente domino, quia ipse ait: Nunquid possunt filij sponsi ieiunare quādiu cum illis Luc.5. est sponsus? Cur enim abstineat corpus à cibo, cum anima præsentia domini sagi natur? Non potest enim esse ieiunus q reficitur gratia saluatoris. Societas em̄ Christi quodammodo esca est Christiani. Reficimur ergo in quinquagesima nobiscum domino conuersante. Cum autem post hos dies ascendit ad cœlum, iterum ieiunamus, sicut ait idem saluator dicens: Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Cum enim Christus ascendit ad cœlū, nostris aufertur obtutibus, famē patimur non corporis, sed amoris, & non tam cibi ieiunio
B q; desiderio laboramus. Desideria enim quædam nostri sustinent oculi, dum non perspiciunt quem requirunt, sicut ait propheta: Defecerunt oculi mei dum spero in Psal.68. deo meo. Defecerunt enim prophetæ oculi, quia nondum uidebat quem sperabat se esse uisurum. Sic nanq; apostolorum defecerunt oculi cum euntem ad cœlum dominum nequeunt intueri, secundum quod ait Lucas dicens: Et uidentibus illis eleuAct.1. atus est & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stabant enim beati apostoli toto suspenso corpore, & ascendentem ad cœlum dominum, quia incessu pedum non poterant, oculis sequebantur, & licet ad deducendum saluatorē uisio humana deficeret, fidei tamen deuotio non deficit. Vsq; ad nubem enim Christum deducunt, usq; ad cœlos autem cum Christo fidei deuotione comitantur. Vnde ait Apostolus, sciens fidem nostram in cœlis esse cum domino: Nostra autē conuersatio in cœlis est. NuPhil.3. bes ergo ab oculis apostolorum suscepit saluatorem. Videamus ergo quæ ista nubes sit, q; splendida, q; prædarà, quæ lucem mūdi Christū suscipere meretur. Neq; enim poterat obscura esse ac tetra uel tenebrosa, quia scriptum est. Et tenebræ eam Ioan.1 non comprehenderunt. Tenebræ enim lucem gestare non poterant. Illa em̄ est nubes quæ ascendentem suscipit Christum, quæ & testimonium Christo etiā in monte perhibuit, de qua ait euangelista: Vox in nube audita est dicens: Hic est filius meMatt.17. us dilectus, ipsum audite. Non igitur nubes suscepit Christum, sed deus pater recepit filium, & occursu quodam pietatis ascendentem illum gremio molliore complectitur. Nam ideo pater dicitur suscipere filium nubis umbraculo, ut ostendatur refrigerio quodam fouere eius uulnera passionis. Post crucē enim, post iniurias, post inferos non est maius Christo refrigerium, nisi quod uirtute diuinitatis obumbraretur, sicut in natiuitate eius ad Mariam dicit: Et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Luc.1. Altissimus ergo pater qui nascente Christo obūbrauit in uirtute Mariæ, ascendentem eum suscepit in nube. Semper em̄ deus quos post iniurias perducit ad requiem, pregit eos nubis umbraculo, sicut filios Israël liberatos de Ægypto nubis columna

Universidad de Deusto
Biblioteca

C protexit,& ut post multum laborem eos in terram repromissionis induceret, refri-
Psal.104 gerij fouit umbraculo,sicut ait propheta:Expandit nubem ad protegendũ eos. Ex
pandit enim nubem,ne siccitate heremi fatigarentur,etiã solis ardore. Lætemur er-
go in hac sancta die,sicut in pascha lætati sumus. Est enim in utraq; die similis ea-
demq; solennitas. In pascha enim omnes gentes baptizari solent,In pentecoste au
Act.1 tem apostoli baptizati sunt,sicut ait dñs discipulis suis ascensurus ad cœlum: Ioan-
nes baptizauit aquã,uos autem spũsancto baptizabimini,quem accepturi estis nõ
post multos hos dies.Et ideo dicit Lucas:Cum autem complerentur dies penteco-
stes,factus est subito sonus de cœlo tanquam aduenientis spiritus ualidi,seditq; su
per singulos eorum.

Item de Pentecoste. Sermo LXII.

NON incõmode ante dies complures,sicut retinetis fratres, prædicatio no-
stra processit,in qua descripsimus,quod caro dñi rediuiua uelut in nitore
floris de tumulo germinauerit,quem tumulũ situm in hortulo euangeli-
sta testatus est,unde non incongrue prosecuti sumus. Cõueniens enim erat ut flos
preciosior in hortulo gigneretur,& bonæ frugis commendatum solo semen, intra
septa domestica tamen uirentia salutem omnium pullularet,Christi enim resurre-
ctio cunctorũ est redemptio populorum.Ergo in hortulo saluator rediuiuum cor-
pus assumit,& inter florentes arbores & candentia lilia carne iã mortua reflorescit,
& ita germinat de sepulcro,ut germinantia & nitentia cũcta reperiat.Sic enim post
D hyemalis rigoris frigidam quodammodo sepulturam pullulare elemẽta omnia fe-
stinarunt,ut resurgente dño,& ipsa cõsurgerent.Nam utiq; ex resurrectione Chri-
sti aër salubrior est,sol candidior,terra fœcundior,ex eo surculus in fruticem, herbæ
crescit in segetem,uinea pubescit in palmitem. Si igit cum reflorescit Christi caro,
omnia floribus uestiuntur,necesse est,ut cũ idem fructum affert,etiam uniuersa fru
Ioan.12. ctificent,sicut ait idem dñs:Nisi granum tritici cadẽs in terram mortuũ fuerit, ipm
solum manet,cum aũt mortuum fuerit,multum fructum affert. Reflorauit igit dñs
cum resurrexit è tumulo:fructificat.cum ascendit ad cœlum. Flos est cum de inferio
ribus terræ gignitur,fructus est cũ altissima sede recondit. Granũ est sicut ipse ait,
cum solus crucem patitur:fructus est, cum plurima apostolorum credulitate circum
datur. His enim post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis conuersa
tus tota illos sapientia maturitatis edocuit,& ad bonam frugem eos omni disciplí-
narum fœcunditate cõuertit.Deinde ascendit ad cœlum,ad patrem.s.fructum car-
nis præferens,in discipulis iusticiæ semina derelinquens. Ascendit ergo ad patrem
dñs. Meminit sanctitas uestra quod aquilæ illi de psalterio,cuius innouatã iuuen
tutem legimus,comparauerim saluatorem.Est em similitudo non parua. Sicut em
aquila humilia deserit,alta petit,cœlorum uicina conscendit:ita & saluator humiliæ
inferni deseruit,paradisi altiora petijt, cœlorum fastigia penetrauit. Et sicut aquilæ
relictis terrenis sordibus sublime uolans purioris aëris salubritate perfruitur, ita &
dñs terrenorum fecem deserens peccatorum,in sanctis suis uolitans purioris uitæ
simplicitate lætatur.Per omnia igitur aquilæ cõparatio conuenit saluatori. Sed qd
facimus q; aquila prædam facit frequenter in alienũ. Nec in hoc tamẽ dissimilis est
saluator. Prædam enim quodammodo sustulit,cum hominẽ quem susceperit,inferni raptum

A ni raptum faucibus portauit ad cœlum,& alienæ dominatiõis, id est, diabolicæ po
testatis seruum de captiuitate erutum duxit ad altiora captiuum, sicut scriptum est
in propheta:Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona homini Psal.67
bus.Quæ sententia utiq; sic intelligitur,eo q; captiuitatem hominis quem sibi dia-
bolus captiuauerat,illi eruendo sibi dñs captiuarit,& ipsam (sicut ait) captiuitatem
captam ad cœlorũ alta sustulerit. Vtraq; igitur captiuitas uno uocabulo nuncupat,
sed non æqualis utraq; est.Diaboli enim captiuitas seruituti subijcit.Christi aũt ca
ptiuitas restituit libertati.Ascendit,inquit,in altum, captiuam duxit captiuitatem.
Quàm bene triumphum dñi propheta describit.Solebat,sicut dicunt,regum trium
phantium currus,captiuorum pompa præcedere.Ecce dñm euntem ad cœlos non
præcedit,sed comitatur gloriosa captiuitas,non ante uehiculũ ducitur,sed ipsa eue-
hit saluatorem. Quodam em mysterio dum filius dei filiũ hominis sustulit ad cœ-
lum,ipsa captiuitas portatur & portat. Quod aũt ait:Dedit dona hominibus,hoc
uictoris insigne est.Post triumphum em uictor semp dona largitur,& proprio re-
gno residẽs seruulorum gaudia muneratur.Sic Christus dñs uictor diabolicũ post
triumphum residens ad dexteram patris,hodierna die discipulis dona largitus est,
non auri talenta,nõ argẽti metalla,sed spũssancti cœlestia munera,ut inter cætera
apostoli etiam linguis uarijs loquerent,hoc est,ut Hebrææ nationis homo,Christi
gloriam Romanæ facundiæ eloquentia personaret,& redemptionẽ generis huma
ni peregrinæ aures,quia Iudæa prædicante lingua non caperẽt,propria loquela co
gnoscerent.Omnis linguã in prædicatione Christi resoluitur,ut maiestatem eius o-
B mnis loquela fateatur,sicut ait sanctus Dauid: Non sunt loquelæ neq; sermones, Psal.18.
quorum non audiantur uoces eorum. Ne miremini aũt quod ad dexteram patris
residere dixi filium. Ad dexteram em residet,nõ quia maior patre, sed ne minor pa
tre esse credatur,sicut hæretici blasphemare cõsueuerũt. Sicut enim diuinitas hono
rificentiæ gradum nescit,ita scriptura sancta nouit obuiare blasphemijs.

De natali sancti Ioannis baptistæ. Sermo LXIII.

IN sancti ac beatissimi Ioannis baptistæ laudibus,cuius natalem hodie ce
lebramus,quid potissimũ prædicem nescio, utrum qd mirabiliter natus
sit,an quod mirabilius sit occisus. Natus em est in prophetia, in ueritate
peremptus est:nascendo annunciauit saluatoris aduentum,moriendo condemna-
uit Herodis incestum. Vir enim sanctus & iustus,& qui præter cõmunem hominũ
natiuitatem ex repromissione generatus fuerat,hoc de deo meruit,ne cõmuni cum
cæteris de seculo morte discederet,sed corpus quod dño donante susceperat, dñm
confitendo deponeret.Ergo Ioannes per omnia uolũtatem dñi fecit, quia propter
opus dñi & natus est & defunctus. Nam ut natiuitatis eius seriem breuiter repeta-
mus, Cum essent pater eius Zacharias,& mater eius Helizabeth ætatis senectute
defessi,& nulla filiorum prole gauderent,procreandi etiam illis liberos tempus flo
rentissimum præteriisset,ita ut de suscipienda iam sobole ipsa etiam eos uota defice
rent,subita per angelum repromissione donantur,& nasci Iohannem Gabriel san
ctus annũciat dicens:Ne timeas Zacharia, ecce exaudita est deprecatio tua, & uxor
tua Helizabeth concipiet & pariet filiũ.Exaudita est,inquit,oratio tua,unde intelli-
gimus quod Ioannẽ Zachariæ iusticia magis orando genuerit, cũ Helizabeth se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nectus procurando susceperit. Hinc inquam intelligimus quod Iohannem obsecratio creauerit, nō uoluptas. Cum enim materni uteri uiscera ætatis senectute frigescerent, & fessi corporis membra fœcūditatis gratiam perdidissent, contra impossibilitatem corporis, contra sterilitatem uiscerum, Zachariæ precibus, Helizabeth uterus intumescit, & concipit Iohannem, nō natura sed gratia. Vnde necesse erat sanctum nasci filium, qui nō tam complexibus quàm orationibus gigneretur. Minus autem mirari debemus, quod tantam Iohannes gratiā in nascendo meruerit, debuit enim præcursor & præuius Christi aliquid simile habere natiuitati domini saluatoris. Siquidem dominus de uirgine gignitur, Iohannes de sterili procreatur. Ille de adolescentula, iste de iam festa generatur. Habet ergo & huius natiuitas aliquid gloriæ atq; miraculi. Quamuis enim uilior partus mulieris uideatur esse quàm uirginis, tamen sicut Mariam suspicimus quod uirgo peperit, ita in Helizabeth miramur qđ anicula procreauerit. Quoć quidem factum, mysterium aliquod arbitror continere, ut Iohannes qui ueteris testamenti figuram gerebat, senis mulierculæ frigido sanguine nasceretur. Dominus autem qui regni cœlestis euāgelium prædicaret, feruentis iuuenculæ flore progrederetur. Maria enim conscia uirginitatis miratur fœtum uiscerib⁹ inuolutum. Helizabeth autem conscia senectutis erubescit partum utero
Luc. 1. prægrauato. Dicit enim Euangelista: Occultabat se mensibus quinq;. Illud autem quàm mirandum quod idem Gabriel archangelus utriusq; natiuitatis officium repræsentat, Zachariam solatur incredulum, confidentem Mariam cohortatur. Ille cur dubitauerit uocem perdidit, hæc quia statim credidit, uerbum salutare cōcepit.

D Hoc etiam in laudibus Iohannis minime tacendum uidetur, quod nondum natus etiam prophetat, & adhuc in materni uteri finibus constitutus, aduentum Christi, quia uoce non poterat, gaudijs confitetur. Dicit enim Helizabeth ad sanctam Mariam: Simul ut facta est uox salutationis tuæ, exultauit in gaudio infans in utero meo. Exultat enim Iohannes antequam nascatur, & priusquam mundi oculis habitum recognoscat, iam spiritu mūdi dominum recognoscit. In quo arbitror prophe
Hiere. 1 ticam conuenire sententiam, quæ dicit: Priusquam te formarem in utero noui te, & priusquam exires de uulua sanctificaui tē. Vnde mirari nō debemus quod ab Herode missus in carcerem, clausus Christum semper suis discipūlis intimaret, cum etiam clausus in utero eundem dominum gestibus prædicauit.

Item de natali sancti Iohannis baptistæ. Sermo LXIIII.

SANCTI Ioannis baptistæ natalem hodie prosecuturus tacere uellem, & laborem atq; imperitiam meam silentio coërcere, sed enim ipsa uis nominis minime me silere permittit. Nam nuncupatio uocabuli ipsius, pectoris nostri urget secreta, silentij nostri resoluit arcana, & quod dissimulatione reticetur admiratiōe compellitur. Si em̄ pater Zacharias cum eum nominauit uocem recepit, quāto magis nos cum laudemus illum eloquium promeremur: & si illius os cum in seculo nasceretur aperuit, quāto magis cum pro Christo patitur, ora nostra fœcundat. Cum em̄ Zacharias pater eius propter incredulitatē natiuitatis illius ab angelo Gabriele silentij esset taciturnitate mulctatus, etiam diu mutus uerborū dispendio mentis secreta uelaret, subito nato Ioanne filio cū apud proximos esset intentio quo noīe uocaret, offerunt pātri tabulæ, ut uocabulū eius

pro

A pro sui arbitrio ipse describeret, & quod sermone non poterat, literis loqueretur, tūc mirum immodum acceptis pugillaribus ut stilū figeret, linguam resoluit, ac literas sermone præuenit, & Ioannem nō testatus est sed locutus. Videte igitur sancti baptistæ meritū, uocē patri reddidit, sacerdoti eloquētiam reparauit. Videte inq; meritū, os quod angelus alligauerat, Ioannes absoluit, quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit, quāq; & ipse sit angelus, sicut scriptum est de eo, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Respicite igitur Ioannem, quanta uis sit eius uocabuli cuius nuncupatio reddidit muto uocem, patri pietatem, populo sacerdotē. Prius enim erat tacens lingua, sterilis filio, priuatus officio, at ubi Ioannes nascitur, sit repē te pater propheta uel pontifex, loquela usum recipit, prolem affectio suscipit, sacerdotem functio recognoscit. Cū ergo tāta uis sit eius uocabuli, dicturi de eo, & si tacere uolumus, silere non possumus. Ipse enim Ioānes uox clamantis dicitur. Quis igit qui uocem laudet & taceat, clamorem admiretur & mutus sit? Ait enim ipse de se: Ego sum uox clamantis in deserto. Videte quid dixerit. Non em̄ ait tātum, Ego sum uox, sed & clamantis uox, scilicet ut ad fidem consequendā, uox aures penetret, clamor corda concutiat, uox regnum prædicet, clamor iudicium cōminetur. Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam saluator testimonium perhibet dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioanne baptista. Præcellit cunctis, eminet uniuersis, antecedit prophetas, supergreditur patriarchas, & quisq; de muliere, inferior est Ioanne. Sed debemus diligenter inquirere, cur ita dominus dixerit, hoc est, inter natos mulierum, & non potius dixerit inter filios uirorum non est maior Ioanne, cum
B utiq; mulieres natos sine uiris habere non possint. Hoc autem dixit quia numerosior est proles mulierum quàm uirorum. Est enim mulieris filius, qui uiri filius nō est. Denique sancta Maria genuit filium qui patrem hominem nō haberet. Dominus enim est mulieris filius, & uiri filius non est, sicut dicit apostolus: Natū de muliere factum sub lege. Vt qui matrem in terris habet, patrem haberet in cœlis. Ergo in laudē Ioānis fœcūdioris sexus generatio ponitur, ut nullius ab eo natiuitas separetur. Dicit forte aliquis, si inter natos mulierum maior est Ioannes nūquid etiā maior est saluatore? Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus autem uirginis natus est. Ille corruptibilis uteri finibus effusus est, iste impollutæ uuluæ flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra ueritatem uideretur esse conditionis humanæ.

De sancto Ioanne baptista. Sermo LXV

DIXIMVS superiore dominica cum silentij nostri ueniā peteremus quod pro salute communi sacerdotibus etiam tacentibus doctrina euangelica nō taceat, & q̄ silentiū eorum suppleret diuina sentētia. Semp em̄ diuina scriptura loquitur & clamat sicut scriptum est de Ioanne, Ego sum uox clamantis in deserto. Non enim tantum in illo tempore clamauit Ioannes, quo pharisæis annūciās dominū saluatorē dixit: Parate uiā domini, rectas facite semitas domini dei nostri, sed & hodie clamat in nobis, & uocis suæ tonitruo deserta nostrorū concutit peccatorum. Ac licet sancta martyrij morte dormierit, uox tamen eius uiuit, dicit em̄ & nobis hodie: Parāte uiam domini, rectas facite semitas eius. Sēp em̄ scriptura diuina clamat & loquit̄. Vñ & ad Cain dicit deus, Vox sanguinis frīs tui clamat ad me,

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Nulla uticꝫ ſanguini uox eſt,ſed clamare dicitur ſanguis qui innocẽs effuſus eſt,nõ tam uere cꝫ cauſa,& interpellarẽ dñm non proſecutione eloquij. ſed indignatione cõmiſſi,ac reatum ſuũ non tam uerborũ excuſare ſermonibus cꝫ conſcientiæ ipſius criminatione conſtringere. Quãuis enim malũm factum ſi in uerba producatur,excuſationem fortaſſe recipit,niſi conſcientia reuocetur,non põt excuſari. Conſcientia enim reatum ſuum ſemper tacita ſine contradictione conuincit & iudicat. Hodiecꝫ
Matt.3 ergo Iõhãnes clamat & dicit: Parate uiam dñi,rectas facite ſemitas eius. Parare ergo iubẽmur uiam dñi.ſ.non aggerem itineris,ſed fidei puritatem. Dñs enim nõ terrenam ſemitam carpit,ſed ſecreta mentis incedit. Siquid igitur in hac uia fuerit moribus aſperum,crudelitate durum,cõuerſatione pollutum,iubemur mundare, exæquare,componere, ut ſuperueniens dñs non offendat in nobis, ſed magis reperiat uiam caſtitate puram,procliuem fide,eleemoſynis eminentem. Quod aũt tali itine
Pſal.67 re incedere ſoleat dñs,propheta deſcribit dicens: Iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum,dñs nomen eſt ei. Sed uideamus ipſe Ioannes qui parare uiã dño iubet,quã ipſe uiam parauerit ſaluatori. Per omnia planè adueniente Chriſto tramitem uiæ ſuæ compoſuit & direxit. Nam fuit uticꝫ ieiunus,humilis,parcus & uirgo. Omnes enim has uirtutes eius euangeliſta deſcribens ait: Ipſe autem Ioannes ueſtitum habebat de pilis cameiorum & zona pellicea circa lumbos eius. Eſca aũt eius erant locuſtæ & mel ſylueſtre. Quæ igitur maior cauſa humilitatis in propheta cꝫ contemptis mollibus ueſtimẽtis,pilorum aſperitate ueſtiri? Quæ deuotior fides cꝫ præcinctum zona paratum eſſe ſemper ad omne ſeruitutis obſequium? Quæ præclarior
D abſtinentia cꝫ ſpretis uitæ huius delitijs, ſtridulis ueſci locuſtis ac melle ſylueſtri? Quæ omnia hæc quoniã prophetæ uſui erant,arbitror in his ipſis prophetiã fuiſſe. Nam uticꝫ cum prænuncius Chriſti ueſtimentum habebat camelorum aſperitate contextum,quid aliud ſignificat,niſi quod ipſe Chriſtus aduenies uſurus eſſet indumẽto humani corporis,quod erat peccatorum aſperitate denſatum, & quod uelut immundiſſimæ beſtiæ,hoc eſt,gentilis populi circundatus exuuijs deformitatẽ eius ipſe geſtaret? Zona uero pellicea quid aliud demonſtrat,niſi hanc fragilem carnem noſtram quæ ante aduentum Chriſti dominabatur ad uicia,poſt aduentum eius reſtrictam eſſe ad uirtutem,& quæ ante luxũriando dilatabat in pinguedinẽ, nunc abſtinendo attenuaretur in pelle? Exitum uero eius cꝫ beatum legimus. ſ. qd' pſaltria regis filia poſt illam inimicam uoluptatem caput eius petierit. Quid mirũ ſi pſaltria occidit prophetam,quia luxuria ſemper eſt inimica iuſticiæ, & quod iniquitas ſine ceſſatione perſequitur ueritatem. In quo facto grande myſterium continetur. Nam uticꝫ ipſa pſaltria ſynagogæ eſt comparanda,quæ Chriſtum dum luxuriatur,occidit. Quod autem iſta pſaltria ſynagoga ſit,dicit dominus ad Iudæos:
Matt.11 Cantauimus uobis & non ſaltaſtis. Cur autem à Ioannis corpore caput ablatũ ſit, manifeſta res eſt. Ioannes (ſicut ſcripturis aſtruitur) typum legis gerebat. De domi-
1.Cor.11 no autem legimus,quia uiri caput Chriſtus eſt. Ergo cum à Ioannis corpore caput eius aufertur,Chriſtus quodammodo à Iudæis legis cultoribus ſeparatur. Remanſit enim illis ſine ſaluatore lex exanimis & truncata. Nam ex eo uticꝫ Iudæi diuina non ſapiunt,ex quo ſine capite eſſe cœperunt. Iter igitur facit domino qui inter cæteras continentiæ uirtutes, matrimonij limitem non excedit, nec cõiugij præſcriptum terminum adulterina permixtione commaculat. Sunt enim nonnulli qui cum legibus

A bus uxores duxerint,contra diuinitatis legẽ ſibi ſociant concubinas,non intelligentes quid contrahendo matrimonia proprijs uinculis conſtrinxerunt. Qui enim legibus ducit uxorem,profitetur ſe contra legem non eſſe facturum. Reum ergo ipſe ſe ſtatuit,qui adhibendo ſibi adulterã ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis,uxorem non habeo,ideo mihi ancillam ſociaui. Audi quid dicat ſcriptura ad Abraam, Gen.21.
Eijce ancillam & filium eius,non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Si igitur ancillæ filius hæres non eſt,ergo nec filius eſt. Cur autem quæritur tale coniugiũ de quo ſuſceptus filius nec ſucceſſionis poſſit hæres eſſe nec ſanguinis? Nec enim habere poteſt hæreditatis conſortiũ,qui non habet originis priuilegium. Cur inquã quæritur tale contubernium, de quo nati, non filij ſunt matrimonij, ſed teſtes ſint adulterij? Cur huiuſmodi ſuſcipiuntur adulteri,qui patri pudori ſint, non honori?
Dicit ſcriptura, adulterorũ filij in conſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen Sapien.3.
exterminabitur. Mulier igitur tua ſi talibus moribus prædita eſt, ut mereatur conſortium,mereatur & nomen uxoris,præſta concubinæ tuæ libertatẽ & nomen uxoris,ne tu adulter ſis potius quàm maritus. Sed & ille iter facit domino Chriſtianus, qui profeſſionis ſuæ exhibet ei fidele ſeruitium, & caſtitatem quã promiſit, cuſtodit tam mente quàm corpore. Sunt enim plericꝫ qui ſingularem uitam proponentes, ſinguli eſſe non poſſunt,ſed quærunt ſibi contubernia, atcꝫ utinam fratrum. Inueniſti Chriſtianũ monachũ,cui cum fratre non conuenit,& libentius ei conuenit cum ſorore, qui non ſequitur ſeniorem utilia cõmonentem, & ſequitur adoleſcentulam incongrua cachinnantem,eius & ſi ſyncere corpus ſit, anima nõ poteſt eſſe ſynceris.
B Sed & ille clericus iter domino facit, qui ſecundum euangelium uiuit, & per omnia obtemperat ſacerdoti. Aliqui enim cum ſint minus ſubditi, moleſte ferunt cum à ſenioribus arguuntur: Dicunt, grauiter iraſcitur epiſcopus, patientior eſſe deberet. Audi ergo optime clerice, ſacerdotis exigis patientiam, & tui non exigis diſciplinã. Neſcis quia mihi ſalutis cauſa arguere aliquando permiſſum eſt, tibi nuncꝫ peccare conceſſum eſt. Dicit enim apoſtolus, Increpa oportune importune, argue. Eſto 2. Tim.4.
ergo in omnibus ſubditus ſacerdoti,ſi uis eum eſſe manſuetum.

De natali ſanctorũ apoſtolorũ Petri & Pauli. Sermo LXVI.

CVM omnes beati apoſtoli parem gratiã apud dñm ſanctitatis obtineant, neſcio quo tamen pacto Petrus & Paulus uidentur præ cæteris peculiari quadam in ſaluatorem fidei uirtutẽ præcellere. Quod quidẽ ex ipſius dñi iudicio poſſumus approbare. Nam Petro ſicut bono diſpenſatori clauẽ regni cœleſtis dedit. Paulo tancꝫ idoneo doctori magiſteriũ eccleſiaſticæ inſtitutiõis iniunxit, ſcilicet,ut quos iſte erudierit ad ſalutẽ,ille ſuſcipiat ad quietem,& quorũ corda Paulus patefecerit doctrina uerborũ,eorũ animabus Petrus aperiat regna cœlorũ. Cluem enim quodãmodo à Chriſto ſcientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicẽda eſt, qua ad fidem peccatorũ dura referantur,mentiũ ſecreta pandũtur,& quicqd intrinſecus clauſum tenetur,in palã rationali manifeſtatione producitur. Clauis inquã eſt quæ & cõſcientiã ad cõfeſſionẽ peccati apit, & gratiã ad æternitatẽ myſterij ſalutaris
induſit. Ambo igitur claues à dño perceperunt, ſcientiæ iſte,ille potẽtiæ: diuitias immortalitatis ille diſpenſat,ſcientiæ theſauros iſte largitur. Sũt enim ſciẽtiæ theſauri, Colo.2.
ſicut ſcriptũ eſt, In quo ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi. Ergo beatus

Petrus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C Petrus & Paulus æminent inter uniuersos apostolos, & peculiari quadam præro
gatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui præponatur incertum est, puto enim
illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione
uixisse, quos simul uidemus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa
factum putemus, quod una die, uno in loco, unius tyrãni tolerauere sententiã. Vna
die passi sunt, ut ad Christum pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma de-
esset. Sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrunq; cõstringeret. Dies ergo, p
merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro uirtute. Et in quo tandem loco
martyrium pertulerunt? In urbe Roma quæ principatum & caput obtinet natio-
num, scilicet, ut ubi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & ubi
gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morarentur. Cuius au-
tem meriti sint beatissimi Petrus & Paulus, hinc possumus intelligere, Qd' cum do
minus orientis regionem propria illustrauerit passione, occidentis plagam, ne quid
minus esset, uice sui, apostolorum sanguine illuminasse dignatus est. Et licet illius
passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis contulit
ad exemplum. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinem profuderunt. Sed ui-
deamus causam quare ista perpessi sunt, scilicet, quod inter cætera mirabilia etiam
magnum illum Simonem orationibus suis de aëris uacuo præcipiti ruina prostra-
uerunt. Cum enim idem Simon se Christum diceret, & tãquam filium ad patrem
assereret uolando se posse conscendere, atq; elatus subito magicis artibus uolare
cœpisset, tũc Petrus fixis genibus precatus est dominum; & precatione sancta uin-
D cit magicam leuitatem. Prior enim ascendit ad dominum oratio quàm uolatus, &
ante peruenit iusta petitio quàm iniqua præsumptio. Ante Petrus in terris positus
obtinuit quod petebat, quàm Simon peruenire in cœlestibus quò tendebat. Tũc
igitur Petrus uelut uinctum illum de sublimi aëre deposuit, & quodam præcipitio
in saxo elidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrio facti illius, ut qui paulo an
te uolare tentauerat, subito ambulare non posset, & qui pennas assumpserat, plan-
tas amitteret. Sed nec forte hoc mirum uideatur, quod magus iste præsente apo-
stolo per aërem aliquandiu uolitauerit, hoc patientia Petri fecit. Permisit enim illũ
sublimius ascendere, ut altius caderet. Voluit enim in excelsum leuari ad conspe-
ctum omnium, ut ruentem illum de excelso oculi omnium peruiderent. Hæc igitur
est iniquitatis elatio, ut in altum se ferat, in sublime se erigat. Sed sancta oratio o-
mnem humiliat superbiam, uniuersam deijcit uanitatem.

Item de natali sanctorum apostolorum Petri & Pauli.
Sermo LXVII.

NATALEM beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli hodie cele-
brantes, diuersis epulis nos reficere debemus, & tantam festiuitatem
magna cum lætitia celebrare. Quis enim talium uirorum solennita-
tem non magna cum lætitia debeat celebrare? Quis enim talium uiro
rum solennitate non magnos sibi exhibeat apparatus, ut quo plus expenderit, plus
se apostolos confirmet amare? Veruntamen non opus est proprio sumptu ad re-
fectionem nostram, nam natali suo sanctus Petrus ipse nos reficit. Est enim omni-
bus copijs refertum uas ei, quod illi de cœlo esurienti delatum est. Igitur qui esurit
sicut

A sicut Petrus, reficitur ipse cum Petro. Vt quid ergo præparemus nobis proprium
prandium, cum apostolico ferculo saginemur? Cur nobis inquiramus terrenas epu
las, cum cœlestes copias habeamus? Dicit enim sanctus Lucas in Actibus Apo- Act. 10
stolorum, post orationem esurienti Petro circa horam sextam, aperto cœlo uas
quoddam splendidum uelut linteum fuisse delatum, in quo erant quadrupedia &
repentia terræ & uolatilia cœli, & dixisse dominum ad eum: Petre surge immola &
manduca. Ecce Petrus qui dicit alibi: Aurum & argentum non est mihi, nunc con
uiuij eius uasculum splendidius est argento. Et qui propter Christum argenti spe-
ciem refutasset, per Christum argenti nitore ditatur. Pransuro igitur Petro desunt
cocorum apparatus, desunt obsequia famulorum, sed q̃d est melius, ministeria di-
uina non desunt, & utilioris communione sancto uiro quod deest in terris, abun-
dat in cœlis. Vt reficiatur enim Petrus, non cellarium sollicite reseratur, sed cœlum
ipsum protinus aperitur. Legimus in scripturis sanctum Heliam in deserto coruis 3. Reg. 17.
ministrantibus pastum, quanto melius Petrus, cui nõ paruam escam tetra auis por-
rigit, sed integrum conuiuium multitudo angelica sumministrat. Post orationem
ergo esurijt Petrus. Mirandum cur sanctum uirum post orationem fames sequat',
cum soleat fames oratione depelli, esuriens anima non nisi obsecrationibus sagina
ri? Sed puto Petrum post orationem non cibum esurisse hominum, sed salutẽ, nec
inedia uexatum esse corporis, sed inopia credẽtium laborasse. Cum enim Iudaicus
populus perfidus & ingratus, illo prædicante Christo non crederet, famẽ quodam
modo Petrus sui officij sustinebat. Famẽ enim patitur qui minime fructum sui la-
B boris assequitur. In cœnaculum igitur ad orationẽ festinus ascendit. Bene ait in cœ
naculum ad orationem ascendisse Petrum, quia omnis sanctus quando orat, relin
quẽs humilia uel terrena in altum mentis extollitur, & in sublime suspensus rapit',
& cogitatione sancta cœlo uicinus efficitur. Atq; ibi esurienti illi, hoc est cogitãti in
cordis sui sublimiori loco pro salute Iudaici populi, offertur uas diuersorũ generũ
animalibus plenum, uelut diuinitate dicẽte illi: Tu in Iudæos solos esuris, ecce famẽ
fidei tuæ cunctarum gentium diuersitate reficio. Nam utiq; diuersa animalia colle-
cta in uno uasculo diuersarum gentium cõgregatio collecta in una ecclesia demon
stratur, quæ ecclesia in illius uasculo splendido dum non habet maculam neq; rugã
lintei nitore resplẽdet. In qua primum animal deo ex gentibus centurio Cornelius
est immolatus. De hoc ergo uasculo suo hodie nos reficit Petrus. Cum enim uide-
mus gentilium turbas ad fidem Christianitatis accurrere, simul cum apostolis gra-
tulamur. Non enim mortui sunt quorum curamus natalem hodie, sed renati ui-
uunt pane, quia participes effecti sunt Christi, qui uita est omnium. Quamuis eñ
corpora passione cæsa sint, interruptus tamen non est ordo uiuẽtium. Iugiter enim
& deo gratias agunt, & laudes saluatori referunt, nisi quod resoluta membrorum
sarcina magis adhærent Christo, sicut ait Paulus: Dissolui & cũ Christo esse quan
to melius. Non ergo dicenda est mors qua interueniente caremus persecutoribus,
& Christo connectimur. Non est plane dicenda mors quæ Christo mortuum so-
cians lucrum efficit morientis, sicut ait beatus Apostolus: Mihi enim uiuere Chri- Phil. 1.
stus est, & mori lucrum. Illa autem uera est mors quæ etiam uiuentem hominẽ pec
catorum morte cõstringit, qui q̃uis uiuere uideat', sceleribus tñ suis morti iam ui-
det' addictus, sicut ait Apostolus de illa delicioſa uidua. Hæc aũt uiuẽs mortua est.

Item

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

Item de eodem. Sermo LXVIII.

NOTVM omnibus uobis est fratres,& uniuerso mũdo notissimum, quod beatissimorum Petri & Pauli natalis est hodie,nec aliquam partem orbis
Psal.18 latere potest tanta deuotio.Siquidem de ijs dicat Dauid propheta: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In omnem terram mirabilium Petri uirtus diffusa est,& in fines orbis terræ epistolarum Pauli uerba penetrarunt.Quis enim non audiuit,quod primum Petrus sedenti ad portã speciosam claudo,& ex matris suæ olim uentre iam debili,pedum restituerit firmitatem,ut quod natura minus cõtulerat,apostolica gratia repararet. Cum enim idẽ claudus stipem rogans,aliquid pecuniæ se ab apostolis crederet accepturum, ait illi
Act.3. Petrus:Argentum & aurum nõ habeo,sed quoq; habeo,hoc do tibi.In nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Beata planè largitas, quæ petenti,argentum quidem non contulit,sed contulit sanitatem.Beata largitas,quæ de thesauris suis aurum non protulit,sed protulit medicinam.Beatus.& ille claudus, q dum stipem quærit pecuniæ,diuitias incolumitatis accepit. Hoc enim ab apostolis donatum meruit,quod nullis thesauris à medicis redimere potuisset. Primũ ergo signum mirabilium suorum Petrus fecit,claudo pedum restituendo uestigia.Dixi-
Matt.16 mus frequenter ipsum Petrum à domino nuncupatum,sicut ait: Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est super quam ædificatur ecclesia,recte prius pedes sanat. Vt sicut in ecclesia fidei fundamentum
D continet,ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Recte inquam primum in Christiano pedes curat, ut iam non intrepidus nec imbecillis possit super petram ecclesiæ. sed robustus & fortis incedere. Vbi autem uerba Pauli Apostoli non leguntur? Qui locus ea non literis inscribit,corde retinet, conuersatione custodit,quia Paulus à domino uas electionis est nominatus? Bonum uas in quo pretiosa mandatorum Christiani præcepta conduntur,bonum uas de cuius plenitudine substantia uitæ populis semper erogatur & plenum est. Optima apostolorum nomina petra & uasculum necessaria domui saluatoris. Domus enim fortitudinis petra construitur,utilitate uasis ornatur.Petra ad firmitatem ne labantur sustentat populos,uas ad custodiã ne tentẽtur operit Christianos.Exitus uero eorum de hoc seculo,quàm beatus fuerit,nemo est qui nesciat. Nam prima hæc in illis beatitudo est,quod ambo una die passi esse noscũtur,scilicet,ut quos una fides seruitio deinxerat,una dies martyrio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit,tamen quanta referta est gratiæ sanctitate.Nam Petrus crucis sicut saluator exitum tulit,& à dominicæ deuotionis similitudine nec morte discretus est, scilicet, ut quem imitabatur fide,imitaretur & passione.De Pauli uero ceruice cum eam persecutor gladio percussisset,dicitur fluxisse lactis magis unda quàm sanguinis, & mirum immodum sanctum apostolum baptismi gratia in ipsa cæde extitisse splendidum potius quàm cruentum.Quæ quidem res in sancto Paulo stupenda non est.
1.Cor.3 Quid enim mirũ si abundat lacte nutritor ecclesiæ,sicut ipse ad Corinthios ait:Lac uobis potum dedi,non escam.Hæc est planè repromissionis illa terra quam patribus nostris deus promisit, dicendo: Dabo uobis terram fluentem lac & mel. Non enim de hac terra locutus est quæ manantibus aquis cœnum inuoluit lutumq; permiscet,sed de illa terra Pauli & similium Pauli, quæ itaque purũ suaueq; distillat.

A Quæ enim Pauli epistola non melle dulcior est,lacte candidior? Quæ epistolæ tanquam ubera ecclesiarum populos enutriũt ad salutem.De ceruice ergo apostoli pro sanguine lac manauit. Legimus in ipso, quoniam caro & sanguis regnum dei non
1.Cor.1. possidebunt.Igitur iam Paulus possidet regnũ, quoniam caret & sanguine,qui impedire dicitur regnaturum.Adhuc ergo Paulus in terris positus etiam in regni cœlestis substantiam transformatur.

De natali sancti Eusebij Vercellensis episcopi. Sermo LXIX.

AD sancti martyris Eusebij laudem aliquid addere uelle decerpere est. Tam ineffabilium enim doctrinarum magister extitit, ut merita eius facilius operibus cognosci possint quàm sermonibus explicari. Tantũ autem de eo conscientia retinet, quantum oratio & narratio non præualet.Igitur gesta illius nõ uerbis adornanda sunt,sed perstringenda sententijs,præsertim qui scimus eam rem comere nos nõ debere sermonibus,quam uidemus iam comptam esse uirtutibus,cum dicat apostolus,Regnum dei non in sermone est,sed
1.Cor.4. in uirtute.Ergo ad merita eius aliquid addere uelle, decerpere est, me præcipue qui & ignarus rerum gestarum sim,& literarum imperitus sacrarum & rudis sacerdotalium functionum.Potuissent autem prædicare sancti hæc præcessores mei usu facilius,experimento probatius,doctrina præclarius,dominum & patrem specialiter beatum. Exuperantium loquor,qui fuit eus minister in sacerdotio,comes in martyrio, particeps in labore,In cuius uultibus sanctum quoq; Eusebiũ uidere nos credimus,
B & quasi in quodam speculo bonitatis illius imaginem cõtuemur.Facile enim cognoscimus qualis magister fuerit,cuius talem uidemus esse discipulũ.Sed quoniam confessionis illius similis hunc gloria comitatur,mauult reticere laudes paternas,ne proprias pariter iactare uideatur. Quid ergo de martyris Eusebij gloria prædicẽ, cuius tota plebs ista sit gloria? Et cũ dicat scriptura, Gloria patris est filius sapiens,Quantæ huius sunt gloriæ qui tantorum filiorum sapientia & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per euangelium ipse uos genuit. Quicquid ergo in hac sancta plebe potest esse uirtutum & gratiæ,in sancti Eusebij magisterio reperitur. Ex hoc autem quasi quodam uirtutum fonte lucidissimo riuulorum hæc puritas emanauit. Nam quia castitatis uigore polleba, propositum uirginitatis instituit, quia abstinentiæ gloriabatur angustijs,monachorum introduxit forte seruitium, Quia blandimentis erat præditus lenitatis,cunctorum ciuiu in deum prouocauit affectum. Quia pontificij administratione fulgebat,plures è discipulis sacerdotij sui elegit hæredes. Quamuis igitur nonnulli liberis suis relinquant auri argentiq; thesauros,nemo tamen sancto Eusebio ditiores reliquit. Siquidem omnes extiterũt aut sacerdotes aut martyres.Nam ut cætera taceam,illud quàm admirabile est, quod in hac sancta ecclesia eosdem monachos instituit,quos clericos,atq; ijsdem penetralibus sacerdotalia officia contineri,quibus & singularis castimonia conseruatur, ut esset in ipsis uiris contemptus rerum & accuratio lenitarum,ut si uideris monasterij lectulos instar orientalis propositi iudices,si deuotiones cleri perspexeris, angelici ordinis obseruatione gaudeas. Illud autem tacendum omnino non arbitror quod cum Arrianorũ detestanda perfidia totam cum uniuerso mũdo Italiam perturbasset,atq; eiusdem pestilentiæ sacerdotes,simplicitatem sancti Dionysij martyris captiuassent, ita ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

C subſcriptionis eius uinculũ retinerent, qua illum è manibus eorum ſapientia libera
1. Corin. 9. uit. Sicut enim ait ſanctus Paulus, Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæ-
os lucrifacerem, ita Euſebius hæreticis hæreticum ſe eſſe mentitus eſt, ut de hæreſi
filium liberaret. Dixit ſe enim eorum conſentire perfidiæ, hoc ſibi placere quod il-
lis, ſed quod ſibi filium Dionyſium in ſubſcribendo præponerent grauiter ſe moue
ri. Vos enim, inquit, qui dicitis filiũ dei patri deo æqualem eſſe non poſſe, cur mihi
filium prætuliſtis? Qua illi ratione permoti, ſtatim ſancti Dionyſij chirographum
deleuerunt, priorem locum ſubſcribendi beato Euſebio deferentes. Quos ille incre
pans & irridens ait, Nec ergo me ueſtris ſceleribus polluo, nec filium meum uobi
Luce. 16. ſcum participare permitto. Vnde cum dicat euangelium in hac generatione pru-
dentiores filios tenebrarum eſſe quàm lucis, ecce hic ipſis tenebris prudentior filius
lucis inuentus eſt. Tunc illi grauiter indignantes ita nequitiam ſuã fuiſſe deluſam,
nouis eum per Conſtantium principem paſſionibus uexauerunt. Nã poſt multas
iniurias orientis plagæ, illum in exilio relegarũt, in quo tanta paſſus eſt ut martyrij
inuictam gloriam reportaret. Dicitur enim inter cætera paſſionũ genera, hoc pœ-
nale paſſionis ſupplicium pertuliſſe, ut dum interrogaretur ab Arrianis, & ſe eorũ
cõmunicare perfidiæ denegaſſet, ſcalarum prodiui tractu ſupinis pedibus ad imum
uſq; pertraheretur. Et iterum reuocatus ad ſummum, interrogatus denuo cum eadẽ
reſpondiſſet, eadem pateretur, ac ſic frequentẽ interrogationẽ frequẽter huiuſmodi
ſupplicium fuerit ſubſecutum. In qua paſſione ſancti Euſebij martyris licet fuerit
quaſſatum caput, eliſum corpus, membra confracta, animus tamẽ fidei manſit in-
D uictus. Nam quanto plus illum Arriana perfidia corporaliter lacerabat, tanto ma-
gis eum catholica integritas ſpiritualiter refouebat. Quem quidem ſcalarum aſcen-
ſum atq; deſcenſum poſſumus dicere quem Iacob ſomnians prophetarit, & ſicut ille
uidit etiam iſtas ſcalas ab imò ad cœleſtia uſq; pertingere, ſic quidem per has & Eu-
ſebius aſcendit ad cœlum, & Arriani ad inferos deſcenderunt. Vnde fratres ſanctũ
Euſebium Machabæorum martyrum choro annumerandũ puto, ſiquidem illi ſin-
gulis membris martyriũ pertulerunt, hic autem totius corporis paſſione dominũ ſic
cõfeſſus, nec diſparem eorũ eſſe gratiã quos etiam dies una in martyrio copulauit.

Item de depoſitione ſancti Euſebij. Sermo LXX.

DEPOSITIONEM ſancti Euſebij hodie celebramus. Quid eſt de-
poſitio? Non illa utiq; quæ ſepeliendis in terra membrorum reliquijs
clericorum manibus procuratur, ſed illa qua homo uinculis carnalibus
abſolutus, liber iturus ad cœlum terrenum corpus exponit. Ipſa planè
eſt depoſitio, in qua concupiſcere abijcimus, ceſſamus delinquere, peccare deſinimus,
& totum quicquid ſaluti eſt graue, quaſi abiecta ſarcina oneris exponimus. Nam
ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur, quia uere eſt ſumma feſtiuitas,
mortuum eſſe uitijs, ſoli uigere iuſticiæ. Vnde & depoſitionis ipſa dies natalis dici-
tur, quod delictorum carcere liberati, libertate naſcimur ſaluatoris. Sed uideamus,
ſanctus Euſebius cum qua gloria ad hanc diem depoſitionis aduenerit. Dicitur eũ
ante aliquantũ temporis exitus ſui manifeſta reuelatione uidiſſe & Kalendis augu
ſti de monte ad montem uolare, & prophetia quadam hoc interpretatus eſt, hac die
exiturum

A exiturum ſe eſſe de corpore. In quo facto neſcio quid primum ſit admirandum, utrũ
quod meruit exitus ſui finem noſſe, an quod ſcire potuerit quæ illum poſt exitum
gratia permaneret. Dicit ſanctus Dauid: Notum fac mihi domine finem meum & Pſal. 38.
numerum dierum meorum, & reliqua. Ecce quod propheta optauerat, martyr acce-
pit, noticiam quã ille exorat, iſte conſequitur, niſi quod ſalua fide dixerim, amplius
promereatur. Ille enim finem poſtulat noſſe, iſte etiam ultra finem quid futurum eſ
ſet agnoſcit. Ille uſq; ad exitum quid deſit ignorat, iſte poſt exitũ quid ſuperſit edi-
xit. Volare ergo ſe in hac die uidit martyr Euſebius, ſicut ſcimus. Volare non poteſt
niſi quod purum, leue atq; ſubtile eſt, cuius nec ſyncertitas intẽperãtia retardatur, nec
alacritas nec uelocitas mole grauatur. Grauari autem uolatum dico, non tam mole
membrorum cũ delictorum. Vnde puto etiam in ipſis auibus ideo uelocius colum-
bam penè præ omnibus uolitare q, alacritatem & innocentiam comitetur. Deniq;
ſanctus Dauid cum puritate mentis uolare concupiſceret non alterius animantis
niſi columbæ optauit alas dicens: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & uolabo Pſal. 54.
& requieſcam. Intelligebat enim quod altiora facilius penetrãtur ſimplicitate mẽtis
cũ leuitate pennarum. Volauit ergo hac die ſanctus Euſebius. Feſtiuemus iam eius
innocentiam de uolatu, & puritatem eius de ipſa elatione iudicemus, tanq; colum-
ba enim in domo dei degens aſſumpſit ſpirituales pennas & requieuit in monte. Et
licet ipſe de monte ad montem uolare ſe dixerit, tamen in ipſa tranſlatione maiorẽ
requiem fuiſſe ſignifico. Quid enim aliud eſt de monte ad montem uolare, niſi de
ſaluatoris gratia ad patris gloriam properare? Ipſi enim ſunt montes, ſicut dicit pro
B pheta: Mons de monte ſine manibus concidentium, hoc eſt, filius de patre abſq; Dan. 2.
illius creationis acceſſu.

De natali ſancti Laurentij leuitæ & martyris. Sermo. LXXI.

BEATISSIMI Laurentij martyris cuius natalem hodie celebramus paſ
ſionem noſſe uos credo & quanta in perſecutione pertulerit, dilectionẽ
ueſtram ſcire poſſe non dubito. Tanta enim martyrio eius gloria extitit,
ut paſſione ſua mundum illuminauerit uniuerſum. Illuminauit mundũ
planè Laurentius eo lumine quo ipſe ſuccẽſus eſt, & flammis quas ipſe pertulit, om-
nium Chriſtianorum corda cãlefecit. Quis enim hoc exemplo nolit pro Chriſto ar
dere cum Laurentio, ut poſſit à Chriſto cum Laurentio coronari? Quis nolit ad ho
ram ſuſtinere Laurentij ignem, ut æternum gehennæ nõ patiatur incendium? Beati
igitur Laurentij prouocamur exemplo ad martyrium, accendimur ad fidem, incale-
ſcimus ad deuotionem. Etſi nobis perſecutoris flamma deeſt, fidei tamen flamma
non deeſt. Non ardemus quidem corpore pro Chriſto, ſed ardemus affectu. Non
ſubijcit mihi perſecutor ignem, ſed ſuggerit mihi ignem deſiderium ſaluatoris. Eſſe
autem ſaluatoris ignem legimus in euangelio dicente eodẽ domino, Neſcitis quia Luc. 12.
ignem ueni mittere ſuper terram, & quid uolo niſi ut accendatur? Quo igne ſuccenſi
Amaus & Cleophas dixerũt: Nõne cor noſtrum ardens erat in nobis in uia cũ ape-
riret nobis Ieſus ſcripturas? Hoc igitur etiam ſanctus Laurentius igne ſuccenſus flã- Luce. 24.
marum non ſenſit incendium, & dum Chriſtiani ardent deſiderio, perſecutoris pœ-
na non ardet. Iſquantum enim in illo fidei ardor feruet, intantum ſupplicij flãma
frigeſcit. Corporali enim beatus Laurentius dum laborat incendio, hinc amore

C Christi succenditur,inde persecutoris flãma torquetur, sed diuinus saluatoris ardor materialem tyranni restinguit ardorem. Quam uis enim in fauillam membra soluã tur,fidei tamen fortitudo non soluitur. Corporis detrimentum sustinet sed lucrum salutis adquirit,Non enim fratres beatus Laurentius cita uel simplici passione peri/ mitur: Nam qui gladio percutitur,semel moritur,hic autem longa & multiplici pœ na cruciatur,ut mors differatur & non desit ad supplicium,& desit ad finem. Dicitur enim ab illo sæuissimo persecutore hæc illi constituta pœna,ut ardentium exposita mole carbonum insuper eum ferrea crate distentum lenta flãma consumeret, ut nõ tam inflãmando cito interimeret hominem,quàm diu exurendo torqueret,ita cum unum latus exustum persecutor cerneret, aliud latus ignibus obijceret exurendum.

Dan.3. Legimus Annaniã, Azariam & Misaël beatissimos pueros à rege in camino ignis inclusos,in pœnarum suarum deambulasse flãmis,& igneos globos pedibus coculcasse. Vnde & beatus Laurentius non minori est gloria præferendus. Siquidem illi in pœnarum suarum flãmis ambulant, hic in ipso supplicij sui igne discumbit. Illi uestigijs pedum conculcant incendia,hic laterum suorum deuotione restinguit. Illi inquam stantes in pœnis eleuatis manibus orabãt dominum,hic autem prostratus in sua pœna toto corpore deum deprecatur. Iterum ergo beatus Laurentius exustis lateribus,in dorsum supinus uertitur,& renes eius ignibus exuruntur, ut impleretur

Psa. 138. psalmi prophetia, quæ dicit ex persona Laurentij: Proba me domine & tenta me, ure renes meos & cor meum. Duplici se utiq; postulat igne comburi, nam si de uno & solo mundi igne loqueretur,sufficeret renes tantum exurendos incẽdijs obtulisse,

D cor aũt nisi Christi flãma non uret,sicut Amaus & Cleophas dixerũt: Nõne cor nostrum erat ardens in uia,cum aperiret nobis dominus scripturas? Atq; ideo ad cõ/ probandam deuotionem suam geminum sibi ignem postulat,ut luctamine habito ostẽdat in se plus posse amorem Christi cũ pœnam tyranni. Honoremus igitur fratres beatum Laurentium,qui dum fide sua persecutoris flãmas uicit,ostendit nobis per ignem fidei gehẽnæ incendia superare,& amore Christi diem iudicij nõ timere.

De natali sancti Cypriani. Sermo. LXXII.

SANCTI Cypriani festiuitatem sicut omnibus notum est hodie celebramus,& natali, sicut dicunt imminente uindemia natalem eius martyrij procuramus. Conueniũt igitur uota nostra & mũdi. Mundus uindemiarũm ubertate lætatur: nos sanctorum passione gaudemus. Quæ quidem passio uindemijs cõparanda est. Sicut enim uuarũ expressione uinum funditur,ita & sanctorũ martyrio uini uice sanguis effunditur,nisi quod uua temporales fructus præstat,passio sempiternos. Recte ergo martyriũ uindemijs cõparatur. Habet enim & ebrietatẽ suã, habet & calicem suũ, de quo dicit propheta Dauid,

Psal. 22. Et calix tuus inebrians cũ præclarus est. Et ipse dominus in passionis suæ exitu con/

Matth.26. stitutus ait: Pater si possibile est,transeat à me calix iste. Et iterum propheta,Calicẽ

Psal.115. salutaris accipiam,& nomen domini inuocabo. Recte inquam calix martyrio cõparatur, quia sicut calix cum bibitur, omnis humor noxius uini calore decoquitur: ita & martyrij poculũ cum hauritur, omnes peccatoris feces passionis gloria temperantur. Vinum ergo quoddam salutare martyrij est, quod cordi lætitiam præstat,

A calore fidei animæ puritatem. Vinum planè est spirituale de illa uua quæ pro salute omnium pependit in ligno. Sicut enim botrus redditurus uinũ prius in uinea quadam naturæ arte suspenditur: ita & Christus redditurus uinum spirituale martyrij in cruce quadam prouidẽtia diuinitatis aptatur. Ipse planè botrus quem duo explo Num.13. ratores illi,hoc est,Iesu Naue & Caleb filius Iephone in phalãga ad filios Israël pro prijs humeris detulerũt. Quod quidem factum iam tunc præfigurabat aduentum domini saluatoris. Nam botrus in phalanga suspensus,in cruce Christus appensus ostenditur. Duo autem in phalanga portantes uuam,duo populi demonstrantur, Christianus utiq; & Iudæus. Et sicut mos est portantium,unus præcedens,alter sub sequens: ita prior Iudæorum designatur populus, Christianorum secũdus. Et sicut antecedens quod portat non uidet,& retrorsum idem semper habens quadam dorsi auersione cõtemnit, qui autẽ sequitur, semper id oculis perspicit,semp custodit obtutibus, semper corporis uicinitate potitur: Ita ergo Iudæus & Christianus populꝰ. Iudæus enim prior est, Christum in lege portat,& retrorsum eum ponens quadam dorsi auersione cõtemnit, Vnde ait propheta: Obscurentur eorum oculi ne uideant Psal.68. & dorsum ipsorũ sẽper incurua. Christianus uero sequens populus,Christũ semper oculus aspicit, semper custodit obtutibus,& quadã graduum suorum uicinitate cõplectitur. Et quanto eum ille populus prauo itinere post se relinquit, tanto eum iste directo cursu festinat attingere.

Item de sancto Cypriano. Sermo. LXXIII.

B Hic sermo ascribitur Maximo episcopo Mediolanensi.

ANTE dies cum beatissimi martyris Cypriani celebraremus natalem, suauissime in eius festiuitate iocundati sumus, quia enim hoc uindemiarum in tempore passus est,tanq; & nos de uindemia dulces & uarios fructus ex eius passione collegimus. Impinguauit enim nos & refecit musto martyrij sui. Est enim mustum quod reficit & inebriat Christianum, sed ebrietas illa magis sobrium facit. Qui enim inebriatur cœlesti gratia,exobriatur sarcina peccatorum. Hoc nanq; musto repleti sancti apostoli,sicut ait scriptura, alienis Acto.2. linguis dei magnalia loquebantur. In quo facto pariter ebrij esse uidebantur & sobrij. Ebrij enim putabãtur, quod in ijs loquela præter naturam altera personabat. Sobrij erant,quod iuxta consuetudinem mentis deũ deuotione laudabant. Quod quidem nõ elatione aliqua aut impudentia contigit,ut uiri sancti peregrino sermone loquerentur,sed prouidentia diuinitatis factum est, ut quia,ad magnificandum deum una loquela non sufficit,per plures linguas mẽtis deuotio solueretur. Iocũdati enim sumus,quia de uinea domini sabaoth,sicut dicit propheta,domus Israël est, Esa.5. quæ domus nos sumus. Secundum fidem enim Israëlitæ nos sumus. Vnde dicit Gal.5. apostolus: Quia si ex fide sunt ij,filij sunt Abraæ. Quoniã igitur nos sumus Israël, uinea domini sumus. Videamus diligenter, ne ex palmite operis nostri non nascatur dulcedinis uua,sed fellis,ne dicatur nobis quod iudæis dictum est per prophetã, Sustinui ut faceret uuam,fecit autem spinas,& non iusticiam,sed clamorem. Quàm Esa.9. dura conditio ut possessio quæ domino suo suauitatis fructus afferre debuit,spinarum illum asperitate compunxerit. Hoc est, cum Iudæi saluatorem debuerint tota fidei deuotione suscipere,spinarum eum coronauerunt passione. Quæ corona qui/

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dem quãtum in Iudæis est, erat iniuriarum contumelia, quãtum in domino, erat
corona uirtutum. Conpungunt ergo iudæi dominum dum coronant, conpungũt
Ioan.19. dum crucifigunt. Vnde ait scriptura sancta: Videbunt in quem cõpũxerunt. Igitur
fratres uidete ne & nobis dicatur: Sustinui ut faceret uuam, fecit autem spinas: Hoc
est, ne spinas quas domino Iudæi cruentis imposuerũt manibus, nos iniquis sensi-
bus apponamus, & compungamus eum non asperitate sentium, sed operum pra-
uitate. Sunt enim spinæ cordis quæ uerbum dei etiam uulnerare consueuerunt, de
Matth.15. quibus meminit in euangelio saluator, dicens seminantis semẽ cecidisse inter spinas
& creuisse eas, ac suffocasse quod satum est. Quæ autem spinæ sint, ipse prosequi-
tur dicens uticq; sollicitudines esse mundanas, quæ cum crescunt in corde hominis,
mandata in eo saluatoris suffocant. Quis enim unquàm sollicitus de mũdo, potuit
bene sollicitus esse de Christo? Quis dum lucris domus suæ prouidet, utilitatibus
1.Co in.7. ecclesiæ potuit prouidere? Vnde ait apostolus: Qui sine uxore est, sollicitus est quæ
sunt domini, quomodo placeat deo, qui autẽ cũ uxore est, sollicitus est quæ sunt mũ
di, quomodo placeat uxori. Ergo fratres uidete ne uinea uestra nõ uuas, sed spinas
faciat, ne uindemia uestra nõ uinũ afferat, sed acetũ. Quisquis emẽ uindẽiã legit &
pauperibus nõ largitur, ille acetũ colligit, nõ uinũ. Quisquis messes recondit & indi-
gẽtibus nõ ministrat, iste nõ alimoniæ fructus reposuit, sed tribulos auariciæ cõgre
Gene.3. gauit. Nã ꝓpterea ait scriptura de terra uestra. Spinas & tribulos germinabit tibi.

De natali martyrum. Sermo LXXIIII.

D IGNVM & congruum est fratres, ut post lætitiam paschæ quam in ec-
clesia celebrauimus, gaudia nostra cum sanctis martyribus cõferamus,
& ijs annunciemus dominicæ resurrectionis gloriam, qui cõsortes sunt
dominicæ passionis. Qui enim socij sunt contumeliæ, debent & partici-
2.Co.1. pes esse lætitiæ Ita enim dicit beatus Apostolus: Sicut socij passionum estis & resur
2.Tim.2. rectionis eritis: si tolerabimus inquit & conregnabimus. Qui ergo tolerauerũt ma-
la propter Christum, debent & gloriam habere cum Christo. Annunciemus inquã
sanctis martyribus dominicæ paschæ gratiam, ut dum sepulturæ illius prædicamus
reserata clãustra, & horum sepulcra referentur: Dum corpus illius mortuum dicimus
tepentibus uenis subito uiguisse, horum quoq; membra iam frigida immortalitatis
calore foueantur. Eadem enim ratio martyrem suscitat quæ & dominum suscitauit.
Nam sicut uiam passionis eius experti sunt: ita experientur & uitæ. Scriptum est
enim in psalmo Notas mihi fecisti uias uitæ. Hoc utiq; in resurrectione ex persona
Psal.15. dicitur saluatoris, qui dum post mortem ab inferis redit ad superos, incipiat notam
habere uiam uitæ quæ ante habebatur ignota. Ignota enim erat ante Christũ uia
uitæ, quæ nullius ad huc resurgentis fuerat temerata uestigio. At ubi dominus resur
rexit, nota facta solo attrita est plurimorũ. De quibus sanctus euangelista ait. Mul-
torum corpora sanctorum surrexerũt cum eo, & introierunt in sanctam ciuitatem.
Matt.27. Vnde cum dominus in resurrectione sua dixerit. Notas mihi fecisti uias uitæ, pos-
sumus & nos iam dicere domino: Notas fecisti nobis uias uitæ. Ipse enim nobis
notas fecit uias uitæ, qui nobis semitam manifestauit ad uitam. Notas enim mihi
fecit uias uitæ, cum me docuit fidem, misericordiam, iusticiam, castitatem. His enim
peruenitur itineribus ad salutem, & licet nos in resolutione corporis mortis umbra

circundet,

A circundet, tamen gressus suos uita non deserit, sed inter ipsas medias inferni leges
incunctanter Christi uirtutibus ambulamus. Vnde ait sanctus propheta: Nam & si Psal.22.
ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Quod manifestius dominus ait de fideli dicens. Qui autẽ credit in me, non morie- Ioan.11.
tur. Et licet moriatur, uiuet. Ergo fratres cum sanctis martyribus paschæ domini
gloriam conferamus. Conferamus inquam, & licet melius nouerint omnia, tamẽ
nos illis prædicemus quemadmodum de sepulcri grẽmio resurrexit ad superos. Illi
nobis reuelent quo pacto de inferni profundo remeauerit ad sepulcrum. Notum in
quam nobis faciant quemadmodũ in exanime iam corpus & frigidum sese calor in
sinuauerit, spiritus ingesserit, sanguis infuderit, & gelatas humore uenas pristini ui-
goris pulsus agitauerit. Notum inquam nobis faciant quemadmodum organum
corporis dissipatum in priorem statum neruorum rursus coaptauerit resoluta cõpa
go, & harmoniam uiscerum iam silentem in ueterem concentum spiritus uiuificans
animauerit. Sacerdotes ergo prædicent quæ saluator post resurrectionem mirabi-
lia gessit ad superos, martyres reuelent quanta in ipsa morte refrigeria operatus sit
in defunctos.

In natali sanctorum Canti, Cantiani & Cantianillæ, Sermo LXXV.

B ODIE beatissimorum Canti, Cantiani & Cantianillæ natalis est, quã
bene & iocunde tres martyres uno penè uocabulo nuncupantur. Nec
mirum si similes sunt nomine, qui sunt similes passione: Si una est illis
apud homines appellatio, quibus apud deum est una uocatio. Vniter
enim uocati sunt à domino, nõ interposito tẽpore aliter & aliter passi, sed omnes eo
dem ictu pariter martyrium pertulerũt Quod quidẽ illis parẽtiua quadam à Chri-
sto affectione concessum est, ut congruerent meritis qui uocabulis concordabant, &
qui erant consanguinitate fratres, fierent etiam sanctitate germani, & quorum mẽ-
bra unius corporis substãtia uegetabat, eorũ animas eiusdẽ fidei confessio corona-
ret. Refert autẽ de beatis supradictis historia, quod tempore passionis cum eos per
secutor inquireret, ascenso uehiculo iunctis mulabus eos secedere uoluisse, & cum
non longe ab urbis mœnibus iter agerent, unum animal de subiunctis subito cor-
ruisse, atq; ita illos à persecutoribus comprehensos tentos ad pœnam. Quod factũ
quàm gloriosum sit, & à diuinitate dispositum, debemus aduertere. Semper enim
deus quos eligit, hos uictores subuectione sublimiin aulam regni cœlestis inducit,
Nam sicut Helias curru applicito quasi ascendit ad cœlum: ita & isti uehiculo ad- 4.Re.2.
moto ad martyrium peruenerunt, & quadriga sicut illum euexit ad requiem, ita hos
portauit ad gloriam. Et quãuis illa ignea quadriga fuerit, hæc tamen inferior non
habenda est, quia illa unum gestauit prophetam, hæc tres martyres sustentauit.
Sed dicit aliquis: Gloriosius est gestari quadriga ignea quã terrena. Nec hoc planè
defuit sanctis uiris. Nã sicut Heliam ignea quadriga portabat, ita & martyres fides
ignea iam ferebat. Ferebat inquam illos Christus, qui lumen est, qui ignis est, de
quo scriptum est Dominus noster ignis consumens est. Ergo cum beatos de qui- Deut.4.
bus loquimur persecutor urgeret, uehiculum conscenderunt. Qua causa? ut Heb.12.
fugerent? Absit. Non ut fugerent, sed ut ad martyrium citius peruenirent:

Universidad de Deusto
Biblioteca

C non ut latitarent, sed ut Christianos se cunctis transeuntibus manifestius appro-
barent. Cæterum occultius inter plures in ciuitate latere potuerant, tutius per diuer
sa singuli fugæ præsidium commendare At uero ubi quis cōgregatione habita stra-
tis uehiculis apparatu dispositio per aggerem publicum egreditur, illic non fuga di-
cenda est, sed profectus est. Sancti enim uiri hoc facto uelut in triumphali curru
positi contestabantur dicentes: Ecce persecutor, ecce proficiscimur, ecce præcedimus,
quid residēs? quid moraris? Subsequere nostra uestigia. Nolumus enim uideri
inuiti ducti ad pœnam, qui præcedere nos profitemur ad gloriam.

De natali sanctorum martyrum. Sermo. LXXVI.

SI quantum me necesse est dicere, & uos oportet audire, tantum profe-
qui corporis mei posset infirmitas, profecto omnes excusati essemus
sed ego insinuando præceptum, uos exequendo mandatum Sed quo-
niam inbecillitate percellimur, quo minus quantum oportet dicere ua-
leamus, excuset nos mentis deuotio, quos non excusat prædicationis oratio: Hoc
est, & si à laudibus domini lingua cessamus, mirabilia tamen eius fidei operibus
approbemus, si non loquimur uerbis eius gloriam, factis exequamur eius gloriam,
Matth.5. quoniam dictis facta priora sunt Nam dominus in euangelio ita dicit: Qui fecerit
sic, & docuerit sic, magnus uocabitur in regno cœlorum. Audis ergo quoniam præ
cedit factum, subsequitur doctrina. Siquidem bene facere prima doctrina est.
D Cessantibus enim uerbis hoc ipsum docet hominem opus optimum, dum uidetur,
quod & si uoce aures non excitet, uirtute corda tamen compungat. Quis enim bo-
num factum uidens non gaudeat, miretur, imitetur, ac ueluti tacito magistro utēs
eius exemplo doceatur? Dictis igitur facta præcedunt, Imò sine factis dicta nihil
prosunt. Nam ideo & dominus fieri uoluit sic doceri, ne sine bono opere, uerborū
inutilis esset & superstitiosa iactatio. Melius ergo docemur facto q̄ uoce. Deniq;
sancti martyres etsi uoce tacent, factorum uirtute nos edocent, etsi lingua silent,
martyrij passione persuadēt. Vnde quamuis disertus orator facūdia sua me doceat,
id tamen quod utile est mihi, melius disco exemplo sanctorum q̄ assertione uerbo-
rum. Citius mihi persuadent oculi quod cernunt, q̄ auris potest insinuare quod præ
terit. Auditui enim cito irrepit obliuio: Oculorum autem historia semper inspicitur
Quis enim nō omnibus horis momentisq; conspiciat quemadmodum tunc beati
martyres propter nōmē Christi diuersis subiacuere supplicijs, & de ipsis pœnis quo-
dammodo triumphabant? Quanto enim plura patiebantur, tanto se uictoriosiores
mos credebant. Victoria enim est martyris, Iudicium persequentis, sicut scriptum
Psal.50. est, Et uincas cum iudicaris. Cum iudicatur enim martyr & condemnatur, tunc uin-
cit atq; prosternit. Tali enim iudicio non est addictus ad mortem, sed absolutus ad
requiem. Ac per hoc, manifestissima ratione uicisse est nō perisse. Constat igit̄ san
ctos martyres plus passione docere q̄ uoce, quā q̄ ipsamet passio sine uoce nō sit.
Apoc.6. Legimus ēm animas eorū de sub ara dei clamare uel dicere. Quousq; sanctus & ue-
rus nō uindicas sanguinē nostrū? Nā & deus dicit de sanguine Abel ad Cain: Vox
Gene.4. sāguinis tui clamat. Clamare igit̄ dicit̄ sanguis q innocēs effus⁹ est, nō tā uoce, q̄ cau-
sa

A sa. Sic & sanctorum martyrum animæ clamant, dum fidem atq; innocentiam suā
sensibus nostris ipsa passione commendant.

De natali sanctorum Octauij, Aduenticij & Solutoris Tauricorum. Sermo. LXXVII.

QVM omnium sanctorum martyrum fratres deuotissime natalem cele-
brare debemus, tum præcipue eorum solennitas tota nobis ueneratiōe
curanda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderūt
Nā licet uniuersi sancti ubiq; sint & omnibus prosint, specialiter illi tñ
pro nobis interueniunt qui & supplicia pertulere pro nobis, Martyr enim cum pati
tur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmium, ciuibus
ad exemplum. Sibi patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum
didicimus Christo credere, didicimus contumelijs uitam æternam quærere, mortem
didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, in quo alter tortus
est ut alius saluaretur: Alter carnificem pertulit ut Christum alter agnosceret, Alter
morti addictus est ut alius uita potiretur æterna, & ad postremum sanctus occisus
est ut peccator euaderet. Beati igitur martyres nec sibi uixerūt, nec sibi sunt mortui.
Exemplum enim nobis reliquerunt bene uiuendo conuersationis, tolerādo fortiter
passionis. Nam ideo dominus per totum mundum diuersis in locis pati martyres
uoluit, ut tanq; idonei testes nos præsenti quodam fidei exemplo suæ confessionis
B urgerent, ut humana fragilitas quæ prædicationis dominicæ aditu longiore uix cre-
dit, uel præsenti oculorum testimonio martyrio crederet beatorum. Cuncti igitur
martyres deuotissime percolendi sunt, sed specialiter ij uenerandi sunt à nobis, quo-
rum reliquias possidemus. Illi enim nos orationibus adiuuant, isti etiam adiuuant
passione. Cum his autem nobis familiaritas est Semper enim nobiscum sunt, nobi
scum morantur, hoc est, & in corpore nos uiuentes custodiunt, & de corpore recedē-
tes excipiunt. Hic ne peccatorum nos labes assumat, ibi ne inferni horror inuadat.
Nam ideo hoc à maioribus prouisum est ut sanctorum ossibus nostra corpora so-
ciemus, ut dum illos tartarus meruit, nos pœna nō tangat: dum illis Christus illumi
nat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes
euadimus inferi tenebras eorum proprijs meritis attamen consocij sanctitate. Ait
enim dominus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā, Matth.16.
& portæ inferi non præualebunt ei. Si ergo apostolo & martyri petro inferni por-
ta non præualet, quisquis sociatur martyri, tartaro non tenetur. Martyres enim in-
ferni porta nō possidet, quōniam eos pāradisi regna suscipiunt. Nam uidemus eos
utiq; iam regnare. Cernimus enim ab ijs frequenter obsessos immundissimis dæ-
monibus homines liberari, ita ut cœlesti medicina & captiua anima de diaboli la-
queis eruatur, & ipse diabol⁹ uinculis igneis alligatus producatur de sua captiuitate
captiuus, ut qui prædam paulo ante ceperat, ipse subdatur in prædam. Hæc & alia
potiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est. Et ideo fratres ueneremur
eos in seculo, quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossibus pa-
rentum nostrorum iungimur: ita & eis fidei imitatione iungamur. In nullo enim ab
ipsis separari poterimus, si sociemur illis tam religione q̄ corpore.

De eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

C De eo quod propheta ait ad filios Israël. Caupones uestri miscent aquam uino. Sermo. LXXVIII.

NON incommode ante dies paucos prosecuti summas functionem hanc sacerdotalem uicem quandam negocij retinere,& quæstum esse nō mo dicum hoc clericatus officium. Est quæstus planè non modicus,ubi lucrum non pecuniarum,sed adquiritur animarum. Est magna negociatio,ubi redemptio hominis constat, non annunciatione precij, sed annunciatione præcepti. Præceptum enim Christi talentum quoddam est pretiosum, quo salus comparatur,quo uita redimitur,& magna est redemptio,cū & precium datur,& pecunia non uidetur. Talentum ergo magnum præceptum est saluatoris,quod cōmodati uice apud idoneos proficere potest,apud negligentes nō potest deperire. Alijs enim cum multiplici gratia restituitur,ab alijs cum pœnarū usura deposcitur. Christus enim talentum quod cōmendat, necesse est ut requirat,& soluenti gratiam referat,non soluentem subdat iniurijs. Subdit planè iniurijs more mūdi, ut debitor qui redhibitione substantiæ satisfacere non potest, satisfaciat uel corporis ultione. Hoc ergo talētū fratres nos prædicatione nostra uestris pectoribus commendamus, ut lucrum aliquod salutis uestræ domino designemus. Rationē daturi sumus,qualiter aut prædicatio nostra proficiat,aut obēdientia uestra fructificet. Non enim sine causa euangelium annunciat,apostolus clamat,sacerdotes loquuntur:in cuiuscunq; aures uox sancta peruenerit, aut beatus erit deuotione, aut reus de contestatione. Loquimur enim beatitudinem credentibus,cōtestamur iudicium criminosis. Mercimonium igitur est administratio sacerdotum. Vnde & propheta dicit ad filios Israël: Caupones uestri miscent aquam uino. Nō enim de ijs cauponibus Esaias sanctus loquitur qui publicis ministerijs seruientes, meram uini speciē fraudulēta aquæ colluuione permiscent. Nec enim hoc ad beatum uirum more iudicis seculi pertinere poterat, cum corruptis tabernarū uasculis minus ebrioso potu populus uteretur, sed de illis utiq; cauponibus loquitur qui præsunt ecclesijs non tabernis, qui sitientibus populis non cōcupiscentiæ calicē porrigūt,sed uirtutis: non ebrietatis ministrāt poculum,sed poculum saluatoris. Istos ergo caupones propheta arguit & obiurgat, & queritur eos uino aquæ speciem permiscere. Hoc increpat in eis, cum functionum diuinarum essent præsules, sectatores rerum facti sunt humanarum, sicut ipse ait propheta: Sectamini unusquisq; domū suam. Quisquis enim sacerdos relicto pōtificatus officio,mundi oblectatiōibus delectatur,hic aquā uino permiscet,hoc est,rebus sanctis & feruidis inserit res uiles & frigidas. Sed & sic possumus accipere,quod ijdem Iudæorum sacerdotes aquā uino miscuerint, cum dominum saluatorem non sicut deū susciperent,sed sicut hominem iudicarent, & synceræ ac meræ eius diuinitati turbidum quiddam ac sordidum inferre uoluerint dicētes ad eum Quia cum sis homo,facis teipsum deum. Et iterum, Nos ex prostitutione non sumus nati. Dum enim se ab adulterio prostitutionis excusant, illum in diuinitate natiuitatis suæ adulterare nitūtur. Sed adhuc diligētius uideamus quid sit quod ait, Permiscent aquā uino. Legimus uinum in ecclesia specialiter abundare, sicut in euangelio dictum est: Vinum nouum in utres nouos esse condendum. Hoc est in nouos homines neophytos spiritussancti gratiam conferendam. Si igitur preciosa & spiritualis

Ioan.10. Ibidem.8. Luc.5.

A spiritualis uini gratia abundat in ecclesia, aqua uilis & fœtida nisi in synagoga est referenda. Fœtida enim synagogæ aqua est quæ baptismate suo peccata nō diluit,sed adquirit,quæ hominem non purificat proprio lauacro,sed polluit. Denique sicut in uini utribus ecclesia honoratur,ita & cum aquæ utre synagoga proijcitur, Nam illa Agar quæ typum synagogæ gestabat,de qua ad Abraam dicitur, Eijce ancillam & filium eius,utiq; cum ejiceretur, non cum uini sed cum utre aquæ de tabernaculis effugatur. Certe domus Abraæ erat diues,locuples, abundans, æramen non uinum, non oleum, non panem accepit, quæ sunt uitæ alimenta firmissima. Et recte uitæ synagoga alimenta nō accepit, quia uitam quæ est Christus ignorat, à qua sola æger protrahitur, languidus sustētatur. Conueniēs em̄ erat ut quæ uiuentis nō merebatur alimoniam,uel solatium morientis accipiet. Arguuntur enim sacerdotes Iudæorum,cur ecclesiastico uino pretioso,aquam synagogæ abiectam iam & reprobatam uoluerint permiscere. Aqua enim in ecclesia miscēri non solet,sed mutari, sicut dominus inuitatus ad nuptias hydrias plenas aqua non uino miscuit, sed mutauit in uinum,ne quid enim in sancto conuiuio uilitatis Iudaicæ resideret, maluit naturam uertere quàm adulterare substantiam.

Gene.21. Ioan.2.

De eo quod dominus dicit in euangelio,uulpes foueas habent. Sermo LXXIX.

B SI diligenter animaduertit euangelicum capitulum quod lectum est, uestra dilectio,sensus uestros id ipsum capitulū potuit penetrare. Cur dominus(sicut scriptura refert)cū ab altero interpellatus fuerit,ut eum quocunq; ijsset, causa religiosi seruitij sequeretur,alteri magis dixerit, Sequere me,& illo spreto atq; despecto alium potius tacentem nec opinantemq; delegerit. Et cum utiq; acceptius uoluntarium obsequium esse soleat quàm coactum & seruitium plus placeat non quod imperio exigitur, sed quod sponte defertur, cur ergo iste respuitur,cur uelut indignus etiam recusatur? Ait enim ad eum dominus, Vulpes foueas habent,& uolucres cœli nidos, filius hominis non habet ubi caput reclinet. Primum itaq; hoc considerare debemus, quod non est acceptor dominus personarum. Est enim æquus iudex & iustus,sed pro qualitate horum rependat dilectionis affectum, & eum eligat non qui uerbis prōptus, deuotionis piger, sed qui fuerit lingua tacitus,mente deuotus,de quo dicit propheta, Tacitum te faciens sapiens uideberis. De illo autem qui petulanter loquitur, refert scriptura, Non omnis qui dicit mihi domine domine,intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit uoluntatem meam. Hinc ergo discimus quod ad dominū non tam ore quàm corde clamandum est. Igitur saluator noster qui cogitationes hominum sensusq; prouideat,audiens quidem uocis obsequiū,mentis autem uersatiam recognoscens,tali illum animali comparat,quod aliud uoce indicet,aliud moribus operetur. Vulpes latratu canis resonat,dolo rapinam fraudis exercet. Tacentem ergo nec opinantem assumit. Tacebat quidem lingua,sed spiritu loquebatur. Intelligimus enim quàm deuotus fuerit,qui sicut ipse asseruit,patrem reliquit mortuum, ut uitæ dominum reperiret. Ait enim, Permitte mihi prius ire & sepelire patrem meum. Mortuum ergo illum reliquerat quem ut reuertens sepeliret exorat. Non eum dolor retinuerat, non mors retardauerat,quia festinabat ad uitam. Necdum morientis clauserat oculos,necdū rigentia

Matth.8. Luce.9. Prouerb.17. Matth.7. Luce.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C rigentia membra condiderat,statim ut comperit aduenisse dominũ,oblitus pater-
næ pietatis, affectũ maiorẽ pietate credidit plus Christũ diligere quàm parentem.
Psal.44 Legerat enim fortasse prophetică lectionem quæ dicit: Obliuiscere populũ tuũ &
domum patris tui. Propterea oblitus est patrem, dum memor est in saluatorem.
Matt.10. Audierat enim euangelium domini: Qui plus dilexerit patrem aut matrem, non
est me dignus. Ita cũ Tobias iustificetur cur sepulturæ causa prædium dereliquerit,
hic probatur cum causa patris reliquerit sepulturam Ille enim nõ ueretur ne interue
niente ei ere terreni prandij epulas prætermitteret, hic metuit, ne interueniente mo
ra refectionem panis cœlestis amittat. Vnde cum Christi contemplatione sepulturã
omnibus debeamus,hic amore Christi patris deseruit sepulturã. Discutiamus itaq;
primo illius interpellationem responsionemq; domini saluatoris. Ait enim ille, Se-
Luce.9. quar te quocunq; ieris. Prompta quidem,sed superba respõsio. Iturus enim ad pas
sionem erat dominus,descensurus ad inferos,ascensurus ad cœlum,nunquid in om
nibus illum potest fragilitas humana comitari? Stulta magis est ista præsumptio,
q̃ religiosa confessio. Siquidem & Petro Apostolo dicitur à dominõ,cum existima
Ioan.13. ret se sequi per omnia saluatorem,Quò uado nõ potes me modi sequi. Et cum per-
tinaciter insisteret,ac se ab eo nec morte diceret separandum,tanq; iactantiæ condẽ
natus audit quod esset dominum tertio negaturus. Ita qui promittebat à confes-
sione Christi nec morte diuelli, ab eius societate interrogatione ancillulæ separatur:
& nisi modum quendam statuens,tertio eum dixisset dominum negaturum,forsitã
sæpius interrogatus, frequentius denegasset Quid ergo respondetur illi petulanti?
D Vulpes foueas habent,& uolucres cœli nidos, & filius hominis nõ habet ubi caput
reclinet. Videte cui rei subtiliter comparetur. Est enim hoc genus animalis fallax &
insidijs sẽper intentum,rapina fraudes exercens,quod nihil tutum,nihil ociosum,ni-
hil patitur esse securum, quod inter ipsa quoq; hominum domicilia prædam re-
quirat. Quam comparationem nõ solum propter illum scriptam puto, sed propter
plerosq; etiam Christianos, qui ore quidem dominum confitentur,moribus autem
uulpium fallacia diuersantur. Omnis enim Christianus qui sua uult peccata celare,
hic spiritualiter uulpes est. Sicut uulpes propter fraudes suas latibulis demoratur,
ita & peccator tacẽs propter conscientiam suam peccatorum foueis delitescit. Et sicut
illa non audet inter medias hominum turbas morum suorum ostendere fallaciam,
ita & hic erubescit in media ecclesia conuersationis suæ nequitiam confiteri. Vulpem
planè dixerim omnem Christianum qui suo insidiatur uicino, qui quotidie nititur
fines alienos arrodere, fructus inuadere, animalia deuorare, & quod est familiare
huic tempori,non iam uulpium more pullos, sed luporum more rapere porcos,qui
dum suo labore possit se iuuare, ferarum rabie prædam captat alienam. Hæreticos
etiam omnes arbitror uulpibus comparandos, qui cum in domo domini habitare
non possint,conuenticula sibi quædam uelut foueas præparãt tenebrosas,in quibus
pertinaciter latentes insidiantur ecclesiæ, ut si qua innocens anima forte præcesserit
uelut pullum gallinæ matris absorbeant. Insidiãtur inquam uulpes ecclesiæ, hoc
Matt.23. est hæretici euangelicæ illi gallinæ,de qua ait dominus Quotiens uolui congregare
filios tuos sicut gallina colligit pullos suos sub alas suas: sed ipsa sicut Samson ardẽ
tes faces uulpibus religauit.

Increpatio

Increpatio ad plebem, & de eo quod ait dominus: Qui habet dabitur ei, & cantauimus uobis,& non saltastis. Sermo. LXXX

FREQVENTER studueram apud meipsum fratres subtrahere uobis do
minicæ prædicationis eloquia ac non elargiri sæpius sermonum cœlesti-
um sacramenta. Siquidem nihil prosit offerre pabula recusanti, & potum
porrigere minime sitienti,cum id quod offeras non tam libenter hauriat, quàm fa-
stidiose uelut turbulentum reddat,atq; ita fit,ut & poculi syncritas uicietur & cau-
sas delicti fastidiosus peccator inueniat. Sic ergo & charitati uestræ ingerẽs domi-
nici poculi prædicationem forte superfluum est,cum id anima uestra clausis uisceri
bus,non tam sitienter hauriat quàm dissimulanter infundat. Fundit enim manda-
tum domini qui illud aure sua percipit,corde non continet. In superficie enim qua-
dam corporis illud gestans ac minime ad interiora transmittens quod audiuit,dũ
obliuiscitur,seriem prædicationis effundit,& ita domum uacuus repetat, qui de ec-
clesia onustus exierat. Dicite enim mihi,quis de uobis cũ ad hospitium redierit di-
cit,hodie audiuimus episcopum de eleemosynis disputantem,rem utilem prædica
uit,debemus pauperibus misereri. Prosecutus etiam est de idolorum execrãda cul-
tura, requiramus ne ignorantibus nobis in possessione nostra sit idolum. Admo-
nuit etiam festinare debere catechumenum ad gratiã fidei,offeramus familiolæ no
stræ ut fidem quisquis est fidelis accipiat,ne forte ratio salutis eorũ quæratur à no-
bis,quia uita eorum nostro pendet arbitrio. Nemo de dei rebus cogitat, nemo de
B die iudicij loquitur,quasi aut per omnia uicturi,aut per omnia morituri. Mihi credi-
te,ita uiuimus in hoc seculo ut corpore moriamur, ita morimur ut rationi reddẽdæ
uiuamus. Moritur interim homo,sed actuum causa non moritur,uiuente aũt causa
necesse est ut causæ suæ persona non desit,sicut ait propheta, Ecce homo & opera e
ius. Volueram ergo subtrahere uobis dominicæ prædicationis eloquia, non q; ira-
tus hoc facerem,sed ut euangelicam sententiam custodirem. Ait em̃ dominus: Qui
habet dabitur ei,& qui non habet,id quod habet auferetur ab eo. Habenti ergo da
ri iussit,& non habenti non solum non dari,sed & id quod habet auferri. Quæ sen-
tentia superflua uobis forsitan uidetur,ego autem dico,recte ac sapiẽter dominum
præcepisse. Habenti,ergo iubetur dari, meretur planè accipere qui ita laborauit ut
propria solicitudine animæ suæ diuitias spirituales adquireret: utputa quis continẽ-
tiæ forti proposito cœpit castimoniæ custodire uirtutem,meretur audire quæ casti-
tatis remuneratio sit futura,ut ad uirtutis obseruantiã audiens remunerationis glo
ria facilius possit pugnam quam cœpit atterere. Alius ad misericordiam promptus
debet audire quia ipsi miserebitur deus, & qui hanc terrenam substantiam cœlesti-
bus diuitijs repẽsauit,necesse est ut auscultans uicissitudinem cœlestium præmiorũ
promptior ac libentior opus domini prosequatur & ad misericordiæ quod habet
bonum,largitatis addat augmentum, ideo ait dominus: Qui habet dabitur ei,hoc
est,qui dives fuerit bonis operibus,hic magis euangelica prædicatione ditetur. Cæ-
terum si fornicatori prædices,& dicas q; uirgo debeat permanere, & auaro q; omnia
sua distrahere debeat atq; donare,stultitia illi est. Hãc aũt prædicationem ridiculã
putat, sicut ait Apostolus: Animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus,
stultitia enim est illi. Tale enim est ijs prædicare quod perfectum est, quale si mendi
cum pannis obrutum holoserica uelis induere,& esurientem rusticum placento de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C lectare,neceſſe eſt ut ab utroq; recuſetur oblatio. Illi enim diſplicet holoſerica qui neceſſaria magis frigori ueſtimenta deſiderat,huic placẽtum amarum, dum eſcam magis ſaturatis exquirit. Iſtis ergo perſonis auferenda potius ſunt quæ ſua ſunt,ſi cut ait euangelium,etiam id quod habet auferetur ab eo,hoc eſt,cogendus fornicator pannos ſuæ corruptionis abijcere,compellendus auarus eſt panẽ ſuæ cupiditatis exponere. Vereor autẽ fratres ne hæc euangelica lectio pleriſq; de uobis congruat,quæ ait,Cantauimus uobis & non ſaltaſtis,lamentauimus & non ploraſtis. Annunciauimus ergo uobis regni cœleſtis gaudium,& minime corda ueſtra motu quodam alacritatis exultãt. Prædicamus triſte iudicium, & ſenſus ueſtri ad pœnitentiã in lachrymas nõ prorumpũt. Infidelitatis enim genus eſt,in diuinis rebus,nec gaudere proſperis,nec flere contrarijs. Saltationem erg; à nobis requirit dominus,non utiq; ſinuoſi uolubilitatẽ corporis,ſed extollentis ſe fidei ſanctitatẽ. Sicut em̃ qui corporaliter ſaltat,nunc aëre ſuſpenditur,nunc ad altiora iactatur,nũc alternis ſaltibus loca diuerſa colluſtrat,ita & qui ſpiritualiter ſaltat interueniente fide, modo in aëris ſublimitatẽ erigitur, modo ad ſyderum altiora tollitur, modo diuerſis cogitationũ ſaltibus paradiſum cœlumq; colluſtrat. Et ſicut qui corporaliter ſaltat,uolubilitate membrorum ſe exercens gyrum ſibi ſaltationis adquirit, ita & qui ſpiritualiter ſaltat fidei alacritate ſemper mouens, gyrum ſibi totius orbis aſſumit. Solent autẽ homines ſicut mos eſt,in ſuis uotis,hoc eſt nuptijs præcipue ſaltare uel canere,unde & nos habemus uotiuas nuptias,in quibus ſaltare uel canere debeamus. Vota enim noſtra celebrantur, quãdo Chriſto eccleſia copulatur,ſicut ait Ioannes. Qui habet
D ſponſam,ſponſus eſt. Propter has ergo nuptias ſaltare nos conuenit. Siquidem David rex pariter & propheta dum multa cecinerit,ante arcam teſtamenti etiam ſaltaſſe dicatur. Elatus enim gaudio in ſaltationem prorupit. Præuidebat enim in ſpiritu Mariam de germine ſuo Chriſti thalamo ſociandam. Vnde ait, Et ipſe tanq; ſponſus procedens de thalamo ſuo. Ideo ipſe præ cæteris prophetiarum autoribus plus cantauit,quia lætior cunctis per hæc gaudia ſuos poſteros cõiugabat,& ad propria uota ſolito dulcius inuitans,docuit nos quid in ipſis nuptijs facere deberemus,cũ ille ante nuptias tanta exultatione ſaltauerit ante arcam. Ergo ſaltauit propheta Dauid ante arcam. Arcam autem quid niſi ſanctam Mariã dixerimus? Siquidem arca intrinſecus portabat teſtamenti tabulas, Maria autem ipſius teſtamenti geſtabat hæredem. Illa intra ſemet legem,hæc euangelium retinebat. Illa dei uocem habebat, hæc uerbum: uerumtamen arca intus foriſq; auri nitore radiabat,ſed & ſancta Maria intus foriſq; uirginitatis ſplendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro,iſte cœleſti.

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio: Hominis cuiuſdam diuitis uberes fructus ager attulit. Sermo LXXXI

DVPLEX EST TENTATIONVM ſpecies, aut enim tribulatio cor uexat humanum, & ſicut aurum in camino per patientiam probatur unuſquiſque & agnoſcitur, aut interdum etiam ipſa uitæ proſperitas ad tentationem cedit hominibus. Similis namque eiuſdem ignauiæ eſt, in aduerſis humilem ac miſerabilem fieri: & in proſperis inſolenter eſſerri. Exemplum planè quod nõ debemus animo deijci in aduerſis, habemus magnificum

A gnificum Iob indignari in triſtibus penitus neſcientem,qui omnem diaboli uiolentiam uelut torrentis cuiuſdam aduerſus ſe turbinem uenientem im̃obili corde & inconcuſſa mentis uiuacitate ſuſcipiens,tanto clarior ex tentationibus factus eſt, q; to difficiliora & periculoſiora ei ſunt ab inimico intentata certamina. Exempla uero eorũ q per ſecundos uitæ ſucceſſus proſperitateſq; tentantur, multa quidem habemus & alia,non minus tamen eius qui nunc de euangelio recitatus eſt,diuitis,qui alias quidem reconditas premebat diuitias, alias uana ſpe inaniter præſumebat, dum benignitas dei auiditatis eius intemperantiam non ſtatim ab initio nec continuo ut publicare cœperit punit. Quinimo & reconditas diuitias nouis nihilo minus & aduenticijs cumulat,ſi forte eum aliquando nimietate ipſa ſatiatum,ad ſenſum & intelligentiam humanitatis adduceret, animamq; per abundantiæ nimietatem ſuaderet aliquid de indigentibus cogitare. Sed uideamus quid de eo dicit ſermo diuinus. Hominis inquit cuiuſdam diuitis,fructus uberes ager attulit,& cogitabat intra ſemetipſum dicens: Quid faciam, Deſtruam horrea mea,& maiora ædificabo. Dicis fortaſſe cur ager hominis nihil boni operaturi, uberes attulit fructus? Vt magis magiſq; dei patientia noſceretur,dum ad huiuſmodi homines beneficia ſuæ benignitatis extendit. Pluit enim ſuper iuſtos & iniuſtos, & ſolem ſuum oriri iubet ſuper bonos & malos. Verũ talis iſta benignitas dei ſicut per nimiam patientiam facultatem conuerſionis & emendationis indulget, ita maiora & grauiora ſupplicia coaceruat ut conuertat ingratos. Largitus ergo eſt deus imbres uberes,agris hominis auari,ſolem præſtitit ad nutriendas ſegetes multiplicandaſq; fruges,
B ut aceruos diuitis augeret in omnibus moderata temperies. Igitur quæ à deo præbentur etiam ingratis iſta ſunt, terræ fœcunditas,aëris temperies,fructuum lætitia, & boum ſubſidia, & omnia quibus anni prouentus fœcundis ſucceſſibus adimpletur. Quæ uero ab homine procedunt,qualia quæſo ſint uideamus. Anguſtus animus & parum putans omne quod naſcitur, cuius abundantiæ deeſſe ſemper aliquid computans, tum deinde inhumanum propoſitum impartiendi cuiquam cauſam nullam idoneam putat. Vide beneficijs diuinis diues quàm ingratus exiſtit. Communis hominum naturæ non meminit,æquum non putat ſaltem ex ſuperfluis aliquid egentibus impertiri: ſcriptum non legit, nec recordatur præceptum eſſe, ut fides & miſericordia non deſerant ſe,& confringe eſurienti panem tuum,Et quæcumque uel à propheticis uel à cæteris doctoribus quotidie prædicantur, diues nec audit,nec uidet,nec intelligit. Si horrea qdẽ diruit & maiora reædificata fructibus largioribus replet,auaritia tamẽ diuitis cor & propoſitum non repletur: ſemper em̃ ſtudet cumulare noua ueteribus, & augmentis præſentibus ſuperare præterita, & dum cumulis ſemper creſcentibus ſolidos capit uincere numeros conditorum, ad iſtos inextricabiles cogitationum exitus deuolutus eſt, ut nec ueteribus cederet, nec ſufficeret nouellis. Propterea ergo caſſæ quidem cogitationes eius, ſollicitudo uero inutilis & inanis, Quid inquit faciam? Quis non talem miſeretur? Quis non infelicitatem eius doleat? Anguſtatur ex abundantia,conſtringitur & coartatur ex opulentia: Infelix in præſentibus bonis infelicior in futuris,& ut uideo,ager ei non tam reddidit largiores quàm gemitus attulit grauiores. Terra ei non fructuum copiam ſed curarum moleſtiam germinauit, ita ut curis ac mœroribus ſtimulatus,egẽtibus & eſurientibus ſimiles perferat cruciatus. Denique & egeni uox iſta eſt: Quid fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C iam unde cibus unde uestitus? Eadem conqueritur & diues, Quid faciam? ubi re-
condam? Iisdem cruciatibus pro sollicitudine facultatum quibus pauper pro æge-
state torquet. Vides diuitem nec opimis copijs posse lætari, sed mentem eius absu
mit ac soluit affluentia, dum nullo intellectu humanitatis admonitus sentire non
potest id sibi abundare quod alijs deest. Non enim apostolicis commonitionibus
accommodat aurem suam, ut discat ab eo abundantiæ suæ rationem cum dicit: Vt
uestra abūdantia fiat id est proficiat ad aliorum inopiam. Et quidem mihi uidetur
talis hæc passio animæ similis esse ijs qui tantum gulæ indulgent ut dirumpi magis
nimio cibo eligant quàm alicui indulgere reliquias. Sed recordare ò homo, quis est
qui largitus est tibi teipsum, quis sis, in memoriam reuoca. Seruus es dei, & dispensa
tio tibi commissa est dominicæ facultatis. Recordare ergo quis est qui tibi iniunxit
officium dispensandi familiam suam. Quid est quod multis prælatus es? non est u
tique sine causa quod tibi à bono & iusto deo officium tribuitur largiēdi, alijs neces
sitas imponitur indigendi. Dispensatorē igitur conseruorum tuorum te ex domini
cis facultatibus esse cognosce. Nec existimes quod omnia uentri & delitijs tuis ter
ra producat, quæ in manibus habes, commissa tibi magis quàm concessa cognosce
Paruo tempore aliquantulum super ijs lætaris, & abuti eis uoluptuosius delectaris
cum uero hæc pariter cum uita nostra defluxerint, rationem dispensationis nostræ
uocamur domino reddituri. Hīc mihi te paulisper indulge ò qui es qui diuitiarum
dispensationem in hoc mundo sortitus es, & te in illo terribili dei iudicis tribunali
astante paululum quid uacans, si tamen uacare potes à diuitiarum sollicitudinibus
D intuere. Cum interrogari cœperis, commissas tibi opes, cum quibus egentibus diuisi
sti, quibus necessitatem patiētibus subuenisti, quos de carceribus, de uinculis, de gla
dio profusa pecunia liberasti, quibus pupillis pater, cui uiduæ uir castis prouisioni-
bus extitisti? pecunia mea fructus mei quid apud te operis, quid utilitatis habuere?
Tu ad hæc sine dubio respondebis, omnia simul composita ac recōdita claustris ua
lidissimis & signaculis tutissimis communiui, nulli quicquam tribui, quinimo & ad
custodienda ea uigilias meas addidi, curas impendi, sollicitudines tribui. Sed stulto
consiliario usus es temetipso, deliberans enim ait, Quid faciam? Consequens utiq;
erat, te de talibus liberum ante dicere. Aperiam horrea mea, & replebo esurientes a-
nimas pauperum, patefaciam quæ recondita sunt, & inuitabo indigentes ac releua-
bo afflictos, imitabor beatum Ioseph & humanitatis uoce proclamabo: Si quis
indiget panibus ueniat ad me, & gratiam quam dominus indulgentiori liberalita-
te mihi largitus est, communem cum omnibus faciam. Velut ex communibus ergo
fontibus hauriat unusquisque quod sufficit. Sed tu nihil tale non solum proloque-
ris, uerum nec cogitas quidem, quinimo hōminibus quidem diuina inuides benefi-
cia, tuā uero ipsius animam malignis consilijs affligis, & cogitas abūdātiā dei huma
nā facere penuriā. Aderāt qui animā repeterēt, q pignus huius uitæ reuocarent, & il
le adhuc ad animā de opulentia loquebat, hāc nocte auferēdæ à se animæ dicebat:
Anima habes bona multa in annos multos, manduca, bibe, & epulare. Sed ui-
de dispensationem iusti iudicij dei, indulget ei prodere ac proferre omnia consilia
sua, publicare sententiam suam, ut & ipse dignā tali mente ac uoto, condemnatio-
nis sentētiā ferat. Qđ utiq; ppterea scriptū est, nō tantū ut quid ille passus sit nosce-
remus, sed quō nos effugere debeamus ne similiter cōdēnemur. Qđ si difficile tibi

putas

A putas ò homo magnificentiam diuinæ largitionis imitari, imitare terram: si leua-
re sursum oculos non potes, saltem ea quæ deorsum sunt & in pedibus tuis intuere.
Affer tu fructum sicut terra, noli esse deterior insensibili elemento. Illa enim fructus
quos affert, non suis usibus uendicat, sed tuis ministrat obsequijs. Tu uero fructus
illius solus inuadis, & tibi soli concludis, Quod si tantū auiditatis te morbus astrin-
git, ut tua uelis facere omnia, accipe & ad hoc salutare remedium. Beneficium largiē
tis præbenti magis permanet quàm suscipienti. Nam misericordia quidem ad indi-
gentem peruenit, gratia autem multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Esurienti
dedisti panem, ille quidem pastus est & refectus, sed ad te redit quod dedisti cum
fructibus & usuris. Quod si difficile putas, considera frumētum quod seminatur in
terra, si non ad seminantis potiūs cp; ad suscipientis lucra cedit: ita etiam dum cibus
tribuitur indigentibus, cum multo fœnore diuinæ gratiæ restituetur in posterum.
Sit ergo tibi finis agriculturæ huius, initium cœlestium sationum. Seminate enim in
quit uobis ad iusticiam. Quid ergo afflictaris, quid temetipsum excrucias luto & la-
teribus concludens humanæ uitæ subsidia? Scriptum non legis: Melius est nomē Prouerb. 22.
bonum super diuitias multas? Si ergo & tu gloriam ex diuitijs quæris, cognosce
quia melius est mille filiorum quos per misericordiam filios adquisieris patrem uo-
cari, quàm mille aureorum dominum dici. Facultates nanq; relinquentur hic, etiam
si nolumus, bonorum uero operum conscientia nobiscum pariter pergit ad deum. Et
considera quanta tibi tum erit gloria, cum te omnis ille populus qui ex promptu-
arijs tuis pastus est & refectus, pro tribunali magni illius & iustissimi iudicis cater-
B ua constipante circundabit, pastorem te suum, ac tutorem pium & misericordem
patrē omni gratiarū uoce testabitur Quod si magistratus in theatris mimis & athle
tis & gladiatoribus, alijsq; huiusmodi generibus hominum totū penè patrimoniū
suum largitur ac prodigit, ut unius horæ fauorem uulgi adquirat, nihil sibi ulterius
profuturū, Tu dubitas & cūctaris munificus esse in huiusmodi largitionibus, in qui
bus iudex residet deus, fauentium & acclamantium uulgus est angeli Vbi omnes
qui à seculo fuerunt sancti, laudatores & prædicatores tui sunt, ubi laus & fauor nō
simul cum die cessat, sed cum seculis permanet: Vbi corona tibi nō auri, sed iusticiæ
dabitur: Vbi non honores unius urbis, sed cœlorum regna mereberis? Et hæc oīa
conquiruntur per misericordias pauperum, per dispensationes indigentium, in qui-
bus cibi corruptibilis precio incorruptibilem regni cœlorum gloriam æternāq; mer
caris. Veni ergo si uidetur, si horum quæ dicimus apud te fides uera est, & diuitias
nostras consulte & utiliter disponamus, præparemus noua & prædarissima mūera,
ædamus primam candidam in uestitu & indumentis nudorum, secundam uero nō
minus nobilem, fessas & pereuntes famē animas reparemus, tertiam nihilominus
æditionem famosissimam præparemus, circuncamus urbem, & requiramus eos qui
ne ad misericordiam quidem poscendam per debilitatem uenire potuerunt, præste-
mus sumptum, quæcunq; sunt necessaria largiamur: nec te pigeat uisitare ægrum,
requirere dinicum. Memento quoniam & nos cum decumberemus in grabato no-
stro, cum essemus debiles, & non possemus ipsi per nos ire ad dominum, deus ipse
uenit ad nos. Misit enim filium in similitudine carnis peccati, qui nobis attulit cibum
seipsum, ipse enim panis uitæ qui de cœlo descendit, & uitā dat huic mundo. Et quo
ore quæso, qua impudentia panem de cœlo accipientes, nos panem de terra non

Universidad de Deusto
Biblioteca

C damus fratribus? Quod si adhuc nobis sufficit copia patrimonij, ædamus etiam illam nouissimam, sed non minus fauorabilem æditionem. Eamus ad carceres, requiramus uinctos, humanis miserijs & angoribus cõdoleamus. In his enim omnibus
Matth. 25. uenietur tamẽ abs te per opera misericordiæ. Ipse enim dixit: Quia esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui & potastis me, nudus, & operuistis me. Vides qualia munera præparat sermo diuinus. Ibi histriones accipiunt & gladiatores, & perit omne quod perditis datur, hic in istis esurientibus ac sitientibus & nudis, ægris ac uinctis, Christus se suscipere profitetur. Quid ergo agis ò diues? quid cogitas? quid deliberas? Christo esuriente, tu horrea, tua claudis: Imò non claudis, sed minora destruis & maiora reædificas? Christo indigente uestitu, tuæ uestes tineis consumuntur? Christo egente tu aurum quæris, aurum desideras, aurum fecõdis, omnia aurum uides, aurũ tibi uigilanti cogitatio est, & somnia dormienti? Sicut enim ij qui per insaniam mẽte trãslati sunt, nõ iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias uident: ita etiã mẽs auari auri semel uinculis cupiditatis astricta, semp aurũ semper argẽtũ uidet, semp reditus cõputat. Gratius aurum intuetur q̃ solem uidet. Ipsa eius oratio & supplicatio ad dominum aurum quærit, & uellet atq; optaret ut omnia ei in aurum cõuerterentur. Deniq;, quod potest, frumentum in aurum conuertere conatur, uinum in aurum mutat, lana ei aurum efficitur, omnes fructus eius, omne negocium, omne quod mouetur, in aurum uertitur. Interdum etiam usuræ arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis? Nec satietas unq̃ nec finis aderit cupiditati. Nã
D interdum pueris gulæ nimium deditis indulgemus desideratos cibos auidius sumere, ut nimietate ipsa satiati horrescant, & auertant se de reliquo ab huiuscemodi cupiditate. Auaricia tamen nihil tale patitur, sed quanto plus inuenerit, tanto amplius
Psal. 61. quærit. Sed quid dicit scriptura diuina? Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Tu uero fluentes diuitias obstruis & concludis, ut intra locos tuos stagnantes etiam irruptiones operentur. Inde deniq; est quod etiam horrea tua rumpunt & deijciunt, paternis non contentæ claustris, & auitos terminos excedentes. Sed quid dicis? Maiora inquit reædificabo. At hoc satis incertum est, quis tibi reædificandi tempus indulget? Velocius enim tu deijceris quàm illa erigantur. Verum ille diues habebat & malignæ cogitationis finem dignum & terminum competentem. Vos autem fratres si mihi auscultatis, referate aditus promptuariorum uestrorum, & largior diuitijs uestris atq; fluentior exitus procuretur quẽm dudum fuerat quæsitus ingressus: tanquam affluentissimus fluuius ad segetes rigandas multis deriuationibus trahitur per omnem terram misericordiæ affluentia. An nescitis quia puteorũ aqua si frequentius hauriatur, & salubrior efficitur & abundantior, quod si ociosa remanserit & immobilis, inutilior & corruptior fit, si moueatur & operetur, communem omnibus & utilem proferet fructum? Mete ergo uberes pecuniæ tuæ fructus, orationes dico pauperum, intercessionemq; sanctorum, qui pro te, officiorũ tuorum memores apud iustum iudicem deum dignis operum tuorum allegationibus postulent. Caueamus exemplum diuitis istius, qui dum præsentes diuitias cõcludit, & de futuris sollicitudinem gerit, diuitijs pariter abreptus & uita, protrahitur ad tribunal horrificum, in quo accusatrix quidem huius assistit ipsa illa quæ & totius uitæ eius comes extitit auaricia, defensor uero & intercessor nusquam ullus
apparet.

A apparet. Circunspectat nanq; sanctorum multitudinem, diuinis tribunalibus assistentem, & intentis ac sollicitis oculis circunlustrat, si quem forte uideat charum sibi ac familiarẽ in hac uita obsequio suo factum, nec usq; tamen ullum inuenit. Nullus est qui dicat: Domine dignus est cui ignoscas, dilexit enim gentem nostram & ecclesiam ipse ædificauit. Nullæ uiduæ quæ procedentes & flentes rogent petrũ, ostẽdentes uestimenta sua quæ eis largitus est diues. Nullus ergo miserebitur ei qui non est misertus. Scriptum est enim: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõ
Matth. 5. sequentur. Et iterum: Date & dabitur uobis. Et qua mensura mensi fueritis, eadem
Luc. 6. remetietur uobis. Sed ne hæc fortassis aduersus eum temere & immerito coacerua-
Ibidem. re uideamur, sermones ipsius percontemur, & uideamus cum ei fructus ager uberes attulisset, quid sentit. Facit saltẽ hoc quod utiq; etiam auaro facere cõpetebat: Orat deum & deprecatur ut fructus ad maturitatem sine læsione perueniant, ne grando uerberet, ne turbo uastet, ne procella subuertat? Solẽt enim & hæc frugibus sæpe iã maturis incidere. Nihil horum, sed destruere parat horrea, maiora ædificare. Et ipse quidem in corde suo loquitur, sed qui uidet in occulto, intra se loquentem audit in
Luce. 12. cœlis, propterea ei & inde respõsa redduntur. Quæ aũt sunt quæ loquitur? Anima inquit habes multa bona, manduca, bibe & epulare. Nõne si dici ita potest, mutiani malis uox ista est? Si enim porcinam animam habuisset, quid ei aliud quàm manducandi & bibendi bona nunciare debuerat? Nunc autem ita totus animalis hõ est, & totus carneus, ut animã suam carnalibus & corruptibilibus escis existimet esse
B pascendam, & ea quæ in secessum egeruntur animæ præparat ad utendum. Cuius utiq; natura talis est, ut uirtutibus alatur, ut uerbo dei saginetur, ut intellectibus pijs & religiosis disciplinis atq; exercitijs excolatur. Sed quid tale habes bonum? Hæc bona ad animam defer. Verum tibi quoniam deus uẽter est, & totus seruus es carnis, audi dignam appellationem qua te non hominum quisquam sed ipse domi-
Ibidem. nus appellat. Ait enim: Stulte hac nocte auferetur abs te anima tua & quæ præparasti cuius erunt? Ipsis illis æternis cruciatibus, maior est stulticiæ nota. Qui enim paulopost erat rapiendus à uita, quæ cogitat? Destruam inquit horrea mea. Cui ego respondeo, & recte quidem facis, nam uere destruere debes horrea iniquitatis, & ea quæ male ædificaueras, manibus tuis ipse subuertere, destruere promptuaria, ex quibus nullus misericordiam consecutus est, deijcere ac subuertere mammonæ obscura & tetra domicilia. Destruam inquit horrea mea & maiora ædificabo. Quod si & ista repleueris, quid quæso facturus es? Et iterum sine dubio destrues, & iterum reædificabis, Et qui finis stulti huius laboris & uani, & instanter ædificare & instantius destruere? Si uis ergo ostendam tibi horrea iam parata,
Matth. 6. esurientium pauperum uentres, in ipsis tuos conclude thesauros. Tales enim tibi thesauri seruabuntur in cœlis, in quibus neq; tinea comedit, neq; fures effodiunt & furantur. Sed dicis, cum secunda horrea repleuero, tunc dabo pauperibus? Longos tibi promittis annos, & satis lata uitæ spacia polliceris. Talis ista promissio non futuram continet humanitatem, sed præsentis misericordiæ dilationem. Quid em̃ nunc misericordiam fieri uetat? Frumenti copia est, tempus anni prosperum, esurientes præsto sunt flentes, nudi circunstant gementes, uincti de carceribus, & ægri de lectulis miserabiliter & flebili lamentatione circunstrepunt, tu misericordiam quid in crastinũ differs, cum hodie crudelis & immisericors sias? Audi saltem

Universidad de Deusto
Biblioteca

C sapientissimi consilium Salomonis. Ne dicas inquit abi nunc & redi crastino & da-
Proverb.3. bo tibi. Non enim scis quid pariat superuentura dies. Sed ne huiusmodi mandata
Ibidem.27. suscipias, aures tibi obstruit auaricia. Non te oportebat gratias agere deo, exultare & lætari quod non ipse mendicans alienas circnis fores, sed alij ante tuas ianuas sedent à te misericordiam postulantes? Tu uero difficilis es ad præbendũ, cõtristaris ac declinas ne quis tibi paulo molestior cogente necessitate paupertatis existat, quasi non potuisset fieri ut esses unus ex his qui ante ianuam tuam fame perditi iacent: & ea quidẽ satis digne, nam uoto, mente, ac proposito, pauper es & totius boni egenus. Cum enim non habeas charitatem, cum tibi desit humanitas, desit fides, desit spes in deo, cũ tibi desit misericordia, quid te egestuosius quid ũe mẽdicius? Pars tua cum tineis & muribus horreorum tuorum roscribus erit. Qui utiq; si talia non uideres, si non corrũpi ea cerneres & consumi, quis tibi suadere posset aliquid inde largiri? Sed ais: Quid iniustum est, si cum aliena non inuadam, propria diligẽtius seruo. O impudens dictum, propria dicis, quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti, quando in hac ingressus es luce, quando de uentre matris existi, quibus quæso facultatibus, quibusq; subsidijs stipatus ingressus es? Aduentum tuum
1.Tim.6. in hunc mundum disce ab Apostolo Paulo dicente: Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quidem quid possumus, habentes autem uictum & uestitum, his contenti simus. Terra cõmũiter omnibus hominibus data est, proprium nemo dicat quod è cõmuni, plus ẽq; sufficeret sumptũ, & uiolẽter obtentũ est. Verũ tamẽ nudus ex uentre matris existi, nudus nihilominus & reuerteris in terram: Et
D si quidem terræ elementũ putas fortuito substitisse, impius es qui ignoras cõditorẽ deũ: si uero agnoscis beneficiũ largitoris, gratus esto creatori, & require apud temetipsum rationẽ, cur plus tibi ẽq; cæteris præstitit. Nunquid iniquus est deus, ut nobis nõ æqualiter distribuat uitæ subsidia, ut tu quidem esses affluens & abundans, alijs uero deesset & egerent? An idcirco magis quia & tibi uoluit benignitatis suæ experimẽta conferre, & alium per uirtutẽ patiẽtiæ coronare. Tu uero susceptis dei muneribus etsi in sinum tuũ redactis, nihil te putas agere iniquũ, si tam multorũ uitæ subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorũ alimenta, suum non usum, sed abundantiam & delitias facit? Neq; enim minus est criminis habẽti tollere, quàm cũ possis & abũdas, indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum est quod tu recludis, miserorum redemptio est & absolutio, pecunia quam tu in terra defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare quod uelis. Bona quidem ais sunt uerba, sed melius est aurum. Nihil mirum, nam & siquis cum impudicis de pudicitia loquatur, & scorta uituperet & exprobret, ij animi quibus libido dominatur, & ex ipsa commonitione ad impudicitiam multo acrius accenduntur. Sed tibi iterum ante faciem adducam ipsas futuri iudicij dei formas, ut intelligas quales tibi ge-
Matth.25. mitus recondas. O quàm multi precij ubi in die iudicij sermo ille uidebitur de quo superius diximus, qui ait: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis præparauit pater meus à constitutione mundi, Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Qualis tibi rursum horror, qualisq; sudor, quales tenebræ superueniẽt
Ibidem.41. audienti cõdemnationis illius sententiã, qua dicitur: Discedite à me maledicti: Esuriui enim & non dedistis mihi manducare. Neq; enim in his uerbis qui alia inuasit

arguitur,

A arguitur, sed is qui non cõmuniter usus est ijs quæ habuit, condẽmnatur. Nos quidem quod utile credidimus, cõmonuimus. Si quis autem obedire uult diuinis præceptis, non ignorat quæ sit repromissionum merces. Qui uero obedire non uult & negligit, manifesta est ignis æterni cõminatio, cuius opto uos expertes effici & alienos, & effugere pœnas impijs repromissas, facientes illud quod scriptum est, ut redẽptio animæ uestræ sint diuitiæ uestræ, & ad præparata pergatis regna cœlestia, per eũ qui uos uocauit, Christũ Iesum cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ: Amẽ.

De defectione lunæ. Sermo LXXXII

IPSI uidetis fratres quod mea nõ cessat humilitas omni circa uos sollicitudine laborare & ad frugẽ bonã uos tota festinatiõe cõuertere, sed quanto plus laboro uobiscum, tanto amplius cõfundor in uobis. Cum em uideo tot cõmonitionibus meis nullum uos habere profectũ, labor meus iam non gratulationi est sed rubori. Dicit beatus apostolus: Quis plantat uineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis nõ percipit? Ecce ego pasco gregem Christi & gregis fructum extorquere non ualeo, pasco gregem domini, & nulla ex eo religiositatis alimenta percipio. Nulla enim me fidei eius dulcedo lætificat, sed quicquid ex eo profluit, asperum & amarum est. Tũc enim pastor Christiani gregis lacte reficitur, quando bonorum operum eius candore lætatur. Quis enim fratres in uobis non grauiter ferat, non tamen de omnibus dico. Sunt enim inter uos quos ad religionis cultũ debeatis habere exemplo. Quis inq;
B nõ molestе ferat, sic uos esse uestræ salutis immemores, ut etiam cœlo teste peccetis? Nam cum añ dies pleroscq; de uestræ auariciæ cupiditate pulsauerim, ipsa die circa uesperum tanta uociferatio populi extitit, ut irreligiositas eius penetraret ad cœlum. Quod cum requirerem quid sibi clamor hic uelit, dixerunt mihi quod laboranti lunæ uestra uociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiuuaret. Risi equidem & miratus sum uanitatem quod quasi deuoti Christiani deo ferebatis auxilium. Clamabatis em, ne tacentibus uobis perderet elementũ, tanq; infirmus em & imbecillis nisi uestris adiuuaretur uocibus, non posset luminaria defendere quæ creauit. Bene igitur facitis qui diuinitati exhibetis solatium, ut uobis iuuãtibus possit cœlum regere. Sed si uultis hoc plenius facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis. Nam quotiens putatis uobis dormientibus luna uim passa est, & tamen de cœlo non corruit? Aut nunquid semper circa uesperum defectum patitur, non aliquando & circa lucem laborat? Sed apud uos uespertinis tantum horis laborare cõsueuit, quando copiosa cœna uenter distenditur, quando maioribus poculis caput mouetur. Tunc igitur apud uos laborat luna, quando laborat & uinum. Tunc inq; apud uos turbatur carminibus globus lunæ, quando calicibus turbantur & oculi. Quõ igit ebrius uidere potes circa lunã quid agat in cœlo, qui circa te nõ uides qd agat in terra? Hoc est planè quod ait sanctus Salomõ dicẽs: Stultus sicut luna mutat. Mutaris em sicut luna, dũ stultus & insipiẽs ad motũ eius q Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. Sacrilegiũ em creatori committit, dũ ibecillitas ascribit creaturæ. Mutaris ergo sicut luna, ut q paulo añ fidei deuotiõe fulgebas postea pfidiæ infirmitate deficias? Mutaris sicut luna, dũ cerebrũ tuũ ita exinanit sapia sicut lunæ obscuritas, te uero teterrimæ tenebræ mentis inuadunt, atque utinã ò stulte sicut luna

mute

Universidad de Deusto
Biblioteca

C muteris. Illa enim cito ad plenitudinem suam redit, tu ad sapientiam nec sero conuerteris. Illa uelociter colligit quod amiserat lumen, tu nec tarde fidem recipis quã negasti. Grauior ergo tua quàm lunæ mutatio est. Luna defectum luminis patitur, tu salutis. Quàm bene igitur scriptum est de sapiente: Et permanebit cum sole. Per manet enim sapiens cum sole cum constãtia fidei permanet cum saluatore. Sed dicit aliquis: Luna igitur non laborat? Laborat planè, negare non possumus, sed laborat cũ cæteris creaturis, sicut ait apostolus dicens: Quia omnis creatura ingemiscit & parturit usq; ad huc. Et infra: Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, & reliqua. Liberabitur inquit à seruitute. Vides ergo quoniam luna non laborat carminibus, sed laborat obsequijs, non laborat periculis, sed laborat officijs, non laborat ut pereat, sed laborat ut seruiat. Vanitati enim creatura subiecta est non sponte & reliqua. Ergo luna à statu suo non sponte mutatur, tu de sensu tuo sponte mutaris. Illa in diminutionẽ sui conditione deducitur, tu in detrimentum tui uoluntate pertraheris. Nolo igitur frater ita sis sicut luna cum deficit, sed esto sicut quando est plena atq; perfecta. Scriptum est enim de iusto: Sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.

Increpatio ad populum de absentia sua. Sermo LXXXIII

D DEBEREM fratres post hos complures dies aliquid uberius prædicare, & reuertens à tanto examine sacerdotum, dulci uos sermone reficere. Bene dixi examine sacerdotum, quia sicut apes de diuinarum scripturarum floscul is suauia mella conficiunt, & quicquid ad medicinam pertinet animarum, oris sui arte componunt. Recte comparantur apibus sacerdotes, quia sicut apes castitatem corporis præferunt, cibum uitæ cœlestis exhibent, aculeũ legis exercent. Puri enim ad sanctificationem, suaues ad refectionem, seueri sunt ad ultionẽ. Apibus planè sunt cõparandi, qui uelut alueario quodã gratiam matris ecclesiæ continent, in qua diuersorum meritorum cellulas dulcissimis prædicationibus conponentes, de uno saluatoris examine, christianorum examina multa producunt. Cum semper fratres non cessauerim uos paterna pietate corripere, miror nihil uos tot meis commonitionibus profecisse, & doleo quod frequens prædicatio mea non uos profectu aliquo salutis corrigat, sed quadam contestationis pœna cõstringat. Prædicatio enim sacerdotis, in plebe saluandis est correctio, contestatio iudicandis. Contestamur enim illis ante iudicium quoũ illos maneat in ipso iudicio, ut tunc omni excusatione submota, & rei sint de peccatis, & obnoxij contemptu. Vnde & ego interdum parcens uobis tacere uellem, sed malo uos contumaciæ causas reddere, quàm me negligentiæ sustinere iudicium. Comperi enim fratres quod per absentiam meam ita rari quique ad ecclesiam ueniatis, ita pauci admodum procedatis, quasi me proficiscente mecum pariter ueneritis, & quasi cũ necessitatibus ego pertrahor, uos mecũ traxerit ipsa necessitas. Pariter ergo à domo dei absentes sumus: Sed hoc interest qd' me absentẽ necessitas efficit, uos uolũtas. Nescitis quia & si ego ab ecclesia desum, Christus ab ecclesia sua q est ubiq; nõ deest. Venis frater ad ecclesiã nõ inuenis ibi episcopũ, sed si fideliter uenis, inuenies ibi episcoporũ episcopũ saluatorẽ. Nam Christianus q tũc tm̃ procedit ad ecclesiam, qñ episcopus

A pus præsens est, non tam dei causa uidetur processisse, quàm hominis, nec implesse Christiani timentis officium, sed amici deferentis obsequium. Quid autem ego uos arguo, cum possitis me uno sermone conuincere? Conuincor enim cum in hac parte clericos uobis magis uideo negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios cum fratres emendare non possim? Aut qua fiducia succenseam laicis cum à consortibus pudoris uerecundia conticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor. Sunt certe quidam deuoti, sunt & alij negligentes, egũ neminem nomino, conscientia sua unumquemq; conueniat.

Post increpationem consolatio ad populum. Sermo LXXXIIII

AMARIOR fortasse fuerit increpatio mea superiore dominica, qd' plerosq; de uobis acrius magisterij seueritate conuenerimus, & sim prosecutus quæ aliquot non blandimenta deferrent, sed tristiciam irrogarent. Verum nihil mea interest, ego enim gaudeo, sciens discipuli tristitiam, magistri esse lætitiam. Tũc enim auditor proficit, quando austeriora annũciat prædicator, ei salus gignitur quando tristicia emendationis ingeritur. Dicit enim beatus apostolus, Nam quæ secundum deum est tristicia salutem stabilem operatur. Recte ergo lætor, quia salutem operor cum obiurgo: mœreat licet filius mei asperitate sermonis, me tamen delectat qui proficere illum intelligo per mœrorẽ. Ait sanctus apostolus, Quis est em̃ filius quem non uerberat pater? Non enim osculatur semp pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tũc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas quæ dulciores sunt, cum amarius inferuntur. Dulcior em̃ est religiosa castigatio, quàm blanda remissio. Vñ ait ꝓpheta: Dulciora sunt uulnera amici, cꝫ uoluntaria oscula inimici. Igitur fratres quia post increpatiõis meæ utilia uerba, credo uos benignitate sensuũ ꝓfecisse, de satis literis aliqua conferamus. Sicut em̃ fons qui non solito humore distillat exagitat surculis, & ita largior inuenitur, ac primũ ex eo turbida aqua ꝓducitur, ut unda purior subsequatur: sic ergo & sanctitas uestra aspata quidem fuerat austeritate sermonis, sed deuotior facta est dulcedine pietatis. Turbulentũ em̃ quiddam uestri animi forsitan retinebant, sed iam ex uestris moribus ꝓfluit om̃e quod purũ est. Videamus ergo quid sit quod ait ad discipulos suos dñs, Vos autem quẽ me dicitis? Non igit̃ tancꝫ ignarus interrogat dominus quid de eo populi discipuliq; sentirẽt. sed tancꝫ sciens uniuersorum mẽtes, fidem manifestare uoluit singulorum, ut quod corde credebant, ore narrarent. Alij enim Heliam esse credebant dominum, alij Hieremiam, alij Ioannem baptistam, Petrus solus Christum dei filium confitetur. Gradus quidam sunt fidei; & qui deuotius credit, religiosius confitetur. Pro hac deuotione dicitur Petro: Beatus es tu Simon Bariona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis, Et ego dico tibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cum uocaretur ergo Simon, per hãc deuotionẽ uocatus est Petrus. Legimus dicente Apostolo de ipso domino: Bibebant de spiritali petra, Petra autẽ erat Christus. Recte igitur quia petra Christus, Simon nũcupatus est Petrus ut qui cũ domino fidei societatẽ habebat, cum domino haberet & nominis dominici unitatẽ, ut sicut à Christo Christianus dicit, ita & à petra Christo Petrus apostolus uocaretur. Sed nec populorum opinionem

possu

Universidad de Deusto
Biblioteca

C possumus reprobare, qui unum de prophetis dominum existimabant. Nam ideo nonnulli uelut Heliam saluatorem forsitan putauerunt, quia ad cœlos Helias sicut saluator ascendit, sed non sicut Helias Christus est. Ille enim ad cœlos rapitur, iste regreditur. Ille tanq; infirmus ignea quadriga subuehitur, hic tanquam deus propria uirtute portatur. Ille sicut homo ducitur, hic sicut saluator ascendit. Ille ducentes sequitur angelos, comitantes sibi angelos iste præcedit. Denicq; idem angeli remeantes in terram à domino saluatore dixerunt ad apostolos: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui receptus est à uobis, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

De barbaris non timendis. Sermo LXXXV

DIXIMVS anteriore dominica Ninivitas in tribulatione positos diuinitatis misericordiam per abstinentiam meruisse, & ciuitatem suam de periculo ieiunijs liberasse, tantæq; eos fuisse sapientiæ ut non alienis se præsidijs defenderent, sed propria deuotione saluarent. Nam non statim desperauerunt de salute sua, quia audierunt à propheta, cum ciuitatis se mœnibus subuertendos, sed quanto proximum annunciabatur excidium, tanto magis religiosis actibus armabantur, nec reliquerunt euertendam ciuitatem suam, sed in ea potius permanserunt, sapientes scilicet, ut quæ ciuium uexabatur peccatis, ciuium orationibus saluaretur, & cui perditionem mala conuersatio intulerat, ei salutem deuotio religiosa conferret. Iustum enim erat ut quos fuerat passa peccatores, eosdem
D haberet proprios defensores. Ciuitati enim non nisi propter ciuium peccata infertur excidiũ. Desine ergo peccare & ciuitas nõ peribit. Quid fugis patriam si uis saluus esse, tua potius peccata subterfuge. Si tu peccare desieris, uictus est inimicus. Dicit ad Abraam scriptura diuina per decem iustos patriam posse saluari. Igitur si iusti sunt qui saluam faciant patriam, utiq; iniusti sunt qui relinquũt. Et si illi propter præsentiam suam consequuntur gratiam, necesse est ut ij propter desolationem meantur offensam. Iniustus planè & impius est filius, qui periclitantem deserit matrem. Mater enim quodammodo dulcis est patria quæ te genuit, quæ nutriuit, quæ ut fugere possis diuitem te fecit. Nam si non tibi suppeteret sumptus copiosa substantia, fugæ præsidium non haberes, atq; ideo auaritia ductus, dum metuis diuitias tuas perdere, impius in matrem esse non dubitas. Vnde intelligimus plus te pecuniæ tuæ consulere quàm saluti. Dic mihi ò bone ciuis, cur fugere disponis, cur patriam derelinquis? Captiuitatem fortasse metuis. Da ueniam, non intelligis, nescis quod hæc est prima captiuitas patriam non uidere, & quod grauius est omni malo hostili, peregrinationis exiliũ. Solet qui aliquid sceleris admiserit, huiusmodi pœna damnari, ut pellatur patria, regionibus incognitis relegetur. Hoc igitur malum propria tibi prouides uoluntate, quod solet supplicij causa damnatus excipere. Sed ponamus te forti esse animo & æquanimiter tolerare posse peregrinationis iniuriam. Dic mihi qui inter extraneos libertate uicturus, nõne cũ loqui cœperis, obijcietur tibi, Vñ iste exul, uñ iste fugitiuus aduenit? Nã & nrãm ciuitatẽ opprimere nititur, sicut patriã suã pressit. Ita aũt aporiaberis, ita cõturbaberis, ut libertati tuæ metuẽs uerearis ne ingenuitatis tuæ ibi non inuenias assertorem. Mihi crede, in aliena patria tanta auditurus es, quanta in tua patria alijs sæpe dixisti. Illud aũt nolo dicere, quod

A quod quamuis diuersis in patria tua copijs perfruaris, statim ut exieris de domo tua, mẽdicus & pauper es. Dicit ergo deus ad Abraam per decem iustos ciuitatem posse saluari. Male igitur de te sentis populẽ Christiane, si in tanto cœtu nostro ad saluandam ciuitatem decem iustos esse nõ credis. Dum enim deseris patriam, profiteris non in ea esse dignos quorum meritis liberetur. At ego uereor ne omnibus in ea iustis relictis, tu solus qui deseris, inuenias iniustus. Sed nolo de decem iustorum numero te perturbes, legimus etiam quoũ de Sodomitarum excidio meritis suis Loth solus liberauerit ciuitatem, quod magis ualuerit ad saluandum unius gratia quàm ad euertendum peccata multorum. Exeunti enim illi de Sodomis hospitij causa Segor parua conceditur. Quod si iusto hospitij donatur ciuitas, quanto magis iusto patria conceditur.

Item de eodem. Sermo LXXXVI.

SAEPE dixisse me memini, quod hostiũ tumultus bellicosos timere minime debeamus, nec quãlibet copiosam hostium multitudinẽ formidare, quoniam sicut ait dominus, maior est qui in nobis est, quàm qui in hoc mundo. Hoc est, potentior est ad protegendos famulos suos Christus, quàm diabolus ad instigandos inimicos. Quamuis enim idem diabolus colligat sibi turbas, & crudeli eas armet insania, tamen facile destruuntur, quia melioribus populum suum saluator circundat auxilijs. Ait enim propheta: Immittet angelum dominus in circuitu timentium eum & eripiet eos. Quod si angelus domini timentes eũ de pe- *Psal.33.*
B riculis eripit, non potest timere barbarum, qui timuerit saluatorem, nec potest metuere hostis impetum qui Christi præcepta seruauerit. Præcepta enim Christi arma sunt Christianis, & diuinus timor terrorem à nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sũt quibus nos saluator instruxit, oratio, misericordia atq; ieiuniũ. Ieiunium enim melius quàm murus tuetur, misericordia facilius liberat quàm rapina, oratio longius uulnerat quàm sagitta. Sagitta enim non nisi proxime conspectum percutit aduersarium. Oratio autem etiam longius positum uulnerat inimicum. Sic nanq; Helisæus propheta cum eum uellet rex Syriæ captiuare, ac suæ subdere ditioni, multisq; eum armatorum cinxisset agminibus, non est territus, nõ turbatus, sed annuncianti puero ait: Noli timere, plures enim nobiscum sunt quàm cũ *4.Reg.6.*
illis. O fides sancti prophetæ, nõ timet aduersarios quos prospicit, quoniam scit angelos secum esse quos credit, non metuit terrenas insidias, quia cœlestia adesse sibi nouit auxilia. Plures inquit nobiscum sunt quàm cum illis. Mira res, plures è cœlo defensores meretur sanctitas, qũàm in terris oppugnatores adduxit improbitas. Plures nobiscum sunt quàm cum illis. Videte beatitudinis meritum, propheta nunciat etiã de multitudine, cum puer adhuc incertus sit de salute. Spirituales oculi carnalibus quanto plus cernunt? Hic perspicit armatorum numerum, & ille non cernit defensionis indicium. Quanta est diuina misericordia, defertur hominibus beneficium, nec uidetur auxilium, periclitantem consequũtur, & nesciunt. Hæc est eñ pietas saluatoris, ut interueniat saluti, ac non se prodat aspectui: sentiatur beneficijs, & non cernatur obtutibus. Vnde errat qui putat cum prospere aliquid gesserit, propria se fortitudine superasse. Scire enim debet quod aduersarij meritis magis q̃ uirtute uincuntur, & non tam uirtute q̃ sanctitate superantur, sicut sanctus Helisæus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C hostes suos non armis superabat, sed oratione uincebat. Nam cum idem ministro suo ad depellendū eius timorem plures adesse diceret defensores, nec metus ab illo posset auferri, tunc orauit ad dominū dicens: Domine aperi oculos eius ut uideat. & aperti sunt oculi eius, & uidit, & ecce mons totus plenus equitatu, & reliqua. Oratio ergo prophetæ aperuit oculos pueri, non mirum si oratio aperuit oculos ut uideret exercitus. Non mirum inquam, si nouos inserit oculos, qui noua promeretur auxilia. Aut cur nō aciei producat obtutum, qui acies instruxerat angelorum? Cur inquam nō oratione sua hebetudinem pupillarum detegeret, qui meritis suis caliginem nubiū penetrauit? Necessario ergo sanctus Helisæus hoc facto ministro formidoloso præstitit securitatem, cui iam refuderat claritatem, & remouerat uisionis cæcitatē, geminoq; eum remunerans beneficio, absoluit eius metum, absoluit obtutum, minus timere cœpit postq; plus uidere promeruit. Nam & pacem pariter promeruit & uisum. In montibus ergo cernuntur armati, apparet eos uere descendisse de cœlo, quorum aduentus primū in mōtibus reperitur. Ipsa enim locorum proximitas hoc demonstrat q; descendentes de cœlo non nisi iuga collium sibi uicina calcauerint. Tunc igitur orauit Helisæus, & oēm hostilem exercitum cæcitate percussit. Non mirum, si aduersarijs cæcitatem intulit qui famulo largitus est claritatem, & si hostibus aufert uisum qui ministro præstat aspectum. Vbi sunt qui dicunt, plus quàm preces sanctorum hominum alma posse? Ecce una oratio Helisæi totum
D exercitū uulnerauit, & unius prophetæ meritis omnis est hostium numerus captiuatus. Quæ cateruæ regum, quæ turba militum talem uictoriam perpetrarunt, ut ita hostes prosternerent, unde illis nullus occumberet? Hæc est uera, hæc incruenta uictoria, ubi sic aduersarius uincitur, ut de uincentibus nemo lædatur.

De sancto propheta Helisæo. Sermo LXXXVII.

MIRVM forsitan uideatur q; ante dies sancti Helisæi gratiā describētes diximus in defensionem ipsius de cœlis auxilia descēdisse, & armatos equites siue quadrigas ei diuinitus affuisse, astitisse etiam circa ipsum quadrigam igneam. Magna quidem res, sed in uiro sancto miranda non est. Quid enim mirum si is auxilia meretur è cœlo, cuius animus semper in cœlo est, sicut ait Apo-
Phil.3 stolus: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Ergo si nōstra conuersatio in cœlis est, & cœlestium conuersatio potest esse nobiscum, hoc est, ut qui uita uiuimus, angelorum recte consortium mereamur. Est ergo sancte uiuentibus quædam inter se cognatio, coniunctio atq; societas, nec interest utrum in cœlis maneant an in terris, angelici sint habitus uel humani, dummodo in ijs sint eadem uita uel sanctitas. Conuersatio enim connectit quos separat elementum, & diuersis licet corporibus diuidantur, ijsdem tamen actibus coniunguntur. Atq; ideo fit ut sancti sibi quodam consortio cohærentes à se inuicem non discedant, & modo angeli ad terras ueniant, modo homines ad cœlestia transferantur, ac profectu meliore quibus uita communis est, incipiunt illis uiuendi etiam elementa esse communia. Sed dicit aliquis: Frequenter audiuimus angelos ad homines descendisse, audire etiā cu-
4.Reg.2 pimus quando homines ad cœlestia transmigrarint. Manifesta res est, & in promptu posita. Helias magister Helisæi nónne angelis ducentibus raptus ad cœlum est, & quadriga ignea impositus quasi in quodam triumpho uictor ascendit? Victor enim

A enim extiterat non gentium barbararū, sed secularium uoluptatū. Siquidē grauio res inimici sunt praui mores q̄ hostes infesti, ut facilius intelligamus hoc tempore malignitatem hostium uinci posse quàm morum. Ergo Heliam angeli ad cœlum perferunt, Helisæum angeli qui magistrum portauerunt, discipulum tuebantur, & noticia quadam obsequia quæ patri exhibuerant, etiam filio deferebant. Ipse enim Heliæ spiritualis est filius, ipse eius hæres est sanctitatis. Recte aute autem Helisæus Heliæ spiritualis filius dicitur, qui ascendens ad cœlum, spiritum duplicem ei suæ gratiæ dereliquit. Cum enim data esset facultas Helisæo ut peteret quod uellet prius quàm ab eo reciperetur Helias, petiuit ut duplex spiritus Heliæ fieret in ipso. Tunc dixit Helias, dure petisti, sed fiet tibi. O hæreditas preciosa in qua plus hæredi relinquitur quàm habetur, plus consequitur qui accipit, quàm possideret qui largitur. Preciosa planè hæreditas, quæ dum à patre transfertur ad filium, meritorum quodam fœnore duplicatur. Igitur Helias cum simplicem sanctitatis ipse haberet spiritum, Helisæo duplicem dereliquit. Mirum ergo in modum plus Helias gratiæ dimisit in terris quàm secum portauit ad cœlos; & licet ipse ad altiora totus transfertur corpore, apud filium tamen maiore manet sanctitate. De Helisæi autem meritis quid dicamus, cuius hæc prima laus est, Quod patrem uoluit gratia superare, dum dari sibi amplius postulat, quàm scit apud eum esse qui possidet. Auarus quidem est in petendo, sed idoneus in promerendo. Dum enim à patre plus exigit quàm habebat, facit eum meritis suis plus præstare quàm poterat. Nam cum idem Helisæus post ascensum sui magistri ueniisset Hiericho, & rogatus à ciuibus, ut in
B eadem consisteret ciuitate, dixerunt: Commoratio oppidi bona est, sed aquæ malæ & steriles sunt. Tunc præcepit sibi dari uas fictile, & recondito in eo sale ueniens ad exitus aquarum proiecit in aquas, dicēs: Hæc dicit dominus, sanaui aquas istas, non erit ex eis moriens neq; sterilis, & sanatæ sunt aquæ usq; in hunc diem. Videte ergo Helisæi quanta sint merita, cuius prima in ciuitate hospitalitas, filiorum est magna fœcunditas. Dum enim sterilitatem auertit aquarum, successionem largitur hæredum. Non enim hoc facto unum Helisæus sanauit hominem, aut unius domus præstitit medicinam, sed totius ciuitatis populum reparauit. Si enim tardius hoc fecisset, interueniente sterilitate senescentibus cunctis ciuitas sine habitatore remansérat. Igitur Helisæus dum curauit aquam, curauit & plebem, & dum fontem benedixit undarum, fontem quendam indulsit animarum. Nam sicut sanctificatione eius de occultis terræ uenis aqua sana prodiuit, ita de occultis uuluæ uisceribus soboles sana processit. Non enim sola tantum fluenta benedixit Helisæus quæ fontium iam gremio tenebantur, sed & illa quæ humido terræ solo adhuc indiscreta paulatim erant in posterum defluxura. Vnde ait scriptura: Ad exitus aquarum benedixisse Helisæum, ut stillātem aquam prius sanctificatio susciperet quàm 1.Cor.10.
sinus fontis includeret. Igitur quoniam dicit Apostolus Paulus. Hæc in figura contingebant illis, Videamus ergo, ipsa figura quam habebat ueritatem, hoc est, requiramus quæ sit ista ciuitas quæ sterilitate laborabat, uel quid sibi uelit uas fictile, quid etiam ut asperſi sales afferant suauitatem. Legimus in eodem Apostolo dic- Gal.4
tum esse de ecclesia: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis. Ergo ecclesia est illa sterilis ciuitas quæ ante aduentum Christi aquarum uitio, hoc est sacrilegio gentilium populorum sterilitatem sustinens, deo filios pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C creare non potuit, at ubi uenit Christus, uelut uas fictile, assumens corpus humanum, sanauit aquarum uitia, hoc est, resecauit sacrilegia populorum, statim ecclesia quæ erat sterilis, cœpit esse fœcunda. Vnde & Apostolus dicit: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Plures enim filios ex ea ecclesia quæ erat sterilis, procreauit, quàm synagoga quæ erat fœcunda, susceperit. Aspersi autem sales qui sunt qui attulerunt medicinam, facilè cognoscemus, dicit dominus ad Apostolos suos:
Matt.5 Vos estis sal terræ. Ergo si Apostoli salibus comparati sunt, recte figura completur. Sicut tunc effusi de uasculo sales condierunt aquas, ita & nunc missi à saluatore Apostoli populos condiunt uniuersos, ut ablata sterilitate uitiorum, prolem incipiant germinare uirtutum.

De bellico tumultu. Sermo LXXXVIII.

NOVET fortasse uos fratres, quod tumultus bellorum & incursiones præliorum fieri audiuimus assidue, & cur nostris temporibus fiant, di lectionem uestrã fortasse plus moueat. Sed hæc causa est, quia quãto magis proximi sumus mundi excidio, tanto magis regno sumus proxi-
Luc.21 mi saluatoris. Ipse enim dominus ait: In nouissimis diebus exurget gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum, cum autem uideritis bella & terræmotus & fames, scitote quoniam in proximo est regnum dei. Ergo uicinitas ista bellorum uicinum magis nobis Christum esse demonstrat. Atq; ideo uenientem aduersarium ti
D mere non debeo, quia per hæc signa uenire potius intelligo saluatorem. Quamuis enim iste metum incutiat temporalem, ille tamen deserit sempiternum. Potens est idem dominus, ut & hostilem à nobis repellat pauorem, & suam nobis præsentiam largiatur. Per hos igitur bellorum tumultus, mundi quoddam significatur excidiũ. Futurum enim iudicium dei hæc inquietudo præcedit. Est autem quoddam commonitiõis indicium dei, uidere quod metuis, ut possis intelligere plus superesse qd metuas. Dum em̃ cauti sumus ad ea quæ cernimus, cautiores ad illa efficimur quæ speramus. Vir autem sapiens his actibus terrenis instruitur, quemadmodum futuri seculi debeat declinare iudicium. Dum enim perspicit in hac communi perturbatione priores uiros tuitiones mœnibus præparare, ipse admonetur quemadmodum in futura euersione mundi defensionem Christianis præparet animabus. Cernimus armari ciuitatis portas, debemus etiam prius in nobis portas armare iusti-
Psal.117 ciæ. Sunt enim portæ iusticiæ de quibus sanctus propheta dixit: Aperite mihi portas iusticiæ, & reliqua. Tunc autem ciuitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portæ iusticiæ muniantur. Cæterum nihil prodest muros munire propugnaculis, & deum prouocare peccatis. Illa enim constituitur ferro, saxis & sudibus: hæc armetur misericordia, innocentia, castitate. Illa telorum multitudine custoditur, hæc orationum frequentia defendatur. Et ad plenam tuitionem urbium portas, principum solent signa præcedere. Animarum autem nostrarum portas signum saluatoris anticipet. Ergo fratres propter futurum mundi iudicium armis nos cœlestibus muniamur, accingamur lorica fidei, salutis galea protegamur, uerbo dei uelut spirituali gladio defendamur, qui enim his armis instructus fuerit, nec præsentem perturbationem metuit, nec futurum iudicium pertimescit. Siquidem sanctus Dauid

hac-

A hac deuotione protectus, Goliam illum fortissimum armatum & inermis occidit, & uirum bellicosum sub munitionibus undiq; circumseptum sola fidei uirtute prostrauerit. Cum enim sanctus Dauid non operiretur galea, non præcingeretur clypeo, non lancea uteretur, occidit illum non telo ferreo, sed gladio spirituali. Quamuis enim inermis oculis hominum uideretur, satis tamen erat gratia diuinitatis armatus. Verum ipse spiritualis gladius non fuit gladius. Non enim gladio Golias, sed lapide prostratus occubuit. Legimus in scripturis lapidis uocabulo Christum figuraliter designari, sicut ait propheta. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Igitur cum lapide Golias percutitur, Christi uirtute prosternitur. Et in qua tandem corporis parte percutitur, in fronte scilicet. Gentilis enim & sacrilegus homo ibi percutitur à Christo, ubi deerat Christus, & ibi infertur ei mortis exitium, ubi signum salutis non inuenitur. Quamuis enim esset Golias undiq; armorum protectione munitus, frons tamen eius patebat ad mortem, quia signaculum saluatoris non gestabat. Atq; ideo ibi perimitur, ubi nudus à dei gratia reperitur. Hæc autem in figura facta esse nemo qui nesciat. Nam & Dauid armorum indumentis sese ante præcinxerat, sed cum esset in ijs grauis & impeditus, ita ut ambulare uix posset, eadem sine cunctatione proiecit, significans arma illa huius mundi uana & luxuriosa esse opera, quibus qui se permiscere uoluerit, tanquam grauis & gradiendi ad cœlum cursum liberum non habebit. Simul & illud nos docuit, quod non in armis tantum speranda uictoria est, sed in nomine saluatoris oranda.

B

De Dedicatione Basilicæ. Sermo LXXXIX.

LEGIMVS in sancto Euangelio, cum centurionis cuiusdam seruus qui erat illi pretiosior, graui paralysis ægritudine laboraret, & per seniores Iudæorum ille centurio rogaret saluatorem, ut eius doloribus mederetur. Erat enim, ut ait scriptura, moriturus. Inter cætera ad maiorem cõmendationis gratiam seniores dixisse domino: quia dignum est ut hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Si ergo commendatur domino qui ædificauit synagogam, quanto est commendatior qui ædificauit ecclesiam? Et si is meretur gratiam qui impietatis receptaculum præstitit, quanto maiorem meretur gratiam qui religioni domicilium præparauit? Etsi ille cœlesti misericordia uisitatur qui construxit locum ubi Christus semper negatur, quanto magis uisitandus est qui fabricare fecit tabernaculum ubi Christus quotidie prædicatur? In centurione enim dominus non quid operis fecit, sed qua mente operatus sit comprobauit. Nam qui tempore quo nondum Christiani erant, sollicite synagogam fecit, si fuissent utiq; Christiani, intelligitur quod multo sollicitius fecisset ecclesiam: sed tamen licet synagogam ædificet, Christum prædicat: in ipso enim opere commonet pharisæos, debere illos suscipere saluatorem, & demonstrat propterea se tabernaculum amplius ædidisse, ut multipliciter domini gloriam loquerentur. Si enim credit in Christum conditor synagogæ, multomagis credere debet habitator ipsius synagogæ. Centurio ergo iustificatus est propter opus fragile uel terrenum, iustificandus planè est uir clarissimus & prouidentissimus comes noster propter opus tam perpetuũ uel cœlestẽ: qui comes sicut est centurione dignitate potior, ita

Luc.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C & fide debet esse deuotior. Sapiẽs uir & religiosus comes qui quantum in bello im
peratori militat, tantum & in pace militat saluatori, & quantum festinat de hostiũ
manibus captiuos eruere, tãto magis festinat à diaboli se sacrilegio liberare. Ibi ini
micos terreni regis interfecit, hic aduersarios dñi cœlestis insequit. Ibi barbaros uin
cit, hic dæmones. Sapiens inquã qui sicut comes imperatoris esse ita & comes Chri
sti esse desiderat. Nam, bene utiq; & religiose agendo, dignitatẽ suam cupit esse per
Hiere. 26 petuam, secundum quod scriptum est in propheta: Et uos ô boni reges bonas faci
te uias uestras & studia uestra, & audite uocẽ dñi dei uestri, & pœnitebit dñm ma
li quod locutus est aduersus uos. Ergo cum cẽturio rogaret dñm, ut de morte erue
ret ægrotantem, & uellet dñs ad domũ centurionis pergere, in qua seruulus decum
Luc. 7 bebat. Ait centurio: Dñe non sum dignus ut intres sub tectum meum. Excusat igi
tur centurio, & ne sub tectum eius ingrediatur dñs, indignum se dicit. Ecce dignus
est comes noster, sub cuius tectum hodie saluator ingreditur. Videamus, ipsa cen
turiõis excusatio quam habeat gratiam. Ait enim hodie: Nõ sum dignus ut intres
sub tectum meum, sed dic tãtum uerbo & sanabitur. O fides Christiana quæ cum
humilitate totum impetrare consuesti. Ecce religiosus centurio ad accipiendam salu
tem dignior fit dum se profitetur indignũ, & dum ædes suas iniuriosas putat, ma
gis eas honorificas fecit & gratas. Magnæ enim & perfectæ fidei uir, qui intelligeret
Christum cœlorũ esse, dum uerebatur, ne hospitij sui eum angusta non acciperent.
Ergo contradicente centurione nõ pergit ad domum dñs. Non pergit dñs, sed per
git dñi medicina, non uisitat ægrum saluator, sed uisitat sanitas saluatoris. De fratri
D bus uero nostris sanctis uiris Vitaliano & Maiano quid dicam? Scio illos gloriam
ab hominibus non quærere, nisi à solo deo, sed tamẽ laudem eorum & si ego taceã,
ipsa opera loquũtur. Ad ipsorum enim laudẽ pertinet quicquid in alijs paulo ante
laudauimus. Nam hoc tabernaculum & si plurimi construxerunt, hi tamẽ sumptu
operati sunt uno assensu. Et quo tandem sumptu, cum sint in seculo mediocres &
tenues? Illo scilicet de quo ait Apostolus: Abundantia fidei & diuitijs simplicitatis.
Est enim sanctis uiris semper diues ipsa paupertas. Vnde credo hos beatos hanc
ecclesiã non minus orationibus cũ impendijs fabricasse. Sic eñ oportebat ut opus
Christi precibus magis cresceret, cũ cementis. Totam eñ substãtiã in huius factu
ram operis expenderũt, & ipsis certe nihil deest. Ipsa planè est, sicut diximus, diues
locuplescq; paupertas quæ expendit omnia. Sed hæc à deo benedicta est, sicut illa
uidua, de qua dicit dñs in euangelio: Mulier hæc uidua pauper plus cũ omnes mi
sit, nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei. Hæc autem totum ui
ctum suum quem habuit misit.

De passione beatæ Agnetis uirginis. Sermo XC.

SERVVS Christi Ambrosius uirginibus sacris. Diem festũ sacratissimæ uirginis celebremus. Hinc psalmi resonent, inde cõcrepent lectiones. Hinc populorum turbæ lætentur, inde sustẽtentur pauperes Christi. Omnes ergo gratulemur in domino, & ad ædificationem uirginũ, qualiter passa sit Agnes beatissima ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo ætatis suæ anno mortem per
didit, & uitam inuenit, quia solum uitæ dilexit autorem. Infantia quidem computa
batur in annis, sed erat senectus mentis immensa. Corpore quidem iuuencula, sed
animo

A animo cana. Pulcra facie, sed pulcrior fide. Dum à scholis reuertitur, à præfecti ur
bis filio adamatur. Cuius parentes dum requisisset & inuenisset, cœpit offerre pluri
ma, & plura promittere. Deniq; detulerat secũ preciosissima ornamenta, quæ à bea
ta Agne ueluti quædam stercora sunt recusata. Vnde factum est, ut iuuenis maiori
perurgeretur amoris stimulo, & putãs eam meliora uelle accipere ornamenta, oĩm
lapidum preciosorũ secum detulit gloriã, & per seipsum & amicos & notos & affi
nes cœpit aures uirginis appellare, diuitias, domos, possessiones, familias, atq; oẽs
huius mundi diuitias repromittere, si consensum suum eius coniugio non negaret.
Ad hæc beata Agnes fertur iuueni dedisse respõsum: Discede à me fomes pec
cati, nutrimentũ facinoris, pabulum mortis, discede à me, quia iam ab alio amatore
præuenta sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta. & anulo fidei suæ sub
arrauit me, longe te nobilior & genere & dignitate. Ornauit me inæstimabili dex
trocherio. Dextram meam & collum meum cinxit lapidibus preciosis. Tradidit au
ribus meis inæstimabiles margaritas, & circundedit me uernantibus atq; coruscan
tibus gemmis. Posuit signum in facie mea, ut nullum præter ipsum amatorem ad
mittam. Induit me cyclade auro texta, & immensis monilibus ornauit me. Osten
dit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se daturũ si ei perseuerauero, repro
misit. Non ergo potero ad contumeliam prioris amatoris uel aspicere alium, & illũ
derelinquere cum quo sum charitate deuincta. Cuius generositas celsior, possibili
tas fortior, aspectus pulchrior, amor suauior, & omni gratia elegãtior. A quo mihi
iam thalamus collocatus est, cuius mihi organa modulatis uocibus cantant. Iam
B mel & lac ex ore eius suscepi. Iam amplexibus eius castis astricta sum, iam corpus
eius corpori meo sociatũ est, & sanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater uir
go est, cuius pater fœminam nescit. Cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol &
luna mirantur, cuius odore reuiuiscunt mortui, cuius tactu fouentur infirmi, cuius
opes nunquam deficiunt, cuiusq; diuitiæ non decrescunt. Ipsi soli seruo fidem, ipsi
me tota deuotione committo. Quem cum amauero, casta sum, cum tetigero, mun
da sum, cum accepero uirgo sum. Nec deerunt post nuptias filij, ubi partus sine do
lore succedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur. Audiens hæc insanus iuuenis,
amore carpitur cæco, & inter angustias animi anhelo cruciabatur spiritu. Inter hæc
lecto prosternitur, & per alta suspiria amor medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ
fuerunt inuenta à medicis, & eadem paterna uoce quæ fuerant iam dicta à filio, ad
petitionem uirginis reuocãtur. Abnegat Agnes beatissima, & se nullo pacto prio
ris asserit sponsi fœdera uiolare. Cumq; pater diceret in fascibus, præfecturæ se age
re, & idcirco non sibi quemuis illustrissimum uirum etiam posse præferri, cœpit ta
men uehementissime inquirere quis esset, sponsus, de cuius se Agnes potestate ia
ctaret. Tunc extitit quidam ex parasitis eius, qui diceret hanc Christianam esse ab
infantia, & magicis artibus ita occupatam, ut dicat Christum suum sponsum. Au
diens hæc præfectus lætus efficitur, & missa apparitione cum ingenti strepitu suis
cam tribunalibus præcepit sisti. Et primo quidem blandis eam sermonibus secre
tius prouocat, deinde terroribus pulsat. Sed uirgo Christi nec blandimentis sedu
citur, nec terrore cõcutitur, sed eodem uultu, eodem animo perseuerat, & terrentem
similiter sicut blandientem animo deridebat. Vidẽs itaq; Symphronius præfectus
tantam in puella constantiam, parentes eius alloquitur. Et quia erant nobiles, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

C uim eis inferre non poterat, titulum eis Christianitatis opposuit. Sequenti nanq; die Agnem sibi præsentari iubet. Et iterum iterumq; repetens, replicare cœpit de iuuenis amore sermonem. Cunq; omnis sermo eius casso labore deficeret, sisti eam iterum suis tribunalibus iussit. Cui & dixit: Superstitio Christianorum, de quorum te magicis artibus iactas, nisi à te fuerit segregata, non poteris insanias abijcere pectoris, neq; æquissimis consilijs præbere consensum. Vnde te ad uenerãdam deam Vestam properare necesse est: ut si perseuerãtia uirginitatis placet, eius die noctuq; sacrificijs reuerendis insistas. Ad hæc beata Agnes dixit: Si filium tuum quamuis iniquo amore uexatum, tamen uiuentem hominem recusares, hominem utiq; qui est rationis capax, qui & audire & uidere & palpare & ambulare potest, & flore lucis huius cum bonis frui, si ergo hunc causa amoris Christi, nulla possum ratione respicere, quomodo possum idola muta & surda & sine sensu & sine anima colere, & ad iniuriam summi dei, cervicem meam uanis lapidibus inclinare? Audiẽs hæc præfectus Symphronius, dixit: Cupio cõsultum infantiæ tuæ, & adhuc te deos blasphemantẽ, idcirco differo, quia annos tuos infra sensum aspicio. Noli ergo temetipsam ita despicere, ut motus deorum incurras. Beata Agnes dixit: Noli infantiam corporalem ita in me despicere, ut putes me te uelle habere propitium. Fides enim non in annis, sed in sensibus inuenitur. Et deus omnipotens mentes magis comprobat q̃ ætates. Deos autem tuos quorum motus me incurrere non uis, ipsos iratos permitte, ipsi loquantur, ipsi hoc mihi præcipiant, ipsi iubeant se coli: ipsi iubeant se adorari. Verum quoniam ad hoc uideo te tendere quod impetrare nõ poteris, quicquid
D tibi uidetur, exerce. Symphronius præfectus dixit: Vnum tibi è duobus elige, aut cum uirginibus deæ Vestæ sacrifica, aut eam meretricibus scortaberis in contubernio lupanari. Et longe erunt à te Christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, ut hanc calamitatem intrepido animo te posse perferre confidas. Vnde ut dixi, aut sacrifica deæ Vestæ ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum, eris publicæ abiectionis scortum. Tunc beata Agnes cum ingenti constantia dixit: Si scires quis est deus meus, non ista ex ore tuo proferres. Vnde ego quia noui uirtutem domini mei Iesu Christi, secura contẽno minas tuas, credens quod neq; sacrificem idolis tuis, neq; polluar sordibus alienis. Mecũ enim habeo custodem corporis mei, angelum domini. Nam unigenitus dei filius quem ignoras, murus est mihi impenetrabilis, & custos mihi est nunquam dormiens, & defensor mihi est nunquã deficiens. Dij autem tui aut ærei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt ad usus hominum, aut lapidei ex quibus sternuntur plateæ. Diuinitas ergo non in lapidibus uanis habitat, sed in cœlis. Non in ære aut aliquo metallo, sed in regno superno cõsistit. Tu autem & similes tui nisi ab istorum cultu recesseritis, simul uos pœnæ concludent. Sicut enim illi igne conflati sunt ut funderentur, sic colentes eos perpetuo incendio conflabuntur. Non ut fundantur, sed ut confundantur in æternum & pereant. Ad hæc insanus iudex iussit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci, sub uoce præconis dicentis: Agnem sacrilegam uirginem, dijs blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam. Statim autem ut expoliata est, crine resoluto, tantam densitatem capillis eius diuina gratia concessit, ut melius uideretur fimbrijs eorum, quàm uestibus tecta. Ingressa autem turpitudinis locum, angelum domini ita præparatum inuenit, ut circundaret eam immenso lumine, ita ut nullus posset

eam

A eam præ splendore respicere. Fulgebat em̃ tota cellula illa quasi radians sol in uirtute sua, & quanto quis curiosior oculis esse uoluisset, tanto sibi uisus aciem obtundebat. Cunq; se in orationem domino prostrauisset, apparuit ante oculos eius stola candidissima, & apprehendens eam induit se, & dixit: Gratias tibi ago domine Iesu Christe, qui me in numero ancillarum tuarum computans, uestem hanc mihi largiri præcepisti. Ita nanq; ad mensuram corpusculi eius aptum erat indumentum, & ita nimio candore conspicuum, ut nullus dubitaret, hoc angelicis manibus præparatum. Interea lupanar efficitur locus orationis, in quo omnis qui fuisset ingressus, adoraret & ueneraretur, dans honorem immenso lumini, mundior egredere tur foras quàm fuerat intus ingressus. Cunq; hæc agerentur, præfecti filius qui autor erat huius sceleris, uenit ad locum cum sodalibus suis iuuenculis insultaturus puellæ, cum quibus libidinis suæ se posse credebat ludibrium exercere. Et ingressos ante se furentes pueros & turpiter sæuientes, cum omni ueneratione & ingenti admiratione egressos cœpit impotentes arguere, atque uanos & molles ac miseros iudicare. Et irridens locum in quo uirgo orabat audacter ingressus est. Et uidens tantum lumen circa eam, non dedit honorem deo, sed irruens in ipsum lumen, priusquam uel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, & præfocatus à diabolo, expirauit. Videntes autem socij eius quod moras intus faceret, putabant obscœnis eum operibus occupari. Et ingressus est unus ex iuuenibus qui ei familiarior
B erat, ut congratularetur insultationi eius, & mortuum eum inueniens, exclamauit uoce magna dicens: Prõssimi Romani succurrite, magicis artibus ista meretrix præfecti filium interfecit. Fit repente concursus populorum ad theatrum, & uaria furentis populi acclamatio. Alij dicebant magam, alij innocentem, alij sacrilegam conclamabant. Præfectus autem audiens filium suum interisse, cum ingenti tumultu uenit ad theatrum. Et ingressus locum in quo corpus filij eius iacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat: Crudelissima omnium fœminarum, ad filium meum uoluisti apodixen tuæ artis magicæ demonstrare? Et cum talia atque alia huiuscemodi uerba repeteret, & causas mortis eius ab ea uehementer inquireret, Ait ad eum beatissima Agnes: Ille cuius uoluntatem uolebat perficere, ipse in eum potestatem accepit. Quare autem omnes qui ad me ingressi sunt, sani sunt? Quia uniuersi dederunt honorem deo, qui misit angelum suum, & induit me hoc indumento misericordiæ, & custodiuit corpus meum quod ab ipsis cunabulis Christo consecratum est, & oblatum. Videntes ergo splendorem angelicum adorabant omnes, & abscedebant illæsi: Hic autem impudens statim ut ingressus est, sæuire cœpit & fremere. Cunq; manum suam ad me contingendum aptaret, dedit ei angelus domini in reprobam quam conspicis mortem. Dicit ei præfectus: In hoc apparebit, quia non magicis artibus ista gessisti, si deprecata fueris ipsum angelum, ut restituat mihi filium meum sanum. Cui beata Agnes dixit: Licet fides uestra hoc impetrare non mereatur à domino, tamen quia tempus est, ut uirtus domini mei Iesu Christi manifestetur, egredimini omnes, ut solitam ei orationem offeram. Cunque uniuersi fuissent egressi, prosternens se in faciem planam, rogare cœpit dominum, ut iuuenem suscitaret. Orante autem illa, apparuit angelus domini qui eleuauit eam flentem, & confortans animum eius, iuue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C nem ſuſcitauit. Qui egreſſus foras cœpit uoce publica clamare et dicere: Vnus deꝰ in cœlo & in terra, & in mari, qui eſt deus Chriſtianorum. Nam omnia templa uana ſunt. Dij qui coluntur omnes uani ſunt, & penitus nec ſibi poſſunt nec alijs aliquod auxilium exhibere. Ad hanc uocem omnes aruſpices & templorum pontifices con turbabantur, & fit p eos uehementior q̄ fuerat ſeditio populorum. Atq; oēs una uoce clamabant: Tolle magam, tolle maleficā, quæ & mentes mutat, & animos alie nat. Præfectus aūt uidens tantā mirabilia obſtupuit. Sed ueritus proſcriptionem, ſi contra templorum pontifices ageret, & Agnem cōtra ſuam ſentētiam defenſaret, uicarium ad ſeditionem populi iudicem dereliquit, ipſe autē chriſtis abſceſſit, q; eam non potuit poſt reſurrectionem filij ſui liberare. Tunc uicarius Aſpaſius nomine, iuſſit in conſpectu omnium ignem copioſum accendi, & in medio eam præcepit ia ctari flammarū. Quod cum fuiſſet impletū, ſtatim in duas partes diuiſæ ſunt flam mæ, & hinc atq; illinc ſeditioſos populos exurebant, ipſam aūt penitus in nullo con tingebat horrendium. Eo magis non hoc uirtutibus diuinis, ſed maleficijs reputātes, dabant fremitus inter ſe populi, & infinitos clamores ad cœlos. Tunc beata Agnes expandens manus ſuas in medio ignis, his uerbis orationem fudit ad dominum: Omnipotens adorande, colende, tremende pater domini noſtri Ieſu Chriſti bene dico te, quia per filium tuum unigenitum euaſi manus hominū impiorum, & ſpur citias diaboli impolluto calle tranſiui. Ecce & nunc rore cœleſti perfuſus per ſpm̄ ſan ctum focus, iuxta me moritur, flāma diuiditur, & ardor incendij huius ad eos à qui bus in me miniſtratur, effunditur. Benedico te pater prædicāde, qui etiā inter flam
D mas intrepidam me ad te peruenire permittis. Ecce iam quod credidi, uideo: quod ſperaui, iam teneo: quod cōcupiui, complector. Te confiteor labijs & corde, te totis uiſceribus concupiſco. Ecce ad te uenio uiuum & uerum deum, qui cum domino no ſtro Ieſu Chriſto filio tuo & cum ſpū ſancto uiuis & regnas in cuncta ſecula ſeculo rum, amen. Cunq; compleſſet orationem, ita oīs ignis extinctus eſt, ut nec tepor quidem incendij remaneret. Tunc Aſpaſius urbis Romæ uicarius, populi ſeditionē non ferens, in guttur eius gladium mergi præcepit. Atq; hoc exitu, roſeo ſui ſangui nis rubore perfuſam, Chriſtus ſibi ſponſam & martyrem conſecrauit. Parētes uero eius nullam penitus triſticiam habentes, cum omni gaudio abſtulerūt corpus eius, & poſuerunt illud in prædiolo ſuo non longe ab urbe, in uia quæ dicitur Numenta na. Vbi cum omnis turba Chriſtianorum concurreret, inſidias à Paganis perpeſſi ſunt, & uidentes populum infidelium ſuper ſe uenientem, armatū, omnes fugerūt. Aliquanti tamen lapidum ictibus læſi euaſerunt. Emerentiana aūt quæ fuerat colla ctanea eius, uirgo ſanctiſſima licet catechumena, conſtāter intrepida ſtabat immo bilis, & his uerbis exprobrabat eos. Superſtiui, miſeri, caduci, atq; atrociſſimi, deum omnipotētem colentē occidiſtis, & percuſſione lapidum homines innocentes iugu laſtis. Hæc & his ſimilia dum turbis furentibus diceret, lapidata eſt ab eis, & orās iu xta ſepulcrum Agnes beatiſſimæ, emiſit ſpūm. Non dubiū eſt quod in ſuo ſanguine ſit baptizata, quæ pro defenſione iuſticiæ dum confiteretur dīm, mortē conſtan ter excepit. Eadem denicp hora fit terræmotus uehemētiſſimus, & cum nimia eſſet cœli ſerenitas, tantæ coruſcatiōes, tantaq; fulgura & tonitrua extiterūt, ut pars ma xima inſani populi expiraret. Vnde factum eſt, ut nullus penitus ex eò aduenienti bus ad ſepulcra ſanctorū aliquas moleſtias excitaret. Venientes aūt parētes beatæ

Agnes

A Agnes cum ſacerdotibus nocte, abſtulerunt corpus ſanctæ Emerentianæ uirginis, & ſepelierunt illud in confinio agelli beatiſſimæ uirginis Agnes. Igitur dum paren tes beatæ Agnes aſſiduis pernoctationibus uigilarent ad tumulum eius, uident in medio noctis ſilentio exercitum uirginum, quæ omnes auro textis cycladibus indu tæ, cum ingenti lumine præteribant. Inter quas uident beatiſſimā Agnē ſimili ueſte fulgentem, & ad dexteram eius agnum niue candidiorem. Hæc itaq; dum uiderent parentes eius, & qui ſimul erant, ſtuporē mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat ſanctas uirgines parumper gradū figere. Et ſtans parentibus ſuis dixit. Videte ne me quaſi mortuam lugeatis, ſed congaudete mihi & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi. Et illi ſum iuncta in cœlis, quē in terris poſita tota a nimi intentione dilexi. Et his dictis pertranſijt. Hæc uiſio publice ab omnibus qui ui derant quotidie uulgabatur. Vnde factum eſt ut poſt aliquātos annos ad Conſtā tiam Conſtantini filiam hoc factum ab his qui uiderant, narraretur. Erat enim ipſa Conſtantia regina uirgo prudentiſſima, ſed ita obſeſſa uulneribus, ut à capite uſq; ad pedes nulla membrorum pars libera remanſiſſet. Accepto aūt conſilio ſpe recu perandæ ſalutis, uenit ad tumulum martyris nocte, & licet pagana, tamen credula a nimi intentione preces fideliter fundebat. Quod dū faceret, repentina ſomni ſuaui tate corripitur. Et uidit per uiſum beatiſſimā Agnem talia ſibi monita præferentem Conſtanter age Conſtantia, & crede dominum Ieſum Chriſtum filium dei eſſe ſal uatorem tuum, per quem mō conſequeris omniū uulnerum quæ in corpore tuo pa teris ſanitatem. Ad hanc uocem Conſtantia euigilat ſana, & ſic ſana ut nec ſignum
B in eius membris alicuius uulneris remaneret. Reuerſa igitur ad palatium ſaniſſima, facit gaudium & patri ſuo Auguſto, & fratribus ſuis imperatoribus. Coronatur ciui tas tota: Fit lætitia militantibus atq; priuatis, & uniuerſis audientibus hæc, Infideli tas gentium confundebatur, & fides dominica lætabatur. Interea patrem & fratres Auguſtos rogat, ut baſilica beatæ Agnes cōſtrueretur, & ſibi illic mauſoleū collocā ri præcepit. Currit hæc opinio ad oēs, & quotquot credentes ad eius tumulum ad ueniſſent, ſanabantur quacunq; fuiſſent infirmitate detenti. Qd' facere Chriſtum nullus dubitat uſq; in hodiernū diē. Perſeuerauit aūt Conſtātia Auguſti filia in uir ginitate, p quā multæ uirgines & mediocres & nobiles & illuſtres, ſacra uelamina ſu ſceperūt. Et quia fides mortis damna nō patit, uſq; in hodiernū diē, multæ uirgines Romanæ Agnē beatiſſimā quaſi in corpore manentē attendunt. Et eius exemplo agentes uiriliter integræ perſeuerant, credentes ſine dubio q; perſeuerantes ꝓpetuæ uictoriæ palmā acquirant. Hæc ego Ambroſius ſeruus Chriſti dū in uoluminibus diuinis inueniſſem ſcripta, non ſum paſſus infructuoſo ſilentio tegi. Ad honorē igit tantæ martyris, ſicut geſta eius agnoui, cōſcripſi, & ad ædificationē ueſtram ò uirgi nes Chriſti, textū paſſionis eius credidi deſtinandum, obſecrans charitatem ſpiritus ſancti, ut labor noſter in ueſtra imitatione fructū in cōſpectu dīi ualeat inuenire: A.

De inuentione corporum ſanctorum Geruaſij & Prothaſij. Sermo XCI

HESTERNO tractaui uerticulum. Dies diei eructat uerbum, prout no ſtri tulit caput ingenij, hodie mihi non ſolum ſuperiore tēpore ſed præ ſenti quoque prophetaſſe uidetur ſcriptura diuina. Nam cum diebus ac noctibus cōti[illegible]tam uideam ſanctitatis ueſtræ celebritatē, iſtos eſſe

dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

C dies prophetici carminis, oracula declarare hesternum atq; hodiernum, de quibus oportunissime dicitur: Dies diei eructat uerbum, & istas noctes de quibus aptissime disputatur, quia nox nocti indicat scientiam. Quid enim aliud hoc biduo nisi uerbum dei intimo eructastis affectu, & scientiam uos habere fidei probauistis? Cui tamen celebritati uestræ qui solent, inuidsnt. Et quia celebritatem uestram inuidis animis ferre non possunt, causam celebritatis odere, atq; amentiæ in tantum prodeunt ut negent martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta est incredulorum perfidia, ut tolerabi-
Matt. 8 lior sit diaboli confessio. Dicebat enim diabolus: Iesu fili dei uiui quid ueneisti ante tempus torquere nos? Et cum hæc audirent Iudæi, ipsi tamen dei filium denegabant. Et nunc audistis damantes dæmones & confitentes martyribus quod pœnas ferre non possint, & dicentes: Quid ueneistis ut ante tempus nos tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non sunt isti martyres, nec torquere diabolum possunt, qui quem liberare, cum tormenta dæmonum ipsorum uoce probentur, & beneficia martyrum, remedijs cæcorum, & absolutorum indicijs declarentur. Negant cæcum illuminatum, sed ille non negat se sanatum. Ille dicit: Video qui non uidebam. Ille dicit: Cæcus esse desiui, & probat facto. Isti beneficium negant qui sanctum negare non possunt. Notus homo erat publicis cum ualeret mancipatus obsequijs, Seuerus nomine, lanius ministerio. Deposuerat officium postquam inciderat impedimentum. Vocat ad testimonium homines quorum ante sustentabatur obsequijs. Eos indices suæ uisitationis accersit, quos habebat testes & arbitros
D cæcitatis. Clamat, quia ut contigit fimbriam de ueste martyrum, qua sacræ reliquiæ uestiuntur, redditum sibi lumen sit. Nónne simile illud est, atq; illud quod in Euangelio legimus? Vnius enim potentiam laudamus autoris, nec interest utrum opus sit an munus, cum & muneret in opere, & operetur in munere. Quod enim alijs faciendum donauerit, hoc in aliorum opere nomen eius operatur. Legimus er-
Ioan. 9 go in euangelio, Iudæos cum uiderent in illo cæco sanitatis remedium, requisisse parentum testimonium. Interrogabant quomodo uidet filius uester, cum ille diceret, cæcus cum essem, modo uideo. Hoc & iste dicit: Cæcus fui & modo uideo. Interrogate alios si mihi non creditis, interrogate extraneos, ne astipulari mihi parentes putetis. Detestabilior istorum quàm Iudæorum pertinacia. Illi cum dubitarent, uel parentes interrogabant. Isti occulte interrogant, palàm negant, iam non operi incredduli, sed autori. Sed quæro qui non credant, utrum à martyribus possint ali-
Ioan. 14 qui uisitari, hoc est Christo non credere. Ipse enim dixit: Et maiora his facietis: an ab istis martyribus quorum merita iámdudum uigent corpora, dudum reperta sunt. Quæro hic, utrum mihi an sanctis martyribus inuideant? Si mihi, nunquid à me aliquæ uirtutes fiunt? Nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non est? Si martyribus, restat enim, ut si mihi non inuident, martyribus inuidere uideantur, ostendunt alterius fidei fuisse martyres, quàm ipsi credunt. Neq; enim aliter eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuisse eam quam isti non habent iudicarent. Fidem illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi negare non possunt, sed Arriani negant. Audiuimus hodie dicentes eos quibus manus imponebatur, neminem posse esse saluum, qui patrem & filium & spiritum sanctum negaret, qui trinitatis omnipotentem uirtutem non

crede-

A crederet. Confitetur hoc diabolus, sed Arriani nolũt fateri. Dicit enim diabolus, sic torqueatur quemadmodum ipse à martyribus torquebatur qui spiritũ sancti deitatem negarit. Non accipio à diabolo testimonium, sed confessionem. Inuitus dixit diabolus, sed exactus & tortus. Quem nequitia supprimit, extorquet iniuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nesciunt Arriani. Quanta perpessi sunt, & quemadmodum Pharao malis suis indurantur. Dicebat diabolus, ut scriptum legimus, Scio te quis sis. Tu es filius dei uiui. Dicebant Iudei: Nescimus quis sit. Dicebant hodie & superiore die uel nocte dæmones, Scimus quia martyres estis, Et Arriani dicunt: Nescimus: Nolumus intelligere, nolumus credere. Dicũt dæmones martyribus: Ve nisti perdere nos. Arriani dicũt, Non sunt dæmonũ uera tormẽta, sed ficta & cõposita ludibria. Audiui multa cõponi, hoc nemo unq; fingere ponit, ut dæmoniacũ se esse simularet. Quid illud qd ita exagitari eos uidemus, quibus manus imponitur, ubi hic locus fraudi est, ubi suspitio simulandi, sed nõ ego ad suffragium martyrum usurpo uocem dæmoniorum. Beneficijs sacra passio suis comprobetur. Habet iudices sed purgatos, habet testes, sed absolutos. Melior uox est quam sanitas loquitur eorum qui debiles aduenerunt. Melior uox est quã sanguis emittit. Habet enim sanguis uocem canoram quæ de terris ad cœlum peruenit. Legistis dicente domino: Sanguis fratris tui clamat ad me. Et nic sanguis clamat coloris indicio: Sanguis clamat operationis præconio: Sanguis clamat passionis triumpho. Satisfactum est petitioni uestræ, ut condendas hesterno in hodiernum diem differremus reliquias. Gen. 4.

B

De baptismo sancti Augustini. Sermo XCII

QVOD his diebus contigit fratres humanissimi uidistis, quibus domini nostri Iesu Christi, summam potestatem & clementiam intelligere potuimus, memoriæq; mãdare debemus, quod in nulla re magis Christianis gratulari possumus quàm, quod hoc tempore & ætate nostra mirandum oculis nostris uidimus. Diuinæ clementiæ innumeras gratias agere debemus, quod Augustinus afer Carthaginensis, philosophus acutissimus, contempto gentilium cultu, ad ueram Christianam religionem, diuino nutu tandem peruenit. Hoc resurrectionis tempus duplici lætitia celebrandum est, Christi scilicet uictoria, potito ac deleto inferorum imperio, & Augustini conuersione quæ Christianis plurimum confert. Quis expugnauit animũ, quis superauit? Non argumenta, non uis aliqua uerborum, sed dei duntaxat uirtus & clementia. Nónne rhetor hic habebatur præstantissimus? Nònne eius doctrina accinctus Mediolanum uenit, ibi à cunctis ciuibus honorifice susceptus est? Ad quid tanta liberalium disciplinarum eruditio, tantum philosophiæ acumen? Ad quid illud acre ingenium, illa dialectica, ceteræq; artes sine præceptore adeptæ? ad hoc ut diuina potẽtia magis eluceat mortalibus? Quo Aristotelica institutio in disputando simulationes, difficultates tendebant, uersutiæ, cõtentiões & astutiæ, quibus maxime erat instructus, argumẽtaq; contra sacrarũ literarum scripturas, cũ una essemus adducta, in quibus diuinũ quãdoq; implorabamus auxiliũ? Quo tanta in dicendo his ãmis gratia, tanta in dicẽdo copia atq; facũdia, ut nõ temere eius dicta dissolui potuisset? Ad hoc ut fides Christi sta-

bili

C biliretur, sæpius me eum tentasse intelligitis, quo inter dissensiones nostras uirtus diuina operaretur. Optabam mirum in modum hominem tantæ doctrinæ illuminari, à quo summa gloria & splendor, ut in merito Christianæ fidei oriri posset. Verum etiam Augustinus tanta interdum pertinacia & disputationis suæ acrimonia, ac uehementia nos urgebat, ut inter supplicationes nostras quod deus ab eius captionibus nos auerteret, et rogare coacti sumus. Matris eius Monicæ precibus & lachrymis pene continuis, nostrisq; orationibus aliquantisper adhærere cœpit, & prædicationibus nostris aliquando interesse cupiebat, in quibus fidei nostræ synceritatem omnibus disciplinis, & omnium artium argumentis antecedere ostendebamus. Diuino tandem auxilio, Christi ueram religionem amplexus est, unde humanum genus & Christifideles merito iubilare possunt. Veruntamen Simpliciano nostro probatæ sanctitatis uiro non minores gratiæ agendæ sunt, à quo Augustinus, ac religione beata, felicique uita instructus est. A quo idem multa de Christi fide, tum exempla, tum miracula accepit, quibus si qua hæresis, ubigo esset, penitus animum abstersit, quibus à se omnis dubitationis timor procul propulsatus est. Quantis fratres charissimi lachrymis errorem confessus est suum? quanto luctu conuersionis diuturnitatem conquestus est? quibus uerbis & quo dolore feram pœnitentiam damnauit, dimidiam enim ferme uitæ suæ partem inter gentilium mores ac uanas disciplinas, mundanosq; errores consumpsit. Iubilate de tanta uictoria in qua Augustinus tanquam dux cum comilitonibus suis Adeodato & Alypio socio captiui nostri sunt. Hæc quidem captiuitas Augustinum beatũ faciet,
D regnum dei parabit. Triumphare tamen uisus est Augustinus illa præsertim hora in qua nouum hominem, sacro baptismate induimus, in quo una nobiscum diuino quodam instinctu hymnum cantauimus de Christi fide. Et uberius ut instrueretur, & à cæteris gentilium opinionibus & erroribus remoueretur, totum cognitionis animum intendit. Nouum in Christi fide militem habemus, acerrimum contra gentiles hostem, contra hæreticos inuictissimum imperatorem. Nouum Christianum, nouis uestimentis cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nosipsi præcinximus, quod Simplicianus noster ingenti lætitia donauit. Agamus gratias domino Iesu Christo ingentes, qui religioni nostræ talem ac tantum principem instituit. Gaudeamus omnes in domino qui omnia uirtute sua continet, & incomprehensibili maiestate uniuersa complectitur. Gaudeant angeli Augustini tam celebri conuersione. Gaudeant cœlum & uniuersa terra, benedicant omnes dominum, quia ad conferendum hominibus subsidium creauit & illuminauit Augustinum, à quo tanquam religionis exordio Christiani auxilium caperent & suffragium. A quo denique religionis constitutiones oriri poterunt. Hanc Augustini conuersionem in futurum homines diuinis prosequentur honoribus. Amen.

Operum Diui Ambrosij Mediolanensis Episcopi,
Tertij Tomi Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca